BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LI
F
29
NAPOLI

L. I
F
29

L I
F
30

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATI FISCI, HISTORIAE NOVAE LIBRI VI,

numquam hactenus editi:

Quibus additæ ſunt hiſtoriæ,

PROCOPII CAESARIENSIS,
AGATHIAE MYRRINAEI,
IORNANDIS ALANI.

Zoſimi libros IO. LEVNCLAIVS *primus ab ſe repertos de Græcis Latinos fecit,* AGATHIAM *redintegrauit, ceteros recenſuit.*

Adiecimus & LEONARDI ARETINI rerum Gothicarum commentarios, de Græcis exſcriptos.

Omnia cum Indicibus copioſis.



BASILEAE

EX OFFICINA PETRI PERNAE

CVM S. CAES. MAIEST. PRIVILEGIO.

Anno 1576, iuxta Reitemeyer ... in Praefat. Opp. Zosimi Lipsiae 1784 pag. 37.

AD IOAN. SAMBVCVM PANNONIVM, CLARISSIMVM NOBILISSIMVMQVE VIRVM, CONSIliarium & hiſtoricum Cæſareum, in illuſtres hoſce quatuor auctores hiſtoriæ.

PROOEMIVM.

QVVM præter expectationem de Thomæ Redingeri morte nuper ex Falkemburgi noſtri litteris cognouiſſem, magnum animo cepi dolorem. nam & amico amiſſo, cuius certam erga me beneuolentiam & amorem, de non leuibus argumentis perſpexeram, iucundo coniunctionis noſtræ fructu me priuatum videbam; & interitu tam liberalis ingenij, quod opibus ac fortunis ampliſſimis ad propagationem omnis eruditæ doctrinæ, & conſeruationem pereuntium in pleriſq; bibliothecis monumentorum veterum, ex voto bonorum vti decreuerat, non exiguam ipſi reipublicæ ſpem ereptam dolebam. atq; hanc moleſtiam augebat, quod magna ſit eorum hoc tempore penuria, qui dignam hanc operam nobilitate ſua putent, & in re lauta fructum aliquem ſuis ex facultatibus ad rempublicam, procuranda re tam laudabili tamque neceſſaria, peruenire velint. quod ſi qui reperiantur, qui huius inſtituti dignitatem intelligant, ideoque bonorum librorum aliquam ſibi copiam parent; non tamen eis is animus eſt, quem in Redingero non abs re prædicamus, qui & libenter eximia ſi qua forent, colligebat; & ab eruditis publicari, quæ rara putarentur, non ſolum non moleſte ferebat: verumetiam mirifice complectebatur, & largis adficiebat præmijs, quos hoc ſtudio bene de republica mereri cognoſceret. qui animus ſi, vt ſperamus, & in ipſius fratribus erit, Adamo atque Iacobo, quos heredes ex aſſe inſtituiſſe dicitur; effecturi ſunt prudentia ſua, minus vt reipublicæ, minus nobis amicis acerba Thomæ ex hac vita deceſſio accidat. cogitare quidem certè debent, nihil ſe cariſſimi fratris, & optimi beatiſſimique viri manibus facere gratius poſſe: quam ſi, quæ priſcorum monumenta ſumtibus ille ſuis, & amicorum opera, per Italiam,

Galliam, Germaniam conquiſiuit; ea cum hominibus doctis haud grauate communicent: vnoq; & eodem officio quum ipſam litteratorum quaſi rempublicam ſibi deuinciant, tum amantiſſimi fratris memoriam, quæ ab ipſorum laude ſeiungi non poterit, ad omnem poſteritatem propagent. Hanc nobilis animæ mentionem vt facerem, earum me monuit hiſtoriarũ editio; quas nunc ad te, Sambuce, publicatas mittimus. Nam quum accepiſſet, Romæ in Vaticana libros XIIII hiſtoriarum Eunapij reliquos eſſe; licet quæ Chriſtianorum de hoc ſcriptore, tam veterum, quam recentium eſſent iudicia, non ignoraret: tamen eam ipſam ob cauſſam, quod homo paganę ſuperſtitionis ſtudioſiſſimus eorum temporum hiſtoriam litterarum monumentis complexus eſſet; de quibus hactenus nihil omnino legimus, niſi quod a Chriſtianis ſcriptũ ſit; magnopere deſiderare libros illos cepit, vt quarum in rerum narrationib. a noſtris illi diſſiderent, aperte cognoſceret; & vtriſq; comparatis inter ſe, facilius atq; prudentius ſtatuere de veritate poſſet. Quamquam enim vt arbitrum, vt iudicem bonum, ita ſcriptorem hiſtoriæ neceſſe eſt ab omni amore atq; odio, perturbationibus animi verò infeſtis, & mentis atq; intelligẽtiæ luminibus velut obſtruentibus, immunem & liberũ eſſe: tamen ita comparatum in rebus humanis videmus, vnum vt inuenire difficile ſit, qui huic hiſtoriæ legi per omnia ſatisfaciat. Eam ob cauſſam collocatis inter ſe diuerſorum commentarijs, certius inueſtigatur veritas ab homine iudicij non exper te, qui viuam quaſi veritatis faciẽ adgnoſcere poſſit. Vt igitur Eunapianam illam hiſtoriam nanciſceretur, nulli labori, nulli ſumtui parcebat. ſed quod magni vir ingenij, & elegãtis doctrinæ, Fuluius Vrſinus Romanus, Eunapium in ea bibliotheca non exſtare monuiſſet, propemodum de apiſcendo eo deſperabat: quum præter opinionem ex me de Zoſimo meo cógnoſceret, qui eorumdem planè temporum hiſtoriam, ſectator & ipſe paganæ religionis, ſex omnino libris expoſuiſſet, tã eleganti ſcriptionis genere; nihil vt factum ab eius ætatis eloquentibus & doctis viris inueniatur, quod comparari ad Zoſimæam venuſtatem poſſit. Et vixiſſe Zoſimum vel Arcadij & Honorij Augg. ætate, vel paullo poſt, (vti magis cõſentaneum vero videtur) ſub imperio Theodoſij minoris, Euagrius auctor eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quem ſcholaſticum vulgo vocant,

hoc

hoc eſt,cauſſarum patronum,tradit. ex eo nuntio mirũ quantum ſe voluptatis capere vir optimus oſtenderet. quumq; deinceps è bibliotheca Photij conſequutus eſſem,quæ is de Zoſimo ſcripſiſſet; eſſe res eaſdem ab Eunapio Zoſimoq; ſic tractatas, vt vna videatur hiſtoria: dictione tãtum differre, quam in Eunapij libris ob prolixitatem & frequentiores figuras is, quem dixi, Photius improbat, Zoſimæam laudans, vt breuẽ, vt dilucidam & puram, nec ſuauitatis expertem: tum verò maiorem in modum me per communem amicum Falkemburgum hortari, tam elegãtem ſcriptorem ignotum eſſe diutius ne paterer;adeoque vna & eadem opera geminam ab antiquitatis & hiſtoriæ ſtudioſis inirem gratiam, qui Zoſimo reſtituto,ſimul Eunapij quoq; ſimulacrum quaſi quoddam ſuſcitaturus eſſem.quod quum ego me perlubenter & ipſius, cui nihil omnino poteram,nec debebam negare,& reipublicæ cauſa facturum recepiſſem: eo verſari ſtudio quum in emẽdando Zoſimo,valde quidem corrupto & mutilo, tum interpretando nõ deſinebam, quam maturrime vt prima illius editio parata eſſet. ac potuiſſet profectò Zoſimus viuo Redingero, qui auidiſſime promiſſum exſpectabat,in lucem prodire; ni typographus,cui primo elaboratum obtuleram, ſpem meam fruſtratus, editioni (quod equidem non niſi cum magno animi dolore recordor) moram adtuliſſet. Sed quando ita viſum fuit optimo maximoque Deo, parentes Homerico præcepto,

mittimus hæc, mæſti licet, ex quo facta fuere.

Neque vero feſelliſſet exſpectationem amici noſtri Zoſimus, nec futurum quemquam arbitror tam nullius hominem iudicij, qui non Zoſimæam hanc editionem valde probaturus ſit.quamquam enim alienus a cultu religionis Chriſtianæ fuit,& in principes quoſdam,præſertim Conſtantinum,acerbius ſcripſiſſe putatur: tamẽ ſi quis eum ſepoſito animi adfectu legerit,experietur hanc ipſius hiſtoriam fere totam ex illarum rerum narratione contextam,quæ res ab alijs memoriꝗ proditꝗ non ſunt,ad cognoſcendum iucundam, ad vſum in vita ciuili ſane quam idoneam & fructuoſam eſſe. Nos quidem, ne cuius animus ex ijs prꝗiudicio quodam occupatus,quꝗ a veteribus nonnullis in Zoſimum dicta ſunt inclementius,inauditum incognitumq; reijceret ac damnaret:operꝗ fore pretium exiſtimauimus,ſi quæ contra hunc inique proferuntur,apolo

gia ſcripta diluceremus, quam huic prooemio ſubiecimus. Et quia multis ab annis exemplaria Procopij & Agathiæ deſiderari ſcirem, vt his quoq; ſuppeditandis rem lectoribus gratam facerem; auctor fui typographo, eos cum Zoſimo coniungendi. Non potuimus autem in his recenſendis & ornãdis præstare, quod optabamus; quũ ab initio nec Procopij, nec Agathiæ libros integros Græce deſcriptos haberemus, Agathiamq; ſerius nancti ſimus, quem Redingerus paullo ante obitũ ad me mitti iuſſerat. Satis vero tractatos hos imperite partim, partim negligenter ſuis ab interpretibus, vt de integrorum alicubi foliorum omiſſione non dicam; licet ex ijs lector æſtimet, quæ paſſim ad margines librorum ex pauculis fragmentis, ab amico quodam noſtro nobis oblatis, adiecimus. neq; cauſſa eſt, quamobrem non hoc ipſo loco documentum & ſpecimen quaſi quoddam horũ exhibeamus. In libro de bello geſto cõtra Vandilos primo, non procul ab initio legimus, Iuſtinianũ eo bello decreto magnas Byzantij coegiſſe copias, & ingẽtem claſſem inſtruxiſſe, quam in Africam mitteret: atque his omnibus ſumma cum poteſtate Beliſarium imperatorem præfeciſſe. quibus expoſitis, mouiſſe, ſubijcit interpres, Beliſariũ ex ea Germaniæ parte, quæ inter Thraciam & Illyricum conſiſtat. haud dubium eſt, mihi quidem, quin alius ſit omnino ſenſus verborum Procopij. nam qui mouere cum exercitu Beliſarius e Germania potuit, quum Byzantij claſſis inſtrueretur? Sic igitur hæc a Procopio fuiſſe ſcripta conijcimus, vt Beliſariũ dicat oriundum ex illa fuiſſe parte Germaniæ, quæ inter Illyricum & Thraciam ſeſe porrigat. Hoc modo vir eminentiſſimus, & ornamentũ eius ſæculi ſingulare, qui perpetuis victorijs per orientem, & meridiẽ, & occaſum, ſic obſcuratam & extinctam prope Romani nominis famã illuſtrauit, vt cum merito ſuo Iuſtinianus imperij Romani decus in numiſmatis adpellarit; Beliſarius ergo quaſi natalibus reſtituetur, & germanæ patriæ, Germaniæ noſtræ vindicabitur. Alius locus eſt in libro de bellis Gothicis primo, vbi ſcribẽs ad Iuſtinianum Theodahatus Gothorum in Italia princeps, libenter ei ſe regno ceſſurum ait modo prædia, quę (ſic enim reddidit interpres) aureos ducentos et mille quotannis ferãt, a Iuſtiniano ſibi videat adſignata. Ridiculum mihi quidem hæc legenti videbatur, tantillum annui reditus potentiſſimi populi, & florentiſſimarũ toto terrarum

rum orbe regionũ, Italię Sicilięq; regem, necdum bello victũ, ab imperatore pro ditionis tam amplæ ceſſione poſcere. quãobrem iſta, quę dixi, fragmenta de hoc loco conſulens, inueni Procopiũ Græce ſcripſiſſe, poſtulatos a Theodahato fuiſſe fructus annuos centenariorũ duodecim. quę ſane ſumma longe ſupra illam priorem excreſcit, et ad rationem aureorũ veterum æſtimatione facta, ſolidorum obryzorũ ſupra ſex & octoginta millia continebit. Hinc ſatis adparere cuiuis arbitror, quam patrum memoria tenuis adhuc in ijs cognitio fuerit, qui Græcos ſcriptores interpretãdos ſuſcipiebant. Ad libros de Iuſtinianeis ædificijs tranſeo, qui quum antea Græce tantum cũ ceteris Procopianis & Agathianis Latinis eſſent editi; qualem qualem eorũ verſionem alicubi repertam heic inſerere voluimus, quando alia nulla melior exſtabat, & nobis eos libros interpretando in hoc quidem tempore quaſi retexere nõ lubebat, ob exemplaris Græci ſemel editi deprauationem inſignem, quam ex Gillio, atq; alijs hinc nonnulla deſcribentib. animaduertimus. Notæ tamen a nobis adiectæ ſunt in maxime vitioſis, & vbi chartarũ margines capere noſtras illas indicationes poſſe videbantur. propemodum quidem heic tantum laboris ac temporis impenſum, quantum ad conficiundam nouã conuerſionem ſatis fuiſſet; niſi cogitatio de opere toto ex manu ſcriptis libris aliquando reſtituendo, manum de tabula, tacite ſuggeſſiſſet. Quia vero libris hiſce Procopianis præcipue res Gothicæ deſcriptæ ſunt, & prior eorũ editio Iornandis quoque libellos duos adiectos cõtinebat: minime cõmittendum putauimus, vt eos hac in editione quiſquam deſideraret; præſertim quod in ſuo genere rara quædam habeant, & ad Zoſimum noſtrum, Procopiumque plane pertinentia. quod vti nemini dubium eſſe poteſt, qui Procopiana legerit; ita de Zoſimo verum eſſe perſpiciet, qui poſteriores huius libros, paene totos ad explicationem Gothicorum temporum accomodatos, cum ijs cõtulerit, quæ de iiſdem Iornandes expoſuit. nam quæ ſub Gallieno, proximiq; Romanis principibus, a Gothis geſta Zoſimus ordine recenſet; ea bona fide ab hoc narrata fuiſſe, teſtis in primis idoneus Iornandes oſtendit. verbi gratia, quæ de tranſiectione Helleſponti, vaſtataque per Scythas, hoc eſt, Gothos (ſic enim plerumque Romanis & Græcis in hiſtorijs adpellantur, idque diſerte Zoſimus alicubi notat)

vniuerſa Græcia prolixe dicuntur. Idem videre eſt in ijs, quę de Valentis Aug. contra Gothos expeditione recitantur. Nec ducum regumque Gothicorum alia ſunt apud Iornandem nomina, quam in hiſce Zoſimæis; velut Athanarichi, Fritigerni, Gainæ, Alarichi, Ataulfi, Sari, Allothi, Safracis, quos duos vltimos exigua mutatione facta Iornandes Alatheum & Safrachum vocat. denique perpulchre conueniunt, quæ ab vtroq; de Gothis commemorantur; nec aliud fere diſcrimen eſt, quã quod indicata ſunt a Iornande pleraque paullo plenius, non omiſſis rerum, quas vocant, circumſtantijs. eas non perinde Zoſimo fuiſſe cognitas, vt Iornandi, qui vel Gothus eſſet, vel Alanica natione, Gothis adfini, oriundus; nemini mirum videri debet. rectius enim haud dubie res ille patrias tenebat, & Gothicos ſcriptores Græcis atque Romanis, vt ipſemet fatetur, adiunxerat. Has igitur ob cauſſas quum Iornandes haudquaquam omittendus videretur, minime tamen eius libellos more peruulgato ſic rurſus exſcribendos dare volui; nihil vt in eis, non modice profecto vitiatis, præſtitum opera noſtra lector inueniret. quanti vero labor iſte noſter æſtimãdus ſit, malo iudicent alij: me quidẽ eius haud paenitet, præſertim quod hinc iam in L. Floro, & alijs, non pauca reſtitui poſſint. nec ordinem libellorum, qui prius erat, immutare ſum veritus; Annalibus priore loco, poſteriore Gothicis poſitis: quod ita ſcriptos ab initio fuiſſe, de ipſius auctoris prooemijs poſſit intelligi. vtinam in Annalibus ea ſupplere licuiſſet, quæ a Conſtantij primi temporibus ad Iulianum vſque deſiderantur. ſed quando id fieri per nos hoc tempore, propter librorum veterum inopiam, non potuit; in aliam id quoque differatur editionem, vel ab ijs exſpectetur, qui Iornandem cum exaratis manu libris compluribus habere collatum feruntur. In extremo de amicorum ſententia ponere commentarium Leonardi Aretini de rebus Gothicis voluimus, quamuis illum omnia de Procopij libris ſumſiſſe non neſciremus. arbitramur enim, hæc loco cuiuſdam quaſi ſummatim repetitæ lectionis hiſtoriæ Gothicæ ſtudioſis eſſe poſſe; licet alia quoque non aſpernanda cauſſa ſubeſſet. quippe quæ deſcripſit e Procopio Leonardus, non paullo ſunt elegantiori genere orationis expoſita; quam quo prior interpres vſus fuit. Hæc fere ſunt, quæ hoc tempore lectoribus in iſto volumine a nobis offeruntur. Te

vero,

vero, Sambuce, quamobrem compellandum hoc prooemio ducerem, iuſtas equidem cauſſas habui. nam quod ab initio facturum fuiſſe virum egregium, T. Redingerum, ſi longior ei vita contigiſſet, aiebam; id tu iamdudum eximia cum laude tua, bonorumque adplauſu, & cumulate quidem præſtitiſti: nullus vt angulus prope ſit totius Europæ, quò non fama nominis tui, cum ipſis libris, quos omnino raros ex illa nobiliſſima bibliotheca tua reipublicę donaſti, penetrauerit. quorum in numero ſi & Baſilicorum eclogam, & Glycanos annales retulero, quos opera mea communicari cum hiſtoriæ iuriſque prudentiæ ſtudioſis voluiſti; nihil ſane pręter officium fecero. debentur enim hoc nomine tibi, & aguntur ab æquis beneficij tui & liberalitatis æſtimatoribus, gratiæ profecto immortales. Vt autem aliquid non a te, ſed a me ipſo ſumerem, ad te remunerandum, ſic non pari, at grato tamen dono: meum hunc tibi Zoſimum offerre primo volui, perque te ceteris omnibus hiſtoriæ ſtudioſis, quo nihil ego meis in rebus inuenire potui præſtantius. Scio quanta tui muneris dignitas ſit, quo tibi nos omnes obligaſti: nec Heſiodeum illud ignoro;

—menſura gratus eadem
reddito, vel ſi etiam poſſis, cumulatius:

ſed quando re pari ſatisfacere tibi non poſſe videor, ſaltem patere quęſo, voluntatem vt tibi remetiar; quam in muneribus principe ſpectandam loco, non abs re dicere veteri verbo ſolemus.

Vale.

DE ZOSIMO EX PHOTII PATRIARCHAE BIBLIOTHECA.

HISTORICORVM LIBRI VI ZOſimi Comitis, & exaduocati fiſci.

REligionem Zoſimus paganam ſequitur, & in pluribus aduerſus pios multoties latrat. Breuis eſt, dictione perſpicuus atque purus, nec ſuauitatis expers. Incipit hiſtoriam prope dixerim ab Auguſto, & principes omnes ad Diocletianum vſque percurrit, nudam quaſi deſignationem atque ſucceſſionem eorum commemorans. Latius autem a Diocletiano, de potitis imperio, libris quinq; tractat. Nam primus imperatores ab Auguſto ad Diocletianum vſque recenſet. Libro autem ſexto finem imponit, in ijs deſinenti temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obſidens, ciuibus ad inopiam redactis obſidionem ſoluit, eiuque dixit imperatorem Attalum, quem deinde rurſus abdicauit imperio, quod regnum ſibi traditum aduerſus Honorium Auguſtum parum recte adminiſtrare videretur. Sarus autem ſimultates aduerſus Alarichum exercent, cum trecentis, quibus praerat, Honorianis partibus adiunctus, & belli ſocietatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum obiecit. Ac ſexti quidem hiſtoria libri finis hic eſt. Dixerit autem aliquis, hunc non ſcripſiſſe hiſtoriam, ſed Eunapianam deſcripſiſſe, partim breuitate dumtaxat ab altera differentem, partim quod Zoſimus non, vt ille, Stelichonem conuicijs proſcindat. Cetera propemodum idem eſt in hiſtoria, præſertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas hunc quoque, ſicut & illum, editiones inſtituiſſe. Verum editionem huius priorem ego non vidi. Conijcere tamen ex editionis, quam nos legimus, perſpicuitate licet, etiam alteram hunc ſicut & Eunapium, publicaſſe. Magis hic planus eſt, & breuior, vt diximus, Eunapio, figurisque non niſi raro vtitur.

DE PROCOPIO, EX SVIDA.

PRocopius, vir illuſtris, oriundus è Cæſarea Palæſtinæ, orator & profeſſor, ſcripſit hiſtoriã Romanam, hoc eſt, bella per Beliſarium ad vrbem Romam, & in Africa geſta. Iuſtiniani principis temporibus vixit, et Beliſarij notarius atq; comes in omnibus, quæ accidere, bellis & negotijs fuit, quorum ab ipſo litteris prodita memoria eſt. Scripſit & alium librum, qui quod res prius ab ipſo non editas complecteretur, Anecdotorum titulum tulit. quo fit, vt libri ſint omnino Procopiani nouem. Atque hic liber, qui Anecdota vocatur, reprahenſiones & comicas inſectationes Iuſtiniani principis, eiusque coniugis Theodoræ, ac præter hos tam ipſius Beliſarij, quam vxoris eius, continet.

AGATHIAS SVIDAE.

* Myrrinæus. *AGathias aduocatus, patria * Smyrnæus fuit, qui poſt Procopiũ Cæſarienſem ſcripſit hiſtoriam, nimirum facta à Beliſariana, resq; partim in Italia, partim in * Libya geſtas: hoc eſt, Narſetis expeditiones in Italia, quæque tam in regione Lazorum,*
* Lazica. *quam Byzantij peracta fuerunt. Scripſit hic & alios libros, partim carmine, partim oratione ſoluta. quorum in numero ſunt, quæ Daphnica vocantur, & Orbis nouorum epigrammatum, quæ ex poetis illius temporis ipſe congeſſit. Aetate fuit eadem, qua Paulus ille dignitate ſilentiarius, & Macedonius conſul, & Tribunianus, Iuſtiniani ſcilicet temporibus.*

DE AGATHIA EX IPSIVS HISTORIARVM PROOEMIO QVAEDAM AB INTERPRETE RELICTA,

prete relicta, Græcoque de codice tranſcripta.

Complures autem meis ex familiaribus impellendo & hortando ſtudium hac in re meum & excitarunt, & confirmarunt. quorũ in numero Echidnus iunior monendo princeps erat, vir inter imperatorum notarios primum facile locum obtinens, & quum cetera bonus ac ſollertiſſimus, tum doctrina litterarum excultus, Floridorumq; familiæ præclariſſimum factus ornamentum. Hic ergo, quod ei res meæ plurimum cordi eſſent, magnopere de incremento exiſtimationis honeſtæ commodorumq; meorum ſollicito, non deſinebat vrgere, ſpemque mihi bonam ob oculos ponere. Non enim debere me dicebat inſtitutum hoc adeo graue perfectuq; difficile ducere, nec idcirco deterreri, quod nullum aliquando periculum rei feciſſem, perinde ac rerum nauticarum rudes formidare nauigationem ſolent. potius mihi cogitandum eſſe, non longe ab hiſtoria diſtare poeticam, haſq; duas res eſſe germanas & cognatas, ſolaque fortaſſe dictionis quaſi menſura diſtinctas. itaque quod a domeſticis & familiaribus ad domeſtica tranſitus fieret, confidenter vti progrederer, omnibusque viribus in opus ipſum incumberem iubebat. Cuiuſmodi quum mihi occineret, tamdem adſentientem permulſit ac facile perſuaſit. atque hoc modo ad iſta me contuli. Vtinam vero mihi liceat aliquid animi cupiditate dignum efficere, proximeque rerum ad magnitudinem accedere. Primum autem pro illorum more, qui ſcribunt hiſtorias, quis ſim, & vnde, ſignificandum erit. Agathias mihi nomen eſt, Myrina patria, Memnonius pater. Ars, quam profiteor, iura Romana ſunt, & iudiciorum certamina. Myrrinam vero quum dico, non oppidum illud Thracenſe intelligo, nec ſi quod aliud in Europa forte, vel Africa, nomen hoc habet: ſed illam in Aſia, deductam ab Aeolibus olim coloniam, ad amnis Pythici oſtia ſitam, qui è terra Lydia profluens, in extremum ſe ſinus Elaita canalem exonerat. Vtinam vero mihi contingat huic debita pro educatione præmia quam cumulatiſſime pro viribus perſoluere, atque omnia patriæ nobilia facta litterarum monumentis accurata ſcriptione prodere. nunc quidem nobis ea benigna propitiaque ſit, & animi noſtri ſtudium æqui bonique faciat. Ad publicas autem maximasque res geſtas acceſſurus, non eam ſcribendi rationem ſequar, qua ceteri noſtro ſaeculo ſunt vſi. Nam & alij iam hunc ad laborem animum adiecerunt, quibus plerumque parum eſt curæ veritas, atque vti res geſtas ita commemorent, quemadmodum comparatæ ſunt. Adeo nimirum manifeſte pleriq; potentia præditis adulari blandiendo cupiunt, vt ſi quando vera forte protulerint, fides eis non habeatur. Sicut autem eruditi homines laudationi tantum conuenire tradunt, vt quæ cuiuis adſunt bona, orationis amplificatione extollat: ita hiſtoria non plane quidem & ipſa laudare recuſat eos, qui facinus aliquod egregium patrarunt; verum meo iudicio non hunc habere ſcopum, nec de hoc adgnoſci amat indicio, ſed ſicubi factorum peractio vel laudem, vel vituperium ſecum fert, non ei vim adferre fas eſt, nec res geſtas pictura quadam exornare. Iſti vero ſcribere ſe fatentur hiſtoriam, idq; per inſcriptionis policitationem præſeferunt, ſed nihilo minus ipſa conuincit experientia, ſcito quodam figmento eos adpellationem hanc ſibi vindicare. Homines enim adhuc ſuperſtites, ſiue principes, ſiue alioquin illuſtres, non modo commemorandis rebus geſtis celebrant: (parum enim hac quidem in re delinquerent) ſed nihil aliud eſſe ſibi ſtudio declarant omnibus, quã vt hos immodice vt laudent atq; prædicent. Mortuos autem, qualeſcumque tamdem

fuerint,aut improbiſſimos vocāt,reiq́; publicæ pernicioſos,aut,quod ſane minus acerbum eſt,adeo contemnunt,vt eos nec mentione quadam dignentur.qua ratione rebus ſe præſentibus recte conſulere putant,& eos ſibi conciliando, qui quouis tempore rerū potiuntur,commodis ſuis proſpicere:quum nō recte intelligant, ne illos ipſos quidem, qui ab eis laudantur, iſta magnopere probare, quod adſentationem manifeſtam non ſatis habere virium cogitent,ad hanc de ipſis opinionem confirmandam. Quapropter hi ſane ſuas hiſtorias pro libidine moreque ſuo perſcribant.mihi vero maximopere in hoc enitenti,verax vt ſim,quidquid euenerit,recte indicandum. Commemorabo autem,quæcumq́; tum apud Romanos,tum pleroſq́; barbaros in hoc vſq́; tempus digna,quæ litteris prodantur,geſta fuerunt, non ab ijs tantum,qui adhuc forte ſuperſtites ſunt, verumetiam vel inprimis ab ijs, qui rebus humanis exceſſere: neq́; quidquam * heic ſequuntur interpretis priſci verba, pag. 458. lin. 18. *illorum,quæ recenſeri par fuerit, omittam.* Et quamuis haud prius me ad hiſtoriā conſcribendam contulerim,quam Iuſtinus iunior,&c.*

IORNANDES TRITENHEMII,

cum adpendice.

* alias Iordanus.

* *IOrnandes ex monacho epiſcopus Gothorum, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus,& in ſæcularibus litteris competēter eruditus,ingenio mitis,& apertus eloquio,ſcrutator temporum,& rerum geſtarum ſcriptor inſignis. Fertur quædam præclara compoſuiſſe volumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima peruenerunt. Reperienim tantum hiſtoriarum libros II. in quorum primo recenſuit geſta Romanorū, in ſecundo vero originem & geſta Gothorum,vſq́; ad finem regni ipſorum. Claruit autem ſub Iuſtiniano imperatore,anno domini I Ↄ X X X.* Libro ſecundo narrat ipſe patrē ſibi fuiſſe Alanouuamuthem,auum Periam, qui Candacis Alanorum regis, toto eius vitæ tempore,notarius fuerit.Vnde colligitur,oriundum fuiſſe Iornandem ex Alanorum natione. Teſtatur ibidem,ſe quoq́;,licet agrammatum,(hoc eſt,illitteratum.ſic enim de ſe modeſte loquitur)antequam religionem Chriſtianam fuiſſet amplexus,officio notarij functum.*

IO. LEVNCLAIVS S. D. BASILIO BONIFACII F. AMERBACHIO, IVRISCONſulto,viro clariſsimo & humaniſsimo.

QVum ante biennium in hoc ſane quam elegans ędificiū commentationis Zoſimææ,quo in hiſtoria quaſi nouum opus facere voluit,fortuito prope caſu quodam incidiſſem, eoq; viſo lætus, apud te primum id gaudium erumperem: cōmode tu me,Amerbachi, pro tua ſingulari prudentia & humanitate,de graui aduerſus Zoſimum querela monebas, qua Euagrius,eccleſiaſticæ ſcriptor hiſtoriæ,ſuo tēpore nouū illud opus, veluti quod iniuria fieret,per nuntiationem pariter,& manū, nec vnius quidem ictu lapilli,prohibere conatus eſſet.vnde profectū videtur, multis vt iam ſaeculis nemo iuris Zoſimęi defenſionem ſuſceperit,paeneq; pulcherrimū opus inhibitum neglectumq; iacuerit:quod numquā accidiſſet, arbitror,ſi quis Euagrio iuſiurandum auctore prætore detuliſſet, non calumniæ cauſſa opus nouum nuntiare. Qua de re monitu tuo cogitanti mihi viſum fuit in hac operis vere νεοπαλαίου inſtauratione breuiter colligere, quę contra Zoſimomaſtigas dici poſſent: vt ſi quis in ipſa molitione noſtra denuo nuntiationem vel Euagrij, vel ſuo nomine faceret: ſaltem remiſſionē prohibitionis impetraremus, iusq; nobis eſſe,ita ædificatum habere, doceremus. Quod quum belle nobis hactenus ſucceſſerit,te etiam atq; etiam rogo,vt ſi opere iam facto, quaſi factū illicite ſit,ex interdicto QVOD VI AVT CLAM deinceps aduerſum nos experiri quis ceperit, te nobis vti patrono liceat, quem & fauere cauſſæ Zoſimææ ſcimus; &, vt iuris omnis prudentiſſimum, nullo negotio tueri ius noſtrū poſſe confidimus. Vale.

APOLOGIA PRO ZOSIMO, ADVERSVS EVAGRII, NICEPHORI, CALLISTI, ET A*liorum criminationes.*

SI eſſet aut in eos ſtringendus orationis mucro, quibuſcum nulla religionis ſocietate iungeremur; aut non illius ſuſcipienda defenſio, quem ob profeſsionem paganæ ſuperſtitionis, a multis iam ſaeculis exploſæ damnatæque, ſi quid habiturus erat in cauſſa ſua gratiæ, prima ſtatim fronte noſtros apud homines amittere neceſſe eſt: fretus equidem quum apertis veritatis ipſius argumentis, tum eorum, quæ ab aduerſarijs obijciuntur, infirmis ſane rationibus, minime vererer, ne non facile cauſſam hanc apud æquos iudices obtinerem. Nunc quum & ijs reſpondendum ſit, qui defendendi cultus Chriſtiani, & tuendorũ principum prętextu, patronorum veræ pietatis inſignium, vti quidem prædicantur, mendacij calumniæque diſertiſſimum & in primis vtilem hiſtoriæ ſcriptorem accuſant; & agẽda Zoſimi cauſſa, qui quod veritatem doctrinæ cœleſtis cognitam non habuerit, eſſe teſtis idoneus & verax de geſtis in republica rebus potuiſſe negatur: difficilem ſane defenſionis huius rationem mihi futuram proſpicio. Sic enim comparati ſunt hominum animi, libenter vt ijs fidem habeamus, quos quum alijs in rebus, tum maxime in doctrina religionis opinionum ſimilitudo & conſenſus arctiore nobis vinculo iungit; diuerſa ſequentium auctoritate depreſſa, licet ab ijs non omnino abhorrentia quædam a veritate proferantur. Sed quando quum omnis virtutis in genere, tum veritatis ea vis eſt, vt illam viri boni etiam in hoſte cognitam probent: futurum non nulla in ſpe ſumus, vt auditis quæ pro Zoſimo paucis dicenda ſuſcepimus, libenter homines non nimium pertinaces fateantur; poſſe veritatem rerum geſtarum ab ijs quoque bona fide litterarum monumentis prodi, qui ceteroquin a nobis in ſententia de religione diſſideant. Accuſatur Zoſimus atroci cum verborum contumelia, quibus exſecrabilem vocant, diris deuouendum, impuriſſimum, canem denique; primo quod nefarię, quod abominandę paganorum religionis ſectatorem ſe profiteatur. Ego vero in hoc libertatem hominis ingenuam probo, iudicium deſidero; qui quum excellentis vir eſſet ingenij, more mundanorum, vt ſacræ litteræ loquuntur, ſapientum in magna diuinæ veritatis luce cæcutiret. Sed quum nihil iſtud impediat, quo minus de ijs, quæ in adminiſtratione reipublicæ vel recte, vel ſequius gererentur, prudenter ac vere ſtatueret: ad alia progrediamur, in quibus accuſationis totius præcipua vis conſiſtit. Aiũt eum propter auſpicium nouæ religionis iniquiorem Conſtantino fuiſſe. Demus hoc etiam eſſe, quando fieri nequit, vt animus noſter ei bene velit; qui perſuaſionem de cultu diuino noſtram, quam veritati conſentaneam, ſaeculorumque prope innumerabilium auctoritate & conſenſu nixam putamus, eripere nobis inuitis conetur. ſed quid inde colligitur? ergo Zoſimus hoc impulſus odio, per calumniam tradidit, impuriſſimum & intolerabile tributi genus, quod chryſargyrum vocant, aurargenteum Latine dixeris, (in libris quidem de iure ciuili aurum luſtrale nuncupatur; quia ſingulis quibuſq; luſtris penderetur) primum e principibus Conſtantinum imperaſſe: profectumque cõſimili ab origine, quod inuolaſſe Conſtantinum in aliorum bona ſcripſit.

Graue crimen audio.coërcenda iſtæc Zoſimi maledicentia, ſi falſo conſtet il
la de Conſtantino memoriæ prodita.Sed tantum abeſt,vt nō eorum,quæ di-
ceret,certos ac fide dignos auctores habuiſſe Zoſimū credam;vt etiam ſi de-
ſint aliorum teſtimonia,tamen ab hac culpa Conſtantinū liberari non poſſe,
graui conſtet argumento. Quippe tributū illud aut ante ſe Cōſtantinus a pri
ſcis inſtitutū principibus,quos deliria paganorum ſequutos ſcimus, reperit:
aut princeps ipſe duriſſimū ſubditis onus impoſuit. Si Conſtantinū auctorē
adgnoſcemus,vti Zoſimus ex illorum temporū ſcriptorib.exiſtimandū oſten
dit;quid habes cauſſę,cur illum accuſes?innocens eſt,rem geſtam ſicut ab a-
lijs acceperat,qua debuit fide,reddidit;hiſtorici boni functus officio. potius
increpandi aduerſarij,qui longius,quā par eſſet, prouecti ſtudio celebrandi
Conſtantini,dū immodicas ei laudes tribuunt;obliti muneris ſui, panegyri-
cas declamationes verius, quā hiſtorias ſcripſere.Sed eſto ſane, confinxerit
hoc crimen Zoſimus in eū,quem primum inter auguſtos religionis Chriſtia-
næ ſacris imbutum, tamquā auiti patritiq; cultus deſertorem,grauare tributi
perquā inſolentis & exoſi vulgo inſtitutione voluerit.Itaq; relinquitur,Con
ſtantinū a deceſſoribus, quod tamen adfirmare noſtri reptæhenſores diſerte
nō audent,acceptū morem turpiſſimum retinuiſſe nihilo minus in culpa præ
clarus imperator hærebit,qui exactionē foedam,introductam a paganis,po-
ſteaquam ipſe maiorem cognitionis diuinæ lucē hauſiſſet, nō aboleuerit.Ni
hil enim diſcriminis inter auctorē prauæ conſuetudinis,& eū,qui quum poſ-
ſit,iniqua maiorū inſtituta non abrogat,eſſe video.At illi luſtralis auri colla-
tionē ſub Chriſtianis ſuperiorum temporum principib.inſigni cū exactionis
ſæuitia regnaſſe non negant;primumq; fatentur Anaſtaſium,longiſſimo poſt
Conſtantinū interuallo,chryſargyri tabulis ad ſe conſilio quodam aſtuto de
prouincijs omnib.accurate coactis,& concrematis, immortali beneficio ſub
ditorum animos obligaſſe.Deſinant ergo de iniuria Conſtantino facta que-
ri, quum iniuſtæ penſitationis auctorem non fuiſſe, teſtimonijs exceptione
maioribus necdum euicerint; & ſi maxime principem ab eo mali cauſſam re
moueant, tamen quin pari ſe ſcelere propter adprobationem receptæ turpi-
tudinis obſtrinxerit,inficiari non poſſint.At enim audiamus quæſo,quam fir-
mis nixi rationibus, haudquaquam a Conſtantino proficiſci potuiſſe tributi
tam illiberalis exactionem, conſtanter adfirment. Fatetur, aiunt, ipſe Zoſi-
mus,incredibili ſumtu Byzantium a Conſtantino,non parum prolato priſcæ
vrbis pomerio,conditum;auguſto palatio,quod Romano nō cederet, alijsq;
magnificentiſſimis ædificijs ornatum;annonam ciuilem,Romanæ ad vrbis ę-
mulationem, plebi Conſtantinopolitanæ conceſſam:ab eodē ſenatorib. qui
Roma Byzantium poſtulatu ipſius cōmigrare non recuſaſſent,ſumtuoſas do
mos exſtructas,& ingentē auri vim donatam.Non potuit ergo talis animum
principis exigendi ſordidi tributi cogitatio ſubire, nec ſibimet ipſe Zoſimus
aduerſari,quaſi a priorib.diuerſa prodendo,debuit.Hæ rationes illorū ſunt,
quas a nobis eſſe,quis quæſo non perſpicit?Prodigū fuiſſe Conſtantinū Zo-
ſimus ait, poſtquam ſummo imperio ſolus potitus eſſet; idque compluribus
argumentis oſtendit: quod vectigalia reipublicæ largitionibus immenſis
exhauſerit, in vitam voluptariam maximos ſumtus erogauerit, pecuniam
publicam in plurimas inutiles ſtructuras impēderit, profuſionem deniq; mu
nificentiam duxerit.Hæc ſi vera eſſe, fides ipſa rerum geſtarum probat; nemi
ni qui ſapiat,mirum videri poteſt,rationes exigendæ viciſſim pecunię nouas,
& quum moderatæ iuſtęq; non ſufficerent,acerbas eum excogitaſſe: qui pro
digere magnas opes ex animi libidine ſolitus, facultatem profuſæ largitio-
nis ſibi deeſſe nollet.Nam nulli cupidius alienis inhiāt, quam qui ſua ſine iu
dicio per ſummā licentiam luxumq; diſſipāt.Eodem ſpectat, quod in milites
liberalē fuiſſe Conſtantinum prædicant, idq; Zoſimum ipſum fateri comme

morant.

moꝛant. Nam quod eſſet imperium hac via mercatus, eadem ad retinendam quoque rerum ſummam vtendum videbat, abſque quo fuiſſet, cur exercitus huic legitimam Conſtantij ſubolem, quam ex Theodora coniuge reliquit, non prætuliſſent? Ferre principes parcos & frugi militaris luxuria nequit, immodice fiſci bonis ad explendam ipſorum libidinem abutẽtes colit. Id vero ſine certa ſubditorum pernicie confieri non poteſt, a quibus nullo non genere crudelitatis exigitur, quod ad retinendos in officio ſemel corrupti militis animos, inſano largitatis ſtudio profunditur. Hinc illæ ſordidarum exactionum inuentiones, mera diſſolutæ prodigitatis remedia: quas quidem acerbitates intolerabilium collationum, ſiue Conſtantini, ſiue Theodoſij maioris, ſiue Valentiniani primi mandatu imperatarum, recenſere; non eſt, vt iſti maligne interpretantur, aduerſus pios & religioſos principes impudẽter latrare, ſed veritatem factorum oſtendere, de quibus exempla capiamus ipſi, quę nobis ex vſu ſint. Nam ſi recte rem ęſtimemus, nihil hoc eſſe dicemus aliud, quã monere præſentes ſequuturosq; principes, ne Chriſtianam ipſi religionem profitentes, eam ſibi licentiam in bona ſubditorum permiſſam putẽt; quam Iulianus, alijq; pagani non vſurparunt; a quibus abſtinentiæ, benignitatis, & moderatæ gubernationis laude noſtros ſuperari, ſane turpiſſimum fuerit. At eundem Conſtantinum, inquiunt, alibi Zoſimus ob res quaſdam fortiter & egregie geſtas laudauit, itaque cauere debuit, ne quem antea prædicando extulerat, eumdem viciſſim repræhendendo deprimeret. Quaſi vero aut laudari Conſtantinus, Theodoſius, Chriſtiani principes alij nequeant, niſi probatis eorum factis omnibus; aut nõ hoc ipſo meliorem ſe vobis virum, hiſtoriæ quidem certe ſcribendæ magis extra omnem cõtrouerſiam idoneum declararit Zoſimus; qui quum notanda quædam Conſtantini delicta non leuia putaret, minime cõmittere voluit, vt quę ab eodem præclare geſta fuiſſent, ſilẽtio præterita ſupprimerentur. non hoc vti faceret, impetrare a Zoſimo infeſti Chriſtianis animi potuit indignatio; quam nimium quantum, indignum quidem in modum, ſi Chriſtianæ profeſsionis grauitatem ſpectare volumus, in vobis regnare video. Nam qui ſe Chriſtianos perhiberi voluere principes, licet pleriq; foedis eſſent inquinati ſceleribus, tantum non deos facitis, & laudibus in caelum tollitis: quum alios a luce religionis noſtræ deſtitutos, ceteroqui magnis virtutibus præditos, etiam debita meritis eorum laude frudare non vereamini. Non iam dicam de condicione fragilitatis humanæ, quæ nõ patitur, vt vni perpetuam recte factorum gloriam tribuamus. ideoq; verum eſſe Theognideum illud, ſapientes intelligunt:

Vir bonus interdum malus eſt, alias bonus idem.

Magnus ſane re fuit ac nomine Conſtantinus. quis negat? primus auguſtorũ leges aduerſus noſtros atroces & edicta crudeliſſima ſuſtulit, verum dei cultum amplexus eſt, tyrannidem quũ in rempublicam, tum eccleſiam multis annis exercitam feliciter oppreſſit, inteſtina deniq; noſtrorũ diſſidia coacto ſanctiſſimorum virorum concilio ſopiuit. hæc immortalia ſunt eximij principis merita, quæ omnes boni non ſolum adgnoſcunt, ſed etiã admirantur atq; prædicant. At eorum, qui res Conſtantiniano ſæculo geſtas commendare litterarum monumentis volunt, illa ratio eſt; nõ tantum vt iſta, ſane laudabilia, recenſeant: verumetiam ſi quid actum eſt, quod minus probari poſſit, nequaquã diſſimulent. id lex hiſtorię neceſſario requirit, & habet vſum in vita mortalium nõ exiguum: vtvt aliquid de illius, ad quem pertinet, gloria decedere videatur. Quod ſi a Zoſimo plena cum orationis libertate factũ fuit, non magis idcirco repræhendi meretur, atq; alij nonnulli, qui religionem nõ, vt ille, paganam; ſed noſtram ſequentes, grauiter pungere Conſtantinũ non dubirarunt; quum alias ob cauſſas, quas cum Zoſimo communes habent, tum quod

quod imperator veri numinis cultum præſeferens legem promulgarit, inſertam Iuſtinianeo codici, qua ob vſum magnificarum artiũ eos accuſari vetat, qui de nefarijs illis ritibus ac diſciplinis opem pro corporibus humanis, aut rerum vitæ neceſſariarum conſeruatione quærunt:hoc eſt,qui fonte bonorũ deo deſerto,quę ab illo ſe habituros ſubſidia deſperãt,a malis genijs exſpectant: quaſi aut diuinis in litteris hoc expreſſe prohibitum non ſit, aut impiæ rei,planeq; damnabilis vſus aliquis eſſe licitus poſſit.Iidem non abs re Conſtantinum,ob conſiliorum & voluntatis in ſenecta mutationem, vituperant; qui Conſtantiæ ſororis impulſu Arium, auctorem ſectæ poſt homines natos impuriſſimæ,reuocarit ab exſilio;præclareq; de religioſæ pietatis doctrina iã ſuo ſæculo, quam omnẽ ad poſteritatem meritum Athanaſium Treuirorum ad vrbem deportari iuſſerit. Ea crimina quiſnam iſtis a Zoſimo indicatis eſſe grauiora non videt?hæc enim ad dei gloriam,quietem eccleſiæ,ſalutem animorum ſpectabant: quum Zoſimus in ijs potiſſimum de Conſtantino queratur,quæ ad reipublicæ detrimentũ pertinebant.Iam quod indignum facinus admiſiſſe Zoſimum clamitant Euagrius atq; Nicephorus, qui Criſpum Cæſarem,egregia virtute iuuenem, & Fauſtam Auguſtam a Conſtantino necatos ſcripſerit;a calumnia profectum,vera crimina diſſimulante;an a ſingulari dicam impudentia, negante factum, quod indubitata veritas hiſtoriæ ſummo conſenſu ſcriptorum ita prorſus geſtum fuiſſe confirmat?At non meminit,aiunt,eorũ paricidiorum Euſebius Pamphili filius,Conſtantini ęqualis,& eidem iam mortuo ſuperſtes.Quid ſi teſtem hunc ego non admiſero? nã male genus hoc hiſtoricorum,antiſtites inquam,& monachi,ſolent adire; quod liberales in ſe principes & laudent prolixius, & ſtudioſius a facinorum nõ modo culpa,ſed etiam ſuſpicione liberent:alijs,ceteroqui nõ contẽnendis,quo iure,qua iniuria vel neglectis, vel etiam notatis. At iſta ſane contra ſcriptorẽ inſignem exceptione non vtamur.Demus id Euſebium vel non voluiſſe,vel nõ debuiſſe ſcribere;quod ita rationes & ipſius, & temporũ ſeſe darent. Aut enim viuo Conſtãtino ſcripſit hiſtoriam, aut eo iam rebus humanis exemto. Viuum offendere,relato in hiſtoriam hoc immani facinore, non niſi cũ præſenti vitæ diſcrimine potuit:idem ſi eo feciſſet extincto,ne a Conſtantio,qui patri & fratribus ſuperſtes fuit,grauiora quoq; perpeteretur, cautio erat.Nã cui quęſo pepercisſet,cognato qui ſanguini nõ pepercit?Itane dicemus iſtæ paricidia falſo conficta,quia patris, & patre mortuo, filij longe crudelioris metu nullus tum ea litteris prodere fuit auſus?At Criſpum laudat Euſebius, inquiunt.quo fit,vt nullo modo ſimile veri videatur, a patre fuiſſe necatum. Quaſi vero furore concitus patris animus ex ſuſpicione de nefaria filij cum nouerca conſuetudine,tantum in ipſo calore iracundiæ imperare ſibi potuerit,ne reſpectu præclarę illius indolis iuuenem occideret: aut non iniuriam ſpectatæ illius virtuti factam ipſemet poſtea teſtatus ſit, quum interfecti talis filij dolore ac deſiderio Fauſtam coniugem, cuius illum cauſſa ſuſpectũ habuerat,in balineo viuam extinxit.Euſebius ergo,ſi ſaluus eſſe volebat, aliter ſibi conſulere melius haud poterat; quam ſi totam necati Criſpi mentionem de hiſtoria ſua prorſus excluderet.Nam de duobus vt alterum faceret,neceſſarium erat:vel vti nocentem Criſpum,vel innocentẽ perijſſe fateretur.Nocentem facere noluit,quod omnibus aliter videretur: innocentem iugulatũ dicere non potuit,ne patrem accuſaret.Atq; hinc reuera colligitur, alienum a culpa criminis huius fuiſſe Criſpum; quod ei teſtimonium innocentiæ quũ alij tribuunt,tum ipſe Zoſimus,ab auia Helena grauiſsime deploratum ſcribens. Maluit igitur Euſebius ſuas quaſdam ob cauſſas in medio relinquere, quod Zoſimus ab ijs temporib.remotior,ob ipſam factorũ memoriam, prætерire ſilentio nequaquam debuit. Ac mihi quidem mirari ſubit, quid bonis

hiſce

hiſce viris in mentem venerit, vt tam abſurda repræhendendi Zoſimi ſtudio dixiſſe non contenti, ne quidem in Conſtantio crudelitatem vllam adgnoſcant: quia Vetranioni perduellionis reo, pepercerit. Quaſi vero ex hoc vnico facto ſolidam lenitatis & clementiæ laudem reperire potuerit, quod ſeni propediem in fata conceſſuro, ſanguine caſſo, non virtute victo, ſed fraude circumuento, pauxilli temporis vſuram permiſerit: qui alias immaniter vel in ſanguine coniunctiſſimos quoſque ſæuijt. Eumdem Conſtantium Nazianzenus quoque, vir alioqui grauiſſimus, odio Iuliani laudat: quum hic multis magnis virtutibus non par Conſtantio, ſed ſuperior exſtiterit: cui ſi maxime probro des ſequutam ad pagana deliria defectionem, tamen cur illum alterum defenſorem furoris Ariani præferas, cauſſam equidem idoneam nullam video. ſed de hoc paullo poſt dicendi ſe locus aptior offeret. Ad aliam calumniam diluendam me paro, qua Zoſimum partim mendacij, partim grauis illatæ Conſtantino contumeliæ reum peragere conantur. Narrat ille Conſtantinum violatæ ſacramentorum religionis, & paricidiorum, reliquorumq; ſcelerum cõſcientia vexatum, quum paganis in ſacris expiationem delictorum ſolidam nullam inueniret: Hiſpani cuiuſdam impulſu, cui nomen eſſet Aegyptius, ad religionis Chriſtianæ doctrinam acceſſiſſe, veram vt ex ea conſolationem animi, quam propter admiſſa facinora dolentibus, & ad reconciliatorem generis humani cum deo, dei filium, certa fiducia confugientibus offert, hauriret. Hoc illi, qui Conſtantinum ab iſtis paricidijs contra fidem hiſtoriæ liberant, propterea verum non eſſe putant: quia luſtrationem a delictis, quæ per baptiſmum fiat, omnino ſerius adeptus ſit. in quo Theodoriti, ſcriptoris fide digni teſtimonio conantur vti, qui Conſtantinum Nicomediæ ſub ipſum vitæ finem baptiſſatum tradit. Nihil hoc narrationis Zoſimææ veritati derogat. Nam religioni Chriſtianæ addictus eſſe potuit, etiamſi necdũ baptiſmi particeps factus fuiſſet. atque hic mos id temporis nimiopere compluribus arridebat, qui licet eſſent profeſſione Chriſtiani; tamen baptiſmum ad vltimos vitæ propemodum annos differebant: credo, quod plerique peruulgatam iſtis temporibus opinionem ſectarentur; a qua ne nunc quidem aliquos abhorrere videmus, nimirum a percepto baptiſmo vitam a nobis immunem ab omni lapſu requiri, nec vllam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam eſſe. quamquam de Conſtantino Theodoritus idem peculiariter memoriæ prodidit, ob eam potiſſimũ cauſſam prius baptiſſari noluiſſe; quod exẽplo Chriſti ſeruatoris, in Iordane diuino lauacro mergi ſemper optaſſet. Non igitur impedit baptiſmi dilatio, quo minus veritate conſolationum doctrinæ Chriſtianæ multo ante cognita, luſtratum ſe grauiſſimis a ſceleribus ſuis certo ſtatueret: nec iſta tam ſollicita ſolidæ perpetuæq; animi tranquillitatis indagatio repræhenſionem in Conſtantino meretur vllã: immo potius totus hic Zoſimi locus ad Cõſtantini, religioniſq; noſtræ laudem pertinet. Quis enim in illo vituperandum cenſeat, quod admiſſorum antea ſcelerum paenitentia ductus, in gratiam cum deo redire cupiuerit; & illã grauibus immerſam vitijs vitam priſtinam cum meliore noua commutare? quis omnibus, quæ vmquam poſt homines natos exſtitere, religionibus anteferẽdam Chriſtianam negetſi cum cæleſti numine, quod ſcelerib. noſtris offendi vel inuitis nobis animi noſtri conſcientia dictat, in gratiã nos reponit, certamq; nobis quietem largitur, in qua vera totius eſt vitæ, quam adeo ſollicite, ſed fruſtra priſci quæſiuere philoſophi, ſita beatitas? Ex his ergo quilibet intelligit, quam leuibus & iniquis nixi rationibus Euagrius atq; Nicephorus, exagitare pro ſua libidine voluerint, quæ de Conſtantino prudenter & recte Zoſimus, virtutes cum vitijs, præclare facta cum vituperabilibus coniungẽs, in quibus ipſe quodam modo Conſtantinus ab indole moribusq; ſuis degeneraſſet, in hiſtoria ſua perſcripſerat. Meminiſſe nimirum debemus, ſapien-

tiſſime dictum ab Herodoto, neminem eſſe mortalium, nec vmquam futurũ, cui non ab ipſo ſint ortus initio miſta cum bonis mala; maximis aũt maxima. Quod ſi de religione noſtra parũ perite paganus homo iudicat, eã cauſſam tanti non æſtimemus; vt Zoſimum propterea vel durius tractandum, vel etiã de manibus ſtudioſorũ hiſtoriæ putemus excutiẽdum. Atq; huius ſane generis eſt, quod non vere Zoſimum ſcripſiſſe dicunt, ex quo Chriſtianorum noua cum paganorum vetere commutata religio fuerit; vexatum a barbaris imperium Romanum, magnaq; ſui parte deminutum, vix tenues priſtinæ maieſtatis reliquias, velut ingentis ędificij parietinas quaſdam, ſartas tectas tueri. Quod vti refellãt, multas imperio prouincias, ex quo ſeruator ille noſter natus fuerit, religionemq; noſtram conſtituerit, adiectas ordine longo commemorant; magnam Macedoniæ partem, Albanos, Hiberos, Colchos, Arabes, Gallos, Germanos, Britannos. Iſtæc vero cauillatio eſt, non iuſta reſponſio. Non enim de ortu, quaſiq; primis noſtræ religionis incunabulis Zoſimus loquitur; ſed illa notat tempora, quib. ea late iam vires adquiſiuerat, & diuino lucis ſuę prolato iubare profanę caliginis nebulas ita diſcuſſerat: vt a veritate proſtrata iaceret paganorũ ſuperſtitio, nec iã vel principes, vel ſubditi ſacra cęrimoniasúe maiorum vllo in pretio haberent. Quod ſi etiam penitus intuebimur, quæ de prouincijs illis in ditionem poteſtatemq; populi Romani redactis dicũtur: maior heic inſcitia ſe prodat accuſatorũ, an impudentia, ſane mirabimur. Nam veriſſime reſpondebit Zoſimus, Lucullis, Pompeijs, Iulijs, Vibijs, Druſis, Traianis, ceteris, ſuæ religionis ducibus expugnationes illarũ gentium nationũq; deberi: contraq; culpam earumdem perditarũ in noſtros conferet, quod nos ſane vix aliqua cũ veri ſimilitudinis ſpetie poterimus inficiari. Quapropter alias obiectionis Zoſimææ refutationes quærendas cẽſeo, verioresq; cauſſarum explicationes inſtituendas; ob quas triſtes illę regnorum ruinæ, confuſiones, excidia deniq; fatalibus quibuſdam temporum momentis accidant. quippe nequaquam talium malorum origo reſtitutæ diuini cultus puritati debet accepta referri, ſicut ab imperitis & errores a maiorib. hauſtos obſtinata contumaciæ cæcitate tuentibus, quum antea ſæpe factũ ex monumentis hiſtoriarum cognoſcimus, tum in iſta luce temporum noſtrorũ cottidie fieri videmus. Vt autem ad Zoſimomaſtigas noſtros redeamus, dum probare nituntur, feliciorem ſub Chriſtianis principib. fuiſſe rempublicam, quam ſub paganis; infauſtum expeditionis Iuliani contra Perſas euentum hiſtorię noſtrę auctori obijciunt. de quo principe quoniam & varia ſunt iudicia diuerſorum, & in primis theologorum veterum iniquiora: prius, quam pro Zoſimo reſpondeatur, qui vir fuerit Iulianus, religionis interim quæſtione quaſi ſequeſtrata, videamus. Erant in Iuliano multa maximarum non adumbrata, ſed expreſſa ſigna virtutum; quas ſi error in veri numinis cultu non obſcuraſſet, admirabilem profecto boni principis effigiem in eo, quamuis admodum iuuene, ſpectare licuiſſet. Magno præditus erat, & capaci diſciplinarum omnium ingenio; quod ab ætate prima ſtudijs optimarum artiũ non procerum more, mediocriter fuit excultum: ſed eam perfectionem in quouis genere doctrinæ liberalis adtigit, vt omnium confeſſione magiſtros ipſos, viros præſtantiſſimos, excelleret. atq; hanc eruditionis laudem ei non falſo tribui, quæ hodieq; reliqua ſunt. elegantiſſima principis monumẽta teſtantur. Iuris quoq; Romani cognitionem in eo non vulgarẽ fuiſſe, declarant ea reſcripta, quæ in libris de iure ciuili leguntur. Iam quod maiores illas virtutes adtinet, ſingularem eius in re militari prudentiam & fortitudinem bellicoſiſſimę Germanorum nationes tantis cum cladibus & ſtrage ſuorum expertę fuerunt; vt internicionem Germani nominis veritę, pacem a iuuene ſupplices peterent, cuius leges & ante Iulianum, & poſt eum maximis imperatoribus datas ab ipſis conſtat. atque hæc bella dũ gereret, incredibile dictu eſt, quę ipſius eſſet

in

In victu potuq; frugalitas & temperantia;quam ſomni partus,laboris patiẽs; omnibus voluptatum illecebris ſpretis,philoſophicam inter lituos & armorum perpetuos ſtrepitus vitam ageret.Modeſtiæ documentum,ab omni ambitione non parum alienæ,magnum edidit, quo tempore Conſtantius Aug. Helenam ſororẽ el matrimonio iungeret,acdignitate Cæſaris nihil tale ſpectantem ornaret,quippe quum imperatoris iuſſu chlamys ei purpurea inijce retur, quanti veſtem illam auguſtam faceret, indicare volens, Homericum verſum pronuntiauit;

Purpurei vis leti, & inexorabile fatum Occupat.

Lenitatem in condonandis hominum delictis quum alias ſępe declarauit in ſignem,tum eo potiſſimum tempore, quo populi Antiocheni dicterijs petitus,multo,quam par eſſet a ſubditis tolerare principem, mordacioribus; ſat habuit intempeſtiuos eorũ ſales oratione faceriſſima,ſummo cũ Antiochenĩ populi pudore, ac voluptate legẽtiũ vlciſci. Caſtitatis vero quæ rara ſemper habita fuit virtus in magnis principibus, tãto ſtudio partã ſemel in omni vita tuebatur,non ſolũ vt Helena viua nullis ſe libidinib. illicitis pollueret;verũ etiã illa rebus humanis exemta,nullius legitimas amplius in ipſo ętatis flore nuptias expeteret,& a furtiuis amorib.totus abhorreret.Nec ipſo facto cõtentus oſtendere, quanti virtutẽ hanc faceret;etiã Bacchylidæ veteris poetæ ver ſus in ore ſemper habebat,quorũ huiuſmodi fuiſſe ſententiam accepimus;

Vt quum de ſtatua facies formoſa reuulſa eſt,
non decus in reliquo corpore truncus habet;
ſic reliqui mores ſpreti ſine honore iacebunt,
ni ſint ornati laude pudicitiæ.

Tot tantiſq; corporis & animi dotib.illuſtrẽ Iulianum, in quo diuinũ ingenij lumen ex dictis,doctrina de librorũ monumẽtis, cognitio iuris ex reſcriptis, rei militaris vſus ex factis,modeſtia placidiſſimis ex moribus, ex continẽtia perpetua caſtitas enituit; quis obſecro vel infeſtiſſimus hoſtis nõ ingenue lu benterq; prędicet?nihilo minus inuenti ſunt tam alieni ab omni ſenſu humanitatis homines,vt eos ſolo diſceſſionis a religione Chriſtianorũ prętextu de veris eius laudib.impudenter detrahere,parũq; felicem,immo perniciosum reipublicę principem dicere non ſit veritum.Quoniã,inquiunt,parũ proſperis in Perſico bello ſucceſſib. vſus eſt,& in hoſtico cęſus ingens reipublicę detrimentum adtulit.Immo duas ille fatales ac formidoloſas imperio Romano nationes Germanicam atq; Perſicam,ad eas redegit anguſtias;vt illa grauiſſi mis fracta proelijs, & cupide pacem peteret, & conceſſam metu feliciſſimi iuuenis, alias quietis & otij ſemper impatiens, eo ſuperſtite ſancte coleret: hæc perpetuo victoriarum curſu territa,non iam amplius caſtra caſtris oppo nere,nec æquo Marte congredi,forumúe direptiones,expugnationes,incẽdia clades extremas auſa prohibere,parum ab interitu res ſuas abeſſe vel inuita fateretur.Quidquid denique vel terroris illatum, vel acceptum damni, Ioniano ſucceſſori debetur,noſtræ religionis homini: qui perpetua cum Romani nominis ignominia prope ſupplex hoſti iam victo factus eſt, & quos vltro pacẽ poſcentes finium ſuorũ parte multatos oportuit, ceſſione cõpluriũ prouinciarũ placauit. Quęnam igitur iſta libido eſt,inceſſendi alios ob eade licta,quę noſtris accepta ferenda ſunt?Atq; hoc loco videamus,quã graui argumento cenſores iſti demonſtrent, quanto noſtri principes paganis & ſanctiores,& auguſtiores fuerint, ipſaq; ſub eorum imperio reſpublica beatior exſtiterit.Interfecti ſunt,inquiunt, pagani principes, & ſeditionibus vexati: quum noſtros nec a domeſticis,nec extraneis hoſtib.cæſos conſtet.Ergo noſtra,quam illorũ,feliciora putãda tempora.Non lõge abeundũ ai bitror,vt iſtis oſtendatur,quã vel obliuioſi ſint,vel alios calumniandi ſtudio cæci. Quinã obſecro domeſtici credẽdi ſunt propiore nos cõiunctionis quaſi gradu tã gere?nõ ſecundũ parẽtes,proximi nobis ſunt fratres? nõ illos ordine fratres

patrueles & conſobrini ſequuntur? Videamus ergo, quid ipſis Conſtantini li
beris factum ſit, qui omnes religionem Chriſtianam profitebantur. Horum
qui natu minimus erat Conſtans, fratrem primogenitum Cōſtantinum frau-
de circumuentum, nihil tale exſpectantem, per ſummū ſcelus ſubmiſſis per-
cuſſoribus interfecit. Cōſtantem paricidij ſcelere pollutum Magnentius per
duellis necauit. Tertius e fratribus Conſtantius, ſolus ſuperſtes, rabioſe pro-
pemodum cognato ſanguini tantiſper eſt inſidiatus; donec e medio ſublatis
vniuerſis Conſtantij maioris poſteris, familiam ipſe ſuam extingueret. Quæ
poſſint eſſe triſtiores paricidiorum tragoediæ, quam iſtæ ſunt? At hæc bonis
iſtis hiſtoricis in mentem non veniebant, quæ tunc ſane multorum a nobis
alienorum animos haud leuiter pungebant, & a noſtri cultus adprobatione
ob foedam eiuſmodi quaſi lanienæ ſpeciem auertebant. Iam quæ de impro-
bis Valentis Auguſti moribus a Zoſimo dicuntur, haud moleſte fert Euagri-
us; quod Arianorum ille defenſor eſſet. Ab hoc plerique veteres, quos inter
& Paulus Varnefridus eſt, quem Diaconum vulgo vocamus, & Iornādes no
ſter, latam legem (vt ipſi quidem volunt) impiam queruntur; qua cauit, ne ſub
religionis ſcilicet ſpecie numerus captantium ſolitudines nimium excreſce-
ret, vt rebus gerendis & propugnandæ reipublicæ idonei de latebris illis ex
traherentur; & vel armatæ militiæ, pro cuiuſque ſcilicet genio & indole, vel
ciuilis obire munia cogerentur. Hac ego de cauſſa Valentem immerito re-
præhenſum arbitror. nec deſunt, qui ea lege putent in vſum reuocata, reda-
ctisq; militares ad annonas ampliſſimis facultatibus, quas ignauæ pecudes
abſumunt; & agmina cogi maxima poſſe contra barbaros, & in armis perpe-
tuo ſine reipublicæ ſumtu ali, cuius ipſe quaſi ſanguis & ſuccus vana maiorū
ſuperſtitione ventribus illis ceſſerit. Atque hæc fere ſunt, quæ tanto cum niſu
contra Zoſimum noſtrum Euagrius atque Nicephorus crepuerunt; quorum
nos in excuſandis noſtris rationes ineptas atque futiles, in accuſandis alijs
vanitatem, negandis veris impudentiam, falſis adſtruendis imperitiam, ſatis
aperte, credo, reteximus. Reſtat Photij patriarchæ Byzantini iudicium, quo
Zoſimum tradit inſtar canis pios allatraſſe. Sed nos iam ante latratum illum
minime fuiſſe noxium, nec morſum, velut rabioſi, peſtilentem oſtendimus.
quod vti paucis in conſpectu quaſi poſitum adpareat, ex tota Zoſimi perſpi-
cimus hiſtoria, repræhendi ab eo Conſtantinum propter exactionum acerbi
tatem, paricidia, luxum, profuſionem; quæ in eo vitia profeſsio Chriſtianæ re
ligionis parum extinxerit. Eius filijs mutuas inter ſe cædes, & cognati ſangui
nis effuſiones obijcit. Iouiani quæ fuerit ignauia, quam parum fortis in reti-
nendis reipublicæ prouincijs animus, oſtendit. Valentiniani plus æquo ſuſpi
cacem naturam, ideoque ſæuam in eos, quibus diffideret, cum graui vexatio
ne ſubditorum, quos onera tributorum immenſa exhauriebant, cōiunctam
notat. In Gratiano nimium barbarorum amorem, ſuorum contemtum, & i-
pſi principi necis fuiſſe cauſſam, & in republica mutationem adtuliſſe mon-
ſtrat. Theodoſio mutatos, auctos, venditos magiſtratus, immodicumque vo-
luptariæ vitæ ſtudium vitio dat: licet his exceptis, eumdem ingenue laudet.
Eius filios, Arcadium, nō niſi pecus Arcadicum, quod ab eunuchis & mulier
culis ſummo cum detrimento reipublicæ, bonorumque luctu regeretur; Ho
norium ignauia fratri parem fuiſſe declarat. Hi ſunt illi, puto, pij principes,
contra quos latraſſe Zoſimum Photius, ob eorum indicata vita queritur: quū
ſi quid in ijſdem prędicatione dignum reperiret, minime diſſimularet. Adde
religioſos antiſtites, Ioannem cognomento Chryſoſtomum, quem imperitæ
plebis animos arte ſingulari demulcere ſolitum dicit: Innocentium papā Ro
manum, quem impijs ritibus pro ſalute vrbis adhibendis non aduerſatum a-
it, quaſi vulgatum illud cogitantem.

Flectere ſi nequeo ſuperos, acheronta mouebo.

monachos denique, quos a matrimonijs legitimis abſtinere commemorat, & in vrbibus atque vicis populoſa collegia complere, hominibus innuptis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ neceſſarium vſum idoneis: niſi quod via quadam progreſſi ab eo tempore, in hunc vſq; diem, magnam terræ partem ad ſe tranſtulerint; & ſub prætextu, quaſi cum pauperibus omnia communicēt, omnes propemodum ad inopiam redegerint. En graues indigniq; latratus, quos Photius notare voluit. In ceteris, quæ a Zoſimo contra religionem Chriſtianam dicuntur, mirum quemdam quaſi recurſum circulumque temporum ac rerum humanarum videre licet. Gratianum poena fatali periiſſe refert, quod pontificis maximi veſtem more maiorum accipere, Chriſtianum ſe profeſſus, & a cultu deaſtrorum alienum, recuſaſſet: quæ veſtis eo ritu paganis imperatoribus tunc offerebatur, quo ſequentibus ſaeculis receptum fuit, vt principes Chriſtiani ſtolas, quas diaconatus adpellant, induerent. Narrat ſenatum contra Theodoſium pro defenſione auitæ patriæq; religionis antiquitatem paganorum rituum, ab ipſa origine vrbis, & vltimis repetitam ſaeculis, allegaſſe: quibus obſeruatis, ad mille ducentos annos incolume populi Romani fuerit imperium: expertem rationis fidem tam priſcis auguſtisq; caerimonijs minimè præferendam cenſuiſſe. Tradit Theodoſium ritum legemq; ſacrorum, quæ perpetua ex inſtituto maiorum eſſe debebāt, aboleuiſſe: ſumtus ſacrificiorum de publico fieri prohibuiſſe: militares ex ijs annonas erogari, pro tutela imperij, mandaſſe. Queritur hunc & ſimulacra de medio ſuſtuliſſe, nec multo poſt, aureas argenteasque ſtatuas conflatas; numos ex ornamentis eorumdem maximi pretij redactos, barbarisq; datos, Alarichi placandi cauſſa; matrem deum Rheam mundo ſuo nefario Serenę, quæ nata fratre Theodoſij maioris erat, ſacrilegio ſpoliatam; ab eius deniq; marito Stelichone laminas aureas magni ponderis, quibus obductæ Capitolini templi fores erant, dereptas. Quis conſimilia ſæculo noſtro geri non videt? non eiuſdem prope generis querelas audit? ex quibus ſane perſpicimus, hoſtem illum generis humani, dum quibus omnino viribus poteſt, verum in terris dei cultum impedire conatur, ſemper ſui ſe ſimilem gerere. Tantum vero abeſſe crediderim, vt viri prudentes propterea lectionem Zoſimæam repudiandam exiſtiment; vt eam potius ob huiuſmodi narrationum varia quaſi condimenta iucundiorem fore confidam. Hæc habui, quæ pro Zoſimo noſtro contra diras illas quorumdam inſectationes in medium adferrē; haud difficulter, vt ſpero, recte iudicantium adprobationem inuentura. Poſſem vero, ſi luberet, vel ſi opus eſſe ducerem, veriſſimas hoc loco Zoſimææ commentationis laudes explicare. Sed quando vendibili, quod aiunt, vino ſuſpenſa non opus eſt hedera; mittamus iſta ſane, nec diutius ab elegantiſſimorum librorum lectione iam cupidos cognoſcēdi noſtri ſcriptoris animos inhibeamus. Hoc quidem futurum prope certo mihi policeri videor, vt ſolis eccleſiaſticarum rerum narrationibus exceptis, cetera Zoſimum quibuſuis noſtrorum hiſtorijs, Euſebianis, Socraticis, Zozomenicis, Theodoriteis eruditi lectores non inuite præferant: aut ſi hos, quaſi maiorum gentium ſcriptores eccleſiaſticos, animi quadam religione præpediti, pagano poſtponere, non audebunt; quin extra controuerſiam in ſuo genere parem his facturi ſint, ceterosque noſtros ſiue Zonaras, ſiue Cedrenos, ne quidem in comparationem cum hoc admiſſuri, nullus equidem dubitabo.

BEATVS RHENANVS BONIFACIO AMERBACHIO IVRISCONSVLTO S. D. P.

NON aliam ob cauſam, vir clariſſime, minus à Germanis noſtris lectas hactenus Procopij hiſtorias crediderim, quas ille de Gothorum Vandalorumq́ bellis in Italia alibiq́ geſtis ſcripſit, iam olim Latinè verſas, niſi quod perſuaſum fuit omnibus, Gothos præſertim, Scythas extitiſſe. Quæ res fecit, vt nos obliti carminis Homerici, ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται, in externarum gentium hiſtorijs duntaxat verſemur, quum tamen domi habeamus quod admiremur, quodque non ſolum cognitione, verumetiam imitatione dignum alicubi videri queat. Noſtri enim ſunt Gotthorum, Vandalorum, Francorumq́ triumphi. Nobis gloria ſunt illorum imperia in clariſſimis Romanorum prouincijs, atque adeo Italia ac ipſa Roma regina vrbium cunctarum conſtituta, quorum tamen hodie nullum ſuperſit, præterquam Francium, vt fortunatiſſimi ſemper domi foriſq́ extitere veteres Franci. Non quod probem, vt ingenuè verum fatear, vrbiũ incendia, direptiones, euerſiones, agrorumq́ deuaſtationes, ſine quibus hoc genus victoriæ non contingunt: quis enim cordatus huiuſmodi inſanias non deteſtetur? ſed quia vulgo commendari iſta ſcimus, vnde nobilitas omnis petatur. Enimuero nõ perinde exactè gentium origines hic autor, homo videlicet Græcus, ediſſerit; vt quæ ſub Iuſtiniano Cæſare præcipuè geſta ab illis fuere, bella commemorat, contentus docuiſſe quid tum quidem factum ſit. Atq́ Procopio ſanè hic accidere video, quod omnibus nobis accidit, qui de veteribus populis diſputamus, vt coniecturis nitamur, nimirum quod audita vel apud autores lecta, nõ viſa plerunq́ referimus. Porrò quod de Thracibus Marcellinus dixit, nos de vetuſtis populis omnibus generatim dicere poſſumus, facilem futuram deſcriptionem, ſi veteres concinerent ſtili, quorum obſcura varietas opus veritatem profeſſum non iuuat. Cæterum Iornãdes Alanus, vt mihi colligere videor, Gotthos ex Scandia ſiue Scandinaria Germanici maris inſula, quam ipſe Scanziam vocat, hodie Septentrionalem Selandiam fortaſſe dicimus, aut Sueciam, rectè deducit: quod cum Getis eoſdem facit, longe aberrat. Sic nanq́ Getarum nomen Gotthis tributum eſt ab eruditioribus, quẽadmodum non ita pridem Maximilianum Cæſarem quidam antiquitatis Romanæ ſtudioſi Maximianum nuncupauere, quidam Maximũ Aemilianum, nimirũ propter nominis alluſionem, vt quibus cultus in Norico Ripenſi diuus (nam Laureacenſis epiſcopus fuit) ignotus exiſteret. Indicat hoc Spartianus in vita Antonini Caracallæ, cui dixerit aliquãdo per iocum Pertinax titulos victoriarum aſcribenti, Adde ſi placet, etiam Geticus Maximus, quod Getam, inquit, occiderat fratrem, & Gotthi Getæ dicerentur. Idem Hieronymus noſter innuit in Geneſim, & libro primo Gotthici belli Procopius, vbi de Romanis loquens, Geticam quippe, inquit, Gotthorum hi nationem eſſe affirmant. Item in initio belli Vandalici, de Gotthis agens, Sunt, inquit, & qui Geticas gentes has vocent. Vides Procopiũ nihil aſſerere. In cauſa fuit præter nominis alluſionem, quod ex inſula Scandia prodeuntes Gotthi quum Vlmerugos litoralem populũ propuliſſent, & ſubiugaſſent Vandalos, quo loco Gotthiam in Vandalis conſtituerunt, noui populi nouam regionem, quantum ad nomenclaturam attinet: pars illorum in Getas & Scythiam proceſſit, quâ Hiſtro fluuio prætexitur, vt commodius Romanorũ prouincias, Mœſiam vtramq́, & Thracias, atq́ adeo Græciam ipſam vexare poſſent. Siquidem præ Quadis & Marcomannis parum agere poterant, in Rugorum Vandalorumq́ tractu conſiſtentes. Et in cæteros Germanos bellum gerere ſibi durum erant experti. Prædandi vero gratia non minus quàm ob melius ſolum occupandum omnes demigrationes factæ ſunt. Hincq́ ego Oſtrogotthorum & Vueſtgotthorum appellationes primum natas ſuſpicor, audacter hic à Paulo Diacono diſſenſurus. Ideo vero Scytharum nomen Gotthis accommodandũ non eſt, quod in Scythia aut Getarum regione conſiderint, ſicut nec pro Gallis Hiſpaniſúe habendi, quod in has prouincias poſtea

conceſſe-

conceſſerint Veſegotthi,nec pro Gallis Franci,quos rectius Scythicos,Geticos,Gallicos, Hiſpanienſesq́ vocauerũ.Sanè ætate Cornelij Taciti,Vigeuones ſiue inſulares adhuc erant Gotthi.Itaq́ Gotthinos apud eundem autorẽ nemo Gotthos interpretetur,nemo Gotthones.nam inſulares populos nominatim non deſcribit Tacitus,contentus in initio dixiſſe, Cætera Oceanus ambit, latos ſinus & inſularum immenſa ſpatia complectens,nuper cognitis quibuſdam gentibus ac regibus,quos bellum aperuit.Ptolemæus Gotthorum meminit vt inſularium,inter eius Scandiæ populos,quam ipſe tribus reliquis maiorem facit,meridionalem partem tradens inhabitare Gutas. Nam Gutæ illi indubie ſunt Gotthi,ſicq́ cæteri Germani eos nominaſſe videntur. Adiuuant hic nos duæ quædam orbis deſcriptiones,quarum altera iunioris Theodoſij iuſſu facta eſt,niſi fallit titulus:altera non multo poſterior videtur.In Theodoſiana ſic legitur, Germania omnisq́ Gotthia finiuntur ab Oriente flumine Huiſtia,ab Occidente flumine Rheno,à Septentrione Oceano, à Meridie flumine Danubio. Audis hic Gotthica nomen. Et ſequitur illic,Dacia & Alania finiuntur ab Oriente deſertis Sarmatiæ,ab Occidente flumine Huiſtia,à Septentrione Oceano,à Meridie flumine Hiſtro. Hinc intelligis Gotthiam iſtam Daciæ fuiſſe conterminam ad amnem Huiſtiam, vt non mirum ſit,quod apud Procopium aſſerunt Longobardi in oratione quadam ad Iuſtinianum Cæſarem,Gotthis Dacos olim fuiſſe vectigaleis: & facile factu fuerit, vt Gepida Gotthica gens in hanc poſtea regionem immigrarẽt. Altera illa deſcriptio,vbi initium Europæ facit à Tanai flumine,poſt Septẽtrionalis Oceani Hiſtriq́ mentionem, ſic habet,Hinc ab Oriẽte Alania eſt,in medio Dacia,vbi & Gothia,deinde Germania. Addendum hoc loco,quando hæc præfatio vice eſt argumẽti,Vandalos à Gotthis,quorum imperij impatientes erant, homines libertati tot ſeculis aſſueti, tandẽ propulſos eſſe.nam antea ſæpe,& Diocletiani Maximianiq́ principatu,ceu Mamertinus autor eſt,rurſum concurrerant,vt his demum nihil conſilij ſuperfuerit, niſi ab Imperatore ſedes petere,quas obtinuerunt, poſt initum cum ipſo fœdus,in Panonia,multarũ exulum nationum hoſpicio famigerata.Vnde liqueat,contra hanc prouinciã domicilium eos antè habuiſſe,quibus autor eſt Iornandes ab Oriente fuiſſe Gotthos, ab Occidente Marcomannos,Hermunduros à Septentrione,à Meridie Hiſtrum ſiue Danubiũ. Poſt aliquot annorum curricula Stilico gente eadem ortus,ſed apud Honorium Auguſtũ primas tenens,illos è Pannonia populariter excitos in Gallias cum Alanis,quos etiã, vt arbitror, Gothorum vicinia tedebat,proficiſci iuſſit. Procopius à Mæotide veniẽtes facit, id quod de parte gentis fortaſſe eſt accipiendum. Nam has gentes bella crebro diſperſerunt. E Gallijs in Hiſpaniam progreſſi ſunt, atq́ inde in Aphricam Vandali. Inter quinque Germanorum genera,primos facit Vindilos, hoc eſt Vandilos Plinius, à Sarmatis videlicet venienti,nobis alioquin extremos : apud quem perperam legitur Vindelici pro Vindili,quemadmodum alibi caput Plinij de Germaniæ populis caſtigantes monuimus. Enimuero libuit hac fuſius paulo narrare,quod Procopius iſtorũ populorũ origines et primæuas ſedes,vt homo Græcus,inueſtigare nequierit. Dicemus autem in noſtris rerum Germanicarum libris,quos nuper edidimus Ferdinando Cæſari dicatos,de gentibus alijs,& de Gotthis etiam,ac Vandalis,tum copioſius,tum exactius.nam Iornandem & Paulum Diaconũ diligenter excuſſimus.Porrò,vir ornatiſſime,quando me diu reluctantem,inuitumq́ tandem coegit typographus,vt in volumen iſtud hiſtoriæ Gotthicæ præfarer, non modo non recognitum à me, ſed ne lectum quidem antea,niſi quod ex officina terniones typis excuſos huc ille ſubinde miſſitauit, te ego potiſſimum ex amicorum numero delegi,quem hic alloquerer,quum ſani in literis iudicij,tum hiſtoriarũ veterum peritum. Atq́ equidem miraris fortaſſe,vnde Procopianum exemplar tam anxie,tamq́ diu nuſquam non quæſitum,nactus tandẽ ſim. Cunradus noſter Peutinger,vrbis Auguſtanæ,imò Sueuiæ totius immortale decus,id ex bibliotheca illa ſua inſtructiſſima ſummiſit,certe vir optimus,& mihi quoq́ propter exhibitã anno ſuperiori in πανγερμανικῷ illo apud Auguſtam concilio non vulgarem humanitatem peculiariter prædicandus. Idẽ Iornandis epitomẽ de ſucceſſione regnorum ac temporum antehac non editam, communicauit. Cupiebam Ablabium ego,Caſſiodorique Variarum libros,& ipſas Gotthorum leges adijci,quo res Gotthica

vno volumine comprehenſa prodirent abſolutiores: ſed exemplaria defuere. Nam Aretinus nihil ferè narrat, quod non ſit à Procopio mutuatus, cuius paraphraſten agit. Cæterum male vereor, ne interpres Gothici belli in Græcum codicem mutilatum inciderit, quod de Alaricho rege prorſus nulla fiat mentio. Verum boni conſulendum eſt, quod corrigi non potuit. Præter Gothos ipſos & Vandalos, etiam Eruli, Antæ, à quibus Antici titulus Iuſtiniano Auguſto obtigit, Toringi, Burgundiones, Scritoſini, Arborichi, quos arbitror me ſcire, quos deſignet, Rogi, Sclauini, Gepidæ, Longobardiq́;, & vt coniicio, pro Scandia Thule inſula, cum innumeris alijs populis hic deſcribuntur. Vbi dignum obſeruatu, quod ſubinde Germanorum vocabulo κατ' ἐξοχὴν ſolos Francos innuit, nimirum quod illis temporibus florentiſsimus is inter Germanos populus fuerit, non minus poſt occupatam Galliarum ditionem, quàm antea. Nec ſine cauſa Agathiæ hiſtoria adnexa eſt, ea complectens, quæ poſt Procopium iam vita functum acciderunt. Iornandis libelli duo rectè ſunt adiecti, cum epiſtola Sidonij, qua Veſegothorum regem Theoderichum graphicè depingit. Vtinam τὰ ἀνέκδοτα Procopij extarent, quorum Suidas meminit. Sed opinor librum iam olim non ſine cauſa ſuppreſſum. Bene vale amice eximie. Seleſtadij decimo ſexto Calen. Septembris, anno M. D. XXXI.

AGATHIAS IN-TERPOLATVS,

AD

FR. PITHOEVM V. C.

CVR enim autiſto laborē hunc meum nomine non adpellem, aut eo cū alijs communicādo tui, Franciſce, mentionem non faciam? quū & vere nunc interpolis prodeat Agathias, & hoc quidquid eſt operæ meæ, ſecundum beatos Redingeri manes, merito tibi ſint lectores acceptum laturi. Nam quū ille non multo ante, quam vitam in terris ſuam clauderet, ex bibliotheca ſua Græcum Agathiam ad me deferri iuſſiſſet; isq; ſatis mature miſſus a Falkemburgo meo, viro præſtantiſſimo, diutius tamen, neſcio quo fato, quaſi præpeditus in itinere, ſuperioribus tamdem diebus ad nos, abſoluta iam operis huius editione, perueniſſet: cogitabam, equidē aliter, hoc tempore fieri non poſſe, quin illo tātū cultu, quem patrū auorumue memoria Chriſtophorus ei Perſona donaſſet, ornatus in lucem hominumq; conſpectum iterato rediret. Tu vero & prudenter indicando, quam pleręque ſuperioris illius ſaeculi, quo renaſci primum omnis honeſta liberalisq; doctrina cepit, Latinæ de Græcis factæ optimorum ſcriptorum interpretationes parum origini archetypisq; ſuis reſpondeāt: & amice pro coniunctione noſtra monendo, ne, qui aliquid operę, te quoq; nonnihil opis adferente, recenſendis ceteris impendiſſem, ſolum Agathiam intactum relinquerem: haud difficulter a tui ſtudioſiſſimo, quod e re lectorū fore dictitabas, impetraſti; vt triduū hoc collationi librorum Agathiæ Latinorum cum Græcis tribuerem. ecquod autem heic operæ pretium fecerim, res ipſa declarabit. tum quidē conſilium experiundo verum & idoneum fuiſſe cognoui, cuius qui fructum in hac multorum ab interprete prætermiſſorum reſtitutione percipient: non tam mihi, qui rem in aliud tempus dilaturus eram; quam tibi, qui auctor exactorque fueris, obligatos ſe fatebuntur.

AD LIBRVM AGAthiæ I,

PRimum illud pulcerrimum prooemij, fragmētum quo patriam, parentes, inſtituti ſui rationes Agathias explicat, vti ſupra deſcriptum Agathię Suidęo ſubiecimus, quis nō in ipſo repertum limine boni duxiſſet ominis loco? mihi quidem animū addidit, libentius vt tuo conſilio parerem. Sed præcedunt & alia quædā in eodem illo prooemio notanda. Nam vbi philoſophia ciuili non mul- *pag.457. lin.3* to dicit inferiorem eſſe hiſtoriam, ſi quidem non etiam plus vtilitatis habeat; ea ſequuntur in Agathia Latino, quæ corrupta plane ſunt. Græcorum hæc eſt ſententia. Philoſophia quidem ciuilis (interpres ad hiſtoriā per errorem hęc retulit) inſtar grauis & alienæ ab omni adſentatione dominæ iubet atque præcipit, quibus inhærendum, quæ fugienda ſint; & perſuaſioni coactionem quaſi quamdam admiſcet: hiſtoria vero plerumque illecebris vtendo, & ipſas præceptiones exemplorum varietate quaſi cōdiendo, & orationis vi oculis ſubijciendo, vbi mortales maturis vſi cōſilijs & iuſticia, laudem repererint, vbi vel diuerſum a recto cōſilium, vel fortunam ſequuti, fine ſuo fruſtrati ſint: tacita quadam ratione paullatim

virtutes animis inſerit. Solet enim
animis, quidquid gratum eſt, vltro-
que ſe offert, irrepere facilius & in-
hæreſcere.

458.8. Non multo poſt, facta mentione
poematum ſuorum, & eorum, quæ
ab alijs facta collegerat, ordineque
diſtincta perſcripſerat; ſubijcit in e-
ius ſtudij defenſionẽ ac laudem, ab
interprete omiſſa: Et hæc igitur a me
perfecta ſunt, & alia plura exercita-
menta, non illa quidem elaborata,
quaſi valde neceſſaria; ceteroqui ta-
men & ſuauia, nec delectationis ex-
pertia. Sacra nimirum, diuinaque
res poëſis eſt, ex qua motum quem-
dam peculiarẽ animi quaſi rapti ſen-
tiunt, (dixerit ille ſapiens Ariſtonis
filius) admodumque venuſta pariũt,
quot quot a Muſis reapſe occupan-
tur, & hoc furore percelluntur. Mihi
quidem his immorandum, nec vm-
quam iſta iuuenilia, plenaque iucun
ditatis ſtudia; quod me volente fie-
ret, deferenda videbantur: ſed in-
ſcriptionibus illis Delphicis obtem-
perandum; meaque mihi noſcen-
da. Qua vero noſtra ætate magna
vndequaque terrarum bella moue-
ri ex inſperato contigit, & cetera.
Quibus in verbis quum de Ariſto-
nis filio loquitur, Platonem intelli-
git, qui poëtis ἐνθουσιασμοὺς huiuſ-
modi tribuit.

ibid.31. Eadem pagina, in epitome re-
rum a Procopio deſcriptarum, hæc
ita verti debuerant: Secundum hæc
bella Perſica, quæ a Iuſtiniano prin-
cipe contra Cabadem & Choſro-
em in Syria, & Armenia, Lazorum-
que finibus geſta ſunt, de Procopij
libris optime cognoſces: itidemque
Gelimum Vandilum, & vrbem Kar-
thaginem, & Afrorum terram vni-
uerſam, inde vſque a Bonifacio &
Gizericho, factaque tum defectio-
ne, multis poſt annis a Iuſtiniano in
ditionem redactam, & imperio Ro-
mano reſtitutam, deletisque Van-
dilis, & cetera. Quibus in verbis
ante, quam manu ſcriptum Agathi-
am nanctus eſſem; male Pelaſgo-
rum mentionem fieri videbam; i-
deoque pro Pelaſgis Abaſgos non
omnino citra rationem reponendos
putabam. ſed λαζῶν ἔθνη rectius a-
pud Agathiam Græcum legitur. γε-
λίμων liber Græcus nominat, quem
rectius γελίμερον ſcribemus. Latini
Gilimerum vocant, Germani Vvil-
merum, ex quibus craſſius alij pro-
nuntiantes Vvalamirum dicũt, vt Ior
nandes, alij Vvolmarum. Rex Vandi
lorum, Germanicæ nationis fuit. In-
terpres loci nomen ex inſcitia fecit,
qui & pro Carchedone Karthaginẽ
ſcribere debuit.

In deſcriptione conſuetudinum 460.41.
gentis Franciæ, locus hic ab inter-
prete non intellectus, ita reſtitua-
tur: Poſteaquam mutuum in con-
ſpectum venerunt, ipſæ hominum
copiæ mox depoſitis ſimultatibus
ad concordiam redeunt, ducesque
ſuos iure potius diſceptare de con-
trouerſis rebus iubent. ſin autem, ſo
los duces inter ſe pugna decertare;
ac in ſemetipſis periclitari: quod ne-
que pium ſit, neque conſuetudini pa
triæ conſentaneum, ob priuatas ipſo
rum inimicitias rempublicam vel de
trimentum capere, vel euerti.

Pater iſtorum quatuor fratrum, 461.10.
qui Francis imperarunt, nullum a-
pud interpretem Latinum nomen
habet. In Græco Agathia χλωδοαῖος
adpellatur, qui noſtris eſt Clodo-
uæus. Ibidem Burgundiones in
Græco Burguziones vocantur. Nec
multo poſt, quum ait interpres, Fran
cis impexos ſqualidosque capillos
non fuiſſe, more Turcorum vel bar-
barorum: in Græco non βαρβάρων,
ſed ἀβάρων legitur. eius nationis fre-
quens apud hiſtoricos, præſertim
recentiores, eſt mentio. Deinde
quum de titulis Iuſtinianeis agit,
locus ſic verti debuit; Non enim
ferendum exiſtimabat, quod Iuſti-
nianus princeps in titulis impera-
torijs Francicus, & Alamanicus, &
Gepedicus, & Longibardicus, a-
lijsque talibus vocabulis celebrare-
tur.

Tau-

462.10. Tauros ſilueſtres,quos Theodibertus venari conſueuerit, deſcribens Agathias, βουβάλους οἶμαι τόδε τὸ γένος καλοῦσιν, ait. hoc interpres omiſit. paullo poſt, Childebertum Clotariumq; Theodebaldi coniunctiſſima (ſic enim Perſona reddidit) iuxta leges Romanas cognatione patruos fuiſſe dicit. Id Græce ſic legitur: οἱ τοῦ παιδὸς μέγιστοι θεῖοι, ὡς ἂν οἱ ῥωμαίων εἴποιεν νόμοι. hoc eſt, pueri Theodebaldi patrui maxlmi, ſicut leges Romanæ loquerentur. ſed quum hãc ſeriem ponat Agathias,

Childebertus, Clotharius, Theodericus
|
Theodibertus
|
Theodibaldus

pace dicã ipſius, hos fuiſſe pueri patruos magnos, non maximos: quod ex iure noſtro apertiſſime conſtat.

463.23. Qui dux Alamanorũ ab interprete Bultinus dicitur, rectius in exemplari Græco Butilinus vocatur, itaq; neceſſario ſcribendum verſus infra recitati docebunt. verſu ſequente, nimirum vigeſimo & quarto, pro Theodibaldi reponendum ex Græco Theodiberti.

464.16. Anininem legimus, pro dæmone quodam Perſico, qui rectius in Græco ſcribitur Arimanes. ſic enim ex duobus principijs ſuis, bono & malo, poſterius Perſæ vocabant: idque deinceps Agathias ipſe tradit, editionis noſtræ pag. 492.

470.1. In commemoratione virtutũ Narſetis quędam male reddita, quędam omiſſa ſic reſtitue: Erat nimirum Narſes & prudens in primis, & rebus gerendis ſtrenuus, ſeque ad incidentes caſus accommodandi mirus artifex. Litterarum doctrina non admodum inſtructus erat, nec operam ſtudijs eloquentiæ dederat; ſed excellebat dexteritate naturæ, quæque ſecum ipſe deliberaſſet, oratione ſatis explicare poterat: quamquam & caſtratus eſſet, & in aula delicatius educatus.

472.26. Quod vertit interpres, Et ad Neota opidum bellum transferre; ridiculum eſt. Græce quidem ſic legitur: καὶ εἰς νέωτα τὸν πόλεμον μεταθέσθαι. hoc eſt, & in alterum proximum annum bellum differre. Non multo pôſt, vbi Narſes ingreſſus Rauennam legitur, quædam ſunt omiſſa, quæ ſic integre de Græcis exſcripſimus: Narſes Rauennam proficiſcens, ſolos ſecum miniſtros ac ſatellites ducebat, & quotquot eius, quo fungebatur, magiſtratus erant adparitores; quorum archiua curæ ſcilicet erant commiſſa; quum vt alia recte atque ordine fierent, tum ne promiſcue quibuſuis ad ipſum pateret aditus. Hos in more Romanis eſt a cancellis, & operis in his faciundis, adpellare. Quibus ex verbis origo cancellariorum intelligitur.

Aligerni ad Francos verba ſic vertenda erant: Fruſtra deinceps eos feſtinare, iamque peractis rebus venire, poſtquam & opibus vniuerſis Romani potiti ſint, & ipſis imperij Gothici inſignibus; adeo quidem, vt ſi quis in poſterum rex Gothorum declaratus fuerit, nihil ſit habiturus, quo ſupra ceteros conſpicuus & honoratus adpareat: ſed militari ſagulo dumtaxat, & habitu priuato vſurus. Paullo poſt, qui Vacarus Burnus genere dicitur ab interprete, Græco in exemplari vocatur οὐάκκαρος ὁ οὔαρνος τὸ γένος. vbi nota vocem hanc more Germanico ſic pronuntiandam, vt ſyllabæ quatuor eſſe videantur. Eſt enim Germanicum nomen Vvaccarus, & vigilantem ſignificat. Idem de voce οὔαρνος ſtatuendum, quæ peculiaris erat genti cuidam ſecundum nobilitatem Gothicæ ſtirpis Amalorum illuſtri. Iornandes Vvarnos recte ſcripſit, vbi narrat ex hac gente ducem Achiulfum (hodie vocamus Eglolfum) a Theoderico rege victis Sueuis in Hiſpania datum. 473.28.

AD LIBRVM II.

NOn procul ab initio libri ſecundi, vbi militum Alamanorum impia ſacrilegia deſcribit Agathias, locus ab interprete valde corruptus eſt,quem ſic de Gręcis exſcripſimus: Alamanicæ vero copiæ, quarum eſſet in hac parte diuerſa ſententia, liberrime templa deripiebant & ornamentis ſpoliabant. quippe complures ſitulas ſacras, & aſpergilla prorſus aürea, multaque pocula, & caniſtra, & alia, quæcumque cærimonijs arcanis dicantur, quum abſtuliſſent; ea pro ſuis vſurpabant. Nonnullis ne hæc quidem feciſſe ſatis erat, ſed & tecta ſacrornm templorum deijciebant, & fundamenta ſubruebant.

476.45. Vbi dicit interpres, Francos in Aemyliam proceſſiſſe; Græcus liber habet, ὄυτω τὲ ἰθυ αἰμυλείας καὶ ἄλπεις κοτίας ἰλθόντες, id eſt, hoc modo recta in Aemyliam & Alpes Cotias profecti.

478.37. In aggonum, quæ Francia tela ſunt, (Germani Haken vocant) deſcriptione addendum ex Græco,mutilus vt locus reſtituatur: Si clipeo telum impactum fuerit,ex eo mox pẽdulum hæret, & ita circumfertur, vt pars clipeo non infixa per ſolum trahatur. Is vero,qui telo potitus eſt, nec haſtam extrahere poteſt, propter vncorum penetrationem; nec eamdem gladio reſecare, quod adtingere lignum nequeat, obductum ferro. vnde ea eſt Francorum conſuetudo,&c.

482.36. Epigramma Græcum,quod Agathias lapideam in tabulam (interpres vrnam reddidit) perſcriptum, propter amnis Caſilini(Agathias Caſulinum ſcripſit)ripas poſitum fuiſſe tradit, huiuſmodi eſt:

ῥεῖθρα κασουλίνου ποταμοῦ βεβαρημένα νεκροῖς
δέξατο τυρσηνῆς ἤιον@ προχάλη·
ἡνίκα Φραγγικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμὴ,
ὁππόσα δυσλαίῳ πείθετο Βουτιλίνῳ.
ὄλβιον αὐτόθι χεῦμα, καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου
αἵματι βαρβαρικῷ δηρὸν ἐρευθόμενον.

Id quoniam ipſe verſibus non reddidit, nobis ita viſum eſt exprimere:

Amne Caſulino,pondus graue,corpora vecta
ſuſcepit Tuſci litoris hinc ſabulum:
tempore quo gens Auſonio fuit enſe peremta
Francorum,miſero ſub duce Butilino.
Felix hinc fluuius.poſthac erit vnda tropæi
hac vice,barbarico tincta cruore diu.

Sic lege pagina 483.ver.2.cum exemplari Græco, vt omiſſam ab interprete voculam βαρβίτου non excludas: Pro vini vt amphora, vel barbito,ſcutum & caſſidem darent.

Opidum Capſum vocat interpres, quod Græcus Agathias Κάμψας ſcripſit.Ibidem Britonum nationem Hũnicam facit interpres, qui Græco in exemplari βίττοgες ſunt. 484.4

Clotharij regis mentio fit,quem narratur in exemplari Græco filios habuiſſe quatuor, iam puberes, & audaces. Eum numerum non expreſſit interpres. Eadem pagina, a verſu 23 locus integer erit, hoc modo ſi verba reddantur: Itaque tunc legum interpretes in vrbem vicinam Sidonem migrabant, quo ſcholæ transferebantur, donec eſſet inſtaurata Berytus. Ea minime deinceps talis fuit, qualis prius: adeo tamen priori non diſſimilis, vt adgnoſci nequeat, hanc illam eſſe Berytum priſtinam. Sed iſta vrbis inſtauratio, & ſcholarum in eam reductio, ſequutura poſtmodum erat. Tum temporis & in illa magna Alexandria, Nilum ad fluuium ſita, quamquam ea regione terra mouere non conſueſſet,ſuccuſſionis ſenſus exſtitit, minimus ille quidem, &c. Ibidem non multo poſt, pro Aegiocho Ioue in Græco legitur γαιήοχ@, cui verius opponitur ἐνοσίχθων. 485.1.

De ciuitate Trallenſi locus ita verti debuit: Vrbs quidem Tralles, in ea regione, quæ nunc Aſia vocatur,propter amnem Mæandrum ſita, Pelaſgorum quondam colonia fuit. &c. Verſus autem de Chæremone, nec integre,nec probe redditi ab interprete,huiuſmodi ſunt: 486.37.

487.12.

κλα-

κλασθείσας πέτρας σεισμῷ ποτὲ, κἀντάβριν ἐς γᾶν
χαιρήμων ἔπλα, πατρίδα ῥυσόμενος.
καίσαρι δ' ἀντιχθεὶς περὶ γούνασι, τὰν μεγάλαυχον
ὤρθωσε Τράλλιν, τάν ποτε κεκλιμέναν.
ἀνθ' ὧν συγγενέες οἱ τοῦτο βρέτας, ὄφρ' ἐπὶ βωμῷ,
οἷα δίκα κτίσταν, τᾶνδε φέροιτο χάριν.

Addamus & interpretationem, conſimili carminis genere factam:

Pro patria euerſa motu telluris, adiuit
Chæremon fines Cantabria terra tuos:
Cæſaris amplexus veneranda vbi genua, ſuperbam
Trallim, quæ fuerat diruta, reſtituit.
Ergo a cognatis ſtatua donatus, honorem
Aræ, verus vti conditor vrbis, habet.

Ibidem vltimo verſu de Mermeroe quæ dicuntur, ſic reddenda: Mermeroes autem dux Perſarum, quod prius Archæopoli bis tentata reiectus fuiſſet, aliaque nõnulla geſſiſſet, quę equidem prætermitto; (nam ſatis ab oratore Procopio, quæ geſta fuerũt hactenus, prodita ſunt) tunc iterum (hinc enim initio ſumto, cetera deinceps adiungenda veniunt) Muchiriſim & Cotaiſim opida petit. Paullo poſt Teleſis caſtelli nomen rectius ſcribetur Telephis.

489.48. Pro Iudæis heic Iberi ſunt reponendi, quum ait, iuxta Iudæos & Perſas paraſangam vno & viginti ſtadijs terminari. Idem gentis nomen verſæ paginæ linea 26 librarijs a ſcriptoribus corruptum, vbi pro, Se in hibernatranſtulit; legendum, ſe in Hiberiam tranſtulit.

491.38. Pro Nino filio repone Ninyam, tum ex Græci codicis auctoritate, tum ipſius hiſtoriæ. Nam Nini & Semiramidis filius fuit Ninyas. Et Nini patris Agathias ipſe non multo poſt mentionem facit.

493.14. Vbi ſeptem annis minus imperium tenuiſſe Macedonas ait, quam Perſas; eius rei teſtem & auctorem citat his verbis: πιστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ πολυΐστορι. fides & heic habenda Polyhiſtori, quæ interpres omiſit. Notat autem Alexandrum ſcriptorem hiſtoriarum, cognomento polyhiſtorem, cuius antea mentionem fecerat. Non multo poſt, ab iſtis verbis, Vnde eius poſteri Arſacidæ dicti, corrupta pleraque ſic reſtituenda: Annis autem LXX ſupra CC prælerlapſis ab Arſace primo ad Artabanum regem vltimum, quo tempore Romanis rebus Alexander Mamææ filius præerat; Choſrois illius, qui noſtra memoria vixit, familia regnare cepit: idque temporis is ſtatus, qui nunc apud Perſas eſt, initium & originem primam habuit. Deinde pro Artaxerxe, qui ſequitur, vbique ſcribendum Artaxares.

In narratione de Vranio complura vitiata ſunt & mutila, quæ nimis prolixum fuerit omnia retexere. tantum adſcribam verba pluſculorum, quę vno loco deſunt: nam poſtquam dixit Agathias, hunc hominem vt imperitum in litteris, ita in moribus & vita longe fuiſſe rudiorem, hæc ſequi debebant: Quippe domos opulentorum ingreſſus, auideque cibis varijs ſe paſcens, & frequenter cum promaconda colloquens, verbaque præ temulentia valde turpia & laſciua proferens, maximum riſum excitabat: ita quidem, vt etiam colaphis cæderetur, & poculorum reliquijs ei facies aſpergeretur, adeoque commune ludicrum & deliciæ conuiuarum eſſet, non minus, quam ridiculorum auctores & ſcurræ. 495.31.

Poſtquam de abſtinentia Perſarum in contrectandis rebus alienis narrauit Agathias, quæ philoſophos illos paganos (in quibus Priſanius Lydus nominatur, qui Priſcianus eſt) permouit, vt eo libentius relicto Chriſtianorum imperio ſe in Perſidem conferrent; ſequuntur in Græco libro prætermiſſa quædam ab interprete, quorum hæc eſt ſententia: His illi tamquam veris elati, quod præterea legibus eis interdictum eſſet, apud nos libere verſari, veluti qui præſentem rerum ſtatum nõ probarent, mox abeuntes, ad iſta externa nihilque cum noſtris commune habentia loca profecti ſunt, veluti ſtic deinceps victuri. Primum ergo, 496.14.

quum magiſtratus & proceres admodum reperiſſent adrogantes, ſupraque modum inflatos: & execrabantur eos, & conuicijs inceſſebant. Deinde videbant multos effractarios & graſſatores partim apertos, partim clandeſtinos eſſe; nulloque non iniuſticiæ genere delinqui. Quippe potentes apud Perſas inferiores damnis adficiunt, magnaque inuicem crudelitate ac diritate ſe vexãt: quodque omnium maxime abſurdum eſt, cuiuis fas eſt innumeras prope ducere vxores, & nihilo minus ab expertibus matrimonij adulteria deſignantur. Iſtæc omnia permoleſte philoſophis illis accidebãt, ſeque ob diſceſſum migrationemq; factam culpabant. Quumque regem etiam adloquuti, ſpe ſua falſi fuiſſent, homine ſaue reperto, qui philoſophum ſe iactitaret, ſed nihil rei ſublimioris admitteret, ac ne opinione quidem cum eis iungeretur, alios quoſdam mores ſequendo, de quibus a nobis eſt dictum. quum denique foedam libidinum inſaniam ferre non poſſent: quam celerrime domum reuerſi ſunt, licet rex eos & complecteretur, & vti manerent, peteret.

24 Non multo poſt, vbi narrat eos barbaricis hoſpitijs valedixiſſe, memorabilia quędam ſubijcienda ſunt ex Agathia Græco, quæ interpres omiſit: Fructum tamen aliquem ex itinere ſuo perceperunt, in re ſane nõ exigua, nec vili: ſed vnde factum eſt, vt vita eis reliqua pro animi lubitu quam iucundiſſime exigeretur. Nam quum eo tempore pax atq; fœdus inter Romanos & Perſas iniretur, hoc etiam inter alias pacis leges relatum fuit, vt iſti philoſophi ſuas ad ſedes atque domicilia reuerſi, libere deinceps arbitratu ſuo viuerent, nec vlla in re vel aliter ſentire, quam ipſis videretur, vel opinionem patritam mutare cogerentur. Non enim Choſroes intermittebat, quin hac etiam cõdicione tũ coiret, tũ rata pax eſſet.

Verba, quæ philoſophus in ſomnis pronũciata dicitur audiſſe, cuiuſdam inſtar oraculi diſticho continentur huiuſmodi: Ibid.33.

μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον. ἔα κυσὶ κύρμα γενέσθαι.
γῆ πάντων μήτηρ μητροφθόρον οὐ δέχετ' ἄνδρα.

In eo reddendo ſic luſimus:

Præda canum maneat. noli tumulare inhumatum.
Terra parens ſtupratorem haud vult ferre parentis.

AD LIBRVM III.

VBi narrat Colchos antea bona rei maritimæ ignoraſſe, ſubijcit interpres hæc verba: Vt apud quos non antea fuiſſet celebre aliquod fanum, quam ad ſe Argonautæ perueniſſent. Id aliter reddendum fuit, in hanc ſententiam: Vt apud quos antea ne nomen quidem nauis auditum eſſet, quam ad eos Argo illa perueniſſet. 500.9.

Nomen ducis Herulorum (quæ Germanica gens erat) ex Agathia Græco reſtituitur. Non enim Vlilagus ſcribendum, ſed Vligangus. noſtri ſono craſſiore Vvolfgangum vocant. 501.7.

Pauorem ſubitum dixit interpres, pro πανικοῦ δείματος. Terrores Panici prouerbio noti ſunt. Citharus autem fluuius non recte paullo poſt adpellari videtur. Græcus liber Catharum habet. 502.7.

Non recte nomen opidi ſcribitur Apſaruntha. Nam Apſarus eſt, vt Trapezus. Itaque dicetur Ruſticus Apſaruntem tranſmiſſus. Leuiuſculum hoc, ſed addetur aliud maioris momenti. Metriani ſtatim fit heic mentio, quem interpres tantum militem regium vocat. In Agathia Græco hæc verba leguntur: ὡς δέ γε ἦν οὗτος τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ σκρίβωνας ὀνομάζουσιν. Paullo poſt pro Sotire præfecto reſtituendus 508.32.

dus

dus Soterichus, idque nomen ita de inceps quoque retinendum.

509.16. Filius Soterichi tertius Euſtrates eſt in Agathia Græco, non Eſtratius. Ibidem Miſimiani perpetuo leguntur, pro Miſianis.

510.25. Imperite Sabiros interpres ab Hunnis & heic, & deinceps quoque diſtinguit, quum in Agathia Græco dicantur ſtipendiarij milites ex iſtis Hunnis, qui Sabiri adpellentur. Pro Bamalch, Cupilſes, Lager, reſtitue de Græco Balmach, Cutilzis, & Hiliger. Pro flumine Pigrito reponendum Tigrim arbitror, ſicut & in Græco *τίγρητος* ſcribendum, non *πίγρητος*.

513.22. Non recte vertit, Darragetas vir quidam. quippe Græce dixerat Agathias, *Δαβραγέζης ἄντης ἀνήρ*. quo ſignificatur, hunc Dabragezem fuiſſe Antam. De Antis, qua ex gente Iuſtinianus Antici titulum ſumſit, & Procopius conſulendus, & Iornandes in primis. Sclauonicæ nimirum nationis hic Dabragezes fuit, quod ipſum quoque nomen indicat.

516.8. Pro ingenti morbo legendum, in genti nimbo. nam Græce *νιφετὸν* dixit. antequam Græcus Agathias nobis adlatus eſſet, diuinabam ſcriben dum turbini.

518.22. Poſt iſta verba, Quam eodem ſe ipſi conferrent, hæc de libro Græco ſubijcienda ſunt: Erat autem certamen inter eos de celeritate, quum futurum ignorarent, vt qui viciſſet, primus mortem oppeteret.

AD LIBRVM IIII.

519.14. Lictores magiſtratibus adſuetos non recte reddidit interpres, qui Græce dicuntur *οἱ τῶν μαστίγων ἐπιστάται*. Poſt quæ verba ſequuntur hæc omiſſa: *ἅπαντες δὲ οὗτοι ἐκ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἀρχείων ἐτύγχανον ἀπολελεγμένοι.* adde non recte verſa: *ἐπεφέροντο δὲ, οἷς τοῦτο ἀνεῖτο, δεσμοὺς τε σιδηροῦς περιαυχενίους, κλινοστρόφιά τε καὶ ποδοστράβας, καὶ ἄλλα ἄττα ὄργανα κολαστήρια.*

Non multo poſt, illorum ver- 42. borum loco, Vnde nil ambigam, Romanas has leges, immo & Atticiſſimas, vel adusque Caucaſum prodiſſe: iſta reponito, Propter has ergo cauſſas, vt arbitror, iudicium Romanum, immo potius maxime Atticum, ſub Caucaſo conſtitutum fuit. Atticum vero dicens, ad Areopagum reſpicit.

Pro eo, quod vertit interpres, 528.5. Ne inexercitati manerent, dicere debuit; Ne duce carerent. id ſæpius occurrit. Paullo poſt, pro his verbis interpretis, Lazorum præfectus alter militum erat, dux alter Colchici imperatoris familiarium agminum: hæc pleniora reponenda, Bazazes turmæ præfectus, alter ordinum palatinorum in aula regis Lazorum dux erat. Ea dignitate præditum, Magiſtrum (officiorum) vocant. Nam id apud horum quoque locorum barbaros vſitatum eſt.

In narratione de ſeruato Ma- 529.4. xentio, modus ipſe, quo iam vulneratus hoſtium manus euaſit, omiſſus eſt ab interprete. Sunt autem hæc Agathiæ verba: Poſteaquam enim iaculo læſus fuerat, mox comites eo ſublato celeriter diſcedebant antequam vniuerſi hoſtes irruerent. qui quum accedentes impetum in eos facerent, tum vero ceteri Romani alio quodam itinere fugientes, & hoſtem perſequentem ad ſe pellicientes, Maximino, quietius vt tutum ad locum deportaretur, ſpatium conceſſerunt. Interea Iuſtinus Germani filius ſuis &c. Ibidem pro Ehninzur ſcribendum El minzur.

Poſt illa verba, quibus Dacnam 530.47. (ſic enim pro Dagan ſcribe) Ruſtico

ſuffectum in munere ſuo ſcribit, hęc adijce: Vt ſingula, quæ gererentur, accurate nuntiaret, & milites egregie rem gerentes imperatorijs donis remuneraretur.

531.21. Quum interpres ait, Qui vero ad id erant delecti, Illum ducem (ſic enim ſcribendum, non Ilium) in adſcenſum ſectati, & hortati ſe mutuo, euadebant: non pauca prætermittit. integrorum hęc ſeries. Illus ergo pręcedens, ceteris in adſcenſu dux erat, vt quem iam experientia cognitum haberet. Eum mox ſequebatur Ziper, ſatelles Marcellini. poſt quem Leontius, ſatelles Dabragezis. cui proximus erat Theodorus Tzanorum tribunus. atque hoc mōdo deinceps omnes alij adſcendebant, ordine ſe ſubſequentes.

532.25. Ibidem verſu 43, poſtquam legeris hæc verba, Spiritum continerent ſilentio preſſum, hæc adijce: Atque equidem horum virorum moderationem non poſſum nō mirari, quod omnes velut ex cōpoſito, in momento temporis animaduerſo, quid expediret fieri; firmiter in ordine ſubſtiterint, & apud ſeſe cogitando conceperint, quæ occaſio dici non permittebat.

532.25. Ad iſta verba, E pręſidio prodeuntes, hæc adde: Sub ipſum crepuſculum. Non multo poſt pro Surrano lege Suarunas. Hiſtrum interpres facit, Agathias σκλάβον adpellat, non omnes autem Sclaui ſunt Hiſtri.

553.6. Pro mille quingentis Miſianis occiſis, Agathias Gręcus habet quinque millia.

ibid.38. Non exiguum hoc loco fragmentum lectori dabimus, quod ad reſtituendum Agathiam plurimum conferet. Nam poſtquam dictum eſt, Iuſtinum copijs a Iuſtiniano fuiſſe præfectum, & ad Colchos remiſſum, vti res deinceps moderaretur; longa ſequitur, & elegans, plenaque doctrinæ ſingularis in Græco libro narratio, quæ in Agathia Latino deeſt. Eius hæc eſt ſententia. Erat In Iuſtini turba domeſtica quidam Ioannes nomine, oriundus ex Africa, primum obſcurus & pauperrimus; adeó quidem, vt victus cauſſa mercenarias operas faceret, ac ſatellitis alterius pediſequus eſſet, moleſtiasque famulorum tolerare non recuſaret. At non multo poſt, magnas ad opes & adrogantiam fuit elatus. quippe maximis vſus machinationibus, & varia mentis aſtutia progreſſus, Iuſtino paullo poſt innoteſcit. quumque peſſimus eſſet, ac vaferrimus, & qui nullum iniuſtum nefariumue facinus lucri ſuſcipere cauſſa recuſaret: certam auri ſummam a duce petit, quam ſi impetraret; & ipſi pecuniam ſuppeditanti, quam ſane diu vellet, & eiuſdem famulis, mancipijs, comitibus, reliquis, adparitoribus, ſatellitibus commeatum ſe commode præbiturum repromittebat, vt omnes hi ſcilicet annonis neceſſarijs abundarent. quæ quidem ita ſe præſtaturum policebatur, non ſolum vt aurum omne Iuſtiniano ſaluum eſſet, eique redderetur integrum, quaſi facnori datum, quidquid ab eo Ioannes accepiſſet: verumetiam aliud acceſſionis inſuper loco numeraretur. quod quum ab eo dictum eſſet, plerique pro inani iactantia & ænigmate ducebant. Iuſtinus, quem abſurdo Africani hominis inſtituto ſuccenſere par erat, quod intelligeret, illum promiſſo ſatisfacere non poſſe, niſi & iniuſticiam, & vim adhiberet, illicitisque negotiationibus omnes perderet, quibus cum verſaturus eſſet: eas policitationes accipere, numeratoque ſecundum pacti leges auro, Ioanni, quidquid vellet, agendi poteſtatem facere. Tum ille ditionis Romanæ vicós obeundo, quotquot in itinere ſiti eſſent, ſicubi boum nō eſſet copia, coactis loci habitatorib. exercitui bobus iſtis opus eſſe cōcionabatur; ideoq; viginti talentis oblatis, tāti vendēdos aiebat, nō minoris quapropter accepto pretio, boues ei quam-

quamprimum abducere permitterent. Illis ſupplicantibus, vt eos ſibi relinqueret, ſacramentoque confirmantibus, ne ad arandi quidem vſum ſatis mulros ſibi boues eſſe grauiter admodum homo exſecrabilis refragabatur, indignumque facinus clamitabat, ſi duci nec coemendi cōmeatus facultas eſſet. tamdiu denique indignabundus vrgebat, donec illi diſtractis rebus ſibi cariſſimis, quantoque fieri poſſet, auro corraſo, redimias homini nefario pro rebus imperatis exſoluerent. Rurſus hinc abiens, alioque ſe conferens, vbi camelorum forte, vel mulorum ne nomen quidem auditum eſſet, horum ſe cauſſa venire clamabat, ſimilibusque verbis vſus, aurum denuo monſtrabat, & aliquid iterum adeptus diſcedebat. In hunc modum vbique circumuagando, quæ non aderant, quærens; & nec vendens vmquam aliquid, nec emens, nec alio quo modo contrahens; pecuniā colligebat, & ab ijs, qui nihil debebant, exigebat. quo fiebat, vt celerrime per has acceſſiones priſtina ſumma conduplicaretur. Poſtquam ad Colchos perueniſſer, eadem factitabat, & præterea nauibus onerarijs haud ſcio qua ratione comparatis, natos in ea regione fructus conſtantiſſime colligebat, multaq; viliſſimo pretio redimens, ad extraneos exportabat. ac diſtrahebat. itaque ceu fieri conſentaneum erat, ea penuria commeatus exiſtebat in exercitu; vt ipſa etiam gramina venderentur. At impurus iſte negotiator & dardanarius lucra maxima faciebat. itaque de his cogendæ pecuniæ rationibus conſtirutam Iuſtino pecuniam ſoluebat, nihilo minus annonas ſuppeditans, & auro priori aliquid adijciens. Ille vero, quamuis haud ignoraret, quæ agerentur, ſpoliatis ad eum ſæpe venientibus, & cum lamentis ad eius ſe pedes abijcientibus malorumque leuationem flagitantibus; tamen & querelis & lacrumis illis flocci factis, ex iniurijs huiuſmodi per ſummam licentiam victitabat, eademque via ſine ſumtu ſuo ſuauiter epnlabarur, & præterea crumenam ſuam magis magisque replebat. Sed omnino deinceps poenas ingentes luiturus erat. Nam quamuis infinitos ſecundum hæc labores exanclauit, & maximam adeptus eſt gloriam, barbarorum incurſionibus ad Iſtrum flumen repreſſis: nihilo tamen magis hinc vindicta numinis placabatur, nec iſta per hæc tegebantur; ſed ſuo loco quaſi quieſcentia manebant, & nequaquam interitura ſuum ad tempus vſque perſcripta reſeruabantur. Non enim ſimul, atque delinquimus, etiam poenas luere ſolemus: ſed interiecto plerumque temporis aliquo ſpatio, quumque fortaſſis admiſſorum obliti ſumus. Ac moleſtiam quidem continuo percipimus ex rebus aduerſis, quaſi quę prærer expectationem, & immerito nobis accidant; & inuidias hominum odiaque incuſamus, velnt ex ijs haud æqua perpeſſi: ſed numen illud, quod & continet nos, & gubernat, quid cuique conueniat ac debearur, nouit, & quo vult modo peccata longe prius admiſſa punit & inueſtigar. Iuſtino quidem quæ deinceps acciderinr, & quo pacto tam vita, quam felicitas eius extincta prorſus inexſpectatum exitum habuerit: ſingillatim & accurate a nobis exponetur, quum ordine viaque progreſſa oratio, continua ſerie ad illud tēpus ambitu quaſi quodam delata fuerit. Nunc ad priora mihi redeundum, & ijs, quæ poſt ea ſequuntur, manus ad mouendæ.

Hæc verba interpretis, Vt genitalia ipſa inuerterenrur; Græcis haudquaquam reſpondent, quorum ea ſenrentia eſt, vt dicant, membrorum quoque formas in cute Nachoraganis inuerſa poruiſſe conſpici. Pagina verſa Nonni Panopolitani duos verſus ex Dionyſiacis, quorum editionē Sābuco noſtro debemus, ſi Latinos cum Græcis collatos deſideras, hos accipe. 535.48.

ἐξότε Μαρσύαο θεημάχου αὐλὸν ἐλέγξας,
δέρμα ἐπηώρησε φυτῷ, κολπούμενον αὔραις.
Marſyæ vt victi, diuo certare volentis,
Diſtentam vento ſuſpendit ab arbore pellem.

535.13. Pro Seganis liber Græcus habet Segeſtanos, & pro Miſdate ſcribendum Hormiſdatem docet.

536.38. Pro his verbis interpretis, ſiue quia parceret puero, communibusue liberis procreandis & legibus; iſta reponito: ſiue reuera fauore pueri, & communis in adoptione iuris. Paullopoſt, Vararanes mortuus alterum ex filijs habuiſſe ſucceſſorē dicitur. Eum liber Græcus Iſdigerdem nominatim vocat. Hinc Neptalitarum mētiō, qui rectiſſime in Agathia Græco Nephthalitæ ſcribuntur. hinc & Procopius, qui Euthalitas habet, & alij caſtigandi. Deinde ſequenti pagina pro Valens reponendus Valas triſyllabum, qui & Procopio corrupte Blaſes eſt.

AD LIBRVM V.

542.52. PVlcherrimam ſententiam nobis hoc loco prætermiſit interpres, quam ſane memoria dignam adſcribere non pigebit. Poſtquam enim dixit Agathias, ſi ponendum ſit, verā eſſe Platonicam ſententiam; feliciorem omnino putandum illū, qui terræmotu extinctus ſit, quam qui ſaluus euaſerit; hęc deinde ſubijcit: Sed iſtam opinionem animis hominum inhærere defixam maxime permittendum eſt. Nam fortaſſis improbi quidam metu ſaltem, ne male pereant, ad potiora ſe conuerterint. Hoc quidem perſpicuum eſt, quod neq; ſi diu quis ſuperſtes ſit, & arbitratu ſuo fortuna proſpera vtatur, ad iuſticiæ documentum hoc ſufficiat; neque vel crudeliſſima mors argumento ſit, hominem magis improbum fuiſſe: ſed quod explorationem ac remunerationem vitæ heic actæ veriſſimam, quæcumque tamdem ea ſit, in alteram traducti vitam percepturi ſimus. qua de re ſentiat quiſque, vt lubet, &c.

Eleganter improborum hominum magnis in terroribus mores deſcribens Agathias; Poſteaquam, ait, ſubleuari parumper diſcrimē eſt viſum, confeſtim ad priſtinam rediere plerique conſuetudinem. Hinc grauiſſimum verbum ſubijcit, planeque philoſophicum, quod in edita conuerſione deſideratur. Adpelletur autem, inquit, talis impetus animi, non iuſticia reapſe, nec ſtabilis & viua pietas, quæ per rectam opinionem, & motum conſtantiſſimum animo conſuevit imprimi: ſed molitio quędam perturbata; quaſique lubrica maxime negotiatio, quæ tantum eo tendit, vt quod præſens eſt malum, euitetur ac remoueatur. 543.38.

De Hunnis hæc Agathiæ verior eſt, magisque Græcis accommodata verbis ſententia: Hunnorum natio quondam Mæotidi paludi ſubſolanum ad ventum habitabat, & magis, quam Tanais fluuius, ad ſeptentriones pertinebat; ſicut & ceteræ gentes barbaræ, quotquot intra mōtem Imaum per Aſiam ſedes ſuas habebant. Hi autem omnes, communiter quidem Scythæ atque Hunni adpellabantur; ſingillatim vero ſecundum genera ſua, partim Cotriguri, partim Vtiguri, (Iornandes Vnniguros dicere videtur, Agathias alibi Onoguros) partim Vluzuri, partim Burgundi. &c. 547.2.

Celeberrima, inquit, Seſtus ciuitas eſt, nec alia (vt puto) de cauſſa, niſi ex illo heroum coctu, Leandrique amore & morte. Græco id in Agathia ſic legitur, ἐπὶ τῷ λύχνῳ τῆς ἡροῦς ἐκείνης, τῆς σηστιάδος. hoc eſt, niſi de lucerna Heronis illius Seſtidis, aut oriundæ ex vrbe Seſto. Paullo ante, Aphrodiſiadi quoque Seſtum interpres ſubijcit, ſed ibi Græcus liber Theſeum habet.

Quum dicit interpres, In forumque ex portarum violento impulſu crepitus ingens iam edebatur: non intellexit Agathiam, qui hoc dicere voluit: Magnusque ſtrepitus & tumultus, in rerum venalium foris excitaba- 549.44.

citabatur, ſicubi oſtia vi maiore pulſarentur. Paullo poſt de nudatis imperatoris ipſius iuſſu tẽporis legens, quæ ſequũtur, ita vertito: Extra vrbẽ ſita Europæis in partibus, & litorali regione, quæ a Blachernis, (ita nuncupato loco) & a Cornu incipiẽs, & ad Euxinum vſq; pontum porrecta, cum ipſo Boſporo deſinit. Quibus in verbis Ceras ſiue cornu, promontorij nomẽ eſt, de quo Zoſimus noſter in 11 lib. hiſt.

550.7. Chiſea porta Græco in exemplari eſt χρυσῆ πύλῃ; porta aurea. Primores vertit λοχαγοὺς, qui turmarum præfecti ſunt: quos autem præfectos reddit, Græci ταξιάρχους vocant, hoc eſt, tribunos. Atque hoc loco non pauca de ſcholaribus deſunt, quæ ſane promiſſo noſtro ſatisfacientes, hũc adſcribamus: In muro, inquit, Syceno & aurea porta turmarũ præfecti quidam, & tribuni, & grauis armaturæ milites complures ſtabant velut alacriter hoſtes propulſaturi, ſicubi accederent. Erant autem hi reapſe ad pugnam non idonei, nec vel mediocriter in his exercitati: ſed ijs ex ordinibus, qui vt dies noctesque degant in aula, deſtinati ſunt, & ſcholares adpellantur. Hi vero vocantur illi quidem milites, & numerorum libellis inſcripti ſunt: ſed plerique moribus vrbanis viuunt, veſtituq; lauto vtuntur, dumtaxat (vt equidem arbitror) ad imperatorium faſtum, & in proceſſibus magnificentiæ cauſſa reperti. Ac olim quidem non fas erat in horum numerum alios referri, quam qui peragendis manu bellicis facinoribus eſſent exercitati; eaque de cauſa nec pecuniam offerebant, vt militares in ordines reciperẽtur: ſed gratuito prorſus, & abſque detrimento rerum ſuarum hoc honore potiebãtur, veluti qui eo digni ob exhauſta prius certamina declarati fuiſſent. Primus autem Iſaurus ille Zeno, poſt recuperatum imperium, multos ſuæ nationis in hos ordines retuliſſe videtur, qui nequaquam in congreſſibus egregia facinora deſignaſſent, aut omnino rei militaris periti fuiſſent; ſed alias ob cauſſas ei noti ac familiares. Quumque deinde permiſſum ac receptum eſſet, vt non tãtum pro laboribus & certaminibus obitis, declarataque in proelijs virtute, veluti quodam cõpenſationis & eximij decoris modo dignos allegi liceret; verum etiam bellorum plane rudes eadem conſequi, non dignitatis, ſed fauoris & gratiæ ratione habita: hoc ergo ſemel conceſſo, tum deinde non abs re ceptum & ope munerum vti, quæ ceteris omnib. eſſe præſentior ſane videtur. quo factum eſt, vt poſtea res in negotiationem quãdam commutata ſit, nec aliter aut prius hiſce numeris adſcriberentur, quã vellent, quam auri ſummam aliquã numeraſſent. qua perſoluta, citra explorationem aliam inſcribuntur, ceteriſque militibus adnumerantur; licet omnino bellicorum facinorum imperiti ſint. Hoc modo delectu iudicioque abolito, non abs re vſuuenit, vt minime labores ſuſcipere cogantur; veluti qui promercalem hũc honorem conſequuti ſint, & otium ignauiamque maximo pretio redemerint. Tales igitur viri, propter educatorum in bellis penuriã, ſtationes in muris habentes, excubare videbãtur. Et hæc quidem hactenus. Satis enim præſtitum, in hoc quidem tempore, putabimus; ſi, quum noua poti ri toga non potuerit Agathias: interpola tamen emtores haud inſcite fateantur ornatum.

LECTORI S.

Qui iucundam tibi lectionem Zoſimi eſſe vis, prius hæc menda tollas, cenſeo: quorum alioqui fortaſſe quædam cupiditatem in progrediendo tuam remorari poſſent. Vale.

pag. 1. verſ. 16. pro tranſierunt lege tranſiecerunt. 12. 2. pro dediſſet, dedidiſſet. 16. 19. pro eis, eius. 20. 2. pro collatis, collocatis. 23. 26. pro Ita, Itala. 25. 21. pro extra, exta. 29. 34. pro porrectis, lege proretis. 32. 3: vſque ad Veneris. ibid. vlt. pro acceptis, exceptis. 34. 33. atque hac tum de verbis oraculi, tum de rerum. 35. 11. pro iuuenibus, iuuenilis. 40. 28. manibusque ſuis. 41. 5. pro cuperentur, cuderentur. 42. 26. pro peccari, precari. 49. 11. promouerit, lege promeruerit. ibid. 33. dedidiſſent: 16. 44. Dacira. 56. 25. pro comperta, conferta. ibid. 31. pro Ac, At. 60. 23. pro concitata, concitare. 63. 1. dele vocem id. 65. 15. profectus, præfectus. 70. 18. milites ea non neglexiſſent. verſ. ſeq. dele non. 75. 29. præferrent, perferrent. 88. 2. præmoleſte, permoleſte. 90. 11. adulatione, adulationis. 98. 27. & in eadem. 103. 37. ſciant eam. 109. 25. locoque ſuo. 110. 16. perſcripta.

In præfatione.

α 2. facie ſecunda, lin. 24. pro collocatis, lege, collatis.

In Apologia.

β 2. fac. 2. lin. 2. pro magnificarum, magicarum. β. 4. lin. 14. Caſtitatis vero laudem.

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATI FISCI,

HISTORIAE NOVAE LIBER PRIMVS.

Polybij de incremēto imperij Romani ſententia.

POLYBIVS ille Megalopolitanus res ſui temporis in dicatione dignas memoriæ proditurus, rectè ſe factu rum exiſtimauit, ſi per ipſas res geſtas oſtenderet, Romanos poſt vrbem conditam ſexcentis annis bella cum finitimis gerendo, magnum imperium ſibi non paraſſe. Verùm vbi parte quadam Italię potiti eſſent, eaque poſt Hannibalis in illam tranſitum, & cladem Cannēſem excidiſſent, ac moenibus ipſis hoſtes imminentes conſpicerent: tantam ad fortunæ magnitudinem euecti ſunt, vix vt totis quinquaginta & tribus annis non Italiam modo, ſed vniuerſam quoque Africam adquiſiuerint, & Hiſpanos in ditionem acceperint. quumq; maiora peterent, ſinum Ionium tranſierunt, Græcos ſuperarunt, imperio Macedonas abdicarunt, regem illorum denique viuum in poteſtatem redactum Romam abduxerunt. Quarum ſane rerum cauſſam nemo ad vires humanas retulerit, ſed potius ad neceſſitatem fatalem, vel ſidereorum motuum reuolutiones, vel ipſius Dei voluntatem, fauentem ijs, quæ quum iuſta cauſſa ſubeſt, pro viribus ſuſcipiuntur. Hęc enim quum ſeriem quamdam futuris ſtatuant efficientem, vt ita euenire videantur; opinionē rectè res exiſtimantibus indūt, diuina quadam prouidentia rerum humanarum adminiſtrationem ſic deſcriptam eſſe, vt fertili quadam animorum veluti ſegete prouenięte, vigeant; eorundem inualeſcente ſterilitate, ad illam faciem vergant, quæ modo conſpicitur. Erit autem id, quod dico, rebus ipſis declarandum. Poſt expeditionem Troianam ad pugnam vſque Marathoniam, nihil prædicatione dignum Græci geſſiſſe vel aduerſus ſeipſos, vel alium quemquam videntur. At quum Darius eos opera præfectorum infinitis cum copijs inuaſiſſet, octies mille Athenienſes diuino quodam impetu animati, & armis cuiq; obuijs inſtructi, curſu contenderunt in hoſtem, tantaq; victoria potiti ſunt; vt nonaginta millibus interfectis, regione ſua reliquos expellerent. Hæc pugna Græcorum res illuſtriores reddidit. Quum vero poſt Darij mortem Xerxes multo maioribus copijs inſtructus, vniuerſam Græcis inuexiſſet Aſiam, & nauibus mare, terram peditibus compleſſet; quandoquidē ex Aſia tranſeundum erat in Europam, quaſi ſi non ipſa ſufficerent ad excipiendum exercitum elementa, niſi ſuos inuicem vſus ſibi præriperent: Helleſpontus iungebatur, vt per eum pedites iter facerent; & Athos perfodiebatur, vt cum mari naues exciperet. Interim territa vel ipſa rei fama Græcia, tamen quantum poterat, ſemet armabat. Quumq; proelio nauali ad Artemiſium, & iterum ad Salaminem pugnatum eſſet; tanto ſplendidiore potita eſt victoria, quam prior illa fuerat; vt Xerxes cupide ſeruatus fuga ſibi conſuleret, maxima parte copiarum amiſſa; reliqui funditus ad Plateas interfecti, magnam Græcis gloriam relinquerent, qua & incolentibus Aſiam Græcis libertatem reſtituerunt, & inſulis propemodum vniuerſis potiti ſunt. Enimuerò ſi perpetuò coniuncti fuiſſent, ac præſente fortuna contenti; nec Athenienſes ac Lacedæmonij diſceſſionem a ſe inuicem feciſſent, contendentes inter ſe, vtri Græcorum duces forent: nūquam alios dominos Gręcia fuiſſet experta.

Excellentes virtute animi conſtituūt imperia, degeneres euertunt.

Incrementa fortunæ Græcorū.

Rerumpublicarum in Græcia ruinæ.

Sed quum bellum Peloponneſiacum vires Græcorum deminuiſſet,opidaq; redegiſſet ad egeſtatem:apertæ ſunt fores Philippo regnũ,quod nulli vicinorum par viribus,per ſucceſsionẽ adeptus erat, artibus quibuſdã & aſtutis cõſilijs amplificandi. Nã pecunijs ſuas & ſociorũ, quotquot ſe cũ eo cõiungebant,copias demulcens,eoq; modo magnus ex paruo factus;cũ Athenienſib. ad Chæroneã manus conſeruit. Poſt hanc victoriã quũ in omnes ſe manſuetũ mitemq; præbuiſſet,iam regnũ Perſicũ adgredi cogitabat,& idoneis ad eã rẽ coactis copijs,in ipſo apparatu vitã reliquit.

Alexandri regnum.

Alexãder inito regno,ſtatimq; rebus in Gręcia cõſtitutis,tertio poſt,quã imperare cepiſſet anno;ſat magno cũ exercitu in Aſiã tranſiecit. quũq; ſatrapas obiectos ſibi nullo negotio viciſſet ; ipſummet Dariũ petebat , qui cũ exercitu innumerabili ad Iſſum ſita loca præceperat.Ibi conſerta cũ Perſis manu, & excitato ſidem omnẽ ſuperãte tropæo;Dariũ terga dare coẽgit:ipſe Phoenicẽ Syriamq; Palæſtinam verſus itinere directo cõtendit.Ad Tyrũ quidem Gazamq; geſta , licet ex ijs cognoſcere,quæ rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptores memoriæ prodiderunt.Progreſſus autem in Aegyptum,quũ Ammoni ſupplicaſſet , & ad condendam Alexandriã neceſſaria præclare cõſtituiſſet:reuerſus eſt,vt reliquias belli Perſici conficeret.quumq; reperiſſet omnes amico in ſe animo . ad Meſopotamiam tranſijt;& intellecto , Darium multo maiori exercitu inſtructũ eſſe,cum ijs, quas tum ſecum habebat,copijs profectus, initoq; ad Arbelam aduerſus eum proelio, vſque adeo ſuperior exſtitit;vt omnes propemodum ad internicionem deleret,ac Dario fuga cum paucis elapſo, Perſarum imperium euerteret.Inde vbi Darium necaſſet Beſus, & Alexander poſt res apud Indos geſtas Babylonẽ reuerſus, vitã cum morte cõmutaſſet: tum vero in ſatrapias diuiſo Macedonũ imperio,cõtinuiſq; bellis inteſtinis deminuto, fortuna Romanis Europæ reliquias ſubdidit.

Romanorum imperium.

qui tranſmiſſis in Aſiam copijs , & geſtis aduerſus Ponti reges,& Antiochũ,& Aegypti tamdẽ principes bellis; quã quidẽ diu Senatus auctoritas viguit ; ſemper imperio ſingulos in annos aliquid adijciebant,conſulib.inuicẽ ſe fortibus factis ſuperare contẽdentib.

Octauiani ſolius dominatus.

At vbi bella ciuilia Sullæ ac Marij,poſteaq; Iulij Cæſaris & Pompeij Magni, rempublicam eis perdidiſſent:optimatũ imperio relicto,dictatorẽ Octauianum deligebant,& adminiſtratione tota ipſius arbitrio permiſſa,nõ animaduertebant;aleam ſe de vniuerſorum hominũ ſpebus ieciſſe;vniusq; viri libidini ac poteſtati periculum tanti imperij credidiſſe.

Quæ in vnius dominatu pericula & incommoda.

Nã ſiue recte ac iuſte cũ imperio præeſſe mallet, non ſuffecturus erat ad ſatisfaciendum omnibus ex officio,longiſſimo forte ſpatio remotis , quibus expedite ſuccurrere nõ poſſet;nec ad inueniendum tot magiſtratus,quos iudicio de ſe facto nõ reſpondere puderet; nec alioquin ad congruendũ tot morũ diuerſitatibus : ſiue fines regni violans , ad tyrãnidem deflexiſſet officia magiſtratuũ conturbans, delicta negligens,pecunia venale ius habẽs, ſubditos ſeruorũ loco ducens, quales ex imperatorib.cõplures, vel pleriq; potius omnes,paucis exceptis, fuere:tũ ſcilicet neceſſario cõſequuturũ erat,vt bruta poteſtas eius,qui rerũ potiretur,calamitas publica foret.Nam ad ſentatores a tali munerib.& honorib.adfecti;maximos ad magiſtratus cõſcendunt;& modeſti atq; placidi,qui vitã iſtorũ vitæ conſimilẽ nõ amãt; haud abs re moleſte ferũt,ijſdẽ ſe nõ frui. quo fit,vt opida ſeditionib. ac turbis cõpleãtur,& ciuilia militariaq; munera magiſtratibus lucri auidis conceſſa , quum togatam uitam hominibus paullo elegantioribus inſuauem acerbamque reddant , tum militum in bellis alacritatem labefactent. quæ quidem ſic eſſe comparata , ipſamet euentorum experientia perſpicue docuit;& ea, quæ ſub imperio ſtatim Octauiani acciderunt.

Pantomimorũ origo.

Nam & Pantomimorum ſaltatio,prius incognita,temporibus ijs in vſu eſſe cepit, Pylade ac Bathyllo primis eius auctoribus : & præterea

quædam

quædã alia,quæ multis huc vſq; malis cauſſam prębuerunt. Sed tamẽ Octa-
uiano imperium moderate gerere viſo,pręſertim ex quo Athenodori Stoici
cõſilijs paruit. Tiberius,qui ab eo ſucceſsionẽ in imperio cõſequutus fuerat *Tiberius.*
quũ extremã ad crudelitatẽ deflexiſſet, ac ſubditis viſus eſſet intolerabilis;
eiectus,& in inſula quadã abditus,viuendi finẽ fecit. Caius autem Caligula *C. Caligula.*
cunctis hunc flagitijs ſuperans,interfectus eſt; Chærea tali facinore rempu-
blicam a tyrannide peracerba vindicante. Poſt vbi Claudius res ſuas eunu- *Claudius.*
chis libertinis permiſiſſet,ac foede vita deceſſiſſet: Nero cũ alijs, eũ ſequu- *Nero.*
tis,ad rerũ illud faſtigium peruenit. de quib. equidem nihil omnino comme
morandũ arbitratus ſum, ne memoria diſſolutorũ & monſtroſorum facino-
rũ,ab eis perpetratorũ,exſtet. Veſpaſianus & Titus eius filius, quũ imperiũ *Veſpaſianus, & filij.*
moderatius adminiſtraſſent, Domitianus crudelitate,luxuria,& auaritia cũ-
ctis ſuperior, republica per totos quindecim annos deuaſtata, trucidatus a
Stephano liberto,poenas improbitatis luere viſus eſt. Ab hoc tẽpore viri bo
ni principatũ adepti, Nerua, Traianus, & poſt eũ Adrianus, & Antoninus pi- *Aliquot imperatores boni.*
us,& par illud fratrũ, Verus atq; Lucius; multa vitiata correxerunt, neq; tan
tũ ea, quæ ſuperioris memoriæ principes amiſerant, recuperarunt: ſed etiam
non poſſeſſa prius quædã adiecerunt. Cõmodo autem, Marci filio, regnum *Commodus.*
conſequuto, nec tyrannidi tãtum, ſed & prodigioſis flagitijs dedito, poſteaq;
necato a Marcia concubina, quæ virilẽ animum ſumſerat; ſucceſſor in impe-
rio Pertinax datus eſt. At quum prætoriani milites huius in exercitatione *Pertinax.*
diſciplinaq; militari ſeueritatem non ferrent, hominemq; præter officiũ oc-
cidiſſent: parum abfuit a rerum conturbatione Roma, dum prętorij cuſtodię
deſtinati milites vnius rerum domini conſtituendi poteſtatẽ ad ſe raperent,
idq; iudicium Senatui per vim extorquerent. Quumq; ceu venale proſcri-
ptum eſſet imperium, Didius Iulianus vxoris inſtinctu elatus, ſtoliditate po *Didius Iulianus*
tius, quam ſapiente conſilio, data pecunia regnum mercatur; eiuſmodi ſpe-
ctaculum cunctis exhibens, quale nunquam prius conſpexerant. Nã ad prę-
torium deducebatur, nec Senatu præeunte, nec alio legitimo ſatellitio: ſed
ijs dumtaxat militibus, qui eum hoc inhonore conſtituerant, per vim palati-
um illi cum omni eius penu tradentibus. Sed hic pariter & adpellatus, & ab
ijſdem ſublatus e medio, qui eum huc prouexerant; non ſecus, atq; viſa ſom
niorum, perpuſillo tempore ſuperſtes fuit. Senatu vero ad deliberationem,
cui tradendum eſſet imperium, rurſus adhibito; Seuerus imperator deſigna *Seuerus.*
tus fuit. At quum idem imperium Albinus atque Niger inuaſiſſent, orta ſunt
inter eos bella ciuilia non exigua; diſſidentibus a ſe inuicem ciuitatibus, qua
rum illæ ad huius, ad illius aliæ partes tranſibant. quumque non parua per-
turbatio per orientem & Aegyptum concitata foret, ac Byzantij, qui Nigri
cauſſam fouebant, eumque ſuſceperant, extremum periculum adijſſent: in-
terfecto Nigro, Seueri pars victrix exſtitit, & poſt eum Albino quoque tam
imperio, quam vita functo, ſolum ad Seuerum principatus redijt. Quapro-
pter ad eorum, quæ diſſolute geſta fuerant, emendationem ſe conuertit: &
ante omnia, de militibus, qui Pertinacem necauerant, & Iuliano tradiderant
imperium, acerba ſupplicia ſumſit. Deinde re militari nauiter conſtituta, Per
ſas adgreſſus, vno impetu Cteſiphontem Babylonemque cepit; Arabes ab
vſu tentoriorum Scenitas dictos, percurrit; Arabiam vniuerſam in poteſtatẽ
redegit; aliaque complura fortiter geſſit. Et erat erga delinquentes inexo-
rabilis, eorumque bona, qui flagitiorũ rei peragebantur, publicabat. Quũq;
multas vrbes ſumtuoſis admodum ædificijs ornaſſet, & Antoninum filium *Antoninus Seueri f. cum fratre Geta.*
deſignaſſet imperatorem; moriturus, ipſi Getæque alteri filio, imperij here-
dibus inſtitutis, tutorem Papinianum reliquit, virum iuſtiſſimum, & qui tam *Papinianus imp. tutor.*
cognitione, quam expoſitione legum omnes ante pariter & poſt ſe Roma-

nos iuriſconſultos ſuperauit. Hũc præfecti prætorio munere fungentẽ, ſuſpe-
ctũ Antoninus habebat, alia nulla de cauſſa, quã quod Papinianus animad-
uertens eũ infeſto erga Getam fratrẽ animo eſſe, quo illi minus inſidiaretur,
pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentũ e medio remouere volens,
Papiniano per milites necẽ ſtruit; ſpatiumq; nanctus fratrem interficit, quũ
ne quidem mater adcurrentẽ ad ſe potuiſſet eripere. Poſtquã & Antoninus
fratricidij poenas interiecto non magno ſpatio dedit, ne cognito quidẽ vm-
Macrinus. quam ipſius percuſſore; Macrinum præfectũ prætorio milites, qui ad vrbẽ e-
Antoninus Emiſenus. tant, imperatorẽ dicunt: qui per orientem, adoleſcẽtulum quemdã Emiſenũ,
qui genere matri Antonini cõiunctus eſſet. Vtroq; exercitu renũtiationẽ ſuã
tuẽte, ciuile diſcidium exſtitit; Emiſeni quidem Antonini copijs Romã eum
deducẽtibus, Macrini vero militibus extra Italiã profectis. Vbi manus ad An-
tiochiam Syriæ cõſeruiſſent, victus ab omni parte Macrinus, caſtris fuga de-
ſertis, ad interiectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vuulneri-
bus confectus extinguitur. Quum Antoninus victoria potitus de ijs, qui Ma-
crini partes ſequuti fuerãt, velut hoſtibus, poenas ſumſiſſet; & ceteroqui tur-
piter ac flagitioſe viueret, magis & circulatoribus deditus: non ferentes Ro-
mani effrenem hominis luxum atque libidinem, eo interemto, & cadauere
Alexander Seuerus. in fruſta diſcerpto, Alexandrum imperatorem deſignarunt, itidem ex fami-
lia Seueri prognatum. Hic quũ & iuuenis adhuc eſſet, & egregia indole præ-
ditus; fecit, vt omnes de imperio ſpes bonas conciperent, præfectis prętorio
cõſtitutis Flauiano & Chreſto; viris nec rei militaris imperitis, & ad res toga-
tas præclare gerẽdas idoneis. Verũ vbi Mamæa mater imperatoris, Vlpianũ
Vlpianus euehitur a Mamæa principis matre. eis inſpectorẽ præfecit, quaſi conſortẽ officij; ꝙ & iuriſconſultus eſſet præſtã-
tiſſimus, & recte rebus vti præſentibus, ac futura proſpicere ſollerter poſſet:
offenſi milites, mortẽ homini clandeſtinã moliuntur. Id quũ animaduertiſſet
Mamæa, ſtatimq; conatus illius præcipiẽdi cauſſa, horũ conſiliorũ auctores
e medio ſuſtuliſſet: ſoli Vlpiano præfectorũ prætorio munus cõmittitur. Sed
ꝙ exercitib. in ſuſpicionem veniſſet, (quib. ſane de cauſſis, equidẽ accurate
Vlpiani cædes. dicere nõ habeo. quando de ipſius volũtate diuerſa litteris prodita ſunt) ſedi-
tione mota trucidatur, quũ ne ipſe quidẽ imperator opẽ ei ferre poſſet. Secũ-
dũ hæc paullatim milites a priſtina in Alexandrũ beneuolentia recedẽtes, ad
obeũda ipſius impia ſegnes ſe prębebãt, & veriti ne quid ob ignauiã eis acci-
Antoninus alius deret, ſeditiones cõcitabant; cõcurſuq; facto, quemdã Antoninũ ad imperiũ
euehebãt. Sed quũ is molem imperij nõ ſuſtinens, fuga ſe hominũ ex oculis
Vranius ex ſeruo imperator. ſubduxiſſet, & Vranius quidã ex ſeruili genere deſignatus, cõfeſtim vna cum
purpura deductus ad Alexandrũ fuiſſet; conceptũ quidẽ aduerſus imperato-
rẽ odiũ adaugebatur, verũ ipſe de circumſtantib. vndiq; periculis hęſitans, tã
corpore mutatus erat, quã inditis a natura virib. & cõſilijs animi: adeo quidẽ,
vt eũ auaricię morbus inuaderet, totusq; colligẽdis pecunijs incũbens, apud
matrẽ eas reconderet. Rebus ipſius in hũc modum nõ optime adfectis, qui
erãt in Pannonia Myſiaq; exercitus, alienis iampridẽ in eũ animis, nũc magis
Maximinus. ad defectionẽ proritabantur: ideoq; ad ſtudiũ rerum nouarũ cõuerſi, Maxi-
minũ ad imperiũ efferunt, id tẽporis turmæ Pannonicæ ducẽ. Is omnib. co-
pijs ſuis coactis, in Italiã profectus eſt; arbitratus ſe facilius imperatorẽ ad-
huc imparatũ adgreſſurum. Alexander aũt apud ſitas ad Rhenum gentes cõ-
morabatur, ibiq; cõperto, res nouas motas eſſe; Romã cõtinuis itinerib. con-
tendebat. Quumq; tã militibus, quã ipſi Maximino veniã polliceretur, ſi a ce-
ptis deſiſterẽt: poſteaquã dicto parentes efficere nõ poterat, ſpes omnes miſ-
ſas faciens, ſe ipſe quodam modo cædi obtulit. Mamæa vero cum præfe-
ctis egreſſa prętorio, tumultus ſedandi cauſſa, cum præfectis & ipſa necatur.
Maximino imperium iam conſtabilitum obtinẽte, grauis omnes inceſſit pœ-
nitentia,

nitentia, quod acerbam tyrannidem moderato cũ imperio commutaſſent. Nam obſcuro natus loco Maximinus, quum primum accepiſſet imperium, quib. a natura prædictus erat virtutibus, eas virtutes fiducia poteſtatis obſcurabat, & omnibus erat intolerabilis, non tantum iniurijs adficiens in dignitate conſtitutos; verumetiam cum omni crudelitate res tractans, ſoloſq; calũniatores colens, qui homines præſertim quietis cupidos deferebãt, velut imperatorij fiſci debitores. Tandẽ & nullo præcedente iudicio, propter pecuniæ cupiditatem ad cædes progrediebatur; omniaq; opida peculiariter ſua reddebat, municipibus bonis ſuis ſpoliatis. Quare quum ſubiectæ Romanis gentes crudelitatem nimiam grauiter moleſteq; ferrent, & ob manifeſtas rapacitates conturbarentur: Afri Gordiano, eiq; cognomine filio, deſignatis imperatoribus; quum alios Romam legatos miſere, tum Valerianum, virum conſularem, qui deinceps imperio potitus eſt. Senatus eo, quod actum fuerat, cupide probato; ad deijciendum imperio tyrannum ſe comparabat, milites ad rebellionẽ concitans, & in memoriam populo reuocans iniurias ſingulis priuatim, & publice omnibus illatas. Quum vniuerſis eadem viderentur, e ſenatu XX viros deligunt, artis imperatoriæ peritos. Ex his ſumma cum poteſtate conſtitutis duobus, Balbino atq; Maximo, præceptisq; Romam ducentibus itineribus; parati ad reſiſtendum erant. Maximino autẽ, poſt adlatos harum rerum rumores, Romam cum Mauris & Gallicis ordinibus petẽte, milites quidem Aquileiæ præſidio impoſiti, quum ei portas occluſiſſent, obſidione cincti ſunt: ipſe vero ijs, qui partes ipſius tuebantur, vix tandẽ boni publici cauſſam amplexis, & eorum voluntati adſenſis; qui Maximinũ interemtum volebant, ad extremum periculũ redactus, filium militib. ſupplicẽ obtulit, veluti propter ætatem ad eos ab ira reuocandos ad commiſerationem, ſuffecturum. At illi quũ iracundia maiore conciti iuuenem miſerabiliter interfeciſſent, & ipſum quoq; confeſtim trucidaſſent: accedens quidã, caput a corpore reciſum Romã tulit, idq; ſignum victoriæ manifeſtũ exhibuit. Itaq; per hoc omni metu liberati, aduentum imperatorũ ex Africa præſtolabantur. Verum illis inter nauigandũ vi tempeſtatis extinctis, Gordiano alterius filio Senatus ſummam rerũ tradidit, cuius opera populus Romanus de ſuperioris temporis mæſticia remiſit, imperatore per ſcenicos gymnicosq; ludos ab ea ciues auocante. Poſteaquam omnes velut ex profundo veterno iam recreati eſſent, aduerſus imperatorem clandeſtinæ quædam inſidiæ parantur, Maximo & Balbino milites ei quoſdam ſummittentibus: quibus depræhenſis, tam ipſi ſceleris auctores, quam alij participes non pauci cæduntur. Non multo poſt & Karthaginienſes a beneuolentia principis alienati, * Sabianum ad imperium efferunt. Sed quum Gordianus copias Africanas exciuiſſet, animis cum eo reconciliatis, adfectatorem tyrannidis dedunt, & impetrata delictorum venia, periculis imminẽtibus erepti ſunt. Dum hæc geruntur, Gordianus vxorem ducit* Timeſiclis filiam, nobilis ex doctrina viri quem & præfectũ prætorio creauit: eoque facto viſus eſt id, quod adminiſtrationi rerũ propter ætatẽ ipſius ſane tenerã deeſſet, ſupplere. Iam confirmato imperio, Perſæ adgreſſuri nationes orientales exſpectabantur; quod regnũ eorum Sapores accepiſſet poſt Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rurſus ad Perſas tranſtulerat. Nam poſt Alexandrum Philippi filium, & alios imperij Macedonum ſucceſſores, Antiocho ſuperioribus illis ſatrapijs imperante, Arſaces Parthus, propter illatam fratri Teridati contumeliam, bello aduerſus Antiochi ſatrapam ſuſcepto, Parthis auctor fuit, vt eiectis Macedonibus, regnum ſibi vindicarent. Imperator igitur vniuerſo cum apparatu contra Perſas mouebat. Quumque Romanus exercitus primo proelio ſuperior exſtitiſſe viſus eſſet, Timeſicles præfectus prætorio

Gordiani.

Gordianus iunior.

*Sabinianum re*ctius *alij.*

** Miſitheum alij vocant, corrupte.*

Perſæ regnum recuperant.

Parthorum in Perſas imperiũ.

Arſacidarum origo.

vita functus, non parum imperatoris de ſecuritate regni fiduciam imminuit. Nam Philippo in eius locum ſuffecto, paullatim beneuolentia militum erga imperatorẽ extincta eſt. Ortus enim Philippus ex Arabia, gente nequiſſima, nec meliori ratione fortunam ad ampliorem progreſſus, vt primum hũc magiſtratũ accepit, imperij libidine raptus, ad res nouas promtiſſimũ quẽq; militũ demulcens incitabat. quumq; militares annonas abunde conuehi cerneret, imperatore propter Carras & Niſibin adhuc cũ exercitu hærente; naues, quæ cõmeatum militarem continebant, ad interiora penetrare iuſſit, vt fame preſſus & inopia rerũ neceſſariarum exercitus, ad ſeditionẽ impelleretur. Euentus conſilio reſpondit. Milites arrepta de penuria commeatus occaſione, Gordianũ nulla decori ratione habita circumuentũ, veluti cuius culpa periret exercitus, interficiunt; & Philippũ, ceu conuenerat, purpura veſtiũt.

Philippus Arabs Is ſacramentis interuenientibus amicitia cum Sapore conſtituta, belloq; ſopito, Romam proficiſcitur; militum animos magnis largitionibus delenĩes, & Romam nuntios mittens, qui Gordianum morbo extinctum dicerent. Vbi Romam veniſſet, ordinis ſenatorij viris oratione modeſta ſibi conciliatis, magiſtratus ampliſſimos hominibus ſibi coniunctiſſimis tradendos ſtatuit. Itaque Priſcum fratrem Syriacis exercitibus pręfecit, Seueriano genero Myſiæ Macedoniæque copijs creditis. Hoc modo ſe ſtabili poniturum imperio arbitratus, ipſe contra Carpos expeditionem ſuſcepit, qui iam Iſtro vicina loca populabantur. *Bellũ aduerſus Carpos.* Proelio conſerto, quum noſtrorum impreſſionem barbari non ſuſtinerent; fuga quoddam ad caſtellum facta, obſidebantur. Vbi ſuos hinc inde diſperſos rurſus colligi cernerent, receptis animis egreſſi de caſtello, Romanum exercitum inuadebant. Sed quod impetum Maurorũ ferre nõ poſſent, de pace cõponenda colloqui ceperunt. Philippus eis haud difficulter adſenſus, inde diſceſſit. Quũ autem in republica perturbationes eodem tempore plures acciderẽt, orientales quidẽ prouinciæ partim tributorũ exactionibus grauatæ, partim quod Priſcus ijs nationib. cum imperio præeſſe iuſſus, intolerabilis omnib. eſſet; nouas res molitæ, * Tapianum ad ſummam rerum euexerunt; itidemq; Myſorũ & Pannoniorum negotia Marinum poſcerunt. ** Tapianum.* *Papianus et Marinus.* Ob has res conturbato Philippo, Senatumq; rogante, vel opem ſibi aduerſus imminentia mala ferret, vel ſi ſuũ ei diſpliceret imperiũ, hoc ſe abdicaret: nemine prorſus quidquã reſpõdente, Decius familia dignitateq; præſtans, & omnib. præterea virtutibus ornatus, fruſtra dixit ob has eũ cauſas trepidare. Quippe futurum, vt per ſe ipſa hæc euaneſcerent, qnod nulla poſſint ex parte firmiter ſubſiſtere. His Decij conjecturis, quas is ex ipſa rerũ experientia ſumſerat, licet euentus reapſe reſpõdiſſet, * Tapiano Marinoq; non magno labore de medio ſublatis: nihilo tamẽ minus in metu Philippus verſabatur, qui odium militũ erga tribunos & duces in ijs locis perſpectum haberet. Itaq; Deciũ obſecrabat, vt earũ legionũ, quæ in Myſia Pannoniaq; forent, imperium ſuſciperet. Illo recuſante, quod iſtuc neq; ſibi, neq; Philippo expedire duceret; Theſſalica, quam vocant, perſuaſione vſus, quę eſſet cũ coactione cõiuncta, hominem ablegat in Pannoniam, caſtigaturum ibi Marini factionis complices. ** Papiano.* At eorum locorum milites videntes Decium ſupplicia de ijs ſumentem, qui deliqnerant; conſultius ſibi fore putabãt, ſi & periculum, qnod ante pedes eſſet, amolirentur; & eadem opera principem ſummæ reipublicæ præficerent, qui eam melius gereret, ac ciuili militarique virtute præſtans, labore non magno Philippum victurus eſſet. Igitur amictum purpura Decium, & ſibi iam metuentem, ad procurationem rerum vel inuitum compellunt. *Decius.* Philippus accepto de renuntiatione Decij nuntio, coactis exercitibus ad eum opprimendum mouit. Qui erant cum Decio milites, licet ab aduerſarijs numero ſe vinci noſſent; tamen Decij

tum

tum peritia, tum in omnibus rebus prouidentia freti, confidentes erant. Vbi concurriſſent exercitus, altero copijs, altero muneris imperatorij peritia ſuperiore: complures à Philippi partibus ceciderunt, inter quos & ipſe cum filio, quem Cæſaris dignitate cohoneſtauerat, cæſus eſt. Hoc modo Decius ſummo potitus eſt imperio. Ceterùm rebus ob Philippi ſecordiam vbique perturbatione refertis, Scythæ Tanaim tranſgreſſi, vicina Thraciæ loca prædis agendis infeſtabant: quos adgreſſus Decius, & omnibus proelijs ſuperior, præda quoque recepta, qua potiti fuerant, quo minus domnm reuerterentur, abitum eis intercludere conabatur, & vniuerſos ad internecionem delere cogitabat, ne denuò coactis copijs irruerent. Qnumque Gallum ad Tanaidis ripam ſatis magnis cum copijs collocaſſet, ipſe cum reliquis ad hoſtem propius accedebat. Rebus ei ex animi ſententia ſuccedentibus, Gallus ad moliendum res nouas conuerſus, legatis ad barbaros miſſis, vt in ſocietatem inſidiarum aduerſus Decium venirent, hortabatur. Illis cupidiſſimè, quod imperatum erat, accipientibus, Gallus quidem cuſtodiendæ ripæ Tanaidis intentus erat, barbari verò trifariam diuiſi, quodam in loco primam aciem inſtructam collocabant, quem locum palus quædam à fronte muniebat. Vbi multos ex eis Decius interemiſſet, acies ſecunda ſuperuenit. qua ipſa quoque in fugam acta, pauci quidam ex acie tertia propter paludem conſpecti ſunt. Ibi quum Gallus per indicia Decio ſignificaſſet, vt eos per ipſam paludem inuaderet; imprudenter ob locorum ignorantiam progreſſus, & cum copijs, quas ſecum ducebat, in luto defixus, & à barbaris vndique telis petitus, vnà cum ijs, quos propter ſe habebat, nemine prorſus euadendi facultatem nancto, perijt. *Decij mors.* Ac Decius quidem optimè adminiſtrato imperio, huiuſmodi vitæ finem habuit. Quum primùm verò Gallus ad imperium perueniſſet, ac Voluſianum *Gallus cum Voluſiano F.* filium Auguſtum appellaſſet, tantumque non clamaret, Decium cum exercitu ſuis inſidijs perditum; res barbarorum proſperæ incrementum ceperunt. Non enim cum præda tantùm Gallus eis, vt ſuos intra fines redirent, permiſit: verumetiam quotannis certam pecuniæ ſummam dare promiſit, & ex captiuis nobiliſſimum quemque per vim abduci paſſus eſt, quorum plerique capta Thraciæ Philippopoli hoſtium in poteſtatem venerant. His rebus in hunc modum geſtis, Romam Gallus venit, magnos ob conſtitutam cum barbaris pacem ſpiritus gerens, ac initio quidem imperij Deciani memoriam cum honore ac beneuolentia vſurpabat, & alterum ex filijs eius ſuperſtitem adoptabat: ſed progreſſu temporis veritus, ne qui rerum nouarum ſtudijs adſueti, regiarum in Decio virtutum memoriam aliquando ſuis cum animis repetentes, eius filio ſummam rerum traderent, mortem homini per inſidias parat, nec adoptionis vlla, nec honeſti ratione habita. Quum autem negligenter imperium Gallus adminiſtraret, primùm quidem Scythæ nationibus ſibi vicinis terrorem incutiebant: deinde paullatim progreſſi, ad ipſum vſque mare ſitas regiones populabantur. adeò quidem, vt nulla gens Romanæ ditionis ab eis non vaſtata relinqueretur: ſed omnia propè dixerim, oppida non munita mœnibus, & munitorum magna pars, caperentur. Nec minus bello ab omnibus partibus ingruente, lues etiam peſtilens in oppidis atque vicis ſubſequuta, quidquid erat humani generis reliquum, abſumſit; quæ ſanè numquam ſuperioribus ſæculis tantam hominum ſtragem dederat. Rebus in hunc modum comparatis, quum imperatores rempublicam defendere non poſſent, & omnia extra Romam poſita negligerent: rurſus Gotthi, & Borani, & Vrugundi, & Carpi, ciuitates in Europa deripiebant, quidquid eis ſuperabat, ſibi auferentes: Perſæ verò Aſiam inuadebāt, Meſopotamiam occupantes, & in ipſam progreſſi Syriam, ad vrbem Antio- *Gotthi. Borani. Vrugundi. Carpi,*

chenam vſque, donec & illam totius orientis metropolim caperent, & incolis eius partim cæſis, partim in ſeruitutem abductis, infinita cum præda domum diſcederent, omnibus tam priuatis, quam publicis ciuitatis ædificijs, nullo penitus reſiſtēte dirutis. Ac Perſis quidem in procliui fuiſſet tota potiri Aſia, ſi non ob immenſam vim ſpoliorum lætabundi, nimis ea cupide ſeruare, domumque deportare cogitaſſent. Scythis autem, quotquot erant in Europa, ſecurè degentibus, & iam in Aſiam quoque tranſgreſſis, omniaque ad Cappadociam, & Peſinuntem, & Epheſum vſq; depopulatis: Aimilianus ordinum Pannonicorum dux, militibus ſuis, qui parum habebant animi ad reſiſtendum proſperæ barbarorum fortunæ, quanto poterat opere confirmatis, & dignitate populi Romani ad animum eis reuocata: improuiſus barbaros in ijs locis repertos adgreſſus eſt. Quumque magnam eorum partem occidiſſet, milites in barbaricum tranſduxiſſet, inopinato quidquid occurreret, obtruncaſſet; præter omnem denique ſpem imperio Romano ſubiectos illorum furore liberaſſet, à militibus ſuis imperator dictus eſt. Itaque coactis eorum locorum copijs, quæ iam ex parta contra barbaros victoria confirmatiores animis erant factæ: Italiam verſus mouit, cum imparato Gallo manum conſerturus. Ille per orientem geſtorum ignarus, quibuſcumque poterat rebus ſe muniebat; & Valerianum ablegabat, Gallicas atque Germanicas legiones adlaturum. Quum magna celeritate ſuos Aimilianus in Italiam adduxiſſet, propeque ſe conſtitiſſent exercitus: qui cum Gallo milites erant, amplitudine copiarum hunc longe inferiorem eſſe videntes, & ſimul ad hominis ignauiam negligentiamque reſpicientes, ipſum cum filio necant: quorum quidem in partes Aimiliani tranſitione facta, ſtabilitum illius imperium videbatur. Sed Valeriano vires trans alpes collectas in Italiam ducente, magnaque cum hominum multitudine alacriter Aimilianum debellare cogitante; quod hunc ſui potius militari, quam imperatorio more res aggredi cernerent, veluti non idoneum regno de medio tollunt. Valerianus de communi omnium ſententia ſummum imperium adeptus, magno ſtudio rebus recte conſtituendis incumbebat. Scythis autem ſuis ex ſedibus egreſſis, & præter hos Marcomannis quoque per irruptiones finitima Romano imperio loca populantibus: ad extremum periculum Theſſalonica redacta fuit: cuius obſidione vix magno labore ſoluta, fortiter hoſti reſiſtentibus ijs, qui in vrbe erant, tota Græcia perturbationibus vexabatur. Athenienſes mœnia ſua reficiebant, quibus ab eo tempore, quo a Sulla diruta fuerant, nulla erat adhibita cura. Peloponeſij muro cingebant Iſthmum, & publicæ ab omni Græcia tuendæ cauſſa regionis excubiæ habebantur. Valerianus animaduerſo periculo, quod imperio Romano cunctis ex partibus immineret, Gallienum filium imperij conſortem facit: & rebus vndique vrgentibus, ipſe verſus orientem mouet, vt Perſis reſiſteret; Europæos exercitus filio tradit, cohortatus eum, cum ijs copijs irruentes vndique barbaros oppugnaret. Gallienus videns Germanicas gentes ceteris infeſtiores eſſe, quæ adcolas Rheni Gallicas nationes acrius vexarent, hanc partem ſibi propugnandam ab hoſtibus ſumebat; alijs, qui per Italiam, Illyricum, Græciamque prædis agendis intenti eſſent, duces cum eorum locorum exercitibus bellum facere iuſſit. Ac ipſe quidem Rheni tranſiectus cuſtodiens, quantum præſtare poterat, interdum tranſitu hoſtes arcebat, interdum tranſeuntibus ſuos inſtructos obijciebat. Sed quod ingenti cum multitudine, perexiguas ipſe copias habens, bellum gereret, in anguſtum iam coactæ res ipſius erant; quum inito fœdere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuiſſe viſus fuit. Nam ille ceteros barbaros arcebat, quo minus continenter Rhenum tranſ-

Aimilianus. *Valerianus.* *Marcomanni & Gotthi Græciam vexant.* *Gallienus.* *Bella Germanica.*

tranſirent, & irruentibus obſtabat. Ac Rheni quidem adcolarum hæc erat condicio. Borani vero, & Gotthi, & Carpi, & Vrugundi, (nationum hæc nomina, propter Iſtrum ſedes habentium) nullam nec Italiæ, nec Illyrici partem a continuis vexationibus immunem relinquebant, omnia nemine reſiſtente diripientes. Et quidem Borani in Aſiam quoque tranſijcere conabantur, idque per incolas Boſpori ſane quam facile obtinuerunt: qui metu potius, quam animi voluntate adducti, naues eis dederunt, & in tranſijciendo duces fuerunt.

Boranorum in Aſiã tranſiectio.

Quam enim diu reges illi habebant, filio paternum in regnum ſuccedente; partim propter amicitiam cum populo Romano, & commerciorum opportunitatem, partim propter ea munera, quæ ab regibus quotannis eis mittebantur; Scythas in Aſiam tranſijcere volentes arcere non deſinebant. Verum poſtea, quam extincto genere regio, quidam viles & abiecti principatum gentis obtinuiſſent: ſibimet ipſi metuentes, Scythis adeundæ per Boſporum Aſiæ facultatem concedebant, & ſuis eos nauibus tranſuehebant; quibus deinde receptis, domum reuertebantur. Ceterum Scythis obuia quæque deprædantibus, qui maritima Ponti loca incolebant, ad mediterranea maximeq; munita migrabant. Barbari vero Pityuntem primum adorti ſunt, muro maximo circũdatam, & portum commodiſſimum habentem. Sed quum dux militum eius loci Succeſſianus, cum ijs copijs, quæ iſtic aderant, barbaris obſtitiſſet, & eos inde ſubmouiſſet; veriti Scythæ, ne huius rei fama per cetera quoq; caſtella didita, omnes militibus Pityunte degentibus adgregati, funditus ſe perderent: quantam maximam poterant, nauigiorum copiam nancti, ſummo cum periculo domũ reuerterunt, in hoc ad Pityuntem bello compluribus ſuorum amiſſis.

Succeſſiani virtus.

Enimuero qui Pontum Euxinum inhabitabant, Succeſſiani ductu ſeruati, quemadmodum expoſuimus; numquam fore ſperabant, vt rurſum Scythæ tranſijcerent, qui iam indicato modo repulſi fuiſſent. Sed vbi Valerianus arceſſitum ad ſe Succeſſianum præfectũ prætorio dixiſſet, & cum eo res Antiochenæ ciuitatis, eiuſque reſtaurationem tractaret: denuo Scythæ ſumtis nauibus à Boſporanis, tranſiecerunt. Retentis autem nauigijs, nec (vt factitatum prius erat) conceſſa poteſtate Boſporanis, vt eis in patriam reuerterentur: propter Phaſidem profecti ſunt, vbi fanum Dianæ Phaſianæ, cum Aetæ regia, ſitum eſſe perhibent.

Alter Boranorum in Aſiam tranſitus.

Hoc fanum occupare conati, ſed fruſtra; Pityuntem recta contendebant. Caſtello perfacile capto, ſuoque præſidio denudato, pergebant vlterius.

Pityus capitur.

quumque magna copia nauigiorum abundarent, & captiuis remigandi peritis ad nauigationem vſi, commodam tempeſtatem toto propemodum æſtiuo tempore habuiſſent; Trapezuntem petierunt, vrbem amplam & populoſam, quæque præter conſuetos milites, alios decies mille receperat.

Trapezuntis obſidio.

Obſidione cepta, ne per ſomnium quidem vrbe ſe potituros ſperabant; quod eſſet ea duobus muris circumdata. Sed vbi milites animaduerterent ſecordiæ temulentiæque deditos, ne murum quidem amplius conſcendere, nec vllo tempore luxum & compotationes ſuas intermittere: arboribus, quas dudũ ad hoc pręparauerant, admotis muro, qua perueniri ad eum poterat, & ſuis noctu per has in murũ paullatim ſubductis, vrbẽ capiunt: pręſidiarijs ob repentinã & improuiſam hoſtis irruptionẽ metu perculſis, & per alias portas ex vrbe fuga dilapſis; ceteris ab hoſtibus interemptis. Vrbe in hunc modũ capta, ineffabilem barbari opũ captiuorumq; copiã adepti ſunt. Nam finitimi omnes in eam, veluti locũ munitũ, confluxerant. Templis & ædificijs dirutis, alijſq; rebus ad vrbis elegantiã maieſtatẽ ve cõparatis, & excurſionib. tota regione vexata: cõpluribus cũ nauigijs domũ diſceſſere. Quũ horũ finitimi Scythę adlatas ab eis opes cõſpexiſſẽt, & ſimile facinus audẽdi cupiditas eos inceſſiſſet: nauigia quidẽ inſtrue

bant,quum ad eorum exædificationem hominum apud ſe captiuorum, vel aliorum inopiæ cauſſa cum eis ſe coiungentium,opera vterentur; ſed ea ratione,qua Borani fuiſſent vſi, minime nauigationem inſtituendam eſſe decreuerunt; quod ea tum longinqua,tum difficilis foret, perque loca iam ante vaſtata ſuſcipienda. Itaque quum hiemem exſpectaſſent, Ponto Euxino ad ſiniſtram relicto,pedeſtribus copijs propter litora,quantum eius fieri poterat,celeriter comitantibus; Iſtrum, Tomos, Anchialum,ad dextram prætergreſſi, ad Phileatinam venere lacum, qui verſus occidentem ſolſtitialem Byzantij, Ponto adiacet. Cognito autem,eius lacus piſcatores in adiacentibus lacui paludibus cum ijs, quas haberent,nauibus abditos deliteſcere: poſteaquam eos interpoſita cautione in fidem recepiſſent, & eorum naues copijs pedeſtribus oneraſſent; ad tranſijciendum per id fretum, quod Byzantio Chalcedonique interiacet,progrediebantur.Et quamquam præſidium Chalcedone foret,ad ipſum vſque fanum,quod ad oſtium Ponti ſitum eſt, longe barbaros aduenientes viribus ſuperans: tamen milites partim diſceſſere,quaſi qui occurrere duci ab imperatore miſſo vellēt, partim tanta trepidatione correpti ſunt, vt ad primam rei famam citato curſu diffugerent.quo facto,ſimul & tranſiecere barbari,& Chalcedone nullo reſiſtente capta,opibus & armis,aliaque ſupellectile copioſiſſima potiti ſunt. Hinc Nicomediam contenderunt,vrbem maximam & fortunatā,opibusq; ac rerum omnium copia celeberrimam. Sed licet præcepta fama ciues iam ante diffugiſſent cum opibus ſuis, quas auferre ſecum poterant; nihilo minus barbari repertorum ab ſe copiam mirati, omni honore atque obſeruantia Chryſogonum proſequebantur, qui iamdudum eis auctor fuerat,vt Nicomediam proficiſcerentur. Quumque Nicæam,& Cium,& Apameam, & Pruſam ijſdem incurſionibus vexaſſent,& in illis paria deſignaſſent; Cyzycum petiere. Verum quod Rhyndacus fluuius ex imbribus auctus ingentem aquarum vim volueret, tranſiectione fruſtra tentata, retro ceſſerunt;ac Nicomediam quidem, & Nicæam, iniectis ignibus, ſuccenderunt: ſpolijs vero in plauſtra nauesque coniectis, domum cogitabant,hoc irruptioni ſecundæ fine impoſito. Valerianus intellectis Bithyniæ calamitatibus, ex diffidentia nemini ducum credere defenſionem illius contra barbaros audebat:ſed miſſo Felice, qui præſidio Byzantinis eſſet,ipſe relicta Antiochia ad Cappadociam vſque progrediebatur,& tranſitu dumtaxat adtritis ac vexatis opidis,pedem referebat. Quumque peſtis inuaſiſſet exercitus, eorumque maiorem partem ſuſtuliſſet: Sapores orientem adgreſſus, in ditionem omnia redigebat. Interim Valeriano propter molliciem ac ſocordiam de ſubleuandis ad extremum prolapſis rebus deſperante, dataque pecunia bello finem imponere volente: miſſos hoc nomine legatos Sapores ab ſe rebus infectis dimiſit, & ab ipſo imperatore petijt, vt de negotijs, quæ ad eum pertinere viderentur, ſecum in colloquium veniret. Ille nulla prudentia poſtulatis adſenſus, & inconſulto cum paucis ad Saporem profectus, quaſi de pace cum eo colloquuturus; ab hoſtibus ſubito compræhenditur, & in hac fortuna captiuus apud Perſas viuendi finem fecit, maximo dedecore nomini Romano apud poſteros relicto. Quum hic rerum per orientem ſtatus eſſet,omnia confuſa pariter,& indefenſa iacebant. Et Scythę coniunctis animis ex vniuerſa gente nationeque ſua in vnum congreſſi, parte quadam copiarum ſuarū Illyricum agebant,ferebant; alij ciuitates eiuſdem vaſtabant, alij denique Italiam ingreſsi, ad ipſam vſque Romam pergebant. At Gallieno tranſalpinis in locis hærēte, Germanicisque bellis intento, Senatus vrbem Romam in ſummum malum coniectam videns, armatis quotquot erant in ea, militibus, & ijs præterea, qui valentiores ex plebeijs erant: exerci-

Valerianus à Sapore capitur.

Scytharum expeditio.

exercitum barbaricò maiorem coëgit, quem hoſtes veriti, Romam illi qui-
dem relinquebant, ſed Italiam prope dixerim vniuerſam excurſionibus ad-
fligebant. Itidem quũ per Illyricum res ob Scytharum irruptiones in extre-
mo verſarentur, & totum Romanum imperium ſic fluctuaret, nihil vt reli-
quum eſſet: tanta peſtis in opidis exorta, quanta numquam prius vllo tem- *Peſtis ſub Gal-*
pore exſtiterat, calamitates a barbaris illatas leuiores reddebat, efficiebatq; *lieno.*
vt morbo correpti beatos ſe ducerent, & ciuitates occupatas, in quibus om-
nino virorũ ſolitudo eſſe occeperat. His rebus omnibus conturbatus Gallie
nus, Romam reuertebatur: vt illatum ab Scythis Italiæ bellum propulſaret.
Ibi ſtruentibus illi inſidias Cecrope Mauro, & Aureolo, & Antonino, & a-
lijs pluribus; ceteri propemodum omnes poenas dederunt, ſolus Aureolus
infeſto erga principem animo eſſe pergebat. Secundum hæc Poſtumus *Poſtumus.*
quoque, cui creditum eſſet militare apud Celtas imperium, ad res nouas a-
nimum adiecit: ſumtiſque ſecum militibus, qui cum ipſo defecerant, Agrip-
pinam contendit, vrbem maximam ad Rhenum ſitam, vbi Saloninum Gal-
lieni filium obſedit, minatus obſidionem ſe minime ſoluturum, niſi deditus
ille ſibi fuiſſet. Militibus obſidionis neceſſitate compulſis, vt & ipſum, & i- *Salonini & Syl-*
pſius cuſtodiæ præfectum a patre Siluanum traderent; vtroque Poſtumus *uani cædes.*
interfecto, rerum apud Celtas potiebatur. Scythis autem Græciam miſerri-
mum in modum vexantibus, ipſis Athenis expugnatis; Gallienus manum
cum eis, qui iam Thraciam occupauerant, conſerturus acceſſit: deſperatiſ-
que rebus orientis opem ferre iuſſit Odanathum, hominem Palmyrenum, *Odanathus Pal-*
apud imperatores inde vſque a maioribus ſuis honoratum. Is vbi reliquis *myrenus.*
iſtic exercitibus copias ſuas, quam poterat maximas, admiſcuiſſet; ſtrenue
Saporem adoriebatur, & quum alias vrbes imperio Perſarum adſuetas,
tum Niſibim ab Sapore captam, Perſarumque rebus addictam, impetu in
eam facto, recepit & euertit. Quumque non ſemel, ſed iterum Cteſiphon-
tem vſque proceſſiſſet, Perſas quidem intra munitiones ſuas compulſos oc-
cluſit, contentos, ſi liberũ, & vxorum, & ſuam ſalutem tueri poſſent: ipſe res
iam vaſtatæ regionis, pro viribus, ex vſu ſuo conſtituit. Poſteaquam Emiſæ
degens, & nataliciam quamdam celebritatẽ peragens, ex inſidijs interem-
tus eſt: rerum in ſe curam Zenobia ſuſcepit, Odanathi quidem illa coniux, *Zenobia.*
ſed animo virili prædita, quæ opera familiarium mariti parem diligentiam
rebus gerendis adhibebat. Quum hic ſtatus orientis eſſet, Gallieno bellum
Scythicum vrgẽti nuntius adfertur, Aurelianum ducem omnium copiarum *Aureliani de-*
equeſtrium, qui ad vrbem Mediolanum Poſtumi tranſitum in Italiam obſer- *fectio.*
uare iuſſus fuerat, res nouas moliri, & imperij ſummã ſibi policeri. Ad eius
rei famam conturbatus, ſtatim ad iter Italicum ſemet accingit; relicto cum
imperio belli Scythici cõficiendi cauſſa Marciano, viro bellicis rebus exer-
citatiſſimo. quo bellum hoc feliciter adminiſtrante, Gallienus iter Italicum
perſequens, in huiuſmodi inſidias incidit. Heraclianus præfectus prætorio
ſocium conſilij Claudium nanctus, qui ſecundum imperatorem adminiſtra-
tioni rerum præeſſe videbatur, necem Gallieno molitur. Quumque repe- *Gallieno ſtru-*
riſſet hominem ad perpetranda eiuſmodi expeditiſſimum, qui turmæ Dal- *ctæ inſidiæ.*
matiarum dux erat, rem ei perficiendam committit. Adſtans ille cenanti
Gallieno, quum exploratorem quemdam nuntiaſſe dixiſſet, Aureolum
cum copijs ſuis accedere, hominem verbis huiuſmodi terruit. Quapropter
arma poſcẽs, & equum inſiliens, ſignum militibus dabat, vt ſe cum armis ſe-
querentur, ac ne corporis quidẽ ſtipatoribus exſpectatis, abequitabat. Itaq;
dux turmę nudum conſpicatus, interficit. Quum milites ducũ iuſſu quieſce-
rẽt, Claudius imperiũ conſequitur, quod antea quoq; cõmuni decreto datũ *Claudius.*
ei fuerat. Aureolus, qui ſatis longo tempore ſe tutatus fuerat, quo minus in *Aureoli cædes.*

Gallieni poteſtatem veniret, ſtatim de pace legatos ad Claudium mittebat: quumque ſe dediſſet, a militibus, qui circa principē erant, interficitur: quod conceptam in illum ex cauſſa defectionis iram necdum depoſuerant. Hoc tempore quotquot erant Scythæ ſuperſtites, animis propter expeditiones

Heruli. Peuci. Gotthi.

hactenus ſuſceptas elati, adiunctis ſibi Herulis, Peucijs, & Gotthis, collectique propter Tyram fluuium, in Pontum ſemet exonerantem; ſexies mille nauibus ædificatis, & trecentis ac viginti millibus hominum in eas impoſitis, nauigatione per Pontum inſtituta, Tomis munito moenibus opido tentato, reiecti ſunt. Progreſſi vero, & Marcianopolim Myſiæ ciuitatem delati, & ne illa quidem potiti; vento vſi proſpero, nauigabant vlterius. Vbi Propontidis anguſtias adtigiſſent, quod multitudo nauium celeritatem fluxus ferre non poſſet; naues inter ſe collidebantur, & nullo ferebantur ordine lembi, gubernatoribus clauos dimittentibus; ita quidem, vt partim demergerentur, partim cum hominibus ipſis, partim hominum vacuæ litoribus adpellerent; magna tum hominum, tum nauigiorum multitudine pereunte. Propter hanc cauſſam a Propontidis anguſtijs barbari recedebant, Cyzicum verſus nauigantes. Quumque rebus infectis inde dilapſi fuiſſent, ac propter Helleſpontum nauigatione directa, & ad montem Atho delati, naues ibi ſuas refeciſſent; Caſandriam & Theſſalonicam obſidebant, machinisque moenibus admotis, parum aberat, quin eas caperent. Quia vero principem aduentare cū copijs inaudierant, mediterraneis locis petitis, omnem propter Doberum & Pelagoniam agrum prædis agendis infeſtabant: quo in agro tribus hominum millibus amiſſis, quod in equitatum Dalmatarum incidiſſent, cum reliquis aduerſus imperatoris copias dimicarunt.

Claudij de Scythis victoria.

Occepto proelio, quum ab vtraque parte multi cecidiſſent, Romani quidem in fugam ſe conijciebant: verum per itinera nullis hominum trita veſtigijs barbaros ex improuiſo adorti, quinquaginta millia ceciderunt. Quædam Scytharum pars Theſſaliam Græciamque circumuecta, paſſim ea loca populabatur; quæ quum adgredi opida propterea non poſſet, quod ea muris alioquī neceſſario præſidio ſe diligenter communiuiſſent: homines in agris repertos abducebat. Dum Scythæ diſperſi vagarentur in hunc modum, ceu diximus, magnamque ſuorum partem amitterent; maiora quædam adpetens Zenobia, Zabdam in Aegyptum mittit, Timagene quodam Aegyptio Palmyrenis Aegypti dominatum quærente.

Zenobia Aegyptum occupat.

Coacto exercitu de Palmyrenis, & Syris, & barbaris, ad ſeptuaginta vſque millia, quibus Aegyptiorum millia quinquaginta occurrebant, & acri commiſſo proelio; Palmyreni longe hoc bello ſuperiores, quū in Aegypto præſidium quinque millium conſtituiſſent, diſceſſere.

** Pollio Probatum vocat.*

* Probus, cui datum erat ab imperatore negotium maris a piratis repurgandi, poſteaquam teneri a Palmyrenis Aegyptum cognouiſſet: cum copijs ſuis, & Aegyptiorum, quotquot alieni a Palmyrenorum partibus erant, hoſtes adgreſſus, præſidium eiecit. Sed quum Palmyreni denuo cum exercitu veniſſent, itidēque Probus Aegyptias, Africanasque copias coēgiſſet: victoria quidem Aegyptij potiebantur, & Aegypti finibus Palmyrenos exigebant; verum quod Probus montem Babyloni vicinum occupaſſet, & hoſtes ibidem a tranſitu in Syriam excluderet; Timagenes vti eorum locorum peritus, cum bis mille Palmyrenis eius montis vertice conſcenſo, nihil tale cogitantes Aegyptios adortus occidit, quos inter & Probus deprehenſus, ipſe ſibi manus adtulit. Aegypto iam Palmyrenorum in poteſtatē redacta, quotquot ex pugna Claudij & Scytharum ad Naiſſum pugnata ſuperſtites erant barbari, curribus ſeſe munientes in Macedoniam contendebant: & ob inopiam commeatus fame preſſi, tam ipſi, quam eorum iumenta peribant. Progredientibus equeſtres Romanorum copiæ quum occurriſſent, & multos interfeciſſent; reliquos

quos ad Hæmum ſe conuertere coëgerunt. Ibi Romanis exercitibus vndiq; circumdati, non paucos ex ſuis amittebant. Poſteaquam vero diſſidentibus inter ſe peditibus & equitibus, viſum imperatori fuit, vt pedites aduerſus barbaros dimicarent: acri exorto proelio, Romani terga dabant: quum iam non paucis interemtis, equitatus aduentu factum eſt, vt modicum ex pedidelicto detrimentum ſentiretur. Scythis longius digreſſis, & Romanis eos perſequentibus; qui Cretam & Rhodum circumuecti nauibus erant barbari, nulla re memorabili geſta, receſſerunt. Quumque peſtilens lues cunctos inuaſiſſet, partim in Thracia, partim Macedonia perierunt. Quotquot autem incolumes euaſere, vel in ordines Romanos recepti ſunt, vel terram colendã nancti, totos agriculturę ſe dediderunt. Sed quod in Romanos quoque peſtis ſæuire cepiſſet, quum alij complures in exercitu mortui ſunt, tum etiam Claudius viuendi finem fecit, vir omni genere virtutum ornatus, & qui magnum ſui deſideriũ ſubditis reliquit. Quintillus inde Claudij frater dictus eſt imperator, qui vbi perpaucos menſes vixiſſet, & nihil memoria dignum geſſiſſet: Aurelianus ad regium ſolium euehitur, quum quidem (veluti ſcriptores hiſtoriarum aliqui tradunt) Quintillo neceſſarij ſui fuiſſent auctores, ſimul atq; cognitum eſſet, Aureliano delatum imperium, vt mortem ſibi conſciſceret, ac multo ſe meliori viro ſponte ſua de imperio cederet. quod & feciſſe perhibetur, a medico quodam vena ſecta, continuatoq; fluxu ſanguinis, donec exaruiſſet. Aurelianus autem confirmato imperio, quum Roma mouiſſet: Aquileiam contendit, & inde Pannonicas ad nationes acceſſit, quas incurſionem Scytharum propemodum experturas cognouerat. Quumq; miſiſſet ad eos exploratores, qui nuntiarent, vt annonas, & iumenta, & quicquid aliud hoſtibus vſui futurum eſſet, in opida conueherent: hac ratione famem, quę hoſtes vrgebat, adaugere cogitabat. Poſteaquã barbari flumen tranſieciſſent, & in Pannonia proelio ancipiti dimicatum eſſet: nox interueniens, victoriam vtriſq; dubiam reddidit. Eadem nocte barbari tranſiecto flumine, ſimul ac illuxiſſet, de pace legatis miſſis agebant. Imperator intellecto, Alamannos cum remotioribus & finitimis ſibi nationibus Italiam incurſionibus vexare decreuiſſe; non abs re de Roma viciniſq; vrbi locis magis ſollicitus, ſatis magno Pannonię relicto pręſidio, verſus Italiam perrexit: & in extremis ad Iſtrum partibus conſerto proelio, multa barbarorum millia deleuit. Interim & illa Romę geſta ſunt, vbi quidam ex ſenatu velut inſidiarum principi ſtructarum participes, accuſati fuerunt, & morte multati. Tunc & Roma muris cincta eſt, quibus antea carebat: eaque res ab Aureliano cepta, Probo imperante perfecta fuit. Eodem tempore venerunt in ſuſpicionem rerum nouarum Epitimius, & Vrbanus, & Domitianus; ſtatimque depræhenſi, poenas dederunt. Rebus per Italiam & Pannoniam in hunc modum adminiſtratis, expeditionem contra Palmyrenos imperator ſuſcipere cogitabat: qui iam in poteſtate ſua nationes Aegyptias, & vniuerſum orientem, vſq; ad Ancyram Galatię tenebant: ipſamq; porro Bithyniam Chalcedonem vſque ſibi vindicaturi fuerant, niſi gentes illæ fama traditi Aureliano imperij ad ſe perlata, Palmyrenorum dominatum excuſſiſſent. Itaque principe cum exercitu progreſſo, Ancyra Romanorum in ditionem venit, & Tyana, & vrbes deinceps omnes Antiochiam vſque; vbi reperta Zenobia: magnis inſtructę copijs & ipſe paratus ad pugnam, ceu par erat, occurrebat. Videns autem Palmyrenos equites armatura graui, eademque tuta fretos, equitandi quoq; peritia longe ſuos excellere: pedites trans Orontem fluuium alicubi ſeparatim conſtituit, & Romanis equitibus ex compoſito præcepit, ne recta cum recenti & viribus integro Palmyrenorum equitatu manum conſererent, ſed exſpectato illius impetu, fugam ſe capeſſere

Quintillus.

Aurelianus.

Alamanni.

Bellum contra Zenobiam.

Aureliani ſtrategema.

ſimularent,idq; tantiſper facerent,donec & ipſos,& equos ob æſtum pariter & grauitatem armorum,a perſequendo deſiſtere cernerent. Hoc quum factum eſſet, ac imperatoris equites id obſeruaſſent,quod imperatum fuerat, vbi primum fatigatos hoſtes,& hactenus incumbentes,laſſis equis immobiles conſpexerunt; equis a curſu reuocatis,eos adorti ſunt,& ſponte ſua delabentes ex equis obtriuerunt.Itaq; promiſcua cædes erat, quum alij gladijs, alij partim a ſuis,partim hoſtium equis interimerentur. Antiochiam vero ingreſſis,quotquot euadere fuga potuerant; Zabdas Zenobiæ militũ magiſter metuens,ne forte Antiocheni ciues aduerſi prœlij fama percepta, ſuos inuaderent: repertum hominẽ ſemicanum,qui vultũ ſpeciemq; principis quodam modo referre videretur,& tali amictũ habitu,quali prœliantem Aurelianum viſum fuiſſe vero eſſet ſimile,per vrbem mediam ducit,quaſi qui viuũ imperatorem cepiſſet. atq; hoc cõmento deceptis Antiochenis,& ipſe noctu cum exercitu reliquo ex vrbe ſe ſubduxit, Zenobiaq; ſecum ſumta,Emiſam diſceſſit. Imperator in animo habens,quum primum illuxiſſet, reuocatis ad ſe pedeſtribus copijs,vtrimque fuſos & fugatos hoſtes adgredi; cognita Zenobiæ fuga,ingreſſus eſt Antiochiam, ciuibus eum perlubenter excipientibus. Quumq; comperiſſet complures vrbem deſeruiſſe metu,ne quod malum incurrerẽt,vt qui Zenobiæ partibus adhæſiſſent: edictis ad quæuis loca miſſis,profugos domum reuocabat, potius ad coactionem & neceſſitatem, quam voluntatem & arbitrium animi relatis ijs,quæ accidiſſent. Quod conſpicati exſules,concurſu ad vrbẽ facto, comiter ab imperatore tractati ſunt: qui conſtitutis vrbanis rebus, Emiſam copias duxit. Quumq; partem quamdam Palmyrenorum collem occupaſſe comperiſſet,imminentem ſuburbio Daphnes,quẽ propter accliuitatem loci tranſitum aduerſariorum impeditu rum exiſtimarent; milites hortatus eſt, vt conſertis clypeis & denſa phalange locum in ſublimem ſuccedentes, tela lapideſq;,ſi qui forte conijcerẽtur, ipſa denſitate phalangis repellerent. quos quidẽ ad id, quod imperauerat, cupidos & alacres habebat. Vbi ceu iuſſi fuerant,accliuem locũ ſubijſſent, iamq; rebus omnibus pares aduerſarijs eſſent: mox in fugã illi coniecti ſunt, quorum alij per præcipitia lapſi diſcerpebãtur, alij cędebantur ab inſequentibus tam his,quã reliquis,quotquot itidem in collem iſtum euaſerant. Poſt partã victoriam ſecure tranſeuntes,lęti **eodẽ modo principe hoc iter conficiente: quem Apamea & Lariſſa,& Arethuſa excipiebant. Vbi Palmyrenorum exercitũ ante Emiſam in campo collectũ vidiſſet, cuius eſſet numerus hominum ad ſeptuaginta millia, de Palmyrenis ipſis, & alijs,quotquot hac in expeditione cum eis ſe coniunxerant; caſtra & ipſe metabatur aduerſus hoſtes cum equitatu Dalmatico, & Myſis,& Pannonijs,& prætetea Noricis atq; Rhetis,quæ legiones Celticæ ſunt. Præter hos erant & prætoriæ cohortis omnium ſelectiſſimi ex fama virtutis,omniumq; præſtantiſſimi viri. Cum his & Maurorũ equitatus inſtructus erat,& ex Aſia copiæ Tyanenſes,& Meſopotamicæ, & Syriacæ, & Phoeniſſæ, & Palæſtinę, fortiſſimi dubio procul ordines. Et qui venerãt e Palęſtina,præter arma cetera, clauas atq; fuſtes ſecũ adferebant. Exercitibus inter ſe cõgreſſis,viſus eſt equitatus Romanus ex aliqua parte deflectere,ne multitudine Palmyrenis equitibus noſtros ſuperantibus, & exercitũ Romanũ circumdantibus, præter ſpem ab eis ille tacite cingeretur. Palmyrenis autẽ equitibus eos perſequentibus,qui pedem retro tulerant,& in hunc modũ ordines ſuos deſerentibus; contrariam in partem Romanis equitibus, quod facere decreuerãt, ceſſit. Nam reapſe ab hoſtibus vrgebãtur,quibus longe inferiores erãt. quumq; plurimi etiã caderent,tamdẽ accidit, vt vniuerſa pugna peditũ virtute niteretur. Etenim quũ illi Palmyrenorũ aciem ruptã conſpexiſſent ex eo, quod equites illorũ in hoſte perſequendo

Aſtutum Zabdæ facinus.

Pugna principis cum Zenobia.

quendo toti eſſent conuerſis ordinibus, confuſos ac diſperſos adoriebãtur. Secundum hæc ingens hominum cædes ſubſequi, illis quidem aduerſarios conſuetis armis petentibus; Palæſtinis vero clauis & fuſtibus ictus inferentibus ijs, qui ferreis & æreis loricis ſe muniuerant, id quod ex aliqua parte non paruam victoriæ cauſſam præbuit, hoſtibus ad inſolitos clauarum ictus adtonitis. Quum autem Palmyreni iam totis viribus fugerent, ac inter fugiendum ſeipſos obtererent, & ab hoſtibus interficerentur: tum vero campus omnis hominum equorumque cadaueribus compleri, & alij, quotquot effugere poterant, in vrbẽ ſeſe recipere. Zenobia nõ abs re, quod victa fuiſſet, ingenti moerore adfecta, quid agẽdum eſſet, ſedulo deliberabat: deniq; cõmuni iudicio viſum eſt omnibus, ſpem quidẽ rerum Emiſenarũ abijciendam eſſe propterea, quod ipſi Emiſeni alienis in eam animis, Romanorum partes ſequerentur: occupandam vero Palmyrã, & opido munito ſalute ſecuritateq; ſua credita, de ſumma rerum in otio maiore deſpiciendum. Dictum, factũ. concurrebant omnes ad id, quod decretũ fuerat. Aurelianus autẽ fuga Zenobiæ cognita, Emiſam ingrediebatur, ciuibus alacriter eum excipientibus. Potitus opibus, quas Zenobia ſecum auferre nequiuerat; ſtatim cum exercitu Palmyram contendit. Quum eo veniſſet, & opidum caſtris vndique cinxiſſet; in obſidione perſtabat, vicinis gentibus exercitui commeatum ſuppeditantibus. Interim Palmyreni ridiculis principem iocis inſectabantur, quaſi fieri non poſſet, vt opidum caperetur. Quumque fœda verba quidam in ipſum imperatorem quoque iactitaret, adſtans ei quidam natione Perſa; Si iubes, inquit, hominem maledicum iam mortuum conſpicies. Quum adnuiſſet imperator, Perſa quibuſdam ante ſe conſtitutis, per quos ipſe tegeretur; arcum tendit, & aptatum ei telum emittit, quod defixum in hominem extra muri pinnam conſpectantem, & contumelias iſtas adhuc effutientem, illum de muro deiecit, & militibus ac imperatori mortuum oſtendit. Quum obſeſſi reſiſterẽt, qui hoſtes ob inopiam commeatus obſidionem ſoluturos ſperauerant, & propoſito ſuo conſtanter inhærentes, ſe quoque conſpicerent alimentorum penuria premi; habito conſilio ſtatuunt, ad Euphratem profugiendum eſſe, atque iſtic a Perſis quærendum auxilium, nouaſq; contra Romanos res moliendas. His ita deliberatis, Zenobiam camelo feminæ impoſitam (ſunt autem illæ velociſſimæ, & ipſos equos celeritate ſuperant) ex opido ſubducunt. Aurelianus Zenobiæ fugam permoleſte ferens, de induſtria naturali nihil remittit; ſed confeſtim ablegat equites, qui eam perſequerentur. Hi quum illam adtigiſſent, iam ipſum Euphratem tranſiecturam; de naui receptam, ad Aurelianum perducunt. Ille propter inopinatum ſpectaculum maxima lætitia perfuſus, tamen quod ambitioſo natura homini ad animum accidiſſet, futurum vt ob victam feminam non magnam apud poſteros gloriam inueniret: quamdam animi moleſtiam ſentiebat. Palmyrenorum vero: qui opido incluſi obſidebantur, partim hi erant animi, vt opidum periculo ſuo propugnare vellent, omnibuſque viribus bellum Romanum ſuſtinere: partim de muro geſtus ſupplices oſtendebant, & præteritorum veniam poſcebant. Quum imperator hanc ſupplicationem accepiſſet, eoſque bono animo eſſe iuſſiſſet; extra opidum effuſi, dona cum victimis adducebant. Aurelianus honore victimis habito, doniſque ſuſceptis, illæſos dimittebat. Opido ſuam in poteſtatem redacto, quum diuitijs eius, & ſupellectile reliqua, & donarijs potitus eſſet: Emiſam reuerſus, Zenobiam cum illis, qui eam iuuerant pro tribunali ſtitit. Illa cauſa exponens, & culpa ſe met eximens, multos alios in medium producebat, qui eam veluti feminam ſeduxiſſent: quorum in numero & Longinus erat, cuius exſtant ſcripta, magnam doctrinæ ſtudioſis vtilitatem adferentia. Ei conuicto de his propter

Palmyræ obſidio.

Hominis in principem maledici pœna.

Zenobiæ fuga.

Zenobia capta.

Zenobia capitis arceſſitur.

Longini oratoris ſupplicium.

quæ accuſabatur, ſtatim pœnam mortis imperator ſtatuit: quam adeo fortiter Longinus pertulit, vt illos etiam, qui hanc calamitatem eius indigno ferebant animo, conſolaretur. Itidem alij, quos Zenobia detulerat, ſupplicijs adficiebantur. Fuerit autem pretium operę, quæ ante Palmyrenorum euerſionem accidere, narrari: licet hanc hiſtoriam velut in tranſcurſu texere videar, propter inſtitutum operis noſtri, quod in prooemio declarauimus. Quum enim Polybius expoſuerit, quo pacto imperium perexiguo tempore Romani adquiſiuerint; ego quo pacto temporis non magno ſpatio ſuis delictis idem perdiderint, indicaturus ſum. Sed hæc, vbi ad eam hiſtoriæ partem acceſſero. Palmyrenis ergo potitis imperij Romani non exigua parte, ſicuti recenſuimus, multa diuinitus denunciata ſunt, quæ poſtea ſequutam euerſionem eis portenderent. & quænam illa fuerint, dicam. Seleuciæ, quod eſt opidum Ciliciæ, templum Apollinis erat, quem Sarpedonium vocant, & in eo oraculum. De hoc quidem Deo, quæ perhibentur, & quod omnibus ab illuuie locuſtarum vexatis Seleuciadas dare ſolitus fuerit, (eæ ſunt aues, quæ in locis propter fanum hoc ſitis degunt) & cum petentibus eas dimittere; quæ cum locuſtis circumuolitantes, & roſtris eas capientes, infinitam earum multitudinem ſtatim momento quaſi temporis abſumebant, & homines ab illarum clade liberabant: hæc igitur eis temporis hominum felicitati relinquo, quum ætas noſtra diuinum illud beneficium repudiauerit. Ceterum Palmyrenis oraculum conſulentibus, an orientis imperium habituri eſſent; in hæc verba Deus reſpondit:

Scòpus hiſtoriæ Zoſimi.

Prodigia, quæ Palmyrenorum interitum præceſſere.

Oraculum Apollinis Sarpedonij.

Seleuciades aues

Dicuntur hæc a Zoſimo, qui paganus erat.

Fallaces prauique domo diſcedite noſtra,
Qui nimis vſque graues Dijs immortalibus eſtis.

Itidem quibuſdam conſulentibus de Aureliani aduerſus Palmyrenos expeditione, Deus oraculum hoc edidit:

Falco prait ſacro luctu compluribus vnus,
Quæ tamen haud ceſſant hoſtem exhorrere, columbis.

Præterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus eſt inter Heliopolim & Biblum, vbi fanum eſt Veneris Aphaçitidis. Propter fanum iſtud lacus quidam eſt, ciſternæ manu factæ ſimilis. Iuxta fanum & vicina loca, ignis inſtar lampadis aut globi conſpicitur, quoties ſtatutis temporibus ibi conuentus habentur; qui quidem ad noſtram ætatem vſque conſpectus fuit. Ad lacum dona, quotquot ibi conueniebant, in honorem Deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemque telas lineas, & byſſinas, alteriuſque materiæ precioſioris. Ac ſi quidem illa viderētur accepta, pari cum alijs pondere panni quoque ſubſidebant: ſin eſſent ingrata & reijcula, tum ipſas telas aquæ videre erat innatantes, tum ſi quid erat ex auro, & argento, & alijs materijs, quarum eſt ea natura, vt ſupra aquam ſe non attollant, ſed demergantur. Palmyreni ergo, quum tempore celebritatis, anno ante ſuum interitum proximo, conueniſſent; & in honorem Deæ dona partim aurea, partim argentea, partim textilia conieciſſent in lacum, eaque omnia demergerentur in profundum: anno proximo, celebritatis eiuſdem tempore, viſa ſunt in ſuperficiem euecta. quare Dea, quid futurum eſſet, ſignificabat. Ac numinis quidem erga Romanos beneuolentia, quamdiu ſacræ caeremoniæ ſeruarentur, huiuſmodi fuit. Verum poſtea, quam ad ea tempora peruenero, quibus temporibus Romanum imperium paullatim ad barbariam quamdam redactum, exiguam ad magnitudinem, eamque plane labefactatam decreuit: tum vero etiam cauſſas eius infelicitatis exponam, & oracula pro viribus adijciam; quibus oraculis ea quæ contigere, ſunt indicata. Interim tempus eſt, vt eò reuertamur, vnde digreſſi ſumus; ne ſeriem hiſtoriæ imperfectā relinquere videar. Igitur Aureliano verſus Europam

Lacus ad Veneris Aphacitidis ædem miracula.

pam

pam mouente, Zenobiamque cum filio, & ceteris omnibus, qui rebellionis
participes fuerant, ſecum ducente: Zenobiam quidem ipſam aiunt vel mor- *Interitus Zenobiæ.*
bo correptam, vel à cibis abſtinentem deceſſiſſe, reliquos autem, excepto
Zenobiæ filio, in medio interiecti Chalcedoni Byzantioque freti ſubmer- *Noua rebellio*
ſos. eodem Aureliano iter Europæum perſequente, nuntius adlatus eſt hu- *Palmyrenorum.*
iuſmodi; quoſdam ſcilicet relictos apud Palmyram, nanctos Apſæum, qui
& præteritorum auctor eis exſtiterat, tentare Marcellinum, Meſopotamiæ
ab imperatote præfectum, cui & orientis adminiſtratio credita fuerat, vt im- *Marcellini fides*
peratoria veſte ſe circumdari pateretur. Illo deliberandi cauſſa, quid eſſet *erga principem.*
agendum, rem protrahente; cõſimili modo rurſus, ac ſæpius quidem ei mo-
leſti erant. Verum ipſe reſponſis ambiguis vtens, quid facere conſtituiſſet,
Aureliano ſignificabat. Palmyreni autem, quum Antiocho veſtem purpu- *Antiochus.*
ream iniecisſent, apud Palmyram ſe continebant. His auditis, mox Aurelia-
nus, vt inſtructus erat, orientem verſus proficiſcitur. Quum Antiochiam ve-
niſſet, ac populo peragendis ludis equeſtribus intento ſemet exhiberet, o-
mnibus ob inopinatum eius aduentum perterritis; Palmyram copias duxit,
quumque ſine proelio cepiſſet opidum, & euertiſſet; Antiochum propter
humilitatem ne ſupplicio quidem dignum arbitratus, dimiſit. Alexandrinis
etiam, qui ſeditiones excitauerãt, & ad defectionem ſpectauerant, celeriter
in ordinem redactis, cùm triumpho Romam ingreſſus, maximo populi Se- *Aureliani triumphus.*
natuſque concurſu exceptus eſt. Tunc & templum Solis magnifice conſtru-
ctum donarijs, quæ Palmyra ſecum aduexerat, collocatis in eodem Solis &
Beli ſimulacris, ornauit. His rebus geſtis, Tetricum & alios perduelles nul- *Tetricus.*
lo labore victos pro dignitate puniuit. Itidem nouam monetam publice di-
ſtribuit, quum plebem quicquid haberet adulterinæ monetę, tradere iuſſiſ- *Adulterina moneta ſublata.*
ſet: commercijs hoc modo ab omni confuſione vindicatis. Pręter hæc & pa-
num honorario munere populum Romanum donauit, omnibuſque rebus
conſtitutis, Roma diſceſſit. Quum apud Perinthum hęreret, quæ mutato no-
mine iam Heraclea dicitur; huiuſmodi aduerſus eum ſtructæ ſunt inſidiæ. *Aureliano ſtruuntur inſidiæ.*
Erat quidam in aula, cui nomen eſſet Eros, ab imperatore ad efferenda fo-
ras reſponſa ſua deſtinatus. Huic delicti cuiuſdã cauſſa minatus imperator.
metũ iniecit, quo perculſus, ne forte minas haſce res ipſa comitaretur, cum
ſatellitibus quibuſdam, quos audaciſſimos cognouerat, re communicata,
monſtratiſque litteris, quas ad formam litterarum imperatoris effinxerat;
(quippe iam dudum ad hanc imitationem ſe ſtudioſe condocefecerat) mor-
tem imminere ſibi ſuſpicantibus (id enim de litteris colligi certis argumen-
tis poterat) perſuadet, vt imperatori cædem intentarent. Itaque quum prin-
cipem obſeruaſſent egreſſum ex vrbe ſine ſatis magna cuſtodia corporis, in
eum irruunt, & omnes ſtrictis gladijs hominem interficiunt. Sepultus eſt i-
bidem ab exercitu magnifice, rerum geſtarum periculorumque cauſſa, quæ
pro republica exanclauerat. Tacito autem Romanum imperium conſequu- *Tacitus.*
to, Scythæ tranſiecta palude Maeotide, per Pontum in Ciliciam vſque in-
curſionibus omnia vexarunt. quos adgreſſus Tacitus, partim debellatos ad
internicionem deleuit, partim Floriano præfecto pręorio debellandos tra-
didit, & in Europam ipſe contendit: vbi lapſus in inſidias, ex huiuſmodi cauſ
ſa necatur. Maximino propinquo ſuo imperium Syriæ conceſſerat. Is princi-
pes in republica viros aſperrime tractans, inuidiam pariter & metum in eis
excitauit: quæ quum odium peperiſſent, tandem ad inſidias ventum eſt,
quarum in ſocietatem admiſſis illis, qui Aurelianum necauerant: Maximi-
num adgreſſi trucidant, & perſequuti mouẽtem caſtra Tacitum interficiunt. *Taciti cædes.*
Hinc ad perturbationem ciuilem res redierunt, alijs in oriente Probum im- *Probus & Flo-*
peratorem deligentibus, alijs Romæ Florianum. Ac probus quidem obti- *rianus.*

nebat Syriam, & Phoenicen, & Palæſtinam, & Aegyptum vniuerſam:ſitas vero a Cilicia regiones ad Italiam vſque, Florianus. Eidem & tranſalpinæ nationes parebant, Galli & Hiſpani, cum inſula Britannica:prætereaque omnis Africa cum Mauritanis gentibus. Ambobus ad bellum inſtructis, Tarſum Florianus veniens, ibidẽ caſtra locanda ſtatuit, victoria contra Scythas in Boſporo ſemiperfecta relicta. quare factũ eſt, vt iam circũſeſſis ad ſua redeundi copiã concederet. Ceterũ Probo bellum terẽte, veluti qui lõge minoribus illud copijs ſuſceperat; per æſtatẽ magno quodã æſtu Tarſi exorto, qui erãt in caſtris Floriani milites caloris inſueti, quod maior exercitus pars ex Europa foret, diro morbo peribant. quo cognito, Probus in tempore tentandum hoſtem ſtatuit. Floriani militibus etiam vltra vires egreſſis velitationes quidem ante vrbem fiebant: ſed quod nihil dignum commemoratione geſtũ fuiſſet, diremtis exercitibus accedentes quidã, qui Probo militabant, imperio Florianum abdicant. quo facto, ad tempus aliquod cuſtoditus fuit. Sed quum ſui dicerent, non hoc de Probi factum ſententia; purpuram Florianus iterum ſumſit, donec reuerſi, qui ſignificarent, quid reapſe Probus de

Floriani cædes.

ipſo ſtatueret, a ſuis Florianum interfici curarunt. Probus imperio potitus,

Probus auctores cædis impp. interficit.

dum mouet vlterius, exordium actionum pro republica ſuarum dedit, facinus ſane laudabile. Nam de ijs, qui Aurelianum occiderant, & Tacito inſidias fecerant, ſupplicium ſumere decreuit. Sed palam quidem id quod facere deliberauerat, non facit; metuens, ne quid ea res turbarum daret: verum turma quadam militum conſtituta, quorum fidei rem commiſiſſet, ad epulum cædis auctores inuitat. Poſteaquam hac illi ſpe conueniſſent, vt menſę imperatoris adhiberentur; in pergulam quamdam ſeceſſit Probus, de qua conſpici res peragenda poſſet, ac ſignum facinori perpetrando deſtinatis dedit. Hi vero inermes eos adorti, qui cõuenerant, omnes, excepto dumdaxat vno, peremerunt: quem non multo poſt compræhenſum, velut auctorem periculi, viuum igni cremauit. His rebus a Probo geſtis, Saturninus ge-

Saturninus.

nere Maurus, imperatori maxime familiaris, & cui propter hanc ipſam cauſſam adminiſtratio Syrię credita fuerat, ab imperatoris fide diſceſſit, & de rebellione cogitare cepit. quod vbi Probus audiuiſſet, & conatum eius reprimendum ſtatueret; orientales eum milites anteuerterunt, rebellione cum ipſo Saturnino extincta. Sopiuit & aliam ſeditionem in Britannia concitatam, idq; per Victorinum genere Maurum; cuius hortatu perduellem iſtum Britanniæ præſidem fecerat. Nam quum ad ſe Victorinum arceſſiuiſſet, eumque de conſilio dato repræhendiſſet; delictum illud correcturum ablegat; Victorinus in Britanniam ſtatim profectus, ſollerti commento perduellem interficit. His ita geſtis, vt diximus, victorijs Probus etiam aduerſus barbaros potitus eſt, duobus bellis confectis; quorum alteri ipſemet interfuit, al-

Bella Probi contra Germanos.

teri ducem quemdam præfecit. Et quoniam ciuitatibus Germanicis, quæ a vicinis Rheno barbaris infeſtabantur, neceſſario ſubueniendum erat: Rhenum verſus ipſemet cum copijs mouit. Occepto bello, quum fames omni-

Pluit frumento.

bus in locis ingruiſſet: immenſus imber delapſus, vna cum guttis frumentum quoque detulit: adeo quidem, vt eius acerui quibuſdam in locis per ſe conſtruerentur. Omnibus ad rem nouam & incredibilem obſtupefactis, initio quidem frumentum adtingere, ac famis eo remedio vti non audebant: verum vbi neceſſitas omni metu valentior vrgeret, panes coquebant, eisq; veſcentes ſimul & famẽ pellebant, & imperatoris fortuna in eo bello

Proelium contra Logiones & Semnonem eorum ducem.

ſuperiores nullo prope negotio diſcedebant. Alia quoq; bella leui labore confecit. Acres etiam pugnas commiſit, primũ contra Logiones, nationem Germanicã; quibus deuictis, quum Semnonem eorũ ducem cum filio viuũ in poteſtatẽ redegiſſet, ſupplices factos in fidem recepit; & captiuis omniq;

præda

præda recuperata, quam habebant, certis eos condicionibus dimiſit, ipſo quoque cum filio Semnone reddito. Alterum contra Francos prœlium pugnauit, quibus opera ducum ſtrenue victis; ipſe cum Burgondorum Vandilorumq; copijs dimicauit. Quumq; vires ſuas inferiores videret, partē quandam ab hoſtibus auellere cogitabat, & cum ea prœlio decernere. qua in re *Pugnæ aduerſus Burgondos & Vandilos.* conſilio principis fortuna non defuit. Quum enim exercitus vtramq; fluminis ripam occupaſſent, barbaros in aduerſa ripa caſtra metatos ad pugnam *Probi ſtrategema.* Romani prouocabant. Hac illi re perciti, quotquot ſane poterant, tranſijciebant; ſignisque collatis barbari partim cædebantur, partim viui Romanorum in poteſtatem veniebant. Reliqui, quum pacem ea lege petijſſent, vt prædam cum captiuis, quos habebant, redderent: impetrato quod poſtulauerant, non omnia reſtituerunt. Quamobrem indignatus imperator, diſcedentes adortus merito ſupplicio multauit: ipſis trucidatis, & Igillo duce capto. Quotquot viuos in poteſtatem redigere poterat, in Britanniam miſit: *Igillus dux Germanorum capitur.* qui ſedes ea in inſula nancti, quoties deinde ſeditionem aliquis moliretur, vtiles imperatori fuerunt. His bellis ita propter Rhenum ab eo geſtis, operæ pretium fuerit, ne illa quidem ſilentio præteriri, quæ id temporis Iſauri patrarunt. Lydius quidam Iſaurus natione, conſuetis latrocinijs innutritus, *Lydius Iſaurus auctor belli latronum.* agmine hominum ſibi ſimilium comparato, totam Pamphyliam atque Lyciam populabatur. Quum autem milites ad capiendos latrones coiuiſſent, quod Lydius exercitui Romano ſe non poſſet opponere Crymnam adijt, *Crymnam Lydius occupat.* opidum Lyciæ, ſitum in loco prærupto, & ex parte foſſis profundiſſimis munitum. Ibi compluribus repertis, qui eo velut ad tutum murisque cinctum locum confugerant, poſteaquam Romanos intentos obſidioni, moram eius fortiter ferre conſpexit: ædificijs dirutis, ſolum frumentarium fecit, & frumentum ferens, ijs, qui erant in opido, victum parabat. *Lydij artes in obſidione ſuſtinenda.* Sed quod eam multitudinem ingenti annona videret egere, quidquid erat ætatis inutilis, tam mares, quam fœminas, eiectos opido dimiſit. Quum hoſtes perſpecto aduerſarij conſilio, rurſus eiectos in opidum cogerent; in ambientes opidum foſſas præcipitatos perdidit. Meatu autem operis admirandi ab opido verſus exteriora ducto, & vltra hoſtium caſtra porrecto; per eum ex opido quoſdam emittebat, qui pecora ceteraque alimenta raperent. atque hinc commeatum obſeſſis ex interuallo ſatis copioſum ſuppeditabat, donec id hoſtes mulieris cuiuſdam indicio depræhenderunt. Verum ne ſic quidem animum deſpondebat Lydius, ſed vinum paullatim ſuis adimebat, & frumenti eis ſolito minus admetiebatur. Hoc quoque modo deficientibus alimentis, ad eam neceſſitatem redactus eſt; vt omnes, quotquot erant in opido, perderet: exceptus hominibus ſibi neceſſarijs & idoneis, qui ad oppidi præſidium ſufficere viderentur. Retinuit & mulieres nonnullas, quas ad vſum naturæ neceſſarium communes omnibus eſſe iuſſit. Quumq; conſtanter aduerſus quoduis periculum dimicare cōſtituiſſet, poſt iſtæc omnia tale quiddam accidit. Erat cum eo quidam, qui & machinas conficere nouerat, & machinis emittere tela ſingulari cum dexteritate poterat; adeo quidem, vt quoties Lydius aduerſus aliquem ex hoſtibus telum emittere iuberet, a ſcopo non aberraret. Huic ergo quum imperaſſet, vt quemdam ex aduerſarijs vulneraret, isque telo emiſſo aberraſſet vel caſu fortuito, vel data opera: veſte nudatum flagris miſere cęcidit, mortem præterea comminatus. Ille tum propter verbera ſuccenſens, tum minis territus; oblato tempore, ſemet ex opido ſubducit. Quum quoſdam in milites incidiſſet, & quidquid egiſſet, ac perpeſſus eſſet, ijs expoſuiſſet: quamdam in muro feneſtram monſtrauit, per quam Lydius, quidquid in caſtris gereretur, ſpeculari conſueuerat. Per eam more ſuo proſpectantem telo ſe petiturum policebatur. Ob hanc

cauſſam, quum dux eius expeditionis hominem ad ſe recepiſſet; conſtituta machina, nonnullisque collatis ante ſe, per quos occultaretur, ne ab hoſtibus conſpici poſſet; Lydium per foramen illud proſpectantem intuitus, e- *Lydij mors.* miſſo telo, vulnere letali percutit. Ille quum poſt acceptum vulnus in quoſdam ex ſuis crudeliter deſæuijſſet, ac iureiurando ſuperſtites obſtrinxiſſet, obſidioni nullo modo ceſſuros; vix tamdem exſpirauit. Qui erant in opido, non ferentes amplius obſidionem, exercitui ſe dediderunt. atque hunc finem latrocinium illud habuit. Quum autem & Ptolemais, in Thebaide ſita, defeciſſet ab imperatore, bellumque perexiguum ad tempus duraturum ſuſcepiſſet: tam ipſam, quã ſocios belli Blemmyas Probus opera ducum ſuo- *Baſternis in Thracia datæ ſedes.* rum ad deditionem compulit. Baſternas, gentem Scythicam, quæ illi ſe ſubiecit, in Thracia ſedibus conceſſis reliquit. Hi Romanorum moribus atque legibus cõſtanter vſi ſunt. Itidem quum Franci ad imperatorem acceſſiſſent, & ab eo ſedes obtinuiſſent: pars eorum quædam defectionem molita, ma- *Franci Græciã, & Siciliam & Africam populãtur.* gnamque nauium copiam nancta, totam Græciam conturbauit. In Siciliam quoque delata, & vrbem Syracuſanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tamdem quum & in Africam adpuliſſet, ac reiecta fuiſſet, adductis Karthagine copijs: nihilo minus domum redire, nullum paſſa detrimentum, potuit. *Gladiatorum tumultus.* Hoc quoque Probo imperante contigit. Gladiatores numero ad octoginta, conſpiratione facta, cuſtodibusque ſuis interemtis, in vrbem progreſſi, quidquid offerretur, deripiebant: multis, vt fieri ſolet, eorum numero permiſtis. Verum & illos imperator miſſis copijs excidit. His rebus a Probo geſtis, qui & præclare ac iuſte adminiſtrauit imperium.

* * *

Sciendum, heic primi libri finem deſiderari.

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATI FISCI,

HISTORIAE NOVAE LIBER SECVNDVS.

* * *

De ludis ſæcularibus. EX eo, quod hominis vita longiſſima medium celebritatis huius ſpatium complectatur. nam ſæculum Romani vocant, quod æuum noſtri. Prodeſt autem ad peſtes, atque lues, & morbos ſanandos. Originem ex cauſſa quadam huiuſmodi habuit. Valeſus Valeſius, a quo Valerianorum familia deducitur, vir erat apud Sabinos illuſtris. is ante domum ſuam lucum habebat ex arboribus maxime proceris, quibus fulmine tactis, & exuſtis; quidnam arbores hæ vi fulminis abſumtæ portenderent, ambigebat. Quum autem morbo ipſius liberi correpti eſſent, prę̨ter adhibitam medicorum artem, haruſpices adibat. qui quum ex ignis delapſi modo cõieciſſent, Deum hanc iram eſſe: non ab re cæſis hoſtijs numen Valeſius haruſpicum opera placabat. Et quoniam cum vxore in metu verſabatur, & liberum mortem

tem tantum non modo ſequuturam exſpectabat; coram Veſta prolapſus, duas integras animas liberum loco ſe daturum ei, ſuam videlicet ac matris eorum, policebatur. Quumque reſpiceret ad lucum fulmine tactum, audire ſibi viſus eſt vocem, quæ iuberet, vt Tarentum liberos abduceret; atq; ibi calfactam aquam Tiberinam in Ditis patris & Proſerpinæ foco, liberis bibendam daret. His auditis, etiam magis de ſalute liberum deſperabat. Nimirum Tarentum remoto Italiæ loco ſitum eſſe, nec ibi Tiberinam aquam ſe reperturum. præterea ſpem non bonam & illud ſibi præbere, quod aquam in ara Deum inferorum calfaciendam audiuiſſet. Ob hæc quum animum haruſpices quoque deſpondiſſent, iiſdem rurſus auditis, Deo parendum ſtatuit. Itaque coniectis in fluuiale nauigium liberis, ignem ſecundo flumine ſecum ferebat. Tantum vero non extinctis æſtu liberis, ad eam fluminis partem cum naui ſe conuertebat, qua parte motus fluminis tranquillior videretur. Quũque paſtoriciã quamdam in caſam ſuis cum liberis ſe contuliſſet, Tarenti diuertendum audiuit. hæc enim loci eius erat appellatio, Tarento propter Iapygium promontorium ſito cognominis. Quapropter ob caſum hunc numine Valeſus adorato, gubernatori mandat, vt nauim ad terram adpellat. qua egreſſus, rem omnem paſtoribus indicat. quumque hauſtam e Tiberi aquam in quodam foco, ab ſe id loci facto, calfeciſſet; eam liberis bibendam exhibuit. Illi ſimul atque hanc haurirent, accedente ſomno, valetudini reſtituti ſunt. Quumque per quietem conſpexiſſent, offerendas eſſe nigras hoſtias Diti patri & Proſerpinæ, continuumque trinoctium cantilenis & tripudijs exigendum: nocturnum illud viſum patri referebant, quaſi magnus quidam vir, & diuinam maieſtatem præ ſe ferens, hæc in campo Martio fieri iuſſiſſet, vbi locus equorum exercitio vacat. Quum autem Valeſius aram ibi vellet exſtruere, fodientibus lapidicinarijs eo loco reperta eſt ara iam facta, qua in ara perſcriptum erat. DITI PATRI AC PROSERPINAE. Itaque tum clarius, quid agendum eſſet, edoctus; ad eam aram nigras hoſtias obtulit, & nocturnas ibidem peruigilationes exegit. Hæc autem ara, ſacrificij que ratio, tali quadam ex cauſſa principium habuit. Bellum inter Romanos & Albanos erat, & quum vtrinque iam in armis eſſent, quidam prodigioſa facie conſpectus eſt, amictus pelle nigra, & clamans; Ditem patrem atque Proſerpinam eis imperaſſe, rem ſacram ſub terra prius ſibi facerent, quam ventum ad manus eſſet. atq; his dictis, euanuit. Romani ſpectro territi, & aram ſub terra ſtruxerunt, & facta re ſacra, defoſſam ad altitudinem viginti pedum aram occultarunt: vt Romanis exceptis, alijs omnibus res ignota foret. Hac igitur reperta Valeſius, & peracto ſacro, nocturniſque peruigilationibus; adpellatus eſt Manius Valerius Tarentinus. Nam Deos inferos Romani Manes dicunt, & incolumem eſſe, Valere; Tarentini deniq: nomen ei datum, ob rem ſacram ad Tarentum factam. Sequentibus inde temporibus, anno poſt exactos reges primo, quum peſtis vrbem occupaſſet; P. Valerius Poplicola mactato in hac ara Diti patri & Proſerpinæ boue nigro, nigraq; bucula, peſte liberauit vrbẽ, inſcriptis arę verbis hiſce: P. VALERIVS POPLICOLA IGNEM CAMPI MARTII DITI PATRI ET PROSERPINAE DEDICAVI, LVDOSQVE DITI PATRI ET PROSERPINAE PRO LIBERTATE POP. ROM. FECI. Secundum hæc morbis & bellis ingruentibus, anno ab vrbe condita * quingenteſimo ſecundo, Senatus ijs ſe malis liberare de Sibyllinis oraculis volens; eos, ad quos hæc cura pertinebat, oracula conſulere iuſſit. Illis mali finem fore nuntiantibus, ſi Diti patri & Proſerpinæ rem ſacram feciſſent: perquiſitum locum Diti patri & Proſerpinæ, ceu iuſſi fuerant, M. * Poplio quartum COS. dedicarunt; & peracto ſacro malis vrgentibus liberati, rurſus aram abſconderunt, in extremo campo Martio alicubi ſitam. Eodem ſacrificio ad

* lego, ſupra trecẽteſimũ quinquageſimo ſecundo.

* rectius, Potito.

Telluri porcus mactetur cum ſue nigra.
Inde boues albi Iouis adducuntor ad aram,
Idque die,haud noctu nam Dijs caeleſtibus vna
Sacra diurna placent.Simili ratione iuuenca
Iunoni nitida & labis mactabitur expers.
Hinc & ſacra feret paria abs te Phoebus Apollo,
Latona genitus,quem Solem nominẽ dicunt.
Poeanasque canent ſublata voce Latini
Aedibus in ſacru pueri,innuptaque puella,
Sic tamen,ex alia vt conſiſtant parte puella,
Ex alia pueri dicant ſua carmina:quorum
Viuat vterque parens,ſuperis veſcatur & auris.
At qua nuptarum fuerint numeroque locoque,
Adſideant flexũ genibus Iunonis ad aram,
Diuam exorantes,cunctorum vt vota ſecundet,
Vota quidem & marium,magis at muliebria vota.
Quilibet eque domo ſecum ferat omnia,qua fas
Mortales ſuperũ,ceu primitias epularum,
Mitibus & diuis,diuis offerre beatis.
Omnia calitibus ſint hac cumulata per aras,
Ex his ſuppedites vt femillis maribusque,
Qui ſacris aderunt.etenim noctesque diesque
Vu hominum praſens ad puluinaria diuum
Ingens ſit numero,ludicra & ſeria tractans.
Hac adeo tibi ſint memori bene condita mente.
Ita ſic tellus omnis,tellusque Latina
Aeternum tua ſceptra colet,tua iuſſa capeſſet.

Hominis pagani ratiocinatio.

Iam quod his omnibus legitime peractis,ſicut oraculũ tradit,& ipſa res exigit,incolume futurum fuerit imperium Romanum,omnemq; nobis cognitũ (prope dixerim)orbem ſub poteſtate ſua perpetuo habiturum; ludis autem neglectis,imperio ſe abdicãte Diocletiano,paullatim quaſi defluxerit,taciteq; redactum ſit ad quamdam maiori ex parte barbariã,id quod ipſæ nobis res declararunt:eam vero ſententiam noſtram veram eſſe,de ipſa notatione temporum probare volo.Nam a cõſulatu Chilonis & Libonis,quo Seuerus ludos ſaeculares exhibuit,donec Diocletianus nonũ , Maximianus octauũ, conſules facti ſunt,centum & vnus annus elapſi fuerunt. ac tũ quidem priuatus ex imperatore Diocletianus factus eſt, cuius exemplum Maximianus eſt ſequutus. Verum Conſtantino & Licinnio tertiùm COSS. centum & decem annorum ſpatium completum fuit,quo iam ludos conſueto more celebratos oportuit.eo neglecto, ad infelicitatem illam res prolabi neceſſe fuit, quæ hoc tempore nos vrget. ac Diocletianus quidem annis tribus poſtea mortuus eſt.qui vero iam facti erant imperatores,Conſtantius & Maximíanus Gallerius;Cæſares appellauere Seuerum & Maximinum,qui natus erat ex ſorore Gallerij:quum Italiam Seuero , Maximino prouincias ad ſolem orientem ſitas adtribuiſſent.

Conſtantius & Gallerius Augg.

Seuerus & Maximinus Cæſares.

Rebus recte adfectis, quod vbique locorum barbari perlubenter , ob res ſuperiorum temporum feliciter in eos geſtas, quieſcerent:Conſtantinus natus ex conſuetudine mulieris,quæ materfamilias non eſſet,nec in manum imperatori Cõſtantio legitime conueniſſet,iam dudum cum animo ſuo de imperio cogitans, & modo cupiditate maiori accenſus,ex quo Seuerus & Maximinus dignitatem Cæſaream conſequuti fuerant:ea loca relinquenda ſtatuit,quibus in locis agebat , & ad Conſtantium patrem proficiſcendum , qui apud nationes tranſalpinas erat , & in Britannia plerumque viuebat.Veritus autem , ne forte fugiens adpræhenderetur,

Conſtantinus de imperio cogitat.

Vafrum Conſtantini facinus.

quod compluribus iam notiſſimus eſſet amor imperij, quo flagrabat; equos ſtabularios, quos alebat reſpublica, quum primum aliquod ſtabulum adtigiſſet, mutilans & inutiles reddens, quotquot ad iter vlterius reſtabant, ijs vtebatur. quod quum facere non deſineret, perſequentes excludebat, quo minus vlterius progrederentur; & ipſe propius ad eas nationes accedebat, apud quas pater erat. Quumque contingeret, vt Conſtantius imperator eodem tempore de vita decederet, prætoriani milites neminem ex legitimis ipſius liberis idoneum regno iudicabant, ſed Conſtantinum ad hoc aptum

Conſtātinus Cæſar.

videntes, ſimulque ſpe magnificarum largitionum erecti, Cæſaris ei dignitatem tribuebant. cuius imagine Romæ pro more exhibita, Maxentius Maximiani Herculij filius, non tolerandum ratus, Conſtantino quidem ex animi ſententia rem ſuccedere, qui muliere non matrona genitus eſſet; ſe vero talis imperatoris filium deſidem hęrere domi, alijs paternum imperium obtinentibus: adiunctis ſibi conatus huius adminiſtris Marcelliano & Marcello tribunis militum, & Luciano, ſuillæ carnis præbitore, quam fiſcus populo Romano largiebatur; & aulicis præterea militibus, quos prætorianos vo-

Maxentius Herculij F. imperium vſurpat.

cant; in regium ab his ſolium collocatus eſt, magnis ſe viciſſim muneribus adfecturum policitus eos, a quibus hoc conſequutus eſſet. Facinus quidem ipſum auſpicati ſunt, Abellio prius interfecto, quod is præfecti vrbi locum obtinens, horum molitionibus aduerſari viſus eſſet. Maximianus Gallerius his cognitis, Seuerum Cæſarem ablegat, bellum Maxentio facturum. Eum

Seuerus a Maxentio vincitur.

Mediolano profectum, cum & Maurorum ordinibus accedentem, Maxentius militum animis maiori ex parte pecunia corruptis, atque etiam præfecto prætorio Anullino ſibi conciliato, nullo negotio vicit. Seuerus fuga Rauennam elapſus eſt, vrbem munitam & populoſam, quæque copiam victus tantam haberet, quanta tum ipſi, tum militibus eius ſufficeret. His intelle-

Herculius imperium repetit.

ctis, Maximianus Herculius pro filio Maxentio non abs re ſollicitus, Lucania relicta, in qua id temporis erat, Rauennam contendebat. quumque perſpexiſſet, Seuerum hac inuitum eijci non poſſe, quod munita foret, & commeatu abundaret; ſacramentis circumuento, Romam vt iret, perſuaſit. quo quidem pergens, vbi quemdam ad locum veniſſet, quem Tres tabernas vo-

Seuerus ad Tres tabernas occiditur.

cant; ab inſidijs, quas eo loco Maxentius collocauerat, adpræhenſus necatur, ceruicibus laqueo fractis. Ceterum Maximianus Gallerius haud æquo ferens animo, quæ in Seuerum Cæſarem deſignata fuerant; ab oriente Romam eundum ſtatuit, & meritas a Maxentio pœnas exigendas. Vt in Italiam adpulerat, parum fidos erga ſe militum animos ſentiens, ad orientem nullo

Herculij variæ molitiones.

commiſſo proelio redijt. Tunc & Maximianus Herculius eas turbas, quæ rempublicam vexarent, indigne ferens; ad Diocletianum, id temporis Carnuti (opidum hoc Celticum eſt) degentem venit, eique perſuadere nititur; imperium reſumat, nec id patiatur tam diuturno tempore tantisque laboribus ipſorum conſeruatum, inſanienti iuuentæ, ac illorum dementiæ, a quibus occupatum eſſet, expoſitum quaſſari. Sed Diocletiano poſtulatis eius non adſentiente, ſed negotiorum occupationi quietem anteferente; (nam fortaſſis etiam rerum perturbationem ſequuturam proſpiciebat, vt erat vir religionis obſeruantiſſimus) Herculius eo conatu fruſtratus, & Rauennam vſque progreſſus, rurſum verſus Alpes contendit; vt ibi commorantem Cōſtantinum conueniret. Quumque natura curioſus & infidus eſſet, promiſſa illi Fauſta filia, eoque promiſſo impleto; ſallere conabatur hominem, & perſuadere, diſcedentem ex Italia Gallerium Maximianum perſequeretur, & inſidias Maxentio ſtrueret. Ad hęc quum illum obſequentem nanctus eſſet, a Conſtantino diſcedens, imperium recuperare nitebatur ea ſpe, quod ad odia mutua Conſtantinum generum & filium Maxentium impulſurus eſſet.

Dum

Dum hæc ille molitur, Maximianus Gallerius ex conſuetudine ſuperiorum temporum familiarem ſibi Licinnium, imperatorem creat, quod huius opera bello Maxentiū perſequi cogitaret. Poſteaquā Gallerius hæc agitans con ſilia, ex incurabili vulnere vitā cum morte cōmutaſſet; imperium Licinnius quoq; ſibi vindicabat. Eidem recuperando, ceu diximus, intentus Maximianus Herculius, vt milites a beneuolentia & ſtudijs erga Maxentium alienaret, operam dabat. At quum is largitionibus, et miſeris ſupplicationibus, ſuas in partes eos pertraxiſſet; Conſtantino ſtruere nitebatur inſidias eorum opera militum, quos ille penes ſe habebat. Verum quod Fauſta conatum illius anteuertiſſet, ac rem totam Conſtantino indicaſſet; in deſperationem rerum omnium adductus Herculius, apud Tarſum morbo extinguitur. Maxentius inſidijs hiſce liberatus, ſeque iam conſtabilitum habere putans imperium; mittebat in Africam & Karthaginem, qui eius imaginem circumferrent. quod quum fieri prohibuiſſent eorum locorum milites, ob ſuam erga Gallerium Maximianum beneuolentiam, eiusq; memoriam; cognito, Maxentium eius rebellionis cauſſa ſuſcepturum expeditionem, Alexandriam diſceſſere, quumque in ſatis magnas copias incidiſſent, quibus obſiſtere non poterant; nauigijs Karthaginem reuerſi ſunt. Quamobrem commotus Maxentius, in Africam nauigare conſtituit, & auctores horum facinorum punire. ſed quum haruſpices rem ſacram feciſſent, nec perlitatum dicerent: nauigare veritus, partim quod extra ſe non offerrēt alia, partim quod metueret, ne Alexander aduerſaretur, qui præfecti prætorio Africæ munere fungebatur; adeoque tranſiectionis in Africam ex Italia viam ſibi muniens omni ſuſpicione liberam; ad Alexandrum ſe conuertit, & ab eo filium ſibi obſicem dari petit. Habebat enim filium Alexander ætatis adultæ, facie quam honeſta. Sed is ſuſpicatus, non ea cauſſa filium ſuum a Maxentio peti, vt obſes eſſet, verum vt perfide ſecum ageretur: miſſam hoc nomine legationem repudiat. Quum autem Maxentius & alios miſiſſet, qui eum dolo de medio tollerent, idque facinus proditione cognitum eſſet: occaſionem nancti, milites ad rebellionem idoneam, Alexandro purpuram tradunt, qui & natione Phryx eſſet, & timidus, & formidoloſus, & ad omnem laborem ſuſcipiendum tardus, & præter hæc ætate prouecta. Romæ tunc orto igne, incertum ex aëre, an e terra, templum Fortunæ conflagrauit. quumq; reſtinguendi incendij cauſſa concurriſſent omnes, contumelioſis quibuſdam in ipſum numen a milite quodam prolatis verbis, eoque propterea interemto a plebe, quæ religionis cauſſa hominem adorta fuerat: ſeditio militaris eſt concitata, qua milites, parum abſuit, quin ad vrbis internicionem progrederentur; niſi Maxentius eorum furorem celeriter mitigaſſet. Secundum hæc Maxentius occaſiones gerendi aduerſus Conſtantinum belli quærebat, ſeque dolere propter obitum patris ſimulans, cui mortis cauſſam Conſtantinus præbuiſſet: via, qua itur ad Rhætos, proficiſci cogitabat, velut hac natione tam Galliæ, quam Illyricanis regionibus proxima. Somniabat enim & Dalmatia, & Illyrijs ſe potiturum, opera ducum militarium in ijs locis, & Licinnij copiarum. Hæc habens in animo Maxentius, res Africanas prius conſtituendas duxit. itaque coactis hominum copijs, eisque dato duce Rufio Voluſiano, præfecto prætorio in Africam tranſijcit; ablegato cum hoc & Zena, viro tam bellicarum rerum experientia, quam manſuetudine celeberrimo. Quum primo congreſſu milites Alexandri quemdam ad globum militum deflexiſſent, fugæ ſocium ſe præbebat Alexander: quo globo ab hoſtibus ſuperato, etiam ipſe comprehenſus & ſuffocatus eſt. Bello in hunc modum extincto, latus ſycophantis apertus eſt campus, omnes, prope dixerim, quotquot in Africa vel genere vel opibus præſtabant, velut A-

Licinnius imp.

Fauſta patri machinationem prodit. *Fauſta patri maritum præfert.*

Maxentius Africam adfectat.

Alexander.

Fortunæ templū exuſtum Romæ.

Maxentius Conſtantino bellum infert.

Maxentij ambitio.

lexandri partium ſectatores, deferendi; nec vllis omnino parcebatur, dum alij necarentur, alij facultates ſuas amitterent. Quin & Romæ triumphatum eſt ob perpetrata Karthagine mala. Et Maxentij quidem rerum, his ita geſtis, & omnibus per Italiam, ac in ipſa vrbe, per ſummam crude-

Conſtantini aduerſus Maxentium expeditio.

litatem libidinemque habitis, hic ſtatus erat. Conſtantinus autem, qui hominem & antea ſuſpectum haberet, tunc magis ad gerendum aduerſus eum bellum ſe comparabat. ideoque collectis copijs ex redactis in poteſtatem barbaris, & Germanis, & alijs Celticis nationibus, itemque de Britannia coactis militibus, qui omnes erant ad nonaginta millia peditum, & octo millia equitum: ex Alpibus in Italiam mouebat, ac opida quidem per indutias ſe dedentia nullo damno multabat; ad arma vero tendentia, in ditionem redigebat. Cum Maxentio longe maioribus copijs inſtructo, Romanorum & Italorum octoginta millia ſe ad belli ſocietatem coniunxerant, itemque Thuſci, quotquot vniuerſam oram maritimam incolebant. Præbebant & Karthaginienſes exercitum quadraginta millium, & præter hos Siculi: adeo quidem, vt totus exercitus centum & ſeptuaginta peditum, & decem atque octo millibus equitum conſtaret. Tantis quum

Pons Tiberinus Maxentij.

ambo copijs inſtructi eſſent, Maxentius pontem ſupra Tiberim flumen faciebat, non connexum prorſus a ripa, quæ vrbem ſpectat, ad alteram vſque ripam; ſed duas in partes ita diuiſum, vt in medio flumine ea, quæ partem vtramque pontis explebant, inter ſe quodam modo concurrerent fibulis ferreis, quæ reuellebantur, quoties pontem quis iunctum nollet. Simul imperabat fabris, quum primum viderent exercitum Conſtantini iuncturæ pontis inſiſtere, fibulas reuellerent, ac pontem ſoluerent; vt quotquot huic inſiſterent, in fluuium delaberentur. Ac Maxentius quidem hæc ſtruebat. Conſtantinus autem cum exercitu Romam vſque progreſſus, ante vrbem caſtra metabatur in campo, qui & late patet, & equitatui eſt opportunus. Maxentius intra muros incluſus, Dijs victimas offerebat, & extiſpices de belli euentu conſulebat, ipſis quoque Sibyllinis oraculis perue-

Oraculum Sibyllinum falſo intellectum.

ſtigatis. Quumque reperiſſet oraculum, quo ſignificaretur, in fatis eſſe, vt qui ad perniciem populi Romani ſpectantia deſignaret, miſerabili morte periret. de ſemetipſo id accipiebat, quaſi qui Romam adortos, eamque capere cogitantes, propulſaret. Euentus autem comprobauit id, quod verum erat. Nam quum Maxentius ex vrbe copias produxiſſet, iamque pontem,

Prodigium.

quem ipſe iunxerat, tranſijſſet: infinita quædam multitudo noctuarum deuolans, muros complebat. quo conſpecto, ſuis Conſtantinus, vt aciem ſtruerent, imperabat. Quum exercitus vtrimque cornibus aduerſis ſtarent, e-

Conſtantini cũ Maxentio prœlium.

quitatum Conſtantinus immiſit. Is equitatum hoſtilem adortus, fudit. Peditibus quoque ſigno ſublato, rite compoſiteque in hoſtem illi tendebant. Acri conſerto proelio, Romani quidem ipſi, & Itali ſocij, ſegniores ad obeunda pericula ſe præbebant, quod acerba tyrannide ſe liberari optarent: reliquorum vero militum innumerabilis quædam multitudo cecidit, tum ab equitibus proculcata, tum a peditibus interemta. Enimuero quam diu reſiſtebat equitatus, aliqua Maxentio ſpes eſſe reliqua videbatur. Sed equitibus iam ſuccumbentibus, fuga cum reliquis arrepta, per pontem fluminis ad vrbem contendebat. Tignis autem minime ſuſtinentibus eam vim oneris, a-

Maxẽtij exitus.

deoque ruptis; cum cetera multitudine Maxentius etiam fluminis impetu abripiebatur. Victoriæ fama ad eos perlata, qui erant in vrbe, nemo propter illa, quæ geſta fuerant, læticiam quamdam præ ſe ferre audebat; quod falſum eſſe nuntium plerique arbitrarentur. Verum vbi Maxentij caput, haſta ſuffixum, in vrbem relatum eſſet; metu depoſito, vecordiam cum voluptate commutabant. Hoc euentu rerum, Conſtantinus de

paucis quibuſdam Maxentio familiariſſimis poenas exegit: prætorianis militibus e medio ſublatis, & caſtellis dirutis, in quibus eſſe conſueuerant. denique cōſtitutis vrbanis rebus, ad Celtas & Gallos profectus eſt. Licinnio Mediolanum arceſſito, ſororem Conſtantiam in matrimonium tradidit; quam antea ſe daturum ei promiſerat, quum eum ſibi ſocium contra Maxentium hoſtem adiungerē vellet. Eo peracto, Conſtantinus ad Celtas diſcedebat. Ceterum bellis ciuilibus inter Licinnium & * Maximianum accenſis, acriq; facto proelio in Illyrijs; ab initio quidem ſuperari viſus erat Licinnius, ſed confeſtim redintegrata pugna, Maximianum in fugam uertit: qui per orientē in Aegyptum diſcedens, ſpe cogendarum copiarum, quantæ gerendo bello ſufficerent, Tarſi diem vitæ ſupremum obijt. Hoc modo ad Conſtantinum & Licinnium deuoluto imperio, quum perexiguum temporis effluxiſſet: exorta ſunt inter eos diſcidia: nō quod Licinnius cauſſam præbuiſſet, ſed quod more ſuo Conſtantinus pacta conuenta parum integra fide ſeruaſſe viſus eſſet; ac nationes quaſdam, ad imperium Licinnij pertinentes, auertere voluiſſet. Itaque prorumpentibus in apertum inimicitijs, ambo copias ſuas ad dimicandum cogebant. Licinnius ad Cibalim colligebat ſuos. id opidum eſt Pannoniæ, in colle ſitum, ad quod opidum via ſurſum ducit arta, cuius latitudo quinque ſtadiorum eſt. eiuſdem maiori parti profunda palus imminet, reliquum mons eſt, quo in monte collis eſt ille ſitus, in quo eſſe opidum ipſum diximus. Hinc aperta planicies excipit, ingens ea quidem, & proſpectu infinita; qua in planicie caſtra Licinnius habebat, phalangem ſuam ſub colle porrigens in longitudinem, ne parum firma cornua viderentur. Conſtantinus ad montem ſuos inſtruxerat, & equitatum in fronte conſtituerat. hoc enim ei magis expedire viſum fuit, ne hoſtes irruentes in pedeſtres copias, eas ipſas ſegnius ad manum venientes impedirent; quo minus ob difficultatem progrederentur. Id quum factum eſſet, celeriter impetu primo ſuperior, ſublatis ſignis in aduerſos ſtatim irruebat: eſtque commiſſum proelium quouis alio, paene dixerim, acrius. Nam emiſſis vtrimque telis, longo tempore cuſpidibus & haſtis inter eos dimicatum eſt. quumque proelium a prima luce ceptum, ad veſperum vſque duraſſet: cornu dextrum, cui Conſtantinus præerat, vicit. Itaque coniectis in fugam aduerſis, Licinnij legiones, quod & ipſum Licinnium viderent in equum inſilientem, & ad fugam paratum, non amplius eo loco manere, nec cenare ſunt auſæ: ſed relictis pecoribus, & iumentis, & omni apparatu reliquo, tantumque ciborum ſecum auferentes, quantum ad famem ea nocte pellendam ſatis eſſet, omni adhibita feſtinatione cum Licinnio Sirmium perueniunt. Pannoniæ ciuitas eſt Sirmium, quam ab vtraque parte flumen adluit, in Iſtrum ſemet exonerans. Hoc opidum curſu prætergreſſus, ac ponte fluminis ſoluto, pergebat vlterius; quod in Thracia militem colligere cogitaret. Conſtantinus occupata Cibali, & Sirmio, & alijs, quæ fugiens a tergo Licinnius relinquebat; quinque legionariorum millia eius perſequendi cauſſa mittit. ſed illi viæ, qua Licinnius fugerat, ignari: conſequi eum minime potuerunt. Conſtantinus autem ponte Saui iuncto, quem Licinnius reſciderat, cum exercitu Licinnij veſtigijs inhærebat. Quumque tranſijſſet in Thraciam, peruenit ad eam planiciem, in qua planicie Licinnium caſtra metatum reperit. Eadem nocte, qua venerat, inſtructa ſuorum acie, militibus imperat, prima luce parati ad pugnam eſſent. Vbi dies illuxiſſet, Licinnius conſpecto cum exercitu Conſtantino, aciem & ipſe ſuam inſtruit; quum belli ſocium Valentem haberet, Cæſarem ab ſe dictum, ex quo fuga Cibalim reliquerat. Exercitus inter ſe congreſſi, ac primum ex interuallo ſeiuncti, ſagittis vtebantur. Telis exhauſtis, cum haſtis & pugionibus irruebant. Dum acriter pugnam exerci-

Herculiū intelligit.

Inter Conſtantinum & Licinnium orta bella ciuilia.

Cibalis Pannoniæ.

Licinnius vincitur.

Sirmium Pannoniæ.

Valens Cæſar.

tus vrgent; ij, quos Conſtantinus Licinnium perſequi iuſſerat, de conſpicuo quodam loco pugnantibus exercitibus ſuperueniunt, & flexo per collem quemdam itinere; cum ſuis ex accliui & eminentiore loco iungendas vires ſtatuunt, & hoſtes ab omni parte cingendos. Ab eo quum ſibi cauiſſent Licinnij milites, & fortiter aduerſus omnes dimicaſſent; iamque pluribus, & innumerabilibus quidem vtrimque cæſis, pari Marte pugnatum eſſet: ſigno dato, a ſe inuicem diremti ſunt exercitus. Poſtridie pactis inducijs, viſum eſt inter ambos eſſe debere ſocietatem, & fœdus mutuum; ita quidem, vt Conſtantinus imperaret Illyrijs, & nationibus ceteris, quotquot vlterius eſſent porrectæ: Licinnius Thraciam, & orientem, & vlteriores prouincias haberet: Valens appellatus a Licinnio Cæſar, quod (vt equidem arbitror) perhiberetur auctor eorum malorum, quæ acciderant, e medio tolleretur. quo facto, & ſacramentis vltro citroque præſtitis, ſancte condiciones has vtrimque ſeruandas; vt artiori ſe fide ad ſtandum pa-

Criſpus, Conſtantinus, & Licinnianus Cæſares.

ctis conuentis adſtringerent, Conſtantinus Criſpum, natum e concubina, cui Mineruinæ nomen, qui iam adoleuerat, & Conſtantinum, in Arelatenſi opido ante non multos dies in lucem editum, Cæſares dixit: & cum ijs Licinnianus quoque, Licinnij filius, qui iam ætatis annum vigeſimum ingreſſus erat, Cæſar deſignatus fuit. atque hunc finem bellum ſecundum habuit.

Bellum Conſtantini contra Rauſimodum & Sauromatas.

Quum autem Conſtantinus inaudiſſet, ad Maeotidem paludem habitantes Sauromatas, Iſtro nauigijs tranſiecto, ditionem ſuam agere, ferre; copias in eos duxit. Itidem barbari cum Rauſimodo rege obuiam ei profecti, primum quoddam opidum tentabant, ſatis magno præſidio munitum, cuius ea pars muri, quæ a terra ſurgebat in altum, erat opere lapideo facta; pars ſuperior, ligneo. Quamobrem arbitrati Sauromatæ, facillime ſe potituros opido, ſi quidquid eſſet in muro ligneum, exuſſiſſent: ignem admouebant, & conſiſtentes in muro telis petebant. Sed quum murorum propugnatores telis ac lapidibus ex loco ſublimiore deiectis, barbaros interficerent, iamque Conſtantinus aduenisset: in barbaros impetu facto de loco ſuperiore, multos occidit, plures viuos cepit; reliquis fuga ſibi conſulentibus. Rauſimodus maiori parte copiarum amiſſa, naues ingreſſus, Iſtrum tranſiecit; quum haberet in animo, ditionem

Rauſimodus cũ ſuis vincitur.

Romanam denuo populari. Quod vbi Conſtantinus comperiſſet, & ipſe tranſiecto Iſtro ſubſequitur; ac fuga quemdam ad collem ſiluis denſum delatos adoritur, & multos interficit, quorum in numero Rauſimodus erat; multisque viuis captis, reſiduam multitudinem, quæ manus porrigebat, in fidem recepit, eoque pacto magna cum multitudine captiuorum ad prætorium reuerſus eſt. His in vrbes diſtributis, Theſſalonicam acceſſit,

Alterum contra Licinnium bellũ.

& portu cõfecto, qui antehac ibi nullus erat; rurſus ad gerendum bellũ contra Licinnium ſe parabat. Naues enim, quæ ſingulæ triginta remis agerentur, ducentæ inſtruebantur; & onerariæ plures, quam bis mille; peditum quoque centum & viginti, naualium & equeſtrium copiarum ad decem millia cogebantur. Licinnius audito Conſtantini apparatu, dimiſſis ad nationes hinc inde nuntijs; idoneas bello naues, & equitum peditumque copias inſtrui iubebat. Sine mora miſſæ ſunt ab Aegyptijs octoginta triremes, a Phoenicibus totidem, ab Ionibus & Dorienſibus Aſiaticis ſexaginta. Cypri triginta, Cares viginti, Bithyni triginta, Africani quinquaginta ſuppeditabant. Peditum habebat ad centũ & quinquaginta prope millia, equitum quindecim millia, quos Phrygia Cappadociaq; præbebat. Et Cõſtantini quidem claſſis erat in Piræeo, Licinnij naues ad Helleſpontum. In hunc modum conſtitutis ab vtroq; nauticarum ac terreſtrium copiarum rebus, Adrianopoli

nopoli in Thracia caſtra Licinnius habebat: & Conſtantinus e Piræeo ſuas
naues,e Græcia maiorem partem collectas, arceſſebat. Simul terreſtri cum
exercitu Theſſalonica progreſſus, propter ripam fluminis Hebri, qui ad læ-
uam Adrianopolim adluit, caſtra faciebat. Quum & Licinnius ſuos inſtru-
xiſſet a monte, qui opido imminet, ad ducenta vſque ſtadia, vbi . . . . . . flu- *Τῶνος ἔτρύε vox corrupta.*
uius Hebro coniungitur: compluribus diebus aduerſis vtrinque caſtris ex-
ercitus ſubſtiterunt. Sed animaduerſo Conſtantinus, qua parte flumen eſſet
artiſſimum; tale quiddã machinatur. Tigna de monte comportare iubet ex- *Conſtantini ſtrategema.*
ercitum, funesque nectere; quaſi pontem ſupra flumen facturus eſſet, ac per
eum copias ſuas tranſportaturus. qua quidem re deceptis opinionibus ho-
ſtium, & colle quodam conſcenſo, qui ſiluas habebat denſas, & abditis per
eas tegendis idoneas; peditum ibi ſagittariorum quinque millia, cum e-
quitibus octoginta, collocabat. Deinde ſumtis ſecum duodecim equitibus,
per fluminis anguſtias, qua tranſiici facillime poterat, Hebro ſuperatro; im-
prouiſus in hoſtes irruit. tum vero quidam caedi, quidam toto impetu terga
dare, alij caſu inopinato territi, ore diducto conſiſtere, propter hoſtis inex-
ſpectatam hanc tranſiectionem. Quum interim & equites ceteri toto cum
exercitu ſecuri ad alteram ripam euaſiſſent, ingens hominum caedes acci-
dit. Nam ad triginta & quatuor hominum millia ceciderunt. Sub occaſum *Licinnius rurſum vincitur.*
ſolis caſtra Conſtantinus cepit. Licinnius autem ſuis, quotquot ſane pote-
rat, recollectis; per Thraciam properabat, vt ad claſſem perueniret. Quum
illuxiſſet, omnes Licinnianij milites, qui arrepta fuga vel in montem forte,
vel in conualles ſe contulerant, Conſtantino in fidem ſe tradiderunt, vna
cum ijs, quos Licinnius fugiens a tergo reliquerat. Eo Byzantium fuga dela-
to, Conſtantinus hominem perſequens, Byzantium obſedit. Iam Conſtanti- *Obſeſſio Byzantij.*
ni claſſis, vt diximus, e Piræeo ſoluerat, & in Macedonia ſtationem habebat.
Itaque nauarchos arceſſit, nauibus ad oſtium Helleſponti adeſſe iuſſis. V-
bi claſſis præſto iam eſſet, velut imperatum fuerat; Conſtantini duces octo-
ginta duntaxat expeditiſſimis nauibus, quæ triginta ſingulæ remis impelle-
rentur, dimicandum cenſuerunt: quod is locus, propter anguſtias, magno
nauium numero non eſſet opportunus. Abantus autem, Licinnianæ claſſis *Pugna naualis.*
imperator, ducentis nauibus inuehebatur, & hoſtilium nauium paucitatem
vehementer contemnebat, quas ab omni parte ſe nullo negotio putaret in-
cluſurum. Sublatis vtrinque ſignis, & porrectis in aduerſos tendentibus;
Conſtantini nauarchi ſic ſuas agebant naues, vt hoſtem compoſite adori-
rentur. Abantus autem nullo ordine in aduerſos impetum faciens, naues ſu-
as ob multitudinem in artum coactas inter ſe collidebat, quodamque mo-
do demergendas, & varie perdendas hoſti præbebat. denique multis militi-
bus in mare præcipitatis, nox ſuperueniens nauale proelium diremit. & alte-
ri quidem ad Eleuntem Thraciæ adpulerunt, alteri portum Aeantiũ ingreſſi
ſunt. Poſtridie eius diei, quum vehementes aquilonis flatus eſſent; Abantus
egreſſus Aeantio portu, naualem ad pugnam ſe parabat. Sed quod eæ trigin
ta remorũ naues, quæ ad oſtiũ Helleſpõti ſubſtiterant, iam mandato ducum
Eleuntẽ ſe contuliſſent: Abantus nauiũ multitudine territus, de inuadendis
hoſtib. animi dubius hærebat. Circa meridiẽ flatus aquilonalis remittebat, *Naufragium Licinnianæ claſſis.*
& exortus auſter vehemens, Licinnij claſſem ad litus Aſiaticum repertam,
partim in ipſum litus eiecit, partim ſaxis impegit, partim cum vectoribus de
merſit: ita quidem, vt hominum quinq; millia, naues cum hominib. centum
& triginta perirent, quibus e Thracia partem exercitus in Aſiam Licinnius
propterea tranſmiſerat, quod obſeſſis cum eo Byzantiũ præ multitudine ni-
mis artũ fuiſſet. Quum autem in Aſiam nauibus quatuor Abãtus aufugiſſet,
& nauale proelium hoc modo pugnatum eſſet, iamq; naues ad Helleſpontũ

adpuliſſent,quæ varias merces,& maximã commeatus copiam Conſtantini
ducibus adtulerant:vniuerſa illi cũ claſſe ſoluebant,vt ſe cum ijs,qui Byzan-
tium obſidebant,coniungerent;& vrbem mari quoq; cingerent. Licinnij pe
dites, quum ne cõſpectum quidem copiarũ illarum nauticarũ ſuſtinuiſſent;
nauigia nancti,Eleuntem diſceſſerunt.Conſtantinus obſidionẽ vrgens,quũ
aggerem paris cum muro altitudinis excitaſſet, & turres ligneas ipſo muro
ſublimiores in aggere cõſtituiſſet,de quib.muri defenſores telis petebãtur,
vt arietes aliæq; machinæ muro citra periculũ admouerẽtur;vrbem omnino
capere cogitabat.His Licinnius ad inopiã cõſilij redactus,ſtatuit deſerto By
zantio, & ibidẽ exercitus infirmiori parte relicta, cũ maxime idoneis,qui &
beneuolentiã ei ſuam probauerant,Chalcedonẽ Bithyniæ quamprimum ſe
recipere.Nã fieri poſſe credebat,vt rurſus ex Aſia collecto exercitu,dimica-
ret.Quamobrẽ nauigio Chalcedonẽ delatus, adiunctũ ſibi ſocium periculi
Martinianũ,qui ordinum palatinorũ dux erat,(Romani Magiſtrũ officiorum
Martinianus vocant)Cæſarem dicit,& cum exercitu Lampſacum mittit;impediturũ,quo
Cæſar. minus hoſtes e Thracia tranſirent ad Helleſpontum: ipſe copias ſuas in colli
bus & ſitis ad Chalcedonem faucib. collocat. His rebus intento Licinnio,
Conſtantinus,qui & onerariarum,& bellicarum nauium ingentem numerũ
haberet, & per has aduerſo litore potiri vellet, veritus inacceſſas onerarijs
præſertim nauibus Bithynici litoris oras; celoces & cymbas quamcitiſſime
ſtruit,& ijs ad promontorium ſacrum, quod dicitur, ad oſtium Ponti ſitum,
quodque Chalcedone ducentis ſtadijs abeſt,nauigat;& expoſitis ibi copijs,
quoſdam in colles adſcendit,ac in ijs aciei ſtruendæ locum capit. Licinnius
quamquã ab hoſte Bithyniam teneri cerneret, tamen vt vir omnib. periculis
exercitus,Lampſaco Martinianum arceſſit; & milites exhortatus, quibus ſe
præiturum diceret, ordines ad pugnam inſtruit, opidoq; egreſſus hoſtibus
Ingens Licinnij iam paratis occurrit.Acri pugna in locis Chalcedoni & fano interiectis inita
clades. longe Conſtantini pars ſuperior erat; quæ hoſtes ingẽti cum impetu adorta,
tantam cædem edidit:vt de centum & triginta millium numero, vix triginta
millia euaderent.Quum primum hæc eueniſſent, Byzantij Conſtantinũ por
tis apertis accipiebant;idem & Chalcedonijs factitantibus.Licinnius victus
Nicomediam cum equitibus reliquis,& paucis peditum millibus,cõtendit.
Quo pacto ad Ro In hoc tempore Perſa quidam, cui nomen Hormiſdas, regio ſanguine pro-
man. Hormiſdas creatus,ad imperatorem Conſtantinũ ex huiuſmodi cauſſa transfugit. Quũ
tranſierit. pater eius,qui rex Perſarum erat, diem ſuum natalem more Perſico celebra
ret;Hormiſdas regiam ingreſſus eſt,magna ſecum adlata ferinæ copia. Quũ
inuitati ad conuiuium nullo eum honore dignati eſſent,nec vti decuerat,ad
ſurrexiſſent:indignatus, eos ſe Marſyæ morte multaturum minatus eſt. Eam
orationem complures,vt peregrinam,non intelligebant. ſed Perſa quidam,
qui vixiſſet in Phrygia,& narrationem de Marſya audiuiſſet; minarum Hor-
miſdæ ſententiam adſidentibus exponebat. Illi memoria minarum ſuis ani-
mis inſcripta, quum primum patrem Hormiſdæ mori contigit;earum recor-
dati, fratrem ipſius natu minorem regno præficiunt, quantumuis lex maiori
natu inter regios liberos rerum ſummam tribueret: Hormiſdam vero com-
pedibus vinctum,in ſito quodam ante vrbem colle cuſtodiunt.Poſtcaquam
aliquid tẽporis interceſſiſſet, vxor eius hoc modo molitur,vt euaderet. Ma-
gno piſce capto,limã ventri eius indit;eoq; rurſum cõſuto, piſcem eunucho
fideliſſimo tradit:cum mandato,vt Hormiſdę diceret, hoc piſce nemine prę
ſente veſceretur,& ad opẽ eo,quod in illius ventre reperiret, vteretur. Hoc
captato cõſilio,camelos ablegat,vino cibisq; copioſis oneratos,& mariti cu
ſtodib. epulũ præbet.Interea dũ epulo cuſtodes intẽti ſunt,Hormiſdas piſce
diſcerpto,limã inuenit:qua quũ pedibus iniectas cõpedes diſſecuiſſet, & eu

nuchi

nuchi ſtolam induiſſet; per medios cuſtodes iam temulentos egreſſus eſt, ſumptoq; ſecum vno ex eunuchis, ad regem Armeniorũ, amicum & hoſpitem ſuum, peruenit. Eius opera tutus & incolumis, ad Conſtantinum ſe contulit, qui eum omni tum honore, tum beneuolentia dignatus eſt. Sed hæc quidem vt accidere, narrata ſunto. Quum autẽ Conſtantinus etiam Nicomediæ Licinnium obſideret, rebus ille deſperatis, quod etiã ſciret, nullas ſibi reſtare iuſtas & ſatis amplas ad dimicandum copias; egreſſus vrbe, ſupplex Conſtantino factus eſt; & ad eum adlata purpura, imperatorẽ ac dominum clamabat, veniamq; præteritorum poſcebat. Nam vitam ſibi certo policebatur, cuius nomine iuſiurandum vxori eius a Conſtantino præſtitum fuerat.

Licinnius & Martinianus interfecti.

Martinianũ Conſtãtinus ſatellitibus ſuis occidendũ tradidit, Licinnio Theſſalonicam ablegato, velut iſtic ſecure victuro. neq; multo poſt ei, violata iuriſiurandi religione, quod quidẽ Conſtantino nõ inſolens erat, laqueo vitã ademit. Poſteaquã vniuerſum imperiũ ad vnius Conſtantini poteſtatẽ rediiſſet, non iã amplius inſitã a natura malitiã tegebat: ſed indulgens animi libidini, omnia pro imperio agebat. Et patritis adhuc ſacris vtebatur, non tã honoris cauſſã, quã neceſſitatis. quo fiebat, vt & hariolis, ſi qui eſſent experientes, fidẽ haberet; veluti qui vera ei de reb. omnibus feliciter geſtis prædixiſſent.

De Conſtantini vitijs & facinoribus.

At vbi Romã venit, omnis adrogantiæ plenus, ab ipſo lare ſibi ſumendũ impietatis exordiũ putauit. Nam Criſpum filium, Cæſaris (vt ante dictũ eſt) ornatum titulo, quod in ſuſpicionem veniſſet, quaſi cum Fauſta nouerca conſueſceret; nulla ratione iuris naturalis habita, ſuſtulit.

Criſpus Cæſar occiditur.

Quumq; Conſtantini mater Helena tantã calamitatem ęgro ferret animo, & intolerabilẽ ex cæde iuuenis dolorem perciperet: quaſi conſolans eam Conſtantinus, malũ malo maiori ſanauit. Nam quũ balineum accendi ſupra modum iuſſiſſet, eiq; Fauſtam incluſiſſet; mortuã inde extraxit.

Fauſta ſuffocatur in balneo.

Horum ipſe ſibi conſcius, & præterea contemtæ ſacramentorũ religionis, ad flamines accedens, admiſſorũ luſtrationes poſcebat. Illis reſpondentibus, non eſſe traditũ luſtrationis modum, qui tam fœda piacula poſſet eluere: quidam Hiſpanus genere, cui nomen eſſet Aegyptius, Romam delatus, palatiniſq; mulierculis familiaris factus, & ad Conſtantini colloquiũ admiſſus; ſententiam doctrinæ Chriſtianorũ habere vim abolendi quodcumq; peccatum confirmauit, & id ipſum adeo policeri, nimirum accẽptantes eam homines impios, mox omni delicto liberari.

Quo pacto Conſtantinus ſit factus Chriſtianus.

Eam orationẽ quum nõ grauate Conſtantinus accepiſſet, ac patrita miſſa faceret, perceptis ijs, quæ hic Aegyptius offerebat; principium impietatis hoc dedit, vt diuinationem ſuſpectam haberet. Nam quod ei multæ res proſperæ per hanc prædictæ fuiſſent, euentumq; re ipſa ſortitæ: verebatur ne itidem alijs aduerſus ipſum hanc conſulentibus, id quod futurũ eſſet, prædiceretur. atq; hoc conſilio impulſus, ad huiuſmodi abolenda ſe cõuertit.

Diuinationes à Conſtantino ſublatæ.

Quum autem dies quidã more patrio feſtus adpetijſſet, quo die in Capitoliũ exercitui adſcendendum erat: eum adſcenſum verbis cõtumelioſis impudenter inſectans, re diuina proculcata, Senatus atq; populi odiũ incurrit. Quumq; profectas ab omnibus, prope dixerim, exſecrationes haud ferret; vrbem quamdã Romæ parem quærebat, in qua palatiũ ipſe ſibi conderet. Itaq; quũ eſſet inter Troadem & priſcum illud Ilium, inuento loco vrbe condendæ idoneo, fundamenta iecit; & muri partem aliquam in altum egit, quam adhuc videre eſt, ſi qui verſus Helleſpontum nauigent. Sed quod eum huius operis inſtituti pænituiſſet, eo relicto, vt erat imperfectum, Byzantium conceſſit: cuius vrbis ſitum admiratus, eam quammaxime ſtatuit amplificandam, & efficiendam idoneam, vt principis in ea domicilium eſſet.

Occaſio qua noua Roma fuit extructa.

Nam vrbs in colle ſita eſt, eius iſthmi partem complexa, quem iſthmum id, quod Ceras ſiue Cornu vocant, & Propontis efficiunt. Et olim quidem eo loco portam habebat, quo loco porticus illæ deſinunt, quas Seuerus impe-

Situs Byzantij

rator exſtruxit; quum ſuas aduerſus Byzantios iras depoſuiſſet, qui hoſtem
ipſius Nigrum in vrbem admiſerant. Murus per collem demiſſus ab occi-
dentali parte, vſque Veneris ędem, & ipſum mare pertinebat, quod eſt e re-
gione Chryſopolis. Eodem modo & ab aquilonali colle deorſum ductus
erat vſque ad portum, quod nauale dicunt, & vlterius vſque ad mare, quod
directo ſitum eſt ad id oſtium, per quod in Euxinũ Pontũ nauigatur. Et artũ
quidem hoc terræ ſpatium ad Pontum vſque trecentis plus minus ſtadijs in

Forum Byzantij rotundum.

longitudinem patet. hæc priſca ciuitatis amplitudo erat. Conſtantinus au-
tem eo loco, quo loco quondam porta erat, exſtructo foro rotundo, quod
porticibus diſtegis incluſit; fornices duos e marmore Proeconeſio maxi-
mos fecit, oppoſitos ſibi: per quos ire licet in Seueri porticus, & vrbe priſca
egredi. quumque longe maiorem vrbem efficere vellet; eam vltra veterem
murum decem & quinque ſtadijs muro nouo circumdedit, qui totum iſth-
mum a mari ad mare complecteretur. Hoc modo quum vrbem priore mul-

Palatium.

Circus.

to ampliorem reddidiſſet: palatium quoque condidit, Romano non mul-
tum cedens. Itidem Circum ad omnem elegantiam perpoliuit, cuius par-
tem fecit Caſtoris & Pollucis ædem, quorum ſimulachra nunc etiam in
Circi porticibus ſtantia videre licet. Statuit & quadam in parte Circi Apol-
linis Delphici tripodem, in ſe continenrem ipſius Apollinis ſimulacrum.
Quumque Byzantij forum maximum eſſet, quatuor porticibus incluſum: ad
extremas partes vnius ex hiſce porticibus, ad quam gradus non pauci ſur-
ſum ducunt, ædes duas exſtruxit, collocato in harum altera matris Deum
Rheæ ſimulachro, quod in monte Dindymo, qui opido Cyzico imminet,
olim illi conſtituerant, quos Iaſon nauigationis ſocios habuit. Et aiunt eum
hoc quadam ex vecordia nihili faciente res diuinas, mutilaſſe; leonibus v-
trimque ſublatis, & manuum figura mutata. Nam quum olim tenere leones
videretur, nunc ſpeciem precantis exhibet, vrbem inſpectans & obſeruans.
In altera Fortunæ Romanæ ſimulacrum poſuit. Præterea quibuſdam Ro-

Thaifilis Romanos vexat.

ma ſequutis cum ſenatoribus domos ædificauit. Nec iam bellum vllum
amplius gerebat. adeo quidem, vt Thaifalis, natione Scythica, cum equiti-
bus quingentis irruentibus, non modo nullas copias aduerſus eos in aciem
eduxerit: ſed etiam parte maiori exercitus amiſſa, quum hoſtes ad ipſum
vallum vſque populatos omnia conſpexiſſet, arrepta cupide fuga ſibi con-
ſuluerit. A bellorum curis vacuus, voluptariæque vitæ deditus, populo By-

Annona Byzantinis data, cuius in Iustiniano codice fit mentio.

zantino publicam annonam diſtribuit, quam & hactenus ille ſemper ha-
buit. Quumque pecuniam publicam in plurimas inutiles ſtructuras impen-
deret, quędam ædificauit non multo poſt diruta, quod ob feſtinationem du-
rabilia non eſſent. Conturbauit & magiſtratuum officia, iam olim inſtituta.

Mutati magiſtratus.

Officium præfectorum prætorio.

Nam quum duo eſſent præfecti prætorio, qui hoc officium communiter ge-
rebant; non palatini tantum ordines eorum cura poteſtateque gubernaban
tur: ſed etiam ij, quibus vrbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omni-
bus limitibus erant collocati. Hic enim præfectorum prætorio magiſtratus,
qui poſt imperatorem ſecundus exiſtimabatur, & annonas erogabat, & con
tra militarem diſciplinam admiſſa conuenientibus poenis corrigebat.

Quatuor a Conſtantino prætorij præfecti.

P. P. orientis.

Conſtantinus autem recte conſtituta turbans, vnum hunc magiſtratum in
in quatuor imperia diſcerpſit. Nam vni præfecto prætorio totam Ægyptum
cum Lybiæ Pentapoli, & orientem ad Meſopotamiam vſque, & præterea
Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam a Pamphylia
Trapezuntem vſque, & vſque ad caſtella propter Phaſidem ſita, tradidit: ei-

** rectius, Hæmi.*

** Doberi.*

P. P. Illyrici.

dem & Thracia commiſſa, & Myſia, * Aſemi, ac Rhodopes, ac * Toperi opi-
di finibus circumſcripta. præterea Cyprum adiecit, & Cycladas inſulas; Le-
mno, & Imbro, & Samothracia acceptis. Alteri Macedones adtribuit, &

Theſ-

Theſſalos, & Cretenſes, & Græciam, & circumiacentes inſulas, & Epirum vtramque, & Illyrios, & Dacos, & Triballos, & Pannonios ad Valeriam vſque, & Myſiam ſuperiorem. Tertio, totam Italiam, & Siciliam, & circumiacentes inſulas, & Sardiniam, & Corſicam, & Africam a Syrtibus Cyrenen vſque: quarto tranſalpinos, Celtas & Hiſpanos, cum inſula Britannica commiſit. Hac ratione diuiſo præfectorum imperio, ſtudioſe conatus eſt alijs quoque modis eorum poteſtatem imminuere. Nam quum præeſſent vbiq; locorum militibus non modo centuriones & tribuni, verumetiam duces, (ſic enim appellabantur) qui quolibet in loco prætorum vicem obtinebant: magiſtris militum inſtitutis, altero equitum, peditum altero, & in hos tranſlata poteſtate militum ordinandorum, & coërcendi delinquentes, hac etiam in parte præfectorum auctoritati detraxit. Id vero tam pace, quam bello, plurimum detrimenti rebus adtuliſſe; me protinus indicante parebit.

P. P. Italiæ.
P. P. Tranſalpinorum. vt lib. V. adpellatur.
Magiſtri militum duo.

Quippe dum præfecti prætorijs vbique terrarum vectigalia per miniſtros ſuos exigerent, & militarem ex ijs ſumtum facerent; ijdemque milites dicto audientes haberēt, in ſuſtinēdis ob delicta poenis, prout ipſis ea coërcenda videretur: non abs re milites cum animo ſuo cogitantes, eum, qui annonam & ſtipendiū præberet, delinquentes etiam punire, nihil agere pręter officiū audebant; partim annonarū ademtionē, partim pręſentem coercitionē veriti. Nunc quū alius ſit, qui ſtipendium exhibet; alius cuius arbitrio diſciplina militaris eſt commiſſa: omnia pro imperio agunt, ne dicam, maiorē annonæ partem ducis, & adparitorū ipſius lucro cedere. Fecit & aliud quiddā Conſtantinus, quod in ditionē populi Romani liberum barbaris aditū præbuit. Nam quum imperium Romanum extremis in limitibus vbique Diocletiani prouidentia, quemadmodum a nobis ſupra dictum eſt, opidis, & caſtellis atq; burgis munitum eſſet, omneſq; copiæ militares in ijs domicilium haberent: fieri non poterat, vt barbari tranſirent, vbique copijs hoſtium repellendorum cauſſa occurrentibus. Hanc præſidiorum munitionem Conſtantinus abolens, maiorem militum partem, de limitibus ſubmotam, in opidis præſidij nullius egentibus, collocauit; a barbaris vexatos præſidio nudauit; tranquillas & quietas vrbes militum peſte grauauit, qua iam complures ad ſolitudinem redactæ ſunt; milites ipſos theatris & voluptatibus addictos emolliuit; deniq; ſimpliciter vt dicam, rerum hactenus pereuntium internicioni principium & ſemina præbuit. Iam Conſtantinum filium Cęſarem appellauerat, quo cum & Conſtantio, & Conſtante filijs, eodem titulo cohoneſtatis; Conſtantinopolim ad amplitudinē vrbis longe maximę tam feliciter auxit: vt plerique poſt eum principes ibidem conſtituto domicilio, maiorem, quam vſus poſcat, hominum multitudinem eo pellexerint; quæ vndique terrarum iſtuc vel militiæ, vel mercaturæ, vel aliorum negotiorum cauſſa confluit. quapropter & muris longe capacioribus, quam eſſent ij, quos Conſtantinus ſtruxit, eam circumdederunt, & ædificia tam eſſe contigua permiſerunt, vt habitatores eius ſiue domi ſe contineant, ſiue in compitis ſint, artentur; nec ſine periculo, propter ingentem hominum & animalium copiam incedant. Nec pars vicini maris exigua ſolo ceſſit, vndique defixis palis, & ædificijs in eos impoſitis; quæ ſeorſum ad complendam vrbem amplam ſufficerent. Ac mihi quidem ſæpe mirari ſubijt, qui fieret, vt quum vrbs Byzantina tantopere excreuerit, vt alia nulla cum hac, ſiue felicitatem, ſiue magnitudinē ſpectes, comparari poſſit; nullum vaticinium maioribus noſtris de ipſius incremēto, meliorem ad fortunā euectę, datum fuerit. in qua cogitatione dum iampridem verſor, multis hiſtoriarum monumentis, & oraculorum collectionibus euolutis, & exacto nonnullo tēpore in hac de iſtis dubitatione: vix tandē in oraculum quoddā

Limitanei milites a Conſtantino ſublati.
Amplitudo Conſtantinopolis.

incidi, quod Erythrææ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaëllonis eſſe perhiberetur. Nam & iſtæc adflata numine, fertur edidiſſe quædam oracula; quibus fretus Nicomedes, Pruſiæ filius, qui ea ſuis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Pruſiæ fecit. Eſt autem oraculum huiuſmodi:

Oraculum de Byzantio, quod Turcorum vim per lupos notare videtur.

Accipies Thracum rex, in balantibus vrbem,
vnguibus atque vncis magnum horribilemque leonem
augebis, patria quondam, cimelia terra
qui rapiet; terra potietur & abſque labore.
Sed non aio diu te ſceptris perfruiturum,
(quippe canes vrgent vtrimque) ſed his ſpoliandum:
*Sopitumque lupum vncungem * dirumque ciebis.*
Namque vel inuiti ceruices ſub iuga mittet.
Tunc quoque Bithynos vexabit turba luporum,
conſilio Iouis: & mox regia ſceptra tenebunt,
magna qui veteris habitant Byzantis in vrbe.
Felix Helleſponte, & moenia condita diuis.
imperio ſuperum ——
quam lupus ille grauis tamen inuitus trepidabit.
Norunt me, noſtris habitant qui ſedibus, haud tam
Amplius ipſe animum caelabo parentis, aperte
Mortali generi diuina oracula pandens.
Threſſa malum tellus ingens parit. & prope partus:
Viſu nempe malam ſubolem pariter feret illi.
Ad latera adiuncta ponto telluris & hulcus
Pratumidum creſcet, cito ruptum ſanguine manans.

** al. timidumq́;*

Hoc oraculum omnia, prope dixerim, reuera deſignat, obſcuriſque vocibus indicat euentura Bithynis mala, propter graue tributorum onus, quę ſequutis temporibus eis impoſita fuerunt: & quod imperium cito venturum eſſet ad eos,

magna qui veteris habitant Byzantis in vrbe:

Quod autem ſæculis non paucis interiectis ea, quę prædicta fuerant, euenerint: non eo quis torqueat, ac ſi de re quadam alia vaticinium hoc loquatur. Nam omne tempus Deo breue eſt, qui ſemper & exiſtit, & erit. atque hæc tum de rerum ipſarum euentis ratiocinando collegi. Quod ſi cui videtur eſſe alia verborum oraculi ſententia, per me ſane ſic illud accipiat licet. Ceterum Conſtantinus his ita perfectis, exhaurire non deſinebat vectigalia largitionibus; quæ non vbi par erat, ſed in homines indignos ac nullius pretij fiebant. & collatoribus quidem tributorum grauis erat, illos autem cumulabat opibus, qui nulli eſſe vſui poterant. Nam prodigalitatem pro munificentia ducebat. Idem & auri argentique collationem impoſuit omnibus vbique terrarum negotiationes exercentibus, & dardanarijs opidorum, ad viliſſimos vſque, ne miſeris quidem meretriculis hoc incommodo liberatis. Itaque videre erat, quoties quartus quiſque annus adpeteret, quo vectigal illud pendendum erat, meras per vniuerſam vrbem lacrumas & ploratus: vbi vero iam aduenìſſet, non niſi flagra tormentaque corporibus eorum adhibita, qui propter paupertatem extremam damnum hoc ſuſtinere non poſſent. Quin & liberos ipſæ matres diſtrahebant, & patres filias proſtituebant, ex harum quæſtu chryſargyri (quaſi dicas aurargenti) exactoribus pecuniam offerre coacti. Quumque ſplendidioris etiam fortunæ hominibus excogitare quiddam vellet, quod eos morderet: quemlibet horum ad præturæ dignitatem euocabat, & honoris prætextu magnum pecuniæ pondus exigebat. Iccirco quoties ad vrbes veniſſent, qui huius rei mandatum habebant, erat

De chryſargyro ſiue auro luſtrali, cuius mentio fit in tit. C. de aur. luſtr. coll.

erat videre fugam omnium, & profectionem ad extraneos, metuentium, ne cum patrimonij ſui detrimento dignitatem hanc apiſcerentur. Habebat autem deſcripta virorum clariſſimorum patrimonia, quibus & tributum impoſuit, quod ipſe Follem nuncupauit. quibus ſane collationibus vrbes exhauſit. Nam quum longo tempore poſt Conſtantinum duraret earum exactio, paullatim exhauſtis opidorum diuitijs, ab habitatoribus complura deſerta ſunt. His omnibus modis quum reipublicæ Conſtantinus nocuiſſet, morbo extinctus eſt. Eius liberi ſucceſſionem in imperio nancti, qui erant omnino tres, non ex Fauſta Maximiani Herculij filia nati, ſed ex alia, quam inſimulatam adulterij morte adfecerat; ſic rebus intenti erant, vt libidinis iuuenibus potiorem, quam commodi publici rationem haberent. Nam primum inter ſe nationes partiebantur. & Conſtantinus quidem natu maximus, cum minimo natu Conſtante, omnia trans alpes ſita, & Italiam, & Illyricum ſortitus eſt. præterea Ponto Euxino finitima, & Africæ quidquid ad Karthaginem pertinet. Conſtantio datum eſt, quidquid eſſet in Aſia, & oriente, & Aegypto. Erant & imperij quodam modo participes, Dalmatius a Conſtantino Cæſar dictus, & Conſtantius eius frater, & Anaballianus; qui purpurea & aureis ornata limbis veſte vtebantur, dignitatem nobiliſſimatus, vt vocant, ab ipſo Conſtantino propter adgnationis reuerentiam conſequuti. Diuiſo in hunc modum imperio, Conſtantius, quaſi qui data opera in hoc incumberet, ne impietate a patre ſuperaretur; exorſus ab ipſo lare, cognati ſanguinis effuſione virilem omnibus animum probare voluit. ac primum quidem Conſtantium patruum a militibus interfici curat. Deinde Dalmatio Cæſari ſimiles inſidias ſtruit, Optato quoque cum hoc interfecto, qui patricij dignitatem adeptus a Conſtantino fuerat. Eum honoris titulum primus Conſtantinus excogitauerat, lataque lege ſanxerat, vt qui eum conſequuti fuiſſent, ſupra ipſos præfectos prætotijs ſeſſitarent. Tunc & Ablabius præfectus prætorio necatus eſt, ipſa Vindicta merita hominem poena multante; qui per inſidias Sopatro philoſopho mortem machinatus fuiſſet, dum ei Conſtantini familiaritatem inuideret. Ac veluti contra cognationem vniuerſam graſſatus, etiam his Anaballianum adiecit; quum milites ſubornaſſet, vt clamarent: alterius neminis imperium ſe ferre poſſe, quam Conſtantini filiotum. & hęc quidem Conſtantij fuere facinora. Ceterum controuerſia mota inter Conſtantinum & Conſtantem, de pertinente ad Karthaginem Africa, deque Italia: Conſtans incautum fratrem opprimere volens, inimicitias toto triennio diſſimulat. exſpectatoque tempore, quo prouinciam ſibi fidam & beneuolam ingreſſus erat; ablegat milites, ſpecie quidem tenus opem Conſtantio laturos in gerendo bello Perſico: ſed reapſe Conſtantinum, nihil tale ſcientem, oppreſſuros. Hi perficientes ea, quæ imperata fuerant; Conſtantinum occidunt. Hoc modo quum fratrem Conſtans e medio ſuſtuliſſet, in ſubditos cum omni crudelitate graſſabatur, & omnem intolerabilem tyrannidem excedebat. Emtis enim barbaris, quibus eſſet vultus elegans, & alijs itidem, quos obſidum loco ſecũ haberet, quiduis aduerſus ſubditos agendi facultate cõceſſa, veluti qui oculis ad impudicitiam ei gratificarẽtur: omnes imperio ſuo ſubiectas nationes in extrema mala præcipitabat. Quæ quum prætoriani moleſte ferrẽt, & ipſum venationis voluptatibus deditũ viderent: ducibus vſi, Marcellino ęrarij præfecto, & Magnẽtio, cui creditũ erat in Iouianos & Herculianos imperiũ, (legionũ ea nomina ſunt) hoc quodã modo inſidias ei moliuntur. Marcellinus, qui natalẽ filij ſui ſe celebraturũ diceret, ad epulũ quũ alios multos in caſtris dignitate præſtãtes, tũ Magnentiũ inuitabat. Ea comeſatione mediã ad noctẽ producta, Magnẽtius quaſi rei neceſ-

Imperij partitio poſt Conſtantinum.

Nobiliſſimatus dignitas.

Conſtantius in cognatos ſæuus.

Patriciorum noua dignitas.

Ablabius Sopatro penas luit.

Conſtans fratrẽ primogenitum fraude necat.

Inſidiæ Conſtanti parantur.

Magnentius per iocum fit imperator.

ſariæ cauſſa de menſa ſurgens, quum perexiguum ad tempus a conuiuis ſe-
ceſſiſſet: eis ſe rurſus amictum ſtola regia, velut in ſcena, ſpectandum exhi-
buit. Ibi quum eum conuiuæ regem appellaſſent, ſimiliter omnes incolæ vr-
bis Auguſtoduni, qua hæc in vrbe geſta ſunt, in eamdem ſententiam vene-
runt. Et quoniam rei fama tendebat vlterius, extra vrbem ruſtica quoque
plebs confluebat. Per idem tempus quidam Illyricanorum equitum in ſup-
plementum Celticorum ordinum miſſi, cum ijs ſe coniunxerunt, qui huius
rei cauſſa conuenerant. Et vt ſimpliciter rem exponam, in vnum congreſſi,
quicumque cum imperio militibus præerant, quod coniurationis principes
iam proclamaſſe viderẽt; ignari prope quid ageretur, exclamabant omnes,

Conſtans interficitur a Gaiſone

& Magnentium Auguſtum appellabant. Hæc Conſtans animaduertens,
quoddam ad opidum, propter Pyrenæum montem ſitum, cui nomen eſſet
Helena, profugere conatus eſt. verum a Gaiſone, qui eo nomine cum ſele-
ctis quibuſdam miſſus fuerat, adpræhenſus, & omni deſtitutus ope, necatus
eſt. Magnentio imperium adepto, ac iam in poteſtate tranſalpinas nationes,

Vetranio.

& ipſam Italiam habente: Vetranio, Pannnoniorum exercituum dux, audi-
to, Magnentium ad imperium euectum eſſe; incenſus eadem libidine, ſua-
rum legionum ſuffragio dictus eſt imperator, & apud Murſam, quod eſt opi-
dũ Pannoniæ, ſubſtitit. In hoc rerum ſtatu, Perſæ vrbes orientis, & Meſopo-
tamiæ præſertim, infeſtis excurſionibus vexabant. Conſtantius autem, licet
hoc bello Perſis inferior eſſet; tamen factiones Magnentij & Vetranionis
perſequi ſtatuit. Dum hæc ſecum cogitat, & in apparatu totus eſt, apud Cel-

Nepotianus.

tas adhuc hærente Magnentio: Nepotianus ſorore Conſtantij genitus, cui
nomen Eutropia, collecta multitudine non ſanorum hominum, ſed latro-
cinijs & luxu perditæ vitę deditorum, Romam acceſſit, & imperatorio ſe ha-
bitu ſpectandum exhibuit. Sed ab Anicetio, quem Magnentius præfectum
prætorio conſtituerat, quibuſdam e plebe armatis, & eductis vrbe, veluti
cum Nepotiano dimicaturis; acre proelium committebatur. Romanis au-
tem vt imperitis, & ordinem nullum ſeruantibus, non magno labore in fu-
gam actis; præfectus prætorio fugientes conſpicatus, & vrbis periculum ve-
ritus, portas occluſit. Itaque Nepotiani milites omnes, vt qui nullam eua-
dendi rationem habere poſſent, trucidarunt. Sed Nepotianum Magnentius
non multis poſt diebus exercitu miſſo, duce Marcellino, cui commiſſum
erat in palatinos ordines imperium, (Romani magiſtrũ officiorum vocant)
interfecit. Conſtantius autem ex oriente profectus ad bellum contra Ma-
gnentium gerendum, atte quadam Vetranionem prius amicitia ſibi deuin-
ciendum arbitratus eſt; ne cum duobus ei, ſed vno perduelle dimicandum
eſſet. Itidem Magnentius omnem operam & ſtudium adhibebat, vt ami-
citiam Vetranionis impetraret, & eo ſocio ſuſceptum aduerſus Conſtan-
tium bellum conficeret. Itaque quum vterque legatos ad Vetranionem hoc

Vetranio Conſtantij partes amplectitur.

nomine miſiſſet, ille Conſtantio, quam Magnentio maluit adſentiri. Vbi
rebus infectis Magnentij legati diſceſſiſſent, Conſtantius petebat, vt in v-
num copiæ cogerentur, & publicum de gerendo contra Magnentium bello

Conſtantius imperio Vetranionem fraude ſpoliat.

conſilium haberetur. Vetranione Conſtantij verbis decepto, quoddam in
ſolium, hac ipſa de cauſa paratum, adſcenderunt. Conſtantius priorem di-
cendi locum ob generis dignitatem nanctus, nulla non orationis parte mi-
litibus liberalitatem paternam ad animum reuocabat, cum ijs ſacramentis,
quibus ſancte promiſiſſent, omni ſe beneuolentiæ filios ipſius complexu-
ros. ſimul petebat, ne committerent, vt impune Magnentius euaderet, qui
Conſtantini filium occidiſſet, quo cum multa bella confeciſſent, & a quo
muneribus adfecti maximis eſſent. Hæc vbi milites audiuiſſent, opimis iam
ante donis occupati, nothos imperatores expurgandos eſſe proclamarunt.

Simul

Simul exutum purpura Vetranionem de ſolio detrahunt, vt priuatus viueret. Conſtantius autem, nihil in illum deſignari grauius paſſus, in Bithynia vitam exigenti, quod ſatis eſſet victus, adſignauit. Vbi quum ad tempus aliquod ſuperſtes fuiſſet, negotijs & curis ſolutus, rebus humanis exceſſit. Hoc modo quum dolus aduerſus Vetranionem reipſa ſucceſſiſſet, Conſtantius in Magnentium copias ducens, Gallum patrui filium, germanum eius Iuliani fratrem, qui ſecundum hæc imperauit, Cæſarem appellat, & ſororem ei *Gallus Cæſar.*
Conſtantiam deſpondet: ſiue vt Perſis reſiſteret, ſiue, quod verum erat, vt occaſionem eius interficiendi reperiret. Nam ſolus hic cum fratre de Conſtantij genere ſuperabat, alijs omnibus iam ab eo necatis, vti commemorauimus. Hoc igitur cultu Cæſaris ornato, & Lucilliano commiſſo bello Perſico; contra Magnentium ipſe pergebat, Vetranionis ſuiſque copijs coniunctis. Magnentius quoque maiori apparatu occurrendum ratus, Decentium propinquum ſuum, vt præſidio tranſalpinis nationibus eſſet, Cæſarem deſignat. *Decentius Cæſar.*
Poſteaquam exercitus in Pannonijs conueniſſent, & iuxta Murſam opidum ad ſe inuicem propius acceſſiſſent: Magnentius ad eas fauces, quæ Adranis adiacent, collocatis inſidijs, ad Conſtantij duces nuntium mittit, qui eius itineri moram inijceret, vt hoſtes Siſciam venire poſſent. quo loco Magnentium prœlij copiam facturum aiebat, vt qui parentes campos haberet. His auditis Conſtantius, eoque nuntio non mediocriter lætatus, quod idoneis equitatui locis dimicaturus eſſet, qui copijs equeſtribus hoſtem ſuperaret; caſtra Siſciam verſus mouit. In eius milites, qui & inermes, & nullis ſeruatis ordinibus incederent, nec vererentur, quod futurum erat, quum irruiſſent eæ turmæ, quæ inſidiarum cauſſa faucibus inſederant: omnes prope lapidibus obrutos, vlterius tranſire prohibuerunt. *Conſtantiani cæduntur.*
Compluribus cæſis, Magnentius ob rem tam bene geſtam magnopere ſeſe iactitans, ſumptis ſecum copijs, bellum diutius extrahi non patiebatur, ſed in Pannoniam contendebat: quumque perueniſſet ad ſitos ante * Cium quondam campos, quos medios Draus amnis interſecans, Noricos & Pannonios præterlapſus, in Iſtrum ſeſe exonerat: in Pannonios militem ducebat, quod prope Sirmium manum cum hoſte conſerere cogitaret. ** Potecium.*
Aiunt autem Magnentium matri, quæ illi hoc iter interdiceret, & a tranſitu ad Illyrios arceret, non paruiſſe, quamquam de multis ſuperiorum temporum prædictionibus eam veram vatem eſſe, perſuaſum haberet. *Magnentius matri non paret.*
Interea deliberante Magnentio, Saum ne fluuium ponte facto tranſijceret, an iunctis nauigijs militem per ea tranſportaret: Philippum Conſtantius ablegat, vnum ex ijs, qui maximis in dignitatibus erant conſtituti, & prudentia præſtantem, ſpecie quidem tenus de fœdere ac pace colloquuturum; reapſe vero Magnentij copias curioſius inſpecturum, & quodnam ipſius de ſumma belli conſilium eſſet, quibuſve cogitaret itineribus vti, peruestigaturum. *Philippus ad Magnentium mittitur.*
Quum prope Philippus a caſtris abeſſet, in Marcellinum incidit, hominem maximæ poteſtatis apud Magnentium, & cum hoc ad Magnentium accedit. Is conuocatis ad concionem militibus, Philippum cauſſam edicere iubet, quam ob cauſſam adueniſſet. Tum ille ad exercitum quidem dicere, non conuenire, Romanis ſubiectos, aduerſus Romanos bellum ſuſcipere; præſertim imperante Conſtantini filio, quo cum multa tropæa ſtatuiſſent aduerſus barbaros: ad Magnentium vero, par eſſe, Conſtantini memoriam colat, & eorum beneficiorum, quibus & ipſum & parentes ipſius adfeciſſet. Nam ab eo in fidem receptum eſſe, maximoſque conſequutum honores. Quibus recenſitis poſtulabat, vt Italia Magnentius cederet, ac tranſalpinas nationes retineret, eiſque cum imperio præeſſet vniuerſis. Hæc a Philippo dicta parum abfuit, quin vniuerſum exerci- *Philippi oratione Magnentius prope perditus.*

tum conturbarent. quapropter in metum coniectus Magnentius, multoque labore permotis militibus, vt ſe conantem aliquid proloqui tolerarent: ſe quoque pacem amplecti dixit, ſimulque concionem dimitti iuſſit interea, dum ipſe conſiderato, quid agendum eſſet, ſententiam hac de re ſuam poſtridie indicaſſet. Concilio dimiſſo, Marcellinus Philippum excipiebar, vti quo cum ius hoſpitij conſtituturus eſſet. Magnentius autem ſecum ipſe diſputabat, an Philippus infecta re dimittendus eſſet; an iure legatorum violato, retinendus. Interim cohortium præfectos, & decuriones, & quotquot militum ordinibus cum imperio præerant, viſum eſt adhibere cenæ, ac inter cenandum ſententiam animi declarare. Quod quum feciſſet, poſtridie Magnentius collecto rurſus exercitu, quæcumque Conſtans in eos per temulentiam deſignaſſet, commemorare. Simul adijcere, milites ipſos, non ferentes magnitudinem facinorũ, qua ille rempublicã per ſcelus & iniuriam vexabat, omnes id conſilij cepiſſe, quod expedire publice putarent. Ciuitatibus autem dira bellua liberatis, inuito ſibi ab eis oblatum imperium. Hæc dum pronunciaret, omnes ad bellum perſequendũ conſurgere: ſtatimq; captis armis ad tranſijciendum Saum progredi. quorum aduentum quum ſpeculatores nuntiaſſent, quotquot erant in opidi Siſciæ præſidio, quod in ripa Sai ſitum eſt, alios in ripam fluminis adſcendere volentes telis configebant; alijs pontem tranſire conantibus, reſiſtebant: ita vt multi trucidarentur, plures partim ab ſe ipſis, partim ab hoſtibus impulſi, in fluuium præcipitarẽtur. Ingenti cæde facta, quum inter fugiendum illi de fluminis ponte caderent,

Magnentius aſtute ſuos cladi eripit.

hi magno cum impetu perſequerentur: Magnentius ad extremũ malum redactus, huiuſmodi machinatione præſens euitare periculum potuit. Haſta in terram defixa, quum nutu dextræ ſignificaſſet hoſtibus, quaſi de pace quid dicere vellet: vt aures ſibi pręberi vidit, non imperatoris iniuſſu Saum ſe traijcere voluiſſe narrat. quumq; Philippus ſubieciſſet, Italia Noricisq; relictis, Illyricum ei petendum eſſe, atq; ibi de fœdere tractandum: Conſtantius exauditis hiſce verbis, ſuos a perſequendo reuocauit, & Magnentio facultatem conceſſit, vt exercitum ſuum ad campos inter Noricum, Pannoniam, Myſiam, Daciamq; ſitos tranſduceret; quod impeditis iſtis locis liberari cuperet, & hoſtem in agris equitatui opportunis debellare, quum equeſtribus ipſe copijs ſuperior eſſet. Ei conſilio quum euentus reſpondiſſet, locũ per-

Caſtra Conſtantij ad Cibalim.

idoneum ad efficiendum id, quod optaret, arbitratus eſt eſſe Cibalim; vbi Conſtantinus quoque Licinnium totis viribus conſerto proelio ſuperauit. Nam quum id opidum habeat eum ſitum, quem id temporis geſta commemorans expoſui; partẽ exercitus habebat in opido. valloq; inter collem, qui opidum continet, & planiciem ad Saum vſq; fluuium pertinentem, excitato; quidquid flumine quidem cinctum non eſſet, profunda foſſa, denſoq; vallo communiuit: quicquid autem flumine clauderetur, id ponte nauibus inter ſe connexis ſtrauit, quum pontem quoties vellet, reſcinderet; & eumdem nullo rurſus negotio iungeret. Heic & tentoria militum vulgo fixit, & reginm loco maxime medio tabernaculum conſtruxit, quod opidis eximia magnitudine atque elegantia exornatis nulla ſui parte cedebat. Imperatore cenam præbente, quum & ductores ordinum atque cohortium cenæ adhiberentur; ſolus Latinus & Thalaſſus, qui principem locum apud imperatorem tenebant, non erant eius epuli participes; de Philippo nimirum ſolliciti,

Titiani ad Conſtantium ſuperba poſtulata.

quem ad ſe legationis nomine miſſum Magnentius detinebat. Dum his illi conſilijs occupantur, venit Titianus, vir ordinis Romæ ſenatorij, ſuperbas a Magnentio voces perferens: qui multis abſurdis aduerſus Conſtantinum, & alios ex eo progenitos, congeſtis; & vrbium interitu ad imperatoris in gubernatione ſecordiam relato: Conſtantium Magnentio de

imperio

imperio cedere iubebat, contentum, ſi tutam ei vitam indulgeret. At ille precatus Deum atque Vindictam, interemti Conſtantis vltores eſſent: ijs ſe ſocijs bellum geſturum ait. atque ita Titiano poteſtas ad Magnentium redeundi facta eſt, quamquam Philippus apud illum manſiſſet. Magnentius eductis copijs, Siſciam primo captam impetu deleuit. quumque regiones propter Saum omnes percurriſſet, maximamque prædam abegiſſet: Sirmium duxit, ea quoque citra ſanguinem potiturum ſeſe arbitratus. Sed hoc conatu falſus atque deiectus, (quippe repulſus fuit ab habitatoribus opidi, quorum ingens erat numerus, & a militibus opidi præſidio deſtinatis) Murſam vniuerſis cum copijs contendebat. Quum autem ij, qui erant in vrbe, portas occluſiſſent, & in propugnacula ſucceſſiſſent: Magnentius quo pacto rem adgrederetur, animi dubius hærebat: qui neque machinas vllas haberet, nec alia ratione propius ad murum accedere poſſet. Telis enim ſaxisq; petebatur ab ijs, qui de pinnis pugnabant. Itidem fama obſidionis ad Conſtantium perlata, vniuerſis ille cum copijs accedebat, opido periclitanti opitulaturus: quum præterijſſet & Cibalim, & vniuerſam terram, per quam Draus amnis labitur. Interim Magnentius caſtris ad Murſam propius admotis, portis ignem intulit: vt ferro conſumto, quod ligna tegeret, exercitui aperiret aditum in vrbem, igni patefactum. Verum hoc ei reipſa non ſucceſſit, quum ij, qui conſiſtebant in moenibus, ignem magna vi aquæ reſtinguerent. At vbi Conſtantium propius a Murſa iam abeſſe comperiſſet, aliud quiddam huiuſmodi molitur. Erat ante vrbem ſtadium quoddam, adſignatum ſuperiore memoria eorum certamini, qui ſe in armis exercerent: ab omni parte ſiluis opacum. In eo quum quatuor agmina Celtarum abdidiſſet, iuſſit vt poſtea quam adductis Conſtantij copijs, ante opidum pugna conſeretetur; hoſtes inopinatos adorirentur: ita vt intercepti, ad internecionem vſque delerentur. Ea re ab ijs cognita, qui erant in opidi muris: ſtatim Conſtantius Scolidoam & Manadum ductores ordinum miſit. Hi ſelectiſſimis quibuſque tam grauis armaturæ militibus, quam ſagittarijs, ex toto militum numero, qui ſub illorum erat imperio, ſecum ſumtis, omnes ſtadij fores occluſerunt. quumque ſtadij gradus ſuperiores occupaſſent, & vndique milites, qui erant in ſtadio, circumdediſſent: tela in eos conijciebant. Illorum vero nonnullis, ſublatis in capita ſcutis, fores ſtadij perfringere conatis; impetu pariter in eos facto, tela conijcere, gladijsque ferire non deſinebant, donec vniuerſos confeciſſent. Hoc modo quum inſidiæ Magnentij recidiſſent in nihilum, adeoque contrarium euentum habuiſſent; exercitus congreſſi, manus in planicie, quæ ante Murſam eſt ſita, contulerunt: quumque prœlium eiuſmodi committeretur, quale propemodum prius hoc bello factum non erat; vtrimque plurimi cadunt. Conſtantius autem conſpicatus, quod ciuile bellum hoc eſſet: ex animi ſe voto ne victoria quidem potiri poſſe, tantopere deminutis Romanis exercitibus, qui poſt talem ac tantam ſtragem vrgentibus vndique barbaris non amplius reſiſtere poſſent: cogitare cepit, certis condicionibus pacis bellum dirimendum eſſe. Quæ dum ille cum animo ſuo putaret, exercitibus adhuc inter ſe proeliantibus: maiorem ad furorem elati Magnentianarum partium milites, ne quidem vbi nox pugnantes oppreſſiſſet, finem dimicandi faciebant; ſed perſeuerabant & ipſi duces in obeundis militum muneribus, & excitandis ſingulorum animis, vt hoſtem egregie premerent. Itidem Conſtantij duces virtutem priſtinam, Romanumque decus ad animum ſibi reuocabant. Alta iam nox erat, & nihilo ſe minus inuicem feriebant haſtis, gladijs, armis ceteris, quæ ſemet offerrent, & ad manum eſſent. nec iam vel ipſæ tenebræ, vel aliud quid earum rerum, quæ res laxamentum quaſi quoddam belli ef-

Magnentius Siſciam delet.

Sirmium fruſtra tentat.

Murſam obſidet.

Magnentij ſtrategema irritum

Prœlium inter Conſtantium et Magnentium ad Murſam.

ficere conſueuerunt, Inhibere poterat exercitum; quo minus mutuis in ſe cædibus deſæuirent, & in maxima felicitatis parte ponerent, ſi omnes funditus vna perirent. Ipſi duces maximis hac pugna tum fortitudinis, tum virtutis facinoribus editis, quum alij cecidere; tum Arcadius, dux ordinis Abulcorum, & Menelaus, cui datum erat in equites ex Armenia ſagittarios imperium.

Menelai robur & ſagittandi peritia.

Fuerit autem pretium operæ, quæ de Menelao perhibentur, ſilentio minime præteriri. Memoriæ proditum eſt, hunc arcui tria ſimul aptantē eodem tempore tela, & vna dumtaxat vtentem eiaculatione, non in vnum ea corpus, ſed tria defixiſſe: quo ſagittandi modo quum vteretur, nec hoſtium exiguum numerum telis eius confectum, & eoſdem, prope dixerim, ab vno in fugam actos aiunt. Sed tamen & ipſe cecidit, a Romulo totius exercitus Magnentiani duce interemtus; & Romulus itidē cecidit, qui quū telo prius a Menelao petitus eſſet, ne plaga quidem accepta pugnare deſijt, donec interfeciſſet eum, qui telum in ſe contorſerat. Itaque quum Conſtantius proelio ſuperior factus eſſet, iamque Magnentiani exercitus aperte terga darent:

Conſtantij victoria.

ingens ſtrages & hominum, & equorum, & reliquorum iumentorum eſt edita. Magnentius omni ſpe deſtitutus, veritusque, ne a reliquijs ſuorum Conſtantio dederetur: ijs Pannoniæ locis relictis, in Italiam excurrere ſtatuit, alijſque collectis copijs aleam pugnæ denuo tentare.

Magnentius ex deſperatione ſeſemet interimit.

Quia vero Romæ Conſtantij partes foueri cognoſceret, vel odio ſui, vel quod intellectum eſſet de proelij euentu; alpes tranſcendendas decreuit, deque nationibus iſtic degentibus aliquod interim præſidium comparandum. Sed quod inaudiſſet, Conſtantium maximis muneribus vicinos Rheno barbaros infeſtos ei reddidiſſe; tum ad Gallicas nationes opera quorumdam Conſtantio fauorem conciliantium ducum præcluſum eſſe aditum; quum nec per occidentales Hiſpanos ad Mauros tranſijcere poſſet, quod iſtis etiam in locis fœderati Romanorū beneuolentiam Conſtantij captaſſent: inops ab omni parte conſilij, mortem voluntariam turpi ſaluti prætulit: manibus ſuis, quam hoſtium, vitam eripi ſibi maluit.

Ortus & indoles Magnentij. Leti, natio Galtica. fortaſſe Leodij.

Ac Magnentius quidem hoc modo perijt, quum tribus annis, & ſex præterea menſibus imperaſſet. Originem generis a barbaris habebat, & vixerat apud Letos, quæ Gallica natio eſt. Litteras Latinas didicerat. Audax fortuna proſpera, timidus aduerſa. Occultandæ naturæ inſitæ malitiæ mirus artifex, qui mores ipſius & ingenium perſpectum non habentibus ſimplex & bonus eſſe putaretur.

Veritatis in Zoſimo ſtudium.

Hæc de Magnentio propterea libuit adijcere, quod aliquibus viſus ſit imperij ſui tempore reipublicæ bono fuiſſe; vt vera de eo cognoſcātur, qui nihil inſtituto bono geſſit.

Decentius ſeſe ſtrangulat.

Decentius arceſſitus a Magnentio ad ferendum opem, iam in Italiam contendens, ſimul ac intellexiſſet, quid illi accidiſſet: in ordines quoſdam turmaſq; militares lapſus, quum nullam ſalutis ſpem videret, obtorta laqueo ceruice mortuus eſt.

Conſtantius inſolentior factus. Officinæ calumniarum.

Secundum hæc quum vniuerſa rerum ſumma ſolo Conſtantio ceſſiſſet, adrogantior eſſe cepit; quod eam fortunæ proſperitatem moderate ferre non poſſet. Sumebant & incrementum officinæ calumniarum, quæ circa tales exiſtere conſueuerunt; & ijs potiſſimum inſidiantur, quorum fortunæ bene conſtitutæ videntur. Nam dum alios felicitate ſua deiiciunt, & dignitates eorum ſe conſequnturos ſperant; ad calumnias aduerſus eos inſtituendas ſeſe conuertunt. Atque hi quibuſdam ſibi ſocijs improbitatis adiunctis, qui erant eunuchi aulici;

Gallus Cæſar calumnijs opprimitur.

Conſtantium adgreſſi, Gallum patruelem ipſius, dignitate Cæſaris ornatum, hac non contentum, de occupando imperio cogitare perſuadent. & quidem eius rei fide Conſtantio facta, tamquam veræ, ad ſtruendam Gallo necem illum impellunt. Qui has inſidias contexuerant, fuere Dynamius & Picentius, homines condicionis humilis, & qui per huiuſmodi mala

di mala fortunam ad ampliorem peruenire niterentur. In eodem conatu Lampadium quoque, præfectum prætorio, conſortem habebant; qui vir ſemper apud imperatorem plus alijs omnibus auctoritatis & potentię nanciſci cupiebat. Itaque Conſtantio talibus calumnijs aures præbente, Gallus arceſſitur, ignarus eorum, quæ in ipſum cuperentur. Eum aduenientem initio Conſtantius honore Cæſaris exuit, deinde priuatam ad fortunam redactum carnificibus necandum tradidit: non hoc primo cõtra cognatum ſanguinem admiſſo piaculo, ſed pluribus alijs adiecto.

ZOSIMI COMITIS ET

EXADVOCATI FISCI

HISTORIAE NOVAE LIBER TERTIVS.

HIS deſignatis aduerſus Gallum Cæſarẽ, e Pannonia Conſtantius in Italiam tranſijt. Quum autem videret, omnes Romanis vbique ſubditas prouincias barbaricis incurſionibus expoſitas eſſe; Francos, & Alamanos, & Saxones iam quadraginta ſitas ad Rhenum vrbes cepiſſe, prorſus eaſdem deuaſtaſſe, ciues & incolas infinito numero, cum innumerabili ſpoliorum copia ſecum abduxiſſe; Quados cum Sauromatis magna licentia & ſecuritate per Pannoniam, perque Myſiam ſuperiorem graſſari; Perſas orienti moleſtos eſſe non deſinere, licet antea quieuiſſent, veriti, ne Gallus Cæſar eos adoriretur: his igitur omnibus ad animum reuocatis, & quid faceret ambigens, ſolum quidem ſe minime ſufficere poſſe putabat, vt adflictis adeo rebus, & laborantibus opem ferret; imperij vero conſortem deligere non audebat; quum ob imperandi libidinem nimiam, tum quod omnes ſuſpectos haberet, ac neminem prorſus ſibi fidum fore duceret. Has ob res magna quadam difficultate premebatur. Quumque maximum Romano imperio periculum immineret, Euſebia Conſtantij coniux, quæ ſumma præſtabat eruditione doctrinæ, ſupraque muliebrem ſexum prudens erat, conſilium ei ſuggerit: tranſalpinis populis Iulianum Cæſarem præficeret hortata, germanum Galli fratrem, & eius Conſtantij nepotem e filio, qui a Diocletiano Cæſar adpellatus fuit. Et quoniam norat Euſebia, Conſtantium imperatorem cognatos omnes ſuſpectos habere: maritum hoc quodam modo circumuenit. Iuuenis eſt, inquit, & ſimplicis ingenij, ſtudijſque doctrinæ per omnem vitam vacauit, & rerum omnium rudis ac imperitus eſt, & quouis alio nobis aptior erit. Nam ſiue fortuna proſpera rebus gerendis vtetur, faciet vt imperatori felices illi ſucceſſus adſcribantur: ſiue qua parte impegerit, morietur: nec vllum poſtea Conſtantius habebit, qui velut ex imperatoria familia ad ſummam rerum adminiſtrationem vocetur. Has voces quum admiſiſſet Conſtantius, Iulianum Athenis arceſſit, cum philoſophis ibi familiariter viuentem, & in omni genere doctrinæ magiſtros ſuos excellentem. Poſteaquam in Italiam arceſſitus aduenisset, Cæſarem Conſtantius renunciat, & Helenam ei ſororem in matrimonium tradit, & ad nationes tranſalpinas dimittit. Atque vti natura infidus erat, qui nullo modo ſibi perſuadere poſſet, Iulianum ſibi fidelem ac beneuolum fo-

Perturbatiſſimus imperij Rom. ſtatus.

Franci.

Alamani.

Saxones.

Quadi.

Sauromatæ.

Conſtantij conſultatio.

Euſebia Auguſtæ laudes, ac prudens conſiliũ

Iulianus Cæſar dictus.

Iulianus ſine ſumma poteſtate mittitur in Galliam.

re cum eo Marcellum & Salluſtium ablegat, illis ipſis, non Cæſari, rerum in
ijs locis adminiſtratione credita. His in hunc modum circa Iulianum conſti-
tutis, ipſe Cõſtantius in Pannoniam Myſiamq; mouebat, & rebus ibi diſpo-
ſitis, quantum Quados & Sauromatas adtineret, in orientem pergebat, irru-
ptionibus Perſicis eum ad bellũ elicientibus. Iulianus autem quum ſupera-
tis Alpibus ad Gallicas nationes adtributas ſibi perueniſſet, ac nihilo bar-
Euſebiæ conſilium alterum. bari minus omni cum licentia graſſarentur: Euſebia rationibus ijſdem vſa,
Conſtantio perſuadet, vt rerũ in ijs locis adminiſtrationem ei committeret.
Enimuero quæ ab eo tempore per omnem deinceps vitam Iulianus geſſit,
ab hiſtoriarum auctoribus, & a poëtis, prolixis deſcripta libris leguntur:
tametſi nullus eorum, qui hæc memoriæ prodiderunt, ipſorum facinorum
Iuliani ſcripta. dignitatem adtigerit. Poterit autem, qui volet, omnia comprehendere per-
legendis ipſiuſmet orationibus & epiſtulis, de quibus ab eo per vniuerſum
orbem terrarum geſta colligere licet. Sed quando par eſt, vt ordinem hiſ-
toriæ non interrumpamus: a nobis quoque ſingula ratione quadam com-
Res ab Iuliano geſtæ. pendiaria ſuis temporibus exponentur; ea præſertim, quæ ab alijs omiſſa
videntur. Quum ergo Conſtantius omnia Cæſari permiſiſſet agere, quæ-
cumque ſubiectis ei nationibus ex vſu futura putaret; in orientem conten-
dit, bellum contra Perſas geſturus. Iulianus autem totam apud Celtas rem
militarem maiori ex parte labefactatam & perditam inueniens, & barba-
ros liberum, arcente nemine, Rheni tranſmiſſum habentes, ac propemo-
dum ad vrbes vſque mari proximas graſſantes: reliquiarum exercitus vi-
res inſpiciebat, & animaduerſo, eorum quidem locorum homines etiam ad
barbarici nominis famam formidine percelli; ſibi vero datos a Conſtantio
milites, qui numero trecenti & ſexaginta dumtaxat erant, nihil aliud ſcire,
quemadmodum ipſe alicubi dicit, quam peccari: quotquot ſane poterat, or-
dinibus adſcribebat, ac multos etiam ſponte ſemet offerentes recipiebat.
Armorum quoque cura ſuſcepta, vetera quadam in vrbe condita reperit,
Iuliani ad Argentoratum pugna nobilis. eaque conuenienti ſtudio refecta militantibus diſtribuit. Quum autem
nuntiaſſent exploratores, propter vrbem Argentoratum, quæ ad Rheni ri-
pam ſita eſt, infinitam barbarorum multitudinem tranſieciſſe: ſimul atque
rem cognouiſſet, cum copijs opere tumultuario collectis progreſſus eſt, &
conſerta cum hoſte pugna, tropæum longe ampliſſimum ſtatuit, ſexaginta
millibus hominum in ipſo proelio deletis, & alijs totidem in Rhenum præ-
cipitatis, atque in flumine extinctis. ideoque ſi quis iſtam victoriam cum A-
lexandri aduerſus Darium pugna conferre velit; hanc illa non inferiorem
fuiſſe reperiet. Et quidem factum quoddam Cæſaris, quod poſt victoriam
Iulianus deſertores quo pacto punierit. accidit, ſilentio præteriri non conuenit. Habebat alam Cæſar ſexcentorum
equitum, plurimum bellicis rebus exercitatorum. Quod horum tam ro-
bore, quam experientia niteretur; non exigua ſpei pars in eis poſita pericli-
tabatur. Quum autem ventum ad manus eſſet, omnes alacritatem ſuam pro
viribus declarantes, hoſtes adgrediebantur: quibus ab exercitu Romano
longe ſuperatis, hi dumtaxat in fugam acti, tam foede deſerebant ordines;
vt quũ eos ipſe Cæſar cum paucis adequitans, & reuocaret, & vt in ſocieta-
tem victoriæ venirent, hortaretur; tamen ne ſic quidem proelij participes eſ-
ſe vellent. Itaque non immerito Cæſar indignatus, quod quantum in ipſis
fuiſſet, ciues ſuos barbaris prodidiſſent: legibus ille quidem conſtitutam
pœnam eis non irrogauit, ſed amictos veſte muliebri per caſtra duxit di-
ſtrahendos; ratus militibus, qui viri eſſent, huiuſmodi pœnam & ſuppli-
cium morte grauius futurum. quod quidem & ipſi, & militibus commo-
de ceſſit. Nam ſecundo contra Germanos bello, ſuis in animis eam igno-
miniam retinentes, qua adfecti fuiſſent; ſoli prope, ſupra ceteros omnes,

rem

rem præclariſſime fortiſſimeque geſſerunt. Cęſar his confectis rebus, per o-
tium collectis militum copijs ad bellũ contra nationes Germanicas vniuer- *Iulianus in Germanos vniuerſos bellum mouet.*
ſas gerendum ſeſe parabat. Barbaris autem cum multitudine maxima occur
rentibus, Cęſar eorum aduentu nõ exſpectato, Rhenum ipſe tranſmiſit: prę-
ſtare ratus, vt nõ Romano in ſolo, ſed barbarico bellum gereretur; ne rurſus
vrbes aduentu barbarorum grauarentur. Acerrimo prœlio commiſſo, quũ *Altera Iuliani victoria.*
barbarorum innumerabilis in eo multitudo cecidiſſet; Cæſar fugientes ad
Hercynias vſque ſiluas perſequutus, ingenti hoſtium edita cæde, filioq; du- *Hercyniæ ſyluæ.*
cis barbarorum Badomario capto, pęanas ob victoriam canentem exercitũ, *Badomarius captus.*
& imperatoria facinora Cæſaris celebrantem, ad ſua reduxit. Ac Badomari-
um quidem Iulianus ad Cõſtantium miſit, eius fortunæ victoriam acceptam
ferens. Barbari vero extremum ad periculum redacti, iamque de liberis & v- *Germani pacem poſcunt.*
xoribus ſuis ſolliciti, ne forte Cæſar ad illa loca progreſſus, quibus in locis i-
pſi degebant, totam gentem funditus vaſtaret; legatos de pace colloquutu-
ros, qua conſtituta, nullum aduerſus Romanos vnquam bellum geſturi eſ-
ſent, mittunt. Cæſar haud aliter ſe cum eis de pace dixit acturum, quam ſi ca
ptiuos omnes, quotquot ex occupatis opidis ſuperioribus annis abduxerãt,
recuperaſſet. Illis hoc quoque ſe facturos policitis, & omnes reddituros,
qui adhuc ſuperſtites forent: Cæſar, vt efficeret, ne quiſquam captiuorum ſe *Iuliani aſtus.*
ignorante apud barbaros maneret, huiuſmodi quiddam molitur. Arceſſitis
ad ſe omnibus, qui ſingulis ex opidis atque vicis fuga euaſerant, ab eis exige
bat, vt nominatim dicerent, quoſnam ſinguli ex vrbibus atque vicis barba-
ri captiuos abduxiſſent. Quum quiſque vel ex coniunctione ſanguinis, vel
ex vicinia, vel amicitia, vel alio quodam caſu ſibi cognitos nominatim edi-
xiſſet: iuſſit, vt notarij principis omnes deſcriberent. quo facto, legatis hoc
conſilium ignorantibus, vt transiecto Rheno cum captiuis reuerterentur,
imperauit. Illi quum non multo poſt, quod imperatum fuerat, compleſſent:
omnesque ſe captiuos habere dixiſſent: ſublime quoddam in ſolium con-
ſedit Cæſar, & conſtitutis poſt id tribunal notarijs; a barbaris, vti conuene-
rat, adeſſe captiuos iuſſit. Illis ſingillatim ingrediuntibus, & nomina ſua ſi-
gnificantibus; notarij, qui propter Cæſarem ſtabant, ex libellis ſuis eorum
nomina quærebant, & collatis inter ſe tum ijs, quos antea conſignauerant,
tum Cæſari repræſentatis; ac depræhenſo, longe plures eſſe, qui ſus a mu-
nicipibus & vicanis nominatim indicati fuerant: accedentes a tergo, de hoc
ipſo Cæſarem certiorem reddebant. Cæſare vero barbarorum legatis bel-
lum comminato, qui captiuos omnes non reddidiſſent; eorumque nomi-
na, qui quolibet ex opido vicoque deeſſent, ſuggerentibus notarijs, prolo-
quuto: rati barbari diuino quodam nutu vel abditiſſima & ignota quæque
Cæſari ſignificari, omnes quoſcumque viuos reperiſſent, tradituros ſe po-
litici; patrium eo nomine iuſiurandum præſtiterunt. quo peracto, tantaque *Captiuos Iulianus recuperat.*
captiuorum multitudine reddita, quantam erat veriſimile de quadragin-
ta per vim captis vrbibus fuiſſe coactam: Cæſar, quid ageret, ambigebat;
qui & opida funditus deleta cerneret, & terram non exiguo tempore re-
lictam prorſus incultam, & a barbaris recuperatos egentes annonæ non e-
xiguæ; quæ vicinis ab vrbibus ſuppeditari propterea non poterat, quod
quum & ipſæ barbarorum graſſationis expertes non fuiſſent, annonæ ſa-
tis magnam copiam non haberent. Itaque quum ignoraret, quo pacto ſe
præſente rerum ſtatu gereret; tale quiddam machinatur. Ad extremos Ger-
maniæ limites, vbi Gallicæ cuiuſdam nationis ſedes ſunt, Rhenus in Ath-
lanticum mare ſemet exonerat. Ab eo littore nongentis inſula Britannica
ſtadijs diſtat. Itaque collectis lignis ex ijs ſiluis, quæ ſiluæ flumini adiacent,
octingentas naues lembis maiores ſtruxit. His in Britanniã miſsis, frumentũ

adferri curauit; efficiens, vt fluuialibus nauigijs aduerſo Rheno ſubueheretur, quo ſæpius iterato, quod nauigatio breuis eſſet, abunde præbuit ijs, quos opidis ſuis reſtituerat, vnde partim victitarent, partim ſementē facerēt, partim ad meſſem vſq; commeatum haberent. Atq; has res geſſit, quum pro-

Aetas Iuliani. pe necdum vigeſimum & quintum ætatis annum adtigiſſet. Quumque milites animis in eum beneuolis eſſent, propter frugalitatem in victu, & in hoſtes animi magnitudinem, & captandis lucris continentiam; propter virtutes denique ceteras, quibus omnes, prope dixerim, ſui ſaeculi homines ſupe-

Inuidet Iuliano Conſtantius. rabat: tactus inuidia Conſtantius ob res a Iuliano præclare geſtas, ratusque ſagacitatem Salluſtij, qui vnus ex adtributis ei cōſiliarijs erat, tantam illi bellicis in rebus, & adminiſtratione reliqua, gloriam conciliare; hunc ipſum arceſsit, velut orientalib. eum prouincijs præfecturus. Eum vbi Iulianus promte dimiſiſſet, qui omnibus in rebus Conſtantio parare decreuiſſet; commiſſa Cęſari cottidie, prope dixerim, non exiguum quoddam incrementum ſumebant, dum numero milites, & bellicis exercitationibus ampliores euaderēt; opidaque pace pariter, ac bonis e pace prouenientibus, fruerentur. Omnes iam fere barbari eorum locorum ſpem omnem abiecerant, tantumque non ad internicionem perituros exiſtimabant illos, qui reliqui adhuc eſſent: quū

Saxonum inter Germanos exiſtimatio præcipua. Saxones, omnium eas regiones incolentium barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in proelijs tolerantia, fortiſſimi habiti; Quados, nationis ſuę partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Franciseos tranſitu prohibentib. qui metuerent, ne iuſtam Cæſari cauſſam præberent, ſe rurſus inuadendi: nauibus ædificatis, Rheno prætervecti pa-

Saxones eiectũ Salijs Bataviam occupant. rentem Francorum imperio regionem, in Romani iuris ſolum contenderūt, & adpulſis ad Batauiam nauibus, quam diuiſus Rhenus inſulam efficit, quauis inſula fluminea maiorem, Saliorum nationem, profectam a Francis, & vi Saxonum in hanc inſulam ſuis ſedibus expulſam, eiecerunt. Hæc inſula prius Romanis in vniuerſum parens, a Salijs hoc tempore poſſidebatur. Cæſar ea re cognita, Quados ille quidē adgrediebatur; ſed iuſſo prius exercitu cū Quadis acriter dimicare, Saliorum neminē occidere, vel prohibere, quo minus in Romanorum fines tranſirent; quod non vt hoſtes Romanam regionem peterent, ſed per vim & coactionem a Quadis pellerentur. Hac animaduerſa Cæſaris humanitate Salij, partim ex inſula cum rege ſuo Romanū in ſolum tranſijciebant, partim arrepta fuga montes petebant; omnes Cæſari ſupplices facti, ſponte ſua ſe cum rebus ſuis eius fidei permittebant. Cęſar non iam ad bellum gerendum promtos & audentes amplius barbaros videns, ſed clandeſtinis incurſionibus & latrocinijs intentos, haud leuibus hoc pacto malis ac detrimētis regionem adficere: quid ageret dubius, hanc artem barbarorum prudenti ſtrategemate viciſsim vltus eſt. Erat quidam vaſto ſupra ceteros omnes corpore, cui quidem corporis magnitudini fortitu-

Chariettonis honeſta latrocinia. do viri reſpondebat. Huic natione barbaro, ceterisque cum barbaris latrocinijs adſueto, viſum eſt relictis ſedibus ſuis ad ſubiectos Romanis Celtas ſeſe conferre. Commoratus ad aliquod tempus Treuiris, quæ vrbs tranſalpinarum gentium maxima eſt, quum tranſrhenanos barbaros videret vrbes in aduerſa Rheni ripa ſitas incurſionibus vexare, omniumque fortunas nullo prohibente depopulari; quod ſane tum temporis accidit, quum necdum Iulianus Cæſaris poteſtatem nanctus eſſet: defendere quidem opida cogitabat, ſed quod nullam eius rei licentiam haberet, cui nulla lex vt id faceret, permiſiſſet; initio ſolus in denſiſſimas ſiluas abditus, barbarorum incurſus operiebatur, eosque noctu adgreſſus, vbi temulentia & ſommo iam conſopiti iacerent, capita quotquot poterat, barbaris abſcindebat; & in vrbem adlata, ciuibus oſtendebat. Id inſtitutum continuans, metum & cuncta-

tionem

tionem barbaris non exiguam inijciebat, ignorantibus quidem illis, quo pacto res fieret: ſed malum ipſum ex eo depræhendentibus, quod in ſingulos prope dies eorum copiæ deminuerentur. Quum autem & alij latrones cum eo ſe coniunxiſſent, & ſingillatim collecti, quamdam ad multitudinem excreuiſſent: tum vero Charietto (nam hoc nomen erat ei, qui primus inſidias haſce contra barbaros excogitauerat) adito Cæſare, rem ei non multis antea cognitam aperit. Cæſar, cui facile non eſſet, cum exercitu nocturnas & clandeſtinas barbarorum incurſiones coërcere: (nam exiguo numero, multiſque locis diſperſi, latrocinabantur: & vbi dies illuxiſſet, neminem omnino videre erat, quod in ſaltus agris vicinos ſemet abderent, ex ijs victitantes, quæ populationibus illis adquirerent:) perpenſo ſecum, quam difficulter hoſtes domiturus eſſet, ad eam neceſſitatem redactus eſt, vt non exercitu tantum, ſed etiam latronum globo quodam latrones perſequeretur. Itaque recepto Chariettone cum ſuis, & compluribus Saliorum eis adiunctis; noctu, velut exercitos latrocinijs, in latrocinantes Quados emittebat: interdiu ſub dio diſpoſitas militum ſtationes habebat, & omnes, qui latronum manus euadere potuerant, trucidabat. Id facere non deſinebat, donec Quadi maximas ad anguſtias redacti, deque multis pauci facti, cum duce ſuo Cæſari ſe dederent; qui magnam captiuorum multitudinem ſuperioribus irruptionibus adeptus fuerat, & inter alios ipſum regis filium, a Chariettone captum. Quũ miſerabilem in modũ ſupplices factos, obſides dare iuberet homines quoſdam claros, & in his ipſum regis filium: dux barbarorum lamentatione maxime miſerabili ſublata, cũ lacrumis deierabat, inter alios & filiũ ſibi periſſe. Quamobrem Cæſar lacrumas paternas miſeratus, filiũ ei commõſtrat, qui delicate alebatur; ſimulq; ſignificato, ſe illũ obſidis habere loco; præterea cum de numero nobilium alijs quoq; obſidibus acceptis, pacẽ ea condicione largitus eſt, ne contra Romanos vnquã perduelles fierẽt. Cęſar his rebus ita conſtitutis, & Salios, & Quadorũ partem, & quoſdã incolentes inſulã Bataniã legionibus adſcripſit: quorum ordines noſtro quoq; tẽpore ſuperſtites eſſe videntur. Per eadẽ tempora Conſtantius imperator in oriente degebat, de ſolis rebus Perſicis ſollicitus, eorũq; locorũ bellis conſtanter inuigilans. Nã & tranſalpinæ gentes ſatis belle habebãt, quæ prouidentia Cæſaris adminiſtrarẽtur: & Italię toti cũ Illyrijs nihil erat omnino periculi propterea, quod trans Iſtrũ habitantes barbari, verentes, ne per Galliã profectus Cęſar, Iſtrum tranſijceret, & ipſos adoriretur; modeſte ſe gererent. Dum hic rerum Conſtantij ſtatus eſſet, Perſæ, quibus rex Sapores erat, Meſopotamiam infeſtis graſſationibus vexabant, & in ditionem redactis omnibus ad Niſibim ſitis, vrbem ipſam totis viribus obſidebant. Sed quum dux Lucillianus obſidioni ſuſtinendæ idoneus, partim oblatis forte fortuna occaſionibus, partim ſtrategematis recte fuiſſet vſus: vrbs imminentibus malis eſt erepta, licet ad extremum periculum deueniſſet. Id autem quo modo factum ſit, a me commemorari, ſuperuacaneum fore duxi: quum ipſe Cæſar omnia tum temporis geſta peculiari ſcripto quodam expoſuerit; quibus in manus ſumtis, eius viri ſummam in dicendo vim perſpicere licet. Ceterum vbi iam in tranquillo res orientis eſſe viderentur, & præclara facta Cæſaris in omnium ore verſarentur; graui quadam inuidia Conſtantius vrgebatur. Ideoque propter rerum omnium proſperos apud Celtas & Hiſpanos ſucceſſus, quoſdam animi morſus ſentiens, occaſiones captabat: quibus occaſionibus paullatim, & improbe Cęſaris vires imminuere poſſet, & ipſum hoc modo dignitate Cæſaris abdicare. Quapropter ad eum mittit, & ad ſe legiones duas Celticorum militum ablegari mandat; vti quorum ipſe auxilijs indigeret. Huic mandato quum ſtatim Iulianus ſatiſ-

Chariettonis opera Iulianus vtitur.

Quadorum deditio.

Salij, Quadi, Bataui Romanis legionibus adſcripti.

Bataniam

Bellum Perſicũ.

Lucillianus Niſibim contra Perſas tuetur.

Inſidias Conſtantius Iuliano ſtruit.

feciſſet, partim quod inſtitutum ipſius ignoraſſet; partim ne quam occaſio-
nem ei ſuccenſendi præberet: nihilo minus res Celticas omni cura diligen-
tiaque tractabat, militaribus copijs in dies augeſcentibus, & habitantibus
ad extremos limites barbaris perterrefactis, deque bello inferendo ne per
ſomnium quidem cogitātibus. Conſtantius autem & alios militum ordines
a Cæſare ſibi mitti poſtulabat. quo impetrato, non multo poſt alias quatuor
turmas ad ſe tranſmitti iubebat. Statim militibus ſignificabat Cæſar, ad pro-
Inſidiæ Conſtan tij deprahendun tur. fectionem ſe compararent. Ibi quum Iuliano Pareſij commorante, quod o-
pidulū eſt Germaniæ, milites ad iter inſtructi, propter eius loci palatiū mul-
tam in noctem cenarent, nihil eorum conſiliorum omnino ſecum expendē-
tes, quæ aduerſus Cæſarem inirentur: quidam ductores ordinum, qui reapſe
verum comperiſſent id, quod iam olim in eum cuderetur; libellos quoſdam
ab incertis profectos auctoribus inter milites clanculum hinc inde reijciūt,
ijsque futurum ſignificant, vt Cæſar, qui ſtrategematis ſuis efficeret, vt om-
nes propemodum tropæa de barbaris ſtatuerent, & qui nihil a priuato mili-
te, quoties dimicandum eſſet, differret; extremum in periculum conijciatur,
imperatore paullatim copias eius ſuffurante; niſi omnes concurſu facto mili
tum profectionem impedirent. Hos ita ſparſos libellos quum militum pleri
que legiſſent, & de re tota, quæ tractaretur, ad multitudinem retuliſſent: ad
iram omnes concitati, magno cum tumultu de loco ſurrexerunt, & calices
adhuc manibus tenentes ad palatium contenderunt, perruptisque nullo or
dine foribus Cęſarem publice producunt, & ſublimem in ſcutum quoddam
Iulianus a ſuis imperator factus elatum, imperatorem auguſtum appellant, & vi diadema capiti eius impo-
nunt. At Cæſar ægre, quod accidiſſet, ferens; reuocari tamen quod actum fu
erat, tuto non poſſe ratus; quando Conſtantius nec ſacramentis vllis, nec pa
ctis cōuentis ſtaret, aut vllam aliam fidei religionem, inter homines ſacram,
Iulianus Cōſtan tio ſatiſfacere cu pit. ſeruaret: nihilominus animum eius tentandum putabat. ideoque miſſis lega
tis, præter voluntatem & ſententiam animi ſui factam eſſe renuntiationem
aiebat. qua in re ſi fides a Cōſtantio ſibi haberetur, pararum ſe dicebat eſſe,
Inſolentia Con- ſtantij. vt diademate poſito, Cæſaris dignitatem retineret. Sed Conſtantius tantam
ad iracundiam & adrogantiam prouectus eſt, vt ad legatos diceret; debere
Iulianum, vita contentum, vna cum imperio Cæſaris etiam habitum ponere,
priuatæque vitæ reſtitutum, imperatoris ſe voluntati permittere. Nec enim
vel graue quidquam perpeſſurum, vel ijs dignum, quæ tentare fuiſſet auſus.
Iulianus a Chri- ſtianis deficit. Quum hæc Iulianus ex legatis audiſſet, palam animi ſui de religione cultu-
que diuino ſententiam oſtendit; aperte proloquutus, audientibus vniuerſis:
potius ſe Dijs, quam Conſtantij verbis, ſeque vitamque ſuam permiſſurum.
Hinc omnibus infeſtus Conſtantij erga Iulianum animus paruit. Et Conſtan
tius quidēm ad ciuile bellum ſe comparabat. Iuliani vero mentem propter
ea, quæ acciderāt, hoc potiſſimum cruciabat: quod bellum cum eo geſturus,
qui Cæſaris ei poteſtatem conceſſerat, apud multos opinionem hominis in-
grati de ſe concitaturus eſſet. Dum hæc ſecum expendit, & animum hinc in-
de torquet, ac vehementer in ſuſcipiendo ciuili bello cunctatur: numen ei
Iuliani ſomniū. per ſomnium, quid futurum eſſet, oſtendit. Nam dum Viennæ commoratur,
ſol ei per quietem monſtrare ſidera viſus eſt, & hoſce verſus pronuntiare:

Parte feret Iouis extrema profuſor vt vnda
Sidus, & a Saturno pars vigeſima quinta
Virginis vt iam tacta, Aſia Conſtantius omnis
Vitam morte grauis mox finiet induperator.

Belli ciuilis ini- tia. Hoc ſomnio fretus, pro more ſuo publicas res diligenter procurabat. Et quo
niam adhuc hiems erat, rebus ad barbaros pertinentibus ita proſpiciebat,
vti par erat: adeo quidem, vt ſi res aliæ ſuſcipiendæ forent, prorſus eſſent in

tuto

tuto Celticæ prouinciæ. Simul hærente per orientem Conſtantio, conatum vt eius anteuerteret, ſeſe parabat. Adulta iam æſtate, compoſitis barbarorum trans Rhenum negotijs, quum partim eos bello coëgiſſet, vt modeſte ſe gererent; partim experientia præteritorum perſuaſiſſet, vt pacem, quam bellum, amplecti mallent: velut ad profectionem longinquam omnem exercitum inſtruebat. Quumque ciuiles & militares duces opidis atque limitibus præfeciſſet, verſus Alpes cum copijs ibat. Ad Rhaetos vbi veniſſet, vnde fluuius Iſter ortus, Noricos & vniuerſam Pannoniam permeat, itidemque Dacas, & Myſos Thracenſes, & Scythas; eoque pacto ſemet in Euxinum pontum exonerat: nauigijs fluuialibus ædificatis, ipſe cum tribus millibus Iſtro ſecundo deuectus eſt, viginti millia Sirmium itinere terreſtri petere iuſſit. Et quia remigatio continua, cum ipſo fluminis impetu, coniungebatur; ijs etiam ventis adiuuantibus, quos Eteſias, velut anniuerſarios, vocant: vndecimo die Sirmium venit. Quumque ſparſus eſſet rumor, imperatorem aduentare; omnes propemodum arbitrabantur eſſe Conſtantium, qui veniſſet. Sed vbi Iulianum excepiſſent, præ admiratione cuncti ſtupebant, portento rem ſimilem exiſtimantes. Non multo poſt, quum & exercitus ille, qui ex Celtis ſubſequebatur, præſto eſſet: ad Senatum populi Romani, & Italicos exercitus litteras dedit, quibus in litteris perſcriptum erat; vrbes ſibi tutas & defenſas conſeruarent, vt qui iam nanctus eſſet imperium. Heic quum Taurus & Florentius, eius anni conſules, qui a Conſtantij partibus erant, ſimul atque cognouiſſent, Iulianum Alpes tranſgreſſum, in Pannoniam perueniſſe, fuga ſeſe ex vrbe ſubduxiſſent: Conſules fugitiuos in perſcribendis publicis inſtrumentis eos appellari iuſſit. Erga quaſuis autem vrbes, quas iam percurrerat, comiter ſeſe gerebat, & omnibus ſpem de ſe bonam præbebat. Scripſit & Athenienſibus, & Lacedæmonijs, & Corinthijs; aduentus ſui cauſſa oſtendens. Sirmij quum eſſet, ex omni prope Græcia legati ad eum mittebantur; quibus vbi reſpondiſſet, quæ par erat, eaq; fuiſſet largitus, quæ iuſta viderentur: cum Celticis, & alijs præterea copijs, quas de præſidiarijs ordinibus Sirmij, Pannoniorum, Myſorumque collegit, vlterius caſtra mouit. Vbi Naiſſum adrigiſſet, ibidem cum hauriſpicibus, quid agendum eſſet, diſpiciebat. Significantibus extis, vt iſtic aliquamdiu ſubſiſteret, parebat: obſeruans ſimul indicatum ſomnio tempus. quod vbi cum ſiderum motibus concurrere videretur, adhuc apud Naiſſum hærenti multitudo quædam equitum Conſtantinopoli veniens nuntiabat; Conſtantium eſſe mortuum, & Iulianum exercitus ad ſummam rerum depoſcere. Quapropter accepto, quod a numine donaretur; iter inceptum proſequebatur. Vbi Byzantium veniſſet, omnes eum fauſtis acclamationibus excipiebant, ciuem & alumnum appellantes, velut ea in vrbe natum & educatum; & ceteroqui venerantes, quaſi futurum mortalibus maximorum bonorum auctorem. Heic & vrbis, & exercituum cura ſuſcepta; poteſtatem vrbi fecit habendi Senatus, vt in vrbe Roma. Simul portum ei maximum ſtruxit, qui naues ab auſtro periclitantes ab iniurijs defenderet; vna cum porticu, quæ ſigma litteram potius, quam directam formam refert, & ad portum deducit. Itidem ædificata in regia porticu bibliotheca, & in ea repoſitis libris, quotquot habebat: ad gerendum Perſicum bellum ſeſe parabat. Vbi decem totos menſes Byzantij commoratus eſſet, Hormiſdam & Victorem duces conſtituit, eiſque cohortium præfectis & exercitibus traditis, Antiochiam profectus eſt. Quanta quidem cum tranquillitate ac religione totum hoc iter confecerint milites, non eſt neceſſe dicere. Nec enim conſentaneum erat, eos abſurdi & indecori quidquam admittere, qui ſub imperatore

Rhaeti.
Iſter fluuius.
Norici.
Pannonia.
Dacæ.
Myſi.
Scythæ.

Taurus & Florentius, conſſ. fugitiui.

Iulianus Conſtantinopolim ingreditur.

Iulianus Byzantium priuilegijs & rebus alijs auget.

Adparatus belli Perſici.

Diſciplinæ militaris cura.

Iuliano militarent. Antiochiam ingreſſum perbenigne populus excepit. ſed quod idem natura ſpectandorum ludorum cupidus eſſet, magisque voluptatibus, quam ſerijs negotijs deditus: non abs re prudentiam & modeſtiam imperatoris in rebus omnibus ægre ferebat, qui & de theatris ſe ſubduceret, &

Antiocheni Iulianum inceſſunt, & ab eo viciſſim exagitantur.

raro ludos, nec toto die ſpectaret. Itaq; portentoſis quibuſdam vocibus iactatis, eum pungebant. Imperator ſemet vlciſci, non facto poena eis vlla irrogata; ſed oratione quadam vrbaniſſima tam in ipſos, quam vrbem compoſita: quæ tantam in ſe cum irriſione continet acerbitatem, vt vbique terrarum didendis Antiochenorum probris ſuffecerit. Sed hos quidem delictorum ſuorum paenituit. Imperator autem vrbe ſubleuata, vbi quidem hoc poſce-

Antiochenis a Iuliano data priuilegia.

ret æquitas, eique magno decurionum conceſſo numero, qui paterna ſucceſſione munus hoc conſequerentur, admiſſis & illis, quotquot ex decurionum filiabus nati eſſent, quod ſane perpaucis municipijs datum ſcimus: alijs denique multis præclare iuſteque conſtitutis, ad bellum Perſicum ſe metaccingebat. Hieme iam exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmiſſo,

Cauſſam eccleſiaſtici ſcriptores exponunt. vt Socrates lib. 3. cap. 18.

egreſſus eſt Antiochiam, quum ne perlitare quidem potuiſſet. Id autem quo pacto acciderit, quamuis cognitum habeam; ſilentio præterire malo. Quum die quinto perueniſſet Hierapolim, vbi cunctas naues tam militares, quam onerarias conuenire iuſſerat Samoſatis, & alijs ex locis, quæ in Euphrate fluuio nauigatione vtuntur: eis præfectum Hierium quemdam, ordinum militarium ducem, præmiſit: ipſe tres dumtaxat Hierapoli dies commoratus, Batnas verſus, opidulum quoddam Oſdroënæ, progreſſus eſt. vbi populus Edeſſenorum vniuerſus ei factus obuiam, & coronam offerebat, & fauſtis acclamationib. in vrbem ſuam inuitabat. Imperator accepto dono, ciuitatem ingreſſus, & decretis ei, quæ par erat; Carras perrexit. Hinc iam duobus propoſitis itineribus, quorum alterum per flumen Tigrim, & vrbem Niſibim, Adiabenicas ad ſatrapias ducit: alterum per Euphratem, & Circeſium; (ca-

Abora.

ſtelli hoc nomen eſt, quod Abora fluuius, & Euphrates ipſe circumfluit, Aſſyriorum finibus contiguum) & imperatore deliberante, quonam horum itinerum ad tranſiectionem vtendum eſſet: Perſarum irruptio nunciata fuit, qui per loca ditionis Romanæ graſſari perhiberentur. Ea res fecit, vt perturbatio quædam in caſtris exoriretur. Sed imperator cognito, latrones hos potius eſſe, qui raptis rebus obuijs, abſceſſiſſent: ſatis magnum præſidium ſitis ad Tigrim flumen agris relinquendum ſtatuit, ne copijs vniuerſis ſecum per alterum illud iter Perſicum territorium ingreſſis, clanculum Perſæ Niſibim,

Iuliani expeditio cõtra Perſas.

& loca Niſibi vicina, præſidijs & ope deſtituta, diuexarent. Itaque placuit, vt decies & octies mille grauis armaturæ milites ibi relinqueret, quorum duces Sebaſtianus & Procopius eſſent: ipſe cum vniuerſis copijs iter per Euphratem faceret, exercitu duas in partes diuiſo; vt ab omni parte conſpectis hoſtibus reſiſti poſſet, ne per ſummam illi licentiam quæuis obuia depopularentur. His apud Carras conſtitutis, quod opidum Romanos & Aſſyrios diſterminat, exercitum de ſublimiore quodam loco ſpectare voluit, & tam pe-

Iuliani copiarũ numerus.

deſtres legionum, quam equitum copias laudibus proſequi. Erat autem numerus omnium, ſexaginta quinque hominum millia. Carris profectus, percurſus caſtellis interiectis ad Callinicum vſque, ac delatus inde Circeſium,

Abora

de quo ſupra dictum eſt. Asbora flumine tranſiecto, per Euphratem naui cõſcenſa vehebatur. Sequebantur & milites, qui annonas ſecum portauerant; in naues conſcendentibus ijs, quibus hoc iniunctum erat. Iam enim claſſis ad imperatorem venerat, qua in claſſe numerus erat nauium ſexcentarum,

Nauigia.

quæ de lignis factæ fuerant; de corio, quingentarum. præter has aderant & quinquaginta naues militares, & aliæ latiores comitabantur; quibus, ſi vſus ita poſceret, iungendi pontes eſſent, per quos itinere pedeſtri fluuios exerci

tus

tus tranſmitteret. Sequebantur & alia complura nauigia, quæ partim annonam exercitui vehebant, partim ligna fabricandis machinis idonea, partim iam fabricata tormenta obſidionalia. Nauarchi facti ſunt Lucianus & Conſtantius.

Nauarchi.

Talis quum eſſet exercitus ordo, de ſuggeſtu quodam imperator ad vniuerſos ea, quæ dicenda forent, proloquutus: & militibus cōgiario, centum & triginta nummorum argenteorum viritim dato: Perſicum ſolum adgreſſus eſt, pedeſtribus copijs Victore duce præfecto, equeſtribus Hormiſda, cui Arinthæum adiunxit.

Iuliani ad milites concio.

Duces copiarum.

De Hormiſda prius etiam diximus, fuiſſe natione Perſam, & filium regis: qui a fratre læſus aufugerit, & ad Conſtantinum imperatorem peruenerit: editisque fidei ac beneuolentiæ documentis, honores & magiſtratus ampliſſimos promouerit. Igitur vbi Perſarum fines inuaſiſſet imperator, ad læuam equitatus erat, qui fluminis in litore pergebat: pars autem peditatus ad dextram comitabatur: reliquum agmine maximo continebatur, quod ſeptuaginta ſtadijs aberat. Hoc interiectum ſpatium complectebatur partim iumenta ſarcinas geſtantia, quæ grauiora ſcilicet arma cum apparatu reliquo ferebant: partim quidquid calonum erat, vt & illi tuto loco forent, vndique ab exercitu concluſi. Sic vlterius progrediendum ratus, mille quingentos præmittendos ſtatuit, Lucilliano duce, qui explorarent, an hoſtile quoddam agmen vel palam, vel per inſidias irrueret. Sexaginta progreſſus ſtadijs, quemdam ad locum venit, cui Zautha nomen. inde Dura, cuius vt vrbis quondam veſtigia quædam reſtabant, ſed id temporis deſertæ: vbi ſepulcrum imperatoris Gordiani oſtendebatur.

Zautha.

Dura.

Ibidem milites ingentem ceruorum multitudinem conſpicati, telis conficiebant, & ad ſatietatem carnibus eorum veſcebantur. Inde quatuor ſtationibus emenſis, quemdam ad vicum peruenit, Phathuſas dictum. Erat autem ex aduerſo inſula in flumine, quæ caſtellum habebat, a plurimis inhabitatum. Huc miſſo Lucilliano, cum exploratoribus mille, quibus præerat, caſtellum obſidione cingebat.

Phathuſæ.

Et quam quidem diu nox erat, obſeſſores a nemine depræhendebantur. Vbi vero dies illuxiſſet, a quodam ex degentibus in caſtello, qui aquationis cauſſa prodierat, conſpecti, magnopere perturbarunt eos, qui erant in caſtello. Hi quum omnes in murum conſcendiſſent, imperator in inſulam cum tormentis & ceteris copijs tranſportatus, denuntiabat caſtello clauſis, futurum, vt ſi ſeipſos cum caſtello dediſſent, manifeſto & certo interitu liberarentur. Quo quidem ab eis facto, viros cum liberis & vxoribus in ditionem Romanam cum præſidio militari miſit; ducem vero ipſorum Puſæum tribunatus officio donatum, deinceps inter familiares, fidelem expertus, habuit.

Puſæus.

Secundum hæc confecto quodam itinere, peruentum eſt ad aliam fluminis inſulam, qua in inſula munitiſſimum caſtellum erat: quod imperator adortus, quum ab omni parte reperiſſet inexpugnabile, deditionem vt facerent, poſtulabat, neue periculum expugnationis exſpectarent. Illis policitis, id ſe facturos, quod & alios facere viderent, ad vlteriora pergebat: & itidem alia quædam caſtella reliquit, ſimilibus promiſſis adquieſcens. Nam circa minuta nequaquam terendum tempus exiſtimabat, ſed ipſum belli caput petendum. Stationibus nonnullis emenſis, Darica venit, opidum nauigantibus Euphratem ad dextram ſitum: quod vbi deſertum ab incolis reperiſſent milites, tum vim frumenti magnam in eo repoſitam deripiebant, tum rerum aliarum copiam non exiguam; & relictis ibi mulieribus trucidatis, vſque adeo diruebant vrbem, vt locum intuentes exiſtimarent, nullum iſtic opidum vmquam exſtitiſſe.

Darica.

In aduerſa ripa, qua iter faciebat exercitus, fons quidam erat, bitumine ſcatens. Hinc Sitha perueniens, inde Megiam, poſt ad opidum Zaragardiam acceſſit, in

Fons bituminis.

Sitha.

Megia.

Zaragardia.

Traiani tribunal. quo ſublime tribunal erat, ex lapide factum, quod incolæ Traiani voca-
re conſueuerunt. Eo milites opido direpto & exuſto, diem illum cum
poſtero corporum refectioni dederunt. Imperator autem miratus, quod
quum tantum itineris iam confeciſſet exercitus, nullus adhuc nec ex inſi-
dijs, nec aperte globus hoſtilis occurriſſet: Hormiſdam cum copijs ſpe-
culatum emittit, veluti rerum Perſicarum accuratiſſime gnarum. Is pa-
rum abfuit, quin extremum cum ijs, quos ſecum habebat, periculum inci-
Surenas, magiſtratus Perſicus. derer; ni caſus quidam eos inopinato ſeruaſſet. Nam Surenas (magiſtra-
tus hoc apud Perſas nomen eſt) inſidijs quodam loco poſitis, Hormiſdam
cum militibus ſuis operiebatur; & prætereuntes, ac nihil eiuſmodi exſpe-
ctantes adgredi cogitabat. Et quidem res eis ex voto ceſſiſſet, niſi qui-
dam interiectus vtriſque alueus ex Euphrate præter morem excreuiſſet,
& impedimento militibus Hormiſdæ fuiſſet, quo minus tranſijcerent.
Propterea tranſmiſſu dilato, poſtridie conſpectum Surenam, & eos quos
ille participes inſidiarum habebat, conuerſis agminibus adorti ſunt: eiſ-
que partim interfectis, partim terga dare coactis, cum exercitu reliquo ſe
coniunxerunt. Progreſſi vlterius, ad quemdam ex Euphrate deriuatum
alueum peruenerunt, qui pertinet in longitudinem ad Aſſyriam vſque, ſi-
mulque ſe per totam ad Tigridem vſque regionem extendit. Heic mili-
tes in lutum quoddam tenax, & paluſtria loca delati, præſertimque viden-
tes hac difficultate potiſſimum equos adfligi; ſeque cum armis alueum,
tranſnare nullo modo poſſe, quod id fieri altitudo aquæ non permitte-
Periculum exercitus. ret; & per lutum, propter eius vliginem, tranſitus non pateret: ad extre-
mam quamdam inopiam conſilij redacti ſunt. Et periculum ea quoque
re maius erat, quod hoſtes in aduerſa ripa conſpicari liceret, telis & emiſ-
ſis per fundas ſaxis tranſiectionem impedituros. Quum nemo reperire poſ-
Expeditum Iuliani conſilium. ſet, quo pacto de periculis oblectis euaderent; imperator, qui tum ſagaci-
tate rebus in omnibus, tum experientia rei militaris præſtaret, ſtatuit mille
quingentis illis, qui ſub Lucilliano militabant, & explorabant itinera, ſi-
gnificandum eſſe; hoſtes a tergo adorirentur, & eorum impetum in ſe con-
uerterent; vt hoc modo exercitus alueum tranſmittere nemine prohiben-
te poſſet. Itaque Victorem ducem ſatis magnis cum copijs ad hoc ablegat.
Is obſeruata nocte, ne conſpiceretur a Perſis ipſius ab exercitu diſceſſio, tan-
tumque ſpatij progreſſus, quantum ad id ſatis eſſet, vt hoſtes ne quidem in-
terdiu, quid ageretur, animaduerterent: alueo tranſiecto, Lucilliani militem
quærebat. Itinere aliquanto longius facto, quum hoſtem omnino neminem
depræhenderet: clamoribus & tubarum ſonis populares ſuos vocabat, & ad
ſe vti propius accederent, ſignificabat. quos ex animi ſententia ſibi datos
obuiam nanctus, quum Lucillianus quid accidiſſet, coniecturis fuiſſet ad-
ſequutus; iunctis cum Victore copijs, hoſtes a tergo præter opinionem om-
nium adoritur. Illi vero, qui & alias obruerentur imparati, vel contrucidabā-
tur; vel quacunq; liceret, aufugiebant. Imperator, cui feliciter hoc ſtratege-
ma ceſſerat, alueum nemine prohibente tranſmittebat: & equitatu nauigijs
obuijs, peditatu nauibus alijs, quas multis in partibus aluei reperit, tranſpor
Berſabora. tato nihil amplius hoſtile veritus, ad vrbem acceſſit, cui Berſabora nomen
erat: eiusque tum magnitudinem, tum ſitus opportunitatem ac munitio-
nem inſpexit. Nam duplici muro in orbem claudebatur, & arx medio e-
rat in opido, muro & ipſa munita, ſegméto circuli quodam modo ſimilis; ad
quam via quædam ab interiore ciuitatis muro ducebat, cuius haud facilis e-
rat adſcenſus. Ad occidentalem opidi partem, ac meridiem verſus, tortuo-
ſus & obliquus exitus erat. Pars ſeptemtriones ſpectans munita erat lato
quodam alueo fluminis, eo deducto: per quem & aquam ad vſum incola-
rum

rum deriuabant. Orientem verſus alta foſſa, & aggere lignis validis cancellato cingebatur; propter foſſam turres magnæ ſtabant, ad medium vſque a terra de coctilibus laterculis, bitumine conglutinatis; ſupra medium de ſimilibus laterculis & gypſo fabricatæ. Hanc vrbem quum expugnare decreuiſſet imperator, milites ad capeſſendum opus exhortabatur. Illis cum omni alacritate progreſſis, vt imperata facerent: vrbis incolæ petebant, vt ab imperatore in fidem reciperentur, modo mitti ad ſe poſtulantes Hormiſdam, de condicionibus pacis colloquuturum; modo probris & cõtumelijs eumdem inceſſentes, vt transfugam, & deſertorem, & proditorem patriæ. Quibus rebus imperator non immerito concitatus ad iram, vniuerſos operi intentos eſſe, atque oppugnationem alacriter vrgere iuſſit. Illis vti quiſque cõſtiterat, progreſſis; defenſores vrbis nequaquam ſe pares tuendis moenibus eſſe couſpicati, ad arcem vniuerſi ſe recipiebant, quo conſpecto, imperator milites in vrbem habitatoribus vacuam immiſit. Illi muris deiectis, & incenſis ædificijs, machinas in opidi parietinis conſtituere; telorumq; ac lapidum iactu eos petere, qui in arcem commigrauerãt. Sed quod propugnatores arcis lapidibus continuis ac telis oppugnantes repellerent, ingens vtrimque clades accepta eſt. Tunc igitur imperator, ſiue quadam ingenij ſollertia locorum ſitus habita ratione, ſiue magna rerum edoctus experiẽtia; tormentum quoddam tale conſtruxit. Tignis maximis inter ſe ferro colligatis, & per illa quadratæ turris effecta forma, eaq; moenib. arcis oppoſita, & paullatim ſublimitate creſcente tantam ad altitudinem excitata, vt altitudinem murorum æquaret: in eam turrim ſagittarios impoſuit, cum ijs, qui de machinis ſaxa telaq; conijcerent. Itaq; Perſæ, qui tunc & ab oppugnantibus, & a ſtantibus in machina vndiq; peterentur, aliquamdiu quidem illi reſiſtebant: ſed ad extremum deditione ſe tradituros arcem ſpondebant, ſi condiciones imperator moderatas obtuliſſet. Conuentum in hoc, vt quotquot intus erant Perſæ, ſinguli per medios milites Romanos tuto tranſirẽt, & certa pecunia veſteq; acceptâ, imperatori arcem traderent. Quo facto, virorum ad quinq; millia dimiſſi ſunt, exceptis illis, qui lõgis * nauigijs per alueum e flumine deriuatum euadere potuerant. Inter ceteros & dux eorum Momoſirus exibat. Arce in hunc modum capta, milites ea perquirentes, quæ eſſent in arce condita; infinitam frumenti copiam, & omnis generis arma, & machinas, & immenſam, vim ſupellectilis adparatusq; reliqui repererunt. Maior frumenti pars ad exercitus alimenta nauibus impoſita fuit, partem & ipſi milites, præter annonã publicam, quam habebant, inter ſe diuidebant. Arma, quæ Romanis ad bellum idonea viderentur, exercitui diſtributa ſunt; apta vero Perſico tãtum vſui, non Romanis militibus, partim igni tradita, partim in amnem conſecta demerſaq;. Hinc nõ exigua maieſtati Romani nominis acceſſit gloria, quod ampla ciuitas, & ſecundum Cteſiphontem, omnium in Aſſyria maxima, tãq; munita, ſolo biduo per vim capta fuiſſet. Quas ob res imperator exercitum blande demulcens, & oratione conuenienti laudabat, & ſingulis centenos numos argenteos donabat. Et hæc quidem ita geſta ſunt. Surenas autem nõ exiguis cum copijs ex opido quodã, in Aſſyria ſito, Romani exercitus exploratores, qui ceteros antecedebant, imprudentes adgreſſus; vnũ de tribunis tribus, cum nõnullis ſub eo militibus, interemit; & ceteris in fugam actis, vexillo militari potitus eſt, draconis imaginẽ referente, qualia in bellis Romani geſtare conſueuerunt. Eam rem vbi cognouiſſet imperator, nõ moderato tulit animo; ſed ira concitus, in Surenæ milites, vti forte inſtructus erat, irruptione facta; terga dare coëgit eos, qui elabi fuga poterant: & ſigno recepto, quod hoſtes abſtulerant, mox ad vrbẽ acceſſit, in qua Surenas collocatis inſidijs exploratores adortus fuerat. Eã vi cepit, & incendit. Duci vero explora-

Tormentũ à Iuliano excogitatũ

** paruis rectius, ex Marcellino, μικροῖς pro μακροῖς legendo.*

Vexillum a Perſis captum.

Iuliani magnanimitas.

torum propterea, quod hoſti vexillum reliquiſſet, ſalute magnanimitati Romanæ antepoſita; cingulum ademit, & deinceps vna cũ ijs, quos fugæ ſocios habuerat, pro infami duxit. Vlterius autem progreſſus, quum per amnẽ iter faceret, ad caſtellum quoddam venit, cui vicinum erat opidum. eius nomen

Fiſſenia. erat Fiſſenia. Secundum murum illius erat acta foſſa, quam ſane altiſſimam Perſę repleuerant aqua, parte non exigua proximi fluminis in eam deriuata. Flumen ipſum * regis amnis appellabatur. Hoc opido præterito, a quo nihil eſſet hoſtile metuendum, iter fecere per locum facticia palude ſtagnantem. Nam & alueo, & ipſo flumine Perſæ regioni immiſſo, perfeciſſe ſe putabãt, vt exercitus nullo modo tranſijcere poſſet. Verum antegreſſo imperatore, ſubſequebatur exercitus, pedibus vſque ad genua madefactis. Nam pudore præpediebantur, quo minus id facerent, quod imperatorem facere videbant. Vbi ſol occidiſſet, exercitus in locis ijs commorabatur; & imperator militibus ac fabris ſe ſubſequi iuſſis, cæſis arboribus & tignis, alueos pontibus conſternebat, paluſtribus locis terram inijciebat, vias profundas explebat, anguſta denique loca mediocriter aperiebat. Deinde reuerſus, exercitum facile tranſduxit; donec ad opidum Bithram perueniſſet, quo in opido regia cum ijs ædificijs erat, quæ tam imperatori, quam militibus excipiendis ſufficerent. Inde progreſſus, & iiſdem laboribus intentus, exercitum antecedebat, & viam magis tolerabilem reddebat. atque hoc modo tranſuexit omnes, donec ad locum venit, quo in loco nullum erat ędificium, ſed lucus palmis conſitus; in quo & vites erant enatę, quæ palmitibus ſuis ſurſum ad ipſas vſq; palmarum comas excurrebant, & palmulas vuis permiſtas conſpiciendas exhibebant. In hoc luco noctem inſequutam quũ exegiſſet, poſtridie eius diei perrexit vlterius. quumq; propius ad caſtellum quoddam acceſſiſſet, letale vulnus accepturus erat. Nam Perſa quidam ex eo caſtello eruptione facta, iam in caput imperatoris gladiũ demittebat; quum ille animaduerſo ictu, capiti ſcutum imponeret, eoq; vim ictus repelleret. Et hunc quidem circumfuſi milites cum ſuis omnibus interfecerunt, niſi qui forte fuga elapſi ſe ad caſtellũ contuliſſent. Indignatus autẽ propter audax hoc facinus imperator, caſtellũ inſpectabat; & ſi qua parte capi poſſet, circũambulãs conſiderabat. Dũ huic intentus eſt rei, Surenas eos milites, qui palmarũ in luco manſerant, adortus ex improuiſo; iumẽtis & ſarcinis ſe potiturũ ſperabat, & imperatorẽ eadem opera, poſteaquã de hoc accepiſſet, omnino ab oppugnatione caſtelli reuocaturũ. Sed hæc animo ſecũ voluens, vtroq; fruſtratus eſt. Imperator aũt magnum in expugnatione caſtelli momentũ ponebat. nã ei proximũ erat opidum, cui nomẽ Beſuchis, ſane quã populoſum, cũ alijs caſtellis plurimis; quorũ incolæ relictis munitionib. ſuis, veluti non ſatis ad tuẽdã ſalutem idoneis, in illud ipſum cõcurrerãt, quod ab imperatore obſidebatur: exceptis ijs, qui Cteſiphontẽ euaſerant, vel qua lucus eſſet denſiſſimus, ſemet abdiderãt. His de cauſſis imperator obſidionẽ ſtrenue vrgebat. at qui de reliquo exercitu dimiſſi fuerãt, vt explorarẽt omnia, ſuiſq; ſuccurrerẽt, ſi qua ſe vis hoſtilis offerret: nõ modo adortos ſe propulſarũt, ſed interfectis alijs, alios effuſe terga dare coactos inſequuti, ab omni metu ſecurã obſidionẽ reddebant. Et quoniã nõnulli fuga ſibi cõſulentes, in ſubiectis luco paludib. hærebant; ne illos quidẽ, ſi deprahẽdiſſent, illæſos dimittebãt itinerũ exploratores: ſed partim interficiebãt, partim captiuos abducebant. Obſeſſi vero telorũ omnis generis iactu vim hoſtilẽ propulſabant. quũq; ſaxa deficerẽt, ignitas bitumine glebas eiaculabãtur. Earũ iactus facile cõtingebãt eos, qui petebãtur, q; de ſublimiore loco, & in multitudinẽ fierẽt. Sed nec Romani milites, quãuis adiumento loci ſuperioris vincerentur, vllũ fortitudinis & ſciẽtię bellicę genus intermittebãt. Magnos enim lapides et tela cõijciebãt in hoſtes,

Marginal notes: *Fiſſenia.* — * *Marcellino, Narmalaches, ſicut & infra.* — *Imperatoris ſingularis induſtria.* — *Bithra.* — *Periculum principis.* — *Beſuchis.*

hoſtes,quæ non arcubus tantum, verum & machinis emittebantur. Eæ non ita conſtitutæ fuerant,vt vnum modo corpus;ſed duo,tria,plura deniq; ferirent. Quia vero caſtellum in colle ſitum erat,duobus muris, & decem ac ſex magnis turribus munitum,altaque cinctum foſſa,quæ parte quadam caſtelli præſidiarijs aquam ad potum idoneam immittebat: egeſta terra foſſam imperator complanare milites iuſſit,aliumq; præterea tantam in altitudinē excitari aggerem, vt turrem æquaret; ac ſeorſum alij mandare decreuit, vt ſub ipſa moenia cuniculos agerent:quod in medio interioris caſtelli per hoſce cuniculos hoſtem adgredi cogitaret. Hoſtibus autem milites aggerem excitantes continuo iactu telorum impedientibus,aperti quidem conflictus inſtādi curam imperator in ſe recepit,varijs aduerſus cōiecta ſiue tela, ſiue faces defenſionū rationibus vtens; Neuitæ ac Dagalaipho cuniculos & excitationes aggerum commiſit; Victori traditis grauis armaturæ militibus & equitibus, ad ipſam vſq; Cteſiphontē explorare loca præcepit;vt ſi quod agmen hoſtile conſpiceretur,quod imperatorem ab oppugnatione retrahere cogitaret, eius ille conatū opera ſubiectorum ſibi militum reprimeret,ſimulq; viā, quæ Cteſiphontem ducit,& ſtadiorū eſt nonaginta, pontib.ſtructis tam ſibi, quā exercitui faciliorem redderet.His inter duces diſtributis operis,ipſe ſuis arietibus portæ cuidam admotis, non eam modo ſuccuſſit;verumetiam diruit. quumque ſegniter intentos operi videret, qui collocati erant in aggeribus: eos inde remouit,illa ipſa notatos ignominia propter ignauiam,& eorum in locum alios ſubſtituit.Alterum inde arietem alteri portæ admouit, quæ ipſa quoque quum non ferret impetum; venit quidam,qui nuntiaret eos,quibus iniunctum fuiſſet,vt a foſſa cuniculos in ipſum vſq; opidum agerent, iam ad operis ſui finem perueniſſe;ac paratos ad prorumpendum de cuniculis eſſe. Tres hæ cohortes erant,Mattiarij,Laccinarij, & Victores. Imperator eorum inhibito nonnihil impetu,alij portæ celeriter admoueri machinam iuſſit,ac ibidem copias vniuerſas conſtituit;vt hoſti perſuaderet, poſtridie ſe ſuis adductis opido potiturum.Id autem propterea faciebat,vt Perſis omnem cogitationem inſtitutæ per cuniculos expugnationis eximeret. Quapropter opidanis omnibus in hoc conuerſis,vt machinam illam eliderent; peractis iam cuniculis ij,quibus illorum foſſiones mandatæ fuerant,quum imminentem ſibi terram ad ſuperficiem vſque perforaſſent, media quadam in domo prodierunt,in qua molendinaria mulier erat,quæ alta nocte farinam e frumento conficiebat.Eam exclamaturam qui primus prodijt,interfecit. Is erat Superantius,de Victorum numero,non obſcurus miles;quem ſequutus eſt Magnus,poſt quem tertius emerſit Iouianus,ordinis notariorum tribunus; deinde plures.Exitu paullatim dilatato,medio in opido cuncti erant. Tum vero progreſſi ad murum, præter omnem ſpem irruebant in Perſas; qui more patrio cantilenas pronuntiabant, regis ſui virtutem celebrantes,& imperatoris Romani conatum irritum repræhendentes. Nam facilius aiebant eum Iouis aula potiturum,quam opido.Hos adorti, partim obuios cædebant, & de muro deturbantes neci dabant;partim perſequentes, varijs modis interficiebant; nec a feminis, nec pueris abſtinentes; niſi ſi quos retinere captiuos eis viſum fuiſſet. Anabdates vero,præſidiariorum magiſter,dum caſtellum percurſitaret,captus;vna cum ſatellitibus, qui erant octoginta numero, manibus ligatis ad imperatorem deductus eſt. In hunc modum capto per vim opido, & omnibus in eo cuiuslibet ætatis interemtis, perpaucis omnino præter opinionem elapſis;ad diripiendas opes in eo repoſitas miles progrediebatur. Quum quilibet abſtuliſſet, quidquid obuium nanctus fuerat; murus ad ſolum vſque, plurimis admotis machinis, proſtratus eſt; & ædificia flammis militumque manibus diruta,redactaque ad eam ſpeciem,num-

Mattiarij. *Laccinarij.* *Victores.*

Cuniculis actis caſtellū capitur.

quam vt exſtitiſſe viderentur. Hinc vlterius progreſſus, opida quædam alia parum celebria tranſibat, & quoddam ad ſeptum perueniebat, quod regis venationem vocabant.

Venatio regis.

Erat autem murus quidam, intra ſe complexus ingens ſpatium, varijs arboribus conſitum. In eo clauſæ omnis generis feræ ſatis alimentorum habebant, quæ quidem huc eis aduehebantur; & regi venandi facultatem, quoties vellet, præbebant. Id conſpicatus Iulianus, multis locis murum perfringi iuſſit. quo facto, feræ fugientes a militibus telis configebantur. Non procul alicubi ab eo loco regiam vidit, more Romano magnifice ſtructam; quam vbi cognouiſſet a Romanis ædificatam, reliquit; nec tribunis, vt aliquid in ea corrumperent, permiſit: eius famæ verecundia motus, quod ædificij auctores Romani perhiberentur. Hinc vbi caſtella quædam præterijſſet exercitus, ad opidum venit, Sabatha dictum; quod triginta ſtadijs ab ea diſtat, quæ prius Menzochaſa, nunc Seleucia nuncupatur.

Sabatha.

Seleucia, prius Menzochaſa.

Imperatore in vicino loco cum maiori exercitus parte commorato, exploratores antegreſſi vi opidum capiunt. Poſtridie quum muros eius circumiret imperator, corpora ſuffixa patibulis ante portas cõnſpexit. Ea narrabant indigenæ, cuiuſdam eſſe neceſſariorum, qui fuiſſet accuſatus, quaſi quoddam opidum ditionis Perſicæ prodidiſſet, quod imperator Carus occupauerat. Heic Anabdates præſidij magiſter in iudicium productus eſt, qui multoties exercitum Romanum deceperat, velut ei profuturus in gerendo contra Perſas bello; & id temporis, quum apud plurimos conuicijs inceſſeretur, in tranſuerſum actus Hormiſdam proditorem, & ſuſceptæ contra Perſas expeditionis auctorem vocabat. Ob hæc conuictus, capitis ſupplicium pertulit. Vlterius profecto exercitu, paludes Arinthæus perſcrutans, multos in eis repertos captiuos abduxit. Heic primum Perſæ, conuerſis ſignis, exploratores exercitum antecedentes adorti ſunt. ſed confeſtim in fugam acti, cupide vicinam ad vrbem conuolabant. Ex aduerſa vero ripa fluminis Perſæ calones adgreſſi, qui iumentis præſidio relicti fuerant, itidemque ceteros, quicumque cum his erant; partim occiderunt, partim viuos abduxerunt. Hoc detrimentum, quod primum Romanis accidit, conſternatione quadam militum animos percuſſit. Inde motis caſtris, maximum quemdam ad alueum fluminis ventum eſt, quem eius loci homines a Traiano, bellum Perſis faciente, ductum eſſe commemorabant; & in quem Narmalaches fluuius deriuatus, in Tigrim ſemet exonerat. Hunc & repurgare pariter imperator, & explorare conſtituit; vt aditum nauigijs ad Tigrim patefaceret, ac ſicubi liceret, ad tranſuehendam maiorem exercitus partem, pontes faceret. Hæc dum iſtic fierent, in aduerſa ripa magnus Perſarum numerus, tam equitum, quam peditum, concurſu facto, ſi quis tranſmiſſus tentaretur, prohibere nitebatur. Hoc hoſtium inſtitutum videns imperator, ad tranſijciendum in eos iritabatur. ideoque cum iracundia duces hortabatur, vt naues ingrederentur; quum illi ripam aduerſam cernentes altiorem, ac præterea ſepem quamdam ad eam porrectam, ab initio muniendi paradiſi regij cauſſa ſtructam, tunc vſum muri præbentem, metuere ſe telorum & ignium de ſublimi iactus dicerent. Sed vrgente imperatore, nauigia duo, legionarijs referta, tranſiecerunt; quæ Perſæ ſtatim ignitorum telorum magna vi coniecta ſuccenderunt. Quum maiori trepidatione percuſſus eſſet exercitus, imperator vafro commento corrigens admiſſum erratum; Succeſſit, inquit, eis tranſiectio, ripaque potiti ſunt. hoc enim ignis ille de nauigijs accenſus indicat, quem milites ego tranſmittentes excitare iuſſeram, veluti bene geſtæ rei ſignum.

Ingenioſum Iuliani commenti

Tunc igitur omnes ita, vt inſtructi erant, naues ingreſſi tranſierunt; & qua vado per aquam iri poterat, e nauibus deſilientes, cominus

proelio

proelio cum Perſis inito, non in ripam ſolum euaſerunt: verumetiam recuperatis duabus illis iam ſemiuſtis nauibus, quę prius tranſmiſerant, reliquos adhuc in eis legionarios ſaluos eripuerunt. Secundum hæc congreſſis exercitibus, a media nocte proelium ad meridiem vſque perdurauit. Tamdem *Fuga Perſarum.* Perſæ cedentes, totis viribus fugam arripiebant, facto eius ab ipſis ducibus initio. Hi duces erant * Pigraxes, ** Tigranes.* genere dignitateq; ſecundum regem cunctos antecellens, & Anareus, & ipſe Surenas. Fugientes inſequuti Romani & Gotthi multos deleuerunt, & auri argentique magna potiti ſunt copia, varijſque tam virorum, quam equorum ornamentis, & argenteis lectis atque menſis, quaſcumque relictas a ducibus in foſſato repererunt. Ceciderunt in pugna, Perſarum tria millia quingenti; Romanorum non plures, quam ſeptuaginta quinq;. Ouationem exercitus ob partam victoriam viſus eſt quodam modo dux Victor catapulta læſus imminuere. Poſtridie eius diei princeps exercitu trans Tigrim flumen magna cum ſecuritate vecto, tertio poſt pugnam die cum vniuerſo ſatellitio ſuo & ipſe tranſijciebat. quumque perueniſſet ad caſtellum quoddam, *Abuzatha.* (Abuzatha Perſæ vocant) dies in eo quinque commoratus eſt. Diſpiciens autem de faciundo vlterius itinere, *Infelix Iuliani conſilium.* rectius ſe facturũ arbitratus eſt, ſi propter ripam fluminis exercitũ non amplius duceret, ſed ad mediterranea pergeret; quod nulla iam cauſſa supereſſet, quæ vſum nauigiorum poſceret. *Naues a Romanis exuſtæ.* Hæc vbi ſecum ipſe perpendiſſet; cõſilium exercitui exponit, naues exuri iubens; quæ quidem omnes, demtis decem & octo Romanis, Perſicis quatuor, igni abſumtæ ſunt. nam iſtæ curribus vectæ comitabantur exercitũ, emergentibus (ceu par erat) vſibus ſubſeruiturę. Iam paullo ſupra flumen iter reliquũ conficiundum erat. *Noorda.* Vbi locum, qui Noorda dicitur, adtigiſſent; ibidem diuertebant. Complures heic Perſæ capti ac trucidati. Progreſſi ad Durum amnem, ponte iuncto tranſmiſerunt. *Durus fluuius.* Conſpicati Perſas omne ſoli pabulum cremaſſe, vt iumenta Romanorum paſtus inopia premerẽt; eoſdemque coactos in plures turmas, Romanos opperiri, quos non admodum multos arbitrarentur: vbi iam collectos in vnum conſpexiſſent, ad ripam fluminis tendebant. heic quum exploratores, qui exercitum præcedebant, cum parte quadam Perſarum manus conſererent; *Macamæus vir fortis.* Macamæus quidam præ animi alacritate inermis in hoſtes irruens, quatuor ex eis interficit. verum pluribus ſimul in eum conuerſis interimitur. Eius frater Maurus conſpectum medios inter Perſas fraternum corpus arripit, *Mauri facinus plenum magnĩ animi & pietatis.* & eum, qui primus ictum intulerat, occidit; neque telis petitus animum deſpondit, donec fratrem adhuc ſpirantem exercitui reddidiſſet. Quum ventum ad oppidum Barophthas eſſet, pabulum a barbaris exuſtum repererunt: Poſteaquam pars quædam Perſarum cum Saracenis conſpecta fuiſſet, ac ne facie quidem tenus exercitum Romanum ſuſtinuiſſet, ſed ex oculis ſe continuo ſubduxiſſet: paullatim Perſæ coëuntes, magnoque numero collecti, Romanis eam de ſeſe præbebant opinionem, quaſi iumenta eſſent adorituri. Tum vero primus lorica munitus imperator, vniuerſum exercitum anteibat; nec impetum Perſæ ſuſtinebant, ſed in loca ſibi nota diffugiendum ſtatuebant. Itaque progreſſus imperator, ad vicum Symbram venit, *Symbra.* qui duobus opidis interiacet, quorum nomina ſunt Nisbara & Niſchanabe. Hæc opida Tigris diuidit, & pons erat, qui amborum incolis expedita frequentiaque commercia ſuppeditabat. Eum Perſæ cremarunt, ne Romani per illum totis viribus vtroſque vexarent. Heic conſpectæ turmæ Perſarum, ab exploratoribus pabulatum egreſſis in fugam actæ ſunt; & exercitus in hoc vico reperto vbere commeatu, omnibuſque potitus, ad vſum quæ ſufficerent; quicquid erat reliquum, corrupit. Poſteaquam inter opidum Danaben & Syncam exercitus eſſet, Perſæ cum

agminis extremi præſidiarijs congreſſi, multos interfecerunt: ſed amiſſis pluribus terga dederunt, quum ceteroquin etiam inferiores diſcederent. Nam hoc prœlio nobilis quidam ſatrapa trucidatus eſt, nomine Daces, legatus ad imperatorem Conſtantium quondam miſſus, qui eum co de pace componendoque bello colloqueretur. Vbi Romanos ad opidum Accetam propius accedere conſpexiſſent hoſtes; fructus, qui erant in agris, exurebant: in quos incurſione facta, ignem Romani reſtinguebât, ac fructus reliquos vſui ſuo reſeruabant. Vlterius autem progreſſi, ad vicum Maronſa peruenerunt: vbi turmæ Perſarum extremi agminis præſidio relictos adortæ, manum conſeruerunt, & quum alios milites, tum * Brettanionem turmæ ducem, viriliter dimicantem interfecerunt. Captæ ſunt & naues, quæ longe a tergo exercitus in hoſtem inciderant. Hinc vicos quoſdam curſim prætergreſſi, Tummaram venerunt: vbi concrematarum nauium cunctos pœnituit. Quippe iumenta vehendo commeatui non ſufficiebant, tanti iam itineris ærumnis in hoſtili ſolo confecta: & Perſæ quoſcumque poterant fructus colligentes, eorum intra munitiſſima loca concluſorum vſu Romanos prohibebant.

Daces ſatrapa necatur. *Acceta.* *Maronſa.* ** Vetranionem.*

Hoc tamen rerum ſtatu Perſicis legionibus conſpectis, inita q; pugna, longe Romani ſuperiores euadebant, multis Perſarum interfectis. Poſtridie eius diei, quo tempore forum frequentiſſimum erat, conglobati Perſę nec opinantes eos, qui agmen extremum Romanorum cogebant, adorti ſunt. Illi quamuis nondum adhuc ordines inſtruxiſſent, & impreſſione ſubita perturbati forent: tamen viciſſim in hoſtem pergebant alacriter, principe more ſuo circumeunte, atque legiones ad virtutem excitante. Poſteaquam ad manus vndiq; ventum eſſet, dum partim turmarum duces ac tribunos obit, partim promiſcue comperta in turba militum verſatur: in ipſo ardore prœlij gladio feritur, ſcutoque impoſitus ad tentorium geſtatur; vbi producta mediam ad noctem vſque vita, extinctus eſt: quum iam Perſarum imperium propemodum ad extremum exitium redigiſſet. Interea vero, dum principis obitus ignoraretur, exercitus Romanus vſque adeo ſuperior hoſtibus exſtitit: vt quinquaginta maximæ poteſtatis ſatrapæ, cum infinita multitudine caderent. Ac vbi mors principis innotuit, iamque milites reuerſi eſſent ad tentorium, in quo cadauer iacebat: pugnabant adhuc quidem nonnulli Romani, atque hoſtem ſuperabant: verum turmæ quædam de caſtello Perſico parentes Hormiſdæ imperio milites adortæ, manum eum cis conſerebant. Acri occepto prœlio, † Antonius cecidit, ordinum palatinorum dux, quem Romani magiſtrum officiorum vocant. Et Salluſtius, præfectus prætorio, quum ex equo decidiſſet, parum abfuit, quin imminentibus hoſtibus contrucidaretur; niſi quidam ex adparitoribus equo deſcendens, fugæ capeſſendæ facultatem ei præbuiſſet: recedentibus vna cum ipſo & ijs ordinibus duobus: qui principem ſtipare conſueuerunt, ac Scutarij dicuntur. Ceterum ex his, qui terga dederant, ſexaginta dumtaxat milites tum ſua, tum Romani nominis dignitate ad animum reuocata, & ad mortem vſque diſcrimini ſemet obijcientes, eo caſtello potiti ſunt; de quo Romanos adorti Perſæ, ſuperiores exſtitiſſe viſi fuerant. Quumque continuo deinceps triduo circumſiderentur ab hoſtibus, non exigua parte copiarum obſeſſores adgreſſa, ſalui euaſerunt. Tum vero cunctis optimatibus vna cum exercitu collectis, conſultatum eſt, cui nam rerum ſumma committenda eſſet: quod fieri nullo modo poſſet, vt ex imminentibus medio in hoſtico periculis ſine principe euaderent. ideoque ſuffragio communi Iouianus imperator deſignatur, Varroniani domeſticorum tribuni filius. Et quæ quidem ad obitum vſque Iuliani acciderunt, in hunc modum geſta ſunt. Iouianus induta purpura, ſumtoque diademate, contentis itineribus domum pergebat. Ad Suma caſtellum

Pugna cum Perſis. *Iulianus vulneratur.* *† al. Anatolius.* *Iouianus imp. factus.*

caſtellum vbi veniſſet, equitatus Perſicus in Romanos irruptione facta,nec paucis adductis elephantis; dextrũ cornu infeſtabat,in quo Iouiani,& Herculiani conſtituti erant. Eæ ſunt a Diocletiano & Maximiano profectæ legionum appellationes,habentium cognomina ptincipum illorum; quorum alter Iouis, alter Herculis cognomentum vſurpauit. Ac initio quidem ab elephantorum robore vim patiebantur, & multi fugientes cadebant:ſed vbi pariter & equitatum, & elephantes Perſæ in noſtros concitabant; ventum eſt ad accliuem quemdam locum, in quo Romanorum forte calones erant. His in periculi ſocietatem venientibus,telaque in Perſas de ſublimi iacientibus,elephanti quidam vulnerati ſunt; qui more ſuo fugam dolore perciti cum barritu capeſſebant, & equitatum omnem conturbabant: ita quidem, vt in hac fuga elephanti a militibus interficerentur, & in ipſo proelio complures ex hoſtibus caderent. Perierunt & Romani legionum tribuni tres, dum fortiter dimicarent; Iulianus,Maximianus, & Macrobius. Quumque humi iacentes perquirerent, & inter eos Anatolij cadauer reperiſſent;id ea ſepultura cohoneſtarunt, quam temporis anguſtia concedebat, hoſtibus vndique vrgentibus. Dies progreſſi quatuor,& ab hoſtibus vndique vexati;perſequentibus, ſi Romanos proficiſci viderent; fugientibus, quoties ijdem ipſos inuaderent: vbi latius ſpatium nancti fuiſſent; Tigrim tranſmittere decreuerunt. itaque colligatis vtribus, quum ex ijs iuga quaſi quædam confeciſſent;his ipſis inuecti tranſiecerunt. Poſteaquam aduerſa ripa milites potiti fuiſſent, etiam duces cum reliquis ſecure tranſmiſerunt. Verum vbi ne ſic quidem abſcederent Perſæ; ſed magna cum multitudine hominum ab omni parte, qua eundum erat, imminerent; nullo non in periculo Romani verſabantur, qui & a malis circumſtantibus,& præterea commeatus inopia premerentur. Licet igitur hæc foret exercitus condicio,nihilo tamen minus Perſæ de pace tractabant; Surena & alijs apud eos poteſtate præditis ad Romanos ablegatis. Hanc pacis mentionem quum Iouianus admitteret, ac Salluſtium præfectum prætorio cum Arinthæo miſiſſet: inſtitutis inter hos de pace colloquijs mutuis,annorum quidem triginta factę ſunt indutiæ; ſed vtrimque conſenſum, vt Romani * Babdicenorum gentem Perſis cederent, itemque Carduenorum, & *Rhemenorum, & Zalenorum;ac præter hæc omnia, quæ in his eſſent caſtella,numero quindecim, vna cum incolis,& prædijs,& iumentis,& omni penu. Niſibim vero ſine incolis traderent. hos enim placuit, quocumque Romanis viſum eſſet, commigrare. Præterea Perſæ magnam Armeniæ partem adimebant,perpuſillum quiddam Romanis poſſidendum relinquentes. His condicionibus initum foedus, & litteris vtrimq; ſubſignatum, facultatem Romanis redeundi domum conceſſit,ita quidem,vt Perſarum fines illi non vexarent.ac viciſſim nullis Perſicis inſidijs peterentur. Poſteaquã ad hanc hiſtoriæ partem perueni,ad ſuperiora mihi tempora recurrere ſubit,& indagare; num ab ſe parta Romani vmquam alijs vt traderent,imperare ſibi potuerint;aut vt haberẽt alij quidquam eorum, quæ ſemel in ipſorũ ditionem veniſſent, paſſi fuerint. Nam quum L. Lucullus regno Tigranem Mithridatemq; deieciſſet, ac primus imperio Romano ſitas ad intimam vſq; Armeniam regiones, ipſamq; Niſibim adquiſiuiſſet, vna cum finitimis eidem caſtellis: Pompeius Magnus rebus ab hoc præclare geſtis finem imponens, per conſtitutam ab ſe pacem Romanis horum poſſeſſionem ſtabiliuit. Poſtea vero quam Perſis rurſum concitatis, imperatorem ſumma cum poteſtate Craſſum Senatus creaſſet, atque is cum hoſte congreſſus, foedam in hunc vſque diem Romanis infamiam reliquiſſet, in ipſo proelio captus,& apud Perſas extinctus:copiarum prætor factus Antonius, & amore Cleopatræ occupatus, ſecorditer rebus

Perſarum in Romanos pugna.

Calonum vtile ſubſidium.

Vtribus Romani Tigrim tranſiciunt.

Colloquia de pace.

Pacis leges.

* *Rabdicenorũ.*

* *Rheſenorum.*

Quam indignæ fuerunt hæ condiditiones Rom. nomini.

ad bellum adminiſtrandum pertinentibus, & ſegniter intentus erat, ita vt & ille diſcederet, indignis Romano nomine geſtis rebus. Nec tamen Romani, quum eis hi caſus aduerſi accidiſſent, vllam ex hiſce regionibus amiſerunt. Re vero publica ipſorum in vnius dominatum commutata, quum Auguſtus limites imperio Romano ſtatuiſſet, Tigrim & Euphratem, ne ſic quidem hac regione ceſſerunt. Longo ſecundum hæc interiecto tempore, quum Gordianus imperator bello Perſas adortus eſſet, ac medio in hoſtili ſolo cecidiſſet: ne poſt hanc quidem victoriam Perſæ quidquam eorum, quæ Romanæ ditioni ſubiecta fuiſſent, auulſerunt; idque Philippo ſucceſſionem imperij conſequuto, qui turpiſſimam cum Perſis pacem fecit. Non multo poſt, quum ignis Perſicus orientem ſcaturigine quaſi quadam obruiſſet, ac magna illa capta eſſet Antiochia, copiæque Perſicæ Cilicum ad vſque portas penetraſſent: Valerianus imperator expeditione ſuſcepta, Perſarum in poteſtatem redactus, ne ſic quidem conceſſit Perſis, vt iſtæc loca ſui iuris efficerent.
Quam reipubl. damnoſa Iuliani mors fuerit.
Sola Iuliani principis mors ad horum amiſſionem ſuffecit, adeo quidem, vt huc vſque nihil horum imperatores Romani recuperare potuerint, ſed paullatim etiam plures gentes amiſerint: quarum aliæ ſuam ſibi libertatem vindicarunt, aliæ ſe barbaris dediderunt, aliæ magnam ad ſolitudinem redactæ ſunt. atque hæc in commentationis noſtræ progreſſu de rebus ipſis oſtendentur.
Diſceſſio Rom. e Perſide.
Pace cum Perſis eo, quo diximus, modo conſtituta; Iouianus imperator ſecure cum exercitu reuertens, ac in aſpera & inaquoſa loca multa delatus, compluribus in hoſtilis ſoli tranſitu militibus amiſſis, vnum ex tribunis Mauricium Niſibi cômeatum exercitui adportare iuſſit, & cum eo quam longiſſime poſſet, militibus obuiam ire. Miſit & alios Italiam verſus, qui Iuliani obitum, & deſignationem ipſius nuntiarent. Vbi vix magno labore atque ærumna propius Niſibim acceſſiſſet, opidum quidem hoſti deditum, ingredi recuſabat; ſed in quadam ante portam area ſub dio diuertês,
Preces Niſibinorum ad imp.
poſtridie coronas & ſupplicationes recipiebat; opidanis omnibus obſecrantibus, ne ſe desereret, neue barbaros mores diſcere pateretur eos, qui tot iam ſeculis Romanis legibus innutriti fuiſſent. Foedum & ceteroquin eſſe, Conſtantium tribus ſuſceptis bellis Perſicis, in omnibus ſuperatum, Niſibi tamen præſidio fuiſſe; atque illam obſeſſam, & ad extremum periculum redactam, omni ſtudio ſaluam & incolumem ſeruaſſe: ipſum nulla tali neceſſitate vrgente opidum hoſti dedere, ac eum diem Romanis conſpiciendum præbere, quem nec dum antehac viderint, qui tantum vt opidum atque regio tradatur hoſtibus, permittere cogantur.
Sabini oratio.
Quum hæc audiens imperator, pacta conuenta prætexeret; Sabinus ordinis decurionum princeps ad ea, quæ a populo ſupplicandi cauſſa prolata fuerant, nec opus eſſe ſibi ſumtu ad bellum Perſicum, adiecit; nec auxilijs externis: ſed ipſosmet poſſe corporibus ſuis & impenſis inferendum ſibi bellum propulſare. quo in bello ſi victoria potiti fuiſſent, rurſus ſe Romanorum ſubditos futuros, eodemque
Imp. in ſententia perſeuerat.
modo facturos imperata, quo prius. Illo ſubijciente, pacta conuenta violari non poſſe; multoties opidani ſupplices orabant, ne Romanum imperium hoc propugnaculo ſpoliaretur. Verum vbi nihil proficerent amplius, imperatore cum iracundia quadam abſcedente, ac Perſis ſecundum pacta occupare volentibus opidum, & gentes, & caſtella: nonnullæ gentes & caſtellorum incolæ, niſi clam aufugere potuiſſent, poteſtatem faciebant Perſis ſecum quidquid vellent, agendi. Niſibini autem indutijs ad migrandum impetratis, magnam partem, ac propemodum omnes, Amidam diſceſſere; pauci
Carreni nuntiũ cædis Iuliani lapidibus obruũt.
ad alia ſe opida receperunt. omnia vero lamentis & vlulatibus erant plena, quod opida ſingula ſe Perſarum graſſationibus expoſita, Niſibi tradita, exiſtimarent. Et Carreni tantum percepere dolorem, morte Iuliani nuntiata;

vt

vt eum, qui nuntium hunc adtulerat, lapidibus obruerent, ingentemque lapidum aceruum ſuper eum excitarent. Tantam vnius viri mors publicis in rebus efficere mutationem potuit. Ceterum Iouiano celeriter opida percurrente, quod ea luctus atq; maeror occupaſſent, nec læti iucundive quidquam exhibere, pro iſtorum more populorum, poſſent: quotquot erant in ſatellitio principis milites, Antiochiam cum imperatore profecti ſunt, vniuerſo exercitu Iuliani cadauer comitante; quod in Ciliciam delatum, quodam in ſuburbio Tarſi regiæ ſepulturæ mandatum fuit, ad tumulum huiuſmodi epigrammate adſcripto: *Iuliani ſepultura.*

Tigride Iulianus iacet heic poſt fata relicto,
Rex pariter bonus, & bellator acerrimus idem.

Iouianus ſummum nanctus imperium, quum alia diſponebat, tum ad exercitus in Pannonia Lucillianum generum ſuum, & Procopium, & Valentinianum, qui ſecundum hæc factus eſt imperator, ablegauit: vt & Iuliani mortem eis nuntiarent, & ſe poſt illum principem lectum exponerent. Sed apud Sirmium Bataui, qui ad opidi præſidium relicti fuerant, quum primu hæc audiuiſſent: Lucillianum veluti tantorum malorum nuntium interfecerunt, adfinitatis imperatoriæ nulla ratione habita: Procopium, propter cognationis cum Iuliano reuerentiam, illæſum dimiſerunt. Valentinianus autem fuga elapſus, morti ab eis imminenti ſemet eripuit. *Bataui Lucillianum generu imp. interficiunt, triſtis adlati nuntij cauſſa.* Quum Antiochia diſceſſiſſet Iouianus, & contento itinere Conſtantinopolim peteret: ſubitus eum morbus in Dadaſtanis Bithyniæ corripiens, vitæ finem adtulit: quu octo menſes imperaſſet, nec publicis in rebus quidquam ex vſu conſtituere potuiſſet. *Mors Iouiani.* Conſultatione propoſita, quisnam reipublicæ præficiendus eſſet; varij quidem, & de varijs ſermones tam ab exercitu, quam a ducibus habebantur: ſed omnium ſuffragia in vnum Salluſtium præfectu prætorio concurrebant. Illo ſenectutem cauſſante, ac propterea rebus laborantibus ſeſe ſuffecturum negante; filium ſummæ rerum præfici poſtulabant. At quum iuuenem eſſe, nec alioquin ad tanti imperij molem ſatis idoneum diceret: in hoc quidem tempore, quo minus præſtantiſſimum ſui ſæculi virum eligerent, aberrarunt. *Salluſtius tam ſuo, quam filij nomine repudiat imperium.* Hinc in Valentinianum collata ſuffragia, qui Cibali oriundus erat, (id opidum eſt Pannoniæ) vir bellis haud paucis exercitus, at eruditionis omnis expers. Nihilo minus abſentem arceſſebant, nec multi dies abiere, dum reſpublica principe carebat. Quum autem ad exercitum apud Nicæam vrbem Bithyniæ veniſſet, inito ibidem imperio, ceptum iter proſequebatur. *Valentinianus imp.*

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATI FISCI,

HISTORIAE NOVAE LIBER QVARTVS.

Valentinianus a natura iracundus.

QVAE igitur geſta fuerunt ad obitum vſq; Iouiani, poſt quem Valentinianus lectus fuit, vti rebus Romanis præeſſet; libro ſuperiore complexi ſumus. Quum autem morbus in itinere Valentinianum corripuiſſet, atque hominem ad iram natura procliuem, maiorem ad crudelitatem, & extremam inſaniam impuliſſet; ſuſpicionem falſam concipiebat, quaſi ex veneficio quodam ab Iuliani amicis concinnato ægrotaret. Et accuſationes aduerſus quoſdam illuſtres inſtituebantur, quas ſagacitate prudentiaque ſua præfectus prætorio diſcutiebat, eo munere Salluſtius adhuc fungebatur.

Conſultatio de collega.

Quum morbus remiſiſſet, Nicæa relicta Conſtantinopolim profectus eſt, Exercitu ceteriſque familiaritate coniunctis hortantibus, imperij conſortem ſibi deligeret; vt ſi quis caſus accideret, non deeſſet, qui rebus opem ferret; neue perpererentur eadem, quæ morte Iuliani perpeſſi fuiſſent; huic admonitioni obtemperat; animoque ſecum hinc inde verſato; de cunctis,

Valens imp.

Periculum Iuliani familiaribus creatur.

quos mente conceperat, Valentem fratrem deligit, ratus hunc omnium ſibi fidiſſimum fore. Illum igitur imperij conſortem appellat. Dum autem vterque Conſtantinopoli degeret, qui Iuliani familiaribus inſidiabantur, non intermittebant & in aula ſermones ſerere, quaſi principibus illi facerent inſidias; & brutam plebem concitata, vt eiuſmodi voces iactitaret. Principes autem, qui ceteroquin Iuliani familiaribus infeſti eſſent, tunc etiam magis ad illos odio perſequendos inſurgebant, ac lites excogitabant, quæ nihil rationis habebant.

Maximus Philoſophus inuiſus principi.

Et grauiſſime Valentinianus Maximo philoſopho ſuccenſebat, criminationis cuiuſdam memor, quam ille Iuliani temporibus aduerſus Valentinianum ſtruxerat; quaſi propter religionem Chriſtianam ille ſacros in ritus impie deliquiſſet. Sed ab his eos id temporis ciuilium militariumque rerum cura reuocabat.

Magiſtratus noui conſtituuntur.

Quapropter ad diſtribuendos magiſtratibus populos ſe conuertebant, & quibus aulę imperatoriæ cuſtodia committenda eſſet. Itaque ceteri omnes, quibuſcumque a Iuliano gentium adminiſtrationes, alijve magiſtratus crediti fuerant, abdicabantur; quorum in numero & præfectus prætorio Salluſtius erat. ſolo autem Arintheo & Victore, quæ prius habebant imperia militaria, retinentibus; ad magiſtratus reliquos perueniebant, qui eos adfectabant: quum quidem vnum hoc ex rationis præſcripto fieri videretur.

Iniqui præſides multati.

Nam ſi quis eorum iuſtis querelis conuictus fuiſſet, nullam impetrans veniam poenas luebat.

Imperij diuiſio.

His ita conſtitutis, viſum eſt Valentiniano, diuiſo cum fratre imperio, curę quidem illius orientem ad Aegyptum vſq;, Bithyniamq; ac Thraciam, permittere: ſe vero ſortitum Illyricas vrbes, in Italiam tranſire, atq; vrbes in ea ſitas, vna cum tranſalpinis nationibus, & Hiſpania, & inſula Britannia, totaq; Africa, iuri ſuo reſeruare.

Valentiniani ſeueritas in adminiſtranda reſpubl.

Quapropter diuiſo in hunc modum imperio Valentinianus occepta ſeuerius gubernatione, magiſtratus recte atque ordine conſtituebat, & in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quæ inde ſuppeditabantur, rigidiſſimus erat. Et quia legum quoque promulgationes inſtituere decreuerat, exorſus ab ipſo lare, quod aiunt, nocturna ſacra fieri prohibuit: qua

qua lege coërcere volebat ea, quæ ſcelerate deſignarentur. Sed quum Prætextatus, qui proconſule Græciam adminiſtrabat, vir omni virtute præſtans, hanc legem diceret vitam iniucundam & acerbam Græcis parituram, ſi futurum eſſet, vt myſteria ſanctiſſima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis ſuæ ceſſante, permiſit; ita tamen, vt omnia ſecundum patrias conſuetudines, quales ab initio fuiſſent, perficerentur.

Lex de nocturnis ſacris lata.

Germanorum motus.

Transrhenani vero barbari, qui quamdiu Iulianus ſuperſtes erat, nomen Romanum metuebant, & ſat habebant, ſi nemo quid eis in ſolo ſuo quieſcentibus exhiberet moleſtiæ; morte Iuliani nuntiata, ſuis continuo ſedibus egreſſi, ad gerendum contra Romanos bellum ſeſe parabant. quo Valentinianus animaduerſo, copias & pedeſtres, & equeſtres, & armaturæ leuis, vti par erat, diſponebat; ſitaque ad Rhenum opida neceſſario præſidio muniebat. atq; hæc Valentinianus, rei bellicæ non omnino rudis in hunc modum ordinabat.

Valens inutilis ad gerendam rempubl.

Valentem vero multæ perturbationes vndique circumſtabant, qui prius deſidem egiſſet vitam, & ſubito conſequutus imperium fuiſſet, nec rerum molem ſuſtineret. Nam & Perſæ, quod potior ipſorum eſſet condicio per indutias ſub Iouiano factas, animis elati; ſummaque cum licentia graſſantes, Niſibi ſuam in poteſtatem redacta; conturbando opida orientis, imperatorem ad ſe reuocabant: & quum is egreſſus Conſtantinopoli fuiſſet, auctore Procopio ſuſcitata rebellio contigit.

Initia principatus affectati a Procopio.

Huic enim Iulianus, vt ſanguine ſibi iuncto, parte copiarum credita, mandarat; vt cum Sebaſtiano per Adiabenen itinere facto, ſibi per aliam viam in hoſtem eunti occurreret: conceſſo eidem, vt amictum imperatorium haberet, ob cauſſam ceteris omnibus ignotam. Poſtea vero, quum Deus in alium quemdam rerum fortunam tranſtulerat, ac poſt obitum Iuliani Iouianus imperatorium illud ſolium conſcenderat: confeſtim arrepta fuga Procopius, datam ſibi veſtem imperatoriam Iouiano tradidit, & quamobrem hanc accepiſſet, faſſus eſt; enixe principem orans, vt militari ſe ſacramento liberaret, & agriculturæ ac rei familiaris ſtudio incumbentem, in otio viuere permitteret. quo impetrato, Cæſaream, quæ Cappadociæ vrbs eſt, vna cum vxoribus & liberis eſt profectus; quod iſtic habitare decreuiſſet, vbi & prædia magni pretij poſſidebat.

Procopij vafrũ facinus.

Heic illo commorante, Valentinianus & Valens imperatores lecti, prius etiam ſuſpectum habentes, confeſtim mittunt, qui hominem comprehenderent. Ille ſe his dedere, poteſtatemque facere perducendi quo vellent; ſaltem petere, prius vt cum vxore colloqui, liberoſque ſuos videre ſibi permitterent. quo conceſſo, epulum eis parat; & vino cum omnibus ſuis obrutos conſpicatus, ad Pontum Euxinum curſu contendit. Inde nauim ingreſſus, ad Taurianam Cherroneſum pergit, vbi commoratus ad tempus aliquod, & animaduerſo, nullam in incolis eſſe fidem; veritus, ne aliquando aduentantibus ijs, qui ſe iſtic perquirerent, dederetur; onerariam præternauigantem conſpicatus, eique ſe cum eis committens, Conſtantinopolim noctu peruenit. quumque diuertiſſet ad quemdam, ex conſuetudine priſtina ſibi familiarem, & ſtatum vrbis poſt imperatoris profectionem conſideraſſet: regnum adfectare cogitat, hoc eius inuaſionis initio facto.

Eugenius Procopium iuuat.

Erat eunuchus quidam, cui nomen Eugenius, ex aula imperatoria non ita pridem eiectus, qui animo parum beneuolo in principes eſſet: Hoc ſibi conciliato Procopius, quem & magnas opes poſſidere compererat; quinam eſſet, & quamobrem aduenifſet, quoue pacto res moliendę forent, indicat. Illo policito, ſe venturum in ſocietatem omnium, quæ tentarentur; atque etiam pecunias, vbi vſus poſceret, ſuppeditaturum: ab hoc exorſi ſunt principio, vt conſtitutum in vrbe præſidium, quod duobus militum numeris conſtabat, pecu-

nia corrumperent. Præter hos ſeruis armatis, nec magno labore non exigua multitudine coacta, pluribus hoc ſtatu rerum ſponte ſua ſemet offerentibus; intempeſta nocte copijs in vrbem immiſſis, vniuerſos perturbarunt, quod quiſque ſuis ex ædibus egreſſi, Procopium velúti regem ſcenicum ſubito factum conſpicerent. Quum vrbs tota maximo in tumultu verſaretur, nec apud quiſquam illorum eſſet, qui poſſent intelligere, quid agendum foret, ob conatus huiuſce caſum inexſpectatum: compluribus adhuc tectum ſe Procopius exiſtimans, imperium ſibi ſe conſtabiliturum, modo res occulta foret, exiſtimabat. Quumque * Cæſarium, quem imperatores præfectum vrbi conſtituerant; itemque Neuridium, quem poſt Salluſtium præfectum prætorio fecerant, adpræhendiſſet: hos quæcumque ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coëgit. Et ſeorſum cuſtodiebat ſingulos, a communicandis conſilijs eos excludens. His ita deliberatis, ad prætorium ſplendide proceſſit; adſcenſoque tribunali, quod ante prætorium eſt, quum omnes ſpebus & largis promiſſis impleſſet: aulam ingreſſus eſt, cetera procuraturus. Et quoniam recens imperatores exercitus inter ſe partiti fuerant, ad milites, qui nullo adhuc ordine iuſſu imperatorum hinc inde vagabantur, mittendos quoſdam cenſuit Procopius; qui quoſcumque poſſent, ad ſeſe transducerent. quod ſane perfacile conficiebat, pecunijs in eos, eorumque duces diſtributis. quo facto, copiæ non contemnendæ ad eum confluebant, iamque palam ad inuadendum hoſtem ſe parabat. Itaque Marcellum cum exercitu in Bithyniam ablegat, ad compræhendendum Serenianum, & imperatorios equites, quos ille ſecum habebat; ſperans eos ſe deleturum. At quum illi fuga Cyzicum ſe recepiſſent, opidum quidem illud Marcellus nauali proelio, copijſque terreſtribus ſuperior occupauit; Serenianum vero fuga elapſum, & in Lydiam digreſſum adpræhendit & occidit. Hoc elatus ſucceſſu victoriaque Procopius, paullatim & copias ſibi adiungebat, & iam opinione multorum bello cum principibus gerendo par erat. Nam & Romanæ legiones, & copiæ barbarorum ad eum confluebant. Præterea cognationis cum imperatore Iuliano ſplendor, & quod omnibus in bellis, quæ ille geſſerat, expeditionum ſocius fuiſſet, homines ad eum pelliciebat. Quin & illuſtres quoſdam viros ad Scytharum trans Iſtrum principem ablegabat, qui ad eum decies mille robuſtos milites in belli ſocietatem mittebat. Itidem ad eum & aliæ nationes barbaræ ſe conferebant, vt expeditionis participes eſſent. Quum autem ei, non cum ambobus principibus ſimul eſſe dimicandum, ad animum accidiſſet, præſtare iudicabat, vt dumtaxat aduerſus proximum pugnaret; ac deinde quid porro agendum eſſet, diſpiceret. Ac Procopius quidem hæc agebat. Valens autem imperator accepto rebellionis huius apud opidum Phrygiæ Galatiam nuntio, ad eius famam territus, totus perturbationis plenus erat. Sed quum eum Arbitio bono eſſe animo iuſſiſſet, ad bellum inſtruebat eas copias, quæ ad manum erant ſimulque mittebat ad fratrem, qui nuntiarent, quantas res Procopius molitus fuiſſet. Ac Valentinianus quidem ei, qui ad defenſionem & cuſtodiam imperij ſibi traditi ſatis idoneus non fuiſſet, minime ferendū auxilium cenſebat: Valens autē ad pugnam ſe comparabat, quū gerendo contra Procopiū bello ducem Arbitionē ſummo cum imperio pręfeciſſet. Vbi iam modo non manus conferturi eſſent exercitus, imperatoria quadā ſollertia temeritatem Procopij circumueniebat Arbitio, quamplurimos ex ijs, qui ei militabāt, ad ſeſe pelliciens, & ex his Procopij conſilia pręcognoſcens. Quū copias imperator atq; Procopius contra ſe inuicem ducerent, accidit, vt ad Thyatira ſibi occurrerēt exercitus: & paullū abfuit, quin Procopij pars victoria potita rerum

** is Gregorij Nazianzeni frater fuiſſe videtur.*

Procopius imp.

Marcellus a Procopio contra Valentem mittitur.

Succeſſus Procopianarum partium.

Arbitio copiarum Valentis imperator.

Arbitionis ſollertia.

Hormiſdæ virtus.

rum ſummam in id ipſum transferret; quum Hormiſda, Perſæ illius filius, patri cognominis, eo prœlio viſus fuiſſet excellere.

Gomarius ad Valentẽ tranſit in ipſo prœlio.

Sed Gomarius, alter ducum Procopij, particeps facinoris eorum omnium, qui Procopio militantes, rebus imperatoris ſtudebant; in ipſo prœlio clara voce pronuntiato Auguſti nomine, fecit vt omnes ſui milites eamdem vocem, quaſi teſſera quadam data, emitterent. quod vbi accidiſſet, omnes Procopij milites ad Valentem tranſibant. Is poſt victoriam Sardes ingreſſus, & illinc profectus in Phrygiam, reperto in opido Nacolia Procopio, quum rurſus ibi Procopij dux Haplorem omnem ſic inſtruxiſſet, vt imperatori expediebat: vi ſumma victoria potiebatur Valens, ita quidem, vt perduellem ipſum in poteſtatem ſuam redigeret; nec multo poſt Marcellum quoque compræhenderet, quos ambos interfecit.

Procopius & Marcellus interfecti.

Valentis ſuſpicioſa crudelitas.

Quum autem veſtem quamdam imperatoriam apud Marcellum inueniſſet, quam Procopius ei dederat; maximopere propterea commotus in omnes acerbe graſſabatur, non eos modo perquirens, qui facto perduellionem adiuuerant; verumetiam qui conſilij participes fuerant, vel omnino aliquid inaudierant; nec quod inſtituebatur, continuo detulerant. Et ſæuus erat in omnes, nullo iuſto iudicio procedens; ita vt ab ira principis tam rerum nouarum participes, quam omnis expertes culpæ, propter cognationem, vel amicitiam, abſumerentur. Quum rerum in adtributo Valenti imperio ſtatus hic foret, imperator Valentinianus apud gentes tranſalpinas degens, maxima pariter & inopinata pericula experiebatur.

Germani Romanos inuadũt.

Nam tota natio Germanica reuocatis ad animum ijs, quæ perpeſſa temporibus illis fuiſſet, quibus Iulianus Cæſaris auctoritatem habuerat; ſimul atque de morte ipſius accepiſſet, excuſſo metu, qui animis eorum infixus erat, & innata genti audacia reſumta, pariter vniuerſi ſubiecta Romano imperio loca inuadebant. quibus imperatore obuiam profecto, prœlium acre ceptum eſt, quo barbari Romanum exercitum vincebant, & concitato curſu perſequebantur.

Romani victi.

Valentiniani magnus animus.

Valentinianus autem non fuga periculum declinare ſtatuebat, ſed hoc caſu æquo animo tolerato, detrimenti accepti auctores perquirebat, a quibus ſcilicet initium fugæ factum fuerat.

Pœna Batauorum ob fugæ factum initium.

Quæſtione peraccurate inſtituta, quum legionem Batauorum ream peregiſſet: iuſſit, vt vniuerſus exercitus ſumtis armis conueniret, velut audituris militibus ea verba, quæ publice cunctis eſſent vſui futura. Secundũ hæc verbis vſus eſt, quæ auctoribus fugæ pudorem infamiamque ad omnem vitam irrogarent. Iuſſitque Botauos, depoſitis armis publice productos, veluti mancipia fugitiua pretium offerentibus vendi. Tum vero proni ad terrã prolapſi omnes, vt exercitum eiuſmodi dedecore liberaret, obſecrabant: ſimulq; pollicebantur, viros ſe nomine Romano dignos futuros. Quod quum ille deinceps ipſa re declarari iuſſiſſet, vbi de terra ſurrexiſſent, ac ſemet ex vſu armaſſent; pugnam redintegrabant, & extra vallum progreſſi, tantam eo bello probabant alacritatem: vt de barbarorum infinita multitudine, pauci domum incolumes redirent. Ac bellum quidem aduerſus totam nationem Germanicam huiuſmodi tunc exitum habuit.

Occaſio belli Scythici.

Imperator autem Valens multis poſt obitum Procopij necatis, & plurium bonis in fiſcum illatis, in expeditione Perſica præpediebatur, parte quadam tranſiſtrianorum Scytharum fines Romanos turbante. Aduerſus hos ſatis amplis emiſſis copijs, quo minus vlterius progrederẽtur, inhibuit; & arma tradere coactos, in opida ſua, propter Iſtrum ſita, diſtribuit; cum mandato, vt in experte vinculorum cuſtodia adſeruarentur. Erant autem hi, quos Procopio Scytharum princeps ad belli ſocietatem miſerat. Quum igitur ille dimitti hos ab imperatore peteret, quos rogatum ſe per legatos ab eo, qui tum rerum potiebatur, miſiſſe dicebat; nulla in re Valens imperator ei morem gerebat.

Nam nec ad ſe miſſos illos aiebat, nec vt amicos, ſed hoſtes, captos. Hæc cauſſa bellum Scythicum ſuſcitauit. Quum autem ſenſiſſet imperator, hoſtem de finibus Romanis inuadendis cogitare, atque hanc ob cauſſam vniuerſos iam magna celeritate collectos: exercitum propter Iſtri ripam porrigens, & ipſe Marcianopoli degens, quæ vrbium Thraciæ maxima eſt, tum vt in armis exercerentur milites, ſtudioſe curabat; tum vel maxime, ne vlla eis annona deeſſet. Itaque præfectum prætorio declarabat Auxonium, Salluſtio propter ſenectutẽ hoc munere liberato, qui iam ſecundo magiſtratum hunc geſſerat. Auxonius vero, licet adeo magnum bellum immineret, tamen & in exigendis tributis iuſtus erat; neminem vltra, quam par eſſet, ac debiti poſceret ratio, grauari permittens; & magna nauium copia militarem annonam per pontum Euxinum in Iſtri deferens oſtia, fluuialibus inde nauigijs in opida propter amnem ſita recondebat; ita quidem, vt eſſet vnde ſuppeditari ea militibus expedite poſſet. His in hunc modũ adhuc durante hieme procuratis, inito vere Marcianopoli ſoluens imperator, vna cum præſidiarijs ad Iſtrum militibus in hoſticum tranſuectus, barbaros adoriebatur. Illis vero non auſis pugna ſtataria congredi, ſed intra paludes abditis, & ex ijs clandeſtinos incurſus molientibus: milites ſuo loco manere iuſſit, & omni mancipiorum turba collecta, cum ijs, quibus erat impedimentorum cum miſſa cuſtodia certam auri ſummam ei ſe daturum policebatur, qui barbari caput adtuliſſet. Mox igitur omnes erecti ſpe lucri, & ſiluas atque paludes ingreſſi, obuios quoſque perimebant, & interfectorum capita monſtrantes, celeriter adferebant. Hoc modo quum ingens multitudo perijſſet, reliqui de pace principem adpellabant. Id poſtulatum ille quum non reieciſſet, induciæ factæ ſunt, nullum maieſtati Romanæ dedecus inurentes. Placuit enim, vt Romani cum omni ſecuritate poſſiderent ea, quæcumque prius habebant, & barbaris interdictum fuit, ne tranſijcerẽt, neue prorſus in fines Romanos irruerent. Hac pace facta, Conſtantinopolim proficiſcitur. Et quia præfectus prætorio diem in terris ſupremum clauſerat, Modeſto magiſtratum hunc tradit: atque his in hunc modum adminiſtratis, ad bellum contra Perſas gerendum properat. In eius adparatu dum occupatur, Valentinianus imperator rebus Germanicis recte conſtitutis, arbitrabatur ſe debere ſecuritati Celticarum nationum in futurum quoque tempus proſpicere. Quapropter maxima iuuenũ multitudine tum de barbaris Rheni adcolis, tum de ſubiectarũ imperio Romano gentium agricolis collecta, numeriſque militaribus adſcripta: ſic eos bellicis in rebus exercuit, vt metu exercitationis & experientiæ militum, totos nouem annos nemo tranſrhenanorum ſubiecta Romanis opida vexaret. In hoc tempore Valentinianus quidã, ob nonnulla delicta relegatus in inſulam Britanniam, tyrannide adfectata, vitam cum eadem amiſit. Imperator autẽ Valentinianus morbo correptus eſt, quo vita propemodũ exceſſit. Eo quum liberatus eſſet, congreſſi proceres aulici, ſucceſſorem vt deſignaret imperij, cohortabantur, ne ſi quid ipſi humanitus accidiſſet, detrimentũ reſpublica caperet. Hac oratione permotus imperator, Gratianũ filium principem & imperij conſortẽ dixit, iuuenem adhuc, nec integros pubertatis annos habentẽ. Dum hic rerum ad occidentẽ ſtatus eſſet, Valens imperator cõtra Perſas in orientẽ, quo tendebat initio, ſeſe parabat: ac lente progreſſus, opidis legatos ad ſe mittentibus, vbi poſceret vſus, ſuccurrebat; aliaq; multa rite adminiſtrabat, ęqua petentib. facile poſtulata cõcedens. Antiochiã cum omni ſecuritate ingreſſus, res ad bellũ pertinẽtes diſponebat; hiemẽ in regia, quę iſtic erat exigẽs: vere proficiſcẽs Hierapolim, atq; inde cõtra Perſas exercitus mouẽs; deniq; rurſus inſtãte hieme Antiochiã reuertẽs. Ac bellũ quidẽ Perſicũ in hunc modũ extrahebatur.

Auxonius præfectus prætorio.
Valentis in Scythas expeditio.
Strategema Valentis.
Induciæ cum Scythis factæ.
Adparatus belli Perſici.
Germanis iniectus metus.
Valentinianus adfectator imperij perit.
Gratianus imp. dictus.

Quum

Theodorus notarius adſectat imperium.

Quum autem princeps Antiochiæ degeret, ex huiuſmodi cauſſa rerum nouarum & inuſitatarum materies cepit Erat Theodorus quidam, notarijs principis adſcriptus. Hunc nobili quidem genere prognatum, & educatum bene, ſed adhuc iuuenem, qui ex ætatis feruore non magno momento adſentatorum adulationibus ad peiora impelleretur, adorti eius generis homines; excellere ſe litteris, & ex diuinatione quadam, ab ſe præclare percepta, futura conijciendi ſe peritos eſſe perſuadent. Inquirentes autem, quis poſt Valentem imperaturus eſſet, tripodem ſtatuiſſe; qui ritu quodam arcano ſignificaret, quid futurum eſſet. In hoc tripode ſcriptas literas θ, & ε, & ο, & præter has δ apparuiſſe: quæ quidem modo non vocem exprimentes indicent, Theodorum in imperio Valenti ſucceſſurum. His ille nugis elatus, dum præ cupiditate nimia circulatores & maleficos frequenter adit, & cum eis de eo, quod agendum eſſet, communicat; imperatori proditur, & dignas conatu poenas luit. Secundum hoc & aliud accidit. Fortunatianus imperatorio fiſco profectus, quemdam ex militantibus ſub ſe veneficij reum, de cauſſa cognoſcens, verberibus ſubijciebat. Quum ille tormentis coactus & alios nominatim indicaſſet, tamquam ſibi conſcios: cauſſæ quidem cognitio ad Modeſtum præfectum prætorio transferebatur, quod in medium perſonæ productæ fuiſſent, quæ illius imperio, qui prius ius dicebat, non ſuberant; iudicium vero in vniuerſos exercebatur, & princeps ad iram immodicam concitatus; omnes philoſophiæ nomine celebres, vel alias excultos litteris, & præterea quoſdam honoratos in aula, ſuſpectos habebat. Nam & illi, velut inſidiatores, principi deferebantur. Vndiq; ploratus & queſtus omnium communis emittebatur. Erant enim pleni carceres eorum, qui citra meritum eos incolebant, & per itinera maiores hominum copiæ vagabantur, quam in opidis eſſent relictæ. Cohortes autem, quibus erat eorum mandata cuſtodia, quotquot abſque cauſſa in carceres ducebantur, non ſe ſufficere fatebantur adſeruandis ijs, qui cuſtodiebantur; ſeque vereri dicebant, ne longe numero plures, vi ſibi adhibita, fugam arriperent. Et calumniatores quidem abſq; omni periculo diſcedebant, accuſare dumtaxat coacti; rei vero partim morte multabãtur, abq; legitimis probationibus; partim facultates amittebant, liberis & coniugibus ceteriſque cognatis extremæ fortunę relictis.

Valentis ſæuitia in litteratos.

Hoc enim agebatur, vt occaſione multiplicium nefariorum facinorum fiſcus multa bona conquireret. Primus ex nobilibus philoſophis interfectus eſt Maximus, & poſt illum oriundus e Phrygia Hilarius, qui ambiguum quoddam oraculum clarius fuiſſet interpretatus. Secundum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus e Caria: qui omnes ad ſummum doctrinæ faſtigium peruenerant, & potius inuidia, quam iuſto iudicio damnati fuerunt.

Interfecti philoſophi. Maximus. Hilarius Phryx. Simonides. Patricius Lydus. Andronicus Car.

Simul autem vſque adeo conturbabantur omnia, vt quorumlibet ædes cum multitudine palam delatores ingrederentur, & obuios raperent, atque illis traderent; qui ad quoſuis, etiam nullo interueniente iudicio, necandos inſtituti erant. Et horum facinorum quaſi colophon erat Feſtus, quem imperator ad omnem crudelitatem promtum expeditumque norat, ac propterea miſerat, vt Aſiam proconſule adminiſtraret; ne quis eruditione doctrinæ præditus ſuperaret, ſed initum conſilium reipſa ſuccederet. Nam quum omnes indagaſſet Fęſtus, quos quidem depręhendebat, nulla cognitione adhibita interficiebat; reliquos exſilio ſemetipſos multare cogebat. Et calamitas quidem ea, quæ propter culpam Theodori ciuitatibus accidit, hunc habuit exitum.

Feſtus eruditorum hoſtis acerbiſſimus.

Valentinianus vero, qui viſus fuiſſet bellum aduerſus Germanos mediocriter adminiſtraſſe; grauiſſimus ſubditis erat, tributorum exactiones acrius vrgẽns, eaque præter morem extorquens. Prætexebat autem militaris annonæ magnitudi-

Valentinianus ob tributorum exactionẽ grauis

nem, quæ ipſum pecuniam adſeruatam fiſco coëgiſſet expendere. Quapropter odio cunctorum in ſe concitato, acerbior etiam, quam prius, erat: ac neque magiſtratus examinare volebat, an a captatione lucri abſtinerent: & gloriam ex inculpata vita nanctis inuidebat. denique ſimpliciter vt rem aperiam, diuerſus erat ab ijs moribus, quos initio regni præ ſe tulerat. Eam ob cauſſam & Afri, non ferentes auariciam Romani, qui militare apud Mauros imperium obtinebat, amictum purpura Firmum principem crearunt: cuius rei nuntius adlatus, haud abs re Valentinianum perturbauit. Idcoque confeſtim militares quoſdam numeros, relictis in Pannonia Myſiaque ſuperiore præſidijs, in Africam nauigare iuſſit. Id vbi fieret, Sauromatæ & Quadi, iam pridem illi, cui credita erat horum locorum cuſtodia, (& erat is Celeſtius) infenſi; poſt militum profectionem in Africam, Pannonios & Myſos inuadebant. Nam quia Celeſtius ipſorum principem interpoſita fide, ſacramento confirmata, circumuenerat, eumque fraude necauerat, necdum remota menſa: non abs re barbari hanc expeditionis occaſionem habentes, Iſtro vicinos populabantur; quicqid eſſet extra opida, diripientes. Enimuero Pannonij barbarorum prædis erant expoſiti, militibus ſegniter opida defendentibus, & interiora fluminis loca non minus, quam barbari facerent, vexantibus. At Myſia nihil mali perpeſſa eſt propterea, quod dux copiarum militarium Theodoſius viriliter obſtitiſſet, atque barbaros irrumpentes fuga ſibi conſulere coëgiſſet. Vnde factum, vt ex hoc prœlio gloriam conſequutus, ad imperium deinceps peruenerit. Sed hæc ſuis temporibus exponentur. Valentinianus autem hoſce nuntios audire non ſuſtinens, e Celtis profectus, in Illyricum tranſijt; de bello Quadis & Sauromatis inferendo, deliberans. Ac Merobaudem, qui peritiam rei militaris habere ſupra ceteros videretur, toti exercitui præficit. Hieme præter morem durante longius, Quadi legatos ad eum mittebant, qui verba quædam modum excedentia perferrent: ob quæ indignatus Valentinianus, præque nimia iracundia propemodum redactus ad inſaniam, ſanguine in os delapſo, qui vocis arterias conſtringebat, extinctus eſt; quum in Illyrico menſes nouem, paucis diebus deficientibus, commoratus fuiſſet, & imperij duodecimum annum adtigiſſet. Eo defuncto, fulmen Sirmij delapſum regiam cum foro concremauit; viſumque fuit ijs, quorum de rebus huiuſmodi ſunt accurata iudicia, parum proſperum publicis rebus hoc portentum eſſe. Terræmotus quoque nonnullis in locis acciderunt, Creta vehementius ſuccuſſa, cum Peloponneſo, reliquaque Græcia: ita vt opida complura collaberentur, exceptis Athenis, & Attica regione, quam ex huiuſmodi cauſſa conſeruatam perhibent. Neſtorius id temporis ſacrorum antiſtes conſtitutus, ſomnium vidit, quod publicis honoribus Achillem heroa iuberet adfici. Hoc enim vrbi ſalutare futurum. Quum autem viſum hoc cum magiſtratibus communicaſſet, atque illi rati eum delirare, qui iam ſenex decrepitus eſſet, nihili quod dictum fuerat, feciſſent: ipſe ſecum ratiocinatus, quid agendum eſſet, diuiniſque cogitationibus edoctus, imaginem herois exigua in domo fabricatam ſimulacro Mineruæ, quod eſt in æde virginis conſecratum, ſuppoſuit. Peragens autem conſueta Deæ ſacra, pariter & heroi debita rite faciebat. atque in hunc modum quum ipſa re ſomnij conſilio ſatisfactum eſſet, terræmotu paſſim graſſato, ſolos Athenienſes ſaluos euadere contigit, tota pariter Attica hiſce beneficijs herois fruente. Hoc autem verum eſſe, licet ex ijs cognoſcere, quæ Syrianus Philoſophus, hymnum in hunc heroa ſcribens, commemorauit. Er hęc quidem ab inſtitutis haud aliena libuit adijcere. Ceterum extincto Valentiniano, videntes legionum tribuni Merobaudes & Equitius, Valentem atque Gra-

tianum

Firmus ab Afris imp. factus.

Sauromatarum & Quadorum motus.

Celeſtius perfide principem Sauromatam interficit.

Theodoſij Myſiæ præſidis virtus.

Merobaudes copijs omnibus præfectus.

Mors Valentiniani.

Fulmine Sirmij regia cõcremata

Terræmotus.

Athenæ a terræmotu immunes.

Neſtorij ſomnium.

Hymnus in Achillē Syriani.

tianum in locis procul remotis degere; quod alter adhuc eſſet in oriente, alter apud occidentales Gallos a patre relictus fuiſſet: veriti, ne quando vſuue niret, vt tranſiſtriani barbari rebus principe deſtitutis irruerent: arceſſitum minorem Valentiniani filium, natū ei de coniuge, quæ Magnentij prius vxor fuerat, nec procul inde cum matre degentem, in regiam cum purpura produ cunt, quum vix quintum ętatis annum ageret. Diuidentibus imperiū inter ſe Gratiano & Valentiniano minore, prout ijs videbatur, qui apud eos res moderabantur: (nam ipſi principes propter ętatem ſui iuris non erant) Gratiano quidem Celticæ nationes, & Hiſpania tota, cnm inſula Britannia, adtribuebantur: Valentinianum vero placuit Italiam, & Illyrios, & totam Africā poſſi dere. Ceterum Valentem imperatorem plures vndiq; bellorum fluctus circumſtabant. Primum Iſauri (quos alij Piſidas, alij Solymos, alij Cilices montanos vocāt. nos quidem accuratius de his aliquid indicabimus, vbi ad eum locum peruenerimus, de ijs vt dicendum ſit) opida Lyciæ Pamphyliæq; vaſtabant; mœnibus illi quidem potiri non valentes, ſed omnia ſub dio ſita diripientes. Quum autem imperator adhuc Antiochiæ degens, ſatis magnas (vt ipſe putabat) copias in eos mitteret: Iſauri cum vniuerſa præda in mōtes aſperrimos confugiebant, militibus ob ſegnitiem nec perſequi eos valentibus, nec alia ratione caſibus opidorum aduerſis mederi. Dum hæc ita gererentur, natio quædam barbara tranſiſtrianas gentes Scythicas eſt adorta; pri us illa quidem incognita, ſed quæ ſubito tum temporis emerſit. Eos adpella bant Hunnos, ſiue adeo regij Scythæ nuncupādi ſunt, ſiue quos ait Herodotus Iſtri adcolas eſſe, homines ſimos & imbelles; ſiue deniq; in Europam ex Aſia trāſiecere. Nam & hoc memoriæ proditum reperi, videlicet e limo, quē Tanais deuehit, Cimmerium Boſporum terra conſtratū, facultatem eis præbuiſſe, itinere terreſtri ex Aſia in Europam tranſeundi. Vtut ſeſe res habeat, profecti cum equis, & vxoribus, & liberis, & ijs rebus, quas ſecum vehebant, habitantes trans Iſtrum Scythas inuaſerunt. Ac ſtataria quidem pugna prorſus neque poterant, neque norant hoſtem adgredi: (quo enim id pacto? qui ne quidem in terram firmiter pedes defigere poterant, in equis autem & hærebant interdiu, & ſomnum capiebant) ſed partim circumequitando, partim excurrendo, partim opportune recedendo, & ex equis iaculando, immenſam Scytharum cædem edebant. quod quū frequenter facerent, nationem Scythicam ad eam fortunam redigebant: vt ſuperſtites domicilijs ſuis relictis, Hunnis ea traderent incolenda; ipſi fugam capeſſentes, in aduerſam Iſtri ripam tranſijcerent, porrectisq; manibus ſupplices ab imperatore ſe recipi peterent; ſimulque policerentur, officio ſe fidorum & conſtantium ſociorum functuros. Eam rem quum præſidijs opidorum ad Iſtrum præfecti eo vſque differrent, dum de voluntate principis cognitum fuiſſet: Valens vti reciperentur, armis prius depoſitis, permiſit. Itaque tribuni legionum, militumque duces tranſijciebant illi quidem, vt abſque armis barbaros in fines Romanos deducerent; verum nihil agebant aliud, quam quod elegantis formæ mulieres deligerent, & formoſos pueros ad vſum obſcœnum venarentur, aut ſeruos agricolaſue compararent: quibus ſolis intenti, cetera publicam ad vtilitatem ſpectantia negligebant. vnde fiebat, vt complures clam cum armis tranſuectos ignoraretur: qui ſimul atque ſolum Romanum ingreſſi fuiſſent, neque precum illarum ſupplicum, neque ſacramentorum recordabantur: ſed vniuerſam Thraciam, cum Pannonia, pertinentibusque regionibus ad Macedoniam & Theſſaliam vſque, barbaris complebant, quæuis oblata ſibi depopulantes. Quum autem rebus eo rum locorum maximum immineret periculum, principem adeūtes, quid accidiſſet denuntiabant. Ille belli Perſici rebus, quemadmodum ſane poterat,

Valentinianus minor, imp.

Gratianus cum fratre partitur imperium.

Valens bellis varijs obrutus.

Hunnorum prima mentio.

Boſporus Cimmerius limo conſtratus.

Hunni Scythas inuadunt.

Scythæ ad Romanos confugiunt.

Valens Scythas recipit.

Ducum Romanorum improbitas.

diſpoſitis; Antiochia curſu digreſſus, Cõſtantinopolim ibat: atque inde per-
gebat in Thraciam, bellum aduerſus Scythas illos transfugas geſturus. E-
greſſus autem exercitus, & ipſe princeps, huiuſmodi portentum conſpexe-
Portentum a Valente conſpectũ.
re: Corpus quoddam hominis in via iacens viſum fuit, cetera quidem pror-
ſus immobile, verberibusq; cæſo a capite ad pedes vſque conſimile: verum
oculos tantum apertos habens, qui propius accedentes intuerentur. Quum
autem interrogantibus, quis eſſet, & vnde, tum a quo iſtæc perpeſſus fuiſſet,
nihil omnino reſponderet: prodigioſum quiddam rati, etiam prætereunti
principi commonſtrabant. Quum is de rebus iiſdem interrogaſſet, nihilo mi
nus mutus erat: nec exiſtimatus viuere, quod vniuerſum corpus expers mo-
tus foret: nec integre mortuus, quãdo incolumes oculi eſſe viderentur. Tã-
Interpretatio portenti.
dem ſubito portentum hoc euanuit. Itaque quum ij, qui circumſtabant, quid
agendum eſſet, ambigerent: homines in explicãdis talibus ingenioſi ſtatum
reipublicæ futurum portendi dicebant; quodque duratura foret rerum cæſa
rum & flagris confectarum facies, animam exhalantibus ſimilis, donec ma-
giſtratuum & adminiſtrantium improbitate prorſus interijſſent. atque hoc
nobis ſingula perluſtrantibus vere prædictum apparebit. Valens autem im-
Bellũ contra Scythas in Thracia.
perator, qui iam Scythas vniuerſam Thraciam depopulari cerneret; ſtatuit
eos, quos ex oriente ſecum adduxerat, ex equis pugnandi peritiſſimos, in e-
quitatum Scythicũ prius immittere. Quapropter accepta illi a principe teſſe
ra, ſparſim extra Conſtantinopolis portas egrediebantur; & remotos a ſuis
Scytharũ & Sarracenorũ prœlia
Scythas contis transfigentes, multorum capita cottidie adferebant. Et quo-
niam equorum celeritas, ictusque contorum, Scythis perquam difficulter
poſſe ſuperari videbantur; aſtu nationem Sarracenicam circumuenire ſta-
tuerunt. Itaque concauis in locis abditis inſidijs, tres Scythas vnum Sarrace
num adoriri placuit: qui ſane dolus eis nõ ſucceſſit, Sarracenis ob equorum
ſuorum velocitatem & agilitatem pro lubitu aufugientibus, quoties multitu
dinem aliquam aduentare cernerent. Iidem ſi tardiores adactis equis inua-
derent, eosque contis interimerent; tanta Scytharum cædes edebatur, vt I-
ſtrum re deſperata tranſmittere cuperent, & Hunnis ſe potius dedere, quam
vt a Sarracenis ad internicionem delerentur. Igitur vbi vicina Conſtantino-
poli loca deſeruiſſent, vlterius progreſſi; ſpatium principi datum eſt, copias
ſuas longius promouendi. Conſiderante autem ipſo, quo pacto bellum hoc
gerendum eſſet, tanta multitudine barbarorum imminente; quum pariter &
improbitas magiſtratuum ei moleſtiam exhiberet, quibus imperiũ abrogare
verebatur, propter eam tempeſtatem, qua tum res agitabantur; & quinã pr-
ficiendi muneribus eſſent, quibus parem & idoneum videre erat neminem,
ambigeret; Sebaſtianus occidente relicto, quod iſtic principibus ob ætatis
imbecillitatem parum inter ſe conueniret, eunuchorum cubiculo præfecto-
rum calumnijs totos ſeſe tradentibus, Conſtantinopolim venit. Ea re cogni-
ta Valens, qui eius viri tam in bellis, quam vniuerſa republica virtutes norat;
Sebaſtianus copijs præficitur.
Sebaſtianum prætorem copiarum deligit, eique belli totius principatum cõ
mittit. Ille mollitiem ſummamque ſecordiam tribunorum atque militum re
ſpiciens, quodque dumtaxat ad fugam, & muliebres miſerasque preces ex-
Sebaſtiani de bello gerendo rationes.
ercitati eſſent. bis mille, quos ipſe deligeret, milites ſibi dari petijt. Exiſtima-
bat enim, non eſſe procliue multitudini hominum præeſſe, qui diſſolute vi-
xiſſent; at inſtituere paucos, & a moribus effeminatis ad viriles traducere,
non admodum eſſe difficile. Magis & alioquin expedire, de paucis, quam de
vniuerſa multitudine periclitari. Hæc dicens, imperatori perſuadet; electio-
nemque nanctus, non eos ſibi ſumebat, qui eſſent innutriti formidini, & ad
capeſſendam fugam exercitati: ſed quoſdam recẽs adſcriptos exercitui, cor-
porisque proceritate præſtantes; & qui præterea coniectandi perito viderẽ-
tur

tur ad quodcumque facinus incitarentur, idonei futuri. Confeſtim igitur cuiusq; naturã explorabat, & exercitatione frequenti, quod deerat, ſupplebat: dicto quidem audientes collaudans, ac munerib. adficiens: in alios autẽ inobedientes acerbum & inexorabilem ſeſe præbens. Hoc modo militibus ad omnẽ diſciplinam bellicã exercitis, in opida moenibus cincta ſe recipiebat; eius inprimis rationem habens, vt exercitus in tuto foret. Simul cõtinuis inſidijs barbaros pabulatũ egreſſos adoriebatur, ac modo copia ſpoliorũ onuſtos inueniens, etiã prçda recepta, modo temulentos interficiebat; quoſdam & lauantes in flumine trucidabat. Quum magnam barbarorum partem huiuſmodi ſtrategematis deleuiſſet, ac reliqui metu prçtoris a pabulando ſe cõtinerent; maxima quædam aduerſus eum inuidia nata eſt. Ea vero peperit odiũ, vnde oriebantur criminationes erga principẽ, ab ijs profectæ, quib. erãt abrogata imperia, ſpadones aulicos incitãtibus. Quum hoc modo princeps ad abſurdã ſuſpicionẽ improbe fuiſſet impulſus, Sebaſtianus ei ſignificabat, vt ſuo loco maneret, nec vlterius progrederetur. Non enim in procliui eſſe, tanta cum multitudine aperto Marte congredi; ſed per circuitus & clandeſtinas adgreſſiones tantiſper extrahendũ eſſe tempus, donec inopia cõmeatus deſperatis reb. vel ſeſe dederent, vel ex ditione populi Romani abirent, atq; Hunnis ſe potius permitterent, quã miſerrimis cladibus, quæ famẽ comitari ſolent. Verum hæc illo monente, qui contrariarũ partium erant, principem hortabãtur, ad bellum potius egrederetur; quaſi barbaris iam maiori ex parte perditis, ſine labore princeps ad victoriam acceſſurus eſſet. Quum autem ſententia deterior viciſſet, fortuna res in peius agente; copias vniuerſas imperator ad pugnam nullo producebat ordine: quibus vbi barbari promtiſſime occurriſſent, ac proelio longe ſuperiores eſſent; propemodum vniuerſos ad internicionem delebant. Principe vero fuga cum paucis in vicum, quemdam elapſo, qui non munitus erat; ab omni parte vico materie circumdato, igneque immiſſo, quotquot eo confugerant, vna cum incolis, concremabant; ita vt ne principis quidem ad corpus omnino quiſquam peruenire poſſet. Rebus ad ſpem minutiſſimam redactis, dux equitatus Romani Victor e periculo cum nonnullis equitibus elapſus, quum in Macedoniam Theſſaliamq; ſe recepiſſet, atque inde ad Myſos & Pannonios excurriſſet: Gratiano in ijs locis commoranti rem, vti accidiſſet, nuntiat; itemq; tam exercitus, quam principis interitum. Ille vero non admodum maeſto animo patrui cædem ferre, quod ſuſpicio quædam inter eos intercederet: ſed gubernationi ſe non ſufficere cernens, Thracia quidem a barbaris, qui eam inuaſerant, occupata; vicinis autem Myſiæ Pannoniæque locis ab hærentibus ibidem barbaris infeſtatis; Rhenanis denique nationibus vrbes citra cuiuſquam impedimentum adorientibus; imperij conſortem Theodoſium deligit, oriundum ex opido Hiſpanicæ Calleciæ Cauca, hominem bellicoſum, & imperij militaris haud ignarum. Hoc Thraciæ rebus & orienti præfecto, ipſe ad occidentales Gallos tendebat; vt eorum locorum res, ſi poſſet componeret. Theodoſio principe Theſſalonicæ commorante, multi vndique propter publicas & priuatas cauſſas confluentes, impetratis quæ par erat, diſcedebant. Quum autem ingentes copiæ transiſtrianorum Scytharum, Gotthorum inquam, & Taifalorum, & aliarum gentium, quæ prius inter hos viuebant, trãnſieciſſent; & opidis Romanæ ditionis graues eſſe cogerentur propterea, quod Hunnorum multitudo terras ab ipſis habitatas occupaſſet: Theodoſius imperator ad bellum gerendum vniuerſis ſeſe cum copijs parabat. Tota vero Thracia capta ijs a gentibus, quas diximus, & opidorum in illis locis, caſtellorumque præſidiarijs, ne paullum quidem extra munitiones progredi audentibus, nedum vt apertis in lo-

Sebaſtiani ſtrategemata.

Mali Sebaſtiano inuident.

Sebaſtiani conſilium de ſummo bello.

Infelix hominũ ſceleratorum cõſilium.

Valentis interitus.

Theodoſius Gratiani collega factus.

Scythæ Transiſtriani vocabantur Gotthi, Taifali, & alij.

Theodoſij contra Gotthos expeditio.

Modaris præclara facinora. cis manus conſererent. Modares, regio natus apud Scythas ſanguine, qui nō multo ante transfugerat ad Romanos, & propter fidem, quam probauerat, imperium militare fuerat adeptus, quum milites in collem quemdam duxiſſet, planum quidem illum, & aruo ſimilem, ſed qui porrigeretur in longum, & ampliſſimos campos ſibi ſubiectos haberet, ibidem barbaris factum ſuum ignorantibus, hærebat. Quum autem de ſpeculatoribus accepiſſet, omnes hoſtes in campis colli ſubiectis, abuſos annona, in agris & vicis non munitis reperta, temulentos iacere: tacite militibus imperat, vt gladios dumtaxat, & ſcuta ferentes, armis maioribus grauioribusue poſthabitis, conſuetisque ſcutorum condenſationibus omiſſis, barbaros iam luxu diſſolutos inuaderent. Quod vbi factum eſſet, perexiguo diei tempore barbaros adorti milites, vniuerſos interfecerunt; partim nihil huiuſmodi ſentientes, partim ſimul atque rem animaduerterēt, vulneratos; & alios alijs mortis generibus intetemtos. Quum nulli iam viri ſuperſtites eſſent, necatos ſpoliabant; & in mulieres atque pueros irruentes, quater mille currus ceperunt, cum tanto captiuorum numero, quantum erat vero conſentaneum vehi tot curribus; exceptis & ijs, qui pedites eos comitabantur, ac per vices (vti fieri conſueuit) nō numquam in curribus quieſcēdo ſe recreabant. Hoc modo quum milites neglexiſſent ea, quæ fortuna obtulerat, non res Thraciæ, quas periculum fuerat ad extremum exitium redigendas, tamdem in tranquillo erant, barbaris in ea prȩter

Periculum prouinciarum orientis. omnem ſpem deletis. Orientis autem res ex huiuſmodi cauſſa parum aberat quin prorſus interirent. Hunnis eo pacto, quo diximus, tranſiſtrianas gētes adgreſſis, quum impreſſiones illorum Scythæ ſuſtinere non poſſent; Valentem id temporis rerum potientem obſecrabant, vt eos per Thraciam reciperet, ſociorum & ſubditorum officium facturos, & ſubſeruituros in rebus omnibus, quas princeps imperaſſet. His verbis perſuaſus Valens, ſuſcipit ille quidem eos; ſed ratus ipſorum ſe fidei nomine cautionem habiturum idoneam,

Gotthorum liberi in Aſiam miſſi ſi liberos eorum necdum puberes in alia regione curaret educari: magnam puerorum multitudinem in orientem mittit, ac Iulium præficit eorum educationi atque cuſtodiæ, quod eius viri ſagacitatem & induſtriam vtrique ſuffecturam officio putaret. Is eos in opida diſtribuebat, ne iuuentus barbarorum tanta multitudine collectorum, ad res nouas moliendas, & ad conſpirandum extra patriam, ſpatium atque opportunitatem haberet. His intra opida degentibus, & ætatis maturitatem adſequutis, eæ res nuntiabantur, quæ

Barbarorū a Romanis educatorum conſuratio. res in Thracia popularibus ſuis accidiſſent. qua fama permoleſte cognita, quotquot in eodem opido degebant, inter ſe congrediebātur; & alias vrbes inhabitantibus ſignificabant, cogitare ſe, Romanas vrbes adoriendo, parentes ac populares ſuos vlciſci. Iulius hoc inſtituto barbarorum intellecto, inops conſilij, quid potiſſimum ageret; ſimulque barbarorum conatus expeditos veritus, quocumque ſe conuertiſſent: Theodoſio quidem imperatori, quid ageretur, minime ſtatuit aperiendum; partim quod is in Macedoniæ locis hæreret, partim quod a Valente fuiſſet hæc ei commiſſa procuratio, non a Theodoſio tunc rerum potiente, cui prope necdum innotuerat: ſed clam ſcriptis ad ſenatum Conſtantinopolitanum litteris, & ab eo accepta poteſtate

Expeditum Iulij conſilium. agendi, quidquid expediturum reipublicȩ putaret, tali quodam modo periculum vrbibus imminens auertit. Arceſſitis ad ſe omnibus ordinum militarium præfectis, & ſacramentis exactis; conſilium, quod inſtituiſſet, cum eis communicabat. Illi perceptis ijs, quæ eſſent peragenda; rumores per quaslibet vrbes inter barbaros didunt, imperatorem largis admodum muneribus eos adficere velle; nec pecuniam dumtaxat, verumetiam agros diſtributurum in omnes, vt eos ad ſuam & populi Romani amicitiam pelliceret. Ideoque iubebant, vt certo ad hoc eis diȩ ſtatuto, intra metropoles conuenirent.

nirent. His ſpebus elati barbari, nonnihil de iracundia, deque ſtruendo vrbibus exitio, remittebant; & exſpectato die præſtituto, quo ſinguli venire iuſſi fuerant, confluebant. Quum autem milites quoque datum ſibi ſignum non ignorarent, occupatis tectis, quæ verſus fora ſpectarent, ingreſſos barbaros lapidibus atq; telis tantiſper petebant; donec vniuerſis ad internicionẽ deletis, vrbes orientales imminenti formidine liberaſſent. Enimuero quæ per orientẽ & Thraciam acciderant detrimenta, exitũ huiuſmodi ſagacitate ducum habuerunt. Imperator autem Theodoſius adhuc Theſſalonicę degens,

Theodoſij mores.

adeuntibus ille quidem facilis acceſſu videbatur: ſed a voluptate mollicieq; exorſus imperium, magiſtratus, qui rebus erant præfecti, conturbabat; & rei militaris duces numero plures, quam antea fuiſſent, inſtituebat.

Noui magiſtratus excogitati.

Nam quum vnus eſſet equitũ magiſter, & vnus itidem peditum præfectus: pluribus, quã quinq;, magiſtratus hoſce diſtribuit. quo facto fiſcum plurib. annonis grauabat. Non enim amplius duobus dũtaxat prętoribus, ſed quinq;, vel pluribus, quæcumq; ſinguli de duobus illis ante habuiſſent, prębebãtur. ſimul tot magiſtratuũ auariciæ milites exponebat.

Perniciosa magiſtratuum multitudo.

Nam quilibet eorum non partem ſuã, ſed lucrum integrum, quaſi ſi duo tantum forent, militares annonas cauponando colligere volebat. Ne his contentus, etiam præfectos alarum, turmarumq; duces, & legionum tribunos tantopere adauxit; vti duplo plures, quã prius eſſent, poſt ſe reliquerit: militib. nihil eorũ, quæ ipſis ex publico ſuppeditabantur, obtinentibus. Et hæc quidem ſecordia principis, abſurdaq; pecuniæ cupiditate, tamdem huc euaſerunt. Idem princeps auctor exſtitit, tantus vt ſumtus in menſam imperatoris fieret: vt propter ciborum multitudinẽ, & in his apparandis magnificentiã, populoſę coquorũ, & pocillatorũ, & aliorũ cohortes inſtituerentur; quas ſi quis enumerare velit, ei prolixo fuerit opus cõmentario.

Luxus Theodoſij.

Coquorum & pocillatorum cohortes.

Nam de multitudine inſeruientiũ principi ſpadonũ, quodq; cõplures horũ, præſertim qui ceteris forma præſtabant, prępides in mediũ proferrent eos, quos ipſi vellent; quodq; totũ imperiũ ſua in poteſtate haberent, quocumq; lubitum eſſet animũ principis flectentes; hæc ergo cõmemorando, quid opus eſt orationem inſtituere prolixiorem? quũ rerum interitus exinde ſequuti cauſſę nobis indicandæ veniant.

Spadonum numerus.

Nam quũ temere, atq; etiam in indignos fiſci bona profunderet, ideoq; non abs re plurib. pecunijs egeret: prouinciarum præfecturas quibuſuis accedẽtibus venales exponebat, nulla prorſus exiſtimationis, aut honeſtæ vitæ ratione habita; ſed eum iudicans idoneum, qui auri vel argenti maiorem ſummam adferebat. adeoque videre erat argentarios, & numularios, & alios in foro profeſſiones foediſſimas exercentes, magiſtratuum inſignia ferre, maioremque pecuniæ vim habentibus prouincias tradere.

Dignitates venales.

Quum talis in republica iam cepiſſet, vergens in deterius mutatio; militares quidem copiæ perexiguum intra tempus deminuebantur, & in nihilum adeo redigebantur: vrbes aũt pecunia deſtituebantur, quæ partim per impoſitas collationes, modum excedentes, partim per auariciã magiſtratuũ exhauriebatur.

Militum numerus imminutus.

Ciuitatum opes exhauſtæ.

Hi enim eos, qui animos ipſorum inexplebiles nõ demerebantur, calumnijs opprimebant; tantũ non clamantes, omnia ſibi, quæ pro magiſtratu numeraſſent, neceſſario recuperanda eſſe. Quapropter opidorũ incolæ paupertate ac magiſtratuũ improbitate vexati, infelicẽ maximeq; miſerabilẽ vitam agebant; Deo ſupplicantes, & ab eo petentes, vt talibus tantiſq; calamitatibus liberarentur. Nam adhuc facultatem habebât adeundi fana, patrijsq; ritibus numina placandi. Quum autẽ Theodoſius imperator admodũ deminutos exercitus animaduertiſſet, trãſiſtrianis barbaris ad ſe veniẽdi, quicumq; vellent, poteſtatem faciebat; pollicitus, ſe transfugas militum numeris adſcripturum.

Inuitati ad militiam Romanam barbari.

Eam illi pactionẽ accipientes, ad Theodoſiũ ſe conferebant, & militib. permiſcebantur: quũ quidẽ hoc inter ſe conſilij ce

Exitiale barbarorum conſilium.

piſſent,vt ſi numerus ipſorũ excreſceret,facili momẽto rempublicã adgrede-

Theodoſius barbarorum conſilijs occurrit.

rentur, & omnia ſuam in poteſtatem redigerent. Conſpicatus autem multitudinem transfugarum imperator,quæ iam ſuorum militum numerum excederet;ſimulque reuocans ad animum,quo pacto quis eos cohibiturus eſſet, ſi præter pacta conuenta quid molirentur:præſtare ratus eſt, vt partem horũ aliquam permiſceret in Aegypto militantibus, ac viciſſim partem illorum; qui numeros iſtic ſupplerẽt,ad ſeſe traduceret. Quod vbi fieret, his quidem illuc,iſtis autem huc tranſeuntibus,vti princeps imperauerat: Aegyptij tranquille per opida factis itineribus, res neceſſarias iuſto pretio ſibi comparabant. Barbari vero nullum habentes in tranſeundo ſui modum,cum ijs, quæ

Barbarorum inſolentia.

venibant in foro, pro animi libidine agebant. Quum vtrique Philadelphiæ cõueniſſent,quod opidum eſt Lydiæ;longe numero barbaris inferiores Aegyptij,diſciplinam militarem obſeruabant. Barbari vero, qui hos multitudine ſuperarent, amplius aliquid ſibi iuris vſurpabant. Quumque forte quidã ex ijs,qui erant in foro,venditarum ab ſe rerum pretium poſceret; at gladio barbarus vteretur, atque hinc illo exclamante feriretur & alter priori laturus opem: Aegyptij propter ea,quæ fierent,commiſeratione moti,moderate barbaros hortabantur,ab huiuſmodi facinoribus abſtinerent. Nõ enim hoc

Milites Aegyptij barbaros coercẽt.

decere viros, qui Romanorum legibus viuere vellent. Tum illi gladios ſuos aduerſus hos ſtringere,donec & Aegyptij victi ab iracundia cum eis congrederentur;ac plures,quam ducentos interimerent:alijs cæſis, alijs in cloacas fugere coactis,atque in eis exſpirantibus. Poſteaquam hæc Philadelphiæ patraſſent in barbaros Aegyptij, ac modeſtiores vt eſſent, non defuturis ſcilicet,qui eis reſiſterent,perſuaſiſſent: ipſi quidem vlterius iter ſuum proſequebantur,barbari vero verſus Aegyptum,quo ire iuſſi fuerant, progrediebantur. Et ducem habebãt Hormiſdam,natione Perſam, Hormiſdæ illius filium

Rei militaris cõfuſio.

qui cum imperatore Iuliano bellum contra Perſas geſſit. Aegyptijs in Macedoniam venientibus,& legionibus eorum locorum adſcriptis;nullus erat in caſtris ordo,nullum Romani vel barbari diſcrimen:ſed inter ſe cuncti promiſcue verſabantur,quum ne deſcriptio quidem eorum, qui militum numeris accenſebantur,retineretur. Quinetiam transfugis permittebatur,iam legionibus adſcriptis,vt in patriam reuerterentur,aliosque ſuo loco mitterent;atque vbi videretur ipſis, ſub Romanis iterum militarent. Hanc confuſionem in ordinibus militarib. obtinere conſpicientes barbari, quibus omnia tranſfugæ renuntiabant,accedente mutuæ conſuetudinis licentia; idoneum tempus ſe ad inuadendum res tam negligenter adminiſtratas,nanctos exiſtimabant. ideoque nullo labore flumine tranſmiſſo, in Macedoniam vſque progreſſi,(nullus enim prohibebat, ac transfugæ præſertim liberum eis conce-

Theodoſi⁹ a barbaris prope necatus.

debant, quocumque pergere vellent,tranſitum) vbi principem quoq; cum copijs vniuerſis occurrere ſibi ſentiebant; nocte iam profunda, magnum ignem accenſum conſpicati,coniecturamque facientes,ignem illum,qui cõſpiceretur,circa principem & imperatorios ſtipatores eſſe; cognito denique de transfugis ad eos accedentibus,ita ſe rem habere: curſu principis ad tentorium,ignem quaſi ducem itineris ſequuti, contendebant. Simul autem & transfugis opem ferentibus,ſoli Romani cum ijs transfugis, qui adhuc aderant,reſiſtebant. quumque pauci contra multo plures non ſufficerent,imperatori quidem aufugiendi ſpatium concedebant; ſed ipſi fortiter dimicãtes, & infinitam barbarorum multitudinem interficientes, vniuerſi cadebant.

Barbarorũ oſcitantia Theodoſio vtilis.

Enimuero ſi barbari victoriam perſequuti fuiſſent,& aufugientes cum principe mox inſequuti: primo ſtatim clamore cunctos omnino in poteſtatem redegiſſent. Sed quoniam contenti victoria, Macedonia Theſſaliaque potiebantur,nullo præſidio munitis: ipſi quidem opida relinquebant, nihil in ea

ſtatuen-

ſtatuentes durius,ſpe tributum aliquod ab eis impetrandi; princeps autẽ co
gnito,has ob cauſſas eos diſceſſione facta patriã repetijſſe, præſidijs caſtella
cũ opidis,quotquot habebant moenia,muniebat:ipſe Cõſtantinopolim abi
bat,miſſis ad Gratianũ imperatorẽ litteris;quib.ſignificabat ea , quæ accidiſ-
ſent,quodq; reb.ad extremum malũ redactis cum omni celeritate ſuccurrẽ-
dum eſſet.Quũ hoc nomine tabellarios ablegaſſet, ipſe quaſi nihil triſte Ma *Exactionum acerbitas.*
cedonicis ac Theſſalicis opidis accidiſſet,publicorũ tributorũ exactores in-
ſtituebat,qui omnino ſtricte penſiones tributarias exigerẽt.eratq; videre to
tũ hoc, quod humanitate barbarorũ relictum fuerat , in cenſum erogari. Nõ
enim pecunia dumtaxat,verũ & mũdus muliebris,& omnis veſtitus, vſq; ad
illam(prope dixerim)veſtem,qua pudenda teguntur, tributorum indictorũ
nomine conferebatur:& omne opidum,omneq; prædium ploratu ac lamen
tis plenũ erat,vniuerſis barbaros inclamantibus,& eorum opem poſcentib.
atq; hoc in ſtatu Theſſalorum Macedonumq; res erant.Imperator aũt Theo
doſius ſplendide,quaſiq; triumphũ ob glorioſam victoriam peragens,Con-
ſtantinopolim ingrediebatur;nullam publicorũ caſuum rationem habens,&
cum vrbis magnitudine deliciarum ac voluptatis immodicũ vſum porrigẽs.
At imperator Gratianus harum rerum nuntio perturbatus; ſatis magnas co-
pias ablegabat,Baudoni prætori traditas,cum quo & Arbogaſtem mittebat. *Baudo & Arbogaſtes Franci,ad Theodoſiũ miſſi*
Erant autem ambo genere Franci,amiciſſimis in Romanos animis, ab auari
cia prorſus immunes, in bellicis rebus prudentia pariter ac robore præſtan-
tes. Poſtquam hi cum exercitu in Macedoniam Theſſaliamq; perueniſſent,
degentes in ſolo Romano Scythæ mox ab exordio cognita horum audacia
& inſtituto,locis ijs relictis in Thraciam recurrebant , prius ab eis vaſtatam;
& quid agerent ambigentes, ad dolum malum priori ſimilẽ ſe conuertebãt, *Fraudes barbarorum.*
& iiſdem artibus imperatorem Theodoſium circumuenire conabantur.Per
paucos enim transfugas ad eum mittebãt,qui & beneuolentiã, & ſocietatẽ,
& facturos ſe quidquid imperaſſet,pollicerentur. Quum his ille dictis fidem *Theodoſius iterum deceptus.*
habens,eos ſuſciperet; iamq; ne priori quidem experientia conſequutus fu-
iſſet,vt quod eſſet ex re,cerneret:ſequuti ſunt hos & alij,quos omnes ille re-
cipiebat.iamq; res adeo rurſus in poteſtate transfugarum, propter ſtolidita-
tem principis , erant. Eam ſtoliditatem in ipſo deliciarum & voluptatis vſus
alebat.Nam omnia,quæcumq; ad morum vitęq; corruptelam ſufficiunt,hoc *Corruptelæ ſæculi Theodoſiani.*
imperante principe tantum incrementi ceperunt,vt propemodũ omnes,qui
principis inſtituta ſectabantur,in his beatitatem humanam metirentur.Erãt
enim mimi ridiculorum,& qui male pereant,ſaltatores ; & quidquid ad im-
puritatem,atq; hanc abſurdam diſſolutamq; muſicam pertinet,tam ſub ipſo,
quam deinceps exercitum fuit;quod eſſent,qui horum dementiã æmularen
tur.Licet autem reſpublica tantã ad corruptelam præcipitaſſet, tamen præte
rea Deum quoq; ſimulacra per omnes vrbes & agros oppugnabat:adeoque *Theodoſius ſimulacrorum euerſor.*
periculum cunctis imminebat,qui eſſe Deos putabant,vel in caelum omni-
no ſuſpiciebant,& quæ in eo conſpiciuntur,adorabant. Dum hæc Theodo-
ſius ageret , Gratianus imperator ad legiones Illyrici prætorem mitiit Vita-
lianum ,hominem qui rebus fatiſcentibus nequaquam ſufficere poſſet. Hoc
rebus præfecto,partes duæ Germanicarum trans Rhenum nationum,quarũ *Germanorũ quorundam expeditio.*
altera ducem Fritigernum habebat, altera ſub Alotho & Safrace militabat,
dum Celticas gentes premunt;Gratianum imperatorem eo compulerũt , vt
regiones Celticas relinquentibus permitteret , Iſtro tranſiecto Pannoniam
Myſiamq; ſuperiorem petere.Nam hoc ſtudioſe agebat , vt horum irruptio-
ne continua liberaretur.Igitur illi hoc conſilio tranſmiſſo nauigijs Iſtro , per
Pannoniam in Epirum tranſire cogitantes,& Acheloum tranſuecti, Græcas
vrbes inuadere;prius commeatum ſibi comparandum,& Athanarichum,to-

tius regij Scytharum generis principem, e medio tollendum arbitrabantur, ne quem haberent a tergo, qui conatum ipſorum impediret.

Athanarichus Gotthus a Germanis expellitur

Athanaricho Theodoſius honorem exhibet.

Hunc igitur adotti, nullo labore locis ijs, in quibus erat, expulerunt. At is celeriter ad Theodoſium ſe contulit, non ita pridem morbo liberatum, qui ſpem de vira dubiam fecerat. Theodoſius hominem cum barbaris comitibus amanter excipit, ſpatium non exiguum extra Conſtantinopolim obuiam ei progreſſus. quumque confeſtim extinctus fuiſſet, regia ſepultura mortuum terræ mandauit.

Athanarichi funus.

Et tantam ſepulturæ magnificentiam adhibebat, vt tam ſuperbo funere barbaris omnibus obſtupefactis, Scythæ quidem domum redirent, nec Romanos amplius infeſtarenr, bonitatem principis admirati; quotquot autem cum rege vita defuncto venerant, cuſtodiendæ ripæ fluminis intenti, diu quo minus Romani vexarentur incurſionibus, impedirent.

Scyri & carpodacæ a Theodoſio victi.

Eodem tẽpore Theodoſio quidã alij quoq; proſperi caſus accidere. Nam Scyros & Carpodacos permiſtos Hunnis vltus eſt, & proelio ſuperatos Iſtrũ tranſijcere, ſuasq; ſedes repetere cõpulit. Hinc igitur militib. animorũ fiducia redire, paullumq; videri de rebus aduerſis ſuperiorũ temporum reſpirare princeps; & agricolis exercendarũ operarum ſuarum, iumentis ac pecoribus liberi paſtus copia fieri. Ac Theodoſius quidem imperator in hunc modũ acceptis detrimentis mederi viſus eſt.

Promoti de Oedotheo victoria.

Promotus autem, prætor copiarum in Thracia pedeſtrium, Oedotheo (qui maximum exercitũ, non de Iſtri dumtaxat adcolis, verumetiam remotiſſimis & ignotis gentib. collegerat, iamq; cum militib. ſuis aduenerar, & flumen tranſiecerat) cũ terreſtribus pariter copijs, ac nauigijs fluuialib. occurrens, tantam cædem edidit: vt & cadauerib. flumen ipſnm cõpleretur, & in terra cæſi non facile numerari poſſent.

Gratiani pericula.

Alani Gratiano ſuorum odia conciliant.

Dum eſſent in hoc ſtatu res Thraciæ, non mediocres, nec moderatu faciles Gratianũ imperatorẽ caſus circumſtabant. Nam ijs obtemperans, qui principũ mores in aulis corrumpere ſolent, Alanos quoſdã transfugas ſuſceptos, & copijs militũ adſcriptos, muneribus largis cohoneſtabat; eisq; maximi momenti res credi volebar, nulla ratione ſuorũ militum habita. Id imperatori pariebat apud milites odium, quod paullatim ſuccenſum & auctum, ad rerum nouarum libidinem perpulit quum alios milites, tum in primis eos, qui degebãt in Britannicis inſulis; vt qui magis temeritati & iracundiæ, quam ceteri omnes, indulgerent.

Maximus Hiſpanus, æmulus Theodoſij.

Maximus imp.

Et Maximus ad hoc eos amplius incitabat, Hiſpanus natione; qui Theodoſij principis in Britannia commilito fuerat. Is permoleſte ferens, habitũ quidem fuiſſe dignum imperio Theodoſium, ſe vero nullam ad dignitatem peruenisſe; magis etiam milites ad imperatoris odium iritabat. Illi facile cõmoti, Maximum imperatorem adpellant; quem vbi purpura & diademate cinxiſſent, confeſtim tranſmiſſo nauib. oceano, ad oſtia Rheni adpellunt. Exercitibus autem, qui erant in Germania, ceterisq; ſecundũ hanc regionibus, ſumma cum beneuolentia renuntiationẽ hanc adprobantibus; Gratianus ad cõſerendum cum Maximo proelium ſe comparabat, quum pro eo non exigua pars exercitus adhuc propugnaret. Vbi copiæ propius ad ſe inuicẽ acceſſiſſenr, quinq; non amplius dies inter ſe velitationibus vtebantur.

Gratianus a ſuis deſertus, aufugit

Conſpicatus autem Gratianus, primo quidem Mauros equites vniuerſos diſceſſionem feciſſe, ac Maximum Auguſtum conclamaſſe; deinde ceteros etiam paullatim ad Maximi partes tranſire: deſperatis rebus, ſumtisq; ſecum trecentis equitibus, pleno curſu cum eis verſus Alpes aufugiebat. Eas quum nullo munitas præſidio reperiſſet, verſus Rhætias, & Noricũ, & Pannonias, & Myſiã ſuperiorẽ tendebat. Hac illius fuga nõ neglecta Maximus, magiſtrũ equitum Andragathiũ, oriundũ e põto Euxino, qui eſſe peramico in ipſum animo videretur, cũ equis laborũ tolerãtiſſimis ad eũ perſequendũ mittit.

Gratianus Sigiduni occiditur.

Is impetu continuo Gratianũ perſequẽs, quũ Sigiduni pontẽ tranſiturũ adprehendiſſet, occidit; atque

atq; hoc modo ſtabilius imperium Maximo reddidit. Fuerit autem pretium
operæ, quiddã memoriæ proditũ non omitti, quod a narratione præſenti nõ
ſit alienum. In collegijs ſacerdotum Romę Pontifices primas tenebãt, quos,
ſi vox iſtæc Græcã in linguã transferatur, Gephyræos a pontibus dicere lice
at. Hanc autem appellationem huiuſmodi quadã ex cauſſa nancti ſunt. Quũ
necdũ homines cultum, qui per imagines exhibetur, intelligerent: primũ in
Theſſalia Deũ ſimulacra facta ſunt. Quũq; nec delubra forent, (nam & illo-
rũ incognitus erat vſus) effigies diuinas in Penei fluminis ponte ſtatuebant:
indito illis vocabulo, qui Deũ præfecti ſacris eſſent, vt a prima ſimulacrorũ
ſede Gephyræi, quaſi ſi pontanos dicas, nuncuparentur. Hoc a Græcis acce-
pto, Romani eos, qui ſacerdotũ in collegijs apud ipſos locum principẽ obti-
nerent, Pontifices appellarunt: ſimulq; ſanxerunt, vt eorũ in numero reges
etiã, propter dignitatis excellentiã, cenſerentur. Primus quidem Numa Põ-
pilius hunc honorẽ adeptus eſt, omnesq; deinceps, qui reges appellati ſunt,
ac poſt illos Octauianus ipſe, quiq; poſt eũ Romano in imperio ſucceſſerũt.
Simul enim atq; ſummũ imperium quiſq; accipiebat, amictus ei ſacerdotalis
a pontificib. offerebatur; & continuo Pontificis Maximi titulũ vſurpabat. Ac
ceteri quidem principes vniuerſi lubentiſſimis animis hunc honorẽ accepiſ
ſe, & hoc vſi titulo videntur; adeoq; Cõſtantinus etiã, potitus imperio; licet is
a recta ſacris in rebus via deflexiſſet, & fidẽ Chriſtianorum amplexus eſſet:
itemq; poſt illũ reliqui ordine ſequuti, & Valentinianus atq; Valens. Quum
ergo Pontifices ex more Gratiano talẽ amictum adtuliſſent, auerſatus eſt id;
quod petebant, ratus, non eſſe fas illiuſmodi habitu Chriſtianũ vti. Quumq;
ſacerdotib. ſtola reddita fuiſſet, aiunt eum, qui dignitate princeps inter eos
erat, dixiſſe: Si princeps non vult appellari Pontifex, admodũ breui pontifex
Maximus fiet. Igitur Gratiani principatus exitũ huiuſmodi habuit. Maximus
autẽ, qui poſſidere ſe iam tuto crederet imperiũ, legatos ad Theodoſiũ impe
ratorẽ miſit, non qui veniã commiſſorum aduerſus Gratianum peterent; ſed
præterea graue quiddã ſecum præferrent. Et erat is, qui ablegatus fuit, impe
ratorij cubiculi præpoſitus, non ſpado quiſpiã, (nec enim Maximus ferre po
terat, vt prætorij cuſtodiæ ſpadones præficerentur) ſed vir ætate grauis, ex il-
lorũ numero, qui a prima ætate cũ eo verſati fuerant. Poſtulabant autem ab
Theodoſio legati foedus, & concordiã, & aduerſus quemuis Romanorũ ho-
ſtẽ belli ſocietatem; vel ſi poſtulatis non fuiſſet adſenſus, inimicitias & bellũ
denuntiabant. Heic Theodoſius admittere, vt Maximus imperator eſſet; ſi-
mulq; dignũ ducere, qui ſecum ſtatuarum & imperatorij nominis eſſet parti
ceps: verũ clam in eum bellum moliri, & omni adſentationis ac obſeruantiæ
genere hominẽ circumuenire. adeo quidẽ, vt etiam daret in mandatis Cyne
gio præfecto prætorio, quũ eum ablegaret in Aegyptũ, & præcepiſſet, omni
bus numinum religione interdiceret, ac delubra clauderet; imaginẽ Maximi
cõſpiciendã Alexandrinis exhiberet, publiceq; reponeret, & populo indica
ret, conſortẽ hunc imperij factũ. qua quidem in re Cynegius, quod impera-
tũ fuerat, prꝑſtitit: & templorũ per orientem, & vniuerſam Aegyptũ, & ipſam
Alexandriam fores occluſit, ſacrificiaq; ab omni æuo recepta, cũ omni patri-
to cultu ſubmouit. quę autẽ ab eo tempore huc vſq; Romano imperio accide
rint, ipſarum rerum cõmemoratio particulatim inſtituta monſtrabit. Sub ea-
dẽ hæc tempora natio quædã Scythica trans Iſtrũ prodijt, omnib. iſtic incolis
ignota: quos eorum locorũ barbari * Prothingos appellabant. Hi quũ multi-
tudine abundarent, & armis neceſſarijs inſtructi eſſent, prætereaq; robore
corporis excellerent: nullo momento peragratis interiectorũ barbarorũ ter
ris, ad ipſam vſq; ripã Iſtri peruenerunt, fluminis tranſmiſſum ſibi cõcedi po-
ſtulantes. Promotus autẽ copiarũ in ijs locis prętor, exercitib. ad ripam flumi

Pontifices vnde dicti.

Cur a pontibus dicti pontifices.

Reges et imperatores dicti pontifices maximi.

Gratianus pontifex maximus eſſe ſe noluit.

Maximi adrogantia.

Poſtulata legatorum Maximi.

Aſtu Maximũ Theodoſius fallit.

Iuſſu Theodoſij fana paganorũ clauduntur, & ſacrificia prohibentur.

** fortaſſe legendum Thuringos*

nis,quã fieri poterat,longiſſime porrectis;a tranſitu barbaros arcebat.Et hęc
Thuringi fraus de circumuenti.
agens,aliam quoq; viã huiuſmodi reperit.Conuocatis nonnullis, qui linguã
eorum intelligebãt,& quib.ſciret in rebus talibus maxime fidendũ;horum
opera de proditione cum barbaris tractat,quũ quidẽ illi pro traditione prę-
toris & exercitusRomani mercedẽ largã peterent.At inficiantibus barbaris,
ad tantæ mercedis ſolutionẽ ſatis magnas ſibi copias eſſe: quo verbis ſuis fi-
dẽ facerent,qui a prætore miſſi fuerant, inſiſtebant ijs, quæ ab initio propo-
ſuerant;nihil de lucro ſuo decidi permittentes.Quũ vtrimq; de certa quadã
quãtitate conueniſſet,clam de proditione paciſcebantur;& placebat vtriſq;
partẽ vt aliquã mercedis cõtinuo proditores acciperent,reliquũ ad victoriæ
tẽpus reſeruaretur.Vbi iã conſtitutũ eſſet,quo pacto ſigna ſuſtollenda forẽt,
quoue tẽpore proditiones effectũ habere deberent:prætori, quidquid actũ
eſſet,renũtiant;quodq; barbari nocte intẽpeſta rem adgreſſuri eſſent,& ad-
uerſus Romanũ exercitum flumen tranſiecturi.Enimuero barbari partẽ ex-
ercitus ſui maxime vegetam lintribus impoſitã primo loco tranſijcere iuſſe-
runt,& milites adhuc dormientes adoriri;deinde alios,qui robore viribusq;
corporis mediũ velut ordinẽ obtinebant,vt primis rem ipſam exorſis opem
ferrent;atq; ita tamdẽ reliquam omnẽ ætatẽ inutilem,quæ ſe rebus iam prę-
Promotus ad opprimendos barbaros ſeſe parat.
clare cõfectis oſtentaret. De quibus omnibus prætor copiarũ Promotus ab
ijs,qui nomine ſtruendæ proditionis ablegati fuerant, edoctus;ad occurren
dum conſilijs barbarorũ ſe parabat,nauibus ita conſtitutis, vt obuerſas inui-
cem ſibi proras haberent.Latitudinem efficiebat eam naualis aciei, quã na-
ues tres abſoluerent;longitudinis autẽ maioris inprimis ratione habita,ripã
fluminis ad viginti vſq; ſtadia occupabat. qua re tranſmiſſu aduerſos exclu-
debat,& reliquis occurrens,qui lintrib. tranſijcere conarentur, in quoſcũq;
delatus eſſet,eos demergebat.Quumq; nox eſſet illunis, barbari Romano-
rũ adparatum ignorantes, facinus ipſum exordiebantur; magno cũ ſilentio
lintres ingreſſi,ratiq; Romanis conſilia ſua prorſus eſſe incognita. Signis aũt
elatis,quũ proditionis auctores de omnib.ducẽ pręmonuiſſent;Romani pro
pius adadparatũ hoſtilẽ prouecti,nauibus magnis & remigio validiſſimo vtẽ
tibus accedebant,oblataq; cuncta demergebant,quũ nemo deſilientiũ pro-
pter armorũ pondus euadere poſſet.Lintres autem illi,quicumq; vitauerant
Romanos nauibus circũuectos,quum in porrectas in lõgitudinem naues in-
cidiſſent;quibus ſuis offerentibus ſeſe telis petiti,cũ ipſis viris interibãt: adeo
Maxima Thuringorũ clades.
quidẽ,vt nauium Romanarũ ſeptum illud nemo tranſire potuerit. Ingenti e-
dita cæde,qualis antea necdũ vllo nauali proelio patrata fuit;cadauerib. am
nis complebatur,& armis,quorum quidẽ ea natura foret,vt aquæ innatarẽt.
Quod ſi qui natando tranſijcere potuiſſent,in collocatos ad ripam fluminis
parones delati peribant.Hoc modo quũ quidquid eſſet inter barbaros vege
tum,extinctum fuiſſet;ad prędã milites ſe conuertebant,pueros & muliercu
las abducentes,ac impedimentis potiti.Tunc & prętor copiarum Promotus
arceſſitum imperatorem Theodoſium, qui non procul aberat,rei fortiter ge
Theodoſij erga captiuos humanitas.
ſtæ teſtem vocabat.Ille multitudinem captiuorum,& ſpoliorum molem con
ſpicatus;captiuos vinculorum expertes dimittebat,& muneribus delenibat;
hac eos humanitate pelliciens,vt ad Romanos ſponte tranſirent, præſertim
quod eorum opera vſurus eſſet ad bellum contra Maximũ gerendũ.Ac Pro-
motus quidem eſſe Thracię præſidio pergebat,quũ ad bellũ,quod modo cõ
memorauimus, in occulto ſe paratũ & expeditũ præbuiſſet. Fuerit autem o-
peræ pretiũ & aliud quiddam ſimile,quod eodẽ tempore accidit,narrari. Eſt
opidũ in Scythia Thracenſi,quod Tomos vocant.Huius opidi militib. præſi
Gerontius egregio facinore inuidiã ſibi concitat.
diarijs cum poteſtate præerat Gerontius, vir robore corporis excellens, &
ad quemuis vſum bellicum idoneus. Erant autem ante opidum barbari qui-
dam,

dam, a principe ſingulari cum iudicio delecti; qui & corporum proceritate
præſtabant, & animi magnitudine ceteros ſuperabant. Hi ſupra milites reli-
quos & annonis, & alijs muneribus ab imperatore donati, nõ honores illos
ſibi habitos beneuolentia compenſare cogitabant; ſed deſpectu præſidis, &
militum Romanorum contemtu. Hac eorum volũtate cognita Gerontius, &
quod opidum adgreſſuri eſſent, eiusq; ſtatum conturbaturi: conſilium ſuum
cum prudentiſſimis quibusq; militibus communicat, petulantiam & iniuri-
as barbarorum punire volens. Quum autem eos ob metum cunctabundos
cerneret, qui motum ipſum barbarorum timerẽt; ſumtis armis, & admodum
paucis ſatellitibus, aduerſus vniuerſam barbarorum multitudinem quamdã
velut aciem ſtruebat, apertisque portis prodibat; militibus vel adhuc dormi
entibus, & metu ſuſpenſis; vel in muros adcurrentibus, & quæ gererentur,
ſpectantibus. Barbaris autem ridere Gerontij dementiam ſubibat, & quod
hominem cupidum eſſe mortis exiſtimarent, quoſdam robore pręſtantes ad
eum mittebant. Ille cum eo congreſſus, qui primus aduenerat, quum perexi
guo momento ſcutum eius adpræhendiſſet, fortiter dimicabat: donec quidã
ex ſatellitibus videns eos mutuis complexibus inter ſe colluctantes, hume-
rum barbari gladio abſcinderet, & hominem equo deturbaret. Obſtupefa-
ctis autem barbaris ob viri fortitudinem & audaciam, ſimul Gerõtius alios
ex hoſtibus adoriebatur; & qui erant in muris, conſpicientes ea, quæ ab ipſo
rum duce gererentur, Romani nominis ad animum reuocata memoria, bar-
baros adgrediebãtur, & implicatos, quotquot eruperãt, occidebant. Qui fu-
ga ſibi conſulebant, in eas ædes ſe recipiebant; quæ a Chriſtianis habentur
in honore, proque aſylo ducuntur. Ac Gerontius quidem ab imminentibus
periculis liberata Scythia, & barbaris hanc adgreſſis eximia fortitudine ac
magnanimitate victis; ab imperatore præmia quædam exſpectabat. Theodo *Gerontius ob*
ſius autem non mediocriter indignatus ob interemtos barbaros, quos ipſe *rem bene geſtam*
tanto honore dignatus eſſet, quantumuis exitio reipublicæ fuiſſent; confe- *in ius vocatur.*
ſtim Gerontium corripit, & ab eo rationem rei pro Romanis ſtrenue geſtæ
poſcit. Illo rebellionis eos aduerſus Romanos conuincente, ſimulque rapi-
nas & incolarum exitium commemorante: horum nullo flecti princeps, ſed
in eo perſiſtere, Gerontium non vtilitatis publicæ cauſſa; ſed ob libidinem
adipiſcendi barbaris ab imperatore donata, ne iſtis potitus cõuinci poſſet, il
los e medio tollere voluiſſe. Gerontio reſpondente, ſe iſta quoque poſt i-
pſorum cædem ad fiſcum remiſiſſe; (erant autem aurei torques, ad ornatum *Gerontius largi*
eis a principe donati) vix facultatibus ſuis in eunuchos diſtributis, eripere ſe *tionibus vitam*
periculis imminentibus potuit, dignis ſcilicet fide in rempublicam Roma- *redimit.*
nam ſua præmijs porſolutis. Quum eſſent imperio Theodoſiano res in hunc
modum perditæ, ac nihil egregium, quod ad virtutem tenderet, laudaretur;
ſed omne deliciarum & luxuariæ genus vlnatim, ceu prouerbio dici ſolet,
cottidie ſumeret incrementum: incolæ magnæ illius Antiochiæ in Syria, nõ *Antiochenorum*
ferentes auctiones publicorum tributorum, quæ ſingulos in dies a bexacto- *tumultus &*
ribus excogitabantur, ſeditionem commouebant; & tam ipſius principis, *ſeommata.*
quam Auguſtæ ſtatuis foede deiectis, voces iactabant, non illas quidem iis
indignas, quæ committebantur; ſed cum dicacitate tamen, & ipſis familiari
vrbanitate coniunctas. Quumque princeps ob ea commotus, quæ ab ipſis
deſignata fuerant, merito ſupplicio ſe delictum hoc puniturum minaretur:
metu iræ principis viſum eſt ordini decurionum legatos mittere, qui a plebe
commiſſa purgarent. Itaque Libanium ſophiſtam, cuius famam libri ab eo re *Libanius & Hi*
licti prædicant, & Hilarium ſplendore familiæ atq; omni eruditionis genere *larius legati.*
præſtantem, deligunt. Ac Libanius quidem oratione coram imperatore ac *Libanij eloquen*
ſenatu de ſeditione pronuntiata, tantũ efficere potuit; vt a cõcepta aduerſus *tia placatus imp.*

Theodo-

Antiochenos ira principem reuocaret:obiterq; factum eſt,vt ei princeps ne gotium reconciliationis iniungeret, inimicitijs aduerſus vrbem prorſus depoſitis.Hilarius autem propter virtutum magnitudinem laudes promeritus, a principe toti Palæſtinæ cum imperio præfectus eſt. Quum res orientis, & Thraciæ,& Illyrici,hoc eſſent in ſtatu:Maximus exiſtimans,non ex dignitate ſibi res ſuccedere,ſi ſolis imperaret ijs nationibus,quę Gratiano prius parebant:de Valentiniano regno deijciendo cogitabat, toto quidem illo, ſi poſſet;ſin ea ſpe fruſtraretur, parte ſaltem illius aliqua conquirenda, quantam ſane occupare poſſet.Hac opinione victus,ad tranſeundas alpes, & adeundam Italiam ſe parabat. Quum autem videret,per artam viam & aſperrimos inuiosque montes iter neceſſario faciendum eſſe; quos deinde lacus & paludes excipiunt,per quas viatoribus ſaltem tardius tranſeuntibus,non tantis copijs,exitus patet:quid agendum eſſet,ad conſilium melius differebat. Valentiniano autem legatos Aquileia mittente, deq; pace firmiore ſibi caueri petente; poſtulatis Maximus adſentiebatur, eam rem ſe quoq; lubentiſſime accipere ſimulans. Itaque Domninum Valentinianus hanc ob cauſſam ablegat, natione quidem Syrum, ſed notæ melioris familiarem. Quippe regni poteſtatisque particeps,fide pariter & vſu rerum pręſtare ceteris videbatur, & quidquid alioqui princeps alio nemine cōſcio facere volebat,huic inprimis credēdum ſtatuerat. Igitur profectus ad Maximum Domninus, capitib. legationis omnibus expoſitis,omni cū obſeruantia comitateq; exceptus eſt. Nam & dignabatur eum honore Maximus eximio,& tanta munerū mole ſatiabat; vt imperatorem Valentinianum nullum huic parem habiturum amicū Domninus exiſtimaret.Ac poterat vſq; adeo Domninum decipere Maximus, vt etiam partem exercitus ſui cum eo mitteret; quæ imperatori auxilio contra barbaros, Pannonijs imminentes,eſſet. Poſteaquam hęc cōſequutus Domninus abijſſet,ſeq; iactaret copia & magnitudine munerū,quæ acceperat,& conceſſorū ſibi ſociorum ſatellitio:viam ducentem ab alpib.imprudēs Maximo faciliorem reddebat.quod Maximus futurū proſpiciens,eoq; nomine cuncta molitus;vniuerſis cū copijs ſubſequebatur, tacite præmiſſis in itinere cuſtodibus,qui omnem curā adhibebant, ne curſu quis prætergreſſus, Maximi tranſitum in Italiam Domnini comitibus renūtiaret.quæ ſane cuſtodia per erat facilis.Nec enim latere poterāt,qui parte Alpium artiſſima proficiſcebātur.Quum igitur intelligeret,Domninū cum ſuis Alpes,quæ ſunt anguſtiſſimæ,cum montibus inuijs penetraſſe; atq; ijs præterea locis, quæ poſt Alpes erant paluſtria, militumq; copias impedire poterant, hoſtile ſe nullū agmen aduerſum inuenturū ſperaret; omni cū celeritate Italiā nemine præpedięte ingreſſus, Aquileiā copias ducit.Valentiniano tā repentino caſu pręter ſpem omnem oppreſſo,metus inceſſebat ipſius familiares, ne Maximus eū viuum in poteſtatē redactū occideret.Quapropter nauē ingreſſus, Theſſalonicam profectus eſt cum ſocia nauigationis Iuſtina matre,quę Magnentium prius maritum habuerat, vti diximus;& illo ſublato, propter eximiam formæ venuſtatem Valentiniano principi iuncta matrimonio fuerat. Hæc Gallam quoq; filiam ſecum adducebat. Quum tot emenſi maria, Theſſalonicam adpuliſſent; vſi legatione ad imperatorem Theodoſium petebant; vt in hoc tempore petulantiam aduerſus omnem Valentiniani familiam exercitam vindicaret. Theodoſius ad ipſam rei famam obſtupefactus,luxus quidem illius nimij nonnihil obliuiſcebatur; & paullum de inſano voluptatum ſtudio remittebat:verum habito conſilio viſum fuit, vt ipſe cum nonnullis e ſenatu Theſſalonicam ſe conferret. Hoc vbi factum fuiſſet, de integro conſultabatur,quid agendum eſſet:communiq; decreto placuit, vt Maximi facinora punirentur.Non enim illi homini vitā amplius concedendā, qui & Gratianum

Maximus alieni inhians, ſua perdit.

Maximi perfida ſimulatio.

Domnini apud Valentinianū nimiæ auctoritas.

Maximi vafrities.

Maximus in Italiam copias ducit.

Valentinianus ad Theodoſium cum matre profugit.

Senatuſconſultū contra Maximū

tianum occidiſſet, eiuſque regnum occupaſſet; & hunc ſucceſſum adeptus, via quaſi quadam progreſſus fuiſſet, ac fratrem illius relicto ſibi principatu exuiſſet. Offenſus his Theodoſius ob inſitam a natura molliciem, & hactenus vſurpatæ vitæ ſecordiam, ad bellum hoc ſegniorem ſe præbebat; adferens in medium ea mala, quæ de bellis ciuilibus proueniũt, ſimulq; oſtendens, neceſſario rempublicā in his vtrimq; letales plagas accipere. Quapropter aiebat, prius legatos eſſe mittendos. ac ſi quidē Valentiniano Maximus imperium reſtituere mallet, & quietē amplecti; ſecundū formam priſtinam in omnes imperium diuidendū eſſe. ſin ab auaritia vinci ſe pateretur, citra excuſationem vllam bello perſequendum. Aduerſus hæc nemo quidem e ſenatu proferre quidquam audebat, quod aliquo modo reipublicæ conducibilia viderentur; verum Iuſtina nec rerum vſu deſtituta, nec inops conſilij ad inueniendum id, quod expediret, quum Theodoſij pronum ad amores animum noſſet: Gallam filiam ſuam, eximia pulchritudine præſtantem, coram eo ſtatuit, & genua principis adtingens ſuppliciter obſecrat, ne Gratiani, qui largitus ei fuiſſet imperium, mortem inultam ſineret; neue ſe proſtratos deſereret, qui omni ſpe prorſus excidiſſent. Quæ proferens, puellam illacrumantem, & fortunam ſuam deplorantem, ei commonſtrabat. His Theodoſius auditis, ſimulq; puellæ pulchritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum ex puellæ forma vulnus ſatis ille quidem prodebat; ſed differebat tamen id, quod eſſet agendum, ſignificans eis, vti ſpes bonas animis conciperent. Quum autem puellæ deſiderio magis indies vreretur, conuenta Iuſtina, filiam eius in matrimonium ſibi dari petebat. Nam Placilla, quæ nupta cum eo prius fuerat, diem obierat. Ea vero ſe non aliter hanc ei daturam aiebat, niſi bello contra Maximum ſuſcepto, Gratiani cædem vltus eſſet; & Valentiniano patritum imperium reſtituiſſet. His ille condicionibus & nuptias impetrabat, & adparando bello ſe totū dabat. Quin & impulſus a muliere, militum animos auctis annonarū ſtipendijs demulcebat, & reliquam ſegniciem ſic vſu exigente corrigebat; vt etiam ea ſibi diſponenda ſtatueret, quæ poſt abitum ipſius, aliquam prouidentiam requiſitura eſſent. Ob eam cauſſam: mortuo in itinere Cynegio præfecto prætorio, quum ex Aegypto reuerteretur; quemnam præfectum prætorio conſtitueret, diſpiciebat: Quumque multos multoties conſideraſſet, tamdem idoneum virum reperit. Arceſſitum igitur Aquileia Tatianum, qui & alios ſub Valente magiſtratus geſſerat, & erat in omnibus virtute ſingulari præditus, prætorio præfectum in patria deſignat; & miſſis ad eum magiſtratus inſignibus, filio ipſius Proclo præturam vrbanam tradit. Enimuero præclare ſe heic geſſit, ampliſſimis magiſtratibus eiuſmodi viris commiſſis, qui poſt abitum principis optime res ſubditorum adminiſtrare poſſent. Ceterum copijs equeſtribus Promotum, pedeſtribus Timaſium præficit. Quum autem nihil ad profectionē amplius deeſſe videretur, ad aures imperatoris rumor eſt adlatus; permiſtos Romanis legionibus barbaros magnis muneribus promiſſis a Maximo de proditione ſollicitatos. Animaduertentes autem illi, eius rei famam iam emanaſſe; verſus paludes & lacus in Macedonia confugiebant, in eorum locorum ſaltibus ſemet occultantes. Per hos inueſtigati, & quauis arte requiſiti, maiori ex parte perierunt. adeo quidem, vt imperator hoc metu liberatus, omni ſtudio totoq; cum exercitu contra Maximū pergeret. Itaque Iuſtinam cum filio & filia nauibus impoſitam, & tuto deducturis traditam, Romam ablegat: perſuaſus, Romanos lubentiſſimis animis hos excepturos, quorum a Maximo voluntates eſſent alienæ. Ipſe cum exercitu per ſuperiorem Pannoniam, & Apenninos montes Aquileiam contendere cogitabat, & imparatum hoſtem adgredi. Dum iter hoc Theodoſius perſe-

Diuerſum Theodoſij conſilium.

Iuſtinæ Theodoſium arte ſtrinxit.

Theodoſius amore Gallæ captus.

Theodoſij mores immutati.

Tatianus & Proclus filius ſummos honores conſequuntur.

Barbari a Maximo corrupti pecunia.

Theodoſius in latronẽ inſidit.

& latitare volenti ſimilis erat. Quod admiratus, anum ad ſe vocabat, & quis eſſet, aut vnde, quęrebat. Illa reſpondere, ſe tum hoc, tum cuius rei cauſſa veniſſet, ignorare: verũ hoc ſe ſcire fateri, ex quo tempore Theodoſium imperatorem cum exercitu reuerſum eſſe nuntiatum fuerit; hunc hominem apud ſe diuertere, ac ſingulos in dies perſoluto victus pretio, diem totum domo egreſſum, & quocumque lubitum ſit, circumeuntem; aduentanre nocte reuerti velut a labore, cibumque ſumere, atque illum in modum cubare, veluti iam conſpiceretur. His auditis imperator, qui conijceret hæc anus indicia minime relinquenda inexplorata; correptum hominem dicere iubet, quiſnam eſſet. Illo nihil omnino proloqui auſo, quæſtiones flagris admotis inſtituebantur. Quum ne huic quidem quæſtioni cederet; equitibus imperabat, vt gladijs corpus eius configerent; adiecto, ſe Theodoſium principem eſſe. Tum ille ſe barbarorum In paludibus abditorum exploratorem dicere, quibus renuntiaret, vbinam locorum eſſet; & quæ regiones, quive homines eſſent inuadendi.

Barbarorum latebræ prodita.

Confeſtim huic abſciſſum caput, & profectus ad exercitum princeps, qui non longe ab eo loco in caſtris erat; milites eo deducit, vbi degere barbaros cognouerat; cumque ſuis in illos irruens, omnes cuiuſuis ætatis interficit; partim eos in paludibus abditos extrahens, partim in ipſis aquis interimens.

Timaſij conſiliũ pacne principi exitiale.

Ceterum dux Timaſius imperatoris fortitudinem admiratus, æquum cenſebat, vt militibus adhuc ieiunis, qui non amplius ſufficere laboribus illis per paludes exanclandis poſſent, ſumendi cibi ſpatium concederetur. Id permittente principe, tuba receptui canens, milites ab opere, barbarorumque perſequutione reuocabat. Quum ad capiendum prandium retroceſſiſſent, eo ſaturati, vinoque ac labore victi, grauiſſimum ſomnum dormiebant. quo animaduerſo, barbari ſuperſtites arma capiebãt, & milites ſomno temulentiaque grauatos adorti; haſtis, & gladijs, & quauis ad cædem idonea re configebant: interfectuſque cum copijs vniuerſis fuiſſet & ipſe princeps, ſi non ex ijs quidam, qui necdum pranſi fuerant, ad imperatoris tentorium adcurriſſent, & quod acciderat, nuntiaſſent. quibus tam ipſe, quam illi, quos ſecum habebar, perturbati; fuga periculum imminens euitare ſtatuebant.

Periculum principis.

Promotus autem fugientibus obuiam factus, (arceſſitus enim a principe fuerar) ab Imperatore petebat, vt is ſibi ſuorumque ſaluti conſuleret. Quippe barbaros ſibi curæ futuros, qui merito facinus ipſorum ſupplicio multaturus eſſet. Atque hæc dicens, pariter & præſtabat.

Promotus barbaros vlciſcitur.

Nam quum barbaros reperiret irruentes In militem adhuc dormientem, eos celerrime adortus eſt, & tot interemit; vt vel nemo, vel admodum pauci; qui ſe rurſus in paludes recepere, ſalui euaſerint. Quæ igitur imperatori Theodoſio contigere, poſt interemtum Maximum redeunti; talia fere fuerunt.

Reuerſus autem Conſtantinopolim, ob partam quidem aduerſus Maximum victoriam magnopere ſe iactabat; ob ea vero, quæ barbari latitantes in paludibus in ipſum & omnem exercitum patrauerant, maeſtior factus, bellis ac pugnis valedicere decreuit.

Theodoſius ad ingenium redit.

Quumque Promoto curam horum commiſiſſet, ipſe prioris viuendi rationis recordatus, cenas magnificas cenabat, & in exquirendis voluptatibus curioſus erat, & theatris atque circenſibus ſemet oblectabat.

Mira Theodoſij principis indoles

Adeoque mihi principis hnius vitam in vtrumque procliuem mirari ſubit. Nam quum natura mollis eſſet, omnique ſecordiæ, & indicatis antea vitijs deditus; ſi nihil ei triſte, nihil formidabile moleſtiam exhiberet, naturæ frena laxabat. Sin vrgeret aliqua neceſſitas, quæ ſtatum rerum quaſſatura timeretur; ignauiam deponebat, & delicijs valere iuſſis, ad fortirudinem ac laborum moleſtiarumque tolerantiam redibat. Quum ipſo rerum vſu docenre talis eſſet, iam omni ſollicitudine liberatus, inſitis a natura diſſolutionibus ſeruiebat. Ex ijs autem, quibus erant

limis adſpiciens, litteras porrigit, quibus imperium ipſi abrogabat. Iis ille perlectis; Nec imperium mihi dediſti, ait, nec auferre poteris. quibus prolatis, diſcerptoq; libello, & in terram abiecto, diſcedebat. Ex eo tempore non clanculum ſuſpiciones alebantur, ſed omnibus eorum inimicitiæ patebant. Ac Valentinianus quidem crebris ad imperatorem Theodoſium litteris vtebatur, hominis aduerſus maieſtatem principis adrogantiam commemorans; ſimulque petebat, vt opem ſibi ferret, iurans ſe ad ipſum conuolaturum, ni quamprimum hoc faceret. Arbogaſti vero conſideranti, quid agendum eſſet huiuſmodi quoddam conſilium ad animum accidit. Verſabatur in aula quidam, cui nomen Eugenius, tanta eruditione doctrinæ præſtans: vt & oratoriam profiteretur, & ſcholam aperiret. Hunc Richomeris, vt hominē perelegantem & vrbannum, familiariter complectens, Arbogaſti commendat; & ab eo petit, vt inter familiares & amicos illum babeat. quippe non futurum inutilem, ſi quando negotium aliquod emergat, quod officium veræ amicitiæ poſcat. Igitur vbi Richomeris ad imperatorem Theodoſium profectus fuiſſet, adſidua conſuetudo amiciſſimum Arbogaſti Eugenium reddidit: adeoque nihil erat rei ſeriæ, quod illi non crederet. In hoc vero tempore, quū ei ad animum hic Eugenius accidiſſet, qui propter eximiam doctrinam, & vitæ grauitatem, ad bonum imperium futurus eſſet aptiſſimus; cum eo, quæ ſecum ipſe delibereraſſet, communicat. Sed quum illum offendi per ea, quæ proponerentur, videret; hominem demulcere pergebat, & hortari, ne reijceret ea, quæ a fortuna donarentur. Vbi perſuaſiſſet, præſtare ratus eſt, prius e medio Valentinianum tolleret, atque ira rerum ſummam Eugenio traderet. Igitur principem, qui apud opidum Celticum Viennam commorabatur, & propter muros eius ludicra cum quibuſdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, letaliter vulnerat & interficit. Quum omnes tacite facinus admiſſum ferrent, ob viri dignitatem, & fortitudinem bellicam; ac præterea, quod hominem magna beneuolentia milites proſequerentur, qui pecuniam contemneret: Eugenium imperatorem renuntiat, omnibus de hoc viro, propter eius inſignes dotes, ſpes bonas concipere iuſſis. Vniuerſis hiſce Theodoſio principi eodem tempore renuntiatis, vxor eius Galla fratrem deplorans, regiam vniuerſam conturbabat. Simul & ipſe princeps magno mærore curaq; conficiebatur, qui conſortem imperij florentem ætate, vinculoque iunctum adfinitatis amiſiſſet; & in homines ab ſe alienos, & ceteroquin inuictos, quum ob miſtam audaciæ fortitudinem Arbogaſtis, tum inſignes Eugenij cum doctrina coniunctas virtutes, incidiſſet. Quamquam igitur hæc diceret, & cum animo ſæpius verſaret; tamen de rerum ſumma ſimul aleam iacere decreuit; omnis generis adparatum ad bellum gerendum inſtituens. Et turmas quidem equeſtres Richomeri committere cogitabat, eius viri fortitudinem pluribus iam bellis expertus; itidemque ceteris legionibus alios duces præficere. Quum autem Richomeris huius ipſius conſultationis tempore morbo extinctus eſſet, non abs re ſemet ad alios duces deligendos conuertebat. Dum ergo de hoc ſententia principis intra cogitationes ipſius adhuc hæreret, adeſſe miſſam ab Eugenio legationem nuntiabatur; quæ de Theodoſio principe quæreret, vtrum adſentiri vellet, vt Eugenius imperio frueretur; an renuntiationem illius improbaret. Ea legatione Rufinus Athenienſis fungebatur, qui nec litteras Arbogaſtis ſecum ferebat, nec vllam aliam mentionem illius faciebat. Quum princeps in deliberando, legatiſque conuenienter reſpondendo cunctaretur; aliud quoque factum huiuſmodi contigit. Vbi primū Theodoſius imperium fuerat conſequutus, barbaros quoſdā ad amicitiam bellorumq; ſocietatē admiſerat, ſpe pariter & muneribus delenitos.

Eugenij eruditio

Richomeris Eugenium Arbogaſti commendat.

Valentinianus occiditur.

Eugenius fit imp.

Bellum aduerſus Eugenium.

Legatio Eugenij ad Theodoſium.

Itidem & horum cuiuſque tribus duces omni cultu proſequebatur, & menſæ adhibebat. Hos inter exorta contentione, ad animorum diſcidia ventum eſt. Nam alij præſtare dicebant, vt ſacramenta floccifacerent, quæ id temporis, quo Romanorum ſe poteſtati permiſiſſent, præſtiterant. E diuerſo alij nullo modo quidquam aduerſus pacta conuenta faciundum aiebant. Et qui datam fidem pedibus proculcari volebat, ac ſuæ nationis homines hortabatur, vt id facerent, Priulfus erat: Frauſtius vero, qui iuramentis præſtitis inſiſtendum contendebat.

Priulfi & Frauſtij rixæ.

Diu quidem certe non conſtabat, has inter eos rixas eſſe. Quum autem aliquando menſæ principis adhibiti, compotatione longius producta, mutuas ad iras prorupiſſent, animique ſui quiſque ſententiam aperuiſſet: imperator voluntate cuiuſque cognita, finem epulo impoſuit. Illi vero, quum e regia diſceſſiſſent, animis tantopere commoti ſunt vt tandem hæc non ferens Frauſtius, educto gladio Priulfum cæſum interficeret.

Priulfus occiditur.

Quum autem milites illius adgredi Frauſtium cogitarent, ſtantes in medio ſatellites principis tumultum hunc progredi longius haud permiſerunt. Hæc tamen imperator audita modice tulit, & inimicitiarum auctores mutuis ſe vulneribus conficere paſſus eſt. Legatos autem muneribus deceptos & verbis, quę humanitatis plena viderentur, domum remiſit; poſt eorum abitum adparatui rerum bellicarum intentus. Eius autē caput eſſe ratus, vt eſt, delectum prætorum; Romanis quidem exercitibus Timaſium, & ſecundum hunc Stelichonem præfecit. & erat hic Serenæ, principis Theodoſij fratris filiæ, maritus. Foederatos autem barbaros Gaini & Saulo parere iuſſit. Horum imperij particeps erat & Bacurius, oriundus ex Armenia, vir omnis expers improbitatis, & rebus præterea bellicis exercitus.

Duces copiarum Theodoſij. Timaſius. Stelicho. Gaines. Saulus. Bacurius.

Hoc modo delectis ab eo ducibus, quum iam ad profectionem properaret: coniugem ipſius Gallam parturientem mori contigit, infantis onere cum vita depoſito.

Galla in puerperio moritur.

Huic Homerico more princeps diurnis perſolutis lacrumis, cum exercitu diſcedebat, bellum geſturus Arcadio filio relicto, qui iam ante fuerat imperator deſignatus.

Arcadius collega patris.

Et quoniam adhuc iuuenis erat, ſupplens id, quod ob ætatem ad prudentiam ei deerat; Rufinum ibidem relinquebat, qui ſimul & aulę præfectus eſſet, & ex animi ſui arbitratu quaſuis res alias adminiſtraret; adeoque ageret omnia, quæcumque principi poteſtas eminentiæ tribuit.

Rufinus Arcadio ſumma cum poteſtate adiungitur.

His conſtitutis, & Honorio minore filio ſecum abducto, ſitas in medio nationes omnes percurrit; & Alpium aditu præter omnem ſpem potitus, ad hoſtes acceſſit, inopinato aduentu Eugenio territo. Ceterum præſtare ratus, vt legiones barbaras in aduerſos immitteret, iiſque primum periclitaretur; Gainem eum nationibus ſibi ſubditis hoſtem adgredi iuſſit, ſequentibus hunc alijs ducibus, quicumque barbaricis ordinibus, equitibus inquam, & ſagittarijs equeſtribus, & peditatui præerant.

Primi barbari hoſtem aggredi iuſſi.

Aduerſus hos quum ſuos quoque produxiſſet Eugenius, omnibuſque copijs congreſſi iam eſſent exercitus; ipſo proelij tempore talis defectus ſolis accidit, vt maiore ſpatio nox eſſe potius, quam dies, exiſtimaretur.

Solis defectus ipſo proelij tempore.

Quumque nocturnam quodam modo pugnam exercitus pugnarent, tanta ſtrages hominum edita fuit; vt eo die maior pars foederatorum Theodoſij principis interficeretur, vna cum Bacurio duce, qui ante ſuos fortiſſime ſe periculis obiecit; ceteri præter opinionem fuga cum reſiduis euaderent. Igitur vbi noctis interuentu ſe recolligiſſent exercitus, ob victoriam elatus Eugenius, munera diſtribuebat in eos, qui ſupra ceteros fortiter ſeſe geſſerant, & cenandi poteſtatem faciebat; quaſi nullum amplius poſt tantam cladem acceptam, proelium futurum eſſet.

Eugenius victor vincitur.

His autem ad epulas conuerſis, Theodoſius imperator auroram adpetentem conſpicatus, vniuerſis cum copijs in hoſtes adhuc humi iacentes irruit; & nihil eorū, quæ perpeterentur, animaduertētes occidit. Quum-

que progreſſus eſſet ad Eugenij tentorium, ſatellites ipſius adortus, complures interemit: nonnullis, quos ipſe terror excitauerat, dum fugam molirentur, captis; inter quos & Eugenius erat.

Eugenij exitus.

Huic arrepto caput abſcindebant, quod haſta longiſſima confixum, per vniuerſa caſtra circumgeſtabant: oſtendentes ijs, qui a partibus illius adhuc ſtabant, debere Romanos animis ad principem ſuum, præſertim tyranno Iam de medio ſublato, redire. Quapropter omnes poſt victoriam ſuperſtites, ad imperatorem curſu delati, Auguſtum inclamabant, & delictorum veniam ſibi fieri petebant. quibus eorum precibus imperator haud grauatim adnuere.

Arbogaſtes fugiens ſeipſum interficit.

Arbogaſtes autem, qui Teodoſij humanitatem experiri non cuperet in montes aſperrimos confugiebat: & animaduertens, omnia loca perluſtrari ab ijs, qui eum quærebant; ipſe ſibi manus intulit, voluntariam mortem hoſtium adpræhenſione potiorem ducens.

Honorius impe. Stelicho tutor Honorij.

Quum hoc modo res Theodoſio principi ſuceſſiſſent, Romam ingreſſus Honorium filium imperatorem adpellat, Stelichione legionum in ijs locis duce creato, & eodem filio ſuo tutore relicto.

Theodoſij ad Senatum de amplectenda religione Chriſtiana oratio.

Quum autem Senatum conuenire iuſſiſſet, qui patritis auitiſque ſacrorum ritibus inhærebat, nec adhuc permoueri poterat, vt ijs adſentiretur, qui ad contemtum deorum deflexerant; orationem habuit, qua eos hortabatur, vt miſſum facerent errorem, (ſic enim adpellabat) quem hactenus ſequuti fuiſſent, & Chriſtianorum fidem amplecterentur, quæ liberationem ab omni delicto & impietate policeatur.

Argumenta paganorum pro religione ſua.

Sed quum huic exhortationi nemo pareret, nec a patritis ritibus, quos inde vſque ab origine vrbis accepiſſent, diſcedere vellent, & his expertem rationis adſenſum præferre; (quum dicerent, illis obſeruatis, ſe iam mille ducentis propemodum annis vrbem inuictam incoluiſſe; cum quibus ſi commutarent alia, quid euenturum eſſet, ignorarent)

Abolitio ſacrificiorum.

tum vero Theodoſius fiſcum ſumtu grauari, qui in ſacra victimaſque fieret, ſeque iſta velle abolere dixit: qui neque probaret id, quod ageretur; & alioqui ſciret, penuriam militarem maiores pecunias poſcere. Quum ſenatus reſpondiſſet, non rite fieri, quę perpetrarentur; quando ſumtus ille, qui ſacris impenderetur, ad fiſcum non pertineret; nihiloque minus lex ſacrorum abolita ceſſaret, aliaque neglecta iacerent, quæcumque a maioribus tradita fuerant: imperium Romanum paullatim deminutum, barbarorum domicilium factum eſt, aut potius incolis prorſus amiſſis, ad eam redactum eſt formam: vt ne loca quidem, in quibus vrbes ſitæ fuerunt, agnoſcantur. Sed hæc ad iſtam fortunam deueniſſe, inſtituta particulatim rerum narratio clare monſtrabit.

Obitus Theodoſij.

Ceterum Theodoſius imperator, Italiæ gentibus, & Hiſpanis, & Celtis, & vniuerſa præter hæc Africa, Honorio filio ſuo traditis; dum Conſtantinopolim reuertitur, morbo vitam finijt, eiuſque corpus pollinctum, ſepulcris imperatorijs, quæ Conſtantinopoli ſunt, illatum fuit.

ZOSIMI COMITIS, ET EXADVOCATI FISCI,

HISTORIAE NOVAE LIBER QVINTVS.

[Rufini & Stelichonis nimia poteſtas.] POſteaquam ſummum imperium ad Arcadium & Honorium delatum fuiſſet, nomine quidem tenus id obtinere videbantur; ſed reapſe poteſtas totius principatus per orientem penes Rufinum, per occidentem in arbitrio Stelichonis erat. Itidem lites omnes apud eos magna licentia diſceptabantur, & victor abibat, qui pecunia ſententiam redimebat, *[Iudiciorum licentia.]* vel alio quo familiaritatis modo beneuolentiam iudicis ſibi cõciliabat. Poſſeſſiones autem, quarum domini omnium ore tamquam beati prædicabantur, ad hos ipſos perueniebant; alijs quidẽ eos muneribus ſibi conciliantibus, eaq; ratione calumnias euitantibus: alijs vero ſua profundẽtibus, vt magiſtratũ aliquem, vel aliam talem vrbium perniciem redimerẽt. Quumq; vrbes omne genus improbitatis inundatione quaſi quadã obrueret, quidquid vbiq; diuitiarũ erat, in Rufini Stelichoniſq; domum confluebat: & omnibus in locis paupertas eorum domos depaſcebatur; qui locupletes iam olim fuerant. *[Principum extrema ſecordia.]* Neq; principes norant quidquã eorum, quę gerebantur; ſed quæcumq; Rufinus imperaſſet, aut Stelicho, pro lege non ſcripta ducebant. Et quoniam immenſas opes congeſſerant, iam Rufinus de imperio quoque ſibi parando *[Rufini de imperio ſomnia.]* ſomniabat, quum de filia nubili principi deſpondenda cogitaret, atq; hanc adeundi principatus occaſionem haberet. Adeoq; de hoc per quoſdam miniſterio principis adſignatos occulte verba fieri curat, quũ ipſe quidem exiſtimaret, neminem omnino conſilium hoc noſſe; fama vero paſſim, quod inſtituebat, diuulgaret. Nam ex ipſa mole contemtus, & incrementũ ſumente in dies adrogantia, de cogitationibus eius omnes coniecturã faciebant; eoq; modo publicum odium aduerſus eum augeſcebat. Ipſe vero, quaſi ſi delicta *[Rufini facinora.]* modica maioribus de induſtria facinoribus occultare vellet, aliud tale quiddam auſus eſt. Florẽtio, qui apud tranſalpinas gentes pręfectus prætorio fuit id temporis, quo magnus ille Iulianus dignitatẽ Cæſaris obtinebat, filius erat Lucianus. Hic Rufino patrono vtebatur, & prædia ſua maximi pretij iam ei conceſſerat. Quo nomine ſe iuueni Rufinus obligatum nunquã non fatebatur, *[Lucianus fit comes orientis.]* eius laudes apud imperatorẽ Arcadium prædicans. Is vero comitem orientis fecit, cuius magiſtratus ea poteſtas eſt; vt qui eum gerit, omnibus prouincias orientis adminiſtrantib. præſit; & quæcumq; non aguntur vti par erat, corrigat. Itaq; Lucianus erga ſubditos omni virtute præſtans, ob iuſticiam, temperantiam, ceteraſq; dotes, quæ magiſtratũ ornare poſſunt, clarus & celebris erat. Nec vel perſonarũ diſcrimen, vel aliud quidquã in animo eius herebat; extra ea, quæ lex dictaret, ita quidẽ, vt aliquando imperatoris e- *[Eucherius Lucianum calumnijs obruit.]* tiam patruum Eucherium, petentẽ aliquid præter decorũ, re non impetrata reiectum, tantopere commouerit; vt is hominem apud imperatorem calumnia grauaret. Quumq; princeps in Rufinum culpam conferret, qui tali viro tantum imperium dediſſet; Rufinus arrepta occaſione, quaſiq; principis repræhenſionem moleſte ferens; nemini conſilio ſuo patefacto, cum paucis admodum Antiochiam proficiſcitur: intempeſta nocte ciuitatem ingreſſus, *[Lucianus iniuſte punitur.]* compręhenſum Lucianum nemine prorſus accuſante cauſſam dicere cogit: Plumbeis autẽ pilis in ceruicem ei verbera dari iubebat. quumq; defeciſſet,

mox

mox opertum lectica vehi curabat; in omnium animis eam opinionem excitans, quaſi vita necdum amiſſa quamdam omnino humanitatem experturus eſſet. Quum vrbs facinus inſolens ægerrime ferret, Rufinus plebem demulcens regiam porticum exſtruebat, qua nullum habet vrbs ædificium ſplendidius. His peractis Conſtantinopolim reuerſus, impetrandæ principis adfinitati ſe dabat; tantum non properans ad collocandam huic in matrimonium filiam. Sed quum fortuna quiddam aliud ei prçter exſpectationem moliretur, ex huiuſmodi cauſſa ſpe Rufinus excidit. Erant duo Promoti filij, qui adhuc ſuperſtite Theodoſio cum liberis eius verſabantur. Horum alter apud ſe virginem habebat, eximia pulchritudine ſpectabilem. Hanc Eutropius, vnus ex eunuchis imperatorijs, vt vxorum princeps duceret, venuſtate puellæ prædicata, cohortabatur. Quumq; videret principem verba ſua non illubenter admittere, monſtrata imagine puellæ, perq; hanc Arcadio maius ad deſideriũ concitato; huius vti nuptias amplecteretur, perſuaſit: nihil ſciẽte Rufino eorum, quæ tractarentur, & exiſtimante, tantũ non confeſtim filiam ſuam principi nupturam, ſeq; non multo poſt illius in ſummo imperio conſortem futurum. Eunuchus autem conſpicatus, iam confectum ab ſe nuptiarum negotium; tripudiare populum, & coronis vti, velut in nuptijs principis fieri conſueſſet, iuſſit. Quumq; veſtem, quæ principem deceret, & mundum e regia ſumſiſſet, eaq; geſtanda miniſtris & apparitoribus principis dediſſet; populo præeunte per vrbẽ mediam incedebat. Ratis autẽ omnibus, hęc Rufini filię datum iri, baiuloſq; comitantibus; vbi progrediendo propius ad Promoti domum acceſſiſſent, cum donis hanc ſponſalicijs intrant: & illis ipſis puellæ virgini traditis, quæ apud filium Promoti educabatur, quænam principis futura coniux eſſet, oſtendunt. Hoc modo Rufinus ſpe ſua deiectus, qui aliam cum principe nuptam cerneret: quod reliquum erat, diſpiciebat; qua via ſcilicet Eutropium quoque de medio tolleret. Et Arcadiani quidem imperij res in hoc ſtatu erant. Stelicho vero, qui regni occidentalis curam gerebat, Honorio principi filiam, quam ex Serena ſuſceperat, vxorem dabat. Et iſtæc Serena filia erat Honorij, qui Theodoſij principum parentis frater fuit. Communita vero per imperatoris adfinitatem potentia, ceteroquin etiam propemodum vniuerſas Romanorum copias ſibi ſubiectas habebat. Nam quum poſt euerſum Eugenium, in Italia Theodoſius rebus humanis exceſſiſſet; Stelicho, qui totius exercitus prætor erat, robuſtiſſimos & bellicoſiſſimos quoſq; milites ſibi retinuerat, viribus exhauſtos & reijculos in orientem ablegans. His ita conſtitutis, quum Rufino ſuccenſeret, qui poteſtatem ſuæ parem per orientem habere volebat; ad Arcadium proficiſci cogitabat, cupiens & illius res arbitratu ſuo diſponere. Quippe dicebat, ab Theodoſio morituro ſibi datum in mandatis, vt omni cura principem vtrumq; complecteretur. Hæc Rufinus animaduertens, quauis arte moliebatur, vt profectionem Stelichonis in orientem auerteret; nihiloq; minus Arcadij copias militares diſſiparet, ac debiliores redderet. Hæc omnia tentans, homines nequiores ad iſta perficienda reperit, quam cuperet: quorum vſus opera, magnorum imperio Romano malorum auctor exſtitit. & quonam id pacto, dicam. Muſonius homo Græcus, qui ſummum doctrinæ faſtigium adtigit, tres habebat filios; Muſonium, Antiochum, & Axiochum. Muſonius & Axiochus eruditione pariter & integritate, virtutes paternas ſuperare contendebant; Antiochus omnibus diuerſis ſtudijs oblectabatur, & inſtrumentum improbitatis erat. Hunc Rufinus idoneum inſtituto ſuo repertum, Græciæ proconſulem deſignat, dum facilem irruentibus barbaris Græciæ vaſtationem efficere nititur; ſimulq; Gerontio prçſidium ad Thermopylas tradit, qui & ipſe conſilijs eius aduerſus rempulicam ſubſeruiturus eſſet.

Rufinus adfinitate principis ſperata excidit.

Eutropius nuptiarum Arcadij conciliator.

Rufini error.

Nuptiæ principis.

Rufinus Eutropio inſidiatur.

Stelicho ſocer Honorij factus.

Stelichonis & Rufini ſimultates.

Rufini molitiones improbæ.

Muſonij diſſimiles filij.

Antiochus Græciæ proconſul.

Rufini & Alarici cõſpiratio. Hæc vbi Rufinus per ſummam nequitiam deſignaſſet, quandoquidem ſeditioſum & legibus ſemet eximentem videbat Alarichum; (qui præmoleſte ferret, militaribus ſe copijs haud præfici, ſed eos dumtaxat habere barbaros; quos Theodoſius ei tradiderat, quo tempore cum illo tyrannidem Eugenianam opprimebat) occulte iam ei ſignificabat, vt quos ſecũ haberet barbaros, aliosve conuenas, vlterius abduceret, omnia momento facili occupaturus. His fretus Alarichus, e Thracia diſcedebat, & in Macedoniam Theſſaliamque progrediebatur, interiecta cuncta diruens. Quumque propius ad Thermopylas acceſſiſſet, clam ad proconſulem Antiochum mittit, & ad Gerontium, Termopylas cum præſidio cuſtodientem, qui ſuum eis aduentum nunciarent. Horum alter cum præſidiarijs abibat, liberum & expertem impedimenti barbaris aditũ in Græciam concedens: qui mox ad expeditam *Græciæ clades.* agrorum direptionem, & vniuerſum opidorum excidium progrediebantur; viros quidem cuiuſuis ętatis interimentes, pueros autem & mulierculas gregatim vna cum opibus vniuerſis ceu partam prædam abigentes. Ac Boeotia quidem tota, cæteręq; Gręcę nationes, quaſcumq; poſt occupatum aditum illum Thermopylarum tranſibant barbari, plane iacebant; & euerſionem ſuam hodieq; ſpectatoribus intuendam exhibẽt, ſolis Thebis partim ob vrbis munitionem conſeruatis, partim quod Alarichus Athenas capere properans, earum obſidioni non inhęſiſſet. Quum igitur ob hanc cauſſam Thebani euaſiſſent, Athenas contendit, facillime ſe vrbem occupaturum exiſtimans: & quia propter amplitudinem a ciuibus cuſtodiri non poſſet, prætereaq; contiguum Piræeum haberet; non multo poſt inopia commeatus obſeſſos deditionem facturos putabat. Et Alarichus quidẽ has ſpes fouebat. Verum vrbis antiquitas etiam in tam impijs malis diuinam quãdam prouiden- *Athenæ ſeruatæ.* tiam euocatura pro ſe, ac manſura vaſtationis expers erat. Operæ vero pretium fuerit, ne cauſſam quidẽ, ob quam vrbs ſeruata fuit, ſane diuinã, & excitantem auditores ad pietatem, ſilentio pręteriri. Quũ ad vrbem Alarichus vniuerſis cum copijs accederet, in muro quidẽ obambulantem videbat propugnatricem Mineruam ea ſpecie, qua inter ſimulacra cõſpicitur; armatam ſcilicet, quaſiq; iam adeuntes inuaſurã: ante moenia vero ſtantem Achillem heroa, talem omnino, qualem Troianis Homerus exhibuit, quum ira concitante Patrocli mortẽ vlturus ad pugnam ſe conferret. Hoc ſpectrum non ferens Alarichus, omnẽ aduerſus vrbem conatũ omittebat, & pacem per legatos ciuibus offerebat; quorũ illi quum orationẽ probaſſẽnt, ſacramẽtis vltro citroq; pręſtitis, cum paucis Athenas Alarichus ingreſſus eſt. Exceptus omni cũ beneuolẽtia, poſteaquã & lauiſſet, & cum ſelectiſſimis in vrbe viris fuiſſet epulatus, & pręterea munerib. adfectus, vrbe pariter, & Attica tota citra detrimentũ omne relicta, diſceſſit. Ac ciuitas quidẽ Athenienſis tũ eo terręmotu, qui Valẽte principe contigit, & vniuerſam ſucceſſit Gręciam, ſola manſit incolumis, quemadmodum præcedente libro diximus: tum hoc tempore in extremũ coniecta periculum, euaſit. Alarichus autem Attica tota vaſtationis experte relicta, metu ſpectrorũ, quæ adparuerãt, in Megaridem tranſibat, & opido primo impetu capto, Peloponneſum itinere continẽti petebat, obſta- *Alaricus Peloponneſum occupat.* culum nullum expertus. Quumq; Gerontius Iſthmi tranſeundi copiam ei feciſſet, omnes ab eo deinceps vrbes citra laborem & pugnam capi poterant; quod nullis eſſent munitæ moenibus, propter eam ſecuritatem & defenſionem, quã Iſthmus eis pręſtabat. Itaq; cõfeſtim prima Corinthus, cũ finitimis opidis, vi capiebatur; & ſecundũ hanc Argos, vna cũ ijs locis, quę inter hãc & Lacedæmonẽ interiacent. Ipſa quoq; in ſocietatẽ captę Gręcię Sparta veniebat, nec armis ampli°, nec idoneis ad pugnã viris munita, propter Romanorũ auariciã; ſed ijs expoſita magiſtratib. qui & proditores eſſẽt, & imperatorũ vo-

luptati

luptati cupide ad omnia,publicam perniciem ſpectantia ſeruirent. Ceterum nuntiata Rufino Græcię calamitate, libido iſtæc imperij,qua flagrabat, incrementum ſumebat. Quippe conturbata republica,nihil impedimento ſibi futurum ad eiuſmodi conatum exiſtimabat.At Stelicho militibus in naues impoſitis, ad ſuccurrendum aduerſis Achaiæ rebus proficiſcebatur. quumque in Peloponneſum adpuliſſet,barbaros in Pholoën fugere coëgit: & facillime commeatus eos inopia perdidiſſet, niſi delicijs,& mimis ridiculorum,& parum pudētibus mulierculis ſeſe dans; militibus,quæcumq; barbari reliquiſſent, diripiendi poteſtatem feciſſet, hoſtibuſq; ſpatium concedendi,vt e Peloponneſo cum omni præda regreſſi, tranſirent in Epirum,& vrbes eius depopularentur. id quod eos feciſſe conſpicatus Stelicho,rebus infectis in Italiam nauigabat:quum maiora grauioraq; Græcis intuliſſet mala per eos milites, quos ſecum adduxerat.In Italiam quum adpuliſſet,confeſtim Rufino necem ſtruere,modo quodam tali, decreuit. Ad Honorium principem verba facit,quaſdam militum legiones ad Arcadium fratrem mittendas eſſe;quæ adflictas miſere ſub eius imperio nationes tueantur.Quumque iuſſus eſſet id exſequi, quod decreuiſſet; milites ad hanc rem perficiendam ablegandos ordinat.quibus vbi Gainem ducem præfeciſſet,quęcumq; de Rufino conſtituiſſet,edicit. Quum prope iam a Conſtantinopoli milites abeſſent, antegreſſus Gaines Arcadio principi militum aduentum nuntiat; eos adeſſe ſtudio rebus laborantibus ſuccurrendi cōmemorans.Imperatore magna lætícia propter eorum aduentū adfecto,Gaines hortatur,vt ingreſſuris vrbem militibus ipſe princeps obuiam prodeat. Aiebat enim ex more militibus honorem hunc tribui. Quum princeps obtemperans,ante vrbem eis occurriſſet; ac milites eum venerati, viciſſim a principe perbenigne fuiſſent excepti: data ab Gaine teſſera,ſimul vniuerſi Rufinum circumdatū gladijs feriunt. & hic quidem ei dextram adimebat,ille manum alteram præcidebat,alius a ceruice reuulſo capite diſcedebat,conſuetos victorijs pæanas accinens. Vſque adeo vero ludibrijs interemtum adficiebant,vt & manum eius vbiq; per vrbem circumgeſtarent,& ab occurrentibus peterent,inſatiabili pecuniam darent. Ac Rufinus ſane,qui cōpluribus intolerabilium malorum auctor priuatim exſtiterat,& vniuerſæ reipublicę detrimentū adtulerat,dignas admiſſis facinoribus poenas luit.Eutropius autem in omnibus opera Stelichoni nauata,quæ contra Rufinū ab illo deliberata fuerant; eorū iam,quæ agerentur in aula,penes ſe poteſtatem omnem habebat.ac Rufini quidem facultates ſibi maiori ex parte vindicabat, quum alijs quoq; permiſiſſet,vt ex ijs ea ſumerēt,quę poſſideri ab illis poſſe quoquo modo viderentur. Vxore vero filiaq; Rufini ad eccleſiam Chriſtianorū metu confugientibus,ne cum illo perirent; Eutropius eis fide data conceſſit, vt Hieroſolymorum ad vrbem nauigarent,quæ olim Iudæorū domicilium fuit,ſed ab imperio Conſtantini a Chriſtianis ornari ędificijs cepit.Heic illę reliquū vitæ tempus exegerunt. Ceterum Eutropius omnes, qui momenti alicuius eſſent, ſubmouere volens;ne quis alius,præter ipſum,poteſtatis imperatoriæ particeps eſſet:etiam Timaſio, qui a Valentis vſq; temporibus militare geſſerat imperium,& pluribus bellis interſuerat, nulla iuſta de cauſſa inſidias ſtruebat.Erat autem huiuſmodi calumnia.Bargus oriundus Laodicea,quod opidum eſt Syriæ,farcimina vendens in foro propoſita,quibuſdā in facinoribus deprehenſus, Laodicea Sardes profugerat; vbi talem ſe gerens,qualis erat, malitia nobilitabatur. Hunc Timaſius Sardibus degens,quū dicacem videret,ac mirum artificem quibuſuis hominibus,in quos incideret,adſentando facile ſibi conciliandis;in familiaritatē admittebat,& confeſtim cohorti militari præficiebat.Nec illo contentus,etiam Conſtantinopolim ſecum abdu-

Stelichonis in Peloponneſum expeditio.

Eiuſdem luxus & ignauia.

Stelicho necem Rufino ſtruit.

Gaines aduerſus Rufinū miſſus.

Gainis aſtus.

Rufini cædes.

In occiſum Rufinum ludibria.

Eutropius Rufino ſuccedit.

Vxori & filiæ Rufini parcitum

Eutropius Timaſio inſidiatur

Timaſius Bargum ſibi adiungit.

cebat. Hoc factum non probantibus iis, qui erant in magiſtratu, (quippe Bargus antea propter flagitia quędã eiectus Conſtantinopoli fuerat) Eutropius homine reperto, quo ad ſtruendam Timaſio calumniam vteretur, velut inſtrumento idoneo; ſummittit hunc accuſatorẽ Timaſio, libellos falſos proferentem, qui adfectationem imperij Timaſio impingerent. Heic princeps iudicis officio fungens pręſidebat, & adſtans Eutropius, qui cubiculis imperatorijs in vniuerſum prępoſitus eſſet, in poteſtate ſua ſententiæ ferendę ius habebat. Quum moleſte ferrent omnes, inſtitorem farciminum tot muneribus atq; dignitatibus illuſtri viro crimen intentare; princeps relicto iudicio, id ipſum Saturnino & Procopio committere. Horum alter prouectioris ętatis erat, magniſq; perfunctus honoribus; non tamen adulatione expers, ſed qui conſueſſet in iudicijs eorũ, qui ſecundum principem ſummã potentiam obtinebant, ſtudijs & animis obſequi. Procopius autem Valentis imperatoris gener fuerat, homo ferox & intractabilis, qui veritatẽ in nonnullis profiteri libere videretur. adeo quidem, vt hoc tempore ſententiæ contra Timaſium refragatus, obijceret Saturnino, non debuiſſe Bargum accuſatorem eſſe Timaſij, nec virũ tot geſtis magiſtratibus dignitatibuſq; clarum, vilis homuncionis & prorſus impuri calumnijs opprimi; quod eſſet abſurdiſſimum: deniq; bene merito fieri negotium ab eo, qui beneficijs adfectus eſſet. Nihil tamen Procopius hac vſus libertate proficiebat, ſed admodum laudata Saturnini ſententia potior erat. Timaſius autẽ relegatus, in Oaſim cum publico ſatellitio deducebatur. Is erat locus inſigniter ſterilis, e quo nemo poſſet euadere, qui eo deportaretur. Nam terra in medio arenoſa, vaſta prorſus, & inhabitata, noticiam tendentibus huc omnẽ adimit: partim quod venti arena veſtigia compleant & aboleant, partim quod nec arbor vlla, nec domiciliũ ſitũque indicium aliquod iter facientibus ad coniectură relinquere poſſint. Fama tamen apud omnes obtinuit, a Syagrio filio Timaſium ereptũ fuiſſe; qui ad inquirendũ ſe miſſos euaſiſſet, operaq; prædonũ quorumdam patrem rapuiſſet. Sed ſiue adeo vera iſtæc erant, ſiue per quoſdã Eutropio gratificantes in vulgus ſpargebãtur; nemo quidẽ certe rem accurate cognoſcere potuit, extraquam quod neq; Timaſius, neq; Syagrius ex eo tempore conſpecti fuerint. Bargus autem, qui omni ſuſpicione liberaſſet Eutropium, non iam inimicitias Timaſij ſuſpectas amplius habentẽ, turmę militaris imperiũ, quod bellas ei pecunias ſuppeditare poſſet, conſequebatur; maiorumq; munerũ ſpe delenitus abibat. Ignorabat enim, Eutropiũ ſibi de eo, qui talẽ erga bene meritũ Timaſium ſe geſſiſſet, nõ niſi conſimilem animũ policitum eſſe. Quũ igitur officij ſui cauſſa Bargus domo profectus fuiſſet, habitantẽ cum eo mulierẽ, quæ eſſet infeſto propter cauſſas quaſdã in illũ animo, libellos quoſdã edere principi perſuadẽt; quibus accuſationes plurimę continerentur, & criminũ grauiſſimorũ Bargus inſimularetur. His auditis, hominẽ Eutropius cõfeſtim in ius duci iubet, & conuictũ merito ſupplicio punit: quo facto, non ceſſabãt omnes oculũ Adraſtię tũ admirari, tum celebrare; quẽ fieri nequeat, vt quiſquã nefaria patrantium vllo modo fallat. Eutropius autẽ iam opibus ebrius, ſupraq; nubes imaginatione ſua ſe ferri exiſtimãs; in omnibus prope gentibus habebat, qui curioſe perſcrutarentur, quidquid ageretur, & quę cuiuſq; fortuna foret. Nec omnino quidquã erat, quod ei pecunię lucrũ non pareret. Igitur eum & aduerſus Abundantiũ inuidia pariter ac auaricia concitat. Erat autẽ Abundantius oriundus e Scythia Thracenſi, qui inde vſq; a Gratiani temporibus militauerat, ac ſub Theodoſio maximos honores adeptus, etiam prætor atq; conſul deſignatus fuerat. Quum hunc quoq; vellet Eutropius facultates & dignitatem omnem amittere, ſcripto id mandabat imperator, & mox aula pellebatur Abundantius; oppidum Phoeniciæ Sidonem

Bargum corrumpit Eutropius, vt Timaſium accuſet. *Saturninus.* *Procopius.* *Procopij libertas.* *Timaſij deportatio in Oaſim.* *Bargus ab Eutropio vaferrime deluſus.* *Vxor Bargum accuſat.* *Bargi ſuppliciũ.* *Eutropij faſtus & inſolentia.* *Abundantius inſidijs petitur.*

donem habitare iuſſus, vbi reliquum vitæ tempus tranſijt. Igitur vbi neminẽ
Conſtantinopoli prorſus habebat Eutropius, qui eum vel obtueri auderet; *Eutropius Stelichonem inuiſum reddit.*
ſolum Stelichonem arbitratu ſuo res occidentis tractantem animo verſans,
quo minus ille Conſtantinopolim accederet, aditũ ei prçcludere cogitabat.
Quare principi perſuadet, vt Senatu coacto Stelichonẽ hoſtem imperij de-
creto publico declararet. Quo facto, mox ſibi * Giadonem, totius ad Kartha ** al. Gildonem.*
ginẽ pertinentis Africæ ducem adiungit, & eius opera prouinciam Honorij *Africa Honorio adimitur.*
principis imperio ſubtrahit, eamq; ditioni Arcadianæ adijcit. Eam rẽ permo
leſte ferẽti, nec mediocriter anxio Stelichoni, quidã ſe fortunę caſus in auxi-
liũ obtulit. Quippe quum Giado fratri, quem habebat nomine Maſceldelũ,
furore quodam barbarico feciſſet inſidias; eum in Italiam ad Stelichonẽ na- *Stelicho recuperat Africã Maſceldeli opera.*
uigare, quæq; perpeſſus a fratre fuiſſet, eidem exponere coẽgit. is amplis co
pijs ei traditis, ſuppeditatoq; nauiũ numero, qui ſufficeret; bellum aduerſus
Giadonem geſturum ablegat. Poſteaquam ad eum locum perueniſſet, vbi
cõmorari fratrem inaudiuerat, atq; in illum imparatum cum exercitu irruiſ-
ſet: acri proelio cõmiſſo, vſq; adeo victor exſtitit; vt Giado ſibi mortẽ, laqueo *Giadonis exitus*
fracta gula, conſciſceret. Hoc enim perpeti malebat, quam in hoſtium pote-
ſtatem venire. Ac Giadonis quidem frater, Africa Honorij regno reſtituta, vi
ctor in Italiam reuerſus eſt. At Stelicho, licet ei propter rem præclare geſtam
inuideret; tamen bonas ſpes faciens, colere ſe hominẽ ſimulabat. Tamdem *Maſceldelus in aquas deturbatus perit.*
aliquando quoddam in ſuburbium egreſſus, quum in pontem fluminis per-
ueniſſet, atq; illum cum alijs Maſceldelus quoq; comitaretur: ſatellites datæ
ſibi ab eo teſſeræ ſatisfacientes, hominem in flumen detrudunt. Ac Stelicho *Stelichonis et Eutropij ſcelera.*
quidem ridere, Maſceldelus autem fluminis abreptus impetu ſuffocari. Hinc
iam inimicitiæ Stelichonis & Eutropij patefiebant, & in ore omnibus erant.
Atq; his odijs animorum mutuis inſiſtentes, omni cum licentia ſubditorum
malis inſultabant: quum iam Stelicho Mariam filiam Honorio principi de-
diſſet vxorem, & Eutropius in Arcadium, veluti pecudem quamdam, impe-
rium vſurparet. Nam ſiue prædium aliquod inſigne ſubditorum quiſpiam ha
beret, ad horum alterius dominium transferebatur; ſiue quid auri & argenti
eſſet, id omne priſtinis a poſſeſſoribus ad ipſos confluebat. quippe magnum
erat agmen hominum vbique calumnias ſtruentium, quibus horum deferẽ-
dorum cura commiſſa fuerat. Quum hic imperij ſtatus vtrimque foret, om-
nes ordinis ſenatorij proceres adflictam miſeramque rerum condicionem
indigne ferebant; prçſertim Gaines, qui nec conuenientem duci prouectio-
ris ætatis honorem conſequeretur, nec muneribus cupiditatem barbaricam *Gaines inuidet Eutropio.*
inſatiabilem explere poſſet; quem denique magis etiam vreret, quod in Eu-
tropij domum omnes pecuniæ deriuarentur. Has ob cauſſas indignatus, ſo-
cium ſibi conſilij Tribilgidum adiungit. Is periculis obeundis præſenti vir e- *al. Tribigildum.*
rat animo, & quoduis ad facinus audendum promtiſſimus. Nec turmis Ro- *Tribigildus & Gaines contra rẽ publ. conſpirant.*
manis, ſed barbaris in Phrygia ſubſiſtere iuſſis præerat; quorũ a principe cu-
ra ipſi commiſſa fuerat. Hic in Phrygiam proficiſci ſe velle ſimulabat, vt mi- *Tribigildi facinora.*
litantes ſub ſe barbaros inuiſeret; eoq; nomine Conſtantinopolim egreſſus,
abibat. Adſumtis autem barbaris, in quos habebat imperium, quidquid erat
in medio ſitum inuadebat nec aut virorũ, aut mulierum, aut puerorũ cædib.
abſtinens, & obuia quæq; diripiens, perexiguo tempore tantã coẽgit multi-
tudinẽ mancipiorum, aliarũq; vilium perſonarũ; vt Aſiã totam in extremum
periculum conijceret. Nam & Lydia plena variæ perturbationis erat, omni-
bus prope dixerim ad loca maritima cõfugientibus, cumq; ſuis vniuerſis ad
inſulas, alioue nauigantibus; & Aſia mari finitima periculum ſe, quantũ alias
numquam accidiſſet, in procliui conſpecturam verebatur. Hæc vbi nuntia-
ta principi fuiſſent, nullam publicæ calamitatis rationem habebat, (nec *Arcadij ſtoliditas*

enim perſpicere poterat, quid agendũ eſſet, extreme ſtolidus homo) ſed Eutropio totam imperij adminiſtrationem tradebat. Is & Gainem & Leonem

Duces aduerſus Tribigildum lecti.

duces deligit, hunc quidem ablegaturus in Aſiam, vt barbaros hanc obtinẽtes, & alios his permiſtos adoriretur; Gainem vero per Thraciam & Helleſponti dimiſſurus anguſtias, hoſtibus ibidem occurſurum, ſi & iſtæc loca vexantes conſpexiſſet.

Leo.

Ac Leo ſane, qui rebus Aſiaticis opem ferre iuſſus fuit, nulla prorſus imperatoria virtute præditus erat, nec alia dote quapiam, quæ ad hanc fortunam eum prouehere mereretur; vno excepto, quod Eutropio familiaris eſſet.

Gaines.

Gaincs in Thraciam mittebatur, quo minus per Helleſpontum Tribigildi milites tranſijcerent, prohibiturus; ac nauali quoque prœlio cum eis congreſſurus, ſiquidem vſus ita poſceret. Prætores huiuſmodi mandatis acceptis, eo copias abducebant, quo ſortitus quiſq; fuerat. Gaines autem reuocatis ad animum, quę conſtituta cum Tribigildo fuiſſent; quodque iam tempus adpetijſſet, quo conſilium exſequi iuberetur: Tribigildo ſuas vt

Gaines nimium præ cps. ſe ipſum prodit ac perdit.

copias ad Helleſpontum duceret, imperabat. Enimuero ſi, quæ contra rempublicam mente conceperat, diſtuliſſet; ac lente cum barbaris ſuis Conſtantinopoli fuiſſet egreſſus: omnino ſucceſſiſſet ei, quod ceperat conſilium, Aſiaque tota fuiſſet occupata; nec quo minus ea perdita ſimul & oriens periret, nihil erat omnino quod prohiberet. Sed quando adhuc vrbes illas imperio Romano fortuna ſaluas eſſe volebat, a natura barbaris inſito calore furoreque Gaines abreptus, Conſtantinopoli diſcedebat, omni prope dixerim belli poteſtate accepta. Quumque vix Heracleam perueniſſet, Tribigildo quid agendum eſſet, ſignificabat. Ille vero minime verſus Helleſpõtum progredi ſtatuit, veritus ne in conſtitutas iſtic copias incideret: ſed omni vaſtata, Phrygia Piſidas adortus eſt; nec obſtaculum vllum expertus, omnibus direptis abibat. His renunciatis, Gaines nullam eorum, qui bello premebantur, rationem habebat; memor omnium, de quibus ei cum Tribigildo conueniſſet. Interim Leo ſitis ad Helleſpontum locis immorabatur, qui neque prœlio cõgredi cum Tribigildo auderet; ſimulque vereri ſe diceret, ne forte Tribigildus per aliam viam parte quadam copiarũ emiſſa, de improuiſo agros ad Helleſpontum depopularetur. Quapropter accidit, vt obſiſtente Tribigil-

Barbarorum perfidia.

do nemine, quæuis opida per vim caperentur; omnes illorum incolæ cum ipſis militibus interficerentur; nemo denique barbarus Romanis amicus eſſet. Nam ſuæ nationis hominibus in ipſis permiſti conflictibus, aduerſus im-

Gainis nequitia.

perij Romani ſubditos pedem inferebant. Gaines autem, qui Romanorum calamitates indigno videretur animo ferre; mirari ſe Tribigildi ſtrategemata ſimulabat, eumque prudentia dicebat inſuperabilem; & ſagacitate potius, quam viribus hoſtem vincere. Quum tranſieciſſet in Aſiam, neminem adgrediebatur; ſed vrbium & agrorum excidio neglecto, tantumque ſubſequens hoſtem; & quodam modo ſpectator eorum, quæ gererentur: Tribigildi tranſitum in Aſiam exſpectabat, clam copias ad eum mittens, auxilio futuras ad

Error Tribigildi

ea, quæ is moliretur; necdum voluntate ſua de republica patefacta. Quod ſi Tribigildus Phrygiam ingreſſus, non Piſidiam verſus, ſed in Lydiam protinus contendiſſet; nihil impedimento fuiſſet, quo minus ea nullo labore per vim capta, ſimul & Ionia perijſſet: vnde nauigijs tranſuectus in inſulas, comparata claſſe, quantam quidem vellet, vniuerſum percurriſſet orientem, & nullis idoneis copijs reſiſtentibus, ad Aegyptum vſque cuncta diripuiſſet. At enim quod hæc ad animum ei non accidiſſent, copiasque ducere ſtatuiſſet in Pamphyliam, finitimam Piſidis: in itinera multum impedita, & equita-

Valentinus patriæ ſuccurrit.

tui prorſus inacceſſa deuenit. Quum nullus eis obſiſteret exercitus, Valentinus quidam, incola Selgæ, quod Pamphyliæ opidulum eſt, in colle ſitum, homo mediocriter eruditus, & rei bellicæ non omnino rudis, mancipiorum

& agri-

& agricolarũ multitudine collecta;quotquot erant exerciti pugnis aduerſus vicinos prędones cõtinuis,eos in colles cõſtituebat,qui locis ijs imminebãt per quę tranſeundũ erat:vt adſpiciẽtes vniuerſos iter iſtac faciũtes,ipſi prorſus a nemine cõſpicerentur,licet hoſtes interdiu trãſirent. Poſteaquã Tribigildus per iter planius ad inferiora Pamphylię loca cũ barbaris ſuis adequitaſſet,ac noctu ad ſubiectaSelgę loca perueniſſet;cõtinuis fundarũ ictib.barbari petebãtur,excuſſis eius magnitudinis lapidibus, qui manus implerent, atq; etiã maiorib. Quippe de locis ſuperiorib. etiã lapidũ ampliorũ iactus facilis erat.Quum autẽ nullũ eſſet effugium,(nã ex altera viæ parte ſtagnũ profundũ & paludes erãt,ex altera quidã artus adſcenſus, vix trãſitũ viris duob. præbens.& adſcenſum hũc,qui erat orbicularis,ob ſimilitudinẽ animalis,incolę cochleã vocant.hunc vero locum Florentius quidã cũ pręſidio tenebat tot cõmilitones ſecum habẽs,quot quidẽ ad impediẽdos eos, qui trãſire conarẽtur,ſufficerẽt)locis his intercepti barbari,& copia magnitudineq; lapidũ obruti,maiori ex parte peribant.Nam ipſis in anguſtũ coactis, decidẽtes lapides aberrare nõ poterãt,quin aliquos occiderẽt.Itaq; cõſilij vehemẽter inopes,in ſtagnũ ſeſe cõplures vna cũ equis demiſerũt,& euitata morte,quæ a ſaxis immineret,in paludib.extincti ſunt.Tribigildus autem cũ trecentis cõſcẽſa cochlea,maximaq; pecunia Florẽtio militibusq; præſidiarijs corruptis, tranſitũ redimit;eoq; modo quum euaſiſſet,reliquos omnes funditus deleri paſſus eſt.Ratus hac ratione Tribigildus eo ſe liberatũ periculo,quod Valentinus ipſi creauerat,in alia priorib. nõ minora præceps actus eſt. Nã vniuerſi propemodũ opidorũ incolæ,correptis armis obuijs,eum cũ trecẽtis illis fugę ſocijs intra Nigrum & Eurymedontẽ amnes cõcluſerũt:quorũ alter ſupra Sidam labitur,alter Aſpendũ interfluit.In artum coactus,& quid ageret, neſciens,ſuos ad Gainẽ ablegat.Is permoleſte quidẽ ferẽs ea, quæ accidiſſent, quod tamẽ necdum animi ſui de rebellione ſententiã aperiret;Leonẽ ſecundũ ab ſe ducem mittit,qui Pamphylijs opem ferret, & cũ Valentino Tribigildi copias adoriretur,nec amnes ab eis trãſiri permitteret.Leo natura vecors, & omni luxuriæ deditus, tamẽ quod imperatũ erat, faciebat. Gaines autẽ veritus, ne forte Tribigildus ab omni parte oppugnatus, qui pares aduerſarijs copias nõ haberet,ad internicionẽ deleretur:barbarorũ,quos ſecũ habebat, turmas alias ſuper alias in Romanas copias immittebat,vt eæ paullatim cõficerẽtur, & Tribigildus fugiendi facultatẽ conſequeretur.Itaq; barbari,quos Tribigildo Gaines in auxiliũ miſerat, in quoſuis Romanos irruebãt,& regionem depopulabantur,milites interficiebant:nec omnia deſinebãt inuadere, donec exercitũ Leonis cũ ipſo duce prorſus abſumſiſſent,omnẽq; propemodũ regionem vaſtã & deſertam reddidiſſent.quo factũ,vt quod Gaines expetebat,reapſe cõtingeret. Quippe quũ e Pamphylia Tribigildus euaſiſſet,grauioribus,quã antea,calamitatib.opida Phrygiæ vexabat. Gaines autẽ mirifice principi facinora Tribigildi extollere, tantũq; metũ illius Senatui pariter & aulicis vniuerſis facere,vt etiã ſe venturum ad Helleſpontum diceret,tantumq; nõ ſurſum deorſum acturũ omnia,ni princeps hoſtis poſtulata reſpicere dignaretur. Hęc autẽ arte Gaines agebat,qui principẽ ignorare vellet animi ſui ſententiã,& per ea, quæ in Tribigildũ cõferrentur, animi ſui cogitata perficere cuperet.Non enim tãtopere cõtemtus vrebat hominem, quantum Eutropius ad ſummũ iam potentiæ faſtigiũ elatus:adeo quidem, vt etiam cõſulũ in numerum referretur,& cõſulatus adpellationẽ diutius retineret,& patriciorũ deniq; dignitatem adeptus eſſet.Hęc maxime Gainẽ ad turbandam rempublicam permouebant.quã ad rem quũ animo iam paratus eſſet, prius Eutropium morte multandum ſtatuit. Itaq; degens adhuc in Phrygia, mittit ad imperatorem, qui diceret,ſe iam propter inſignem Tribigildi bellicis

Barbarorum interitus.

Tribigildus pecunia data elabitur.

Intra Melanem & Eurymedontem Tribigildus concluditur.

Gainis verſutia.

Gainis mẽdacia.

Eutropius cõſul, & patricius.

Gaines Eutropio mortem parat.

in rebus ſollertiam animum deſpondiſſe, nec ceteroqui furorem huius ſuſti neri poſſe, vel Aſiam ab vrgẽtibus eam malis liberari; niſi poſtulatis eius adſentiri princeps animum induxiſſet. Poſtulata vero hæc erant; vt malorum *Eutropij ruina.* omnium auctor Eutropius ſibi dederetur, in quem ipſe ſtatueret, quidquid vellet. His auditis Arcadius, & arceſſit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. Eutropius curſu Chriſtianorum ad eccleſiam pergit, quæ ab illo tempore ius aſyli conſequuta retinet. Quia vero Gaines inſtabat, Tribigildum aliter quidquam remiſſurum negans, niſi de medio tolleretur Eutropius: e- *Ius aſyli violatũ.* tiam contra legem, qua ius aſyli ſancitum eſt eccleſijs, hominem abreptum *Eutropius in Cyprum relegatur.* in Cyprum relegant, accuratæ cuſtodiæ traditum. Vrgente vero Gaine, & ad cædem eius Arcadium impellente; qui principis negotia tractabant, iuſiurandum Eutropio præſtitum, quum extraheretur ex eccleſia, per cauillationem *Eutropius cõtra fidem datam occiditur.* eludentes, eum e Cypro reuocant: quaſi que iuraſſent, non ſe morte multaturos ipſum, quam diu Conſtantinopoli foret, Chalcedonem miſſum interficiunt. Et Eutropio quidem in vtramque partem fortuna mirabiliter eſt vſa. nam & tantum ad culmen eum euexit, quantum nullus alius eunuchorum attigit; & eumdem morti addixit, propter odium, quo ſe illum perſequi hoſtes reipublicæ dicebant. Ceterum Gaines iam detectus vniuerſis, quod nouas res moliretur; tamen id clam adhuc eſſe putabat. quumque ſua in pote- *Pax cum Arcadio conſtituta.* ſtate Tribigildi animum haberet, quod potentia pariter & auctoritate præſtaret: perſonam eius reueritus, pacem cum principe facit, ac præſtitis vltro citroque ſacramentis, per Phrygiam Lydiamque reuertitur. Eum Tribigildus quoque comitabatur, milites ſuos per Lydiam ſuperiorem ita ducens; vt Sardes ne quidem intueretur, quæ Lydiæ metropolis eſt. Poſteaquam ad vrbem Thyatira ſe coniunxiſſent, Tribigildum pænitebat, Sardes ab ſe non fuiſſe direptas; qui vrbem ab omni auxilio deſtitutam perfacile capere potuiſſet. Itaque cum Gaine reuerti ſtatuit, & vrbem vi expugnare. Hoc decretum reapſe fuerant exſequuturi, niſi delapſa ingens pluuia terram inundaſſet; fluminaque tantopere auxiſſet, vt tranſiri non poſſent. quo factum eſt, vt hæc Tribigildi libido retunderetur. Diuiſo autem itinere copias ductitabãt, Gaines quidem in Bithyniam; alter vero, verſus Helleſpontum: omnibus rebus, quæ ſemet offerrent, barbarorum comitantium direptioni conceſſis. Po- *Periculũ ingens reipubl.* ſteaquam ille Chalcedonem peruenerat, hic Lampſaco finitima tenebat; extremo in periculo tum Conſtantinopolis, tum ipſum Romanum imperium verſabatur. Gaines poſtulabat, vt ſe princeps ipſe conueniret. nec enim ſe cum alio quoquam, prærer hunc, colloquuturum dicebat. Quum princeps in hoc quoque fuiſſet, adſenſus coitum eſt in quodam ante Chalcedonem *Imperatoris & Gainis cõgreſſus* loco, vbi Euphemiæ religioſæ martyris ædes exſtructa ſtabat, quæ propter cultum Chriſto præſtitum honore adficitur. Placuit Gainem & Tribigildum ex Aſia in Europam tranſuehi, eisque ad mortem viros in republica eminen- *Proceres hoſtib. dediti.* tiſſimos dedi. Hi erant Aurelianus, qui eius anni conſulatum gerebat, & Saturninus conſularis, & præter hos Ioannes, cui princeps omnia ſua arcana *Ioannes quidam Theodoſij minoris pater habitus* crediderat, & quem plerique perhibebãt eius filij, quem Arcadius habebat, patrem eſſe. Huic quoque poſtulato princeps, licet tyrannico, ſatisfaciebat. quumque viros illos Gaines accepiſſet, eisque gladium admouiſſet; eatenus tamen, vt cutem tantummodo ſtringeret: ſatis habuit, eos exſilio dumtaxat poenas luere. Quum tranſieciſſet in Thraciam, iuſſo ſe ſubſequi Tribigildo; *Nouæ Gainis molitiones.* Aſiam reliquit, reſpirantem aliquo modo, periculisque circumſtantibus liberatam. Conſtantinopoli degens, ſubiectos imperio ſuo Romanos milites, alios alio diſperſit: adeo quidem, vt ipſis etiam ſatellitibus aulicis vrbem nudaret. Barbaris vero clam ſigna dabat, & ſignificabat, vt vbi milites egreſſos vrbe conſpexiſſent; confeſtim eam inuaderent, militum ope deſtitutam, &

poteſtatem vniuerſam ſibi traderent. Hæc mandata quũ barbaris ſuis dediſſet, ex vrbe proficiſcebatur: quod exhauſtis bello laboribus ægrum ſibi corpus eſſe diceret, ac requietis indigere: qua frui non poſſet, ni ſe vitæ curis ſolutæ tradidiſſet. Quapropter relictis in vrbe barbaris, qui militum prætorianorum numerũ lõge ſuperabant, quoddam in ſuburbanum ſecedebat, quadraginta ſtadijs ab vrbe diſtans, vnde vrbis inuadendæ occaſionẽ exſpectabat: poſteaquã verſantes in ea barbari prius, vti conuenerat, impetũ in illam feciſſent. In hac ſpe Gaines erat, ac niſi barbarico feruore impulſus, idoneũ tempus anticipaſſet: nihil impedimẽto fuiſſet, quo minus vrbem barbari ſuã in poteſtatem redegiſſent. Iam vero, quũ non exſpectata teſſera, ſuos ad murũ adduxiſſet: territi cuſtodes exclamabant. quũq; tumultus inter omnes exoriretur, mulierũ ploratus audiebatur: & mixtus quidã omnis hominũ generis vlulatus exiſtebat, velut vrbe iam capta: donec cõcurſu facto, cuncti ſe cõtra barbaros, qui erant in vrbe, coniungerẽt. Poſteaquam hos gladijs, lapidibus, & quibuſuis armis obuijs interfeciſſent; in muros curſu contendebant, & vna cum præſidiarijs tela in militẽ Gainis emittentes, quauis hos oblata re, quo minus in vrbem irrumperent, auertebant. In hunc modũ vrbe periculo liberata, intercepti ab vrbanis barbari, numero plures quã ſepties mille, Chriſtianorũ eccleſiã aulæ proximam ingreſſi ſunt, aſylum hoc ſaluti ſuæ tuendæ quærentes. Hos imperator hoc ipſo in loco iubebat interfici, quem eis ad euitandã facinorũ admiſſorum iuſtiſſimam poenam non ſatis idoneũ eſſe volebat. Hæc præcipiente principe, nemo tamẽ eis inferre manũ audebat, & ex aſylis ipſos extrahere; quod vererentur, ne barbari defenſionẽ pararẽt. Quapropter viſum eſt demoliri tectũ, quod menſæ ſacrarij (ſic enim vocant) impoſitũ eſt; vt eo per diſpoſitos ad id homines occupato, tignis illi ſuccẽſis barbaros peterent, idq; continuo factitantes, ad internicionẽ omnes exurerent. Hoc vbi factũ fuiſſet, barbari quidẽ interemti ſunt; ſed viſum eſt ijs, qui valde Chriſtianiſſabant, magnũ in vrbe media piaculũ eſſe cõmiſſum. Gaines quum auſu lõge grauiſſimo excidiſſet, aperte iam bellũ aduerſus rempublicã concitabat. Et Thraciæ quidẽ agros adortus, muris opida munita videbat, & a præſidib. atq; incolis neceſſarijs præſidijs inſtructa. Nam ex ſuperiorũ temporum incurſionib. ad bella cõdocefacti, cunctis viribus in hoſtẽ pugnandi cupidiſſimi erant. Itaq; Gaines, qui nihil præter herbas extra muros relictum cerneret, quod omnes ſingulari cura cuiuſq; generis fructus, & animalia, & penum omnem coẽgiſſent: Thracia relicta, in Cherroneſum contẽdere ſtatuit, & per Helleſponti anguſtias in Aſiam recurrere. Dum hoc ille molitur, communi ſuffragio princeps atq; ſenatus imperatorem bello cõtra Gainem gerendo Fraiutũ deligunt, natione quidem illũ barbarum; ſed cetera Græcũ, non indole dumtaxat & moribus, verumetiã numinũ cultu. Huic ergo multis iam præturis illuſtri, quiq; totũ orientẽ inde vſq; a Cilicia Phoenicen ac Palæſtinam verſus, a latronũ iniuria repurgauerat, exercitus tradebant. quibus acceptis, Gaini ſe Fraiutus opponebat, barbarorum tranſiectionem in Aſiam per Helleſpontum impediens. Interea vero, dum Gaines ad proelium ſeſe parabat; Fraiutus ferre non poterat, vt otioſi milites eſſent; ſed cõtinuis eos exercitijs inſtruebat. Adeo milites exercitationib. deniq; cõfirmauerat, vt ignauia deſidiaq; ſuperiorũ temporũ depoſita, permoleſte ferrẽt Gainem bello gerendo cunctari. His rebus in Aſia Fraiutus intentus erat, interdiu noctuq; tum ſua caſtra perluſtrans, tũ ſpeculando conatus hoſtiles explorans. Claſſem quoq; nõ negligebat. Quippe nauiũ habebat eũ numerũ, qui cõmittendo nauali proelio ſufficeret. Eas Liburnas vocãt, ab opido quodã in Italia ſito nominatas; quo in opido naues primũ ad eam formam factæ fuerunt. Videntur autem hæ naues non minus eſſe veloces, quam illæ ſint,

Gaines ægritudinem ſimulat.

Gaines præci feruore ſeque ſua oſque perdit.

Barbari Chriſtianorum in templo necati.

Gaines apertus hoſtis imperij.

Fraiutus contra Gainẽ mittitur.

Induſtria Fraiuti.

Liburna.

quæ quinquaginta remis aguntur;ſed multum a triremibus ſuperari,quæ lõ-
go iam tempore confici deſierunt.quamquam ſcriptor hiſtoriæ Polybius he
xericarum quoque nauium menſuras expoſuit,quibus ſæpe Romani & Kar-
thaginienſes,quum inter ſe bella gererent,vſi fuiſſe videntur. Ceterum Gai
nes vi per longum murum in Cherroneſum patefacto aditu, barbaros pro-
pter vniuerſum Thraciæ litus conſtituebat; quod e regione Parij Lampſacũ
vſque porrigitur,& Abydum,eaque loca, quæ anguſtum illud fretum maris
efficiunt.Enimuero prætor Romanarum copiarum nauibus Aſiæ loca circũ-
ibat,& interdiu noctuque barbarorum conſilia ſpeculabatur.Gaines autem
propter inopiam commeatus moram longiorem moleſte ferens,tignis e ſil-
Gainis temeritas. ua propter Cherroneſum ſita cęſis,& inter ſe peraccurate compactis,idone-
isque redditis ad homines & equos vehendos; eis viros vna cum equis im-
poſuit,& qua fluctus ageret, ferri permiſit. Nam neque remis dirigi poterãt,
nec alio quo modo gubernatorum arté admittere;quod arte nulla, ſed bar-
barica tantum ſollertia de ratibus opere tumultuario facta fuiſſent. Interim
Gaines in litore ſubſiſtens, tantum non participem ſe victoriæ futurum ſpe-
rabat; quaſi nullo modo pares ſuis hoc proelio Romani ſe præſtituri eſſent.
Hoc ſagax ille Romanorum prætor non ignorabat, ſed coniectura de cona-
tu ipſius facta; iubebat vt naues a terra paullum proueherentur. Quum au-
Pugna naualis. tem videret barbarorum rates agi,quo fluctus eas impelleret;ipſe primus oc
currentem in prima ſerie ratem inuadebat. quumque roſtratam nauim ha-
beret,de ſuperiori loco irruebat;ſimulque ratem aduerſum propellens,& te
lis emiſſis nauigantes in ea petens,vna cum ipſis viris eam demergebat.Cõ-
ſpicati vero prætorem ſuum ceterarum nauium vectores, factum eius imita-
ti;partim aduerſos telis confecere,partim ſolutis perditisque tignis in mare
Fraiuti victoria. præcipitarunt, quum nemo propemodum mortem effugere poſſet. Gaines
hoc detrimento grauatus,totque commilitonibus amiſſis, ad inopiam con-
ſilij redactus,motis e Cherroneſo caſtris, paullum ad exteriorem Thraciam
procurrit. Fraiutus autem in hoc quidem tempore Gainem fugientem mini
me perſequendum ſtatuebat, ſed illo ipſo in loco ſuas ad ſeſe copias recipie
bat; ea victoria contentus, quam fortuna dediſſet. Quum omnes Fraiutum
accuſarent,quod fugientem Gainem noluiſſet perſequi;ſed tam ipſi Gaini,
quam barbaris fuga cum eo dilapſis,velut ex eadem natione ſecum ortis,pe
perciſſet:nihil tale ſibi cõſcius,ad principem reuertebatur, magnos animos
ob partam victoriam gerens,eamq; libere dijs illis acceptam referens,quos
Fraiutus paganũ ſe profitetur. coleret. Nec enim pudebat eum,ipſo quoque principe audiẽte fateri, quod
patrito ritu deos veneraretur atque coleret; minimeq; ſuo poſſet animo im-
perare, vt hac in parte vulgi opinionem ſectaretur. Quapropter imperator
exceptum Fraiutum conſulem deſignabat. Gaines vero magna copiarum a-
miſſa parte, ceu dictum eſt,cum reliquis ad Iſtrum curſu deflectebat; vaſtatã
ſuperioribus irruptionibus Thraciam reperiens, & quidquid offerretur,diri
piens. Veritus autem, ne forte ſequutus alius quiſpiam Romanus exercitus,
ſeſe cum barbaris ſuis,quos paucos habebat,adoriretur;ſimulque ſuſpectos
Gaines Romanos in exercitu ſuo interficit. habens comitantes ſe Romanos: illos quidem conſilium eiuſmodi non pro-
ſpicientes,vniuerſos occidit; cum barbaris autem tranſiecit Iſtrum,ad ſua re
uerti cogitans,atque ibi deinceps viuere. Dum hæc Gaines agit, Vldes Hun
Vldes Hunnus Gainẽ adoritur. norum eo tempore princeps,non tutum arbitratus eſſe, homini barbaro ſu-
as habenti copias permittere,trans Iſtrum vt domicilium haberet; præterea-
que ratus, imperatori ſe Romano rem gratam facturum, ſi hunc expelleret:
ad pugnam cum eo cõferendam ſeſe parabat,& coactis copijs aciem aduer-
ſus hoſtem inſtruebat. Itidem Gaines, qui nec ad Romanos amplius reuerti
poſſet,nec alia via quem minaretur Vldes impetum, euadere; ſuis armatis,
Hunnis

Hunnis occurrebat. Quum manus non ſemel, ſed multoties cõſeruiſſent ex- *Gainis & Hunnorum prœlia.*
ercitus, Gainis quidem miles aliquot prœlijs ſtrenue reſiſtebat: ſed tamdem
ubi complures ex ipſis cecidiſſent, etiam Gaines ipſe, fortiter & animoſe pu *Gaines in pugna cadit.*
gnans, interfectus eſt. Gainis morte finito bello, Vldes Hunnorum princeps
capite ipſius ad Arcadium miſſo dona conſequutus eſt, & ſecundum hęc foe
dus cum Romanis inijt. Quum autem res temere fluctuarẽt, imperatore pru
dentia deſtituto; Thracia rurſum perturbabatur. Quippe fugitiua mancipia,
cum alijs, qui ordines ſuos deſeruerant, quum ſe Hunnos eſſe perhiberent,
quidquid in agris erat, diripiebant: donec Fraiutus, expeditione ſuſcepta tũ
his, tum alijs, quoſcumq; nanciſceretur, interfectis; eorum locorum colonos
extra metum poneret.

* * * *

veriti, ne male ſecum ageretur. Poſteaquam in hunc incidiſſent, in locis ad
Epirum ſitis e naui ſunt egreſſi. dumq; de ſalute ſua deliberant, quam nimia
delicti magnitudo reddebat dubiam; fugę ſpatium conceſſerunt ijs, quos cu
ſtodiebant. Alij data pecunia dimiſſos fuiſſe narrant. Illi vero, quocumq; tã-
dem modo euaſere, Conſtantinopolim præter omnem ſpem reuerſi; a princi
pe, ſenatu, reliquis omnibus deniq; conſpecti ſunt. Hinc auctum eſt Auguſtæ
contra Ioannem Chriſtianorũ antiſtitem odium, quæ prius etiam illi ſuccen- *Nota de Ioanne Chryſoſtomo.*
ſeret: quod eam publicis in congreſſibus, quoties ad plebem diſſereret, per-
ſtringere conſueſſet. In hoc quidem tempore, poſt Ioannis aliorumq; reditũ, *Eudoxia Chryſoſtomo infeſta.*
palam infeſto in eum animo eſſe cepit. quumq; cũcta ex animi libidine gere-
ret, omnium locorum antiſtites ad deijciendum loco ſuo Ioannem concita *Synhodus contra Chryſoſtomum.*
bat: quorum princeps & ſummus erat, antiſtes Alexãdrinæ vrbis in Aegypto
Theophilus, qui primus ſacra patritosq; ritus æternos oppugnare cepit. Di-
ſceptatione propoſita, quum videret Ioannes, haud æquo iudicio cauſſam
ſuã tractari; Conſtantinopoli ſponte ſua diſceſſit. At vulgo propter hãc cauſ-
ſam conturbato, (nam hic vir imperitę plebis animos arte ſingulari demulce
re poterat) plena tumultus vrbs erat, iamq; fuerat intercepta eccleſia Chriſti-
anorum ab ijs, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptijs abſtinent, & tam *Monachorũ inſtituta, ſplendidaq; de cura pauperum mẽdacia.*
in vrbibus, quam vicis, populoſa collegia cõplent hominib. innuptis, nec ad
bellum, nec alium reipublicę neceſſarium vſum idoneis. niſi quod via quadã
progreſſi ab eo tempore, in hunc vſq; diem, magnam terræ partem ad ſe trã-
ſtulerint; & ſub prætextu, quaſi cum pauperib. omnia communicent, omnes
prope dixerim ad inopiam redegerint. Hi quum eccleſias occupaſſent, quo
minus plebs ad conſuetas preces accederet, prohibebant. quod ęgre ferẽtes
tam plebei, quã milites, monachorum audaciã retundere cupiebant. Ad hoc *Monachorũ cædes.*
eis ſublato ſigno, palam progrediebãtur, & nullo iudicio cunctos iugulabãt:
donec cadaueribus eccleſiam impleſſent, & fuga dilapſos perſequuti, confi
xiſſent omnes, quicumq; pullis induti veſtibus erãt. quos inter perire plures
contigit, qui vel luctus cauſſa, vel ob alium quemdã caſum, huiuſmodi veſti-
bus amicti reperiebantur. Ceterum Ioannes iam reuerſus, eadem tentabat,
cõſimiles in vrbe tumultus excitans. Calumniatorum vero natio magis, quã *Calumniatorũ impunitas.*
antehac vnquam, velut inundans, & eunuchos aulicos perpetuo ſtipans; ſi
quis opulentus vita decederet, eius facultates nũtiabat, quaſi nulli liberi vel
cognati exſtarent. Hinc reſcripta principis adferebãtur, quib. huius patrimo
nium illi tradi iubebatur. ſimul hereditates illis cedebant, qui eas petiuerãt;
adſtantibus interim liberis, & parentes cum gemitu implorantibus. Deniq; *Miſeriæ ſub Arcadiano imperio*
ſimpliciter nihil erat, quod nõ lamẽtis impleret opida, cuiuis municipi detri
mentũ pręter rationem adferens. Nam quũ princeps extreme ſtolidus eſſet,
coniux eius ſupra ſexum adrogans, & inſatiabili auariciæ tum eunuchorum,
tum familiarium ſibi muliercularũ, quæ maxime huic imperabant, vndiq; ad *Eudoxiæ vitia.*

dicta, vitam omnibus acerbam reddebat: adeo quidem, vt modeſtis homini
bus morte nihil eſſet optabilius. Et quaſi ſi hæc non ſufficerent, Conſtantino
poli periculum quouis grauiſſimo maius, ex huiuſmodi quadam cauſſa crea

Chryſoſtomus Conſtantinopoli diſcedit.

tum fuit. Ioannes, vti diximus, poſt fugam reuerſus, & conſuetis ſacris plebē
aduerſus Auguſtam cōmouens, quum & antiſtitis ſolio, & vrbe ſe videret ex
pelli; naui conſcenſa, ab vrbe diſceſſit. At quotquot huius ſtudioſi erāt, dum
hoc agunt, vt poſt eum nullus in vrbe deſignaretur antiſtes; vrbē igne perden

Incēdium vrbis, ab improbis excitatum.

dam ſtatuunt. Clam igitur eccleſiæ flamma per noctem iniecta, circaq; dilu-
culum extra eam progreſſi, quū hoc ipſo ſe cōſilio texiſſent: orto die cunctis
vrbem extremo verſantem in periculo ſpectandam exhibebāt. Nam eccleſia
tota conflagrabat, & ædificia contigua cū ea ſimul abſumebantur; præſertim

Templum Senatus incendio perit.

quib. oborti venti procella flammam inferebat. Irruit ignis & illam in domū,
in qua ſenatus haberi ſolebat. Ea domus ante palatium ſita erat, & ad omnē
elegantiam atq; magnificentiam elaborata. Nam ſimulacris artificum exor-
nata erat, ipſo adſpectu maieſtatem præferentibus; & coloribus marmorum,
qui hiſce temporibus non eruuntur. Et perhibent eas etiam imagines, quæ

Muſarum ſimulacra flammis exuſta.

in Helicone Muſis olim collocatæ, & Conſtantini temporibus in res omnes
perpetrati ſacrilegij vim expertæ cum ceteris fuerant, hoc in loco repoſitas
igni tum periiſſe. quo caſu ſane quam perſpicue portendebāt omnis elegan
tis doctrinæ ignorationem, quæ omnes eſſet occupatura. Quumque prodi-
gium quoddam id temporis acciderit, hoc ipſum par eſt ſilentio non præte-
riri. Templum iſtud Senatus, cuius hæc cauſſa commemoro, ſimulacra Io-

Iouis Dodonæi et Mineruæ Lindiæ ſimulacra ſalua.

uis & Mineruæ ante fores habebat, in lapideis quibuſdam baſibus ſtantia,
qua quidem forma nunc etiam conſpiciuntur. Aiunt autem, Iouis alterum
Dodonæi ſimulacrum eſſe, alterum quod Lindi quondam fuerit. Igitur vbi
templum vniuerſum ab igne depaſtum fuiſſet, ſimul & impoſitum tecto plū-
bum liquefactum defluebat in hæc ſimulacra; & eadē lapides ædificij quoq;
ferebantur, qui naturæ ignis reſiſtere non potuiſſent. Quum autem vniuerſa
iſtæc ædificij venuſtas in rudus cōmutata fuiſſet, vulgi quidē opinio conijcie-
bat, hæc etiam ſimulacra in puluerem eſſe redacta. Sed loco repurgato, para
toq; ad inſtaurationem; ſola deorum iſtorum ſimulacra conſpecta ſunt, quæ
vniuerſum hūc interitum euaſiſſent. quod quidem efficiebat, vt omnes paul-
lo elegantiores de vrbe ſpes animis meliores cōciperent; quaſi ſcilicet hi dij
ſtatuerent eam ſemper ſua prouidentia complecti. Sed hæc quidem omnia,
prout numini viſum fuerit, ita eueniant. Vniuerſis autem permoleſte caſum
vrbis ferentibus, nec aliam cauſſam eius, quam aſini (quod dicitur) vmbram
inuenientibus; familiares principis de perditis ædificijs inſtaurandis cogita-

Iſaurorum motus et latrocinia

bant. Sed adlatus eſt eis nuntius, magnam Iſaurorum gentem, quę ſupra Pā-
phyliam Ciliciamque ſita, ſemper in aſperrimis & inacceſſis Tauri montibus
degit, in latronum manipulos diuiſam, regionem ſubiectam inuadere. Ac o-
pida quidem munita, tentare non poterant; vicos autem apertos, & quęcum
que ad pedes eſſent, irruendo vexabant: quos incurſus eo perficiebant expe
ditius, quod iſtæc regio paullo ante fuiſſet ab hoſtibus capta, Tribigildo cū

Arbazacius contra Iſauros mittitur.

barbaris ſuis rebellionem moliente. His nuntiatis, Arbazacius prætor able-
gatur, qui laborantibus Pamphyliæ rebus ſuccurreret. Is vbi ſatis magnas co
pias accepiſſet, & latrones fuga dilapſos intra montes perſequutus fuiſſet;
complures eorum villas cepit, & virorum multitudinem non exiguam in-
terfecit. adeoque prorſus eos in poteſtatem facillime redegiſſet, & incolis
opidorum ſolidam ſecuritatem paraſſet: niſi delicijs & abſurdis voluptati-
bus deditus, multum de vigore ſuo remiſiſſet; ac pecuniæ manus ſummittēs,

Eudoxia muneribus placata liberat Arbazaciū

commodo publico diuitias prætuliſſet. Quapropter ob hāc proditionem ad
aulam reuocatus, nihil exſpectabat aliud, quam vti iudicio ſiſteretur. Sed
parte illorum, quæ ab Iſauris acceperat, Auguſtæ oblata; tum litem effu-
git,

git,tum opes iſtas in voluptates vrbanas impendit. Enimuero molitiones Iſaurorum adhuc intra clandeſtina ſe latrocinia continebant,necdum illis aperte gentes proximas adgreſſis.Ceterum Alarichus, vbi(ceu dictum a nobis eſt)exceſſiſſet e Peloponneſo,& reliqua regione,quam Achelous amnis interfluit,in Epiro degens,quã incolunt Moloſſi,Theſproti,& alij,quotquot ſita vſq; ad Epidamnum & Taulantios inhabitant loca,rem cum Stelichone compoſitam exſpectabat, quæ huiuſmodi erat. Quum Stelicho videret eos, qui Arcadianum imperiũ adminiſtrabant,animis erga ſe infeſtis eſſe;adiuncto ſibi Alaricho ſocio, cunctas in Illyrijs nationes Honorij regno cogitabat adijcere.qua de re cum Alaricho pactus,occaſionem exſpectabat, vti reapſe quamprimum hanc molitionem exſequeretur.Dum Alarichus in hoc intentus eſſet,vt imperatis obtemperaret;Rodogaiſus ex trãſiſtrianis & tranſrhenanis Celticis Germanicisq; nationib.collectis hominum quadringẽtis millibus,ad tranſeundum in Italiam ſeſe parabat.Qua re nuntiata,cunctos mirifice prima fama percuſſit.Quumq; deſperaſſent vrbes, & ipſa Roma iam extremo periculo cõturbata eſſet;Stelicho ſumtis ſecum vniuerſis copijs,apud Ticinum Liguriæ degentibus,(erant autem numeri militum triginta)cum alijs ſociorum auxilijs,quæ ab Alanis & Hunnis impetrare potuerat,hoſtium aduentu non exſpectato,cum omni exercitu Iſtrum ipſe tranſiecit, & barbaros necopinantes adgreſſus,vniuerſas hoſtium copias ad internicionem cecidit.adeo quidem,vt horũ prope nullus incolumis euaderet, exceptis pauciſſimis, quos ipſe Romanis auxilijs adſcripſit. Ob hanc victoriam Stelicho non abs re magnos animos gerens,cum exercitu ab omnibus propemodum coronatus redibat; quum præter omnem ſpem formidatis periculis Italiam liberaſſet.Hinc apud Rauennam,(ea metropolis eſt Flaminiæ,priſca ſane ciuitas,colonia Theſſalorum,Rhene dicta,quod eam aquæ ab omni parte circumfluãt;non autẽ propterea,velut Olympiodorus ille Thebanus ait,quod Remus,Romuli frater,huius vrbis conditor fuerit.Hoc enim Quadrato relinquere debuerat, qui de hac vrbe in hiſtoria Marci principis id commemorauit)apud Rauennam igitur Stelichoni iam parato ad Illyricas vrbes cum exercitu adeundas,& Alarichi auxilio ab Arcadio quidem abſtrahendas, Honorij vero regno adijciendas,impedimenta duo cõtigit accidere:famam ſcilicet hinc inde de Alarichi morte ſparſam,& litteras Honorij principis adlatas Roma,quib. in litteris perſcriptum erat, Conſtantinum iam perduellem ex inſula Britannia trãſuectum,ad tranſalpinas gentes acceſſiſſe, principisq; munus in opidis vſurpare.Verum de Alarichi quidem morte rumor incertus eſſe viſus fuit,donec quidam aduenissent,& ipſam rem nuntiaſſent. Quę autem de Conſtantini renuntiatione perhibebantur, apud omnes fidem merebantur. Quapropter in expeditione Illyricana pręceditus Stelicho,Romam proficiſcebatur; cum alijs volens de reb.agendis conſultare. Exacto autumno,quum hiems cepiſſet;Baſſus & Philippus conſules deſignati ſunt.Imperator autem Honorius, Maria coniuge iampridem rebus humanis exemta, ſororem eius Thermantiam ſibi matrimonio iungi petebat. In hoc Stelicho quidem nõ adſenſurus videbatur,ſed vrgebat Serena,quæ haſce nuptias ob huiuſmodi cauſſam conciliari vellet. Quum Honorius matrimonium cum Maria contraheret,mater eius Serena,quæ puellam necdum nubilem ætatẽ adtigiſſe cerneret,ac neq; ſibi poſſet imperare,vt nuptiæ differrentur; & immaturam maritali conſuetudini tradere, nihil eſſe arbitraretur aliud, quam iniuriam naturæ facere:nancta mulierem, quæ rebus huiuſmodi remedium adferre poſſet,eius opera perficit,vt filia cum principe quidem viueret,ac tori conſors eiuſdem eſſet;verum ille nec vellet,nec poſſet ea,quę matrimonium requireret, implere. Interim puella virgine mortua,non abs re Serena,

Alarichi & Stelichonis ſocietas atque pactio.

Rodogaiſi maxima copia.

Stelicho Rodogaiſi delet exercitũ.

Rauennã Theſſalorum colonia.

Olympiodorus.

al. Quadrato.

Impedita Stelichonis in Illyrios expeditio.

Conſtantini defectio.

Honorius alterã Stelichonis filiã vxorem petit.

quæ ſubolis imperatoriæ conſequendæ percupida eſſet, verita ne quid ſibi de tanta potentia decederet:id operam dabat,vt Honorium alteri filię copularet. quo facto,puella non multo poſt vitam cum morte commutat;quum idem ei,quod priori,accidiſſet. Ad Stelichonem vero nuntium quidam pertulit,Alarichum relictis Epiris,& ſuperatis anguſtijs,quæ de Pannonia tranſitum ad Venetos impediunt; apud Emonem opidum tentoria fixiſſe, quod inter Pannoniam ſupremam & Noricum ſitum eſt. atque hoc loco pareſt, minime ſilentio præteriri, quæ ad opidum hoc pertinent, & quonam pacto ædificari ab initio ceperit. Aiunt Argonautas, quum eos Aeetas perſequeretur, ad Iſtri adpuliſſe oſtia, quibus in Pontum ille ſemet exonerat; recteque ſe facturos exiſtimaſſe,ſi aduerſo flumine veherentur, ac tātiſper in hoc amne remigijs & idonei venti adiumento nauigarent,donec ad mare propius acceſſiſſent. Quum id conſilium exſequuti fuiſſent,iamque ad locum hūc perueniſſent; ipſa ſtructura opidi huius ad memoriam aduentus in iſtam regionem ſui relicta,& Argo machinis impoſita, perq; ſtadiorum quadringentorum ſpatium vſq; ad mare tracta,Theſſalorum litoribus adpulerunt, ſicuti Piſander poëta memoriæ prodidit, qui Heroicarum diuarumq; nuptiarum titulo totā hanc propemodum hiſtoriam cōplexus eſt. Emone vero progreſſus Alarichus,& Aquili flumine tranſiecto, iam ſuperatis Apenninis montibus,ad Noricum acceſſit. Hi montes extremos Pannonię limites finiunt,iter artiſſimum præbentes ijs,qui ad Noricam gentem tranſire volunt, & cui cuſtodiendo pręſidiarij pauci ſufficiunt,etiamſi magna multitudo vi tranſire conetur. Alarichus tamen his tranſitis, e Norico legatos ad Stelichonem mittit,pecuniam poſcens tum eius moræ nomine,quam in Epiris feciſſet;(hanc autem ſibi contigiſſe dicebat, ab Stelichone perſuaſo) tum propter hunc in Italiam & Noricum aduentum. Stelicho hac legatione accepta, relictis Rauennæ legatis,Romam proficiſcitur;cum imperatore ac Senatu, quid agendum eſſet, deliberaturus. Poſteaquam Senatus in palatio cōueniſſet,propoſita conſultatione,bellumne gerendū eſſet,necne; complurium quidem eo ſententia tēdebat,vt bello res decerneretur. Solus Stelicho cum paucis, qui ei metu adducti adſentiebātur,contrariā in ſententiam ibat,pacem cum Alaricho cōſtituendam decernens. Heic quum ij,qui paci bellū præferebant, a Stelichone ſibi dici peterent;quamobrē non bellum potius gerere, quā pacem colere vellet,eamq; cū dedecore Romanę maieſtatis pecunia redimere ſuſtineret: Quoniā,inquit,ob cōmodum principis Alarichus in Epiris tandiu cōmoratus eſt,vt cōiuncta mecū opera bello principi orientis illato, Illyrios ab eius auerteret imperio,regnoq; Honorij adijceret. Atque hoc reapſe iam ſucceſſurum fuiſſe dicebat, ſi non Honorij principis litteræ prius adlatæ,ſuā profectionem verſus orientē inhibuiſſent;quam exſpectans Alarichus, multum ibi temporis cōtriuiſſet. Atq; hæc dicens Stelicho,ſimul & epiſtulā principis oſtendebat,& culpam in Serenam conferebat;quæ amborum principū concordiam ſartam tectam ſeruari voluiſſet. Quapropter omnibus ęqua dicere viſo Stelichone,Senatui placuit,quatuor librarum millia nomine pacis Alaricho ſoluenda eſſe;quum plures non ſponte, ſed metu Stelichonis huic decreto ſuffragati fuiſſent. Adeoq; Lampadius,genere dignitateq; præſtans, quum verbum hoc lingua patria protuliſſet, NON EST ISTA PAX, SED PACTIO SERVITVTIS; ſimul atq; concilium dimiſſum fuiſſet,veritus ne quid accideret ſibi propter hanc libertatem, ad proximam quamdam Chriſtianorum eccleſiam profugit. In hunc modum Stelicho confecta cum Alaricho pace,ad expeditionem ſemet accingebat;vt quę ſecum decreuiſſet,exſequeretur. Imperator autem velle ſe Roma Rauennam proficiſci dicebat, exercitus inſpiciundi conciliandiq; cauſſa;præſertim poſteaquā talis ac tantus hoſtis

Emonis opidi origo.

Argonautarum in Iſtro nauigatio.

Piſandri poema.

Apennini mōtes.

Alarichi ad Stelichonem legatio.

De Alarichi poſtulatis Senatus habetur.

Stelichonis rationes.

Alaricho pecunia decernitur.

Lampadij libera oratio.

Honorius Rauēnam petit, ex Serenæ conſilio.

ſtis in Italiam tranſijſſet. Ea vero dicebat, nó impulſus motu proprio, ſed Serenæ conſilio parens. Nam ea volebat ipſum in vrbe tutiori habitare, vt ſi pace proculcata Romam Alarichus inuaderet; non etiam principem in poteſtatem ſuam redigeret. Hnnc enim ſtudioſe conſeruatum cupiebat, cuius ſalute ſcilicet ipſius etiam incolumitas contineretur. Quum autem Rauennenſe principis iter parum Stelichoni probaretur, multa eius impediendi cauſſa excogitabat. Verum illo non cedente, ſed in itinere perſiſtente; Sarus, natione barbarus, & Rauennæ tribunus agminis barbari, iuſſu Stelichonis ante vrbem tumultus excitabat: non quod reapſe ſtatum reipublicæ conturbare vellet, ſed vt imperatori metum incuteret, & eum ab itinere ſuſcepto reuocaret.

Stelicho fruſtra Honorium ab itinere deterret.

Quum ne ſic quidem a ſententia princeps dimoueretur, Iuſtinianus aduocatorum profeſſione Romæ clarus, & a Stelichone lectus adſeſſor atque conſiliarius, magna ſagacitate ingenij qnid illud imperatoris iter ſibi vellet, adſequi conijciendo videbatur; quodque degentes Ticini milites infeſtis erga Stelichonem animis, vbi princeps eo veniſſet, hominem eſſent in extremum periculum præcipitaturi. Quamobrem hortari non deſinebat, vt ab hac profectione Stelicho principem retraheret. Verum vbi videret, eum verbis Stelichonis haud obtemperare; veritus, ne propter familiaritaté peſſum cum fortuna Stelichonis iret, ab eo diſcedebat.

Iuſtinianus adſeſſor Stelichoné periculi admonet.

Ceterum poſteaquam Romam rumor antea de imperatoris Arcadij morte perlatus fuiſſet, ac poſt abitum Honorij principis ad vrbem Rauennam, confirmatus; quum eſſet Rauennæ Stelicho, princeps autem veniſſet Bononiam, quæ vrbs eſt Aemiliæ, milliarium (quæ vocant) ſeptuaginta ſpatio Rauenna diſtans: arceſſitus eſt ab eo Stelicho, quod milites in itinere ſeditiones inter ſe concitaſſent, quos caſtigari oporteret.

Stelicho a principe arceſſitur.

Heic quum Stelicho ſeditioſos illos milites cõuocaſſet, neque dumtaxat iuſſiſſe diceret imperatorem, vt caſtigarentur; ſed etiam vt decimus illorum quiſque, qui principes ſeditionis auctores exſtitiſſent, morte multaretur præcepiſſe: tantam eis trepidationem incuſſit, vt omnes profuſis lacrumis ducem ad commiſerationem, & vt principis clementiam policeretur, impellerent.

Stelicho militib. ſeditioſis ignoſcit

Hoc eius promiſſum qnum princeps minime reddidiſſet irritum, ad deliberandum de publicis rebus ſe conuertebat. Nam & Stelicho tranſire cupiebat in orientem, ac res Theodoſij conſtituere, qui Arcadij filius erat, iuuenis adhuc, & tutelæ indigus: & ipſe princeps Honorius idem illud iter ſuſcipere cogitabat, ac quæcumque pertinerent ad imperij iuuenis huiuſce ſecuritatem, diſponere.

Stelichonis & Honorij diſſenſio de Byzantino itinere.

Quum id Stelichoni diſplicuiſſet, producta in medium ſumtuum in itinere faciundorum mole, principem ab hoc conſilio deterrebat. Præterea ne quidem Conſtantini rebellionem ei permittere dicebat, vt Italiæ atque ipſius Romæ curam deponeret: quando iam perduellis ille Conſtantinus vniuerſam Galliam percurriſſet, & Arelati degeret. Ad iſta, quæ tamen ad requirendam præſentiam prouidentiamq; principis omnino ſufficiant, Alarichi quoq; tantis cum barbarorum copijs aduentum accedere, barbari ſane hominis, & infidi; qui ſi reperiat Italiam ope deſtitutá, prorſus eam inuaſurus ſit.

Stelichonis rationes.

Id vero conſilium eſſe optimum, & inprimis vtile reipublicæ; vt in perduellem Alarichus expeditionem ſuſcipiat, abducta ſecum parte barbarorũ, quos haberet, adiunctisq; Romanis legionibus, & earum ducibus, quæ in hniuſce belli ſocietatem cum eo veniant: orientem ipſe Stelicho, iubente principe, deq; rebus ijs, quæ peragédæ iſtic eſſent, litteras tradente, adeat.

Stelichonis conſilium.

Princeps, qui omnia recte ab Stelichone dicta iudicaret, datis ad oriẽtis imperatoré, & Alarichũ, litteris; Bononia diſceſſit. Interim domi Stelicho manebat, non iter illud orientale ſuſcipiens; nec aliud quidquã eorum, quæ deliberata fuiſſent, reapſe perficiens. Quin ne militũ quidem illorum partem, qui Ticini commorabantur, Rauennam aliumue quemdã in lo-

Stelichoni Honorius adſentitur.

Occaſiones ruinæ Stelichonis.

cum tranſducebat;ne in tranſitu principis adeundi copiá nancti,eum ad moliendũ aliquid aduerſus ipſum Stelichonẽ impellerẽt. Ac Stelicho quidem, nullius indigni vel aduerſus imperatorẽ, vel milites,cõſilij ſibi conſcius,hæc agebat.Ceterum quidã Olympius,oriundus e Põto Euxino,ſplendida quadã in prętorio militia donatus,qui ſub ſpecie Chriſtianę religionis magnam intra ſe malitiã tegeret, atq; hominẽ ſe frugi ſimulans, cũ principe colloqui frequenter ſoleret;multa(vt cũ poeta loquar)animũ corrumpentia verba cõtra Stelichonẽ effutiebat:quod eã nimirum ob cauſſam iter illud in oriẽtem ſibi mandari curaſſet, vt iuniori Theodoſio morte per inſidias ſtructa,regnũ Eucherio filio ſuo traderet.Atq; hæc oblato ſibi ſpatio & opportunitate, dũ iter facerẽt,ad principẽ effundebat.qui quũ Ticini iam eſſet,Olympius milites aduerſa valetudine laborãtes inuiſens,(nã & illud ei tectę illius modeſtię caput erat)cõſimilia quædã & inter illos carmina ſpargebat.Vbi dies dumtaxat quartus,ex quo Ticinum imperator ingreſſus fuerat,præterijſſet:arceſſitis ad prætorium militibus,ſe conſpiciendum princeps exhibebat, & ad bellum aduerſus Cõſtantinum perduellem gerendum eos incitabat. Quum de Stelichone verbum nullum,militib. innuere videbatur Olympius, & eos illorum quaſi cõmonefacere ; de quibus ſecreto cũ ipſis colloquutus fuiſſet.

Olympius in ſpeciem religioſus Stelichonem calũnijs opprimit.

Seditio militaris ab Olympio concitata.

Limenius P. P. tranſalpinorũ & Chariobaudes interemti.

Vincentius.

Saluius.

Tum illi quodam modo ad furorem redacti,Limeniũ apud tranſalpinas gentes præfectum prætorio,cum Chariobaude copiarũ in ijſdem locis prætore, iugulant.Nam hi forte perduellis manus effugerant;& apud Ticinum ad imperatorem acceſſerant. Secundum hos iugulãtur & Vincentius , & Saluius; alter equitum magiſter,alter domeſticorum ſcholæ præfectus. Quum aucta ſeditione princeps ad prætorium ſeceſſiſſet, ac magiſtratus quidã elabi fuga potuiſſent:per vrbem vniuerſam ſparſi milites,magiſtratus,quoſcumq; poterãt,occidebãt;ijs extractos ædibus,in quas cõfugerant:& vrbanas pariter opes diripiebãt.Quum malum eo ſerperet;vt medicinã ei facere nõ liceret;tunicul ã ſibi princeps inijciens,abſq; chlamyde ac diademate,mediaq; in vrbe conſpectus,vix magno labore militum furorem cõpeſcere potuit.Interfecti ſunt & illi magiſtratus,quicumq; poſt fugam capti fuerũt,Næmorius ordinũ palatinorum magiſter,& Patronius fiſci præfectus,& rerũ priuatarũ ſiue patrimonij principis comes.Secũdum hos & Saluius,cuius erat officiũ dictare, quę principi viderentur:Quęſtorẽ a Conſtantini temporib.adpellant.Hic ne principis quidem ipſius pedes tenẽs impetrare potuit, vt mortem effugeret. Quum ad veſperam vſq; ſeditio duraſſet,ac imperator veritus,ne quid etiam in ſe cõmitteretur,hanc ipſam ob cauſſam ſeceſſiſſet: Longinianũ interim repertum, qui erat præfectus prætorio Italiæ,necant. Atq; hi ſane magiſtratuũ munerib.fungentes ab inſano milite ſunt interfecti. Perijt & obiter interuenientium tanta multitudo,quantam numero cõplecti non facile fuerit. Hæc ad Stelichonẽ perlata,qui Bononiæ tũ erat(eã vrbem eſſe diximus Aemiliæ) nõ mediocriter eum perturbarũt.Itaq; cõuocatis omnibus, quos ſecũ habebat,barbarorũ foederatorũ ducibus,quid agendũ eſſet,deliberãdum proponebat.Cunctis autẽ cõmuniter viſum eſt,recte ſe facturos,ſi principe necato (nã de hoc adhuc ambigebatur) pariter vniuerſi Romanis cõfoederati barbari cõiunctis virib.in Romanos milites irruerent,& hoc exẽplo ceteros omnes ad modeſtiã reuocarent.ſin principẽ ſaluũ eſſe cõſtaret,interfectis magiſtratibus;tũ vero ſeditionis auctores eſſe ſupplicijs adficiendos. Huiuſmodi quiddã ab Stelichone ac barbaris,quos penes ſe habebat, re deliberata ſtatuebatur. Poſtea vero quã cognouiſſent , nihil indignũ in perſonã principis admiſſum eſſe; nõ amplius Stelicho caſtigãdi exercitus cauſſa procedendũ exiſtimabat,ſed Rauennã abeundũ.Nã & militũ multitudinẽ ad animum reuocabat,& præterea principis erga ſe voluntatẽ nõ videbat eſſe cõſtantem:

Næmorius

Patronius.

Saluius quæſtor.

Longinianus. P.P. Italiæ.

Stelichonis et copiarũ eius de ſeditioſis decretum.

Stelichonis clemens animus.

deniq;

deniq; barbaros in militem Romanum immittere; neque pium, neq; tutum eſſe putabat. Dum anxius in hiſce cogitationibus hæſitat Stelicho, militantes ei barbari, qui prius deliberata ſtatutaq; valere cuperẽt, abducere quidẽ illum ab ijs conabantur, quæ deinceps decreuiſſet: verũ vbi perſuadere non poterant, ceteri omnes quibuſdam in locis manendum ſtatuebant, donec princeps animi ſui de Stelichone ſententiã magis perſpicue declaraſſet.

Sarus Stelichonem obruere conatur.

Sarus autem, qui & robore corporis, & dignitate ceteris foederatis præſtaret, opera militãtium ſub imperio ſuo barbarorũ necatis per quietem omnibus Hunnis, qui Stelichonis adſidui ſatellites erant, omnibuſq; ſequentibus illũ potitus impedimentis ad tentorium eius pergebat, in quo degens, rerum futurarum euenta ſpeculabatur. Itaq; Stelicho barbaris etiã diſſidentibus inter ſe, quos ſecũ habebat, Rauennã petens; ciuitates hortabatur, in quibus forte barbarorum coniuges & liberi erant, ne quẽ barbarum ad ſe venientem intromitterẽt.

Olympius Stelichoni necem ſtruit.

Interim Olympius occupato in animũ principis imperio, ad milites Rauennæ degentes litteras imperatorias mittebat, quæ Stelichonẽ adprehenſum interim iuberent in libera cuſtodia detineri. Ea re cognita Stelicho, vicinam quãdam Chriſtianorum eccleſiam intempeſta nocte ingreſſus eſt, quod conſpicati barbari, qui cum eo erant, alijq; familiares, armati cum ſeruis ſuis, quid futurũ eſſet, ſpeculabantur.

Stelicho per fraudem e templo ducitur.

Poſteaquã illuxiſſet, ingreſſi ſunt milites eccleſiam, & epiſcopo præſente ſacramentis ei fide facta, non imperatum eſſe ſibi a principe, vt eum necarent, ſed tantum vt cuſtodirent: quum primũ egreſſus ex eccleſia, ſub cuſtodia militum eſſe cepiſſet, alteræ reddebantur ab eo, qui priores adtulerat, litteræ; quibus in litteris Stelichonis in rempublicam delictis poena capitis irrogabatur. Eucherio Stelichonis filio fuga, dum hæc fierent, in vrbem Romam elapſo; ad mortem Stelicho deducebatur.

Stelicho ſe vetat a ſuis eripi.

Quumq; barbari, quotquot ipſi aderant, & ſerui, & familiares ceteri, (nec enim modica horum multitudo erat) neci eum eripere citato impetu ſtatuiſſent: eis Stelicho nulla non cominatione formidineq; propoſita reuocatis ab inſtituto, quodam modo ceruicem ipſemet gladio præbuit: vir is ſane, qui omnium, quotquot id temporis magna cum poteſtate fuerunt, modeſtiſſimus exſtitit.

Stelichonis virtutes.

Licet enim Theodoſij maioris ex fratre nepti matrimonio iunctus eſſet, amborumque Theodoſij filiorum regna ei commiſſa fuiſſent, & annos tres ac viginti præturam in exercitu geſſiſſet: numquam tamen animaduerſum eſt, eum duces militibus accepta pecunia præfeciſſe, vel annonam militarem in lucrum ſuum conuertiſſe. Quumq; pater filij dumtaxat vnius eſſet, hanc ei dignitatis metam ſtatuit; vt ad officium Tribuni notariorum prouecto, nullum aliud imperium adquireret.

Dies necis Stelichonis.

Vt autem homines ſtudioſi tempus mortis eius non ignorent, ſciant enim accidiſſe a.d.x. Kal. Septembr. Baſſi Philippiq; conſulatu, quibus conſulibus & Arcadius imperator fato functus eſt. Stelichone extincto, vniuerſæ res aulicæ arbitratu Olympij adminiſtrabantur.

Olympij dominatus.

Et ipſe quidem Olympius Magiſtri officium ſibi ſumebat, cetera princeps in eos diſtribuebat, quos Olympius teſtimonio ſuo commẽdabat.

Familiares Stelichonis vexantur.

Quum autẽ vndiq; perquirerentur Stelichonis familiares, vel qui ceteroqui partes eius ſequuti viderentur: in ius tum Deuterius auguſti cubiculi præpoſitus, tum Petrus ſcholę notariorum tribunus, ducebantur: & publicæ quæſtioni ſubiecti, de Stelichone quid dicere cogebantur. Verum vbi neq; de ſe, neq; de illo quidquam prodere poterant; Olympius ſtudio ſuo fruſtratus, ad mortem vſq; fuſtibus eos cædi curauit. Alijs quoq; compluribus, veluti conſcijs Stelichoni facinoris alicuius, in ius ductis, & per adhibitas quæſtiones dicere coactis, an compertũ haberent, Stelichonem imperium adfectaſſe: quũ nemo quidquam tale ſe ſcire diceret, ab huiuſmodi conatu homines in rebus talib. indagandis curioſi deſiſtebant. Imperator autẽ

Honorius auguſtam repudiat. Eucherius capitis damnatur. Confiſcationes iniquæ.

Honorius vxorem Thermantiam auguſto deiectam ſolio, matri ſuæ reddi iuſſit, nulla tamen iccirco ſuſpicione grauatam; & filium Stelichonis Eucherium peruaſtigatum vndique, iugulari. quem vbi fuga quamdam in eccleſiam Romæ delatum reperiſſent, ob loci reuerentiam miſſum faciebant. In eadem vrbe Roma Heliocrates fiſco præfectus litteras principis adferens, quæ litterę iubebant omnium, quicumque Stelichonis temporibus aliquem magiſtratum geſſiſſent, facultates publicari: congerendis in fiſcum pecunijs occupatus erat. Et quaſi non ſufficerent hæc ad exſatiandũ malum genium, qui tunc nefariorum cathenis conſtringebat, & in ſolitudine numinis conturbabat vniuerſas res humanas: etiam aliud quiddam tale ſuperioribus adiectum fuit.

Militum crudele facinus.

Diſtributi per opida milites, quum de morte Stelichonis ad eos nuntius adlatus fuiſſet, in barbarorum vxores atque liberos per ſingulas vrbes graſſabantur, eiſque veluti ſigno dato ad internicionem deletis, quaſcumque facultates habebant, eas diripiebant. quod quum inaudiſſent occiſorum propinqui, deque locis omnibus coiuiſſent, commoti grauiter ob tantam aduerſus Dei fidem Romanorum impietatem; Alaricho ſe omnes adiungere ſtatuebant, & belli cum eo ſocietatem aduerſus Romam coire.

Interfectorum propinqui cum Alaricho conſpirant.

Quo nomine collecta hominum triginta, vel paullo amplius, millia; promte quocumque videretur, concurrebant. Alarichus autem ne per hos quidem iritatus, bellum ſuſcipiebat; ſed pacem adhuc bello præferebat, indutiarum memor, quæ Stelichone viuo factæ fuerant.

Alarichi moderatio.

Miſſis autem legatis ad poſcendam non magnam pecuniam, pacem fieri petebat, & obſides ſibi dari, Aëtium atque Iaſonem; illum Iouij, hunc Gaudentij filium. Simul aiebat, ſe quoque nonnullos ex ſuis nobili genere prognatos daturum obſides, atque his conditionibus pacem culturum, & e Norico in Pannoniam copias abducturum.

Imperatoris factum reipubl. perniciosum.

Quum pacem his legibus Alarichus peteret, imperator eius poſtulata reijciebat. Atqui de duobus alterum facere debebat, & recte rebus præſentibus conſulere. Nam vel differendum bellum fuerat indutijs modica quadam pecunia impetratis; vel ſi bellum gerere maluiſſet, omnes cogendę militum legiones, quæ vſquam eſſent, & qua tranſeundum hoſtibus erat conſtituendæ; quo barbarus ab vlteriore progreſſu excluderetur. Deligendus item dux & imperator belli totius Sarus, qui & per ſe idoneus eſſet ad incutiendum hoſti terrorem, ob fortitudinem ac bellicæ rei peritiam; & apud ſe barbarorum multitudinem, ſatis ad reſtituendum magnam, haberet. Enimuero nec pacem amplexus, nec amicitia Sari conciliata, nec Romanis exercitibus collectis, ſed in Olympij precibus omni ſpe collocata; maximarum reipublicæ calamitatum auctor exſtitit.

Duces nullius pretij delecti ab Honorio.

Nam duces exercitui dedit eos, qui ſui contemtum in animis hoſtium excitare poſſent: equitatui Turpillione, pedeſtribus copijs Varane præfecto: itidemque ſcholæ domeſticorum, Vigilantio; quibus erant & reliqua conſentanea. Quapropter omnes deſperabundi, iam in oculis Italiæ exitium habere videbantur. His ita diſpoſitis a principe, Alarichus adparatu Honorij deriſo, Romanam expeditionem occepit. Et quoniam res adeo maximas non tantum adparatu pari, ſed etiam maiore cogitabat adgredi: Ataulfum coniugis ſuæ fratrem ex Pannonia ſuperiore arceſſit, vt eum rei gerendæ ſibi ſocium adiungeret, qui Hunnorum, Gotthorumq; copias haud aſpernandas haberet.

Alarichus Ataulfum arceſſit.

Alarichus Italiam peruagatur obſiſtente nemine.

Verum illius aduentu non exſpectato, vlterius progreſſus; Aquileiam, & vrbes ordine trans Eridanum flumen ſitas curſu præterit: Concordiam inquam, & Altinum, & ſecundum hanc Cremonam. Quumque flumen tranſieciſſet, velut in celebritate quadam feſta, hoſte nullo prorſus occurrente: quoddam in caſtellum Bononiæ venit, quod Oecubariam vocant. Hinc Aemilia tota peragrata, relictaq; Rauenna; Ariminum acceſſit, vrbem Flaminiæ magnam.

Deinde

Deinde hac quoq; curſu præterita cum cæteris, quę ſunt eiuſdem prouincię, in Picenum venit. Ea gens in extremo ſinu Ionio ſita eſt. Hinc Romam profectus, oblata caſtella cuncta depopulabatur: adeo quidē, vt niſi ante aduentum in hæc loca batbarorum, Arſacius & Terentius Eunuchi curſu euaſiſſent, & filium Stelichonis Eucherium Romam abduxiſſent, mandatu principis interficiendum, ibiq; principis imperium reapſe fuiſſent exſequuti: omnino iuuenis in Alarichi manus perueniſſet, & incolumis ac ſuperſtes manſiſſet.

Romam Alaricus obſidet.

Eucherius Stelichonis F. occiditur.

Quum autem in his eunuchi perfeciſſent, quod iuſſi fuerant, & Thermantiam Honorij coniugem matri reddidiſſent: quod eadem via reuerti ad principē nequiuiſſent, naui conſcenſa verſus Celtas & Gallos profecti ſunt, vbi princeps etiam commorabatur. Magno vero commodo reipublicæ futurum ratus imperator, ſi hos eunuchos, qui Thermantiam matri reddiderant, & Eucherium interfecerant, pro tam fortibus factis remuneraretur; Terentium augusti cubiculi prępoſitū fecit, & Arſacio proximum ab eo locum conceſſit.

Honorij ſtoliditas extrema.

Itidem interfecto Bathanario, ... militum in magna Lybia, quocum nupta Stelichonis ſoror fuerat, eam prouinciam Heracliano tradidit, qui manu ſua Stelichonem interfecerat, eiuſq; facinoris præmium, honorem hunc tulit.

Bathanarius occiditur.

Heraclianus ob interfectū Stelichonem præſes Africæ.

Quum Alarichus adhuc ad vrbem hæreret, & quotquot in vrbe erant, obſidione cinxiſſet: Serenam Senatus ſuſpectam habere cepit, quaſi quæ barbaros aduerſus vrbem adtraxiſſet. Cenſuitq; pariter & Senatus, & Placidia principis ſoror, eodem patre nata, Serenam eſſe necandam, quæ vrgentium malorum auctor exiſteret. Nam & Alarichum ipſum, Serena de medio ſublata, diſceſſurum ab vrbe; quod nemo ſcilicet ſuperaturus eſſet, a quo ille ſibi proditū iri vrbem ſperare poſſet. Erat autem hęc quidem ſuſpicio reapſe falſa. Nam nihil huiuſmodi Serenæ ad animū acciderat.

Serena Romanis ſuſpecta capitis damnatur.

Verum meritas violatarum rerum diuinarū poenas luebat, velut hoc ipſo iam ſtatim loco commemorare lubet.

Pagani hominis de ſupplicio Serenæ iudicium.

Quo tempore Theodoſius maior euerſa Eugenij tyrannide Romam venit, & contemtum ſacri cultus in animis omniū excitauit, publicum ſumtum ad ſacrificia ſe ſuppeditaturū infitiatus: expellebātur vtriuſq; ſexus ſacerdotes, & fana ſacrificijs abolitis deſerta relinquebantur. Tunc igitur irridens hæc Serena, matris Deum ædem videre geſtiebat. Ea ſpectata, mundum ſimulacri Rheę collo adaptatum, illo diuino cultu dignum, ſimulacro ademtum collo ſuo adhibuit.

Serena mundū adimit Rheæ.

Quumq; vetula quædam, ex virginibus relicta Veſtalibus, ei hanc impietatē in os exprobaſſet; & ludibrio illā habuit, & abigi per pediſequos iuſſit. Tum ea diſcedens, quidquid illa dignum impietate foret, vt & ipſi Serenæ, & marito eius, & liberis eueniret, imprecabatur.

Imprecatio virginis Veſtalis.

Quum illa nullius horum ratione babita, mundo iſto ſibi placens e fano exiſſet; ſæpenumero quiddam ei ſe tum quieſcenti, tum vigilanti offerebat, mortem imminentē denuntians. Alij quoq; complures conſimilia videbant. Et quidē vindicta perſequens impios tanto muneri ſuo ſatisfaciebat opere; vt etiā cognito Serena; quid futurū eſſet, minime ſibi caueret. Laqueo ceruices illas elidendas prębuit, quibus Diuę mundū iniecerat.

Serena ſtrangulatur.

Fertur & Stelicho propter aliam quādam non abſimilem huic impietatē arcana Vindictæ non effugiſſe. Nam & is mandaſſe perhibetur, vt fores in Capitolio Romano, quę auro magni ponderis erant obductæ, laminis iſtis aureis ſpoliarētur. Eos autem, qui hoc facere iuſſi fuiſſent, in parte quadam forium perſcriptum reperiſſe, MISERO REGI SERVANTVR. Atque huic ſcripturæ reſpondit euentus. Nam miſere vitam finijt.

Stelichonis quoque ſacrilegia punita.

Ceterum ne Serenæ quidem interitus Alaricum ab obſidione ſubmouit, ſed portas vniuerſas vndique concluſerat; & occupato Tiberi flumine, ſubminiſtrationem commeatus e portu impediebat.

Alarichus obſidionē continuat.

Quod conſpicati Romani, obdurare ſtatuebant; quod in ſingulos prope dixerim dies Rauenna venturum vrbi ſubſidium exſpectatent.

Vana Romanorum ſpes. Quum autem nullo adueniente, ſpe ſua fruſtrati eſſent; viſum eſt annonæ
menſuram eſſe deminuendam, dimidiamque dumtaxat partem eius co-
quendam, quod antea ſingulos in dies erogabatur. Hinc augeſcente penu-
ria, tertiam. Et quoniam nullum aderat mali ſanandi remedium, iamq; cun-
cta ventris inediæ ſuccurrentia defecerant; famem, ceu conſentaneum erat,
Poſt famem, peſtis. peſtis comitabatur, omniaque plena cadaueribus erant. Quumque non
poſſent extra vrbem ſepeliri cadauera, quod omnem exitum hoſtes obſer-
uarent; vrbs ipſa mortuorum ſepulcrum erat. adeo quidem, vt alioquin e-
tiam ſolitudo in vrbe foret, ſique nulla fuiſſet alimentorum penuria, vel ex-
halans e cadaueribus odor ad inficienda corrumpendaque corpora, ſuffe-
Læta Auguſta benefica in egentes. ciſſet. Compluribus autem cibum ſuppeditabat Læta, Gratiani quondam
principis coniux, eiuſque mater Piſſamena. Quippe quod fiſcus eis adpa-
ratum regiæ menſæ præberet, ab Theodoſio munus hoc conſequutus; non
pauci, quæ harum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem ſola-
bantur. Quum autem malo iam extremum progreſſo, peruentum eo foret,
vt periculum eſſet, ne ſeſe mutuo comederent; tentatis omnibus, quæ homi-
nibus in mentem venire poſſent: legationem mittendam ad hoſtem ſtatue-
Inepta legatio. bant, renuntiaturam ei, tum ad pacem componendam obſeſſos eſſe para-
tos, modo condiciones ea mediocres haberet; tum ad pugnam paratiores, ſi
arma capiat populus Romanus, qui iam continua tractatione armorum non
amplius pugnare reformidet. Ad hanc legationē obeundam lectus eſt Baſi-
lius, originē generis ex Hiſpania ducens, & pręfecti dignitatem adeptus; cui
Ioannes adiungebatur, qui præpoſitus aliquando fuiſſet notarijs principis,
quos tribunos vocant, & Alaricho familiaris, atque reipublicæ nomine ho-
ſpes eſſet. Non enim certo Romanis conſtabat, an adhuc Alarichus adeſſet,
atque ipſe Romam obſideret. Quippe nonnihil eos fama priſtina ſolabatur,
ab alio ſcilicet obſidionem vrgeri, qui Stelichonis partibus faueret, & ipſum
Opiniones ſtolidæ Romanorū. ad vrbem adduxiſſet. Quum ad Alarichum legati veniſſent, pudebat eos i-
gnorantiæ, in qua tam diu populus Romanus hæſiſſet, pariterque mandata
Senatus exponebant. Quibus Alarichus auditis, ac præſertim quod popu-
lus arma tractans, ad pugnam paratus eſſet: Spiſſius, inquit, foenum rariore
Alarichus legatos Romanos irridet. facilius reſecatur. Quod verbum proloquutus, ingenti ſublato cachinno le-
gatos irriſit. Quum autē ad colloquia de pace ventum eſſet, verbis omnem
Inſolens poſtulatum Alarichi. barbaricam inſolentiam ſuperantibus vtebatur. Aiebat enim, non aliter ſe
finem obſidionis facturum, niſi & aurum omne, quod in vrbe foret, & ar-
gentum accepiſſet. præterea quidquid ſupellectilis in vrbe reperiret, item-
que mancipia barbara. Heic quum dixiſſet alter legatorum, ſiquidem hæc
abſtuliſſet, quid eis tamdem relinqueret, in vrbe qui eſſent? Animas, re-
ſpondit. Quum hoc reſponſum legati accepiſſent, petebant vt cum obſeſſis
ſibi colloqui de eo, quod agendum eſſet, liceret. Impetratis indutijs, ea ver-
ba, quæ audiuiſſent in legatione, renuntiabant. Tum vero perſuaſi Romani,
Alarichum eſſe, qui bello vexaret vrbem; ac deſperatis omnibus, quæ vires
humanas ſpectarent: ad animos reuocabant eam opem, quam vrbs in diſci-
dijs olim fuiſſet experta, quodque patritis ritibus violatis, eam amiſiſſent.
Romani vana quærunt auxilia. Dum hæc ipſi ſecum expendunt, Pompeianus præfectus vrbi, forte in quoſ-
dam incidit, qui Romam e Tuſcia venerant; & opidum quoddam aiebant,
cui nomen Neueia, periculis vrgentibus ſeſe liberaſſe, perque preces ad nu-
men factas, & cultum patrito more præſtitum, exortis ingentibus tonitruis
atque fulgetris, hoſtes ſibi iam imminentes abegiſſe. Cum his colloquutus,
quæcumque de diſciplina ſacrorum eſſet exquirenda, percunctatus eſt. Et
quoniam ad animum accidebat ei, quæ tunc inualuerat, opinio; quo tutius
id perageret, quod in votis habebat, omnia cum vrbis epiſcopo communi-
cat.

Innocentius Rom. episcopus superstitiosa fieri permittit.

cat. Is erat Innocentius. qui quidem opinioni ſuę ſalutem vrbis anteponens, clam permittebat eis, vt facerent, quæcumque ſcirent. Quum illi non aliter hæc vrbi conductura dicerent, niſi publicæ conſueta ſacrificia fierent, Senatu in Capitolium adſcendente, atque tum ibi, tum in foris vrbanis ſacra peragente: nemo particeps eſſe inſtituti patrio more ritus auſus fuit, ſed hominibus illis e Tuſcia valere iuſſis, ad demulcendum omni ſtudio barbarum ſeſe conuertebant. Quapropter rurſus ad eum legatos mittunt, & vtrimque plurimis in medium prolatis, placuit ab vrbe ſolui quinquies mille libras auri, & præter has tricies mille libras argenti, & quater mille tunicas ſericas, & ter mille pelles coccineas, & piperis pondus, quod ter mille libras æquaret.

Quanti pax ab Alaricho redempta.

Enimuero quod in fiſco nullas vrbs pecunias haberet, omnino neceſſitas flagitabat, vt ij ſenatores, quotquot habebant patrimonia, collationem hanc ex deſcriptione ſuſciperent. Quumque Palladio datum hoc negotij foret, vt quod ſoluendum eſſet, ex patrimonij ſingulorum facultate metiretur; iſque nequiuiſſet in ſolidum omnia cogere, vel quod ipſi poſſeſſores partem aliquam bonorum abſcondiſſent, vel alioquin vrbs propter imperantium continuas & auaras exactiones, ad paupertatem redacta eſſet; nefarius ille genius humana ſortitus, ad ipſum colophona malorum admminiſtratores harum rerum impulit. Nam quod deerat, mundo ſupplere ſtatuebant, quo erant exornata Deum ſimulacra. quod ſane nihil aliud ſignificabat, quam ſimulacra ſacris ritibus atque cærimonijs dedicata, mundoque decenti exornata propterea, quod vrbi felicitatem perpetuam conſeruaſſent; his ipſis cærimonijs nonnihil abolitis, eſſe inanima prorſus & inefficacia.

Sacrilegium Zoſimus reprehendit.

Quod denique cuncta, quæ tenderent ad vrbis interitum, oporteret vndique concurrere; non ornamenta dumtaxat ſua ſimulacris ademerunt: verumetiam nonnulla ex auro & argento facta conflarunt. quorum erat in numero fortitudinis quoque ſimulacrum, quam Romani Virtutem vocant. quo ſane corrupto, quidquid fortitudinis atque virtutis apud Romanos ſuperabat, extinctum fuit: id quod ex eo tempore futurum, homines rebus diuinis & ritibus patrijs exerciti prædixerunt.

Simulacrũ virtutis conflatur.

Collectis igitur in hunc modum pecunijs, viſum eſt ad imperatorem mittendam eſſe legationem, quæ cum eo de pace futura tractaret, ac ſignificaret, Alarichum non pecunias modo; verumetiam nobilium filios obſides accipere velle. quo facto non tantum pacem, ſed & belli ſocietatem cum eis initurus eſſet, atque cum Romanis in aciem proditurus aduerſus quemuis eorum hoſtem & aduerſarium. Quum principi quoque videretur, pacem hiſce condicionibus eſſe componendam; pecunia barbaris numerata fuit.

Honorius pacem confirmat.

Et Alarichus tridui forum permiſit vrbanis, exeundi licentia per quaſdam portas eis conceſſa; quum & e portu ſubuehendæ annonæ copiam eis feciſſet. Poſteaquam ciues reſpiraſſent, omniaque ſibi reliqua vendidiſſent, & neceſſaria coëmiſſent, vel ex permutatione rerum aliarum adquiſiuiſſent: Roma barbari diſceſſerunt, & caſtra quibuſdam in locis circa Tuſciam metati ſunt.

Romani cunctis rebus & bonis ſuis nudati.

Ac mancipia quidem propemodum omnia, quæ Romæ erant, in ſingulos fere dies ex vrbe aufugientia, ſeſe permiſcebant barbaris, quorum erant collectæ hominum ad quadraginta millia copię. Quum autem barbari quidam forte piſcarentur, Romanos ad portum profectos, & cõmeatus aliquid ſubuehentes, adorti ſunt. Hoc vbi comperiſſet Alarichus, veluti non ſua voluntate factum, ſingulari ſtudio vindicatum prohibuit.

Mancipiorum fuga.

Alarichi æquitas.

Mediocre iam laxamentum hoc malorũ eſſe videbatur, quo tempore Honorius quidem imperator Rauennę conſulatũ inibat, octies honorem hunc cõſequutus; in oriente vero Theodoſius auguſtus, iam tertiũ conſul. Secundũ hæc Conſtantinus ille

Conſtantini perduellis ad Honorium legatio.

perduellis eunuchos ad Honorium mittebat, condonari ſibi petens, quod imperium ſibi tradi paſſus fuiſſet. Non enim id ſe ſponte ſua rapuiſſe, ſed a militibus vi coactum. Hoc poſtulatum vbi princeps audiuiſſet, anim aduertens non facile ſe, quam diu militantes Alaricho barbari non procul abeſſent, de bellis alijs cogitare poſſe; prætereaque rationem propinquorum habens, qui a perduelle detinebantur in vinculis: (erant autem ij, Verenianus & Didymius) non poſtulato dumtaxat adſenſus eſt, ſed & imperatoriam veſtem ei miſit. Ac propinquorum quidem cauſſa fruſtra ſollicitus erat, qui ante legationem hanc iugulati fuerant. His actis, eunuchos dimittit. Ceterum pace cum Alaricho nondum confirmata, quod imperator nec obſides dediſſet, nec poſtulatis omnibus ſatisfeciſſet: ab Senatu legati Rauennam mittebantur, Cecilianus, Attalus, & Maximianus; qui deploratis rebus aduerſis, quæ vrbi accidiſſent, & eorum multitudine, qui perijſſent, tragicum in morem amplificata; nihil his rebus perfecerunt, Olympio cuncta perturbante, atque impediente, quæ recta viderentur.

Olympij malitia

Itaque legatis res eas, quarum cauſſa venerant, non impetrantibus; Theodoro præfectura vrbana deiecto, eam Ceciliano tradidit; & Attalum fiſco præeſſe iuſſit. Quum autem Olympius nihil aliud agendum ſibi proponeret, quam vt eos vndique peruaſtigaret, qui aliquid de Stelichone ſcire perhiberentur; ob huiuſmodi calumniam in ius ducti ſunt Marcellianus atq; Salonius fratres, inter notarios principis militantes: quos Olympius præfecto prętorio tradidit. quumq; nullo nō genere verberum cæſa fuiſſent eorũ corpora, nihil tamen illorum proferebant, quæ Olympius cognoſcere geſtiebat.

Marcellianus et Salonius iniurijs adfecti.

Ordines Dalmatici arceſſuntur.

Rebus vrbanis Romæ nihilo melius, quam antea, conſtitutis; viſum eſt principi, quinque Dalmaticos militum ordines de ſuis excitos ſedibus, ad vrbis cuſtodiam arceſſere. In his ordinibus erant hominum ſex millia, qui tum audacia, tum robore corporum exercitus Romani quaſi caput erant. Eorum dux erat Valens, ad obeundũ quoduis periculum promtiſſimus. qui quum indignum arbitraretur, ea per itinera proficiſci, quæ ab hoſte non obſeruabantur: Alaricho tranſitum eius exſpectante, cumque copijs ſuis vniuerſis irruente, cunctos hoſce milites in hoſtium manus culpa ſua coniecit. Vix centum fuga dilapſi ſunt, quorum in numero & ipſe dux erat. Nam is vna cum Attalo, qui ab Senatu miſſus ad principem fuerat, in vrbem delatus, incolumis euadere potuit.

Valentis temeritas.

Dalmatici ordines caduntur.

Quum autem præſentibus malis alia maiora ſemper accederent, Romam ingreſſus Attalus, Heliocratem ea cura liberat, quæ illi a principe fuerat auctore Olympio commiſſa. Nam hoc ei datum erat negotij, vt eorum bona, qui propter familiaritatem Stelichonis proſcripti fuiſſent, perſcrutaretur; eaq; fiſco adplicaret. Quoniam vero moderati vir ingenij ſane quam impium ducebat inſultare miſeris; ac neque res iure ſtricto exigebat, & multis etiam clanculum ſignificabat, vt quæcumq; poſſent, occulerent: viſus iccirco nullius eſſe pretij, Rauennam abducebatur, propter humanitatem miſeris præſtitam poenas luiturus. omninoque morte multatus fuiſſet, ob graſſantem id temporis immanitatem; niſi quamdam in eccleſiam Chriſtianorum ſe recepiſſet.

Attalus Heliocrati ſuccedit in præfectura fiſci. Heliocratis moderatio.

Heliocratis ob humanitatem prope necatur.

*Maximillianus autem, quum in hoſtium manus incidiſſet, Mariniano patri venditus eſt, triginta millibus aureorum pro eo ſolutis. Nam quia pacem princeps differebat, & pactis conuentis haud ſatisfaciebat; non iam amplius Romanis extra vrbem prodire liberum erat. Sed enim pacis cauſſa Senatus iterum legatos ad principem mittit, cum quibus & Romanus antiſtes proficiſcebatur. Aderant ijſdem & barbari quidam, ab Alaricho miſſi, vt eos ab hoſtibus infeſta habentibus itinera tutarentur. Quum ad imperatorem hi profecti eſſent, Ataulfus arceſſitus ab Alaricho, quemadmodũ ſupra commemoraui, tranſijt Alpes, quæ a Pannonia Venetiam verſus ſeſe porrigunt.

** Maximianus.*

Iterum legati a Rom. ad imp. miſſi de pace.

gunt. quo comperto quodque copias non magnas haberet imperator milites vniuerſos, equites atque pedites, quotquot in vrbibus erant, ei cum ducibus ſuis occurrere iuſſit. Olympio, qui magiſter erat officiorum, Hunnos ad Rauennam numero trecentos dedit. Hi quum eos, qui venerant * * * quam Piſas adpellant, adorti, conſertiſque manibus CIↃ C Gotthos interfecerunt: & XVII dumtaxat amiſſis, Rauennam incolumes peruenere.

Clades Gotthorum.

Quum autem Eunuchi aulici apud principem Olympium inſimulaſſent, velut auctorem eorum caſuum, qui reipublicæ aduerſi accidiſſent; tantum efficere potuerunt, vt ei magiſtratus abrogaretur. Veritus autem, ne quid aliud ſibi grauius accideret; fuga ſeſe in Dalmatiam contulit.

Olympius aula pulſus in Dalmatiam fugit.

Magiſtratus noui.

Imperator Attalum vrbi præfectum Romam mittit, nimioque ſollicitus opere, ne quid rerum ad fiſcum pertinentium occuleretur; Demetrium ablegat, qui Attali munus obiret, & fiſcalia bona perſcrutaretur. Quumque multa tum in creandis magiſtratibus, tum alijs rebus innouaſſet; & eiectis ijs, qui prius cum poteſtate fuerant, alijs imperia traderet: Generidum quoque Dalmaticis militibus vniuerſis præfecit, eundemque ceteris etiam, quicumque apud Pannoniam ſuperiorem, & Noricos, & Rhætos, & quicquid horum eſt vſque ad Alpes, in præſidijs erant, ducem conſtituit.

Generidus copijs Dalmaticis & alijs præficitur.

Atque hic Generidus erat ille quidem barbarus, ſed indole ad quoduis genus virtutis præclara præditus, & alieniſſimus ab auaricia. qui quũ patriis ritibus adhuc inhæreret, nec a cultu Deum ſe pateretur abduci; lex promulgata fuit, quæ in aula cingulo vetaret eos vti, qui Chriſtiani non eſſent.

Generidus adhuc paganus.

Cingulum lege lata paganis ademtum.

Ea lege lata, Generidus, qui cum poteſtate militibus Romæ tum præerat, cingulo depoſito, domi manebat. Quum autem princeps ab eo peteret, vt quoniam magiſtratuum in numero eſſet, ordine loco ſuo ad aulam accederet; legem eſſe reſpondit, quæ cingulum habere ſe vetet, aut eos inter magiſtratus vlla ratione cenſeri, qui religionem Chriſtianam non venerarentur.

Generidi pertinacia.

Heic vbi princeps ſubieciſſet, eam quidem legem, ad alios quod adtineat, ratam eſſe; ſed non in ipſius perſona, qui tantopere pro republica periclitatus fuiſſet: Ego vero, inquit, honorem hunc non admitto, qui ad omnium tendit iniuriam, quotquot militia propter hanc legem ſpoliati ſunt. Nec munus ſuum obibat, donec imperator verecundia pariter & neceſſitate compulſus, legem hanc in omnibus irritam eſſe iuſſit, conceſſo cuiuis, vt opinionem ſuam retinens, & magiſtratu fungeretur, & militaret.

Legis de cingulo abrogatio.

Ab hac exorſus magnanimitate Generidus, continuis laboribus milites exercebat; & annonas eis ſuppeditans, nemini permittebat, vt de his aliquid more conſueto detraheret. Quin & ipſe de ijs, quæ fiſcus ei præſtabat, labores, ceteris maiores ſuſtinentibus conuenientia præmia largiebatur. Talem quum ſeſe gereret, & formidini barbaris finitimis erat, & omnem ſecuritatem nationibus, quarum ei commiſſa fuerat defenſio, præſtabat.

Seditio militaris.

Ceterum Rauennæ milites ſeditione mota, portum eius occupant, & confuſo clamore ſublato, vt imperator ad ipſos prodiret, poſtulabant. At illo metu ſeditionis occultato, progreſſus in medium Iouius, qui & prætorio præfectus erat, & patricij dignitate cohoneſtatus, ignorare ſe cauſſam ſeditionis ſimulans, (quamquam huius auctor ipſemet eſſe ferebatur, ſocium nanctus ad eam Ellebichum, qui equitibus domeſticis præerat) cauſſam a militibus poſcebat, quamobrem ad hoc facinus prorupiſſent.

Iouius & Ellebichus auctores ſeditionis.

Duces quidem & eunuchi deportati et occiſi.

quumque de militibus audiret, omnino ſibi Turpillionem & Vigilantium duces, vna cum Terentio præpoſito ſacrorum cubiculorum, & ordine proximo ſecundum hunc Arſacio dedendos eſſe: principe militum rebellionem verito, duces iſti exſilio perpetuo multantur, & in nauim coniecti, ab ijs necantur, qui eos auehebant. Hoc enim eis Iouius imperauerat, quippe metuebat, ne forte reuer-

ſi,cognitis ijs inſidijs, quæ aduerſus ipſos ſtructæ fuiſſent; principem ad ſu-
mendum de ſe ſupplicium concitarent. Terentius in orientem relegatur,
Noui magiſtratus.
Arſacius Mediolani ſe continere iubetur. Hinc imperator in Terentij locum
Euſebio cubiculi præpoſito creato, & Turpillionis imperio Valenti tradito,
** Ellebicho.*
& poſt Vigilantium *Allobicho præfectura donato; quodam modo ſeditio-
Actum de pace cum Alaricho.
nem militarem ſedare viſus eſt. Iouius autem præfectus prætorio, quum o-
mnem apud imperatorem potentiam in ſeſe tranſtuliſſet; legatos ad Alari-
chum mittere decreuit, qui eum hortarentur, vt ad ipſam vſq; Rauennam ac-
cederet; pace ſcilicet iſtic componenda. Alaricho principis & Iouij litteris
adſenſo, & Ariminum profecto, quæ Rauenna triginta miliaribus abeſt: ce-
leriter eo Iouius quoq; ſe contulit, & quod in Epiris publicus Alarichi ho-
ſpes atq; amicus factus fuiſſet, de foedere pangendo tractabat. Alarichi hęc
Alarichi poſtulata.
poſtulata erant. Vt in annos ſingulos auri certa ſumma daretur, & annonæ
menſura quædam ſuppeditaretur. Vt item ipſe cum ſuis omnibus vtram-
Iouij conſilium.
que Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Hæc Iouius Alaricho
præſente præſcripta mittit ad imperatorem, datis ad eumdem ſeorſum quo-
que litteris; quibus eum cohortabatur, Alarichum vtriſq; copijs ducem præ-
ficeret: vt hoc modo delenitus, de condicionum rigore nonnihil remitteret,
ac tolerabilibus moderatiſque legibus pacem faceret. Imperator his acce-
Honorij reſponſum ferox.
ptis litteris, Iouij temeritatem damnabat, & viciſſim miſſis ad eum litteris ſi-
gnificabat, auri quidem & annonę modum vt ipſe ſtatueret, æquum eſſe; qui
& præfectus eſſet prætorio, & publicorum tributorum copiam facultatem-
que perſpectam haberet: at dignitatem, aut ducis officium, numquam ſe
vel Alaricho, vel eius gentilibus conceſſurum. Hanc epiſtulam quum Io-
Alarichi commotio.
uius accepiſſet, non ſeorſum apertam, ſed audiente Alaricho legit. Is cetera
quidem moderate tulit, verum vbi negatum ſibi gentique ſuæ ducis impe-
rium vidit: mox ira percitus, Romam contendere barbaros ſuos iuſſit, quaſi
confeſtim factam ſibi totique genti ſuæ iniuriam vlturus. Iouius autem inex-
ſpectato litterarum imperatoriarum caſu ad inopiam conſilij redactus, Ra-
Iouius malum malo cumulat.
uennam redijt. Quumq; ſe omni culpa liberare vellet, Honorium ſacramen
tis obſtringit, quibus ſancte polliceretur, numquam pacem cum Alaricho fa-
ciendam; ſed bellum perpetuo gerendum eſſe. Simul & ipſe principis ta-
Hunni contra Gotthos arceſſuntur.
cto capite, iuſiurandum præſtabat; & a ceteris, quotquot erant cum pote-
ſtate conſimile quiddam exigebat. His actis imperator, qui Alaricho bellum
facturus eſſet, decem millia Hunnorum in ſocietatē arceſſebat: & quod eis
aduentantibus alimenta parata eſſe vellet, frumentum, & oues, & boues
Dalmaticos adferri iuſſit. Miſit & quoſdam exploraturos, quo pacto Ro-
mam Alarichus iter ſuum inſtitueret. Copias quoque ſuas vndique cogebat.
Alarichi moderatiora poſtulata.
Alarichus autem, quod eum ſuſceptę aduerſus Romam expeditionis pæni-
tuiſſet; epiſcopos vrbium ablegabat, qui ſimul & legatione fungerentur, &
auctores Honorio eſſent, ne culpa ſua ſineret eam vrbem, quæ iam a pluri-
bus, quam mille annis, magnæ parti orbis imperaſſet, barbaris vaſtandā de-
di; nec tantas ędificiorum moles hoſtili flamma deleri: ſed potius moderatis
admodū condicionibus pacem cōponeret. Nec enim opus eſſe ſibi dignita-
te poteſtatis, nec iam hoc tempore poſtulatas prius prouincias, ad cōſtituen-
dum in eis domiciliū, ſeſe petere: ſed ambos tantū Noricos, ad extremas Iſtri
partes ſitos, & qui cōtinuis incurſionibus vexentur, tenueq; fiſco tributū in-
ferāt. Pręter hęc frumenti tantū in ſingulos annos adijceret, quantū ipſe prin
ceps ſatis eſſe putaret. Auri quoq; ſummā aliquam penderet. atq; hoc modo
conſtituendā amicitiā & belli ſocietatē inter ſe ac Romanos, aduerſus quęuis
arma ſumentē, & qui ad gerendū aduerſus rempublicā bellū ſeſe cōpararet.
Qūū hæc Alarichus leniter ac modeſte proponeret, omneſq; ſimul hominis
moderatio-

moderationem admirarentur: Iouius & alij regiæ potentiæ participes, hæc poſtulata negabant impleri poſſe propterea, quod omnes, quotquot magiſtratus gererent, iuraſſent; cum Alaricho ſe pacem nullam facturos. quippe ſi Deo præſtitum eſſet iuſiurandum, fortaſſe negligi poſſe, permittendo benignitati diuinæ facinoris impij condonationem. Sed quoniam per caput imperatoris iuraſſent, non iam eis fas eſſe contra tam graue iuſiurandum delinquere. Vſque adeo cauta mens illorum erat, qui Dei cura deſtituti, rempublicam id temporis adminiſtrabant.

Alarichi poſtulata reijciuntur.

Aulica religio.

ZOSIMI COMITIS, ET EXADVOCATI FISCI

HISTORIAE NOVAE LIBER SEXTVS.

ALARICHVS ergo, propoſitis æquis adeo poſtulatis, indignum in modum ludibrio habitus; vniuerſis cum copijs Romam contendebat, conſtanter in vrbis obſidione perſtiturus. Eo tempore venit ad Honorium legatus a Conſtantino, qui apud Celtas tyrannidem inuaſerat, Iouius; vir eruditione doctrinæ, ceteriſque virtutibus excellens: qui pacem prius conſtitutam ratam haberi, prætereaque veniam ob interfectos Honorij propinquos, Didymium & Verenianum, poſtularet. Sic enim hoc factum purgabat, vt diceret, non eos Conſtantini voluntate necatos eſſe. Conſpicatus autem perturbatum Honorium, recte facturum aiebat; ſi curis Italicis ocupatus, nonnihil remitteret. Quumque poteſtas ei facta fuiſſet, ad Conſtantinum abeundi, & caſus Italiam prementes nunciandi; non multo poſt venturum ſe cum omnibus Celticis, & Hiſpanicis, & Britannicis copijs, atque rebus Italicis, & vrbanis opem laturum, pollicebatur. Ac Iouius quidem hiſce condicionibus abeundi copiam nanctus eſt. Ceterum Celticas res, necdum vti par erat, expoſitas: æquum fuerit inde vſque a principio, quo pacto ſingillatim geſtæ fuerint, commemorari. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio VII, & Theodoſio iterum, CONSS. milites Britannici ſeditione concitata, Marcum in regio ſolio collocabant, eique tamquam rerum in ijs locis potienti parebant. Eo deinde necato, veluti moribus illorum non reſpondenti: Gratianum in medium producunt, & purpura coronaque cinctum, ceu principem obſeruantes comitabantur. Verum & huic improbato poſt menſes quatuor imperium abrogant, & vitam eripiunt: Conſtantino rerum ſumma tradita. Is vbi Iuſtinianum & Neuigaſtium Celticis militibus præfeciſſet, Britannia relicta tranſmiſit: quumque Bononiam veniſſet, (ea prima mari adiacet, inferioris Germaniæ ciuitas) & in ea dies aliquot

Alarichus iterum Romam copias ducit.

Altera Conſtantini ad Honorium legatio.

De rebus Celticis.

Marcus a militibus imp. factus

Gratianus II. imp.

Conſtantinus imp.

fuiſſet commoratus, omneſque ſibi conciliaſſet exercitus ad Alpes vſque, Galliam & Italiam diſterminantes; imperium tuto iam poſſidere videbatur.

Sarus in Conſtantinum ablegatur.

Eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Conſtantinum ablegabat. Is Iuſtiniano duci cum copijs ſuis obuiam profectus, tam ipſum, quam maiorem exercitus partem interfecit, & ingenti præda potitus,

Conſtantinus obſidetur Valentiæ.

quod Conſtantinum intellexiſſet ſe recepiſſe Valentiam, vrbem ad ſui defenſionem ſatis idoneam; hanc ipſam obſidere inſtituit. Alter copiarum

Neuigaſtes a Saro fide violata necatur.

dux Neuiogaſtes cum Saro de pace colloquutus, amice quidem ab eo fuit exceptus; ſed vltro citroque præſtitis ſacramentis, confeſtim interfectus, religione iuriſiurandi ab Saro violata. Vbi ducem Conſtantinus feciſſet Edo-

Edobinchus Francus.

binchum, natione Francum, atque iam e Britannia cum ſuis Gerontius aduentaret; Sarus horum ducum in re militari tum experientiam, tum fortitudinem veritus, Valentia diſceſſit, quam ſeptem diebus obſederat. Quumq; Conſtantini duces in eum maximis viribus procurriſſent, multo labore ſal-

Baucaudis prædam relinquit Sarus.

uus euaſit; vniuerſam prædam Baucaudis, qui ad Alpes illi occurrerant largitus; vt ab eis adeundæ Italiæ facultatem impetraret. Quum Sarus hoc modo incolumis perueniſſet in Italiam, Conſtantinus vniuerſis collectis co-

Alpes.

pijs, Alpes idoneo præſidio muniri decreuit. Eæ tres omnino ſunt, quæ in Italiam a Celtis, atq; inde vlterius ducentia itinera claudunt; videlicet Cottiæ, Poeninæ, Maritimæ. Hoc vti faceret ea cura, quam diximus; cauſſa quædam erat huiuſmodi. Superioribus annis, Arcadio VI, & Probo CONSS.

Vandili. Sueui. Alani.

Vandili Sueuis & Alanis permiſti, ſuperatis hiſce locis, nationes tranſalpinas vaſtarunt, editaq; ingenti cæde, Britannicis etiam exercitibus formidabiles exſtiterunt. quos quidem eo perpulerunt, vt veriti, ne progrederentur vlterius; ad tyrannos eligendos ſeſe cõuerterent, Marcũ, inquam, & Gratianum, & ſecundum hos Conſtantinum. aduerſus quẽ acri commiſſo proe-

Romani victoriam non perſequuntur.

lio, victoria quidem Romani potiebantur, maiore barbarorum parte iugulata: ſed quod fugientes inſequuti non eſſent, (omnes enim ad internicionem vſq; cæcidiſſent) facultatem eis conceſſerunt, vt reſarcita clade, quam acceperant, & collecta barbarorum multitudine, rurſus hoſti pares euaderent. Itaque propter has cauſſas præſidiarios in hiſce locis Conſtantinus collocabat, ne iſti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque præſidio munijt, quod a Iuliani principis temporibus neglectum fuerat. Hoc modo rebus in vniuerſa Gallia conſtitutis, Conſtantem filiorum natu maximum,

Conſtans Cæſar.

habitu Cæſaris ornatum, in Hiſpaniam ablegat. Nam & iſtic vniuerſis potiri nationibus cupiebat, tum vt dilataret imperij limites, tum etiam vt Honorij propinquorum potentiam in ijs locis exſcinderet. Metuebat enim, ne quando coactis militum in ea regione copijs, ipſi quidem monte Pyrene ſuperato ſe adorirentur; imperator autem Honorius ex Italia miſſis exercitibus, vndique circumdato tyrannidem abrogaret. Itaque Conſtans in Hiſpaniam tranſibat, quum ducem Terentium, & Apollinarem præfectum prætorio haberet; ac palatinis etiam ordinibus magiſtratus tam ciuiles, quam mili-

Bellum in Hiſpania contra cognatos Honorij.

tares dediſſet. Atque his ductoribus copias in eos mouet, qui generis adfinitate Theodoſium principem contingentes, Hiſpanas res conturbabant. Illi primo per Luſitanicos exercitus concitato aduerſus Conſtantem bello, quum ab illo ſe vinci viderent; cum ſeruorum & agricolarum multitudine hoſtem adgreſſi, parum abfuit, quin eum grauiſſimum in periculum conijcerent. Sed heic quoque ſpe ſua fruſtrati, a Conſtante cum vxoribus in cuſtodiam dati ſunt. qua re fratribus eorum, Theodoſio Lagodioque, nuntiata; in Italiam profugit alter, alter in orientem ſaluus euaſit. His rebus Conſtans in Hiſpania geſtis, ad patrem Conſtantinum reuerſus eſt; adducto ſecum Vereniano & Didymio, relictoque iſtic duce

Gerontio;

Gerontio; qui cum Gallicis militibus iter illud, quod e Celtis in Hiſpaniam ducit, cuſtodiret: quamquam exercitus Hiſpanici hanc cuſtodiam ſibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi, petijſſent. Ceterum Verenianus & Didymius ad Conſtantinum perducti, mox interfecti ſunt.

Gerontius barbaros concitat.

Germanorum vi coacti Britanni & Celtæ, ab imp. Rom. deſciſcunt.

Quum autem rurſus in Hiſpaniam Conſtans a patre mitteretur, Iuſtum ſibi ducem adiungebat. quo quidem offenſus Gerontius, conciliatis ſibi militibus eorum locorum, barbaros apud Celtas aduerſus Conſtantinum excitat. quibus vbi Conſtantinus reſiſtere non poſſet, quod maior copiarum ipſius pars eſſet in Hiſpania; tranſrhenani barbari cuncta pro lubitu inuadentes, eo tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam Celticas nationes redegerunt, vt ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius oboedientes, arbitratu ſuo viuerent. Itaque Britanni ſumtis armis, & pro ſalute ſua periclitati, ciuitates ſuas a barbaris imminentibus liberarunt. Itidem totus ille tractus Armorichus, ceteræque Gallorum prouinciæ, Britannos imitatæ; conſimili ſe modo liberarunt, eiectis Romanis præſidibus, & propria quadam republica ex arbitratu ſuo conſtituta. Hæc Britanniæ Celticarumque gentium rebellio, quo tempore Conſtantinus iſte regnum vſurpabat, accidit: quum ipſius in imperando ſecordia moti barbari, haſce graſſationes inſtituiſſent. Alarichus autem in Italia non impetrata pace condicionibus ijs, quas proponebat, nec obſidibus acceptis: Romam rurſus inuadebat, minatus eam ſe per vim expugnaturum, niſi ciues Romani, coniunctis ſecum viribus, aduerſus Honorium auguſtum expeditionem ſuſciperent. Illis ad hoc poſtulatum cunctantibus, vrbem obſidebat; & ad portum profectus, aliquot diebus in eius oppugnatione conſumtis, tamdem eo potitus eſt. Vbi quum omnem vrbis annonam reconditam inueniſſet, eam ſe minatus eſt in exercitũ ſuum expenſurum, ni celeriter Romani poſtulatis ſatisfeciſſent. Quapropter Senatus vniuerſus habito concilio, & inſtituta deliberatione, quid potiſſimũ agendum eſſet: tamdem omnibus adſenſus eſt, quæ Alarichus imperabat. Nec enim mortis vllum erat effugium, poſteaquam vrbi nulla e portu annona ſuppeditabatur. Itaque ſuſceptis Alarichi legatis, ad vrbem eum arceſſebant; ac veluti iuſſi fuerant, Attalum præfectum vrbi, ſublimem in auguſto ſolio collocabant, purpura coronaque cinctum. Is continuo Lampadium præfectum prætorio dicit, & Marcianum præfectum vrbanum conſtituit. Copiarum præturas tum ipſi Alaricho, tum Valenti tradit. Et Valens is erat, qui Dalmaticis antea legionibus præfuerat. Itidem alijs ab eo magiſtratus committebantur. Hinc regio cum ſatellitio pergebat ad palatium, quum omina multa parum fauſta ſeſe offerrent. Poſtridie eius diei Senatum ingreſſus, orationem inſignis adrogantiæ plenam habuit, qua ſe Romanis vniuerſum orbem terrarum adquiſiturũ, & his alia potiora, magnifice iactitabat: propter quæ numen ei non abs re ſuccenſurum erat, hominemque non multo poſt euerſurum. Enimuero ciues Romani magna lætitia fruebantur, qui & alios magiſtratus reipublicæ recte gerendæ peritos nancti fuiſſent; & inſignem ex Tertylli conſulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam, qui Anicij dicuntur, mordebant ea, quæ publice vniuerſis conducere videbantur: quod ſoli omnium, prope dixerim, diuitias poſſidentes, felicitatem publicam permoleſte ferrent.

Gallis rempubl. conſtituunt, excuſſo Rom.

Altera Romæ obſidio.

Romani Alaricho adſentiuntur.

Attalus imp. factus.

Attali ſuperba oratio.

Magiſtratus noui.

Aniciorum familia potens.

Quum autem Alarichus Attalo recte conſuluiſſet, vt mediocres copias in Africam & Karthaginem mitteret, earumque opera Heracliano abrogaret imperium; ne per illum quoque partes Honorij ſectantem, aliquod impedimentum rebus inſtitutis accideret: Attalus eiuſmodi admonitiones nihili facere, ſed eas ſpes amplecti, quas ei vates facerent. Itaque perſuaſus, citra pugnam ſe Karthagine totaque potiturum Africa; non Drumam

Bonum Alarichi conſilium repudiat Attalus.

Drumas.

mittit, qui cum barbarorum copijs, quas ducebat, facillime potuiſſet Heraclianum imperio deijcere: ſed Alarichi conſilio poſthabito, Conſtantino in Africanos milites imperium tradit, nullis idoneis cum eo copijs ablegatis. Interea vero, dum adhuc in dubio res Africanæ forent, expeditionem aduerſus imperatorem Rauennæ degentem ſuſcipit. Is metu perturbatus, quum & legatos miſiſſet, & vt commune ambobus eſſet imperium, peteret: Iouius ab Attalo præfectus prætorio conſtitutus, ne nomen quidem imperatoris Honorio relicturum aiebat Attalum, nec integrum ei corpus conceſſurum; ſed in inſulam relegaturum, & præterea partem aliquam corporis mutilaturum. Vniuerſis hac orationis adrogantia territis, & Honorio principe iam ad capeſſendam fugam parato, qui eo nomine non exiguam nauium multitudinem in portum Rauennatem coëgerat: ſex militum legiones adpulere, quæ quidem adhuc ſuperſtite Stelichone iam olim exſpectabantur; ſed modo primum ex oriente ad belli ſocietatem veniebant. In his erant hominum quadraginta millia. Quapropter velut excitatus e graui ſopore Honorius, ijs moenium cuſtodiam credebat, qui ex oriente venerant; atque interim Rauennæ manendum ſtatuebat, donec certiora de rebus Africanis accepiſſet. Quod ſi ſuperior euaderet Heraclianus, rebus iſtic in tuto collocatis; vniuerſis cum copijs Attalo & Alaricho bellum facere cogitabat: ſin miſſi ab ſe in Africam ſuperarentur, in orientem ad Theodoſium cum ijs abire nauibus, quas haberet; & occidentalium nationum imperio cedere. Hic rerum Honorij ſtatus erat. Iouius autem, qui nomine legationis ad Honorium, velut antea commemorabam, miſſus fuerat; de proditione cogitare cepit, ab Honorio quorumdam opera corruptus. Itaque ad Senatum indecora quædam verba proloquutus, obire legationem recuſat. Quum autem commotus ad iram Attalus, per alios indicaſſet, quid eſſet agendum; quodque ſi conatus eorum in irritum cecidiſſet, qui in Africam profecti fuerant, non oporteat barbaros ad gerendum aduerſus Heraclianum bellum ablegare: (quippe Conſtantino interfecto, ſpes ipſius ab ea parte fluctuabant) mittuntur in Africam alij cum pecunijs, vt rebus eorum locorum opem ferrent. Quo Alarichus cognito, grauiter id, quod fieret, ferens; de rebus Attali deſperabat, qui ſtoliditate quadam animi, nullaque ratione res inutiles moliretur. Itaque poſtea, quam hæc illi ad animum accidiſſent, licet antea Rauennæ obſidionem tantiſper vrgere cogitaret, donec eam cepiſſet; iam tamen inde diſcedendum ſtatuebat. Nam hoc vti faceret, Iouius hortabatur; qui quum intellexiſſet, miſſi ab Attalo ducis irritas in Africa molitiones fuiſſe: prorſus ad iuuandum Honorij cauſſam ſe conuertebat, & Attalum maledictis apud Alarichum inceſſere non deſinebat; monens, ſtudioſe hoc Attalum agere, vt imperio potitus Alaricho primo, & omnibus ei generis propinquitate iunctis, inſidias strueret. Quum autem Alarichus adhuc ſacramentis Attalo præſtitis inſiſtere vellet, Valens quidem equitum magiſter occiditur, proditionis inſimulatus: Alarichus vero cunctas vrbes Aemiliæ cum copijs adibat, quotquot imperium Attali alacriter accipere recuſaſſent. Et alias quidem nullo labore redigebat in ditionem, verum vbi Bononiam obſeſſam, & hoſtem compluribus diebus ſuſtinentem capere non potuiſſet; ad Ligures pergebat, vt & illos Attalum imperatorem agnoſcere cogeret. Honorius litteris ad ciuitates Britannicas ſcriptis, quibus eos hortabatur, vt ſibi cauerent; iidemque militibus ſuis munera largitus ex ea pecunia, quam Heraclianus miſerat; in omni degebat otio, militum beneuolentiam vndique ſibi concilians. Quum autem Heraclianus omnes in Africa portus occupatos ſuo præſidio teneret, neque iam frumentum,

Duræ Iouij P. P. minæ.

Honorius ad fugam ſe parat.

Subſidium inexſpectatum.

Iouius ad Honorium tranſit.

Attali ſtolida conſilia.

Alarichi animus ab Attalo fit alienior.

Iouius ab Attalo Alarichum auertit.

Alarichi mediocris conſtantia.

mentum, vel oleum, vel vllus alius commeatus in portum Romanum adueheretur; fames in vrbe grauior, quam prius, exſtitit; dardanarijs ea ſpe, quidquid habebant, ſupprimentibus; vt omnium pecunias ad ſe transferrent, id conſequẽtes pretium, quod ipſimet arbitratu ſuo ſtatuiſſent. Quapropter ad eas anguſtias vrbs redacta fuit, vt a ſperantibus hominum quoq; corpora degustatum iri, vox huiuſmodi Circenſibus ludis emitteretur: PRETIVM PONE CARNI HVMANAE. Has ob cauſſas Romam profectus Attalus, Senatum conuocat; & conſultatione propoſita, vniuerſis propemodum ea ſententia probabatur, vt & barbari cum Romanis militibus in Africam mitterẽtur, eorumque præfectura Drumę traderetur: ei nimirum viro, qui documenta iam plurima fidei beneuolentiæque in rempublicam edidiſſet. Solus Attalus cũ paucis iudicio plurium non adſentiebatur, qui neminem barbarorum cum Romano exercitu ablegari vellet. Hinc iam Alarichus ad euerſionem Attali ſpectabat, quum eum multo ante Iouius continuis criminationibus ad hoc paratiorem reddidiſſet. Itaque reapſe conſilium ſuum exſequens, extra vrbẽ Ariminum, in qua tunc commorabatur, productum Attalum diademate ſpoliat, & exuit purpura; atq; his ad Honorium principem miſſis, Attalum in omnium oculis ad priuatam vitæ condicionem redigit, apud ſe tamen vna cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio conſtituta, vitæ ſecuritatem eis impetraſſet. Placidia quoque, ſoror imperatoris, apud Alarichum manebat, vicem illa quidem obſidis modo quodam implens; ita tamen, vt omni honore cultuque regio frueretur. Ac Italicarum ſane rerum hæc id temporis erat condicio. Conſtantinus autem, quum diademate Conſtantem filiũ cinxiſſet, proque Cæſare dixiſſet Auguſtum; Apollinari abrogato imperio, alterum eius loco præfectum prætorio creauit. Interim Alaricho cum copijs Rauennam verſus profecto, veluti qui firmam certamq; cum Honorio pacem compoſiturus eſſet; aliud quoddam fortuna reperit impedimentum, ad ea, quę ſtatus publici reb. eſſent euentura, via quaſi quadam progrediens. Dum Sarus cum perexiguis barbarorum copijs in Piceno commoraretur, nec imperatoris Honorij, nec Alarichi ſeſe partibus adiungens: Ataulfus, qui eſſet infeſto in eum animo, propter quamdam abalienationem, quæ ante hoc tẽpus acciderat; ad ea loca cum copijs vniuerſis accedebat, quibus in locis tũ forte Sarus erat. Hunc illius acceſſum quum Sarus animaduerteret, non ſatis ad committendam pugnam inſtructum ſeſe ratus, qui homines ſecum trecentos dumtaxat haberet: ad Honorium profugere ſtatuit, & cum eo belli aduerſus Alarichum gerendi ſocietatem coire.

Fames Romæ grauiſſima.

Attali pertinecia.

Alarichus Attalum abdicat.

Placidia ſoror Honorij.

Conſtans imp.

Sarus neutrarũ partium.

Ataulfus Sarum opprimere nititur.

Sarus ad Honorij partes tranſit

cetera deſunt.

LIBRORVM HISTORIAE NOVAE ZOSIMI FINIS.

RAPHAEL VOLATERRANVS MARIO FRATRI S. D.

IVSTINIANVM *principem ſi res eius domi foriſq́, mi frater, recenſeas, nulli priorum ſeu poſteriorum Imperatorum, poſthabito Conſtantino illo Magno, qui primus libertati trepidam relligionem reſtituit, inferiorem gloria iudicabis: cuius ex otio leges foro, ac mores populis perpetuo manauerunt: ex negocio vero res Chriſtiana incolumis ſeruata: quo ſine fruſtra iam dudum apoſtolica fundamenta fuiſſent, quemadmodum tribus eius neceſſarijs in totidem orbis partibus oſtenditur bellis, Perſico, Aphricano & Italico, quæ omnia per vnum Beliſarium ante omneis ducem non minus religioſe quàm feliciter confecit. In primo ſiquidem Orientem Perſarum regibus adſidue tumultuantibus laceſſitum, vltra etiam Tigrim & Euphratem pacatum reddidit. His quoque auxilia præſtantes Hunnorum indomitam gentem, & Saracenorum exercitus Alamandaro duce ferociſſimos compeſcuit. In ſecundo Vandilos ex aquilone Aphricam petentes ac* LXXXXV *annorum præſcriptione poſſidentes penitus expulit. In tertio Gothos ex Italiæ finibus diſiecit. Duo nanque prima quatuor comprenſa libris, quum ab eo qui Gothicum conuerterat præterita conſpicerem, non ſum paſſus optimi principis labores, tum nobilis autoris illos memorantis monumentum aliqua ex parte noſtris hominibus ignorari, quum in his præſertim tãta ſit vt in breui hiſtoria rerum cognitio, vt quemuis curioſum alere, tot etiam, vt ſolet in huiuſmodi bellis, ducum vertigines, ſtratagemata, conſilia ordinandi, captandi, præueniendi loca temporaq́, animos quoque ex dictis prouocandi, refellendi, tergiuerſandi, mitigandi, vt quemuis ignauum, prudentem plane hominem, ac publicis & priuatis actionibus idoneum reddere valeant. De autore vero ſic habe, vt hunc mediocrem ac plane ſecundum naturam dictionem ſequi iudicare poſſis, Aſiatico tamen eidemq́ patrio propiorem ſermoni quam Attico: in qua & conciones & epiſtolæ quædam breues admodum interueniunt, non vſquequaque in hoc genere ineptæ: verum interpretis egebant diligentia, quum præſertim pleraque in exemplaribus mendoſa reperiantur: ſicuti tu quum a Vaticanæ baſilicæ ac tuorum Collegiorum cura vacabis, facile hæc lectitando perpendes, qui emuncta ſoles nare in Athenæo acroamata æſtimare. Monendum poſtremo cẽ fui, quod à Romanis Romæos diduxi, quo Græci vocabulo Romanos Latinoſq́ ante Conſtantinum vocabant. Poſtea vero in antiqua nominis & Imperij poſſeſſione perſeuerantes Romæos ſe item dici contenderunt. quapropter non tam nominum poteſtates, quàm gentes his appellationibus diſcretas adnotaui.*

PROCOPII DE BELLO PERSICO LIBER PRIMVS,

RAPHAELE VOLATERRANO INTERPRETE.

PROCOPIVS Cæſarienſis bella conſcripſit, quæ *Scopus hiſtoriæ.*
Iuſtinianus Romæorum Imperator contra Barbaros
tam orientales, quàm occidentales geſſit, vt res con-
tigerunt: ne opera ipſius præclara, orationis inopia
obliuioni poſteris ſeculis traderentur: quorum ipſe
memoriam operæprecium ante omnia & præſenti-
bus, & futuris fore putauit: vt ſi quando ſimilia con-
tingerent certamina, inde homines monſtratione iu
uarentur, vbi par hiſtoria legeretur, ex qua rerum fi-
nem in conſultationibus deliberantes facile deprendant. Nec mortalium vl *Fides auctoris.*
lus ad ea memoranda magis quàm ipſe idoneus, quod Beliſario conſiliarius
adfuit, & rebus omnibus, dum agerentur, interfuit. Nam ſicuti Rhetoricæ di
cendi vehementiam, & Poëticæ fabuloſitatem, ſic Hiſtoriæ veritatem cõue-
nire exiſtimauit: neque quicquam hæc ſcribendo vel amicorum turpe pro-
pterea cælauit, ſed quæ cuique fieri ſiue bene, ſiue aliter contigerunt, dili-
genter expreſſit. nihil profecto his bellis aut clarius, aut fortius, quemadmo *Dignitas horum*
dum volenti conſiderare licebit, in quibus & magnitudo rerum, & vtilitas, *temporum hiſto*
tales euenerunt, vt ſuperiorum temporum palmis in hoc genere non cedát, *riæ.*
neque illis vlla ex parte inferiores exiſtimentur. Quod enim antiquitus & ſa
gittarij, & ſintigeri, ac cominus & eminus pugnantes, & his ſimilia in ordini-
bus nomina memorentur, ea propter quidam eorum ad nos virtutem mini-
me perueniſſe putant: opinionem de his longe feliciorem, quàm veritas ha-
beat, proculdubio faciunt, nec eis ſuccurrit, vt qui apud Homerum ſagittarij *Collatio priorum*
ponuntur, arte ac diſciplina maxime carentes ſpe decidebant. Non enim il- *cum poſteriorib,*
lis equus erat, non haſta, non ſcutum, aut aliud corporis munimentum, ex *temporibus.*
quo in congreſſu latitare neceſſe fuit ſub ferentibus ſcutum, aut apud aliquá
ſepulchri columnam, ſeu aliò confugere, vbi neque terga vertentes ſeruari,
neque fugientes perſequi hoſtes poterant. Neque item ex manifeſto, ſed fur
tim quodammodo pugnare videbantur. Præterea arcu tam lente ac imperi-
te vtebantur, vt (ſicut apud eundem eſt poëtam) neruum protrahentes vſque
tantum ad mammam, ſagittam ὀυτιδανὸν id eſt, inutilem ac fruſtra emitterẽt.
At nunc ſagittarij in bellum thoracati procedunt, tibialia vſque ad genu in- *Arma ſæculi Iu*
duti, ab vno latere pharetra, ab altero enſe adcincti. Sunt & qui haſtam fe- *ſtinianei.*
rant, & paruum ſupra humerum ſcutum, vt ora ceruicemque tueatur. Equi-
tant inſuper peritiſſime, vt vel equo currente obiter hoſtem & perſequendo
poſſint & fugiendo ferire. Arcum ipſum longe validiorem vſque in dextram
tendunt aurem. Tali igitur apparatu emiſſam ſagittam mirum non eſt fruſtra
non iaci, cui neque thorax vllus, neque ſcutum reſiſtere queat. Qui autem
hæc minime conſideratione perpendunt, tantum priora collaudant tempo-
ra, neque arti aut diligentiæ plus tribuere videntur, quibus profecto fit, vt
noſtra illis minime concedant. Sed ad inſtitutam nobis inter Romęos ac Per
ſas hiſtoriam reuertar. Arcadius Imperator Byzantij, iamiam moriturus, ac *Arcadij mors &*
de ſucceſſore ſollicitus, Theodoſio filio paruo admodum in cunis exiſtenti *teſtamentum.*
cogitabat quem nam curatorem ſociumque adminiſtrationis ſimul & inſti-

tutionis optimæ adhiberet, qui & inimicos virtute expelleret, & rem poſtremo incolumen traderet. Multi enim, vt par eſt, oſterebantur potius tyranni, quàm adminiſtratores futuri, quoniam Byzantij iam nullus conſanguineus relictus erat. Honorius enim patruus ſatis idoneus non videbatur, quod res Italiæ turbatæ iam erant, & bellum in Oriente Perſarum nihilo minus formidabat, ætatem pueri admodum ſpernentium. In hac animi anguſtia Arcadius conſtitutus, quanquam aliàs natura minime ingenioſus erat, ſalutare conſilium iniuit, quo filium pariter & imperium ſeruauit, ſiue de procerum ſuorum, qui & continuo adſiſtebant, ſententia; ſeu diuino impulſus ſpiritu. teſtamentum condidit, in quo hæredem filium inſtituit, tutorem vero illius Iſdigertem Perſarum regem: cui quum plurima mandauit, tum vt Theodoſio imperium ſua & prudentia pariter, & potentia incolume ſeruaret. Hoc itaq; modo rebus conſtitutis, è vita deceſſit. Iſdigertes vbi teſtamentum ei oblatum legit, ſi prius indole ac magnitudine animi clarus habebatur, tunc maxime admiratione dignus apparuit. Arcadij enim mandata fidemque in eum minime ſpernens, pacem quum Romæis toto tempore, tum imperium Theodoſio cuſtodijt, ac litteras ſtatim ad Senatum ſcribens, officium continuo adſumpto negocio ſeſe præſtaturum, & hoſtes, ſi opus, omnino prohibiturum promiſit. Theodoſio deinde iam ætate prouecto, Iſdigeſtes moritur: nec mora, Vararanes ſucceſſor in Romæorum agrum cum exercitu magno irrumpit: vbi nihil agens magnum, rebus infectis ſe breuiter domum recepit hoc modo. Anatolium Orientis ducem, Theodoſius legatum ad Perſas miſit: qui vbi prope fuit, de equo ſolus deſilijt, pedibus in Vararanem vadens, quem quum ille conſpiceret, proximos interrogat, qui nam homo aduerſus veniret: quumque illi Romæorum ducem dicerent, ſtupefactus tanto erga ſe honore rex ſtatim equum retro vertit, ſequente Perſarum populo, domique legatum multa humanitate excepit, pacemque ei conditionibus, quales ab ipſo poſtulauerat, dedit; vt neutri arcem de nouo aliquam in confinibus inuicem regionum exædificare liceret. Tempore vero inſequente Perozas Perſarum rex in contentionem de finibus venit cum Hunnis Euthalitis, quos albos vocant, aduerſus quos magno cum exercitu venit. Sunt enim Euthalitæ Hunnicum genus reliquis Hunnis nequaquam vicini, neque ad eos pertinentes, ſed Perſis propinqui Boream verſus, quorum ciuitas Gorga nomine in Perſidis confinibus ſæpe cum colonis de ipſis finibus pugnat. Nec vt reliqui Hunni Nomades ſunt, vitam agentes paſtoralem, ſed optimam iam pridem incolunt regionem. Hi nunquam in Romæorum terram, niſi cum Perſarum exercitu ſunt ingreſſi, ſolique Hunnorum albi ſunt, neque item fœdi adſpectu, neque ferarum modo, vt illi, victitantes; ſed ſub vno degentes principe politicam agunt vitam inter ſe, & cum vicinis ius faſque colunt, æque ac Romani, & alij omnes. fortunatiores inter eos vſque viginti amicos habent, ſeu plus ſi contingat, qui conniuæ continuo ſunt, quibusque communis pecunia ſimul & poteſtas eſt. decedentem ex eis aliquem ad ſepulchrum efferri mos eſt. Contra hos igitur Euthalitas eunti Perozæ, Euſebius ab Imperatore Zenone miſſus legatus adfuit. Euthalitæ autem, vbi inimicorum exercitum vident, timorem ſimulantes in fugam vertuntur, curſuque in locum quendam contenderunt, quem prærupti vndique montes cingunt, frequentibus obducti arboribus. Intra montes vero longe procedenti via quædam lata apparet in medio, exitum vero nuſquam habet, ſed infra ipſum montiũ ambitum terminat. Perozas igitur nullum meditans dolum, per inconſiderantiam in hoſtili ingreſſus perſequitur. Hunni vero pauci admodum antea fugerunt, ſed longe plures in locis iniquis abſconditi à tergo inimicorum exercitui exiſtentes nondum ſe manifeſtare volebant, vt illi longe intra montium

Honorij vecordia.

Iſdigertes Theodoſio tutor datus

al. Vararanes.

Perozas Perſarum rex.

Hunni Euthalitæ.

Hunnorum inſidia.

tium anfractus penetrantes non amplius redire poſſent. Has itaque inſidias Perſæ ſentiẽtes (nam periculum iam expertis facile deprendere fuit) timore maximo perculſi conſilium Perozę clam damnabant, Euſebiumq; legatum, quem ſupra nominaui, multis obſecrant, regi perſuadeat, vt rationem malorum, quæ euenire poſſent, habendo; ſecuritati potius conſulere vellet, quàm temere audendo in re non neceſſaria periclitari, ac demum ſi qua ſit ad ſalutem via, cogitare. Hic vero quum in conſpectum Perozæ venit, præſens quidem periculum non ſubito manifeſtauit: à fabula autem incipiens ait, leonem olim in hircum incidiſſe. quem quum timentẽ in locum quendam paulo altiorem, vt rapturus in eſcam, perſequeretur; incidit in foueam latam, angustam vndiq; viam habentem, vnde exitus non erat. Hoc itaque ira paſtoris commenta eſt, vt leonem per inſidias venaretur. Hæc Perozas audiens timere cœpit, ne Perſæ maligna ſimulatione in perſequentes vterentur, nec vlterius proceſſit, ac ipſum præſtolando rem in conſultatione poſuit. Hunni autem iam ex latebris ſeſe manifeſtantes, aperte exitum, ne illi redire poſſent, cuſtodiebant. Tunc vero Perſæ proculdubio inſidias, & in quod incidiſſent malum, animaduertentes; nullum iam periculo remedium habuere. Euthalitarum autem rex nonnullos è ſuis ad Perozam miſit, qui eius in perſequendo temeritatem accuſarent, ex qua ſeque ac omne genus ſuum magna verecundia prodidiſſet: ſalutem poſtremo pollicerentur, ſi Perozas ſe vti dominum adorare voluerit, ac iureiurando patrio adfirmare, Perſas non amplius Hunnos bello petituros. Hęc vbi Perozas audiuit, Magos qui ſecum aderant interrogat, an præcepta eſſent facienda. Illi autem reſponderunt, quod circa iuſiurandum præſtandum ei liberum eſſet. In altero vero, ſapientia quadam circumuenire inimicum oportere: nam Perſis adorare tantum ſolem eſſe legem, propterea tempus in hac re obſeruãdum, vt mane regem Euthalitarum conueniat, ac ad ortum ſolis conuerſus eum adoret: hoc modo patrio more ſeruato, facti ignominiam eum vitaturum. Perozas igitur de pace cautione data, inimicum è Magorum iuſſu adorat: protinusq; cum toto exercitu ex locorum aſperitate libenter domum ſe recepit. Nec multo poſt tempore promiſſa irritando acceptam ab eis contumeliam vlciſci ſtatuit. Omnes itaq; ex omni loco Perſas ac ſocios cogens, in Enthalitas mouit, Cabade tantum filio, tunc primum pubeſcente domi relicto; reliquos, qui x x x fuere, ſecum ducens. Euthalitę autem eius apparatum ſentientes, magnopere mœrebant, ſimulq; regem ſuum incuſabãt vt Perſis rem prodentem. At ille ridens quid inquit, perdidiſſent, terrámne an arma, vel quid aliud ex omnibus opibus? Hi vero excipientes, nihil aliud reſponderunt, quàm occaſionem, quæ reliqua omnia intra ſe continet. Quando vero res huc deducta eſſet, vt inimicis venientibus vltro confeſtim occurreretur, rogabant. Ille vero in pręſens prohibuit, quod eorum adhuc exitus manifeſtus non eſſet, nec propriã egreſſos eſſe terram conſtaret. Quapropter eos in eodem loco pręſtolans hęc pręparauit. In campo Euthalitarum, in quem Perſas erat ſuſpicio vẽturos, tumulum foſſa circundedit altiſſima lataq; ſatis, in medio loci eminentis ac præcipitis tantum relinquens, quantum decem caperet equos: arundinibus vero foſſam ſuperne terra contectis operuit. Hunnis vero præcepit, poſtquam inde retro adequitarent, per locum in breui ſe congregantes numero paulatim ac ociosius irent, obſeruantes ne in præceps ruerent. Paginam quoq; in ſummo pętorij ſigno ſuſpendit, in qua Perozas iuramentum pręſtitit, quod ille contemnens contra Hunnos venit. Igitur donec eum intra ſuas munitiones contineri vidit, in eodem loco expectauit. Poſtquam vero eos in vrbem Gorgam in confinibus Perſidis veniſſe ab exploratoribus audiuit, & inde rurſus diſcedentem in Euthalitas ire: ipſe cum magna exercitus parte intra mu-

Euſebij prudẽtia.

Magorum conſilium.

Perozas Hunnum adorat.

Strategema.

nitiones manſit: paucos vero miſit exploratum inimicos per campum: quibus forte viſis ſtatim retro exploratores fugerant, recordantesq́; regis mandatorum, quando foſſæ propius fuere, parua per interualla ex ſucceſſione pedetentim ſupra eam tranſierunt, ac reliquo ſe exercitui cöiunxerunt. Perſæ interim inſidias minime ſentientes, animo magno per campum admodũ accliuem in hoſtes inuecti in foſſam omnes cecidere, non ſolum primi, ſed quot pone ſecuti ſunt ob impetum perſequendi, nihil & ipſi frandis animaduertentes, cum equis & armis corruendo facile illos pondere interfecerunt, ac vnà ipſi perierunt. Inter quos Perozas fuit vnà cum omnibus filijs: qui ſe morientem ſentiens, vnionem candore ac magnitudine conſpicuum, qui ex aure ei dextra pendebat, celeriter proieciſſe dicitur, ne quis mortalium eum poſtea ferret. Quod mihi veriſimile nequaquam fit, vt ei in tanta perturbatione aliquid ſimile in mentem venerit: ſed in eo caſu auriculæ ictu excuſſum ac deperditum crediderim. Quem Romæus imperator magno ſtudio ex Euthalitis emere quærens minime potuit, quum ipſi magno labore conquiſitum nequaquam reperire valuerint. Nonnulli tamen ab eis repertum exiſtimant, ſed alium Cabadi filio redditum. Quę autem de hoc vnione Perſæ prædicant, operæpręcium narrare; cuius forte ſermo non vſquequaq; incredibilis videbitur. Dicunt enim, hunc quondam in pectine in mari Perſico fuiſſe, quem non procul à littore aperta concha natantem, in cuius medio vnio erat, pulcherrimum prębuiſſe ſpectaculum nulli comparandum ob magnitudinem ſimul & pulchritudinem, quę canem marinum miræ magnitudinis in eius amorem ſollicitauit. Hic dies atque noctes eum ſequutus, ſi quando fames vrgeret, aliquid eſcarum occurrentium in eodem loco breuiter ſibi ſumebat, donec eum comprendens deſiderium omne videndi expleuit. Quidam vero piſcator hoc animaduertens, ac belluam ſimul & periculum formidans, regi Perozæ rem detulit. Is in eius item deſiderium magnopere venit, blanditiaque ac palpatione non modica piſcatorem inducere ad eum capiendum quærit. At ille monſtrans nullum tantæ rei dignum compenſari præmium poſſe, ait: Mi rex, opes quidem homini optabiles, verum longe optabilior vita, omnium deniq; chariſſimi liberi, quorum gratia quis omnia forte audebit. Ego quidem & hanc belluam me ſpero capturum, & vnionis te dominum conſtituturum: verum à te hinc mihi magna referri præmia ęquum fuerit, vel mortuo (ſi forte ab hac bellua abſumar) filijs meis benigne faciendo paternum fatum compenſare: ſic & ego defunctus dignum laboris præmium feram, tu vero liberalitatis gloriam, hos, qui pro te periculum adierunt, munerando referes. Hæc dicens piſcator, diſcedens venit in locum, vbi piſcis erat, ſimul & canicula ſectatrix, ac ſupra petram quandam reſidentem obſeruat, quando hæc in cibo ſibi obuio occupata exiſtat. tunc dimiſſis in littore his, qui ſecum miniſterio erant, ipſe in piſcem inuadens eum extra traxit: quod canicula animaduertens, ſubito latranit. Videns autem ſagenator concham in littore tractam, ilico ſagittauit: vnde paulopoſt extinctam, ſuſcipientes hi qui in littore relicti huic operi erãt, vnionem ilico exceptum regi cuncta quæ euenerant narrantes tulere. Et hæc quidem Perſæ de vnione referunt. Nunc ad ea, quæ mihi ſupra propoſita erant, reuertar. Perozas hoc modo cum vniuerſo exercitu extincto, ſi qui erant reliqui, ſtatim in hoſtium manus venerunt. Ex illo igitur lex Perſis, non amplius in hoſtilem, etiam ſi vis vltro irrueret, incurrere. Qui autem milites cum Peroza fines non exiuere, hi regem Cabadem domi ſolum ac natu minorem relictum, regem ſibi elegerunt Perſæque ab Euthalitis annis duobus dominati, euſque videlicet fuere, donec Cabades virtute fretus tributum amplius dare dedignatus eſt. Poſt hæc idem violentius Perſis imperitando legem tulit, vt omnes

Perozæ ac Perſarum clades.

De vnione hiſtoria.

Cabades Perſarum rex.

fœminæ

fœminæ cōmunes eſſent. Quum multitudo minime probaret, aduerſus eum inſurgentes, captum in vinculis habuere, Blaſe Perozæ fratre rege conſtituto, quando ex Cabade virilis proles nulla relicta eſt. Perſis autem non fas priuatum aliquem regno præficere, niſi forte regium genus admodum exile ac obſcurum fuerit. Blaſes igitur regno accepto, Perſarum optimos conſilio ſibi delegit: quib. in conſultatione propoſuit, quid de Cabade agendum. Multitudini quidem interficiendus non videbatur. Hic plures vtrinque ſententiæ dictæ. Surgens autem quidam ex eis Guſanaſcades, honore Chanaranges: (hic enim magiſtratus inter Perſas extremos & Euthalitas confines vti prætor putabatur) gladium oſtentans, quo Perſæ vngues accidere conſueuerunt, digitali longitudine, craſſitudine vero tertia digiti parte; Hunc, inquit, breuem admodum gladium videtis: hic aptus, inquam, præſens negocium abſoluere, quod paulopoſt ne viginti hominum armatorum milia perficere poterunt. Hoc ideo dixit, manifeſtans, niſi Cabadem ſuſtulerint, Perſis poſtmodum * idem negocium facere. Nonnulli ſanguine regio virum minime necare volentes, in cuſtodia ſeruandum, quæ Lethe vocabatur, conſulebant. Inter hæc contigit Perſas contra alios barbaros non longe ab Armenijs habitantes bellum gerere. Armenij enim conantes in Perſas fœderatos beniuolentiæ ac pacis ſtudium oſtendere, in horum barbarorum terras incurrere ſtatuerunt. Quod Perſæ cognoſcentes, improuiſi & ipſi ruentes, ferè omnes puberes interfecerunt. Poſt hæc Blaſes quoſdam è ſuis fidelibus ad Arſacem Armeniæ regem rogatum mittit, vti ſub fide veniret. Quem vbi adfuit, quum humanitate reliquiſque officijs eſt proſequutus, tum loco fratris habuit, iurarūq; demum inter ſe beniuolos inuicemq; Perſas & Armenios in perpetuum ſocios fore. His actis ſtatim eum domum remiſit. Tempore vero non multo poſt, quidam Arſacem calumniari, vt rebus nouis ſtudentem, cœperunt: quibus Pacurius credens, rurſus rogatum mittit, vti veniat, ſe cum eo de omnibus, quæ agenda, velle cōmunicare. At ille ſtatim morem ei gerens, fortiſſimos Armeniorum, quū alios, tum Baſſitium duxit, qui dux eius in bello pariter & conſiliarius fuit, quum & fortitudine & prudentia longe præſtaret. Quos vbi Pacurius vidit, ambos multis obiurgauit, perfidiæq; accuſauit, quod iuſiurandum irritum feciſſent, ac tam cito ad defectionem ſpectaſſent. Hi autem negantes perſancte iurauerunt, nihil ab eis horum excogitatum. Pacurius autem in cuſtodia multa cum ignominia ab initio tenuit. Deinde conſultis Magis, quid in eos faciendum: illi reſponderunt, de his quæ negarentur, nec manifeſte apparerent, ſententiam ferri fas nō videri, modum autem eum docuere, quo Arſaces ſeipſum ſponte accuſare cogeretur. Regiæ itaq; aulæ pauimentum terra operire iuſſerunt, ſumpta dimidia ex Armeniorum agro, altera dimidia ex agro Perſarum: quod quum rex feciſſet, Magi ſuis artibus in his vtentes ei dicunt, vt deambulationes cum Arſace in hoc ſpatio faciat, querendo ſimul pacta violata, ſeſe autem colloquutioni intereſſe vti teſtes oportere. Rex igitur ſtatim ſic agens Magis præſentibus interrogat, cuius rei gratia hac vteretur perfidia, fœdera irritando, & Perſas ſimulque Armenios maximis obijciendo malis. Arſaces autem donec in loco fuit vbi terra ex Perſide iacta eſt negauit, & iuramentis grauiſſimis vtens, ſeſe captiuum in fidem obtulit. Poſtquam vero ſpatij medium præteriens in ſuam tellurem venit, audacius ilico ſermonem habuit, ac ei & Perſis omnib. minitando ſeſe acceptam euindicaturum iniuriam, vbi primum dominus eius efficeretur: atq; hæc iactans & fremens ſimul deambulabat, donec rurſus reuertēs in Perſidis terram, tunc item mutatus verba miſera proferre viſus eſt, & iterū in ſuam reuertens ſuperbe loqui. Sic deniq; multoties factitando nihil arcanorum celauit. Tunc igitur Magi ipſum vt fœdifragū ac periurum cōdemna-

Blaſes Perſarum rex.

* *eundem negocium facturum.*

Pacurius.

runt. Ex quo Pacorius Baſſicij pellem detractam, vtrem conſtituit palea plenū, arborię; altiſſimæ ſuſpendit. Arſacem vero quod regij ſanguinis cæde ſe cōmaculare noluerit, cuſtodiæ Lethes tradidit. Tempore vero poſt quidam Armenius ex Arſacis valde fidelibus, qui cū eo in Perſidem venerat, Perſis poſtmodū contra barbaras gentes multas vt vir fortiſſimus ſpectāte Pacurio egregiā nauauit operam, potiſſimaq; victoriæ illius cauſa fuit. Ex quo Pacurius ei muneris optionē eorum quæ cuperet dedit. At ille ſeſe tātum vna die

Amicus Arſacem in carcere occidit

Arſaci miniſtrare quomodo cuperet velle ait. Quę res quum regē vehementer triſtitia adficeret, tollere antiquā legem coactum, quæ fuit, vt nullus eundē, niſi moriturus ingrederetur, vnde carceri Lethe nomē fuit: vt tamē verus eſſet, poſtulata cōceſſit. Ille vero poſtquā in cuſtodiam ingreſſus eſt, Arſacen conſalutauit, congreſſię; inuicē dulci lamentatione præſentem fortunā conqueſti fleuere, vixq; iunctis dextris ab inuicē diduci valentes, vbi lachrymis exſaturati quieuere, Armenius Arſacen imprimis lauit, deinde in regium habitum reſtituens, in thoro collocauit. Hic etiam adſiſtentes ei regie accūbere iuſſit, veluti prius conſueuerat. In hoc itaq; conuiuio multi & varij ſermones habiti, qui Arſacen valde delectauere, multaq; alia in medio quæ ad eius faciebant voluptatē parāta, cōpotatione vſq; in nocte protracta, plurimisq; delinimentis habitis, quum iam hora digrediendi eſſet, Arſacen dixiſſe ferunt, quemadmodū dulciſſimum omnium diem peregiſſet: in qua feliciter actum cum eo eſſet, ſi vltima foret congreſſio cum omnium amantiſſimo viro: nec reliquam ſe deinde æquo animo calamitatem amplius paſſurum. Atq; hæc dicentem, Armenius ſumpto gladio ex menſa, quem de induſtria paratum ad hoc habuerat, eum interfecit. Sic igitur Arſacis exitus, vti Armeniorum hiſtoria refert, eſſe contigit. Ego vero vnde ſum digreſſus reuertar.

Cabades euadit e carcere.

Cabadi ſic incluſo, vxor neceſſaria miniſtrabat, quam carceris præfectus quod eſſet forma præcellenti tentauit: quod vbi Cabades ab ea didicit, iuſſit illi morem gerere. Sic itaque ille in eius veniens amorem atq; complexum, optanti facile deſiderata conceſſit, vt videlicet ingreſſum ad maritum cōtinuo haberet, nemine prohibente, ac quocunq; tempore. Erat inter Perſas vir exiſtimatione magna, nomine Seoſes, Cabadi valde amicus, qui apud carcerē diu immoratus obſeruabat, ſi qua via ad colloquēdum cum eo daretur, & per vxorem ei ſignificauit, quemadmodum equi ſimul cum hominibus præparati nō longe à carcere eſſent, locum ei manifeſtans: eandem inſuper induxit, vt nocte ſequente mutatis cum Cabade veſtibus ipſa pro eo in carcere remaneret. Ille vero egrediens veſtitu muliebri, cuſtodes q; fallens liberatus eſt: vbi autē illuxit, cuſtodes fœminam virili habitu adſpicientes admirati, virum hic etiam latere ſuſpicantur. Pluribus quoque in hac opinione diebus erāt, donec ille procul emēſo itinere apparuit. At poſtquam in lucem muliebres inſidiæ venerunt, quod nam pœnæ genus in eam ſtatuerint non habeo dicere, quū Perſæ minime inter ſe facta communicent. Cabades interim clam omnibus

Cabades ad Hunnos profugit.

cum Seoſe ad Hunnos Euthalitas peruenit, vbi regis filia in matrimonium ducta, exercitum eorum in Perſas ingentem duxit. Cui hoſtes quum reſiſtere ſeſe impares eſſe animaduerterent, protinus in fugam ſe verterunt. Poſtquam vero Cabades in loco fuit, vbi Guſanaſcades imperabat, verſus ad quoſdam è ſuis fidelibus ait, quemadmodum illum virum Chanarangen cōſtitueret, qui ea die Perſarum primus in conſpectum veniens ei miniſtrare vellet: dicentem vero ſtatim ſermonis pœnituit, quoniam lege admonebatur, quæ Perſas prohibebat in alienos imperia ferre, ſed quibus honor cuilibet ſecundum genus conueniat. Timuit itaque, ne quis obuiam fieret Chanarangi propinquus non exiſtens, ac propierea legem ſoluere, vt verus fieret, cogeretur. Hæc igitur meditanti contigit fortuitu vt neque legem

ſoluendo

ſoluendo dicta ſeruaret. Euenit autē vt primus Adergudunibades homo iuuenis, propinquus Guſanaſcadi, ac bello aptiſſimus occurreret, qui Cabadē regem protinus adorauit, ſeſe vti ſeruum cuiuis vſui offerens. Cabades itaq; in regiā nullo labore perueniens, Blaſen omnibus circa præſidijs deſtitutum oſtendens, exercuit modo quo Perſæ viros improbos exercere ſolent, oleo videlicet feruente ſupra oculos apertos infuſo, ſeu cuſpide aliqua ferrea per vim extrahente, reliquo tempore in cuſtodia habuit quum regnaſſet annis duobus. Guſanaſcadem vero interficiens, loco ipſius Adergudunibadem Chanarangem, Seoſem vero Adraſtadaram Selanem cōſtituit, qui magiſtratus exercitibus & ducibus omnibus pręeſt, quemue primus Seoſes inter Perſas ac vltimus obtinuit, quum neque prius neque poſtea aliquis fuerit. Cabades ergo regnum tuto cuſtodijt, & prudenter adminiſtrauit, quum nulli & ingenio, & in agendis experientia inferior eſſet. Paulo autem poſt quum idem pecuniam Euthalitarum regi deberet, quam exoluere nequaquam poſſet, ab Anaſtaſio Romæorum Imperatore mutuo petijt. Quod ille quum in conſultatione amicorum poſuiſſet, eis minime viſum. inutile quippe dictitantibus proprijs pecunijs firmiorem inimicis in Euthalitas amicitiam reddere, eosq; magis expedire inter ſe bello peti & viribus abſumi. Quas ob res Cabades indignatus, nulla alia de cauſa in Romæos exercitum mouere ſtatuit, ac ipſe primus nuncius in Armeniorum agrum irrupit: vnde multam populabundus prædā ducens ad vrbem Amidam Meſopotamię venit. hanc hyemis tempore obſidione cinxit. Amideni autē vt in pace agentes ſine militibus ac omnibus imparati, quanquam hoſtibus occurrere non auderent, qua tamen potuerunt via præter opinionem aliquandiu reſtitere. Hic operæ precium de Iacobo narrare. Is inter Syros vir admodum iuſtus, & qui in rebus diuinis diligenter exercebatur, in vico ab Amida vnius diei iter diſtante, iampridem ſeſe intruſerat, vt affatim quę ſunt ad pietatem meditari poſſit. Hic ei addicti homines in breui ſpacio cancellis inter ſe raris, vt videri ab adeuntibus ac paſſim conſuli poſſet, ipſum incluſerunt, vbi neque æſtus neq; frigora curans, tantum ex ſeminibus quibuſdam victitabat, non cottidie, ſed interuallo dierum multorum ſumptis. Hunc igitur Perſæ quidam excurrendo ad ea loca ſagittis petere tentantes, diuino portento manus arcusque immobiles ſunt viſi conſiſtere. Hac fama in caſtra Perſarum perlata, Cabades ire viſum ſtatuit: quo animaduerſo, horrore ſimul cum Perſis qui aderant captus barbarorum noxam deprecari cœpit. Ille autem tantum verbo malum hoc pepulit. Ex quo homines illi liberati, ac in priſtinum reſtituti fuere ſtatum. Tunc Cabades pro meritis ei quod vellet optionem dedit, putans eum magnas opes petiturum: tantum ab eo poſtulauit, vt homines qui in hoc bello ad eum viſendum ſecederent ſaluos eſſe vellet, quod Cabades facile conceſſit, inſuper ſyngrapham pignoris loco ac tutelæ dedit. Hoc itaque rumore peruagato, plurimi ad eum confugientes incolumes ſeruabantur: & hęc ſic quidem ſe habuere. Cabades autem in obſidione perſeuerans, omnibus machinis admotis mœnia cōquatiebat. Amideni trabibus quibuſdam oppoſitis, impetum frangebant. Ille vero vbi murum inexpugnabilem eſſe ſenſit, fruſtra ſe operam conſumere vidit, ita ab initio adfabre conditus fuit. Ex vna tantum vrbis parte quæ facilius expugnari poterat, tumulum quendam arte contra mœnia excitauit ea longe ſuperantem. Oppidani vero ſubter mœnia cuniculum vſque ad eum fecerunt, indeque clam terram extrahentes, vacuum intus ex magna parte tumulum reliquerunt, extrinſecus autem forma nihil propterea immutata. Perſæ igitur hunc multi ſecure ad verticem vſq; aſcendentes, inde mœnia oppugnabant: at quum turba militum curſu certatim conſequeretur, tumulo protinus ruente omnes perire.

Cabades regnū recuperat.

Occaſio belli contra Romanos.

Amidæ obſeſſio.

Iacobi Syri miraculum.

Amidæ oppugnatio.

Strategema Amidenorum.

Cabades igitur caſu tali perterritus, obſidionē relinquere ſtatuit, exercitu-
que diſceſſum in diem poſteram edixit. Oppidani itaque tanto metu ſoluti,
procul iam à periculo multis barbaros probris ac riſu è mœnib. inceſſerunt:
quin meretrices quædam magno dedecore ſublata veſte pudenda Cabadi
Magorum præſagium. prope adſtanti in contumeliam oſtenderunt. Quod Magi animaduertentes,
regem ad reuocandum exercitum adhortati ſunt: eo namque adſpectu ad-
moniti prædixere, vt breui tempore Amideni arcana omnia Cabadi eſſent
Occaſio captæ Amidæ. patefacturi, quamobrem caſtra rurſus firmata. Paucis poſt diebus quidam
Perſa Hipponomi, id eſt equorum paſtoris antiqui tugurij ingreſſum ad mœ
nia conſpexit, quod tantum breui tegmine opertum fuerat. Nocte itaque ſo
lus huc veniens, ingreſſu tentato intra muros penetrat. Vbi dies apparuit,
rem omnem Cabadi nunciat, qui nocte inſequenti cum paucis adhibitis ſca-
lis venit, cui ſecunda quædam contigit fortuna, hoc modo. Turrem prope
Hipponomum Chriſtianorum ſapientiſſimi forte cuſtodiebant, quos mona
Monachorũ crapula perdit Amidam. chos vocant. Hi feſtum quoddam annuum eo die celebrauere, nocte autem
ſequente veluti feſſi ob peractam celebritatem, magis autem in crapulā con
ſtituti liberioris potationis, alto dulciq; ſomno dormierunt, ex quo minime
ea quæ euenerunt ex hoſte ſentire potuerunt. Perſæ igitur per Hipponomū
intra mœnia ingreſſi, in turrim aſcenderunt, ac dormientes monachos offen
dentes omneis interfecerunt. Quod vbi Cabades nouit, ſcalas e veſtigio mu
ro prope hanc turrim admouit: iamque dies aderat, ac hi qui proximi turri
cuſtodes erant, malum hoc animaduertentes clamauere. Hi facta vtrinque
pugna, iam Amideni ſuperiores apparebant, multis interfectis, plurimis eti-
am è ſcalis deiectis, iamque procul à periculo videbantur, niſi Cabades ipſe
acinace ſtricto ad ſcalas adcurriſſet. hic Perſis eum intentans illos deſcende
re non permiſit, pœna mortis propoſita reuerti audentibus: quapropter mul
titudine ingenti irruente, ſuperiores facti, ciuitatem facile ceperunt die ab
obſidione octogeſima. Amidenorum cædes plurima facta, donec Cabadi
in vrbem adequitanti, quidam è ciuibus & ſenex & ſacerdos occurrens ait,
Cabades captis mitior fit. O quàm regium captos interficere. Gabades autem iratus reſpondit, Cur
mihi bello reſiſtere audetis? Hic ſtatim excipiens, Quoniam, inquit, deus
non noſtra voluntate, ſed tua virtute Amidam tibi tradere voluit. Quo ſer-
mone Cabades lætatus cædi modum ſtatuit: ſed tantum gaza Perſis direpta
reliquos in captiuorum numero haberi iuſſit. Pauloque poſt multo hæc præ-
ſidio è ſuis reliquit cum Glone præfecto viro Perſa, ſimulq; paucos admo-
dum & miſeros Amidenos, qui Perſis miniſtrarent. Ipſe vero cum reliquo ex
ercitu ac captiuis domum ſe recepit, in quos humanitate rege digna eſt vſus:
nam breui poſt tempore omneis miſſos fecit, ex quo illi vnà domum abiere,
Anaſtaſij benignitas in Amidenos. quando videlicet Anaſtaſius princeps Romæorum operam in eoſdem virtu
te dignam oſtendit, ſeptem annis à vectigali conſueto vrbem liberando, i-
pſos inſuper & publice & priuatim multis donis munerando, ex quo præte-
ritorum malorum obliuione facile ſunt capti: ſed hæc tempore poſt conti-
gerunt. Nam tunc Anaſtaſius vbi accepit Amidam obſideri, idoneum ilico
miſit exercitum, cui duces erant omnino quatuor, Areobindus Olybrij ſo-
Duces cōtra Perſas miſſi. cer, qui pauloante in Occidente imperauerat, tunc Orientis prætor erat. Et
Celer ordinum in palatio præfectus, quem magiſtrum Romæi vocant. Reli-
qui duo Patricius Phryx, & Hypatius Imperatoris fratris filius, qui ambo By
zantij militum præfecti fuere. His additi erant Iuſtinus, qui poſt Anaſtaſium
imperauit, & Patriciolus cum Vitaliano filio, qui arma contra Anaſtaſium
ſumens, paulopoſt tyrannidem corripuit, & Phareſmanas Colchus gene-
re in rebus bellicis præſtans, & Gogidaſclus & Meſlas Gothi homines ex
his, qui Theodericum è Thracia in Italiam venientem non ſunt ſequuti,

ambo

ambo & ſanguine generoſi,& bello aptiſſimi. Deinde nõnulli fortes viri ſunt
ſecuti,quo facile exercitu nullus pręſtantior nec prius nec poſtea cõtra Per-
ſas à Romæis exijt. Hi quidem omnes non in eodem loco congregati,neque
vna tantum expeditione ibant:ſed quilibet cum ſuis militibus, quibus præ-
erat,cõtra hoſtes tendebat. Diſpenſator vniuerſi exercitus Appion Aegypti-
us miſſus eſt,vir inter patritios illuſtris,& in rebus agendis ſolertiſſimus, de-
niq; ab Imperatore conſilio adhibitus. Huic igitur ſumptuum erogandorum
poteſtatem quæ ei videretur dedit. Hic itaq; exercitus quum ocioſius proce
deret, & tardius conueniret, barbaros in Romæorum finibus non inuenit:
quoniam Perſæ poſt victoriam excurrentes,ac populabundi in patriam cum
omni præda reuerterunt. E noſtris vero ducibus nullus ad expugnationem *Ducum Rom. negligentia.*
eorum,qui Amidam tenebant,ire tunc primum, quum multa prius neceſſa-
ria forent expectanda, ſed tantum in hoſtium regionem irruptionem facere
in animo habebant;nec ſimul, ſed ſeparatim inter ſe,vt ſupra narraui, proce-
debant. Hæc vbi Cabades didicit(nam prope aderat)in fines Romęorum ce
leriter veniẽs fit obuiam. Nondum enim Romęi Cabadem cum exercitu,ſed
parte ipſius tantum contrà proficiſci putauere. Qui itaq; cum Areobindo e-
rant, apud oppidum Arzaniorum duorum iter dierum à * Conſtantinopoli ** Conſtantiana.*
diſtans,caſtra poſuere. Qui autem cum Patritio & Hypatio, apud oppidum
Siphrim,quod ab Amida ſtadijs non minus cl. abeſt. Celer enim nõdum huc
venerat. Areobindus autem poſtquam Cabadem cum toto exercitu ei occur
rere audiuit,caſtris cum omnibus ſequentibus relictis fugam adripiens, Cõ-
ſtantianam curſu peruenit. Paulo deinde poſt ſuperuenientes hoſtes, caſtra
opibus vacua ſuſtulere. Inde eueſtigio ad alium Romæorum exercitum pro-
perant. Qui autem cum Patritio & Hypatio erant,in dccc. Euthalitas incide-
runt,Perſarum exercitum præcedentes,quos omneis interfecerunt,nihil de
Cabade & Perſarum exercitu audientes, ac veluti iam victores ſecuri arma
deponentes,prandio ſe adcinxerũt,quum hora diei eò protracta appeteret.
In hoc loco riuus quidam fluebat, vbi carnes aſſandas, quidam autem æſtu
feſſi ſe lauare cœperunt:cuius rei gratia aqua riui turbata, vlterius procedẽs
apparebat. Cabades autem vbi ea quæ Euthalitis acciderant didicit, ſtatim
contra hoſtes eſt profectus, ac poſtquam turbatam vidit aquam, euentum
præſagiens imparatos fore hoſtes, celeriter in eos adequitare iuſſit: quib. vix
ſentientibus & inermibus exiſtentibus, repente irruit. Romæi vt qui venien-
tes minime animaduerterent, viribus deficientes quò quiſq; potuit fugiunt:
qui partim deprenſi interfecti,partim in montem vicinum aſcendentes,inde
cum terrore ac clamore multo præcipites acti fuere: ex quo nullum ſuperſti-
tem fuiſſe dicunt. Patritius autem & Hypatius iam inde ab initio irruptionis
fugam adripuerunt. Poſt hæc Cabades Hunnis hoſtibus in eius terram inua-
dentibus domum reuerti coactus eſt, bellumq; longum contra gentem hanc
in parte Septentrionalis regionis geſſit. Interea vero alius Romæorum venit
exercitus,qui nihil ſane dignum laude geſſit, quum nullus ei præeſſet impe-
rator, ſed æquales fere omnes duces inter ſe pugnantes ſententijs diſcrepa-
bant. quapropter agere nihil in eodem valuere. Celer autem cum comitibus
Nymphium fluuium tranſmittens, excurſionem quandam in Arzanem fecit.
Eſt autem hic fluuius prope Martyropolim, ab Amida vero octoginta procul
ſtadijs, qui pędantes circum vicina loca, paulopoſt reuerterunt: nam breuis
admodum excurſus fuit. Poſt hæc Areobindus Byzantium ab Imperatore
reuocatus redijt. Reliqui Amidam hyemis tempore profecti obſederunt, ac *Romani Amidã obſident, & recipiunt.*
vi expugnare, quanquam plurimum conantes non valuere: fame autem id
adſequi debuerant, quum omnibus oppidani neceſſarijs deſtituti neſcien-
tibus Romæis eſſent: nam milites iam obſidione hyemis tempore feſſi, in-

ſuper Perſarum exercitum aduerſus iamiam venire auxilio ſuſpicantes, quocunque modo inde ſe liberare contenderunt. Perſæ vero non habentes quomodo in rebus difficilibus ſufficerent, præſentem penuriam quoad potuere celauerunt, ſpeciem tamen copiæ hoſtibus præſeferentes. Super his igitur ſermones feruntur, quòd Perſæ libras auri mille per Glonis Amidæ præfecti filium accipientes Romæis Amidam dederent. Illi libenter voti compotes effecti ſunt. Glones enim iam deceſſerat hoc modo. Non procul ab Amida ciuitate exiſtentibus Romæis, ruſticus quidam, vt conſueuerat, in vrbem clam ingreſſus, aues, panes, fructus, multaque huiuſcemodi huic Gloni pecuniæ commutatione tribuens, in Patritij conſpectum venit, ac Glonem cum Perſis ſe traditurum recepit, ſi qua ex eo ſpes muneris eſſet. Patritius omnia pollicitus hominem remiſit. Hic igitur veſte lacerata & ſimilis ploranti in vrbem ingreſſus ante Glonem conſtitit, Plurima tibi bona, inquit, mi domine ex agro adferebam, in vicinos milites incidens (nam palantes per agros excurrunt) plagis intolerandis ſum ab eis petitus. Inſuper his quæ ferebam omnibus ſpoliatus, vti prædones ſolent, quos ex antiqua lege & Perſæ timent, & ruſtici vim ex eis patiuntur. Verum tibi & nobis ac Perſis vnà poteris facile ſubuenire, ſi hinc in ciuitatis ſuburbana venabundus ibis, prædam non ignobilem conſequeris. quini enim & quaterni ſimul nefandi homines circumeuntes omnia turbant. His dictis Glones perſuaſus hominem interrogat, quot opus Perſis ad hanc rem? Hic quinquaginta, inquit, ſatis videntur: non enim plures illos quam quinos incedere: ſi autem horum duplos miſeris, res longe tutiſſima. Glones igitur equites ducentos eligens homini ducendos dedit. At is longe melius ait putare exploratum prius mittere, vt ſi quos etiam in agris eiſdem circumeuntes Romæos viderint nuncient, ſic itaque tutius erit Perſis exituris. Probe igitur loqui viſus à Glone ipſemet exploratum mittitur. Is ſtatim ad Patritium ducem intendens omnia retulit, qui equites haſtatos duos & milites mille cum ipſo miſit, quos circa vicum Thaliſamum ſtadijs xl. ab Amida diſtantem, in ſaltibus & locis ſylueſtribus abſcondit, ac in inſidijs manere iuſſit: deinde in vrbem curſu reuertit, Glonique nunciat venationem iam paratam eſſe, quapropter cum ducentis ſibi traditis exiens ad inſidias tendat inimicorum. Poſtquam vero locum tranſiuere, vbi Romæi collocati erant, ex inſidijs eos excitat, iam hoſtibus prædæ oblatis. Perſæ vbi ſe perditos conſpiciunt, re noua perterrefacti ob rem improuiſam multa cum anxietate fuere: quibus neq; retro reuerti facultas erat, à tergo exiſtentibus inimicis, neq; aliò fugere in hoſtili poterant, ſpem vnam ſalutis nullam ſperare ſalutem duxere. Itaq; in prælium contra petentes eos deſcendentes, facile numero viribusq; inferiores ſuperati, ad vnum omnes ſimul cum Glone perierunt: quod eius filius reſciens, dolore ſimul & ira furiatus, quoniam patrem vlciſci non valebat, Symeonis ſancti viri templum incendit, vbi Glones interfectus fuit, quum nullum aliud ædificium neq; Glones ipſe, neq; Cabades, neq; Perſarum aliquis ſiue intra, ſiue extra Amidam euertere aliquo modo tẽtauerint. Ego vero vnde ſum digreſſus reuertar. Hoc modo Romæi Amidam precio receperũt duobus poſt annis quam ab inimicis eſt capta. Poſtremo Perſæ bello cum Hunnis diu perſeuerante, ſeptem annorum inducias cum Romæis fecere Celere & Aſpendio autoribus, ac domum vtriq; reuertentes quieuere.

Glonis interitus.

Sic igitur vti ſupra narratur, Romæorum ac Perſarum bellum initium habens in hoc deſijt. Nunc vero ea quę circa Caſpias portas contigerunt referã. Taurus Cilicum mons primo quidem Cappadocas & Armenios circuit, terram quoq; Perſamenioꝛum vocatorum, inſuper Albanos, Iberos, & quaſcunq; alias gentes ſuo nomine vocatas, Perſis alioquin ſubiectas, circa habitantes.

Tauri montis deſcriptio.

Extenditur

Extenditur enim in regiones multas, procedenti quoque montis huius & latitudo & altitudo in immenſum protrahitur. Aſcendenti quoque Iberorum montes ſemita quædam in anguſtia multa ſtadijs ſupra quinquaginta producitur, ea ſiquidem via in abrupto quodam ac penitus inuio deſinit loco: exitus autem nuſquam apparet, præterquam porta quadam à natura inuenta, quæ Caſpia antiquitus dicitur. Hinc campi ſunt equis apti paſcendis, *Porta Caſpia.* & aquis multis abſque arte referti, alioquin ſupini, vbi Hunnorum gentes fere omnes habitant vſque in paludem Mœotidem pertinentes. Hi enim ſi quando per portam ſupra nominatam in Perſarum ſeu Romæorum regiones exeunt, pernicibus eunt equis, nulla vtentes circuitione itineris, etiam ſi in prærupta inciderint loca, præterquam quinquaginta illa ſtadia quæ ad montes Iberos pertinent. Per alios autem quoſdam exitus euntes multo labore veniunt, neq; eiſdem vtētes equis: periodos enim ipſos circuire multos neceſſe eſt, vt has portas præruptas ac præcipites euitent. Quod Alexander Macedo animaduertens, muniminis ac breuiratis gratia dicitur eas ædificaſſe, præſidio ibidem relicto, quod poſtea quum alij plures, tum Aribazutes habuere. is genere Hunnus Romæis & Anaſtaſio principi amicus fuit, qui poſtquam in ſenectutem vltimam peruenit, iamiam moriturus Anaſtaſio per legatos ſe præſidio portiſque ceſſurum promiſit, ſi pecuniam tribuat. Ille vero, vt qui nihil inconſulto aut temere faceret, cogitans quòd milites *Anaſtaſius imp.* in ea loca mittere, vt deſerta rebus omnibus, minimeque ſubditis Romæo- *portas Caſpias* rum vicina nequaquam commode poterat, gratiam quidem homini ob eius *repudiat.* beniuolentiam ſe dixit habere, rem vero hanc ſe nulla ratione curare. Aribazutes non multo poſt ex eo morbo deceſſit, portas deinde Cabades eiectis per vim illius filijs poſſedit. Anaſtaſius autem poſtquam inducias cum Cabade fecit, ciuitatem Anaſtaſiam, vbi erat Dara in Meſopotamia, longe *Anaſtaſia, quondam Dara.* inexpugnabilem atque pulcherrimam de ſuo nomine conſtruxit, à Niſibi quoque vrbe ſtadijs nonaginta octo diſtantem, in Romæorum Perſarúmque confinibus conſtitutam. Perſæ id ædificium impedire maxime cupientes nequiuere, Hunnorum bello occupati. Poſtquam veto id Cabades diſſoluit, miſit ad Romæos queſtum ciuitatem in ſuis prope confinibus ædificatam eſſe, aperte negans hoc ab initio inter fœderum conditiones comprenſum: Anaſtaſius vero partim amicitia, donis etiam plurimis rem protrahendo, cauſam belli abſcindere quæſiuit. Idem quoque aliam huic vicinam ciuitatem in Armenijs ac Perſameniæ finibus ædificauit: quæ vicus olim erat, ac vſque Theodoſij tempore de ſuo nomine Theodoſia eſt *Theodoſia.* appellata, verum mœnibus ab Anaſtaſio poſtea inſtaurata, vtrumque ſane ædificium in regione Romæorum, ac Perſis maxime ob vicinitatem infeſtum. Anaſtaſio deinde paulopoſt decedenti, Iuſtinus ſucceſſit, poſthabitis illius propinquis, quanquam multis & inluſtribus: Tunc Cabadem cura ſubijt, ne Perſæ res nouas in eius domum molirentur, quamprimum ipſe deceſſiſſet, quoniam non ſine controuerſia in aliquem filiorum regnum traducturus erat. Ex his Cabadem natu maiorem ætatis gratia lex vocabat. Cui ſimul & naturæ, patris voluntas aduerſabatur, quod ei minime *Cabadis de ſucceſſore ſollicitudo.* placeret. Bazes autem, qui ſecundus erat, altero captus oculo longe prohibebatur. Nam monophthalmum vel alium corporis defectum patientem, non fas Perſis regem conſtituere. Coſroem autem ex Abeuedo ſorore filium magnopere pater amabat. Videns autem Perſas omneis Zami fortitudinem admirantes (erat in bello aptiſſimus, cæteraſque virtutes maxime colens) veritus eſt ne in Coſroem inſurgentes res indignas in eius domum perpetrarent. Viſum igitur optimum & bellum & belli cauſas cum Romæis diſſoluere, vt Coſroes filius adoptiuus Iuſtino Imperatori fieret, ſic denique

regnum ſeruari poſſe. Duos itaque legatos cum literis ad eum Byzantium miſit, in quibus hæc ſcripta erant;

Cabadis ad Iuſtinum litteræ.

Quanquam inluſta à Romæis patimur, vt ipſe ſcire potes, ego nihilominus querelas omneis dimittere ſtatui, illud animaduertens, quod hi maxime hominum vincunt, qui tas colendo ſponte cedentes vincuntur. Gratiam tamen hanc abs te magnopere contendo, quę noſipſos ſubditoſq; noſtros in vnam conſanguinitatem ſit deuinctura, deniq; beniuolentiam pacemq;, tum bonorum omnium copiam ſit apta introducere. Hęc autẽ fuerit, ſi Coſroem meum mihi ſucceſſurum in tuum adoptaueris filium. Hæc vbi Iuſtinus legit, vnà cum Iuſtiniano ſororis filio, qui eius hæres eſſe ſperabatur, vehementer eſt animo lætatus, celeriterq; hanc adoptionem in literis ponere, vt eſt mos Romæorum curabat; niſi Proclus prohibuiſſet, qui tunc Imperatoris paredrus erat, magiſtratum Coæſtoris appellati gerens, vir imprimis iuſtus, & procul ab omni auaricia. Ideò neque aliquam legem facile gratiæ cauſa conſcripſit.

Quæſtorem Latini vocant.

Procli oratio.

Is itaque tunc contra ſentiens ait; Res nouas aggredi nunquam facile conſueui, quum maxime timeam, in his aliquod plerunque periculum aut inſidias verſari, vt huic facto contingit. Non enim aliud exiſtimo in præſenti conſilio nobis eſſe, quàm vtres Romæorum Perſis honeſta ratione tradamus. Illi autem non tacite, nec operimento aliquo, ſed aperte fatendo conſilium, impudenter imperium nobis adimere quęrunt, ſub aperta deceptione vtilitatem obijcientes, re autem vera ineptam curioſitatem oſtendentes. Quapropter decet vos ambos hanc barbarorum petitionem omnibus viribus abijcere. Te inquam imprimis Iuſtine, ne Romæorum ſis vltimus Imperator, te deinde dux Iuſtiniane, ne tibijpſi ad imperij ſucceſſionem ſis impedimento. Alia quædam ſophiſmata honeſta interdum ſpecie inuoluta forte interpretatione apud nonnullos indigent. Hæc vero ab exordio ſtatim legatio ad imperatorem Romæorum, hunc Coſroem, quicumque ſit, in hæreditatem adoptare vult. Sic enim mihi de his diſſerere videtur. Natura res paternæ filijs debentur, leges autem diuerſæ hominibus inter ſe pugnant. Hic vero & apud Romęos & apud barbaros tantum conueniunt, vt filij bonorum patris ſucceſſores exiſtant. Ex quo prima vobis tantum eligentes, reliqua omnia concedere oportebit. Et hæc quidem Proclus. Imperator vero ac Iuſtinianus ex eius conſilio fecerunt. Inter hæc Cabades alias rurſus literas ſimulque viros ad eum dignos miſit oratum, vt pacem cum eo conſtituat, ac in literis modum oſtendat, quo filij adoptio ſi vellet facienda ſit. Proclus autem tunc magis regis aſtutiam calumniari cœpit, adfirmans curæ illi omnino eſſe, vt Romæorum potentiam rebus ſuis tuto adiungat. quamobrem ſententiam dixit, Pacem quidem, quam peteret, concedendam ſibi videri, eiuſque rei gratia legatos ad eum primarios viros mitti, quos monere oporteat, vt interroganti forte Cabadi de adoptione aperte reſpondeant, vt barbaro decet, quod barbari non literis filios, ſed armorũ inſtrumento facere ſoleant. Iuſtinus itaq; legatos remiſit, promittens breuiter poſt eos ſe ſuos miſſurum, qui res pacis cum Cabade tranſigant. in hanc etiam ſententiam illi reſcripſit.

Legati ad pacem conſtituendam miſſi.

Mittuntur igitur Hypatius Anaſtaſij Imperatoris ſororis filius, & Patritius prętor Orientis, ac Rufinus Syluani filius, inter patritios vir inſignis, & Cadabi vſque ex maioribus notus. Perſarum autem legati Seoſes Adraſtadaras, genere Perſa, vir grauiſſimus, ac potentia & magiſtratu Salanes, ac Mebodes magiſtri munus obtinens, qui omnes in locum vnum conuenientes, Perſarum Romæorumq; agros diſterminantem, ac inter ſe congredientes, conſtituere quemadmodum ea, quæ diſſentiebant conciliarent, & quæ ad pacem attinebant conſtituerent. Venit autem Coſroes ad flumen Tigrim, qui à Niſibi duorum iter dierum abeſt, vt poſtquam de pace conueniſſent, ipſe Byzantium mitteretur.

retur. Plures igitur & alij ſermones inuicem ſuper his quæ diſſentiebant habuere. Inter hæc Seoſes dictitabat Lazorum regionem vi nunc à Romæis ereptam Perſarum antiquitùs poſſeſſionis fuiſſe, quod Romæi graue id putantes omnino negauere. Quod ad adoptionem vero dixerunt, hanc Coſroi fieri oportere, vti barbaro conueniret. Quapropter Perſis ſe ſugillatos eſſe animaduertentibus, vtrique ſoluto ſermone ſe domum receperunt. Coſroes quoque ſine effectu ad patrem abiens, mœſtus ex his quæ contigerant, Romæos vehementer optabat pro contumelia recepta punire. Poſt hæc Mebodes Seoſem apud Cabadem calumniatur, quòd ſermo, quem non iuſſus de Lazorum terra reſtituenda habuit, cauſa fuerit excludendi pacem: tum quòd cum Hypatio ſuo Imperatori parum beniuolo rem primum communicando, & pacem & Coſrois adoptionem ad effectum perduci non permiſiſſet. Hæc & alia nonnulla inſimulando Seoſem ad iudicium vocarunt. Perſarum igitur concilium inuidia magis, quàm lege permotum, eius & honoribus ſimul & moribus offendebatur. Erat enim Seoſes à pecunia doniſque admodum abſtinentiſſimus, tum æqui ſeruantiſſimus, vitio tantum iactantiæ obnoxius, quod Perſarum maxime principibus peculiare fuit. In ipſo autem præter omnes hanc magnopere vigere arbitrabantur. Itaque accuſatores mihi iam dicta inferebant, tum quòd à Perſarum religione ac ceremonijs anerſus erat, vana colendo numina. Ex quo vxorem pauloante defunctam contra patrium ritum hoc prohibentem humauit. quamobrem eum capitis pœna damnauerunt. Cabades igitur mœſto ſimilis ex Seoſis amici caſu, adloqui tamen eum nullatenus voluit, non ob iram in eum aliquam, ſed Perſarum legem ſermone diſſoluere noluit, quamuis & vitam & regnum homini debuerit. Ex alia parte Rufinus Hypatium apud Imperatorem inſimulauit, ex quo de magiſtratu deiectus, Imperator quoſdam è ſuis ſtudioſis vehementer increpans, quod nihil in hac accuſatione ſanum repperiſſet, nihil vlterius ſæuit. Cabades autem quamuis maxime in fines Romæorum excurrere optaret, nullo modo potuit, caſu quem iam referam huiuſcemodi ſuperueniente. Iberi qui Aſiam incolunt, prope Caſpias habitant portas ad Boream pertinentes. Ipſiſque ſiniſtrorſus terra Lazorum, dextrorſus autem ad Orientem Perſarum gentes ſunt. Is igitur populus & Chriſtianus eſt, dogmaque fidei diligenter præter omneis, quos ſciamus, obſeruant: ſubditi regi Perſarum ſunt. Hos Cabades ad fidem deſerendam compellere conatus, regi eorum Gurgeni cum alia mandauit ex ſuorum fieri conſuetudine, tum vt mortuos terræ minime conderent, ſed auibus canibuſque Perſarum more proijcerent. Quapropter Gurgenes ad Iuſtinum Imperatorem confugit, eius implorando fidem, ne Iberos à Perſis Romæi iri perditum ſinat. Ille vero alacriter re ſuſcepta, Probum Anaſtaſij principis ſororis filium virum patritium ad Boſphorum miſit, vt Hunnorum exercitum ad præſtanda auxilia Iberis induceret. Eſt enim Boſphorus ciuitas maritima ſiniſtroſus Euxinum pontum nauiganti. Hinc Cherſonneſus iter dierum viginti diſtans, in quorum medio Hunni cuncta poſſident, Boſphoritæ autem iamdudum liberi incolunt, ac Iuſtino nuper ſeſe permiſere. Poſtquam vero Probus inde ſine effectu diſceſſit, Petrum ducem cum Hunnis quibuſdam ad Lazorum regem miſit, Gurgeni cum omnibus viribus auxilia ferentem. Interea Cabades magnum exercitum contra Gurgenem & Iberos mittit, cum duce viro Perſa, qui magiſtratum Varizis obtinebat celebri fama. At Gurgenes quod inferior viribus impetum Perſarum non ferre videretur, nec ſatis ei auxilia eſſent, cum Iberorum primarijs omnibns in Lazorum fines confugit, vxorem, filios, fratreſque ſecum ducens, quorum Peranius natu maior erat. ibi inter locorum

Seoſes in ius vocatur & occiditur.

Bellum propter Iberos geſtum.

Gurgenes ad Lazos fugit.

prærupta ac inacceſſa inimicos munitus expectabat: at Perſæ inſequuti, ac iniquitate locorum prohibiti, nihil penitus dignum geſſere. Deinde Iberi, ſimul & Petrus redire iuſſus Byzantium venerunt. Imperator autem in futurum Lazis ſuam regionem cuſtodire nolentibus præſidium cum duce miſit. Sunt autem inter eos arces duæ potiſſimæ ſtatim ex Iberiæ finibus exeunti, quarum cuſtodiæ ipſi ab initio præerant coloni, quanquam in magna ſunt victus anguſtia, quod neque vinum neque boni aliquid hic, neque naſcitur, neque aliunde importatur, ob locorum aſperitatem, Elymorum tantum quorundam conuerſationem habent. In has igitur arces Imperator Romæos milites miſit, quibus Lazi ab initio vix neceſſaria miniſtrabant, poſtremo penitus negauerunt: ex quo Romæi eas deſeruerunt, quas Perſæ deinde nullo negocio receperunt. Et hæc quidem in Lazis ſic geſta ſunt. Romæi autem Sitta & Beliſario ducibus in Perſameniam Perſis ſubditam incurrentes, regionem omnem populati ſunt, Armeniiſque multis captis domum reuerterunt. Hi namque viri admodum iuuenes tunc primum pubeſcentes, Iuſtiniani ducis, qui poſtea imperio ſucceſſit, equites fuere. Altera item à Romæis irruptione in Armeniam facta, Narſes & Aratius ex improuiſo occurrentes ad manus venere: qui non multo poſt ad Romæos confugerunt, & cum Beliſario in Italia militauere, ac cum Sittæ & Beliſarij exercitu coniuncti egregiam operam nauarunt. Alius item Romæorum exercitus, cui Libellarius Thrax præerat, in vrbem Niſibim irruptionem fecit: qui fugiens, quanquam nullo perſequente, recta à ſe domum recepit. Quamobrem Libellario de magiſtratu deiecto, Beliſarius apud Daram exercitui præficitur, cui Procopius huius autor hiſtoriæ, conſiliarius eſt additus. Nec multo poſt Iuſtinus decedens Iuſtinianum ſororis filium Imperatorem conſtituit. Is ante omnia Beliſario præcepit, vt arcem communiret apud Minduum, qui locus in finibus Perſarum eſt ſiniſtrorſus euntibus Niſibim. Ille vero omni ſtudio ac diligentia mandata exequens, turrim inexpugnabilem multis adhibitis fabris conſtituit. Perſæ vero ædificium vlterius proſequi interdixere, non ſolum verbis, ſed re ædificantibus minitantes, breuiter ſe operam daturos ne cœpta proſequantur. Hæc vbi imperator audiuit (neque enim Beliſarius ſuis copijs Perſas inde amouere potuit) eò Cuzen & Buzen, qui apud Libanum exercitibus præerant, cum exercitu ire iuſſit. Hi enim fratres è Thracia venerunt, ambo iuuenes, nec imbelles quum inimicis congrederentur. Vtrinque igitur hoſtes armati circa ædificium conſiſtentes, hi prohibentes, illi vi ædificantes, ad manus venerunt: Romæi ſuperati plures cecidere, partim etiam capti, inter quos Cuzes fuit, quos omneis Perſæ vinctos domum ducentes, in ſpeluncas toto æuo coniecerunt, ædificium nullo cuſtodiente ſolo æquauerunt. Deinde Iuſtinianus Beliſarium ducem in Oriente conſtituens vlterius cum exercitu progredi iuſſit. Is igitur delectu plurimorum habito Daram peruenit, cui eſt additus Hermogenes dux alius ab Imperatore miſſus. Is enim dignitate magiſter erat, ac Vitaliano duci paredrus, quando Anaſtaſio principi inimicus fuit. Inſuper Rufinus legatus è Conſtantinopoli venit, iuſſus Hierapoli apud Euphratem ſe continere, donec quid agendum certior ab Imperatore fieret. Sermones multi vtrinque de pace ferebantur, quum ſubito quidam Beliſario & Hermogeni nunciant, vt iam parati hoſtes ad inuadendam Romæorum regionem ac Daras euerſuri omni conatu putarentur. Illi hæc audientes, ad prælium hoc modo ſe accinxerunt. Non procul à porta, quę ante Niſibim vrbem conſiſtit, quantum iactus eſt lapidis, foſſam conſtituerunt plures habentem exitus, nec ea in rectum deducta, ſed hoc modo. Circa medium breuis quædam erat rectitudo, vtrinque vero cornua recta duo, in quorum finibus rurſus foſſæ item

Variæ contra Perſas expeditiones.

Iuſtinianus fit imp.

Beliſarij contra Perſas res geſtæ.

duæ rectæ perductæ. Perſæ igitur non multo poſt cum magno exercitu ſuperuenere, apudque Ammodium locum à Dara ſtadijs xx. diſtantem caſtrametati ſunt, quibus duces quum alij tum Pityazes & Bareſmanas altero captus oculo, omnibus vero præerat Perozas vir Perſa, magiſtratu Mirrhanes; qui ad Beliſarium ſtatim miſit nunciatum, vti balneum ſibi prapararer, in quo ſequente die lauare decreuerat. Quamobrem Romæi ſeſe omnibus ad prælium parant, tanquam die ſequenti congreſſuri. Mane autem oriente iam ſole, vbi hoſtem appropinquare conſpexere, ſic aciem inſtruxerunt, *Acies Romana.* Siniſtræ partis valle extrema quæ infra rectum cornu eſt vſque ad tumulum in hac parte imminentem Buzes cum multis equitibus, & Pharas Erulus cum ſui generis trecentis tenebant. In dextera autem ipſorum extra vallum ſecundum angulum quem cornu rectum facit, Sunicas & Aigax Maſſageta erant cum equitibus ſexcentis, vt ſi hi qui cum Buze & Phara erant, forte fugerent, ipſi ex obliquo celeriter inſequentes hoſtes inuaderent. Reliqui vero equites ac pedites per vallum diſpoſiti erant, poſt quos Beliſarius & Hermogenes cum ſuis in medio conſtitere. Sic itaque Romæi numero vigintiquinque milia inſtructi fuerunt. Perſarum vero exercitus equitum peditumque numero quadraginta milia, ordine omnes in fronte conſtiterunt, vnam ingentem conſtituentes phalangem. Aliquandiu vtrinque parati, neutri tamen pugnam cœpere. Perſæ ordinem quidem admirati Romæorum ſimiles attonitis videbantur. Sic ad meridiem res protracta, tunc pars equitum Romæorum qui dextrum cornu tenebant, ad eos qui in altero cornu cum Buze & Phara erant iniuſſi procurrunt, ſtatimque in eundem redeunt locum. Perſæ circumuentionem aliquam ex hoſtibus timentes minime ſe loco mouerunt. Poſt hæc Romæi in eos incurrunt. Illi vero minime impetum expectantes retro ad phalangem ſe receperunt, ſeptem ex eis deſideratis, quorum corpora Romæi ceperunt. In reliquum vero quieſcentes vtrique in ordine conſiſtebant. Quidam vero Perſa admodum iuuenis adequitans in Romæos ad certamen eos ſingulare, ſi quis cuperet, prouocabat; nullus autem inuentus qui concurrere ſit auſus, præter Andream Byzantium quendam, qui inter Buzæ domeſticos non miles quidem, neque aliàs in bello exercitatus, ſed pædotriba, id eſt, Gymnaſij magiſter Byzantij erat, tunc vero exercitum ſequutus Buzæ corpus ad balnea curabat. *Andreas ludi magiſter in duello victor.* Is tantũ auſus nullo neq; domino iubente, ſed ſponte ad ſingulare certamen cum eo deſcẽdere. Bettharum igitur meditantẽ vnde aut quomodo aggrederetur ipſe fremẽs haſta in mamma dextra ferit. Ille autem grauis ictus impetum minime ſuſtinens, ex equo ad terram cecidit, quem Andreas gladio quodam breui ſupinum velut hoſtiam mactauit. Hinc clamor ingens e Romæorum caſtris exoritur. Perſæ vero mœſti ex euentu rei, alterum ad idem officium equitem ſubſtituere, fortitudinem quidem ac corporis proceritate preſtanrem, non iuuenem quidẽ, ſed iam parte capitis caneſcentem. Is in hoſtes adequitans, ac flagellũ, quo equum impellebat, ſublatũ quatiens; ad certamen aliquem volentẽ inuitabat. Nullo item exeunte, idem Andreas clam omnibus, quamuis ab Hermogene prohibitus, in medium progreſſus eſt. Ambo igitur haſtis inter ſe magno concurrentes animo ſimul thórace percutiuntur adeo vehementer, vt equi vnà frontibus conuerberati ceciderint, ac equites ſolo excuſſerint. Illi vero cadentes exurgere certatim conabantur, ſed Perſa hoc agere facile ob corporis grauitatẽ non valuit. Andreas præueniens (hoc enim ei palæſtrę exercitario dederat) illũ exurgere nitentem rurſus in terram genu preſſum interfecit. Clamor igitur iterũ ex Romęis magis quàm prius longe auditur. Quamobrem Perſæ ſoluta phalange, Ammodium reuerterunt. Romæi vero intra Daram, apud quam prælium hoc

fuit, ſe receperunt. Iamque tenebris ſuperuenientibus ſic vterque hoſtis noctem tranſegit. Subſequente vero die Perſis ex Niſibi ciuitate mille milites ſupplemento veneruut. Beliſarius autem & Hermogenes ad Mirrhanem Perſarum ducem hoc ſcripſere. Primum quidem bonum eſſe pacem apud omneis homines in confeſſo eſt; quibus paullulum rationis exiſtit: ſi quis autem ipſam turbare ſit inuentus, malorum cauſa ſibi ac proximis fuerit. Dux optimus ille profecto putandus, qui ex bello pacem diſponere ſit aptus: tu vero rebus in quiete conſtitutis, ac vtroque rege concordiam exoptante, bellum abſque vlla cauſa omnino inferre decreuiſti. Aderunt & legati noſtri propediem, qui ſi qua inter nos diffident, facile conciliabunt, niſi forte ex hac interim tua expeditione graue aliquid oriatur, quod ſpem pacis nobis eripiat. Sed age iſtum celeriter domum reducito exercitum, ne maximis impedimento ſis bonis, neu tuis vt par eſt grauium euentorum cauſa feraris. Has vbi Mirrhanes literas legit ſic reſpondit; Tuis literis permotus profecto obtemperaſſem, niſi Romæorum epiſtola fuiſſet: quibus promittere promptum eſt, promiſſis autem quanquam iuramento firmatis, minime ſtarç. Nos igitur veſtræ occurrentes fallaciæ ad arma cogimnr venire. Vos ergo cari Romæi nihil in futurum aliud excogitate, quàm vobis perpetuo cum Perſis bellandum. In hoc enim nos & conſeneſcere & mori ſimul oportet, donec re, non tantum verbis in nos æqui fueritis. Rurſus autem hi qui cum Beliſario erant ſic reſcripſere. Non in omnes optime Mirrhanes iactantia vti oportet, neque proximos probris nullo modo ad rem pertinentibus ſemper inceſſere, præſertim quum Rufinum de concordia legatum iamiam adfuturum aſſeueremus, tuque breui videbis. Vobis nihilominus, ſi hoſtilia tandem cupitis, occurremus autore Deo, quem nobis in periculo propitium futurum ac Romæorum quieti fauentem, iactantiæ denique Perſarum aduerſum ſperamns. Et quando nobis ad pacem prouocantibus reſtitiſtis, acie decernere parati ſumus, inſiurandum ac conſcripta fœdera violata in ſummis ſignis ad prælium ſuſpendentes. Mirrhanes vero rurſus ſic reſpondit, Neqne nos abſque dijs noſtris in bellum deſcendimus, quin ducibus ipſis comitati cōtra vos venimus, qnos ſpero cras in vrbem Daram Perſas introducturos, vbi & balneum & prandium fac mihi intra mœnia pares. His igitur lectis qui cum Beliſario erant ad pugnam ſe adcingebant. Sequente die Mirrhanes Perſas omneis circa ſolis exortum conuocans hæc ait; Non ignoramus profecto, qnod non ducum ſermone, ſed virtute propria & verecundia apud alios Perſæ in periculis audentiores eſſe ſolent. Video nanq; vos cogitantes, cur Romæi ſemper in hoſtes cum tumultu & horrore incurrere conſueti, in vltimo prælio ſeſe loco minime mouentes, nulloque ordine Perſas irruentes expectarint. Neque falſa opinione ducamini. Non enim putate illos ad bellum magis aptos exiſtere, neque artis aut experientiæ plus habere, ſed longe timidiores quàm prius factos: qui ſic Perſas formidant, vt nuper extra vallum in acie conſiſtere non auderent, vel nobis pugnam irritantibus. Sed quoniam ad manus cum ipſis non venimus, ſpe melius res eis ceſſiſſe putantes intra mœnia ſe receperunt: quapropter nondum in belli periculum venientibus nulla potuit adcidere turbatio: ſi autem ad munus ventum fuerit, anxietate metuque capti, in confuſionem vt par eſt conſuetam facile cedendo inciderint. Et hæc quidem quo ad hoſtes. Vos autem viri Perſæ nunc regis veſtri indicium ante oculos habete. Si enim nos minime pares patriæ virtute in præſenti pugna præſtabimus, ignominiam non gloriam nobis paratam exiſtimate. Sic demum Mirrhanes ſuos adhortans in aciem eduxit. Beliſarius autem & Hermogenes pro mœnibus armatos aduocantes Romæos hæc monent. Quod non ſint omnino inſuperabiles

Beliſarij ad Perſarum ducem literæ.

Reſponſio Mirrhanis.

Beliſarij reſcripta.

Mirrhanis reſponſum.

Mirrhanis ad ſuos exhortatio.

Beliſarij ad ſuos oratio.

rabiles Perſæ, in pugna ſuperiore vel ſtantes didiciſtis, quumque virtute & robore facile ſuperati, in vno tantùm vos inferiores fuiſſe omnes fatebantur, dicto veſtris ducibus minimè audiendo. Quod breui admodum labore emendare licebit. Fortuna enim aduerſa nullo ſtudio corrigi poteſt, malis autem ex culpa prouenientibus voluntas facilè medetur. Itaque ſi vobis volentibus decretum fuerit imperatis obtemperare, bello robur adijcietis: hoſtes enim qui noſtræ tantùm externæ inordinationi confiſi, contra nos veniunt, vbi ſe ſpe fruſtratos eſſe ſenſerint, facilè pugnam detrectabunt. Multitudo verò qua ſe illi timeri putant, omnino vobis deſpicienda. Nam pedeſtres eorũ copię nihil aliud quàm ruſtici miſeri exiſtunt, qui ad bellum haud alia de cauſa veniunt, quàm aut valli faciendi, ac cadauera ſpoliandi, ſeu reliquis in rebus inutilibus miniſtrandi. Ideo arma quidem, quibus nocere poſſint, minimè habent, tantùm ſcuta euſque præ ſe ferunt, quatenus ab hoſte minimè feriantur. Igitur ſi viri fortes in hoc periculo fueritis, non ſolũ Perſas hodie ſuperabitis, ſed audentes in futurum Romæos inuadere fines facilè reprimetis. His Beliſarius & Hermogenes dictis vbi Perſas contrà venientes conſpexerunt, exercitum vt in prima pugna celeriter ordinauerunt. At contrà barbari à fronte conſtitere, nec omnes quidem, ſed eorum dimidium, reliquos Mirrhanes retro manere iuſſit, qui expugnatos fortè recipientes feſſis receutes ſuccedere deberent. Solam autem turmam immortalium appellatam quieſcere, donec ipſe ſignificaret, iuſſit. Ipſe verò in fronte media conſiſtens, Pityazes in dextro, Bareſmanas in ſiniſtro cornu conſtitere. Ad hunc igitur modum vtrique ordinati fuère. Aigas autem Beliſario & Hermogeni ait, Nihil mihi videor hîc cum Erulis hoſtes præſtolando magnum aliquid facturum. Si autem latitantes in deſcenſu hoc, deinde poſtquam in pugna erunt Perſæ, per hunc collem aſcenderimus, & ex improuiſo à tergo ſuperuenientes feriamus, maximo eos incommodo adijciemus. Quam ſententiam Beliſarius, quòd his qui cum eo erant placeret, facile eſt executus. Pugnam igitur vſque ad mediam diem neutri cœptabant: qua hora præterita ſtatim barbari operi incubuère, quòd illi in meridie cibum capere conſueuerunt: Romæi verò antè, ex quo nunquam æquè putant ipſos in pugna valere. Primò igitur ſagittis inter ſe vtrinq; petuntur, quæ nubem interdum multitudine facere videbantur. Ex vtriſque multi cecidère: à barbaris tamen longe frequentiora veniebant: nec tamen Romæi incommodum ſentiebant: ventus enim inde in barbaros ruens, ipſorum ſagittas vim habere non ſinebat. Iamq; miſſilibus vtrinq; deficientibus, haſtis vti cœperunt, & ex manu pugnam committere. Siniſtrum Romæorum cornu maximè laborabat. Cadiſeni enim in hac parte cum Pityaze magno clamore pugnantes hoſtes in fugam vertunt, fugientesq; plures inſectando interfecerunt. Quod animaduertentes qui cum Sunica & Aiga erant, celeri curſu ad eos contendunt. Primi itaq; trecenti ſimul cum Phara Eruli ex loco ſublimi à tergo inimicorum exiſtentes, miram operam contra Cadiſenos oſtenderũt: qui poſtquàm eos qui cum Sunica ex aduerſo aſcendentes contra ſe viderunt, in fugam vertuntur. Facta autem clara hoſtium conuerſione vbi ſe inuicem commiſcuerunt, barbarorũ magna cædes conſequitur, quorum in dextro cornu non minus quàm tria milia ceciderunt, reliqui vero ad phalangem vix ſe recipientes ſeruati ſunt. Romæi autem non vlterius inſecuti, ſed vtrinq; in acie parati aduerſus cõſtitere. Hæc itaq; ſic feruntur. Mirrhanes autẽ quum alios multos, tum Immortales appellatos omneis in partem ſiniſtram clam miſit, quos Beliſarius ac Hermogenes conſpicientes, ſexcentos, qui cum Sunica & Aiga erant in cornu dextrum ire, multosq; qui retrò ſequebãtur ſiſtere iuſſerunt. Perſæ igitur qui cornu ſiniſtrum tenebant, Bareſmana duce cum Im-

Aigæ ſtratagema.

Perſarum clades.

mortalibus in Romæos ex aduerſo conſiſtentes curſu contendunt. Illi verò
impetum minime ſuſtinentes,in fugam vertuntur. Tunc verò Romæi & qui-
cunq; poſt eos erant,mulro ſtudio in perſequentes à tergo irruunt,eorumq;
exercitum in duas partes diſtraxerunt: priores quidem Romæos dextrorſus
habuere, quoſdam etiam relictos ſiniſtrorſus conſtituere. Inter ſocios au-
tem Bareſmanæ ſignifer erat,quem Sunicas incurrens haſta percuſſit.Iamq;
Perſę imprimis perſequentes,vt ſuprà narratur, in quo eſſent periculo ſen-
tientes,terga relictis præcedentibus in ſequentes vertunt, atque in hoſtium
medio clauduntur. Primi item fugientes vbi facta animaduerterunt rurſus
contrà vertuntur. Alij igitur Perſæ ac turma Immortalium inclinatum viden
tes vexillum & in terra procumbens, in Romæos, qui ibi aderant,cum Ba-
reſmana impetum faciunt.Illi verò occurrunt,ac primùm Sunicas Bareſma-
nam interficit,ex equoque in terram deijcit.Barbari verò tunc in maximum
incidentes metum,roboris priſtinęque virtutis obliti, valdeq; turbati ſtatim
fugiunt,quos Romæi inſequentes ad quinque milia interfecere. Sic exerci-
tus vtrinque commoti,Perſarum quidem in fugiendo,Romæorum in perſe-
quendo.In hoc tumultu omnes hoſtium pedites proiectis ſcutis nullo ordi-
ne capti ac interfecti ſunt: quanquam hæc Romæorum perſequutio parum
durauit,Beliſario ſimul & Hermogene prohibentibus,metu ne aliqua Perſę
neceſſitate reuertentes rurſus eos nulla ratione perſequentes conuerterent,
quum ſatis eis viſum victoriam puram atq; incruentam ſeruare. Sic quidem
inter ſe vtrinque diuiſi,pugnam longo poſt tempore finiuêre. Perſæ deinde
non amplius ex improuiſo Romæos petere decreuerunt, quanquam excur-
ſiones ab vtriſq; poſtea breues factæ,in quibus ſemper Romæi non inferio-
Alia contra Romanos expeditio Cabadis.
res fuêre. Hunc itaq; finem expeditio in Meſopotamia habuit.Cabades au-
tem alium exercitũ in Armeniam Romæis ſubditam, ex Perſarmenijs & Su-
nitis,qui erant Alanis vicini,miſit:cum quibus & Hunnorum,qui Iſadeni vo
cantur,tria milia fuêre, indomitum ſanè genus,quibus omnibus Mermero-
es vir Perſa præerat: qui poſtquam à Theodoſia vrbe iter trium dierum di-
ſtantes fuêre, caſtra in Perſarmeniorum regione poſuêre, ad pugnam ſeſe
adcingentes.Erat enim Armeniæ prętor Dorotheus, vir prudens,tum in bel
Sittæ ducis præclara facinora.
li periculis exercitatus.Sittas quidem qui prætor Byzantij fuit,cuncto in Ar-
menijs exercitui prçfuit,hi exercitũ hoſtium in Perſarmenijs eſſe audientes,
equites haſtatos duos hoſtium vires exploratum miſêre, qui in caſtra hoſtiũ
adeuntes,omniaq; diligentius cotemplantes diſcedunt, ac in itinere Hun-
nis hoſtibus ex improuiſo occurrunt, à quibus alter quidem Dagaris nomi-
ne viuus capitur: alter verò fugiens ducibus rem omnem narrauit,qui exer-
citum totum protinus armantes caſtra inimicorum adoriuntur.Barbari vero
ſubita re perterrefacti minime reſiſtere valentes in fugã ſe vertunt quà quiſ-
que poterat.Hic Romæi pluribus interfectis ac caſtris direptis in ſua ſe rece-
perunt.Mermeroes autem cunctum cogens exercitũ haud multo poſt in Ro
mçorum fines ingreſſus hoſtibus ad Satalam vrbem in planicie ſitam occur
rit.Inde apud lacum Octoben à ciuitate ſtadijs lvj. diſtantē caſtra poſuit.Sit-
tas igitur mille ſecum adſumens poſt quendam collem latitauit, ac Doro-
theũ cum multo exercitu intra mœnia manere iuſſit:quoniã hoſtes in plano
ſuſtinere poſſe minime putabant,non minus triginta milibus exiſtentes,ipſi
vix ad medietatē redacti.Sequente die barbari prope muros cõſiſtentes co-
rona eos aggredi conãtur,ſubitoq; aſpicientes eos qui cũ Sitta erant, è loco
ſublimi ad ipſos deſcē dentes,quorũ numerũm nõ facile deprēdere valuere,
vt in ęſtatis tēpore puluere ingēti excitato, multo plures eſſe putabãt ac cele
riter ad expugnationē feſtinantes in breuē cumulũ ſeſe coëgerunt.Romęorũ
autē pars prçueniēs vrbē in occurſum egreditur: quòd poſtquã reliquus ex-
ercitus

ercitus conſpexit, ſpiritus adſumentes curſu è mœnibus deſiliendo in ho-
ſtes incurrunt, ac eos in medio cõſtitutos in fugam conuertunt: & quoniam
vti ſupra narratur, multitudine barbari ſuperabant, reſtitere, pugnaq; atrox
cõmittitur manu conſerta, mutuæq; inuicem ac breues conuerſiones & per-
ſecutiones vtrinq; fiunt, quoniã omnes erant equites. Hic Florentius Thrax *Florentij virtus.*
qui equitibus præerat, in medios irruens hoſtes, ipſaque prætoria ſigna ra-
piens, ac in terram inclinata ſecum retroduxit, ipſeque poſtremo captus ac
ibidem trucidatus cecidit. victoriæ Romæis cauſa fuit, quoniam ſigna barba
ri in tumultu non videbant, ac in terrorem incidentes maximum, in caſtraq;
reuertentes quieuerunt, ex eis multis in prælio interfectis. Poſtera die do-
mum omnes reuerterunt, nullo eos cõſequente: quoniam magnum quidem
& memorandum Romæorum exercitui eſſe videbatur, tot barbaros in ſua
regione illa, quæ mihi paulo ſupra narrantur, paſſos fuiſſe, & in hoſtilem in-
greſſos ſine effectu ac ab inferioribus ſuperatos diſceſſiſſe. Tunc etiam Per-
ſarum loca in Perſarmenijs Romæi receperunt, arcemq; Bolum ac Pharan-
gium vocatam, vnde aurum Perſæ fodiunt regiq́ue ferunt. Pauloante Zani- *Zanorum regio.*
cam quoque euerterunt gentem, qui in terra Romæorum liberi iam dudum
agunt, quemadmodum nunc dicam. Ex Armeniæ locis in Perſarmeniam e-
unti dextorſus quidem Taurus eſt mons, ad Iberiam & circa ea ſpectans, ſic-
uti pauloante mihi dicitur. Siniſtrorſus autẽ præceps plerunq; panditur via,
monteſq; altiſſimi ac prærupti nebulis ſimulq; niuibus perpetuo rigentes.
Hinc exiens fluuius Phaſis in terram fertur Colchorũ, hic ab initio barbari
Zani nulli ſeruientes habitauere, Suni antiquitùs vocati, latrocinijs in vici-
nos vtentes Romanos vſq; ad mare, breuiq; facto excurſu domum ſe recepe
rũt, ac in exercitum Romęorũ fortè incidentes, prælio victi ſunt, capi tamen
difficiles ob locorum iniquitatem fuere. In pugna igitur quadam eos Sittas
ante hoc bellum vincens humaniter multa in ipſos dicens ac faciens conci-
liare conatus eſt, victumq; eorum durum in noſtratium modum transferens
in catalogo militum Romæorum adſcripſit: ex quo in reliquum tempus vnà
cum alio noſtro exercitu contra hoſtes exeunt. Præterea de religione recte
ſentiunt, omneſque Chriſtiani ſunt. Et hæc quidem de Zanis ſic ſe habent.
Prætereunti autem eorum fines, vallis apparet profunda valdeq; præceps,
ad montes Caucaſeos pertinens, trium dierum iter prorogata, tributaria o-
mnis. Hic oppida ſunt frequentiſſima, vuaque & alijs fructibus referta. Inde
vero Perſarmeniorum fines incipiunt, vbi auri metallum eſt, quod Cabade *Auri metalla in*
concedente quidam loci indigena Symeones nomine curabat: qui poſtquã *Perſarmenia.*
Lazos & Romæos in bello potentiores vidit, Cabadem pecuniarum reddi-
tu priuauit. Ideo & ipſum ſimul cum Pharangio Romæis tradens petijt, vt i-
pſi remotis alijs rem curarent. At illis nihil de metallo curantibus, tantùm ſa
tis viſum hoſtes hoc vectigal amiſiſſe. Perſę autem nequeunt inuitis Romęis
hîc colonos ob locorum iniquitatem aliquo modo violare. Sub idem tem-
pus Narſes & Aratius fratres Perſarmenij genere, qui cum Beliſario & Sit- *Narſes cum fra-*
ta in Perſarmenijs ab initio huius belli ad manus venerunt, ſicuti ſuprà mihi *tre ad Rom.*
narratur, vnà cum matre ad Romæos transfugerunt: quorum Narſes Quæ- *tranſit.*
ſtor etiam ab Imperatore factus, ſuas quoque gentes pecunia corrupit.
Quod poſtquam Iſaces eorum minor frater nouit, cum Romæis clam in
ſermonem veniens, Bolum ipſis arcem proximam Theodoſiæ ciuitatis fini-
bus tradidit: milites enim propè aliquo in loco latitare præcepit, quos in
arcem nocte recepit, vnam clam ipſis reclinans paruam portam: ipſe poſtre-
mo Byzantium venit. Sic igitur res Romæorum tunc habuêre. Perſæ verò
apud Daram à Beliſario prælio victi, non tamen inde diſcedere decreuêre, *Rufini ad Ca-*
donec Rufinus in conſpectum Cabadis veniens hæc ait; Tuus me frater, ô *badem oratio.*

rex, iure conqueſtum ad te miſit, quòd Perſæ nulla laceſſiti iniuria in ipſius regionem cum armis venêre; quum præſertim potentiſſimi regis ac longe prudentiſſimi ſit, ex bello magis pacem, quàm ex rebus quietis tumultum nihil ſibi ac proximis profuturum, excitare. Ex quo ego bona ſpe ductus veni, vt ſemel admonito, in futurum inter vtroſque pacis fructus eueniat. Et hæc quidem Rufinus. Cabades verò ſic reſpondit, Cari Romæi, nullatenus ego belli cauſas nectere conor, quum maxime omnes ſciant huius omnis tumultus vos potiſſimè cauſam eſſe. Portas enim Caſpias nos habemus, inde olim à me barbaris ob Perſarum ac Romæorum comunem vtilitatem expulſis: quoniam Anaſtaſius Imperator, ſicuti & tu noſti, oblatas ei pecunia mercari noluit, quòd exercitum hic ad præſidium continuo neceſſarium non habens, magnam pecuniæ vim erogare pro vtriſque cogeretur. Ex illo hic ego magnas copias continuò nutriui, non minus vobis quàm mihi metuens, vt eum ocio multo veſtros fines tutos ab hoc hominum genere poſſideretis. Sed nec ſatis hoc, ciuitatem inſuper magnam Daram munimentum contra Perſas feciſtis, quanquam in fœderibus expreſsè cautum, quæ Anaſtaſius ad nos tulit: & ex illo duorum exercituum neceſſitate, laboribus quoque & expenſis res Perſarum exagitaſtis, altero quidem, vt ne Maſſagetæ amborum noſtrorum regiones populari valeant, altero verò, vt veſtras incurſiones reprimi liceat. Super quibus nos conquerentes è duobus alterum à vobis fieri poſtulamus, vel ex vtriſque ad portas Caſpias exercitum mitti, vel Daram diruere. Nec obliti ſumus veſtri ad Mirduum ædificij ad inſidias noſtras ſpectantis. Romæis enim dicta probè pro pace fuêre, electa verò arma, ac iuſta nobis proponentes, ipſimet aduerſus eadem euntes. Igitur Perſæ omnino arma poſituri non ſunt, niſi Romæi portas rectè ac ordine cuſtodiant, vel vrbem Daram euertant. His Cabades dictis legatum ab ſe miſit, manifeſtans quemadmodum à Romæis pecuniam accipere potuerit, ſi belli cauſas abolere voluiſſet, quæ omnia Rufinus Byzantium perueniens Imperatori retulit, quò non multo poſt & Hermogenes venit. Hyems intera deſinit ſimul & quartus Iuſtiniani imperij annus. Veris autem initio exercitus Perſarum Ezaretha duce in Romæorum regionem cum equitibus xv. millibus incurrit, cum quibus & Alamandarus Saracenus cum magna Saracenorum manu aderat, non quidem in Meſopotamiam, vti prius conſueuere, ſed in Comagenem olim appellatam, nunc Euphratiſiam. Cur igitur ſit Meſopotamia vocata, & quam ob rem Perſæ ab ea nunc abſtinuerint, referam. Mons non valde præruptus in Armenijs eſt, à Theodoſia ciuitate xlij. ſtadijs diſtans, ad Boream pertinens, vnde duo exeunt fontes totidem flumina conſtituentes, Euphratem dextrorſus, Tigrim verò ſiniſtrorſus. Horum alter Tigris neq; circuitionibus vllis vtens, neque alijs extrinſecùs fluminibus receptis, niſi prius rectà ad vrbem Amidam deſcendat, rurſusq; in Boream procedens, in Aſſyriorũ regionem procurrit. Euphrates autem fertur ab initio in quendã pronum locum, longeq; procedens poſtea latitat, non quòd ſub terram ingrediatur, ſed mira quadam cauſa. Super enim aqua limus fit altus longitudine ſtadijs l. latitudine xx. adeoq; dureſcit vt tangentibus nihil aliud quàm continens eſſe videatur, ſuper quo & pedites & equites ſecurè contigit ambulare, currus item plures cotidie, ſuper eodem calami quoque numeroſi naſcuntur, qui ab accolis ſingulis annis vento ſecundo flante vſque ad radices comburuntur, ne viam prætereuntibus impediant: aqua quæ tunc in quodam paruo loco apparet breuiter, deinde renaſcens terra figuram priſtinã loco reſtituit. Indeq; fluuius in Edeſenem regionẽ procedit, vbi apud Tauros Dianę templũ erat, quò Iphigeniam Agamemnonis filiã ſimul cum Oreſte & Pylade fuiſſe dicũt, Dianæ ſtatuam

Cabadis reſponſum.

Perſæ Comagenem inuadunt.

De Meſopotamia.

Admirabilis curſus Euphratis.

ſtatuam ferentem. Alia autem templa eiuſdem vſque ad meam ætatem viſuntur, diuerſa ab eo, quod in Tauris eſt. Sed quomodo res habeat oſtendam. Poſtquam Oreſtes è Tauris vnà cum ſorore abijt, in valetudinem incidit, ab oraculoque conſulto reſponſum tulit, non prius morbum deſiturum, quàm templum ſimile apud Tauros relictum ædificaret. Quapropter Oreſtes locis circa multis obitis in Ponto conſtitit, ac montem hic præruptum inſpiciens, ad cuius radices fluuius Iris perfluit: hunc locum ab oraculo ſignificari exiſtimauit, ex quo ciuitatem hic clariſſimam vnà cum Dianæ templo extruxit, quam Comanam, ab exciſa in eodem loco ſibi coma appellauit, cuius in hodiernum diem nomen etiam durat. His ab ſe geſtis quum morbus propterea nihil ceſſaret, quin potius creſceret, ſenſit non rite ab ſe oraculi mentem cognitam, ac rurſus errabundus locum quendam in Cappadocia illi, qui eſt in Tauris, maxime ſimilẽ repperit: quem ego ſæpe adſpiciens magnopere ſum miratus, ac in Tauris eſſe mihi prorſus videbar, adeò mons iſte illi per omnia ſimilis eſt. Nam & hic Taurus eſt, & fluuius Sarus huic Euphrati etiam perſimilis. Igitur ciuitatem rurſus nobilem hic Oreſtes condidit, ac templa duo, alterum Dianæ, alterum vero Iphigeniæ ſorori, quæ poſtea Chriſtiani in ſua templa conuerterunt, nullo ædificiorum penitus immutato. Vocauit & eam vrbem etiam Comanam, ab exciſa rurſus coma ipſius à morbo penitus liberati. Nonnulli nõ alium, quàm inſaniæ morbum fuiſſe dicunt, qua correptus fuit quum matrem necauit. Nunc ad cœptum ſupra ſermonem reuertar. E Tauris igitur Armeniorum, ac regione Edeſſena Euphrates dextrorſus fluens, amnibus in itinere cum pluribus tum Aceſinæ admiſcetur, qui ex Perſarmenijs multus labitur. Maior etiam factus in Leucoſyros, nunc Armenios minores appellatos profluit, quorum Melitene Metropolis eſt, vrbs quidem digniſſima. Deinde Samoſata, poſtea Hierapolim omniaq; circa loca præterfluit vſq; ad Aſſyrios, vbi ambo ſimul confuſi in vnum Tigridis nomen exeunt. Regio igitur quæ è Samoſatis extra Euphratem eſt, iamdudum Comagene, nunc autem ex fluuij nomine Euphratiſia vocata eſt: quę autem intra vtrumq; fluuium exiſtit, Meſopotamia ex argumento nominis dicitur, cuius pars non ſolùm hac appellatione, ſed alijs quibuſdam dicitur nominibus, vt ea quæ ad Amidam pertinet ciuitatem, Armenia nonnullis vocitatur: Edeſſa verò cum ipſis circa locis, Oſroinæ. Eſt enim Oſroes viri nomen, qui hic regnauit ſuperioribus temporibus, quando hi coloni Perſis fœderati erant. Perſæ itaq; poſtquam ex Romaris Niſibim & alia Meſopotamiæ loca receperunt, quando contra eos in bellum iuerere gionem quidem extra Euphratem contemnentes, vt aquis & hominibus deſtitutã, in hac Meſopotamia facile conuenientes, velut in regione & propria & hoſtili ſimul exiſtenti, habitauere, inde excurſiones continuo factitando. Quando autem Mirrhanes prælio apud Daram victus, ac pluribus ex illo exercitu interfectis, ad Perſas demum ſe recepit, pœnas maximas à Cabade ſuſtinuit, ornatu imprimis priuatus, quo crines redimere ſolebat ex auro & margaritis laborato, qui honor apud Perſas maximus ſecundum regem exiſtit. Nam apud Perſas neque aureo anulo, neque zona, neque monili aut aliquo alio inſigni ornamento, niſi ex regis munere ac gratia vti fas eſt. Quum itaque Mirrhanis re male geſta Cabades omnino rebus diffiſus, in magnam veniret animi anxietatem, Alamandarus Saracenus exurgens ait: Non omnia, mi rex, eſt operæprecium credere fortunæ, neque bella putare cuncta bene ſuccedere, quum nihil omnino inter res humanas præter quàm hominis propoſitum, calamitate careat. Cuncta enim ſibi proſpera futura pollicentes, ſpes non ex voto poſtea ſuccedẽs magis exulcerat. Quapropter prudentiores ac euentibus minimũ credentes in belli periculo non

Euphratiſia regio, quæ & Comagene.

Oſroena.

Mirrhanes ob rem male geſtam punitus.

Alamandari oratio.

ex directo conſiſtunt,quanuis hoſtibus in omni ſint apparatu ſuperiores:ſed ſtrategematis ac artibus quibuſdam inimicos circumuenire conantur:quod ſi apertè concurratur, nunquam certa conſequetur victoria. Nunc autem non fas in his,quæ Mirrhanes male geſſit,ô rex regũ,adeo vehementer angi, neque item fortunam rurſus periclitari. Nam Meſopotamiæ & Oſroinæ regionis tuis finibus vicinæ ciuitates munitiſſimæ omnium ſunt, & militum multitudine quanta nunquam prius nunc refertæ, nec cò nobis venientibus in tuto conatus erit. In regione autem, quæ extra Euphratem exiſtit,& huic vicina Syria, neque aliqua munitio neque exercitus alicuius exiſtimationis eſt. Hoc enim ſæpe à Saracenis audiui, qui ad hæc loca exploranda miſſi fuere. Hic vrbs eſt Antiochea, & diuitijs, & magnitudine, tum hominum frequentia inter Orientis ciuitates Romæis ſubiectas facile princeps; & hæc quidem cuſtodia ac præſidio militum deſtituta eſt, neque aliud illi populo, quàm feſta ac delitiæ ſunt curæ, & in theatris continua contentio: ex quo ſi aduerſus eos ex improuiſo proficiſcimur, veriſimile fuerit vrbem ſubito opprimere, nullo præſertim hoſtili occupante exercitu, deinde ſtatim te domum cum victoria dijs fauentibus recipere, ac militibus nondum in Meſopotamia ſentientibus. Quin neque aquæ neque aliorum neceſſariorum penuria te deterreat. Ego enim exercitum ducam quocunque bene eſſe videbitur. Hæc Cabades audiens neque contradicere aut diffidere habuit, quum præſertim ea Alamandari prudentia & rerum bellicarum experientia,tum exiſtimatio apud Perſas eſſet, vt cęteros facile antecelleret. Nam annis quinquaginta res Romæorum ad genua venire coëgit. ex Aegypti finibus incipiens vſq; in Meſopotamiam loca omnia depopulando vaſtauit, ędificia cuncta incendendo, & homines ſæpe ad decem milia capiendo, quorum plures nulla de cauſa interficiebat, reliquos magno redimendos dabat. Inter hæc nullus hoſtium ei occurrit.neq; enim inexplorato vnqnam in prędam exijt,ſed ſic ſubito & adpoſitè, vt nunquam vacuus redierit. Duces autem ac milites quum percunctatione euenta accepiſſent, contra illum conuenere, ſi qua in parte eum deprendere potuiſſent, verum imparatos ac ſine ordine procedentes hic barbarus inuadens in fugam conuertit, partimque nullo labore interfecit, quum & milites qnandoq; omneis cum ipſis ducibus cepit. Demoſtratus erat Rufini frater & Ioannes Lucæ filius, quos victos poſtremo reddidit, diuitias eorum immodicas adſequutus. Deniq; difficile cuncta narrare, quæ hic geſſit, Romæis maxime omnium infeſtus. Quas ob res regiam ſolus obtinens dignitatem, Saracenis inter Perſas dominatus eſt, ac cum toto exercitu quocunq; vellet in Romæorum regionem irruptionem facere. Nullus autem, neque Romæorum militum caput, quos duces vocant, neque Saracenorum Romæis fœderatorum ductor, qui Chiliarchi dicuntur, cum ſuis comitibus Alamandaro concurrere idoneus eſt viſus. In qualibet enim regione inimicis congrediebatur. Huius igitur metu Iuſtinianus Imperator tribubus Aretam Gabalæ filium præfecit, qui in Arabia Saracenis imperabat, regia eum dignitate exornans: quod ſane factum nunquam prius inter Romæos viſum. Alamandarus autem nihilo minus ſi non magis res Romæorum proſtrauit, & ipſum Aretam in omni certamine ſuperauit. Quam ob rem perterritis omnibus, ac nemine iam reſiſtente, omnem iam longo tempore Orientem depopulatur, quum & diu ſine arte vixerit. Huius tandem tunc viri monitionibus gauiſus Cabades, delectum virorũ quindecim milium egit, quibus Ezaretham virum Perſam præfecit longo bello exercitatum, hoſque ab Alamandaro in itinere duci iuſſit, qui Euphratem traijcientes in Aſſyrijs terram quandam hominibus deſertam ex improuiſo in Comagenorum regione inuaſere (nam ſemper prima Per-

Alamandari res geſta.

Aretas à Iuſtiniano rex dictus

ma Perſarum in regione Romęorum incurſio ſolet eſſe,quantum auditu aut
alio modo deprendimus)ac omneis re ſubita perterruere. Quę vbi Beliſari- *Beliſarij contra*
us accepit,primum quidem hæſitauit,deinde ferre auxilium decreuit,ac ido *Perſas expeditio*
neo præſidio in ciuitate qualibet conſtituto,ne Cabades, aut alius hoſtium
exercitus incuſtodita Meſopotamiæ loca repperiret:ipſe vero occurrens, ac
Euphratem ſtudio multo traijciens,cum alio exercitu procedebat,qui ad e-
quitum peditumq; quindecim milia conuenit,quorũ Iſauri duo milia fuere.
Equitibus hi præerant, qui prius apud Daram contra Mirrhanem & Perſas
pręlium inſtituerant:peditibus vero quidam Petrus ex Doryphoris Iuſtinia-
ni Imperatoris. Iſauros quoq; Iuſtinus & Stephanacius regebat. His ſe Are-
tas addidit cum Saracenorum copijs profectus. Poſtquam vero Colchos ve
nere, ibidem metati ſunt caſtra. Alamandarus autem & Ezarethas qui apud
Cabbula locum, cxx. ſtadijs à Colchis diſtantem conſtiterant, vbi hæc audi-
uere,periculum formidantes, vlterius non auſi procedere, retro domum ſe
recepere:deſcendentes autem,ac Euphratem ſiniſtrorſus habentes, Romæi
ponè inſequentes in eodem loco,vbi illi dormiebant, nocte ſequente rema
nebant. Beliſarius enim de induſtria iuſtum iter ſuos facere nõ ſinebat,quòd
ad manus venire cum hoſte nondum cuperet: ſed enim ſatis ei habere vide-
batur, Alamandarum in Romæorum ditionem tranſgreſſum, deinde ſine ef-
fectu ad propria remigraſſe. quamobrem & duces & milites clam in eum
muſſitabant,apertè tamen nullus. Perſæ autem in Euphratis ripa conſtitere,
quæ contra Callinicum eſt vrbem. Inde quoque per regionem nemini habi
tatam profecturi, ſic Romæorum terram omnino reliquere. Non enim ſecu-
ri prius, ſecundum fluminis ripam ire decreuerunt. Romæi verò apud Surro
rum ciuitatem pernoctauere. Inde mouentes hoſtes deprendunt ad prælĩũ
ſe adcingentes. Inſtabat autem die proxima Paſcale feſtum,quod Chriſtiani
præ omnibus venerantes prima eius die cibo potuq́ue abſtinent,nec ſolum
die,ſed in multam noctẽ ieiuni. Tunc igitur ſuos Beliſarius animatos ad pu-
gnam animaduertens,vt ab hac eos ſententia deduceret(nam & Hermoge-
nes quoq;,qui nuper legatus venerat,hæc etiam noſcebat)cogens ſimul om
neis,hæc eſt adlocutus. Quid ô Romæi fortes dirum vobis accidit, aut quid *Beliſarij ad ſuos*
paſſi,voſmet in diſcrimen conijcere vultis non neceſſarium? Vnam eſſe victo *concio.*
riam puram ac ſynceram homines arbitrantur, nihil ab inimicis graue pati,
quod vobis in præſens & fortuna dedit, & veſter contra aduerſarios motus.
An non præſentibus vti bonis præſtat,quàm nos fugientia quærere? Perſę e-
nim ſpe multa ducti in Romæos mouerunt, qua penitus nunc excidentes in
fugam vertuntur. Itaque ſi eos inuitos mutare ſententiam ac nobiſcum præ-
lio congredi cogamus,non amplius victoriam ſemel conſecutam poſſidebi-
mus. Quòd ſi forte male rem geſſerimus, habitis iam trophæis priuabimur,
non quidem ab hoſte deiecti, ſed nobis ipſis. Sed & hoſtibus noſtris regio-
nem ſine defenſoribus vllis inuadendi occaſionem in futurum pręebimus.
Hoc inſuper vos cogitare fas eſt, quòd neceſſaria, nec prorſus voluntaria
eligentes pericula deus ſemper adiuuat: abſque vero his non habentibus
in quo ſe vertant, bene rem gerere non voluntarijs continget. Vobis eti-
am aduerſa multa in pugna contingunt: pedibus enim plures ambulant, ac
ieiuni ſumus omnes, præterea quod nondum omnes conuenerunt. His à
Beliſario dictis, exercitus non clam amplius eum obiurgabat: ſed in faci-
em inſurgentes apertè hominem imbellem ac fortitudini reſiſtentem ap-
pellabant. Quorum impudentia perterritus Beliſarius monitionem præte-
ritam detractans, adhortanti ſimilis contra hoſtes videbatur, ſeſe excu-
ſans quòd militum animos ad pugnandum paratos prius non animaduer-
tiſſet, nunc autem fiducia maiore ſe in eos eſſe. Igitur aciem in fronte

hoc modo diſpoſuit.In cornu ſiniſtro prope flumen omneis pedites locauit, in dextro Aretam cum Saracenis, ipſe vero cum equitibus in medio conſtitit.At contra Ezarethas,vbi paratos vidit hoſtes, talibus ſuos eſt adhortatus: Nemo dubitet,commilitiones,vos quum viri Perſæ ſitis,ſi detur optio virtutem vita non commutaturos.Nec opus exiſtimo vobis huiuſcemodi proponere deliberationem,quibus pauloante fugientibus periculum,licebat cum ignominia viuere, ac pulchra virtuteque digna delectabilibus poſthabere. Quibus autem mori neceſſe vel in prælio cum gloria,vel à victoribus ad ſupplicium turpiter ductis,magna profecto inſania non pro turpib. eligere meliora. Quando igitur nunc ſic ſe res habent, oportere vos omneis exiſtimo non ſolum hoſtes, ſed Imperatorem noſtrum ante oculos habentes animo ingenti in hac pugna conſiſtere.His Ezarethas dictis, ſic aciem conſtituit. In dextro cornu Perſas,in ſiniſtro Saracenos collocauit, ſtatimque in prælium proceſſere:ſed atrox pugna,cædes vtrinque plurima.Sagittæ vtrinque denſæ veniebant. Quidam inter vtranqne aciem procedentes opera egregia oſtentabant.Perſæ autem magis à ſagittis lædebantur,quòd eorum, quanquã denſiores,ſine arte tamen mittebantur. Nam Perſæ fere omnes ſagittarij ac alijs celeriores in emittendo eſſe ab initio docentur: verum ex mollibus arcubus,nec valde protenſis miſſilium ictus mollius etiam feriebant,vix thoraci aut ſcuto hærentium: Romæorum autem miſſilia tardiora quidem velut ex arcubus duris ac vehementer intenſis extracta: his etiam quis addet, ab hominibus fortioribus,quàm Perſæ, qui forte percuſſi ſtatim concidunt,vtpote nulla armatura contra ictus muniti. Iamque prælium ad duas diei partes protractum, quum exurgentes qui fortiſſimi in exercitu Perſarum videbantur,in dextrum hoſtium cornu adequitant, vbi Aretas & Saraceni erant: qui ſic aciem eorum in duas partes diduxerunt, vt opinionem facerent res Romæorum à Perſis teneri, ex quo noſtri minime reliquorum expectantes incurſum,in fugam omnes vertuntur.Perſæ igitur intumeſcentes aduerſariorum aciem à tergo perſequuntur. Romæi autem & via & labore pugnæ iam feſſi,inſuper ieiuni ad hanc diei horam exiſtentes,denique ab hoſtibus ex vtraque oppugnati parte,non amplius reſiſtebant, ſed multi certatim fugientes in proximi fluminis inſulas ſe recipiebant,quidam vero etiam reſiſtentes miram operam ac virtute dignam oſtendebant:in quibus & Aſcan erat, qui multis prius ab ſe interfectis Perſarum fortiſſimis,ad extremum & ipſe truci datus concidit,plurimum de ſe ſermonem hoſtibus relinquens, cum eoque ſimul octingenti ſtrenue milites interempti, Iſauri fere omnes cum ducibus ſuis,imbelles quidem homines ac armorum vſu carentes, quòd tunc primũ ex agricultura rapti ad certamen venerunt prius eis ignotum, quanquam ipſi ante alios periculi ignoratione,in pugna tunc alacriores ac maiore fremitu ſunt viſi,& primi fere qui Beliſarium timiditatis accuſauerint: nec omnes tamen Iſauri,ſed ex magna parte Lycaones erant. Beliſarius autem cum paucis qnibuſdam in acie permanens,finem eorum, qui cum Aſcane perierunt videre decreuerat,denique cum præſentibus quoad potuit reſtitit. Vbi autẽ vidit ſuos partim cæſos,partim in fugam verſos,quò quiſque poterat,tunc & ipſe cum ſequentibus in peditum aciem confugit, qui cum Petro etiam pugnabant non admodum multi exiſtentes,quod ex eis etiam plures fugiſſent. Hic itaque ex equo ipſe deſcendit,omnes item ſequentes idem facere iuſſit, ac vnà peditibus contra hoſtes auxilio eſſe. Perſæ autem relicta fugientium perſecutione, quæ parum admodum durauit, ſtatim ſe cum reliquis aduerſus pedites & Beliſarium conuertunt.Noſtri terga in flumen verſi ne quis hoſtium retro inuadere poſſet,cum omnibus,qui aderant, occurrentes hoſtes reprimere contendunt,rurſus atrox committitur pugna,quanquam non pari nu-

Ezarethæ ad ſuos concio.

Pugna Romanorum & Perſarũ

Aſcanis virtus.

Beliſarius prælium inſtaurat.

ri numero. Nam pedites noſtri pauci admodum contra totum Perſarum equitatum, non tamen ab eis neque verti vnquam, neque dimoueri potuere. In breui autem ſpatio reducti, ac ſcutorum munimine ſe tuentes, magis hoſtes feriebant quàm ferirentur. Barbari equitatu turbare atque diſſoluere confertam eorum phalangem conantes, ſine effectu retro rurſus reuertebant: nam ipſorum equi clypeorum ſonitu perterriti reprimebantur, ac vnà cum adſeſſoribus turbabantur. Sic itaque vtrique vſque ad diei ſerum perſeuerauere. Nocte iam ſuperueniente Perſæ quidem in caſtra ſeceſſerunt, Beliſarius autem onerarium nactus nauigium, in proximi fluminis inſulam, quò Romæi confugerant, adnauigauit. Sequenti die reliqui omnes in nauim & ipſi è Callinico aduectam ingreſſi, in eundem locum adplicuerunt. Perſę autem ſpoliatis prius cadaueribus domum reuerterunt, inter quæ non minorem ſuorum numerum quàm hoſtium inuenerunt. Ezarethas poſtquam cum exercitu ad Perſas peruenit, quanquam te bene geſta, Cabadis tamen animum magnopere offendit ex cauſa huiuſcemodi. Mos eſt Perſas in bellum ituros ante regem in throno ſedentem cum duce totoque ſimul exercitu comparere, ac quemlibet ſagittam vnà in cophinos ad hoc paratos proijcere, eos deinde regio ſigillo ſignatos cuſtodiri: poſtquam autem in Perſidem idē exercitus redijt, quilibet rurſus ſagittam ſuam ex his auferti nunciant poſtea regi, quot vacant ſagittæ, multitudinemque militum non reuerſorum: qua ratione quot in bello interiere manifeſti ſunt. Interrogatus igitur à rege Ezarethas, an aliquod Romæorum oppidum cepiſſet, quando cum Alamandaro Antiocheam euerſurus exijſſet: ille nullum ait, verum Beliſarium prælio viciſſe. At rex è ſagittis vacantibus victoriam nimis cruentam continuo damnans, eum de honore deiecit, proque contempto habuit.

Ezarethas offenſam Cabadis incurrit.

Ea tempeſtate Iuſtiniano Imperatori ſuccurrit, Aethiopes & Homeritas contra Perſas cum eo ſocietatem iniuiſſe. Qui autem hi ſint homines, & vbi habitent, ac quemadmodum eos Romæis profuturos Imperator ſperaret, nunc dicam. Paleſtinę fines verſus Orientem ad mare pertinent rubrum. Ipſum verò mare ex Indis incipiens hic in Romæorum ditione deſinit, ciuitasque Aila vocata prope huius eſt littus, vbi mare (vt mihi dicitur) deſinens, fretum quoddam valde anguſtum fit. Inde verò adnauiganti dextrorſus montes Aegyptiorum ad Auſtrum conuerſi ſunt. In altero autem regio hominibus deſerta ad Boream pertinet. Terra vero ipſa nauiganti vtrinque ſpectatur vſq; ad Iotabim inſulam ab Aila vrbe ſtadijs non minus mille diſtantem. Hic Hebræi gens libera antiquitùs habitat. Sub Iuſtiniano autem nuper Romæorum ſubditi ſunt facti. Pelagus inde maximum extenditur, vbi nauigantes dextrorſus terram non adſpiciunt, in ſiniſtra verò nocte inſequenti ſemper adplicant. In tenebris enim mare hoc minime procelloſum, in luce verò æſtuoſum plerunque contigit eſſe: portus hic plures non manufacti ſed naturales. Ex hoc nauiganti non difficile vbicunque contigerit adplicare. Rectà vero per hoc littus Paleſtinæ montes ſuperanti Sarani tenent, qui Phœnicum regionem iam dudum incolunt. Eſt enim Phœnicia in mediterranea in magno tractu procedens, quæ nihil penitus aliud quàm palmulas fert. Hanc Iuſtiniano donauit Abocharalus Saracenorum in ea parte præfectus, quem Imperator Phylarchum Saracenorum in Paleſtina conſtituit: qui tutam regionem ab incurſionibus toto tempore cuſtodijt, quod barbaris ſubditis, nec minus hoſtibus formidoloſus ob eius virtutem, tum rerum experientiam fuerit. Ergo quum verbotenus hanc Imperator poſſideat, locorum eius curam minime ſuſcipere valens alij delegauit, quod terra hominibus omnino vacua & inaquoſa exiſtat, in medio decem iter dierum prorogata, denique nulla exiſtimatione digna, mini-

De Aethiopibus & Homeritis.

Phoenicia Iuſtiniano donata.

meq́ue ab eodem Imperatore cognita, quum ei dono eſt oblata. Et hæc in v-
niuerſum de Phœnicia. Horum igitur hominum alij Saraceni littus incolūt,
qui Maddeni vocantur, Homeritarum ſubditi exiſtētes. Homeritæ autem hi
in regione vicina iuxta mare habitant. Supra verò ipſos plures aliæ gentes
vſque ad Anthropophagos Saracenos eſſe feruntur. Poſt hos Indorum ge-
nera ſunt: ſed de his quòd fabuloſa multa dicātur, quiſque ſuo modo loqua-
tur. Homeritæ autē contra littus aduerſum maxime habitant: qui etiam Au-
zomitæ cognominantur, quòd ipſorum in ciuitate Auzomide regia ſit. Mare
autem quod in medio eſt, vento mediocriter flante quinque diebus ac toti-
dem noctibus nauigatur, nocteq́ue tantum concurri fertur. Idem à nonnullis
rubrum appellatur. Qui autem apparet ex hoc nauiganti vſque ad littus &
maritimam ciuitatem Arabicus vocatur ſinus. Inde quoque regio vſque Ga
zam ciuitatem Arabia nominatur, cuius regia Petra eſt ciuitas. Portus igitur
Homeritarum, vnde ſoluentes ad Aethiopes adplicare ſolent, Bulicas dici-
tur. Nauigantes quoque ſemper hoc pelagus portum Adulitarum contin-
gunt. Adulis enim ciuitas eſt à portu ſtadijs xx diſtans, tantundemq́ue à
Noua forma na-uium. mari remota, ab vrbe autem Auzomide iter dierum XII. Nauigia quoq; &
in Indis & in hoc mari non eodem modo quo cætera. Non enim pice nec a-
lio quocunque ſunt illita, neque item in eiſdem ferro aſſeres inter ſe compa
cti, ſed laqueis quibuſdam vincti. Cauſa eſt, non quam multi exiſtimant, pe-
træ hic quædam ferrum ad ſe trahentes: ſignum, quod Romæorum nauibus
ex Aila vrbe in hoc mari nauigantium ferro multo concinnatis hic effectus
non eueniat: ſed quoniam neque ferrum, neque aliud quid ad hoc neceſſa-
rium Indi vel Aethiopes habent, neque item eadem ex Romæis mercari
Lex de ferro & alijs in barbaricū non transferēdis. queant, lege omnino prohibente, deprenſo enim mors pœna eſt. Circa igi-
tur mare rubrum regio ex vtraque ipſius parte conſiſtit, ex Auzomide ciuita
re vſque ad Aegypti fines pertinens in Romæorum ditione: vbi Elephantina
eſt vrbs XXX iter dierum homini expedito diſtans. Hic multæ habitant gen
Blemyes & Nobatæ. tes, Blemyes & Nobatæ populi frequentiſſimi. Blemyes enim regionis me-
dia tenent, Nobatæ vero circa Nilum fluuium. Nam hi ante Diocletianum
vlterius habitabant, Romaniq́ue prolixiores vij. iter dierum fines erant. Is
primum hic exiſtens didicit quod oppidorum reditus minimus eſſet, quod
anguſtam ſterilemq́ue terram haberent. Nili enim petræ valde ſublimes nō
procul diſtantes regionis reliqua occupant. Militum quoque magnus hic nu
merus conſiſtit, quorum ſumptibus maximis ærarium magnopere grauatur.
Oaſis, Simul autem & Nobatæ circa ciuitatem Oaſim petras habitabant. Hos igi-
tur Barbaros idem Imperator induxit è ſuis finibus migrantes ad Nilum ha-
bitare, ac eis vrbes magnas dare promiſit, regionemq́ue longe meliorem, at
que illa, quam reliquiſſent. Sic enim exiſtimauit eos non amplius illis, qui
circa Oaſim ſunt, nocituros; ac à regione eis data tanquam à propria, vt veriſi
mile eſt, alios Barbaros expulſuros. Hæc quum illi libenter acceptaſſent, ſta-
tim huc adnauigant, regionem omnem ex vtroque fluminis latere, cum vrbe
Elephantina habuerunt: inſuper ab eodem Imperatore vterque populus cer
tum auri pondus habuere, vt Romanos fines non amplius prædarētur, quod
vſque in mea tempora ſeruatum: quanquam nihilo propterea minus ea loca
excurrunt. ſic profecto nullo delinimento aut ratione Barbaros omnes reti
nere licet, quin in fide Romæis aut in officio, niſi tantum timore coërcenti-
um militum perſiſtant. Nec profuit eidem Imperatori in optima eos terra a-
pud Nilum collocaſſe, vt firmiores fideliores q́ue eſſent; templa hæc & alta-
ria Romæis ac illis communia conſtituiſſe, amborum quoque ſacerdotes ad
didiſſe, quod ſperaret ſacrorum commercio eorum perpetua frui amicitia:
ex quo oppidum in ea parte Philas ex argumento appellauit. Hæ nanq; gen
tes

tes & Blemyes & Nobatæ, quum alios deos vti Græci, tum Iſim & Oſyrim
magnopere colunt, nec minus etiam Priapum. Blemyes etiam humana ho-
Blemyarum hoſtias humanas Iuſtinianus ſuſtulit.
ſtia Soli ſacrificare conſueuerunt, qui mos barbarus vſque ad hoc tempus
ſeruatus iuſſu pijſſimi principis Iuſtiniani ſublatus eſt. Narſes igitur genere
Perſarmenius, cuius ſupra vt ad Romæos transfugæ memini, illorum mili-
tum dux eiuſdem Imperatoris mandato & templa deleuit, & ſacerdotes in
cuſtodia vinxit, ſtatuaſque illorum Conſtantinopolim miſit. Nunc autem
ad inſtitutum prius ſermonem redeo. Sub huius belli tempus Helliſthæ-
Helliſthæus Aethiops Homeritas inuadit.
us Aethiopum rex Chriſtianus, dogmatiſque huius maxime obſeruantiſſi-
mus, poſtquam ex Homeritis his qui in alterius littoris continente ſunt, plu-
res eſſe Iudæos didicit, multos autem ſectam veterem colentes, quam gen-
tilem nunc homines vocant; quum non ceſſarent continuo in vicinos Chri-
ſtianos incurr:e:e, cum claſſe aduerſus eos venit, ac victoria potitus regem
cum Homeritis pluribus interfecit, alio ſurrogato Chriſtiano genere item
Homerita, cui nomen Eſimiphæo, imperatoque tributo quotannis Aethio-
Eſimiphæus Homeritis rex datus.
pibus dando domum ſe recepit. In hoc Aethiopum exercitu ſerui non-
nulli de induſtria regem redeuntem ſequi nolentes inter Homeritas reman
ſerunt, quod eorum tellus ſit optima. Hi demum non multo poſt cum alijs
quibuſdam in Eſimiphæum inſurgentes, in arce quadam captum coniece-
runt, alio Homeritis item rege ſubſtituto nomine Abramo. Is enim ſer-
Abramus rex eorundem.
uus erat Romæi viri, qui apud Adulidem Aethiopum ciuitatem prope ma-
re officinam quandam habebat: quod quum Helliſthæus audiuiſſet, Abrá-
mum ipſum ſimul cum ſceleris in Eſimiphæum ſocijs punire ſtatuit, exerci-
tuinque trium milium armatorum vnà cum duce quodam ſui generis con-
tra eos miſit: qui exercitus loci amœnitate captus, non amplius & ipſe redire
conſtituit, ac cum Abramo clam collocutus ſimul de proditione conuene-
re. Poſtquam verò in acie conſtiterunt, pugna commiſſa ducem ſuum inter-
ficiunt, ſtatimque ad hoſtes transfugientes ibi manſere. Helliſthæus itaq; ira
vehementer incenſus alium protinus exercitum miſit, qui cum hoſte decer-
tans ac victus propere domum reuertit. Quamobrem nullo ſuccedente co-
natu, Helliſthæus in futurum ſibi metuens nihil amplius tentauit: quo mox
decedente, Abramus eius ſucceſſori tributum ſingulis annis dare promiſit,
eoque modo in regno confirmatus eſt. ſed hæc tempore poſt ſubſecuta. Re-
gnantibus igitur apud Aethiopas Helliſthæo, apud Homeritas verò Eſimi-
phæo, Iuſtinianus Iulianum legatū reges ambos rogatum miſit ob commu-
Iuſtiniani ad Aethiopes & Homeritas legatio.
nem in Chriſtum fidem, vti ſibi contra Perſas eſſent auxilio: vt Aethiopes
quidem ex Indis ſericum mercantes ac Romęis mittentes, ipſi quidem pecu
De ſerici mercatura.
niæ maximæ ſint domini, Romæis vero cauſſa exiſtant, vt non amplius num-
mos in hoſtes ſerici emendi gratia transferre cogantur: ex quo veſtem con-
ficere conſueuerunt, quam olim Medicam, nunc verò Sericam vocant. Ho-
meritæ autem vt Carſum Phylarchum Maddenis conſtituant, & magno
ſuorum & Saracenorum Maddenorum exercitu in Perſarum regionem in-
currant. Hic enim Carſus ex genere Phylarchorum ac belli diſciplina inſi-
gnis quendam è propinquis Eſimiphæi interficiens in terram fugit, quæ ho-
minibus omnino deſtituta eſt. Ambo itaque quod peteret pollicentes, léga-
tum remiſerunt. Neuter verò promiſſis poſtea manſit. Aethiopes enim mer-
cari ex Indis ſericum non poterant, quod continuo Perſarum mercatores a-
pud ipſos portus exiſtentes, vbi prius Indorum naues adplicant, veluti re-
gionem incolentes proximam, omneis commeatus emere conſueuerunt: ac
Homeritis durum videri, per regionem deſertam ac multi temporis itinere
prolixam contra homines maxime bellicoſos ire. Sed & Abramus poſtre-
mo, qui & regnum firmiſſime obtinuit, ſæpe Iuſtiniano promiſit in Perſi-

dem irruptionem ſe facturum:ſemelq; tantum iter ingreſſus ſtatim remigauit. Aethiopes ergo & Homeritæ hoc modo cum Romæis ſe habuere. Hermogenes autem tunc poſtquam velociter prælium apud Euphratem geſtum eſt, ad Cabadem legatus proficiſcens nihil de pace egit, cuius gratia iter cepit, quod ipſum adhuc in Romæos tumidum offenderet: quamobrem ſine

Beliſarius ex Oriẽte reuocatur.

effectu redijt, ac Beliſarius ab Imperatore reuocatus Conſtantinopolim venit, vt in Vandilos exercitum duceret. Sittas autem eiuſdem Imperatoris iuſſu ad Orientis cuſtodiam in eius locum profectus eſt. Perſæ vero iterum ma

Martyropolis in Sophoſena obſidetur.

gno exercitu Chanarange & Aſpebedo & Mermeroe ducibus in Meſopotamiã excurrunt, & quando nullus reſiſtere auderet, Martyropolim circumſiſtentes oppugnant: vbi Buzes & Beſſas præſidio aderant. Ipſa autem in regione, quæ Sophoſene dicta eſt, ab Amida ccxl ſtadijs diſtans ad Boreã ventum, prope Nymphium fluuium, qui Perſas à Romæis diſterminat. Perſæ igitur mœnia oppugnabant. Oppidani vero quanquam ab initio ſe acriter defendebant, non diu perſeueraturi erant, quòd mœnia ipſa debilia ac expugnatu facilia ex magna parte eſſent. Ipſi quoque neceſſarijs ad victum & ad reſiſtendum machinis carebant. Sittas autem & Romæorum exercitus in oppidum Attacham venerunt à Martyropoli centum ſtadijs diſtans: vlterius nõ auſi procedere, ibidem caſtrametauere. Erat cum eis Hermogenes rurſus è Byzantio legatus veniens. Interea vero res huiuſcemodi contigit. Exploratores iam antiquitùs tam apud Romæos quàm Perſas lex eſt publicè ali, qui clam aduerſus hoſtes ire conſueuerunt, vt illorum facta diligenter veſtigata ducibus renuncient. Horum itaque multi beneuolentia in ſui generis homines, vt par eſt, vti conantur; quidam vero aduerſarijs ſecreta referunt. Tunc igitur è Perſis quidam explorator contra Romęos miſſus ante Iuſtiniani cõſpectum veniens, quum alia multa inter Barbaros geſta dixit, tum quod Maſſagetarum gens iamiam ad Perſarum exibant regionem, cum eis inde in Ro-

Exploratorem Iuſtinianus aurò corrumpit.

mæorum ditionem incurrere parati. Hæc audiens Imperator an vera homo loqueretur, periculum facere decreuit; ac eum opibus magnis inducit, vt in Perſarum caſtra proficiſcatur, qui Martyropolitas oppugnabant, ac Barbaris nunciaret, quemadmodum hi Maſſagetæ pecunia corrupti à Romęorum Imperatore iam non amplius contra ipſos ſint ituri. Hic autem iuſſa facit. Ex quo Chanaranges cęterique Perſarum exercitus magnopere timuerunt.

Mors Cabadis.

Inter hæc Cabades grauiter ægrotans, Mebodem inter Perſas vnum fidiſſimum aduocans, cum eo de rebus regni ac ſucceſſoris communicauit, timereque ait, ne quid ab eo decretorum Perſæ irritarent: quamobrem vt eius ſententia firmior populis appareret, Coſroem filium ſucceſſorem ſcribi iuſſit, ſtatimque deceſſit. Poſt autem funus regium elatum ac iuſta patenti

Coſroes patri ſuc cedit.

reddita, Coſroes legi confiſus ilico regnum inire paratus erat, niſi Mebodis prohibuiſſet autoritas, adſeuerantis nihil in hoc genere temere fieri oportere, ſed de optimatum ac magiſtratuum ſententia, vt res ordine procedens perpetuo duraret. Itaque ſenatu ad hoc congregato Perſarum, Mebodes Cabadis commentarium recitauit: illi virtutis Cabadis ac officij memores Coſroem filium regem Perſarum declarant: ſic ille rem ſuſcepit. Apud Martyropolim vero, quum Sittas & Hermogenes ciuitatem tueri ſe non poſſe conſpicerent, certos ad hoſtes miſere, qui in eorum venientes conſpectum hæc dixere; Fas iam vos paci ſtudere, ac omnis inimicitiæ penitus obliuiſci, nec tot bonis vtriuſque reipublicæ eſſe impedimento. Adſunt iam prope legati de concordia ad regem veſtrum proficiſcentes, vt quæ ſint ex vſu amborum tranſigant: parati enim ſumus de his ita vt dicimus euenturis obſides

Martyropolis obſidio ſoluitur.

vobis viros imprimis nobiles dare. hæc illi. Nũcius interim in caſtra de morte Cabadis, ac de Coſroe rege conſtituto venit. Illi res nouas ſimul & Hunnorum

norum irruptionem timentes, oratorum ſermonem libentius audiuere, ſtatimque obſidibus acceptis Martino & Genecio vno ex Sittæ doryphoris obſidionem ſoluentes domum reuerterunt. Nec multo poſt Hunni in fines Romæorum ingreſſi, poſtquam hic Perſarum exercitum non oſtenderunt, paulopoſt excurſione facta domum ſe recepere. Mox Rufinus, Alexander, Thomas & Hermogenes legati ad regem Perſarum miſſi ad Tigrim vſque venerunt: quos vbi Coſroes vidit, obſides ſubito miſſos fecit. Legati adſentando multa demulcentia dixere, ac minime Romæorum dignitati conuenientia: quibus Coſroes captus, pacem prius termino carētem decem ſupra centum annis conceſſit hac conditione, vt qui militibus in Meſopotamia præficeretur, non amplius apud Daras, ſed apud Conſtantinam vrbem continuè moraretur ſicuti olim conſueuit. Arces quoque apud Lazos Pharangium & Bolum ſibi reddi oportere: quæ quum nomina ſint etiam menſurarum centum pendentia libras, tantundem auri à Romæis popoſcit, ne Daram euertere cogantur, ac à ſumptu communi cum Perſis in cuſtodiendis Caſpijs portis ſimul eximantur. Hic legati quum alia propoſita laudaſſent, arces tamen dare non poſſe dixerunt, niſi Imperatore prius cōſulto. Viſum eſt igitur Rufinum ſuper his Byzantium mitti, alios verò donec ille redeat expectare, dato dierum LXX ſpatio redeundi. Is poſtquam Byzantium venit, Imperatori quæcunque Coſroi de pace ſunt viſa refert. Ille his omnibus facilè annuens, pacem firmari iuſſit. interim fama quædam non vera ad Perſas penetrauit, Iuſtinianum iratum Rufinum interfeciſſe, cuius rei gratia Coſroes turbatus cum toto exercitu in Romæos proficiſcitur. Rufinus interim reuertens non longè à Niſibi vrbe erat, apud quam illi conuenerant, vt poſtquam pacem firmaſſent, huc pecuniam ferrent. Verum Iuſtinianum arces apud Lazos Perſis concedere iam pœnituit, literaſque idem contra iam dicta legatis ſcripſit, nullatenus eas Perſis tradi. Tunc enim Rufinum cogitatio ſubijt velox potius, quàm ſecura, in Perſarum terram pecuniam ferre, protinuſque Coſroem adiens pronus in terram ſupplicat, ne in Romæos exercitum ducat, ſed in aliud quoddam tempus bellum differat, ſeque propterea ei pecuniam traditurum. Coſroes autem inde ſurgere iubens cuncta facilè conceſſit. Legati igitur cum pecunia Daras veniunt, ac Perſarum exercitus retro remigrauit. Tunc itaque Rufinum legati ſocij ſuſpectum habentes apud Iuſtinianum inſimulauere, ex hoc coniecturam facientes, quòd cuncta Coſroes quæcunq; ille voluit perſuaſus conceſſit. Imperator vero nihil propterea mali in eum oſtendit. Breui deinde poſt tempore Rufinus ipſe & Hermogenes rurſus ad Coſroem de pace mittuntur, conuentumque inter eos, vt ambo vtrinque oppida ablata inter ſe reſtituant, nec vllus apud Daras militum præfectus exiſtat. Sic igitur pacem aperanton, hoc eſt, ſine termino fecerunt, anno Imperij Iuſtiniani ſeptimo: ac Romæi tunc Pharangium & Bolon arces cum pecunijs Perſis tradidere. Ex parte alia Perſæ Romanis oppida apud Lazos, præterea Dagarim reddidere, alium pro eo virum recipientes. Is enim Dagaris tempore poſt, Hunnos ſæpe in fines Romæorum ingreſſos in prælijs ſuperans fugauit: erat enim in bello præter cæteros fortiſſimus. Hoc igitur modo ambo fœdera iunxerunt. Poſt hęc ſtatim vterque princeps à ſuis inſidias paſſi ſunt. quo nam modo iam dicam. Coſroes Cabadis filius ingenio vehementi & inquieto, ſimulque rerum nouarum cupido erat. quamobrem ipſe tumultu ſeditioneque plenus, vt alij ſimiliter eſſent, cauſa fuit. Igitur eius pertęſi dominationem Perſarum nobiles ac ſapientes, alium regem ex Cabadis item domo ſibi facere in concilio deliberant. Optabant autem Zamam, verum quòd monoculus eſſet, vti ſupra narratur, lege prohibebatur: hoc tamen remedium viſum eis adhibere, vt Cabadem patri cognominem ſucceſ-

Leges pacis a Coſroe conceſſæ.

Pax ἀπέραντος inter Romanos & Perſas.

Coſrois indoles & fortuna.

ſorem, Zamam verò natu maiorem ei adſiſtentem conſtituerent, qui res Perſarum pro arbitrio dirigeret. quapropter Zamæ conſilium referunt, eumque prenſant, ac multa alacritate ad rem ſuſcipiendam adhortantur: quumque ille obtemperaſſet, occaſionem quærebant, quo nam modo Coſroem inuaderent. Conſilium verò iam diuulgatum vbi Coſroes accepiſſet, prohibere conatus Zamam ipſum ac eius reliquos fratres cum omni virili ſtirpe interfecit: ſuſtulit item omneis Perſarum nobiles, qui conſilio eſſent adhibiti, aut eius quocunque modo participes fuiſſent, inter quos fuit Aſpebedes Coſrois auunculus. Cabadem quidem Zamæ filium paruum adhuc, Adeogundubadi Chanarangi qui eum nutriebat mandat vti puerum de medio tollat. Ille autem vbi de regis voluntate accepit, dolens flenſque calamitatem hanc cum vxore ac pueri nutrice communicat; vxor verò lachrymans ac viri genibus aduoluta rogauit, nulla ratione eum interfectum iri. Cogitantes igitur inter ſe, quo nam modo ſeruare poſſent, abſcondere ac clam nutrire viſum eſt eis, ac protinus ad Coſroem ſcribere iam ſublatum: atque ita egerunt, adeoq; occultum tenuere, vt nullus hominum ſciret, præterquam * Varames eorum filius, ac vnus è ſeruis, qui lõgè fideliſſimus videbatur. Tempore verò procedente poſtquam Cabades ætate creuit, timens Chanaranges ne res in lucem veniret, eum cum pecunia dimiſit, vt vbicunque poſſet fugiens latitaret, resque tunc aliquandiu occulta fuit. Tempore inſequente Coſroes quum in Colchidem cum magno exercitu proficiſcere tur, ſicuti mihi poſtea dicetur, ſecutus eſt & Chanarangis filius Varames alios ſecum ſeruos ducens, inter quos erat ille ſeruus rei conſcius. Is itaque Varames omnia de Cabade geſta refert, teſtemque ſeruum adducit. Hæc vbi Coſroes audiuit, ira incenſus graue putauit hæc à Chanarange ſuo ſerun pati, quumque eum facile capere non poſſet, hæc eſt meditatus. Quando è Colchis domum reuerſurus erat, ei ſcribit quemadmodum cum omni exercitu decreuerit in fines Romæorum inuadere, nec in vnam tantum partem, ſed bifariam exercitum diducere, vt extra & intra flumen Euphratem contra hoſtes eſſet incurſus. Vnam itaque exercitus partem ipſemet erat in hoſtilem ducturus, alteram nulli ſeruorum æquo cum rege honore facile crediturum, niſi tantum Chanarangi ob virtutem: quamobrem in tanta neceſſitate maturet ad eum protinus venire, vt de conſilij ſententia ſimul omnia, quæ ad hanc rem opus, decernat, certoſque poſt eum ire iubet. Hæc vbi Chanaranges legit, lætatus ob honorem ei à rege collatum, oblitusque domeſticorum malorum ſtatim iuſſa peragit: erat autem ſenex, quumque equi frenum negligentius regeret excidit, cruſque propterea læſus, neceſſe fuit ei apud eundem locum ob curam remanere: cui rex eò veniens obuiam, ac claudum offendens minimeque militare aptum, in aliqua contineri arce do nec curetur mandauit, ſic eum ad ſupplicium euntem certi ſubſequentes de medio ſuſtulerunt, virum omnino vnum inter Perſas in bello inuictum, & qui gentes Barbarorum duodecim Cabadis adiecit imperio. Hoc extincto eius filius Varranes Chanarangi magiſtratui paterno ſucceſſit. Non multo poſt tempore ſiue Cabades ipſe Zamæ filius, ſeu quis alius Cabadis ſibi nomine vſurpato (nam Cabadi regi ore ſimilis erat) Byzantium venit, quem Iuſtinianus vt Cabadis nepotem honore magnificentiaque multa excepit. Et hæcquidem circa Perſas in Coſroem inſurgentes ſic contigerunt. Poſtremo item Coſroes Mebodem ſuſtulit hoc modo. Zabergani mandaui Mebodem vocari, qui quum iuſſa perageret, ille ſe iamiam venturum reſpondit, quamprimum rem præſentem, quam tractabat, cito abſoluiſſet. Zaberganas verò odio in eum vetere ductus regi retulit Mebodem nolle venire, quum alia ſibi negocia ſint. Coſroes igitur iratus quendam è ſequentibus

Coſroes in ſuos cædibus graſſatur.

Cabades Zamæ F. quomodo ſeruatus.

** Varranes infra*

Coſroes Chanarãgem per inſidias necat.

Cabades ad Iuſtinianum fugit.

Mebodes a Coſroe necatur.

quentibus mittens iuſſit ad tripodem eum ire. Quid autem hoc ſit, mox indicabo. Tripus ferrea ante regiam ſemper ſtare ſolebat, quando autem Perſarum aliquis audit regem contra ſe grauiter iratum, non ei fas neque in templum, neque aliò quouis confugere: ſed apud hanc tripodem regiam expectare ſententiam, nullo penitus ipſum ſeruari rogante. Hic Mebodes miſerabili ſpecie plures conſedit dies, donec eum quidam iubente Coſroe interfecit. Hæc viri merces poſt multa & præclara in regem beneficia. Sub idem *Seditio Conſtantinopoli mota.*
tempus apud Byzantium populi ſeditio improuiſa contigit, quę maximè prę-
ter opinionem fuit hoc modo. Populi in qualibet ciuitate iam dudum in Ve- *Venetorum & Praſinorum certamina.*
netos & Praſinos diuiſi erant (fullonia quidem nomina) quorum gratia inter ſpectatores & pecunias erogare, & corpora diris cruciatibus adfligere, denique ignominioſam oppetere mortem non dedignantur. Certant enim cum oppoſito, non animaduertentes cuius gratia periculum ſubeant: naſciturque illis erga proximos inimicitia quædam nulla de cauſa, quæ nec generi nec neceſſitudini vlli parcit: apud hos vincere fuerit, ſi qua impietate in deum vtantur, ſi & leges & res publicæ violentur. Cuius ſceleris participes quoque fœminæ ſunt, non ſolum ipſos ſequentes viros, ſed cum eis ſi oporteat in certamen deſcendentes, quamuis aliàs in theatrum non veniant. Super quibus nihil ego ſatis habeo dicere, niſi morbum hunc eſſe animi communem, qui omneis ciuitates ac populos inuaſit. Tunc autem magiſtratus qui erat Byzantij, horum quoſdam ſeditioſorum ad ſupplicium ducebat: reliqui verò ſimul conuenientes rapiunt, ac in carcerem ingreſſi eos qui pari ſeditione aut alia quauis turpi cauſa vincti erant, liberant, miniſtros ac ſatellites magiſtratuum ſequentes interficiũt. Ciues ſi qui boni relicti erant, in pro-
ximam continentẽ traijcientes confugiunt. Ignis tota vrbe haud aliter quàm *Conſtantinopolis incenſa.*
ab hoſtibus cernebatur, ex quo Sophiæ templum, & Balneũ, & auguſtæ domus veſtibulum vſq; ad domum Martis vocatam flagrarunt: præter hæc quoque porticus magnæ vſque ad forum Conſtantini appellatum, tum domus opesque maximę conſumptæ. Imperator vnà cum coniuge & quibuſdam ſenatoribus ſeſe in palatio includens quieuit. Signum hoc tribus inter ſe dedere, Vince, ex quo nomine ea ſeditio in hoc vſque tempus appellata eſt. Prętorij præfectus tunc Ioannes Cappadox erat: Tribunianus autem Pamphylius Imperatoris Paredrus, quem magiſtratum Romæi Quæſtorem, Latini Iuriſconſultum vocant. Horum alter Ioannes artium liberalium ac diſciplinæ *Ioannis præfecti*
omnis expers fuit: nihil enim è ſcholis niſi tantum litteras ab initio malas, & *prætorio clades.*
has male ſcribere didicit, naturæ tamen robore omnium quos ſcimus vehementiſſimus, ac noſſe opportuna idoneus, tum rebus dubijs viam reperire, cum his vitia miſcuit ingentia. Nam imprimis improbus ac natura maleficus, neque dei ratio, neque hominum reuerentiæ reſpectus vllus. Perdere inſuper hominum vitas vrbesque delere ei curæ fuit, ex quo breui tempore multas opes conſecutus eſt, quas vndecunque rapere ſimul & perdere natus erat. Voluptatibus inſuper deditus, ebrietati quoque ac ſaturitati vomiti-
bus occurrebat: & Ioannes quidem talis erat. Tribunianus verò contrà vir *Tribunianus*
moribus & diſciplina omnium artium nulli ſecundus. Iuſtum ſectabatur lu- *qualis fuerit.*
crum, ſingulis diebus leges aliquas aut antiquabat, aut condebat, vt ex vſu eſſe videbat. Donec igitur populus pro colorum nominibus inter ſe diſſidebat, nulla erat ratio eorum, qui in rempublicam peccabant. Poſtquam verò ſimul conſpirantes in ſeditionem ſe conuerterunt, apertè per totam ciuita-
tem in hos duos probra conijciebant, ac ſedulo ad necẽ quærebant. Quam- *Phocas P. P.*
obrem Imperator ſatisfacere cupiens, ambos de magiſtratu deiecit, ac Pho-
cam virum patricium præfectum prætorij conſtituit, prudentiſſimum virum *Baſilides Quæ-*
ac æqui ſeruantiſſimum. Baſilidem verò Quæſtorem fecit, manſuetudine ac *ſtor.*

æquitate inter patricios clarum: in hos igitur inuidia aut inſectatio nulla fuit. Die verò quinta tumultus ſub veſperam Inſtinianus Hypatio & Pompeio Anaſtaſij principis ſororis filijs domum celeriter ire iuſſit, ſiue res nouas in proprium corpus ab eis parari ſuſpicaretur, ſiue fatum eos duxerit. Hi de inuadendo imperio coniurati, ac quod euenit timentes, ne in regia à populo violarentur, dicebant ſe non ordine facere, ſi ſuum Imperatorem in tam graue periculum conijcerent. Hæc audiens Iuſtinianus, etiam magis ſuſpicans, eos ſtatim iuſſit diſcedere: qui domum tandem venientes, die ſequenti oriente ſole fama eſt vtrunque in palatio morari: populus itaque omnis adcurrens Hypatium Imperatorem conſalutat, in forumque ad rem ſuſcipiendum ducunt. Maria verò eius coniunx prudentiſſima ſimul & caſtiſſima virum prenſans vociferabatur, vlulatuque multo ipſum ab eo facinore retrahebat; ad mortem, non ad Imperium trahi dictitans. Tandem à turba compulſa deſtitit. Ipſum igitur in forum Conſtantini productum in regiam reuocauit: quumque ad manus diadema, quo Imperatores redimiri ſolent, non haberent; tunc quoddam aurum ſupra caput eius ponentes Romanorum Imperatorem declarant. Iamque ad conſilium ſenatoribus, quicunque in aula aderant, conuenientibus, plures pro illorum parte dictæ fuerunt ſententiæ. Origenes autem ex eis vnus ſurgens hæc ait: Res præſentes Romæi bello decerni non poſſunt. Bellum enim & regnum omnium inter homines maxima eſſe palam eſt. Res quidem maximæ non temporis breuitate, ſed probo rationis conſilio ac corporis labore gubernantur, quæ quidem hominibus non admodum repente ſuccurrunt. Si enim in bellum deſcendamus, in præcipiti ac momento noſtra ſalus erit, deque omnibus hic in tempore periclitabimur, fortunamque quomodocunque res eueniet vel adorabimus, vel omnino accuſabimus, quòd res veloces in fortunæ plerunque temeritate verſantur. Si autem ottorſius res præſentes adminiſtrabimus, Iuſtinianum quidem minimè capiemus, potius eorum ſententiam ſequentes, qui eum aufugere ſinent. Spretum enim imperium deficiente cottidie robore continuo fluit atque deficit. Habemus inſuper regias alias, quæ Placillianæ & Helenæ appellantur, vnde opus ei ſoluere, ſi bellum inferre, aut aliquid tractare decreuerit. Origenes hæc ait. alij quoque, quod turba facere conſueuit, contrà ocyus agendum expedire opinantur: nec minus Hypatius rem adcelerabat, ac in Hippodromum confeſtim contendere. quod nonnulli de induſtria dixiſſe ferunt, quòd in partes Iuſtiniani adſpiraret. Ex alia parte qui Iuſtinianum ſequebantur, in conſultatione & ipſi poſuere, vtrum manere vel fugere expediret. Theodora itaque Auguſta inter hos primum ſic ait: Fœminas inter viros non oportere audere, vel in rebus dubijs leuiter agere, nunc maxime tempus eſt. vbi enim res in periculum vertitur, nihil magis expedit, quàm in promptu optimum capere conſilium. Exiſtimo igitur fugam, ſi vnquam, nunc maximè, etſi ſalutem pariat, minimè nos decere; quando ſemel nato non mori quandoque minimè conceſſum. Illi autem, qui ſemel imperauerit, exilium nequaquam tolerabile. Poſſemne ego purpura ſemel adſumpta priuari, aut diem viuere vnum, in quo me Auguſtam adeuntes non ſalutauerint? Igitur optime Imperator, volenti nunc viuere proculdubio nullo negocio licet, pecuniæ nobis magna vis, mare opportunum, nauigia multa. Conſidera tamen, ne ſeruato tibi contingat vitæ iocunditatem cum mortis ad extremum acerbitate commutare. Mihi autem antiquum ſanè placet prouerbium, Quàm pulchrum eſt, in ſepulchri elogio Imperatorem adſcribi. Hæc Theodora dicente cæteris fiducia eſt orta, omneſque in concilio ad fortitudinem conuerſi, qua ſe via defendere poſſint, ac bellum mouenti reſiſtere, meditabantur.

Hypatius imp. per ſeditioſos factus.

Mariæ prudens conſilium.

Origenis ſententia.

Animoſæ mulieris Theodoræ Auguſtæ conſilium.

Milites nanq; omnes ac reliqui in aula Imperatoris ei minime clam adficiebantur, verum exitum rerum expectantes diſſimulabant. Spes nanq; omnis in Beliſario ac Mundo ducibus erat, quorum Beliſarius nuper è bello Perſico reuertens, quum præſentia omnia remedia * feſtinaſſet, tum doryphororum ac ſcutigerorum multitudinem in periculis exercitatam ac fidam prӕſto paratam ſecum habebat. Mundus verò Illyricorum dux factus fortuna quadam dominabatur, barbaros Erulos ducens, tunc quibuſdam neceſſarijs de cauſis Byzantium accerſitus forte veniebat. Hypatius igitur poſtquã ad Hippodromum venit, ſtatim aſcendens vbi Imperator conſiſtere conſueuit, ac equeſtre gymnicumq; ſolitus eſt ſpectare certamen, in eius throno conſedit. *forte tentaſſet*
Mundus autem per portã Cochleam ex rotunditate dictam egreſſus eſt. Beliſarius vero primum quidem aduerſus ipſum Hypatium & thronum auguſtum aſcendit. Vt autem in proximam habitationem venit, vbi militum cuſtodia antiquitùs eſt, clamat iubens illos confeſtim portam aperire, vt contra tyrãnum eat. Illi vero, quòd alteri nequaquam fauere, niſi victoria obueniſſet, decreuerunt ſilico reſiſtunt. Reuertens igitur Beliſarius, perijſſe iam res Imperatori renunciat, milites quoq; qui in palatij præſidio erant, ad res nouas excitatos. Iuſſus igitur ab eodem ad portam Aeream vocatam, ipſiusq; veſtibulum ire, cum maximo labore per cadauera & loca ſemicombuſta exiens ad Hippicum aſcendit, ac poſtquam ad Venetam conſtitit portam, quæ dextrorsùs imperatorio throno eſt, in Hypatium ipſum primũ ire conſtituit. Exiſtente autem hic parua porta, quæ clauſa à militibus cuſtodiebatur, timuit ne in loco anguſto populus congregatus ipſum cum ſequentib. interficiendo facile in Imperatorem incurrerent. Conſiderans igitur, quod aduerſus populũ eſſet eundum, qui in Hippodromo conſtiterunt multitudine quidem innumerabiles, & abſq; ordine ſeſe confundentes, ipſe cæteriq; eius iuſſu ſtrictis gladijs curſuq; & clamore multo in ipſos tendunt. Populus autem, qui & in turba, & in ordine militari conſiſtebant, poſtquam milites viderunt thoracatos eum enſibus ferientes, qui exiſtimatione multa & belli gloria pollebant, eueſtigio fugam clamore multo, vt par eſt, adripuerũt. Mundus autem iuxtà conſiſtens, ac volens rem iuuare (erat autem audax natura, ſimul & in agendo promptus) ſterit anceps, qua nam via vteretur. vbi Beliſarium in hoc certamine vidit, rectà in Hippodromum per ingreſſum, qui Mortuus dicitur, inuadit. Tunc verò vtrinq; Hypatij coniurati certatim cæduntur. Poſtquam verò clara iam conuerſio facta eſt, cędesq; multa populi ſubſecuta, Boraides & Iuſtus Iuſtiniani fratris filij nullo reſiſtere iam amplius audente, Hypatium è throno raptum ducentes Impetatori, ſimulq; Pompeium tradiderunt. In hoc die è populo amplius quàm X X X. milia deſiderata. Ambos igitur Iuſtinianus in arcta cuſtodia iuſſit adſeruari. Hic Pompeius quidem plorabat, ac digna miſericordia loquebatur. Erat enim vir in malis huiuſcemodi minime verſatus. Hypatius autem eum multis increpans, non oportere ait eos, qui non iuſte pereunt, flere: ſe autem à populo coactos rem ſuſcepiſſe, nec in Imperatoris Iuſtiniani iniuriam poſtremo in Hippodromum veniſſe. Poſtera verò die ambo à militibus cæſi, & in mare proiecti. Imperator autem eorum ac aliorum, qui eius conſilij factique participes fuere, opes omneis publicauit. Reliquos verò omneis, tum Hypatij ac Pompei liberos priſtinæ dignitati reſtituit, opibusq; (quod fortaſſe multi ex amicis non ſunt conſecuti) donauit. Hic ſeditionis Conſtantinopolitanæ finis. Tribunianus autem, & Ioannes ſic honoribus deiecti, vti ſupra memoraui, tempore poſt eiſdem reſtituti fuere. Sed Tribunianus multis poſt magiſtratum viuens annis ex morbo deceſſit, vir qui nihil à quoquam ingratum eſt paſſus, quum natura mitis & humanus eſſet, quibus moribus ſimul & doctrina ſingulari vnicum auaritiæ mor-

Beliſarius & Mundus opponũtur Hypatio.

Beliſarius ingentem in populo cædem edit.

Hypatius & Pompeius capti.

Rurſum de Tribuniano.

bum obſcurabat. Ioannes verò contrà omnibus grauis & difficilis, auaritia,
crudelitate, perfidiaq; infamis, eoq; inſaniæ proceſſerat, vt Theodoram Au-
guſtam fœminam ſapientiſſimam apud virum calumniaretur. at illa cum di-
uerſas eum perdendi occaſiones quæreret, hæc ei, quam mox dicam, ſuccur
Inſidiæ ſtruūtur Ioanni a feminis rit. Beliſarius ex Italia, vbi res geſſerat, vnà cum Antonina cōiuge reuocatus,
vt in Perſas iret, omnes Byzantij ſuæ repperit virtuti honoriq; fauentes, prę-
ter hunc Ioannem, non alia de cauſa, quàm quòd ipſe omnium in ſe maleuo-
lentiam, ille contrà beneuolentiam cōtraxit. quodq; in eo ſpes eſſet Romę-
Antonina Beliſarij coniux. orum, rurſus ad bellum mittitur Perſicum, relicta domi Antonina. Hæc fœ-
mina omnium vna ſagaciſſima, ac rebus dubijs viam ſubito repperire aptiſſi-
ma, quum Theodoræ Auguſtæ gratificari cuperet, hæc excogitauit. Erat filia
Ioanni Euphemia, pudicitia inſignis, ac admodum iuuenis, eaq; de cauſa val
de decipi apta; quam pater, quod vnica ei eſſet, magnopere diligebat. Hanc
Antonina blandiendo pluribus diebus ad amicitiam ſibi conciliare curauit.
arcanorum propterea participem facere non eſt dedignata, cum qua quan-
doq; in cubiculo ſola exiſtens de ſua fortuna parum ſecunda per ſimulatio-
nem queſta eſt, quod vir ſuus Beliſarius, quum Romani Imperij fines longe
atq; prius erāt, dilataſſet, duos prętere a reges cum tot diuitijs Byzantium in
triumphum duxerit, Iuſtinianum tamen ingratū repperiſſe, remq; publicam
vt iniuſtam valde deteſtata eſt. His querelis adſentiens Euphemia, ſimul & i-
pſa præſentis ſtatus conditionem ob ſæuitiam perſecutionemq; Theodoræ
Auguſtæ vituperauit. Huius, inquit, mali vos ô cariſſima, cauſa eſtis, qui viri-
bus, quas poſſidetis, vti non vultis. At illa excipiens; non ait filia poſſumus in
caſtris nouarum aliquid rerum aggredi, niſi aliqui nobis intus ſint auxilio.
Quòd ſi tuus pater vellet, facile quæcunq; deus iuberet, exequeremur. Hæc
audiens Euphemia, protinus ſe id efficere recepit. Nec mora, inde diſcedens
rem ad patrem detulit. Hic vero lætatus facile hanc eſſe viam ad imperium
exiſtimauit. quapropter ſtatim ſe rem facturum promiſit, ac filiæ iuſſit, vt die
poſtera daret operam, vt in colloquium cum Antonina & ipſe admitteretur,
fidemq; ſuam obliget. Antonina Ioannis voluntatem audiens, ac hominem
procul à veritatis cognitione deducere quærens, nunc ait nos ſimul congre
di tempus opportunum, quando nulla ſuſpicio rem prohibere ſit apta. Nam
ad virum in Orientem mox ſe ituram dicit, ac primum è Byzantio digredien
tem in ſuam villam, quam Rufinianas vocabant, prima die diuerſuram. Huc
itaq: Ioannem vt ſalutantem ac proſequentem venire oportere, ac ſermonē
de re tota conferre, tum fidem vltro citroq; recipere. Hæc itaque ab ea dicta
probe ſunt viſa Ioanni, ac certa huic negocio dies conſtituta. Interim Augu-
ſta omnē ſermonem ex Antonina percipiens eam collaudat, ſimulq; ad rem
proſequendam adhortatur: illa diſcedens, ad Rufinianas proficiſcitur. huc
Ioannes rem tranſacturus nocte venit. Theodora verò re prius Imperatori
patefacta, Narſem eunuchum & Marcellum præfectum vigilum palatij ad
Rufinianas cum multis militib. miſit, vt inquirentes de Ioannis geſtis, ſi eum
rebus ſtudere nouis compererint, ſtatim interficiant. hi vbi ad locum perue-
Ioannis conſilia cognoſcuntur. nerunt, poſt ſepem quandam latitantes nocte ſermonem omnem Ioannis
cum Antonina hauſerunt: vbi ille eſtreni lingua ea, quæ contra Iuſtinianum
decreuerat, adſeuerauit; ac iuramento grauiſſimo denuo firmauit. Narſes ve-
ro & Marcellus extemplo in ipſum tumultu, vt par eſt, facto irruentes à dory
phoris Ioannis proxime conſiſtentibus prohibiti ſunt: Marcellus etiam ab
vno ex eis, neſcio qui vir eſſet, ſauciatur. Ex quo Ioannes elapſus in ciuitatē
fugit. Quod ſi animo confidenti rectà ad Imperatorem veniſſet, profecto ni-
hil ab eo mali ſuſtinuiſſet: verum ad templa confugiens, Theodoræ poteſta-
tem dedit in ipſum inſidijs vtendi. Igitur de magiſtratu primum deiectus, in
exilium

xilium in Cyzici ſuburbanum, quod Artacem vocant, miſſus eſt: vbi preſbyteri tantùm habitum, non autem ſacrificandi animo ſumpſit, ne impedimento fieret ad repetendos forſitan honores, quorum ſpem non omnino abiecerat. Bona eius Conſtantinopoli publicata, quanquam bona pars ei Imperatoris benignitate dimiſſa eſt. Cum his itaque ac alijs quæ occultauerat ditiſſimus etiam remanſerat, eaque vixit nihilominus licentia, & his delicijs quibus prius. adeo procul ab omni cura fuit. quamobrem odium in ſe Romæorum adcumulauit, perſpecta hominis impudentia & in calamitate merita inconſiderantia. Verùm Deus eum grauiori pœnæ puto reſeruauerat, quod hoc modo contigit. Erat quidam apud Cyzicum epiſcopus Euſebius, omnibus, cum quibus verſaretur, non minus quàm Ioannes grauis. Hunc Cyziceni apud Imperatorem accuſantes, ad iudicium accerſiuerunt: verùm eo viribus ac potentia reſiſtente, nihil tunc egerunt. Conſpirantibus demum quibuſdam iuuenibus in foro interficitur. Erat autem Ioannes in diſſenſione cum Euſebio, ex quo illi inſidiæ imprimis proueniſſe putabantur. Mittuntur igitur è ſenatu Romæorum qui crimen cædis inquirant. hi Ioannem ante omnes in carcerem conijciunt, deinde hominem olim inter patritios potentiſſimum, & præfectum, & quandoq; conſulem nudum more latronis conſtituentes, autores cædis dicere coëgerunt. Deinde cunctis ei bonis direptis, breui tantùm eum ac lintea contectum veſte naui impoſuerunt. ſic itaq; circumductus per totum Aegypti iter, vſq; ad Antinoi vrbem, petere ab obuijs ſtipem cogebatur. Hic vero tris annos in cuſtodia ſeruatus eſt. Quodq; mirum, in tantis erumnis conſtitutus nunquam imperandi ſpem dimiſit, ſed & quoſdam Alexandtinos publicè aurum debentes palam etiam calumniabatur. Poſt decem itaque annos male adminiſtratæ reipublicæ à Ioanne pœna exacta. Nunc ad inſtitutum ſupra ſermonem reuertar. Beliſarius in Orientis expeditione dux rurſus conſtitutus, in Aphricam deinde miſſus, ea potitus eſt, ſicuti mihi poſtea dicetur. De qua victoria quum Coſrors acce piſſet, grauiter tulit, pœnitentia ductus, quòd pacem cum Romanis feciſſet, quum magnum ſibi exercitum adeſſe ſentiret. Miſſis tamen ad Iuſtinianum legatis congralatus eſt, ſimul partem ſpoliorum per iocum petens, quod hanc non fuiſſet adſecutus, niſi fœdera cum Perſis prius iniuiſſet. Iuſtinianus verò Coſroe donis pluribus munerato legatos paulo poſt remiſit. Interea apud ciuitatem Daras res contigit huiuſcemodi. Ioannes quidam in peditum numero hic erat. Is cum paucis admodum militibus de tyrannide conſpirans ciuitatem occupauit, atq; in palatio velut in arce reſidens quotidie tyrannidem exercebat: quòd niſi pax cum Perſis pauloante ſubſecuta fuiſſet, in magna Romæos ibidem mala conieciſſet. Quarta verò tyrannidis die milites reliqui, adhortantibus Manante ciuitatis præſule, ac Anaſtaſio ciue illic nobili, circa meridiem in palatium aſcenderunt, quilibet ſub veſte gladium paruũ ferens, ac prius in veſtibuli porta paucos offendẽtes milites interficiunt, deinde ad interiora penetrantes tyrannum ſuperauerunt. Quidam verò aiunt non milites primum hoc prohibuiſſe, ſed ipſis in veſtibulo rem morantibus, ſimulque periculum formidantibus, quendam inter ipſos conſtitutum exilijſſe cum enſe, ac Ioannem obuium ex improuiſo percuſſiſſe, ac vulnere minimè letitero accepto, tumultu exorto fugientem in milites incidiſſe, ita demum ab eis captum. Palatium eueſtigio cremauerunt. ne qua in futurum ſpes ſimilia excogitandi relinqueretur. Ipſum in carcerem vinctum duxerunt. Quidam verò ex illis potiore conſilio ductus, ne aliquis ex his, qui eum ſecuti fuère, viuum eſſe audiens, res rurſus nouas moliretur; ipſum protinus necauit, atq; hoc modo tumultus penitùs ſedatus.

Euſebius Cyzicenus epiſcopus interfectus.

Ioannis P.P. ſupplicium.

Ioannis ambitio

Ioannes quidam alius perduellis, ſtatim occiditur

PROCOPII DE BEELO PERSICO

LIBER II.

Coſroes occaſiones belli quærit.

BREVI poſt tempore, quàm hæc geſta ſunt, Coſroes audiens quòd Beliſarius Italiam reſtituere cœpiſſet, non vltra contineri potuit, quin cauſas excogitaret, qua ve ratione honeſta ſeu adumbrata ſaltem fœdera ſolueret: ſuper quibus cum Alamandaro collocutus, cauſam belli aliquam iuſſit eum commentari. Hic autem Aretam Iuſtiniani ducem expoſtulans, quod agri fines præteriret, Romæorum ipſe regionem inuadit, ad bellumq́ue hoſtem prouocat, dictitans quòd non ipſe fœdera violaret, quoniam ad hæc neutri illorum ſe inſcripſiſſent. eratq́ue ita profectò, nullus enim vnquam Saracenorum in conditionibus fuit veluti Perſarum & Romæorum nomini coniunctorum. Ipſa autem regio, de qua inter vtroſque contentio verſabatur, Strata vocabatur, Palmyræ ciuitatis ad aſtrum ſpectās arborem quidem nullam, nec bonorum aliquid in campis fert. maxime Solis ardoribus expoſita ac torrida eſt, quibuſdam tantùm ouium paſtionibus bona. Aretas igitur hanc omnino eſſe Romæorum poſſeſſionem contendebat, nominis primum coniectura, quòd diu ab omnibus ſic vocata ſit, (nam Stratam, viam Latini dicunt) teſtimonijs antiquorum vtens hominum. Alamandarus autem de nomine contendere minime iuſtum putabat, mercedes autem hic paſtionis eos, qui oues poſſiderent, antiquitùs ſolere dare dictitabat. Ideo Imperator Iuſtinianus Strategio viro patritio, & Gazæ imperatoriç præfecto, alioquin prudenti & optimo genere nato, ſummoq́ue duci in Paleſtina, de his cognoſcendis curam mandauit. Sumnius autem Iuliani illius frater erat, qui pauloante ad Aethiopas & Homeritas legatus eſt profectus. Ipſorum alter Sumnius non oportere Romæorum regionem negligere rogabat. Strategius autem Imperatori ſuadebat, ne ob breuem admodum agrum, ac infructuoſum omnino exiſtentem, Perſis ingruentibus belli cauſam gratificari vellet. Imperator itaque hæc in conſultatione poſuit, multumq́ue inter hæc temporis interceſſit. Coſroes à Iuſtiniano fœdera ſoluta palam dicebat, multis inſidijs in eius domum illum vſum fuiſſe, quibus in amicitiam Alamandarum ſibi conciliaret. Interim verò Sumnium ad eum ſpecie colloquij miſſum, vt magnæ pollicitatione pecuniæ ad Romæos transfugere perſuaderet, litteraſq́ue oſtendebat, quas ſuper his ad Alamandarum Iuſtinianus ſcripſit: præterea dicebat eum ad quoſdam Hunnos epiſtolam miſiſſe, ſuadentem illos * Romæorum fines inuadere, ac eorum locis damna plurima inferre: facileq́ue ipſos potituros docebat, quum primùm in conſpectu fuiſſent. Hæc igitur Coſroes Romanis expoſtulans iratus arma tentare decreuit. Hæc autem ſi vera fuerint, non habeo in præſens dicere. Inter hæc Vittiges Gotthorúm dux iam bello adſumpto legatos duos ad Coſroem miſit, ſuadentes contra Romæos bellum mouere, & hos non Gotthos quidem, vt non ſeſe inde oſtendentes iam facta confunderent: ſed Ligures ſacerdotes multa pecunia ad hoc factum inductos: quorum alter quidem ſicuti & dignior viſus, ſpeciemq́ue ac nomen epiſcopi præferens, nihil ſibi congruum in legatione conſtituit, alter verò eum tanquam miniſter ſequebatur. Per Thraciam verò iter facientes quendam inde in amicitiam ſibi conciliant Syræ Grçcæq́ue linguæ peritum ac interpretem futurum, clam omnibus Romæis in Perſidem veniunt inexplorato, quòd in fœdere

Strata ciuitas.

Legatorum diuerſæ ſententiæ.

Coſroes prætexit belli cauſas.

** rectius, Perſarum.*

Vittiges ad Coſroem legatos mittit.

fœdere conſiſtentes illi minimum cuſtodes adhiberent: vtque in Coſrois conſpectu fuerunt hæc dixerunt: Cæteros quidem omnes legatos, ô rex, plerunque de rebus calamitoſis ire contingit: nos autem Vittiges Gothorum ſimul & Italicorum rex miſit, vti ſermonem de his, quę ad tuum regnum faciunt, habeamus; eaque de cauſa tantùm hæc nos loqui exiſtima. Si quis enim te regnumque tuum à Iuſtiniano prodi dicat, rectè ſentiat: quòd is ea ſit natura, vt res nouas, quæ nihil ad eum pertinent, ſemper quærat, præſentibus verò ac pacatis minimè contentus vniuerſam terram poſſidere, tum ſingulorum imperium certatim inuadere cupiat. Quumque non videat Perſas ex ſe capere, neque item Perſis obſtantibus poſſe alios ſubiugare, te tantùm ambit, ſpecieque pacis capere contendit, reliquos deinde violaturus magnos exercitus ſub tua potentia conciliare. Vandilorum nanque regnum, & Mauruſios vbi euerterit, contra vos longè ſepoſitos venit. Nec profectò dubium, quòd ſi Gothos omneis de medio tollere poterit, vt noſtro ac eorum, qui iam in ſeruitutem redacti ſunt, auxilio contra Perſas bellum mouebit. Neque enim illi aut amicitiæ aut iuriſiurandi reſpectus ſeu pudor vllus. Nam donec tibi ſalutis ſpes aliqua ſupererit, nihil nos profectò lædere, neque tu propterea patieris. Sed vide ex noſtris malis paulo poſt quanta Perſis ſequentur incommoda. Cogita quàm Romæi tibi tuoque regno nunquam beneuolentes eſſent: ſi maioribus potirentur viribus, nihil profectò eſſet moræ quin ſuum in Perſas oſtenderent virus. Vtere igitur præſenti facultate, quam deſinentem nunquam recuperabis. opportunitatis enim momenta redire omnino neſciunt. præſtat enim præuenientem in tuto eſſe, quàm bene gerendæ rei occaſione amiſſa turpiter ab inimicis pati. Hæc vbi Coſroes audiuit, bene monuiſſe Vittigem putauit, velut calcari currenti addito magis ad agendum contra Iuſtinianum eſt incenſus, cuius odio deceptus, facile ea, quæ ex ipſius inimicis audiuit, vera eſſe credidit, quæ poſtea ad Armenios & Lazos etiam peruenere, vti mihi mox dicetur. Nam tales à Iuſtiniano cauſas deſciſcendi quærebant, quæ generoſo principi inter laudes maximas reputari poterant, quod videlicet imperium propagare ac clarius reddere cupiebat. Hæc eadem & Cyro Perſarum regi, & Alexandro Macedoni hoc modo etiam quis obiecerit: ſed iuſtitiam nequaquam odium ſectatur. His igitur de cauſis Coſroes fœdera ſoluere ſtatuit. Inter hæc autem & aliud huiuſmodi euenit. Simeones ille qui Romæis Pharangium tradidit, Iuſtiniano perſuaſit adhuc bello vigente, vt nonnullos Armeniorum vicos ei donaret, quorum dominus effectus, pauloport à colonis locorum per inſidias interficitur. cæde patrata autores ſtatim ad Perſas confugiunt. Iuſtinianus vbi hæc accepit, eueſtigio vicos hos Amazaſpi Simeonis fratris filio tradit, eumque præfectum Armeniæ conſtituit. Hunc igitur procendnte tempore quidam Acacius ex Iuſtiniani amicis inſimulauit Armenios prodere, ac Theodoſiam ciuitatem aliaque oppida Perſis tradere voluiſſe. quapropter eius mandato illum interfecit, ipſeque Armeniorum adminiſtrationi ſucceſſit, vir natura improbus, vti ex geſtis planè indicauit. Fuit nanque in ſubditos crudeliſſimus omnium, & pecuniæ rapaciſſimus vndecunque venientis, & tributum nunquam conſuetum quadringentena imperauit: quem quum Armenij diutius tolerare nequirent, vnà conſpirantes interfecerunt, & ad Pharangium protinus confugerunt, aduerſus quos Imperator è Byzantio Sittam miſit. Is igitur apud eos manſit ex illo, quò fœdera inter Perſas & Romæos fuere. primò quidem circa bellum ſegniter egit, ac palpatione blanditiaq; magis, quàm vi, homines eos lenire, ac paulatim ad priſtinum reducere officium tentauit, de Imperatore ſpondendo quemadmodum eis nouum tributum re-

Legatorum Vittigis ad Coſroem oratio.

Coſroes Vittigi obtemperat.

Simeones interficitur.

Sittas aduerſus Armenios mittitur.

mitteretur. Ac Iuſtinianus eius mollicie ac cunctatione turbatus, ipſum vehementer obiurgauit, Adolij Acacij filij calumnijs excitatus. Sittas verò ad prælium ſe interim præparabat: ac primùm quidem multorum pollicitatione bonorum plures eorum ſibi conciliare conatur, vt reliquos poſtea facilius comprimeret. Et iam Aſpetiani vocati, gens Perſidis maxima ac frequentiſſima, in quos iam incurrere Sittas parabat, ad eum miſère, poſtulantes vt per litteras fidem obliget, ſi relictis ſuis gentibus in hoſtium aciem transfugiant, vt omnium immunes malorum remaneant, ſuaq; ipſis hinc liceat tradùcere. Sittas verò illis in his quæ petiere morem geſſit, libello in fidem tradito ac ſubſcripto, ſpe ductus, quod illorum auxilio ſine vllo labore in bello potiretur: cum vniuerſo exercitu ad oppidum Oenochalacorum venit, vbi Armeniorum caſtra erant. Sorte autem quadam qui libellum ferebant, alia euntes via Aſpetianos conuenire non valuère. Pars autem Romanorum exercitus quibuſdam ipſorum occurrentes minimè quæ ferebant adſpicientes, vt hoſtibus ſunt vſi, ac ipſorum vxores & filios in ſpelunca Sittas comprendens interfecit, ſeu factum ignorans, ſeu certè Aſpetianis iratus, quòd non ſicuti promiſerunt ad ipſum transfugerunt. Illi autem priſtinam reſumentes iram, ita cum cæteris ſui generis in acie conſtiterunt. Quumque vtrique in locis iniquis & præruptis eſſent, non in vno tantùm loco, ſed in collibus & vallibus diſperſi palanteſque pugnabant. Contigit igitur ex Armenijs paucos, & ex altera parte Sittam cum non admodum etiam multis ſequentibus inter ſe propinquare: vbi tantùm vallis media, vtrinque verò equites erant. Sittas igitur cum paucis valle tranſmiſſa in hoſtes iuit, Armenij verò regredientes conſtiterunt, quos Sittas non vlterius eſt perſecutus. Quidam verò Erulus genere animo fretus Romæos inſecutus vſque in conſpectum Sittæ venit inſultabundus, admotiſque calcaribus in eum irruens, haſtam quam ille ex humo raptam contra eum tetenderat, rupit, quæ res eum vehementer afflixit: quidam verò ex Armenijs eum adſpiciens, agnouit quòd ſine caſſide eſſet, alijſque ſocijs monſtrauit. Sittas verò hoc audiens, haſta quam ſupradixi fractam, in terram demiſſa, enſem educens vallem tranſmittere non dubitauit. hoſtis certatim occurrit, ac ex eis vnus enſe ſummo eum verticę feriens ſinciput abſtulit, nequaquam ad oſſa plaga tranſuerſa penetrante, quin illum vlterius progreſſum Artabanes Ioannis filius

Sittas occiditur. à tergo irruens haſta interfecit. Hic Sittæ finis, haud impar eius virtuti ac geſtis contra hoſtes, vir prætereà & ore probo, & belli diſciplina ac gloria nulli temporum ſuorum ſecundus. Quidam verò dicunt eum non ab Artabane interfectum, ſed à Salomone viro valde obſcuro. Sitta igitur interfecto Bu-

Buzes Armenijs opponitur. zem Imperator contra Armenios ire iuſſit: qui vbi proximè ſtetit, ad ipſos nunciatũ miſit, vti velint ad ſe nonullos ex eis electos mittere cum quibus colloquatur, ſeſe operam daturum vt Imperatori concilientur. Aliqui tamen Buzi minimè credendum putauerunt, neque ſermones eius probare voluerunt. erat autem ei maximè amicus Ioannes quidam Ariſtiades Artabanis frater, qui Buzæ tunc veluti amico confidens, cum Baſſace ſocero ac alijs paucis ad eum venit: qui in oppido præſtolantes, hic Buzen poſtera die conuenturi erant. Baſſaces autem Ioannem eius ſocerum ad fugam magnopere eſt adhortatus, quam vbi minimè perſuadere potuit, ſolum hic relinquens cum alijs omnibus clam Romæis eadem via remigrans adequitauit. Buzes Ioannem ſolum inueniens, interfecit: & ex illo nullam ſpem ſucceſſus in Romæos Armenij habentes, neque Imperatorem in bello ſuperare volentes, ad Perſarum auxilia autore Baſſaco viro in rebus agendis ſolerti

Armeniorum pro auxilio ad Coſroem oratio. confugerunt, quorum primi regem Coſroem ita ſunt adlocuti: Sunt quidem noſtrorum multi Arſacidæ, ô rex, illo Arſace prognati, qui neque à Partho-

rum

rum regno alienus quando Perſarum Parthi ſubiecti fuere,rex quoque fuit nulli ſuorū temporum virtute ſecundus. Adſumus igitur vobis omnes ſerui & miniſtri facti,non quidem voluntarij,ſed coacti,vt quidem apparet,à Romanorum imperio;re autē verà à tua voluntate,ſiquidem ille qui iniuriam facere volentibus vires tribuerit in cauſa putandus. Suprà enim dictus,quemadmodum ex rebus geſtis noſſe poteſtis, Arſaces noſtrorū progenitorū rex vltimus proprio ſe ſpontè abdicauit imperio ſub Theodoſio Imperatore,vt ſui generis homines quū cęteris in rebus liberi degerent,tum vt ab omni vectigali immunes in perpetuum eſſent. Et hæc quidē incolumia ſeruauimus, vſquequo hęc fœdera iniuiſtis,quę potius ſi quis peſtē dixerit,non iudicaue rim errare. Nam ex illo hic tuus Imperator nulla neq; amicorū neq; inimicorum ratione habita,humana omnia miſcuit,tibi quidem verbis amicus,re autem inimicus, quemadmodū & ipſe breui tempore puto intelleges: nam omnibus in Occidente perdomitis,nulla erit mora quin reliqua omnia euertat. Quid enim quæſo intentatum reliquit, aut quid pacatum? nónne nos nouo tributo minimeq; conſueto grauauit? Zanosq; noſtros amicos liberę conditionis in ſeruitutem reduxit? miſerorum Lazorum regi Romanum magiſtratum intulit? res profectò nec naturæ cōgruens,nec dictu facilis. Inſuper nón ne in Boſphoranos Hunnorum ſubditos expeditiones cum ducibus miſit, ipſamque vrbem nihil ad ſe pertinentem ſibi acquiſiuit? quin & ſocietatem auſus facere cum Aethiopum principibus, quos Romani ne quidem vnquā audierunt. Sed & Homeritas,& mare rubrum præteruectus etiam Phœniciam Romano adiecit imperio. Non dicam de Aphrorum atque Italorum vexationibus. Terra enim vniuerſa eum non capiat. Nam parum eſt & omnibus dominari hominibus. ſi quod eſt latebrarum vltra ætherem vtraq; oceanum veſtigat,alium ſibi orbem parare cupiens. Quid igitur rex cunctaris? quid pacem vitioſam obſeruas, vt videlicet te vltimæ poſt alios omneis voracitati reſeruet? Siquidem diſcere cupis qualiſnam Iuſtinianus in obtemperantes ei exiſtat, propè nos exemplum inſpicere poteris, ac miſerorum Lazorum. Si autem Vandilos, Gothos, & Mauruſios meditere inſontes, ac nullam vſquequaque ei inferentes iniuriam,quo nam modo habuit, non adhuc omnia in ſumma dicta fuerint. Nónne Alamandarum,ô bone rex,ſeruum tuum durante fœdere quandoq; tentauit, vt à tuo deficeret regno? quin Hunnos ſibi omnino ignotos nuper ſibi conciliare, vt rebus planè tuis inſidiaretur, in animo habuit, quo facto nullum vllo vnquam tempore fuit audacius. Poſt igitur occidentalium euerſionem iam in orientales contra vos ſe conuertere cœpit,quòd ſolum illius victoriæ veſtra potentia reſtat. Pax igitur illi, non tibi ſoluta;& fœderibus ſine fine ab initio conſtitutis, ipſe primus finem impoſuit. Soluunt enim pacem non qui bellum primi mouent, ſed qui per inſidias fœderum tempore arma capiunt. Nam illi qui tantùm cauſa eſt belli, retrectare licet,æquumq; ab iniuria diſcedere:quod minimè facienti, vbi ad manus ventum eſt, quis dubitat vt non diſcordiæ cauſam præbentes,ſed ipſos propulſantes potius vincere conſueuerunt. Nec paribus inter nos certamen viribus erit. Nam Romæorum bona pars militum in Occidentis agit partibus,quorū duo præcipui duces, ex his alterum Sittam interfecimus,Beliſarium verò non amplius Iuſtinianus videbit, vt veriſimile: quem ille contemnens, Italorum nunc potentia fruitur. Ex quo tibi cōtra hoſtes eunti nemo occurret. Habebis inſuper nos & beneuolentia,vt par eſt,& multa locorū peritia in exercitu ſuffragātes. Hæc Coſroes vbi accepit, quicquid in Perſide integri erat ac fidelium conuocauit, eosq; quæcunq; Vitiges ſcripſit,quidue Armenij narrauerunt docuit,idq; ante omnia in conſultatione poſuit, vbi plurimæ dictæ ſunt vtrinque ſententiæ. *Bellum contra Romanos decernitur.*

Tandem eis ineunte Vere bellum contra Romæos ſumendum viſum. Erat enim autumnus, annus verò Iuſtiniani imperij tertius ac decimus. Nec vnquam Romæi exiſtimare potuerunt, fœdera aperanta primùm à Perſis violatum iri, quamuis Coſroem audiuerint, ex his quæ in Occidente proſperè ipſis euenerant, magnopere turbatum, cauſaſque iam dudum quærere tales, quas pauloante memoraui. Inſuper cometes eo tempore diebus pluribus apparuit, prima quidem parte viri magnitudine in occidentem verſa, poſteriore autem longe maior in Orientem ſpectans, ſolem in capricorno exiſtentem ipſe in ſagittario ſequebatur, Xiphiam vocant, quòd longe in acutum tendat, nonnulli Pogoniam. De quo ſapientes alij alia opinantur diuerſa mortalibus portendere. Nos autem ea, quæ contingerunt, ſcribere conabimur: quilibet ſuopte ingenio rem poſtea iudicaturus. Ingens igitur tunc Hunnorum exercitus Hiſtrum tranſmittentes in omnem Europam inuaſerunt, nec vlla natio to t in hac parte maleficia damnaq; intulit. à ſinu enim Ionico hi barbari omnia vſq; Byzantij ſuburbana populati ſunt, arcesq; duas munitiſſimas in Illyrico, ciuitatemq; Caſandream vi euerterunt, quã antiqui Potideam vocabant, multaq; gaza ſimul cum centum & viginti millibus hominum captis domum reuerterunt, nullo penitùs eis reſiſtente. Poſteris autem temporibus ſæpius reuerſi intoleranda Romanis mala intulerunt. Nam in Cherſonneſi expugnatione oppidanos deceperunt, ex parte maris Melanes vocatur, muros aſcendentes de improuiſo eos oppreſſerunt, quorũ partim capti, partim interfecti ſunt. Nonnulli anguſtias maris inter Abydum & Seſtum tranſeuntes in Aſiæ loca excurrentes Cherſonneſum reuerterunt. Inde deniq; rurſus domũ cum toto exercitu ſe receperunt. In alia item irruptione Illyricum repetentes Thermopolim obſedere, oppidanis ſe acriter defendentibus. veſtigabant qua nam via facilius aſcendere poſſent, præter ſpem vnam reppererunt, quæ ad montem his ſuperuenientem ducit. Sic omneis ferè Græcos, præterquam Peloponneſiacos, infeſtantes tertiò domũ remigrarunt. Perſæ igitur haud multo poſt fœdera violantes in Romæos ea geſſerunt, quæ nunc dicam. Beliſarius Gothorum atque Italorum regem Vittigem captiuum Byzantium eo tempore duxit. quando enim Iuſtinianus Coſroem audiuit bellum mouiſſe, prius monitione quadam eum ab incepto deducere conatus eſt. fortè q; ea tempeſtate Anaſtaſius quidam Byzantium venit, Daræ ciuitatis tyrannidem relinquens, vir alioquin prudens. Hunc Imperator ad Coſroem cum litteris huiuſcemodi mittit. Prudentium eſt hominum, & eorum, qui religionem ac Deum ritè colunt, pullulantis belli cauſas præſertim cum amiciſſimis protinus incidere. Contrà verò imprudentium ac Deum ſibi maximè iratum reddere quærentium, tumultus occaſionem excitare. Pacem enim ſoluentibus arma ſumere nulla eſt mora, quando ſtudia peruerſiſſima vel infimo generi hominum facilia factu rerum natura vult: bellum verò ſemel ingreſſo ad pacem rurſus inclinare homini nequaquam facile exiſtimo. Quamuis enim tu ſcripta inter nos minimè quomodo oporteat cauſaris, & ea quidem tuo modo interpretari tibi fas eſſe putas, non vt nos deliberati ſcripſimus, ſed vt ea quæ iam facere decreueras, tibi ad excuſationem peruerſæ voluntatis vmbram quandam præberent: iam nos quæ palam vidimus queri poſſumus, Alamandarum tuum fines incurrentem noſtros, manente fœdere vniuerſos populatum fuiſſe, resque geſſiſſe nefandas, oppida cepiſſe, opes rapuiſſe, cædes maximas patraſſe, pro quibus non te nos tam accuſare, quàm te ſuper his excuſare fas eſſet. Qui enim huiuſcemodi quærunt alios lædendi occaſiones, ſeſe factis quàm mente manifeſtius oſtendunt. Sed his quanquam hoc modo ſe habentibus, nos pacem omnino ſectari decreuimus, te autem contra Romanos

Cometes xiphias

Hunnorum graſſatio.

Iuſtiniani ad Coſroem literæ.

nos audiuimus cauſas nullatenus ad nos pertinentes iure fingere. Nam qui præſentia ſubornare in animo habent, in amicos vehementer cauſas excitant. quibus enim amicitiæ ius minimè placet, non exiſtentes & commentari occaſiones conantur. Sed hæc ne vilibus quidem hominibus, nedum regibus conuenire profectò videantur. Tu verò his aliquantulum dimiſſis, conſidera quæſo numerum in bello vtrinq; deſideratorum, partemq; illam meritò damnari videbis, quæ tantæ cædis cauſa fuit. Præterea iuſiurandum reputa tuum, pecuniam demum quam recepiſti; quæ omnia deſpiciens, non artibus aliquibus quàm ſophiſmatis & cauillis fas iusque interuertere cupis. Non enim deus, quem offendis, decipi idoneus. Hæc vbi Coſroes legit, neque ſtatim reſpondit, neque Anaſtaſium remiſit, ſed ibidem remanere coëgit. Poſt hæc autem hyems deſijt, ac tertius & decimus Iuſtiniani imperij annus erat. Coſroes Vere appetente in Romæorum terras cum magno exercitu ingreditur, ac pacem aperanton, id eſt, quæ ſine termino fuerat manifeſto ſoluit. Iterque fecit non per Meſopotamiam, ſed Euphratem dextrorſus habens. Eſt enim in altera fluminis ripa Romæorum oppidum munitum, quod Circeſion vocatur, præruptum ex magna parte, quòd Aborras fluuius ingens, hic oſtia emittens, Euphrati miſcetur, angulum iuxta oppidum facit, ac murus extra caſtellum longus, regionem vtriuſque fluminis mediam complectens, triangularem efficit loci formam. Quapropter eum ſic natura munitum Coſroes neq; tentare, neq; Euphratem tranſire nullo modo decreuit; ſed in Cilices & Syros ire nihil cunctatus, ante exercitum trium iter dierum expedito adequitauit, iuxtaque Euphratis ripam ciuitatem Zenobiæ contigit, quam illa reſtituens de ſuo nomine vocauit. Hæc Odonathi regis vxor fuit in ea regione Saracenorum, qui in fœdere Romanorum iam dudum erãt. Is autem Odonathus rempubl. Romanis à Perſis in Oriente occupatam ſeruauit. Sed hæc ſuperioribus geſta temporibus. Coſroes autem proximè ad Zenobiam adcedens vbi oppidum eſſe non admodum clarum didicit, ac regionem eam inhabitatam & omnibus deſtitutam bonis intellexit, timens ne hic moram nullo vſui trahendo rebus ei magnis eſſet impedimento, oppido prius ex conditione fruſtra tentato, vlterius celeriter tantundem rurſus adequitans ad Surenorum ciuitatem prope Euphratem ſitam conſtituit, vbi equus, in quo inſidebat, terram pede percutere cœpit, quòd Magi oppidum id in poteſtatem eius venturum coniecerunt, ex quo ſtatim ille exercitu propius admoto mœnia oppugnare cœpit. Erat autem hic Arſaces quidam nomine, Armenius genere: dux, qui milites ad propugnacula ſuperiora ducens, inde pugnando fortiſſimè ac plures interficiendo hoſtes ſagitta percuſſus cecidit. Perſæ quòd ſerum tunc eſſet diei, vt poſtera luce rurſus pugnaturi ad exercitum ſe receperunt. Romęi autem non ignorantes extinctũ eis eſſe ducem, ſupplices Coſrois eſſe decreuerunt: poſtera die ciuitatis epiſcopum pacem rogatum, & ſeſe excuſatum mittunt. Is quoſdam ducens miniſtros aues ferentes, vinumque ac probos panes, ad Coſroem venit, ac humi procumbens flere cœpit ac orare, iam miſeris parceret ſimul & ciuitati, quæ Romæis quidem ſine honore eſſet, Perſis vero in nulla ratione prius habita, nec in futurum habenda. Surenos precium redemptionis libenter pro ſe proque oppido, quod inhabitarent, daturos pollicetur. Coſroes autem qùum male in Surenos animatus eſſet, quòd primi omnium Romæorum, in quos incidiſſet: vrbe eum non excepiſſent, quin arma corripere auſi multam Perſarum fortiſſimorum cædem feciſſent, iram tamen ad tempus diſſimulauit, vt in Surenos poſtea commodius animaduertendo cæteris timorem incuteret. fama quaque verſus eius formidinis peruagata facilius reliquos ſponte ceſſuros ſperabat. quam-

Circeſij munitio.

Odonathus rex Palmyrenorum.

Zenobiam fruſtra Coſroes tentat.

Sureni ſe Coſroi dedunt.

Frans Coſrois. obrem multa placabilitatis ſpecie donis receptis, ſpem tribuit, communicato cum ſuis Perſis conſilio eis omnino ſatis facturum. Interim epiſcopum remiſit, cum eoque Perſas aliquot viros prudentes comites, & quaſi promiſſionis teſtes ire iuſſit, quibus clam præcepit, vt cum ipſo vſque ad mœnia procedentes, eos planè hortando & laudando omnem metum adimerent: vbi verò cuſtodes eos recepturi, parnam portam aperirent, lapidem aliquem aut lignum in medio telluris, & portæ proijcientes claudi non ſinerent, ſed conantibus ipſi aliquandiu ſint impedimento, ſermonem de induſtria protrahendo, paulo enim pòſt exercitum eſſe ſubſecuturum. Hæc Coſroes poſtquam euntibus mandauit, exercitum præparat, curſuque dato ſigno ad ciuitatem contendere iuſſit: vbi verò prope mœnia fuere, epi- *Surenorum exitium.* ſcopum humaniter ſalutantes extra expectant. Sureni autem epiſcopum videntes multa hilaritate, relictis belli curis, obuiam ſecuri procedunt, totamque pandentes portam, eum cum ſequentibus in vrbem multo honore, plauſu, laudibuſque excipiunt. Poſtquam verò omnes intra fuere, cuſtodes portam claudere nituntur: at Perſæ lapidem paratum in medio proijciunt, cuſtodes multò magis innitentes nullo modo potuere, reſerare autem turſus non ſunt auſi, quod ab hoſtibus teneri animaduerterēt. Nonnulli non lapidem, ſed lignum Perſas inieciſſe portæ adfirmant. Sureni interim nondum ferè rem ſenſerant, quando Coſroes cum toto exercitu adfuit, ac portam barbari vi aperientes in vrbem irrumpunt, omnemque diripiunt atque incendunt, homines partim cædentes, partim captiuos ducentes. Deinde Anaſtaſium legatum ad Iuſtinianum remiſit nunciatam, vbi nam Coſroem locorum reliquiſſet. Poſt hæc ſiue aliqua humanitate, ſiue auaricia fretus, ſeu etiam amore permotus fœminæ cuiuſdam forma præſtanti nomine Euphemiæ, quam ex omni præda matrimonio ſibi iunxit, cupiens etiam aliquam ex captiuis vtilitatem, ad Sergiopolim eos miſit Romæis ſubditam, quæ à Sergio viro ſancto nomen accepit, cxxvj. ſtadijs à capta ciuitate verſus Auſtrum diſtantem, ſitamque in campo Barbarico appellato. Hic Can- *Captiui epiſcopo venditi.* didus erat epiſcopus, cui Coſroes captiuorum xij. millia, ſi vellet, ſe ducentis tantùm aureis commutaturum eſt pollicitus: quumque ſe ille pecuniam habere negaret, Coſroes fide ſe obtulit venditurum. At Candidus ſequente anno ſe aurum daturum, & chirographo & iureiurando adfirmauit, pœna dupli non reddenti conſtituta, inſuper ſacerdotio vt indignum priuari. Igitur redempti Sureni paulopoſt ex magna parte ob doloris acerbitatem & labores continuos interierunt. His geſtis Coſroes vlterius procedens duxit exercitum. Imperator autem Iuſtinianus paulo antequam hæc geſta ſunt, res Orientis in duos diduxit duces. Citra fluuium Euphratem omnia Beliſario tradidit regenda. Inde verò vſque ad Perſarum fines Buzæ commiſit, quem vnum vſque ad aduentum ex Italia Beliſarij omnia iuſſit adminiſtrare. Quamobrem Buzes vniuerſum habens exercitum ab in- *Buzæ ad ſuos oratio.* itio apud Hierapolim ſubſtitit. Vbi verò audiuit, quæ Surenis acciderant, conuocatis Hierapolitanorum primatibus hæc ait: Eos profectò, qui equis cum hoſte viribus concurrunt, apertè ac ſtatim ad manus venire abſurdum non fuerit: at qui longe inferiores exiſtunt, ſtratagematis artibuſque reliquis vtilius inimicos circumuenire, quàm in aciem manifeſtam eundo clarum adire periculum. Exercitus enim Coſrois quàm creuerit, videtis. ſi enim nos obſidione oppugnati cuncti velimus ex mœnibus certando reſiſtere, neceſſe eſt vt neceſſarijs deſtituamur. Perſæ verò per campos noſtros nullo repugnante diſcurrent. Hac autem obſidione durante, mœnia hæc quantacunque, quamuis inexpugnabilia, non exiſtimo hoſtium viribus poſſe reſiſtere. At ſi pars noſtri tantùm exercitus muros

tueatur,

tueatur, reliqui vicinos vrbis montes occupent, ac inde quandoq; in caſtra hoſtium, quandoq; verò ad inquirenda neceſſaria excurrant, cogent profectò Coſroem e veſtigio relicta obſidione diſcedere, quum neq; commodè aut liberè in mœnia irruptiones facere, neq; tantæ multitudini neceſſaria ſuppeditari queant. Hæc à Buze dicta ex re atq; vſu eſſe omnibus viſa ſunt. Nihil tamen ex his geſtum, propterea quòd Buzes probatiores de exercitu delectos ſecum abiens duxit. Vbi autem terrarum fuerit, nullus ex his qui Hierapoli remanſere, vnquam ſcire potuit. Iuſtinianus autem audiens Perſarum irruptionem, Germanum mittit fratris filium cum magna celeritate, ac trecentis eum ſequentibus, reliquum ingentem exercitum citò ſubſequuturum promittens. Is quum Antiocheam veniſſet, mœnia ſtatim obiuit, ipſaq; ex magna parte inexpugnabilia repperit. Hęc Orontes abluens in plano hoſtibus inacceſſa reddebat, & quæ in accliui ac arduo ſita erant, ab oppidi præruptis obſeſſa minimè ab hoſtibus inuadi poterant. In ſummo autem Orocaſiam ab accolis vocatum inexpugnabilem, optimum ipſi propugnaculum obſiſtere putabant. Petra hic eſt latitudine quidem mediocri, altitudine paulo minus quàm mœnia. Iuſſit igitur aut petram hanc cōcidentes, profundam circa muros foſſam facerēt, ne quis inde aſcendens in mœnia conſcendere valeat; vel turrim aliquam magnam ædificantes, quæ muros attingat. Sed fabrorum præfectis neutrum horum faciendum eſt viſum, quòd breui tempore perfici nequirent, incumbente præſertim hoſtium irruptione. Incipientes verò opus, nec perficientes, nihil aliud eſt quàm hoſtibus oſtendere, quá nam potiſſimè mœnia ſint expugnanda. Germanus autem huius ignarus conſilij, ab initio quidē exercitum è Byzantio expectans ſpei aliquantulum habuit. Poſtquam verò longo procedente tempore nullus adueniebat, ſpesq; veniendi non erat, in metum incidit, ne Coſroes audiens Imperatoris fratris filium adeſſe, hoc alijs omnibus negocijs pręuerteret, ac toto ſtatim exercitu contra Antiocheam veniret. Hoc ſentientes Antiocheni, de concilij ſententia ad euitandum periculum, ſtatuunt Magnum Berrhœę epiſcopum loci indigenam virum prudētem ad Coſroem mittere, periculū deprecatum. Is igitur diſcedens, inuenit Perſarum exercitum haud longe ab Hierapoli eſſe: vbi in conſpectum Coſrois venit, multis eum rogat, vt miſeros reſpiciat, qui neq; in ipſum peccauerunt, neq; contra Perſas venire ſunt apti. Decet, ait, regem hominē omnium maximè humilibus nequaquam reſiſtere, volentibus nullo modo inuadere ac violare. Nam rem hanc improuiſam & à Deo pręparatam minimè regiam dici oportet, quum Romæorū Imperatori nullum detur ad deliberandum tempus, vt vel de pace inter ſe conueniant, vel bellum de condicto, vti fas eſt, gerant. Hæc vbi Coſroes audijt, animum indomitum nequaquā temperare valuit, quin inſolenter reſponderet. Faſſus igitur Syros ac Cilicas delere omneis, Magnum ſequi iuſſit exercitum, Hierapolim ducens: vbi poſtquā venit, exercitum collocauit. poſtquā vidit mœnia iam tuta ac munita, & militum præſidium firmū adeſſe, Hierapolitanis pecuniam imperauit, Paulum interpretē mittens. Is enim in regione Romæorū nutritus erat, ac ſcriba apud Antiochenos erat. dicebatur & genere, ab initio Romęus eſſe. Illi autē circa mœnia ædificantes ſpatij multū vſq; ad Orontem, qui in hac parte eminet, complectebantur; deinde terram illæſam ac minimè depopulatam habere volentes, pondo argenti duo millia ſe daturos promiſerunt. Tunc Magnus pro omnibus Orientalibus Coſroi ſupplicans non prius reuertit, quàm ei Coſroes promiſerit, vt mille pondo auri acceptis vniuerſam in Oriente Romæorum ditionem à metu liberaret. Sic ea die Magnus inde ſolutus, Antiocheam verſus, & Coſroes Berrhœam iuere, quæ ciuitas inter Hierapolim & Antiocheam ſita, vnius iter diei expe-

Germanus contra Perſas mittitur.

Antiochea ad Orontem fluuiū

Antiochenorum ad Coſroem legatio.

Inſolentia Coſrois.

Magnus epiſcopus pacem impetrat.

dito ab vtriſq; diſtans. Magnus igitur, vt qui cũ paucis velocius proficiſcebatur, Perſarum autem exercitus medietatem itineris illius tantùm peragebat, quarta poſt die ille Antiocheam, hi in Berrhœę ſuburbanum venerunt, ac pecuniam Coſroes à Berrhœis per Paulum eò miſſum exegit, non ſolùm quantam à Hierapolitanis accepit, ſed huius duplam. Illi autem, quòd mœnibus valde expugnabilibus minimè confiderent, ſtatim ſe daturos receperunt, moxq; duo milia tantum argenti pondo dederunt, reliqua non facile poſſe ſe dixerunt. Coſroe autem rem vrgente, illi timentes nocte ſequente omnes ſimul cum militibus in munitionem, quæ vicina eſt, confugerunt, cuſtodiasq; adhibuerunt. Die ſequenti quidã à Coſroe in ciuitatem miſſi vt pecuniam acciperent, mœnibus propinquãtes clauſas offenderunt portas, nullumq; prope cuſtodem aut defenſorem: quod vbi rex accepit, per ſcalas muris adpoſitas, aſcendendo ingreſſum tentare iubet: quo facto ac nullo reſiſtente intra mœnia penetrantes, portas ipſimet aperiunt, ac intus exercitum ſimul cum rege recipiunt. Coſroes igitur iratus paulo minus quin vrbem omnem incenderit, arcem inde expugnare cœpit. Hic milites Romæi acriter reſiſtentes, quoſdam ex hoſtibus occidunt. Magna hic Coſroi de obſeſſis felicitas obuenit, qui quidem in hanc arcem non expediti, ſed nimio timore contra militiæ diſciplinam cum equis cæteriſque omnibus animalibus confugerunt, in qua vnus tantùm fons exiſtebat, facile à tanta multitudine conſumptus, cauſa fuit vt deditionem poſtea facerent. Res igitur Berthœorum hoc modo ſe habuere. Magnus interim Antiocheam perueniens, ea quæ circa Coſroem contigerunt nunciauit, vtq; communi periculo pecunia & ipſi vellent occurrere ſuaſit. Interim à Iuſtiniano legati Ioannes, Rufinus, & Iulianus Antiocheam venerunt, quorum Iulianus ſecretorum ſcriba erat, quod munus à ſecretis Latini vocant. Is tantùm inter eos dandam eſſe hoſtibus pecuniam negauit, ac Imperatoris ciuitates hoc modo emendas. Inſuper Euphemius Antiocheæ præſul eundem præſulem inſimulabat veluti Coſroi tradere ciuitatem in animo habentem. Quapropter Magnus re infecta migrauit. Euphemius verò ipſe ad extremum Perſarum impetum metuens, in Cilices migrauit: quò paulo poſt & Germanus venit, paucos admodum ſecum ducens, pluribus dimiſſis. Vbi ergo caſum, qui de fonte accidit, accepit; lachrymans ad Coſroem rurſus venit, pronusque iacens orat nihil de rebus ac bonis Berrhœorum, ſed tantùm corpora ſeruari. Rex miſericordia motus precibus viri facile conceſſit. quamobrem iureiurando promiſit omnes, qui in arce eſſent, ſaluos fore. Berrhœi itaque è tanto diſcrimine incolumes arcem reliquerunt, ac abeuntes quò quiſque voluit habitauerunt, milites verò pauci conſequuti, reliqui voluntarij ad Coſroem transfugerunt, indignati, quod multi temporis ſtipendium eis publicè deberetur, ac poſtremò cum ipſo in Perſas migrauere. Poſt hęc quum Magnus Coſroi nunciaſſet, nullo modo Antiochenos ad exoluendam pecuniam induci potuiſſe, ille cum exercitu aduerſus eos tendit. Antiocheni verò quidam cum omni ſubſtantia inde quò quiſque voluit, aufugerunt. Idem ferè & reliqui erant facturi, niſi fortè interim duces militum Theoctiſtus & Malazes, qui apud Libanum erant, auxilio cum ſex milibus venientes eos omnino prohibuiſſent: vbi non multo poſt & Perſarũ exercitus veniens apud Orontem fluuium caſtrametatus eſt. Milites autem cum Theoctiſto & Malaze ſtatim in equos inſilientes, qui apud manus erant, ad portas adequitant, Buzen diuulgantes cum exercitu iam auxilio venire, ac receptum celeriter in ciuitatem, vnà cum ipſis hoſtibus reſiſtere velle. Hic itaq; Antiochenorum multi vtriuſque ſexus cum filijs ad portas contendunt, vbi ab equorum multitudine vt in loco anguſto, proiecti ceciderunt: milites verò nullis ex improuiſo

Berrhoea capitur.

Perſæ Antiocheam veniunt, & ingrediuntur

improuiſo parcentes, ſupra iacentium corpora adequitabant, ex quo ſtrages plurima facta. Sed & ad portas ipſas Perſæ nullo reſiſtente ſcalas adponentes, murum nullo labore aſcenderunt, ac in turribus celeriter euadentes, aliquandiu deſcendere in Vrbem nullatenus voluere: ſed addubitantibus ac verentibus ſimiles, oculis ac animo loca iniqua perluſtrare, ac inſidias hoſtiles ſuſpicari videbantur. Nam ea quæ extra mœnia ſunt à promontorio ſtatim deſcendenti, inhabitabilis ex magna parte regio eſt, petræ altiſſimæ hic eminent, ac loca prærupta. Quidam ferunt Coſrois iuſſu cunctationem hanc Perſas feciſſe. Poſtquam enim loci difficultatem nouit, ac milites fugientes vidit, timuit ne qua neceſſitate inducti, retrò rurſus cõuerſi negocium eis faceſſerent, impedimentoq; eſſent, ſi ita contingeret, quo minus ciuitatem caperent antiquam ac omnibus potiorem, quas Romani in Oriente poſſiderent. Nam & diuitijs, & hominum multitudine, & felicitate reliqua præſtabat. Pro qua conſequenda Coſroes cætera contemnens, Romæis militibus quocunq; vellent fugiendi poteſtatem fecit: quapropter manibus ſignificantibus Perſis vti velociter fugerent, illi vnà omnes cum ducibus abierũt per portam, quæ in Daphnem Antiochcæ ſuburbanum ducit, à qua tantùm Perſæ cæteris captis abſtinuerunt. Ex populo pauci admodũ milites ſequuti ſunt. Vbi verò eos Perſæ non vlterius procedere viderũt, è monte deſcendentes in medio ciuitatis apparuere. Hic itaq; Antiochenorum plures iuuenes, ad manus venientes, primũ in pugna ſuperiores eſſe videbantur. Erant enim quidam illorũ armati plurimi verò inermes, ac tantum lapidum ictibus hoſtes pellentes pæana canebant, & Iuſtinianum Imperatorem Callicinum (nam hoc ei cognomen in bello erat) tanquam ſi viciſſent clamabant. Inter hæc Coſroes in turri ſecundum Acranen conſidens iuſſit ad ſe legatos venire, cum quibus aliqua tractaret. Quidam verò ex eorũ magiſtratibus Zaberganes putans de concordia velle cum legatis in ſermonem venire, in conſpectum regis protinus cum hac oratione acceſſit; Non mihi videris domine ea quæ ad horũ ſalutem pertinent cognoſcere. Hi enim ante pericula tuum ſpernunt imperium, victi quoq; ardua tentant, & Perſas grauiter adfligunt, tanquam de tua pietate diffiſi. Tu autem eorum, qui ſeruari minime petunt miſereri cogitas, tum parcere minimè volentibus parcere contendis. Nam turmatim in inſidijs poſiti, quanquam victi & militibus deſtituti victores paſſim cædunt. Hæc Coſroes audiens, quoſdam è ſuis primoribus ad eos miſit, qui breuiter redeuntes, nihil mali eueniſſe renunciauerunt. Iam enim oppidanos reſiſtentes, Perſæ multitudine euerterant, ac cædes hic magna facta eſt. Hoſtes nanq; nulli parcentes ætati, omneis obuios interfecerunt. Tunc ferunt duas Antiochenas fœminas illuſtres extra mœnia ſentientes quòd ab hoſtibus vrbs eſſet capta, ne quid à victoribus turpe paterentur, curſu ſtatim ad Orontem contendiſſe, ac opertis flameolo capitibus, in profluentem ſe ieciſſe. Hunc itaq; finem Antiocheni habuere. Hic Coſroes legatis hæc dixit, Non procul à veritate antiquum puto prouerbium, Quod non pura deus bona, ſed malis ſemper aliquibus admixta præbet hominibus. neque riſum ſine fletu habemus, resque ſecundas ſemper calamitas quædam ſubſequitur, ac voluptatem triſtitia comitatur; denique legitima ſynceraque quandoque felicitate frui nuſquam datur. Ciuitatem igitur hanc pulcherrimam ac digniſſimam Romæorum, cum labore deo victoriam concedente, vti videtis, cepimus. Cædem quidem hominũ mihi ſpectanti poſt tot incommoda voluptati eſt. Huius itaq. mali miſeri Antiocheni cauſa ſunt, qui noſtris impares viribus in expugnandis mœnibus reſiſtere voluere. Sed & iam victi, ac capta ferè ciuitate, ſtulta audacia nobiſcũ etiam pariter certare conſtituerunt. Omnes enim Perſarum nobiles ob hæc irati, omneis ad vnum interfici permit- *Coſrois ad legatos oratio.*

tetem,me rogabant. Ego verò eos vt aliquò confugientes ſeruarentur iuſſi, quum fas non putarem in captos iam vti ſæuitiâ. Hæc itaq; rex legatis ſimulata mente,ac aliò tendens,loquutus eſt:nō enim eum latebat,cuius rei gratia fugiendi tempus dediſſet. Erat nanq; omnium verſutiſſimus,ac ſimulandi diſſimulandiq; peritus,tum malorum perpetratorum cauſas nectere. Inſuper commodi gratia omnia polliceri,ac eadem iureiurando firmare,pauloq; poſt irritare & aliò vertere paratus. Ob pecuniam quoq; ad omne nefas promptiſſimus:hæc deinde omnia cælare crimina,& ore pietatem pre ſe ferre,facinora ſanctis verbis honeſtare mirus artifex: ſicuti contigit in Sureños,qui quum nihil admiſiſſent,dolis ac modis ſupradictis circũuentos perdidit. Poſtquam enim capta ciuitate audijſſet fœminā nobilem & ornatam ab vno barbaro manu ſiniſtra per vim tractam, ac filium paruum tunc lacte depulſum altera manu dimittere nolente , quod conſequi non poſſet,paulmento illiſum,ita verbis ac vultu ſe dolere caſum hunc miſerandum ſuis artibus oſtendiſſe dicunt, vt etiam fleuerit, ac præſentibus quum alijs,tum Anaſtaſio legato deum oraſſe,vt eum qui cauſſa horum eſſet malorum plecteret,Iuſtinianum videlicet notans,quum ſe probè ſciret illorum eſſe cauſam. Hac igitur natura Coſroes verſatili rex Perſarũ factus eſt, quum Zamas,qui ætate prior,altero tamen captus oculo ſucceſſurus eſſet.Deniq; nullo labore aduerſariorum eſt potitus, ac mala Romæis quot voluit intulit. Cupiens enim fortuna magnum in futurum aliquem facere,nullo reſiſtere valente id peragit,neq; viri dignitatem conſiderans,neq; quòd nihil eorum,quę oportet,fiat; neq; quòd multi querantur, ac eam accuſent,penitus curans,quod ſemel conſtituit id exequitur. Nunc ad rem propoſitam reuertor. Coſroes capta Antiochea, exercitui præcepit, vti Antiochenos ſparſim fugientes caperent,ſubſtantiamq; omnem ac bona diriperent.Ipſe autem cum legatis in templum à monte deſcendit,quod eccleſiam vocant. Hic tantam auri argentiq;,ac aliarum rerum gazam, margaritasq; pulcherrimas repperit,vt præter cętera ſatis hæc eſſent,vt inde ditiſſimus diſcederet. Quę omnia educi extra mœnia vt domũ ferrentur,iuſſit.Poſt hæc vniuerſam ciuitatem incendi mandauit: rogantibusq; legatis, vt tantùm templo parceret,pro quo precium ſe daturos receperunt,facilè conceſſit, relictisq; tantùm paucis patrando incendio,ipſe in caſtra cum reliquis ſe recepit, in eo loco,vbi ab initio conſtitere.Tantam igitur Antiochenorũ calamitatem Deus omnipotens prodigijs quibuſdam apud eos futurã ſignificauit.Signa enim militum,qui hic iamdudum conſiſtere ſolebant,fixa ac in Solis occaſum ſpectantia, conuerſa in Orientem , ac rurſus in ordinē priſtinum reuerſa nullo attingente apparuere. Hæc milites quũ alijs proximis, tum Quæſtori militiæ ſumptus oſtenderũt, ſignis adhuc penè ſe mouentibus.erat autem hic Taturius nomine vir admodum prudens è Mopſo Veſtræ ciuitate profectus. Nonnulli ſanè interpretati ſunt,quòd à rege Occidentali ad Orientalem huius vrbis potentia quandoq; perueniret,neq; vlla arte quin hęc vti euenit paterentur vitari potuiſſe. Ego verò hęc poſteris prodens non habeo dicere,quid profectò deus voluerit res viri vel loci ſublimes facere,rurſusq; eaſdem perdere ac obſcurare ex nulla cummuni nobis cognita cauſa:quũ fas dicere non ſit,cuncta ab eo ſine ratione non procedere , qui quidē Antiocheam tunc à viro nefando perditum iri,ac ſolo ęquari ſuſtinuerit,cuius vrbis pulchritudo ac magnitudo nũc quoq; abſcondi non poteſt. Eccleſia igitur,vti ſuprà narraui,tantùm relicta eorum cura Perſarũ,quibus res hæc mandata fuit,relictæ quoq; circa Ceratæum appellatam domus multæ,nulla tamen hominũ prouidentia,ſed quoniam in extrema ciuitatis parte à cæteris diſiunctæ ædificijs fuerunt, nullo modo ignis eò penetrare valuit.Extra verò mœnia etiam barbari cuncta incenderunt,

Coſroës mores & verſutia.

Antiocheæ direptio & conflagratio.

Prodigium.

cenderunt, præterquam ſancti Iuliani templum, ac domos ei proximas, vbi legatos diuertere contigit. Mœnia verò ipſa nuſquam attigerunt. Legati paulopoſt rurſus ad Coſroem venientes hæc dixerunt. Niſi coram te ô rex verba forent, nũquam exiſtimaremus Coſroem Cabadis filium fines Romæorum armis inuadere, iuſiurandum nuper adhibitũ, quod inter homines ſupremũ ac firmiſſimum fidei pignus eſſe videtur, irritum faciendo, tum fœdera ſoluẽdo, quorum ſpes ſola relicta non tuto inter belli incommoda viuenti. Nec aliud hoc eſſe quis dixerit, quàm hominum cultum in ferarum vitam cõmutare. Nam ſi concertantes nunquã inter ſe conuenirent, infinitum omnino bellum eſſet: quod ſi finem non eſt habiturum, de ſtatu hominum ac naturę eos, qui in illo ſunt occupati, eſt aptũ dimouere. Quod autẽ pauloante ſignificãs per literas querebaris fratrem tuũ Iuſtinianum primum fœdera ſoluiſſe, ſanè reſpondimus, quòd ſi nihil ille admiſit, nõ fas te nunc contra nos venire, ſi autem aliquid tale ab illo fieri contigit, tibi hactenus licuerit: noli vlterius nobis querendi occaſionem prębere, vt melior illo videaris: qui enim in malis inferior, idem in bonis iure ſuperior apparebit. Quanquam nos ſcimus Iuſtinianum Imperatorem nunquam contra pacem veniſſe. Te igitur rogamus ab his in Romæos abſtine iniurijs, vnde Perſis nullus proueniet vſus: tu verò hæc tantum lucrabere, vt nefanda opera in tuos nuper fœderatos perpetrãdo minime ex officio facias. Hæc à legatis dicta vbi Coſroes audiuit, inſtãdo adfirmare conatus eſt, à Iuſtiniano initium malorum proueniſſe, nõnullasq́ue cauſas, quas ille præbuit, commemorauit: quarum aliquæ defenſione dignę, nonnullæ friuolæ ſatis ac cõtemnendæ: maxime ipſius epiſtolas belli cauſas oſtendi petebat, quæ ad Alamandarum & Hunnos ab eo conſcriptæ eſſent, ſicuti mihi ſupra narratur. Virum quidem Romæum in Perſarum fines ingreſſum, vel hoſtile aliquid perpetraſſe, dicere aut oſtendere non habuit: legati enim cauſas partim non in Iuſtinianum, ſed in quoſdam miniſtros retulerũt, partim verò dicta non ſic eſſe exceperunt. Deniq; multam pecuniã Coſroes à Romanis petens, ſanè oſtendebat non in perpetuũ pacem ſe facturũ. Amicitia enim ob pecuniam inter homines facta, cum eadem abſumpta cõſumitur. Oportet igitur, inquit ille, certum dare quotannis aurũ, vt firma ſit in futurum pax. Sic Perſę Caſpias cuuſtodient portas, nec ex his aut ob ciuitatem eorum Daras aliquid incommodi patientur Romæi. Ergo dicunt legati, tributarios Perſæ habere volunt Romęos? Minime, inquit Coſroes, ſed milites ſeruos habebunt in futurum Perſas Romæi, certam ſeruitij operam exhibentes, quoniam & Hunnis quibuſdam, & Saracenis annuũ aurum præbetis, nõ tributi debitores exiſtentes, ſed vt veſtros fines incolumes in omne tempus cuſtodiant. Hæc itaq; inter ſe legati & Coſroes diſceptantes in hoc demum conuenere, vt Coſroes in præſens quinquaginta milia numûm aureorum, ac totidẽ perpetuo ſingulis annis accipiat, neq; ipſos vlterius laceſſere deberet. Atq; hoc modo legati firma in futurum fœdera fore pollicentes, obſides dederunt. Tunc rex cum legatis ac toto exercitu Seleuceam ciuitatem maritimã cxxx. ſtadijs ab Antiochea diſtantẽ venit. Hic verò neminem Romæorum inueniens, aqua marina tantum lotus, Soli ac alijs quibus voluit dijs ſacrificauit: inde in caſtra perueniens, ſe maxime cupere ciuitatem vicinam Apameã inuiſere dixit: conceſſerunt id ægrè legati hac conditione, vt ipſe vrbem ſpectaret, & inde argenti libras mille ferret, deinde nihilo turbato retro adequitaret. Nam pro comperto ijdem habebant, regem ea tantum de cauſa illuc velle proficiſci, vt ſumpta non digna excuſatione & ciuitatem & agrum popularetur. Tunc Daphnem venit Antiocheæ ſuburbanũ, vbi nemus amœnum fontibus aquarum irriguum, cæteraq́ue digna opere mirando conſpiciũtur. Hinc vbi Nymphis ſacrificauit, abijt ſaluis cæteris, tantum Michaelis

Rom. legati ad Coſroem.

Coſrois pertinacia.

Tributo nomen aliud datum.

Pax conſtituta.

Apamea.

Daphne ſuburbium Antiochea.

Templum Michaelinum Coſroes incendit.

archangeli templum cum quibuſdam domibus incendit ex hac cauſa. Vir quidam Perſa equo inuectus in exercitu Perſarum clarus ac Coſroi notus in locum præcipitem circa Tretum appellatum venit cum alijs nonnullis, vbi templum eſt Euaridis architecti opus. hic iuuenem Antiochenum nomine Aimachum, arte lanium, ſolum abſconditũ adſpiciens, relictis ſocijs perſequitur: ille fugiens lapide hominem in fronte petit, quo ictu cadentem protinus idem enſe iugulauit, ac armis & auro, ſi quid habebat, ſpoliauit. Equo deinde conſcenſo abijt, qui ſiue fortuna, ſeu locorum vſu fretus, cælare inimicos ac fugere tutus potuit. Hæc Coſroes diſcens ac dolens, templum, vti

Pars crucis domini Apameæ.

ſupra memoraui, iuſſit incendi. Poſt hæc cum exercitu Apameam venit, vbi pars crucis dominicæ magnitudine cubitali viſitur, ab homine Syro huc clã delata, quam oppidani magnam eius loci tutelam eſſe exiſtimant, ac venerantur, theca ei condita lignea, quam auro multo ac gemmis, tribus ſacerdotibus cuſtodiendam tradiderunt, inſuper quotannis certa die adorant. Tunc itaque Apamienſis populus videns Perſarum exercitum ad ſe venire, in magna trepidatione fuere, Coſroemq́ue audientes, vt minimè promiſſis maneret, Thomam vrbis præſulem adeuntes, rogauerunt crucis lignum eis oſtendi, vt eo viſo feliciter morerentur. Ille verò quum eis morem geſſiſſet, ſpectaculum fieri contigit ſermone ac fide maius. Præſule enim id tenente ignis iubar ſupra ferebatur: vnde in templi tholo ſplendor pręter ſolitum apparens, illum continuo circumeuntem ſequebatur. Poſt hæc Iuſtinianus ad Lazos

Ioannes Zibus Lazos vexat.

quum magiſtratus alios, tum Ioannem Zibum cognomento miſit, hominem ſanè obſcurum, ac ducem factum non ob aliam cauſam, quam quòd omnium hominum peſſimus, ac pecuniæ reditus vndecunque vel contra fas repperiret, qui Lazorum ac Romæorum res omnes magnopere turbauit. Is Iuſtinianum induxit ad excitandum in Lazis ciuitatem nomine Petrãm, vbi ipſemet tanquam in arce permanens, res Lazorum improbe adminiſtrabat.

Zibi auaritia.

Nam ſalem & alios cõmeatus Lazis neceſſarios in Colchorum terrãm mercatoribus importare non licebat, neúe aliud inde exportari, ſed ipſe monopolium tantum factitabat, omnibus officinis præfectus erat, omnia ſolus emens, ac eadem Colchis vendens, non vti mos erat, ſed vti volebat. Qua de cauſa barbari illum præeſſe ſibi ægre ferebant, quem ferre nullatenus volentes, de deditione ad Coſroem & Perſas cogitauere. Quapropter legatos clam Romæis ad eum mittunt, quibus ante omnia mandant, vt iureiurando accepto caueant ne Romæis rurſus tradantur. Igitur hi in regis conſpectum

Lazorum legati ad Coſroem.

venientes, hæc dixerunt: Si quos vllo tempore ſubditos ad homines ſanè impios quomodocunque deficientes, fortuna quanquam immerentes ad priſtinos dominos feliciter reduxit, tales eſſe nunc Lazos maxime rex exiſtima. Colchi enim Perſarum ſocij ſuperioribus temporibus exiſtentes multa eis commoda attulere, ipſique pariter receperunt: quorum monumenta plurima in literis nos habemus, quanquã in tuis regijs in præſens ſeruantur. Tempore verò poſt, ſiue à vobis neglecti, ſiue alia de cauſa non ſatis ſuper his exploratum habemus, cum Romæis fœdera iniuerunt. Nunc verò & nos & omnem noſtram regionem ô rex vobis tradimus, vt his ex veſtra poteſtate vtamini, tantum rogamus, vt ita de nobis conſideretis. Si quidem nihil graue à Romæis paſſi, ſed erga eos ingrati ad vos confugimus, has noſtras preces reijcite, nõ vobis fideles eſſe Colchos aliquando putantes: amicitiæ tantum diſſolutæ mores poſt illam ad alios conuerſæ erunt argumento. At ſi ſermone quidem Romæorum amici, re verò captiui ac ſerui facti, alioquin fideles, opera paſſi ſumus ab his, qui tyrannidem in nos exercuerunt, impia; recipite nunc ſeruos, quos amicos ante habuiſtis, odio perſequimini crudelem tyrãnidem, vobis ac iuſticia veſtra digna facientes. Non enim quod ipſe nihil iniuſte

iuſte

iuſtè facias,iuſtus eris propterea,ſi eos qui ab alijs iniuriam patiuntur,vbi ti-
bi poteſtas erit,non defendas.Singula enim dicere quæ contra nos auſi ſunt,
execrabiles Romæi,non ab re fortaſſe narrare. Imprimis noſtro regi ſpecie
tantum regni relicta,ipſi rerum poteſtatem vſurparũt,iacetq́; rex in miniſtri
ſorte,ducis metuens imperium:exercitum nobis magnum induxerunt,non
vt regionem à graſſantibus cuſtodiant,quum nullus vicinorum nobis pręter
Romæos noceat:ſed vt nobis velut in carcere vinctis noſtris potiãtur rebus,
comodiorem ſic noſtrorum bonorum rapinam fieri exiſtimantes.Vide inſu-
per in quam venerint cogitationem, vt ea, quæ ad vſum ſuperuacanea apud
illos eſſe contingunt, miſeros Lazos vel nolentes emere cogant: quæ verò
Lazorum terra ad vſum rerum optima fert,fide ex nobis mercari contendũt,
precio voluntate magis potẽtium indicato. Sic cum neceſſarijs omnem etiã
pecuniã à nobis auferunt,ſub honeſtę mercaturę nomine nos noſtraq́; violã
do.Pręficitur nobis non rector imperij,ſed vilis inſtitor noſtra tanquã in offi
cina quadam negociando. Nobis igitur rebellionis cauſa huiuſcemodi exi-
ſtens,ius faſq́;,vti videtis pre ſe ferre videtur.Nunc verò quanta vobis ex no-
ſtra acceſſione,ſi nos recipiatis,vtilia prouenient,dicemus. Regnum impri-
mis antiquiſſimum Perſarum imperio adijcietis,ex eoq́; prorogatam latè do
minationem obtinebitis.ex noſtra item regione Romæorum mare exercere
poteſtas erit:vbi ſi,ô rex naues comparabis, facile tibi fuerit ad palatium vſ-
que Conſtantinopolitanum percurrere,quum nihil intermedium obſtet.Ad
de quod in vobis etiam erit, vt vicini barbari ſingulis annis Romanorum fi-
nes populentur.Montibus enim Caucaſijs munimentum vſq́; huc Lazorum
fieri regionem omnino ſcire poteſtis.Duce igitur iuſticia, & vtilitate ſuaden
te noſtros ſuſcipite ſermones, quos profecto neglectos ex nullo vobis vſu
putamus eſſe.Hactenus legati.Coſroes autem his lætatus,ferre auxilium La- *Coſroes Lazos in*
zis promiſit,legatosq́ue interrogauit, ſi cum magno exercitu Colchidem a- *fidem accipit.*
dire poſſit,quoniam à pluribus accepiſſet,quòd difficilis hæc aditu vel expe-
dito eſſet,ob loca vehementer prærupta, tum arboribus denſis ac continuis
iterq́ue omne obumbrantibus.Illi vero omni Perſarum exercitui facilem fo
re viam dixerunt,ſi arbores incidentes ad loca prærupta deijcerent,cuius ſe
ſe duces Perſis futuros pollicerentur.Hac igitur monſtratione Coſroes ere-
ctus,multum congregauit exercitum,ſeq́ue ad iter adcinxit, minime Perſis
prodito conſilio,præterquam quibus arcana communicare conſueuit,lega-
tisq́; denunciauit,ne quid & ipſi geſtorum inter eos efferrent,ſed in Iberiam
Orientalem ſe iturum ſimularent, vt ibi res conſtituturus, quod gente Hun-
nicam diceret in Perſarum fines irrupiſſe. Inter hæc Beliſarius in Meſopota- *Beliſarius iterũ*
mia vndecunque exercitũ conſcripſit,ac certos exploratum regionem miſit. *Perſis opponitur*
Ipſe autem hic hoſtibus occurrere volebat,ſi quam rurſus excurſionem in fi-
nes Romæorum feciſſent. Ibi denique milites diſpoſuit nudos atq́; inermes
ex magna parte exiſtentes,ac Perſarum nomina horrentes.Interim explora-
tores reuerſi,nullam hoſtium irruptionem eſſe, in bello tantũ Hunnico Coſ
roem occupatum nunciant. Beliſarius hæc audiens, ſimulq́; videns Aretam
cum multo Saracenorum exercitu venientem,tum Imperatorẽ ei per literas
pręcepiſſe,vt hoſtilem ſubito inuaderet,cum toto exercitu irrumpere decre
uit,prius tamen præfectos omneis apud Daras hæc eſt adloquutus: Vos om *Beliſarij ad ſuos*
neis commilitones iamdudum belli peritiſſimos vidi,tantum in præſens coë *oratio.*
gi,non vti exhortationem aliquã facturus,veſtros animos in hoſtes magis im
pellam, quum non oratione apud vos opus eſſe certo ſciam, quæ vos faciat
audentiores,ſed vt in bellum ituri conſiliũ ineamus,ac potiora ex omnibus,
quæúe ex re atque vſu Imperatoris noſtri ſint, magis eligamus.Bellum enim
præter cętera ſana ac diligenti cõſultatione adminiſtratũ feliciter ſuccedere

ſolet.In quo ante omnia deliberaturos vos ab omni pudore ac metu vacuos eſſe decet. Timor enim mentem agens attonitam non ſinit vtiliora decernere. Pudor verò ſæpe adumbratam bonorum opinione cogitationem in contrariam deducit ſententiam. Si quid igitur vel Imperatori,vel mihi deliberatum eſſe ſuper rebus inſtantibus vobis videtur,hanc omnino abijcite opinionem:quum ille procul à rebus noſtris geſtis exiſtens non valeat occaſionibus actiones adcommodare,ex quo timor ei nullus contra ipſum euntes rebus nocituros fore.Me autem & hominem exiſtentem, nec longo iam tempore ex Italia huc venientem,non latere aliquid ex his,quæ ſunt facto opus, conſentaneum non eſt.Quamobrem meam minimè reſpicientes ſententiã, vos hodie decet quæcunque & nobiſipſis,& Imperatori noſtro ſalubria ſint audacter enarrare.Nos enim commilitones huc ab initio venimus, vt excurſum hoſtilem in noſtros fieri fines prohibeatis: nunc verò rebus nobis præter ſpem melius ſuccedentibus, ſupereſt de his conſultare, ob quæ nos eſſe congregatos fas puto, nihil prorſus verentes quæcunque vtiliora videantur manifeſtari, eo quòd Beliſarius ſuis præfectis ſic dixit. Mihi nanque animus volenti non erat,in omnes,quæ cognoſco, efferri. Sermo enim in caſtris circumlatus,arcana conſeruare non nouit,quòd velociter procurrens vſque ad hoſtes diffunditur. Videns autem multos ex vobis deſidia quadam euntes, & quemlibet belli imperatorem eſſe cupientem, dicam quæ oportet, illud imprimis inferendo,quòd in exercitu multis libera vtentibus voluntate fieri aliquid pulchrum aut gloria dignum non poterit. Exiſtimo igitur Coſroem aduerſus alios euntem barbaros propriam regionem non ſine idoneo præſidio reliquiſſe,ſed & in hac ciuitate Niſibi,quæ prima eſt inter omneis, milites tot numero ac tales virtute conſtituit,vt apti ſint noſtris irruptionibus reſiſtere,quum præſertim ducem habeant Nabadem,qui ſecundum Coſroem ipſum gloria cæteraque exiſtimatione primus apud Perſas eſſe videtur, ac puto noſtrum exercitum inuadet,nec exitum nobis alia via,quàm prælio ſuperatus daturus.Si quidem prope ciuitatem pugna fuerit, non ex æquo nobis ac Perſis certamen erit. Ipſi nanque ex loco munito exeuntes,ſi vincant, cum magna nos audacia inſectabuntur:ſi vincantur, facile noſtram inſectationem fugient:quod hæc breuis admodum fuerit, in ciuitatem ſe ſtatim recipientibus,quam inexpugnabilem militibus eam defendentibus videtis: ſi autem hoſtium nobiſcum ad manus venientium potiamur, multa mihi ſpes eſt ciuitatem capiendi,fugientibus enim inimicis,vel ſimul commixti, intra portas,vt par eſt,& nos irruemus,vel nos eos præuenientes in alteram cogemus confugere regionem, Niſibim verò ſine defenſoribus facile conſequemur.Hæc Beliſario dicente, cæteri obtemperauere,ac cũ ipſo in caſtris manſerunt.Petrus autem Ioannis amicus illius,qui militum in Armenia dux non paruam admodum exercitus partem habebat,non procul à mœnibus ſtadiis decem quietus manebat.Beliſarius autem & eos,qui ſecum erant, in acie ordinauit,& his qui cum Petro erant mandauit,vt In pugna parati eſſent,donec ipſe ſignificaret,ac probe animaduerterẽt,quemadmodum barbari circa meridiem in ipſos exibunt: quoniam ipſi in diei ſerum cibum capere conſueuerunt,Romæi verò circa meridiem.Beliſarius igitur hæc admonebat.At illi,qui cum Petro erant,mandata deſpicientes, circa meridiem ſole grauati (nam vrbs ea vehementer æſtuoſa exiſtit) & arma poſuerunt,& inimicos minime curantes,ficus hic ortos nullo ordine comedebant.Quod Nabades animaduertens,multo curſu in eos cum exercitu contendit. Romæi autem, quum è mœnib. exeuntes barbaros vidiſſent,(nam clarè conſpici vt in campo accliui euntes poterant)ad Beliſarium miſerunt rogatum, vt eis ſubueniat.Ipſique ſic,vt erant inconditi atque imparati, multo tumultu occurrerũt.

Beliſarius Niſibim tentat.

Qui

Qui autem cum Beliſario erant,nondum accepto nuncio,Perſarum motum ex puluere videntes,curſu auxilium ferebant. Perſas verò interim irruentes Romæi minimè ſuſtinentes,in fugam ſunt verſi. Hoſtes verò inſequentes, rapto ex Petri ſignifero vexillo,ex eis quinquaginta interfecere, omneſque proculdubio perijſſent, niſi Beliſarius & qui cum eo erant exercitus laborantes excepiſſent. Primos nanque omnium Gothos cum denſis ac longis haſtis venientes,Perſæ non ſuſtinentes, in fugam ſe verterunt, quos Romæi ſimul cum Gothis inſequentes, cl. interfecerunt, breuiterque durante perſequutione,hoſtes intra mœnia ſe receperunt. Tunc autem Romæi omnes in caſtra Beliſarij reuerterunt. Perſæ autem poſtera die in turri quadam ſigna Petri ablata loco trophæi conſtituentes in hoſtes cum riſu inſultauere, exire tamen non audentes ſe in ciuitatis præſidio tenebant. Beliſarius quoque quum Niſibim videret natura loci munitam admodum exiſtentem, deſperata expugnatione vlterius ire maturauit, vt excurſu hoſtibus officeret. quumque toto exercitu vnius iter diei peregiſſet,incidit in arcem, quam Siſauranum vocant. Perſæ hic coloni quamplures & Perſarum equites octingenti in præſidio erant, quibus vir nobilis Beleſmaches præerat. Romæi itaque prope caſtrametantes arcem obſidebant,ac impetum in mœnia facientes,repulſi fuere, plures tamen interficientes. Nam & muri inexpugnabiles munitione, & à barbaris acerrimè defendebantur. quamobrem conuocatos ad ſe præfectos Beliſarius hæc eſt adloquutus; Multorum experientia bellorum commilitones, dedit nobis & in rebus dubiis futura poſſe conijcere, & deliberando deligere potiora. Scitis igitur quantum eſt periculum exercitum in hoſtilem multis poſt terga muniſſimis locis, multis etiam in his fortiſſimis viris relictis proficiſci, ſicuti & nobis in præſens contingit, quos relicta Niſibi vlterius procedentes, nõnulli hoſtes clam inſecuti in oppidis ex inſidijs deprendere conantur,in quos ſi fortè inciderimus,ad pugnã venire opus erit. In medio igitur conſtitutos, ac vtrinque oppugnatos indigna profecto pati periculum fuerit: quod ſi forte in pugna inferiores fuerimus,reditus vobis in patriam omnino interclusus nulla via patefiet. Ne nũc ſtulto vtentes conſilio,noſiipſos ſpoliaſſe videamur, neque contentione res Romæorum perdamus.Inſulſa enim audacia in exitium ducit,prudens verò cunctatio ſeruare ſatis eſt apta.Quare cenſeo, vt nos hic ad arcem hanc obſidendam conſiſtamus,Aretas cum ſocijs ad oppida Aſſyriç,vt paulopoſt Syriç proficiſcatur.Saraceni enim expugnare mœnia minimè ſunt apti,at excurſionibus ac prædis habiles: ſimul ſecum adſumptis militum fortiſſimis nõnullis, ac nullo fortaſſe reſiſtente omnia populentur: ſi in potentiores incident,facile ad nos reuertendo incolumes ſeruabuntur.Nos verò ſi deus dederit hanc arcem capere, ſic cum toto exercitu Tigrim traijciemus, vt non retro metuentes inſidias, res Aſſyriorum, quo ſe loco habeant, proſpicere poſſimus.Hæc Beliſarius dicens,probe viſus eſt omnibus cõſultaſſe. Aretam itaque cum ſuis in Aſſyriam ire iuſſit, cum eoque milites mille ac ducentos, doryphoros item duos Traianum & Ioannem,Phagam cognominatum, ambos in bello claros: quibus præcepit, Aretæ in omnibus obtemperarent: ipſi verò Aretæ,vt in procinctu omnia excurrat, ac in caſtra reuertatur, nunciaretque ſi quis Aſſyriorum exercitus appareat. Igitur hi Tigrim tranſmittentes inter Aſſyrios conſtitere,vbi optimam reperientes regionem, ac longo tempore ab hoſte incolumem & incuſtoditam, excurſione multa prædantes oppida, magnas adſecuti ſunt opes. Tunc Beliſarius quoſdam Perſas comprendens, nihil eſſe in arce ad vſum neceſſariorum omnino didicit. Non enim, ſicut apud Daras & Niſibim, in publico cibaria depoſuerant, ſed hoſtium exercitu ex improuiſo in eos irruente, illorum partem expor-

Beliſarij ad ſuos oratio.

cauere: ſubito autem pluribus in arcem fugientibus, neceſſariorum penuria, vt par erat, premebantur. Quod Beliſarius animaduertens, Georgium virum prudentiſſimum, ac eius arcanorum participem miſit hos homines tētatum, ſi qua conditione poſſet oppidum accipere. Georgius autem iuſſa faciens multa eos blanditia palpando induxit, vt accepta fide de ſalute ſeque ac arcem dederent Romæis. Sic itaque Beliſarius Siſaurano potitus mœnia ſolo æquauit, colonos omneis Chriſtianos, ac olim è ſtirpe Romæos exiſtentes illæſos dimiſit. Perſas verò ſimul cum * Bleſehamo duce Byzātium miſit, quos Iuſtinianus poſtmodum in Italiam contra Gothos pugnaturos ire iuſſit. Et hęc quidem quo ad Siſauranorum arcem ſic ſe habent. Aretas autem timens, ne à Romæis eius præda caperetur, non amplius in caſtra reuerti volebat. Mittens itaque è ſocijs quoſdam explorandi gratia, iuſſit clam ſubito reuertentes ſignificare, an aliquis hoſtium magnus exercitus apud fluuij tranſitum conſiſtat. Quapropter Traianum & Ioannem admonet, alia euntes via in Romæorum terram reuerti. Ad Beliſarium igitur non amplius venerunt, & habentes Euphratem fluuium dextrorſus, ſic in vrbem Theodoſiam prope Aborram fluuium iuere. Beliſarius verò ac Romæorum exercitus nihil de hac expeditione audientes, in formidinem ac ſuſpicionem quidem non mediocrem venerunt. Tempore igitur iam longo in ea obſidione conſumpto, contigit multos hic Chriſtianos febre maligna corripi, quod Meſopotamiæ præſertim pars illa Perſis finitima ſit, omnis vehemēter æſtuoſa, vbi minimè adſueti Romęi, ac è Thracia valde huic ob frigus cōtraria venientes, in oppido tā ſolis ardoribus obnoxio, & tugurijs quibuſdam ſuffocantibus ęſtatis tēpore viuentes, ſic valetudinarij ſunt facti, vt tertia ferè pars exercitus ſemiſepulta iacuerit. Omnes igitur inde diſcedere, ac domum reuerti maturauerunt: maxime verò omnium Beliſarij militum præfecti Rhecitangus & Theoctiſtus, videntes quod Saracenorum ſtipendij tempus præterijſſet. Igitur Beliſarium frequenter adeuntes miſſionem poſtularunt. Quamobrem Beliſarius omneis aduocans præfectis conſilium indixit, vbi Ioannes Niceti ſurgēs hæc ait: Optime Boliſari, nullum vnquam neque fortuna neque virtute ducem æque atque tu es me vidiſſe fateor, qui gloria rerum geſtarum non ſolum Romæos, ſed barbaros omneis viciſti. Hanc itaque famam diligentiſſime conſeruabis, ſi nos viuos in Romanorum ditionem perducere poteris, ſicuti nobis omnibus ſpes eſt. De hoc enim exercitu ſic habes conſiderare. Saraceni quidem ac milites quique fortiſſimi Tigrim flumen traijcientes, non video quomodo die ſuperiore ad hoc fortunæ peruenerint, vt neque nuncium mittere aliquem ad nos curauerint. Rhecitangus & Theoctiſtus dubitant, vti plane vides, ſtatim Alamandari exercitum in Phœnicibus medijs eſſe, ac ibi oppida omnia populari. Præterea ex hic relictis tot ſunt valetudine correpti, vt longe plures, quàm miniſtri, aut ferentes impedimenta exiſtant. His igitur ſic exiſtentibus, ſi quid hoſtile vel ibidem manentibus vel retro euntibus nobis occurrerit, nullus caſum Romæis apud Daras exiſtentibus nunciare poſſet. Nam vlterius procedere ratione non facile poſſe nos exiſtimo. donec igitur ſpes aliqua relinquatur, quæ ſunt ad reditum, cogitandum. His autem, qui in huiuſcemodi ſunt conſtituti periculis, de hoſte inuadendo potius, quàm euitando meditari ſumma ſtulticia. Hæc Ioannem dicentem cæteri laudare, in tumultumque excitati reditum poſtulabant. Quapropter Beliſarius ægrotis primum in curribus poſitis, exercitum retro conſequi iuſſit. Vbi primum in finibus Romæorum fuere, de geſtis ab Areta certior factus, nullum tamen eum iudicium ſubire voluit, quod in conſpectum nondum veniſſet. Romæorum igitur irruptio hunc habuit finem. Coſroi interea Petram capienti, nunciatur Beliſarij in Perſidem ingreſſus, & apud Ni

Beleſmacbes ſupra.

Ioannis ad Beliſarium oratio.

ſibim

ſibim pugna, & arx Siſauranorum amiſſa, & quicquid rerum Aretas vltra Tigrim penetrando geſſerit, ſtatimque præſidio relicto, ipſe cum reliquo exercitu ac Romæis captiuis in Perſidem reuertit. Hæc autem in ſecunda Coſrois expeditione fieri contigit. Beliſarius deinde à Iuſtiniano Byzantium reuocatus, ibidem hibernauit. Vere poſtea ineunte, Coſroes tertiam in Romæorum regionem irruptionem maximo fecit exercitu, Euphratem dextrorſus habẽs. Candidus autem Sergiopolis præſul poſtquam Perſarum exercitum prope mœnia perſpexit, timens & ſibi & ciuitati, quod pacta inter eos priora nõ ſeruauerit, ſeſe vltro excuſans Coſroi occurrit, ac rogans ne propterea ciuitati ſit iratus: nam ei pactam pecuniam nunquam fuiſſe, quam ei pro redemptis Surenis, vti ſupra commemorauimus, debebat. Coſroes autẽ ipſum in cuſtodiam duci, ac eius corpus probris omnibus adfici, pecuniam deinde duplam, atque prius conuenerat, exolui iuſſit. Ille verò Sergiopolim aliquos mitti rogauit, qui omnem precioſam templi ſupellectilem auferrent, cũ quibus etiam alios ipſe miſit. His Sergiopolitani quęcunque ſunt iuſſa tradiderunt, ſibi nihil aliud relictum dicentes. Quumque Coſroes nõ ſatis hoc eſſe diceret, aliaque expeteret, adhuc alios de bonis eorum nomine quidem veſtigatum miſit, re autem vera vt vrbem caperet. Sed quãdo diuinitùs datum non erat, vt ea potiretur, quidam è Saracenis Chriſtianus, alioquin ſub Alamandaro militans, Ambrus nomine, nocte per muros aſcendens, omne conſilium ciuibus nunciauit, ſuaſitque nullatenus Perſas in vrbem recipiendos. Sic igitur à Coſroe miſſi ſine effectu reuerterunt. quamobrem idem vrbem euertere ſtatuit, protinusque exercitu ſex milium miſſo mœnia obſidere atque oppugnare cœpit. Sergiopolitani autem fortiter ab initio reſiſtentes, deinde periculum metuentes, ciuitatem hoſti dedere decreuerunt. Milites enim non plus quàm ducenti erant. Sed Ambrus rurſus ad mœnia noctu veniens, duorum tantum ſpatio dierum Perſarum obſidionem duraturam dixit, aqua eis deficiente. quapropter illi nullatenus in ſermonem cum hoſte venerunt. Interim verò barbari premente ſiti inde diſcedentes ad regem venerunt, qui Candidum adhuc non dimiſerat. oportebat enim, exiſtimo, illum tanquam periurum à ſacerdotio deijci. Et hæc quidem ſic ſe habuere. Poſtquam vero in Comagenorum regionem, quam Euphratiſiam vocant, Coſroes venit, ad vrbis ſupradictæ expugnationem amplius non redire decreuit, ſed eximprouiſo vſq; ad Syros partim ciuitates capiendo, partim pecuniam imperando ibat, vti mihi ſupra narratur. In animo quoque habuit rectà in Paleſtinam tendere, vt quum alia, tum Hieroſolymitani templi ſacram ac precioſam ſupellectilem prædaretur. Hanc enim regionem bonam, tum colonis auri diuitibus cultam audiuerat. Romanorum autem præfecti & milites hoſtibus occurrere, vel eunti eſſe impedimento nullatenus ſtatuerunt, tantum loca hoſtilia capientes, vt quilibet poterat eadem cuſtodire ac ſeruare ſatis eſſe putauere. Interea Iuſtinianus audiens veram Perſarum expeditionem, rurſus Beliſarium contra ipſos miſit. Is igitur equis publicis inuectus, quos Veredos vocant, ſine quibus exercitus non erat, celeriter in Euphratiſiam peruenit. Iuſtus autem Imperatoris fratris filius Hierapoli, quo confugerat, vnà cum Buze & alijs quibuſdam erat, qui audientes Beliſariũ hic procul eſſe, literas ad eum in hanc ſentẽtiam ſcripſerunt: Coſroes, vti planè ſcis, contra Romanos rurſus venit, exercitum longe priore maiorem adducens: ſed tu velociter ad nos propera, ſi quidem potes, clam inimicis, vt & tu te imprimis, deinde nos vnà cum Hierapoli incolumes ſerues. Beliſarius his literis perlectis, eorum conſilium ac timorem minimè collaudans, ſtatim ad Europum oppidum peruenit, quod prope Euphratem eſt ſitum, ibiq; collecto vndecunque exercitu caſtrametatus Hierapolis præfectis hæc reſcribit: Si

Coſroes fruſtra Sergiopolim tentat.

Beliſarius in orientem redit.

Iuſti ad Beliſarium literæ.

Beliſarij reſponſio.

quidem aduerſus alios homines, quàm Romæorum ſubditos Coſroes proficiſceretur, bene ac tuto vobis conſultum, quibus procul à malis tantū quietis eſſe licet, quum in periculum non neceſſarium ſponte ſe obtrudere magna ſit dementia. Si autem nunc Barbarus inde diſcedens aliam Imperatoris noſtri regionem inuadit, & hanc quidem optimam, & ſine præſidio; ſcitote quòd longe præſtat cum virtute pugnando perire, quàm ſine certamine turpiter incolumē ſeruari, quum hæc proditio potius quàm ſalus appellari poſſit. Sed vos huc protinus ad Europum venite, vbi omnem, quem in his deus exercitum parauit inſtruendo, ſpem habeo inimicis negocium faceſſere. His præfecti acceptis gauiſi, magnopere in fiduciā venere, ac ibidem Iuſto cum paucis alijs ad præſidium relicto, ipſi cum reliquis ad Europum venerunt. Coſroes autem quum accepiſſet Beliſarium caſtra ibidem locaſſe, non vlterius proceſſit, & Banadarem vnum è regijs ſcribis opinione prudentiæ clarum ad Beliſarium, vbicunque fuerit mittit, conqueſtum quòd Imperator Iuſtinianus legatos ad Perſas minimè miſerit, qui de pace conditiones confirment: quod Beliſarius diſcens, hæc egit. Ipſe quidem ſex millium delectum virorum forma præſtanti ac procera, quos procul à caſtris tanquam venaturus miſit, Diogenem verò doryphorum, ac Adolium Acacij filium genere Armenium, ac in palatio Imperatoris ad ea, quæ ſunt quietis miniſtrū, quod munus Romæi Silentiarium vocant, tunc Armeniorum quorundam ducem, cum equitibus mille ripam Euphratis circumagere iuſſit, ſpeciem continuo opinionemque hoſtibus præbendo iamiam Euphratem tranſeundi, ac eorum fines inuadendi. Ipſe poſt hæc vbi legatum propinquare audiuit, ſubito tugurio ex craſſis aſſeribus compacto, quòd papilionem vocant, ibidem reſidebat, vt in oppido deſerto, quaſi nihil ad vſum habente, ſe eſſe indicaret: militeſque hoc modo diſpoſuit. In parte altera tugurij Thraces atque Illyrij fuere, Gothi verò poſt illos, deinde his proximi Eruli, deinde Vandili ac Mauruſij campos plurimum implebant. Non enim ſtantes in eodem continuo loco manebant, ſed diſtantes inter ſe, ac ambulantes, tum negligentes admodum ac remiſſo animo in legatum Coſrois reſpicientes, nec inſuper vllus eorum chlamydem habebat, ſed tunicas lineas more fœminarum induti ac ſuccincti, in manu quiſque equi flagellum: arma verò fuere alijs enſis, alijs ſecuris, quibuſdam nudus arcus, denique venatorum ſpeciem præbentes, ad feras laceſſendas cæteris neglectis properare videbantur. Banadares igitur legatus in conſpectum veniens Beliſarij, rem indignam dixit eſſe, quod Cæſar (ſic enim Perſæ Romæum vocant Imperatorem) legatos ad eum de his, quæ circa pacem conuenerant, non miſiſſet, qua de cauſa ipſe ſit coactus in Romæorum agrum armatus venire. Beliſarius autem neque exhorrens barbarorum tantorum vicina caſtra, neque vlla mentis aut ſermonis perturbatione captus, ridere cœpit, ac hilari vultu reſpondit: Non eadem, inquit, ratione, qua Coſroi geſtæ ſunt res, ab hominibus iudicantur. Nam alij ſi quid à proximis contendunt, legatos ad eos imprimis mittunt: vbi verò ad æquum non venitur, bellum eis poſtremo inferunt. Ipſe autem iam cum armis in medijs exiſtens Romæis, verba impudentiſſimè de pace facit. His dictis legatum ab ſe dimiſit, qui ad Coſroem reuertens ei ſuadet, vt ſtatim ab armis diſcedat: nam ſe in ducem incidiſſe dicit fortiſſimum ac omnium prudentiſſimum, & milites quales nunquam aliàs viderit, quorum ornatum magnopere admiraretur: præterea non ex æquo periculo ipſi ac Beliſario certamen, quòd tu fortaſſe victor Cæſaris ſeruum ſuperabis, victus verò magnum tibi generique tuo dedecus paries: & Romæi quidem victi facile in locis munitis, ac ipſorum regione ſeruabuntur incolumes; ſi quid autem Perſis acciderit, ne quidem nuncius calami-

Silentiarij qui dicti.

Quo modo Perſas Beliſarius terruerit.

calamitati ſupererit,qui hæc ad Perſas referat.His Coſroes perſuaſus, reuerti quidem cupiebat: verum dubitatione multa anxius hærebat, ſciens quòd fluminis tranſitus ab hoſte cuſtodiretur.Deinde eadem via hominibus ac rebus omnibus deſerta redire facile non erat,quòd ab omnibus iam quæ ſunt vſui neceſſaria deſtituerentur,quæ prius in bellum exiens ſecum habebat. Deniqne multa cogitanti ſuccurrit,regionem, quæ trans fluuium eſt, omnino periclitantem percurrere, ac ita copiam ſibi rerum parare. Beliſarius verò cum toto & ipſe exercitu fluuium traijciens, ad Coſroem ſtatim legatos miſit:qui poſtquam ad eum venerunt,multis eius ad propria reditum collaudantes,legatos etiam dixerunt ſe Imperatoris ad eum expectare,qui ea qnæ de pace conuenerunt,ſedulo confirmerent:rogauerunt inſuper, vt tanquam amicus per Romæorum agrum iter faceret.Ille verò ſe facturũ recepit, ſiquidem obſidem de ſeruãdis inter eos pactis dederint.Legati ad Beliſarium reuertentes,Coſrois verba retulerunt.Is verò Edeſſam veniens, Ioannem Baſilij filium genere ac diuitijs omnium Edeſſenorum clariſſimum obſidis loco alioquin inuitum miſit.Romæi autem Beliſarium magnopere laudantes,lõge magis probare ſunt viſi,quàm qnum Gelimerem aut Vittigem captos Byzantium duxit,& vt verum fateamur, ſic erat. Formidantibus enim Romæis, in arcibus conſtitutis, latentibus, Coſroe verò in medijs eorum terris cum maximo exercitu exiſtente, virum ducem cum paucis quibuſdam veloci curſu è Byzantio inter hæc venientem,contra Perſarum regem caſtra metari, ac cum ex improuiſo ipſius viri ſeu fortunam ſeu virtutem metuentem, vel etiam quibuſdam deceptum ſophiſmatis ac ſtratagematis non vlterius tendere,ſed re tantum fugere,verbo autem pacem poſtulare:hęc quidem confidentib. res eum magnas geſſiſſe facile apparebit.Inter hæc Coſroes iuſiurandum ac pacta irrita faciens, Callinicum ciuitatem nullo penitus defendente cepit.Huius mœnium Romæi vt conſumptorum & debilium partem iam ædificio reconcinnauerant, tunc reliquam deiectam partem nondum abſoluerant.Ditiores verò cines,poſtquam hoſtes propinquare viderunt, precioſiora ſecum exportantes,in alia munita loca migrauerunt:reliqui autem ſine militibus ibidem remanſerunt. tum agricolarum magnus hic numerus conuenit,quos omneis Coſroes captiuos ducens,vrbem ſolo æquauit, paulóq; poſt obſidem Ioannem recipiens,domum reuertit.Armenij autem qui ei adhæſerant,ſnb fide cum Baſſace Byzantium venerunt.Et hęc quidem in tertia Coſrois irruptione fieri contigerunt. At Beliſarius rurſus ab Imperatore adcerſitur Byzantium,vt in Italiam iterum mitteretur,rebus iam ibi imperij collabentibus.Fuit inſuper hiſdem temporibus ingens peſtilentia, cui remedium nullum inuentum,præter quàm ex deo,vnde venit:quanquam multi ad rogantes phyſiologiæ cauſas commentari contendant, vanas quidem omneis & inueſtigabiles,tãtumque ſermone decipientes.hic enim morbus nulli neque ætati,neque ſexui,neque loco parcebat.Vnde verò initium habuerit,aut quomodo perimebat, referam. Cœpit enim ab Aegyptijs,qui apud Peluſium ſunt. Hinc vniuerſam terram comprendit, itinere ſemper procedens,nullas reliquit locorum latebras,nec bis eadem corpora repetebat. Incipiebat autem hoc modo. Phantaſmata dæmonum multis humana ſpecie viſa ſunt.quot enim in ipſa inciderẽt,percuti ſe ab aliquo viro putabant,morbúsq; ſubito irruebat: nonnulli ab initio verbis ſanctis ac alijs, vt poterant, ſupplicationibus eum auertere fruſtra quærebant, ac tanquam lymphati ſeu ſpiritu maligno agitati, amicos vocantes minimè audiebant, in locis quoq; anguſtis coërcebantur,nonnullis verò in ſomnis hæc eadẽ accidebant. Corripiebantur enim ſtatim febre, calore coloreque pariter corporis nuſquam mutatis,neque vlla item inflammatio vti febricitantibus ſolet,ſed tuſſis quæ

Beliſarij laus.

Coſroes Callinicum capit.

Mira peſtilētiæ lues.

dam ab initio, vſque ad veſperam febris erat, adeo vt nullo adhibito medico, nullius opinionem periculi præberent. Eodem verò die, nonnullis ſequenti, alijs non multo pòſt tuber ſuccreſcebat, alijs alibi: præterea quibuſdam ſomnus inerat profundus, nõnullis acuta quædam ſtulticia, & primum quidem omnium obliti rerum etiam cibum negligentes moriebantur. In ſtulticia verò corripi ſibi viſi aut inuadi clamitabant, auertentesq́; fugiebãt, quorum curatores & miniſtri dira atque intoleranda patiebantur, adeo vt non minus ipſi quàm ægroti miſericordia digni fuerint, non quòd morbo & ipſi adficerentur, (non enim is contagione nocebat) ſed quòd furentes aut è lecto ſe præcipitare, aut ad flumina ob ſitim properare volentes vix retinebant. Peribant aliqui eodem die, nonnulli multis pòſt diebus. Tribus igitur menſibus huiuſcemodi lues Conſtantinopoli prçualuit, & ab initio quidem pauci, deinde in ſingulos dies quinque, ſæpius etiam decem milia efferebantur, adeo vt plures etiam diuites miniſtris iam omnibus extinctis, curatorum penuria magis, quàm morbo perirent, ſimulq́; inſepulti manerent. Quamobrem pijſſimi principis Iuſtiniani prouidentia, Theodorus huic curæ delegatur. Is enim reſponſionibus imperatorijs præerat, continuo eidem ſupplicantium preces nuncians: Referendarium Latini hoc munus appellãt. Hic itaq; deſtitutis ope, ac miſeræ turbæ erogata pecunia auxilium publicè præbuit. Iamq́ue in adflicta ciuitate artes officinæq́ue nullæ videbantur, pluresq́ue ob metum dimiſſa priſtina viuendi formula nouos mores induerant, religioniq́ue ſe ac deo dicabant: multi etiam è periculo elapſi, ad priſtinam redibant vitam, dei cõtemptores. Nunc ad inſtitutum prius ſermonem reuertar.

Referendarij munus.

Coſroes in Aſſyrijs in oppidum Ardabigaram verſus Boream ibat. Hinc Romæorum agrum per Perſarmenios inuadere conſtituit. Hic magnum Pyreum eſt, quod Perſæ deorum maximè venerantur. vbi ignem perpetuum cuſtodiunt Magi, ac alia diligenter ſacrificantes, tum vaticinio in rebus maximis vtuntur. Hic eſt ignis, quem Veſtam olim Romani vocabant. Hic miſſus quidam è Byzantio Coſroi nunciauit, Conſtantianum & Sergium legatos de concordia ſtatim venturos. Erant enim hi ambo rhetores ac valdè prudentes, Conſtantianus quidem Illyrius, Sergius ex Edeſſa ciuitate Meſopotamiæ, quos Coſroes expectans in pace manſit. In itinere autem Conſtantianum contigit in valetudinem incidere. Tempore deinde pòſt longo peſtilentia in Perſas demum irruit. Nabedes autem, qui tunc in Perſarmenijs prçfectus erat, Eudulium Chriſtianorum præſulem iuſſu Imperatoris ad Valerianum Armeniæ præfectum miſit, accuſatum legatorum tarditatem, ac Romæos omni ſtudio ad pacem hortatum. Is cum fratre ad Armenios veniens Valerianum conuenit, ipſeq́ue erga Romæos tanquam Chriſtianos dictitabat ſe erga eum egregia eſſe voluntate, ac Coſroi omni diligentia perſuaſurum, vt quando legati Romæorum in Perſidem cum ipſo congrediantur, nihil ſit ipſis impedimento in pace, quomodo velint, diſponenda. Præſul hactenus. Præſulis verò frater clam Valeriano congrediens, Coſroem in magnis eſſe malis dixit. filium enim tyrannidi adſpirantem, ipſum verò cum toto exercitu peſtilentia correptum, quapropter eum pacem expetere. Hæc vbi Valerianus accepit, epiſcopum ſtatim remiſit, legatos promittens breuiter ad Coſroem venturos. Ipſe verò ſermones, quos audiuerat, ad Iuſtinianum detulit: quibus Imperator ſtatim permotus, ipſi & exercitui in hoſtilem irrumpere mandauit. Non enim vidit, quod ipſis vllus hoſtium impedimẽto foret, iuſſitq́ue congregatos in eodem omnes ſic irruptionem in Perſarmenios facere. Has literas poſtquam præfecti legerunt, omnes ſimul cũ ſequentibus in Armeniorum loca excurrunt. Iamq́ue Coſroes pauloante Adarbiganos timore peſtilentię relinquens, in Aſſyriam cum toto exercitu diſceſſit.

Romæi Perſarmenios inuadũt.

Huc

Huc autem nondum is venerat morbus. Valerianus quidem apud Theodoſiam caſtra habebat cum ſuis militibus, cui Narſes ſeſe iunxit, Armenios ac Erulos quoſdam ſecum habens. Martinus autem Orientis præfectus cum Ildigere & Theoctiſto in Citharizum arcem perueniens ibidem caſtra poſuit, quòd à Theodoſia quatuor iter dierum diſtat, quò & Petrus non multo poſt cum Adolio & alijs quibuſdam præfectis venit. Toto autem exercitui præfuit Iſacius Narſis frater. Philomenes autem & Verus cum Erulis conſequentibus ad Chorzianorum loca venerunt, non longe à Martini caſtris. Iuſtus autem Iuſtiniani fratris filius, & Peranius, ac Ioannes Niceti filius cum Dominentiolo & Ioanne Phaga apud arcem Phiſon caſtrametati ſunt, quæ iuxta fines Martyropolis eſt. Sic igitur Romæi præfecti omnes caſtra locauerunt, neque ſimul conuenientes, neque in colloquium inter ſe congredientes, ſed tantum per nuncios inuicem de irruptione facienda ſtatuerunt. Petrus igitur alijs inconſultis ex improuiſo in hoſtilem incurrit: quod vbi ſequenti die Philomenes & Verus cognouerunt, qui Erulos ducebant, ſtatim ſequuti ſunt. Poſt eos Martinus & Valerianus cum ſuis. Nam omnes inter ſe parum diſtabant, præterquam Iuſtus cum ſuis, qui, vti ſupra narratur, longius habentes caſtra, poſtremo & ipſi excurrendo cæteros ſequuti ſunt, nec tamen coniunctim. Reliqui omnes ſimul rectà in Dubium proficiſcuntur, nihil omnino prædantes, aut aliquid agentes maleficij. Eſt enim Dubium Perſidis regio quum cæteris, tum cœli & aquarum ſalubritate præſtans, à Theodoſia octo iter dierum diſtans, vbi & campi equorum fertiliſſimi, & vici plurimi, frequentiſſimi, rebuſque referti bonis, officinæ præterea mercatoreſque plures ex Indis & eis vicinis Iberis, Perſarum, Romæorumque commeatus ferentes. Hic Chriſtianorum epiſcopus, quem lingua Græca Catholicum vocant, quòd vnus omnibus præſit huius regionis accolis. Hinc igitur prope ſtadijs centum viginti eunti dextrorſus in regione Romæorum, Dubius eſt mons præruptus quidem, & inadceſſus, & vicus quidam in loci anguſtia ſitus, nomine Anglon: vbi Nabedes poſtquam hoſtium irruptionem didicit, cum toto ſtatim exercitu ſe recipiens, locique munimento confidens ſeſe incluſit. Vicus autem ad montis radices ſitus, arcem eiuſdem nominis habet in alto & præcipiti loco inexpugnabilem. Nabedes itaque lapidibus & curribus ingreſſus ad vicum obturans etiam magis inacceſſum hunc reddidit: ante vero foſſa valloque extructo, exercitum hic peditum in domunculis quibuſdam veteribus in inſidijs collocauit. Ad quatuor itaque millium omnes Perſarum copiæ conuenerunt. Et hæc quidem ſic ſe habuere. Romæi verò venientes ad locum iter diei ab Anglone diſtantem, quendam ex hoſtibus exploratorem capiunt, quem vbi Nabedes eſſet, percunctantur. Is hominem ex Anglone cum toto exercitu domum reuertiſſe dixit: quod Narſes audiens, ac graue putans, ſocijs præfectis moram increpauit. Idem & alij in alios obiurgantes fecerunt, pugnam tantum relicta prorſus præda ſpectantes. Mouentes igitur ſine diſciplina ac ordine, nulla præferentes ſigna, quæ in ſimilibus certaminibus ſolent, anteibant; neque item diſtincti, militibus cum ſeruis ſupellectilem ferentibus, commixtis tanquam non ad bellum, ſed prædam manifeſtam confuſim ituri. Poſtquam verò prope Anglonem fuere, exploratores mittunt, qui reuerſi renunciant hoſtes paratam habere aciem. Duces verò re improuiſa perterriti, reuerti quidem cum tanto exercitu turpe ac effœminatum putauere: ex inſtanti itaque neceſſitate copias omneis in tris acies ordinauerunt, Petrus dextrum cornu habebat, Valerianus ſiniſtrum, medium verò Martinus. Prope autem hoſtibus exiſtentibus conſtitere, ordinem abſque modo & ornatu ſeruantes. In cauſa erat loci iniquitas præcipitis, vnde diſpoſitos

Exploratoris fraus.

Romanorum clades.

in pugnam procedere oportebat. Hoſtes verò ſeſe in breui cogentes, etiam quieti manebant, Romæorum perlnſtrantes exercitum, Iuſſique à Nabede pugnam nullo modo incipere, vbi verò ab hoſte incœpta eſſet, acriter ſe

Narſis exitus.

defendere. Primus itaque omnium Narſes cum Erulis & Romæis procurrit, àc viribus fretus, Perſas contra ſe conſtitutos conuertit. Fugientes barbari In arcem curſu contendunt. hic in loco anguſto coactos ſuos Narſes adhortando pugnæ inſtat. At barbari ſtatim ex tugurijs, vbi vt ſupra dixi latebant, exeuntes improuiſos Erulos adoriuntur, ac ex eis multis interfectis, Narſem quoque iuxta tempora ſauciant, qui ex iſto ſic hoſte ſubtractus paulopoſt deceſſit, vir quidem fortiſſimus, & huic bello longe vtilis. Hinc turbatione inter Romæos maxima, vt par eſt, ſubſequnta. Nabedes omneis copias in hoſtem ſimul eduxit, qui in locis iniquis quum multos, tum Erulos potiſſimè occidebant, quòd hi primum quidem procurriſſent, ac inermes pugnarent. Neque enim caſſidem, neque thoracem, aut aliquid prorſus munimi-nis habebant, præterquam ſcutum ac tritam vilemque veſtem, qua ſuccincti in certamen ruunt. Sed ne ſcutis quidem eorum ſerui in pugna vtuntur, niſi poſtquam viri in bello fortes fuere. Et hæc quidem de Erulis. Romæi autem hoſtes minimè ſuſtinentes certatim omnes fugiunt, neque virtutis memo-

Turpis Romanorum fuga.

res, neque decoris. Perſæ autem tam impudentem animaduertentes fugam, inſidias potius putauere. Quamobrem per anguſtias tantum locorum eos perſequuti domum reuerterunt, non auſi in aperta planicie pauci cõtra multos pugnare. At Romæi, præſertim quòd duces hoſtes continuo retro conſequentes eſſe opinabantur, magis etiam fugiebant, ac nullũ remittentes tempus, citatis inſuper & flagello & clamore equis currebant, thoracibus reliquaque armatura ab ſe proiecta, quòd nõ amplius his opus habere, aut cum inimicis congredi putarent: ſed tantum in equorum pedibus ſalutem collocantes erãt, & vt breuiter dicam, talis extitit fuga, vt nullus fere ex illis equis ſuperuixerit, ſed vbi à curſu deſiſtebant, ſubito exanimes concidebant, nec vnquam ſimilis clades in ea parte Romæis extitit. nam qui fugæ defuerunt, partim cæſi, partim capti. Prę̨da quoque tanta fuit armorum, iumentorum, reliquarum rerum, vt Perſas diuitijs maximè cumulauerit. Adulius autem, qui in hac reductione apud arcem in Perſarmenijs exiſtens ſe cõtinebat, lapide à colonis caput appetitus ibidem perijt. Iuſtus cum ſuis Taraborum oppida pauca excurrendo deprædans, domũ & ipſe ſtatim reuertit. Anno inſequen-

Coſrois expeditio cõtra ipſum Chriſtum.

te Coſroes in Romæorum agrum rurſus incurrit, in Meſopotamiam exercitum ducens, quæ quidem irruptio non aduerſus Iuſtinianum Imperatorem, aut alium quenquam mortalium facta, ſed in ipſum deum, quem Chriſtiani colunt: quoniam in prima expeditione, quum Edeſſam fruſtra tentaſſet, domum ilico ſe recepit, quo tempore magnopere vnà cum Magis turbatus ad

Edeſſenorum oppugnatio.

ſuos conuerſus ait, Edeſſenos ſe omnino ſub iugum miſſurum, ac ciuitatem eam onibus paſcendam redditurum. Nunc verò prope ad eam cum exercitu accedens, quoſdam ex Hunnis cum ſequentibus ad mœnia ciuitatis miſit, quæ ſub Hippodromũ ſunt, nihil aliud maleficij perpetrantes. Oues huc paſtores reduxere loci munitioni confidentes, quod is maximè adclinis eſſet, neque hoſti facilè adeundus ſperaretur. Barbaris igitur eas rapere conantibus, acriter paſtores reſiſtebant. At Perſæ ſimul & Hunni violentius inſtantes, cum Romæis ſimul & oppidanis exeuntibus ad manus venerunt. Oues interim raptæ ſponte ad paſtores rurſus reuerterunt. Quidam autem ex Hunnis ante alios pugnãs maxime omnium Romæos adfligebat, à quodam verò agricola genu dextrũ funda percuſſus cernuus ilico ex equo cecidit. Pugna verò mane incœpta ad meridiem deſijt, in qua vtriq; ſatis habere putantes, diſiuncti ſunt, Romæi quidem intra mœnia ſe receperunt, Barbari procul à

ciuitate

ciuitate ſtadijs ſeptem palantes omnes in caſtra ſe receperunt. Tunc Coſroes ſiue in ſomnijs admonitus, ſiue ex cogitatione quadam quòd bis tentando nequiſſet Edeſſam capere, vnde plurimum ei dedecoris eueniret, multa pecunia ab Edeſſenis accepta, ab eorũ obſidione diſcedere decreuit. Itaq; ſequenti die Paulus interpres ad mœnia iuſſu regis veniens dixit, Romæos aliquot viros graues ad ſe mitti Coſroem expetere. Hi verò celeriter quatuor delectos claros homines miſerunt, quibus in caſtra Perſarũ venientibus Zabarganes mandato regis occurrens minanti ſimilis eos percunctatur, quæ nam ſint eis potiora, an quæ ad pacem, vel bellũ faciunt: reſpondentibus illis, ſe pacem potius electuros: ergo Zabarganes ait, emere hanc vobis multa eſt opus pecunia. Illi verò ſe totidem dicunt daturos, quot dederunt, quando Antiocheam capiens ad eos primò venit. Zabarganes autẽ eos cum riſu remiſit, vt diligentius ſuper eorũ ſalute deliberantes ſic deinde reuertantur. Hos Coſroes paulo pòſt iterum vocans repetijt, quot, aut quomodo prius Romæorum oppida cepit, minatur deinde Edeſſenis grauiſſima à Perſis euẽtura, niſi pecuniam tribuant, quantã intra mœnia poſſederint. Sic deniq; inde exercitum ſe deducturum recepit. Hæc Legati audientes, profeſſi ſunt ſe pacem quidem à Coſroe libenter accepturos, modò quę liceant eis imperet. Belli enim finem nulli omnino ante certamen ſatis exploratum eſſe, nec pugnæ periculũ in conditionem venire. Tunc verò iratus Coſroes, iuſſit confeſtim legatos diſcedere. Die autem obſidionis octaua tumulum arte excitare ante vrbem cõſtituens, iam excíſa in locis propinquis materia ante mœnia quadrata ſpecie compoſuit, quò miſſilía ex vrbe peruenire non poterant. terram quoq; multam qualemcunq; arboribus ingerens magnam vim lapidum ſuperiecit, qui non quidem aliàs ædificio apti, ſed ad id tantum officium exciſi atque elaborati erant: vt autem affatim in altitudinem creſceret, ligna longa in medio terræ & lapidum continuo inijciens, vinculum quodammodo huic operi adhibebat, vt prę altitudine minimè debilitaretur. Petrus autem dux Romæorum hic cum Martino erat, vt hoſtes operi intentos prohiberet, Hunnos quos ſecũ habebat his obiecit, qui plures interfecerunt, ac omnium maxime Arges nomine, ſolus ſeptem & viginti occidit. Ex hoſtium verò cuſtodibus nullis adhuc exire audentibus, donec opus ſuccreuiſſet, tunc conſtantiſſimè oppugnantes Romæi ex mœnibus fundis ac arcubus reijciebant. quapropter barbari teſtudines operimentaq; ex hircorum pilis, quæ vocant Cilicia, craſſitudine atq; longitudine quantum ſatis habentia, ſuſpendebant ex lignis longis: quod opus ab igne arcu excuſſo minimè aut vllis miſſilibus lædi poterat, ſed à teſtudine cuncta repulſa prohibebantur: quòd Romęi conſpicientes in metum verſi, legatos ad Coſroem mittunt, inter quos Stephanus erat medicorum ſui temporis princeps, & qui Cabadem Perozæ filium quandoque ægrotantem curans, multas ex eo retulit opes. Quumque in Coſrois conſpectum vnà cum alijs veniſſet, hæc ait; Regis profectò boni officium, manſuetum eſſe omnes adfirmant: Nam cædes ac bella facere, ciuitates diripere, agros depopulari, alijs fortè nominibus conuenit, bono autem nequaquam: quanquam Edeſſenorum ciuitatem ex te malum aliquod pati minimè omnium oportebat. Inde ego prodij, qui nihil futurorum præuidens, te nutriui, ac tuo patri autor extiti, vt te regni ſucceſſorem conſtitueret: tibi ego Perſarum imperij cauſa fui, patriæ verò præſentium malorum. Homines nanque multa ſibiipſis incommoda ob futurorum ignorationem inferunt. Verùm ſi qua te huiuſmodi beneficij memoria ſubit, nihil quæſo mali nobis vlterius irrogato, hanc mihi ad extremum tribuendo mercedem, ex qua tibi maxime rex hoc boni accedet, vt crudeliſſimus non videaris. Stephanus hactenus.

Cilicia.

Stephanus medicus.

Edeſſenorum ad Coſroem oratio.

Arrogans poſtulatum Coſrou. Coſroes autem non ſe profeſſus eſt prius inde diſcedere, quàm Petrus & Peraninus ei tradantur, quòd paterni ſerui exiſtentes auſi ſint contra ipſum arma capere. Quòd ſi hoc facere Romæis non placet, alterum è duobus eſt eligere neceſſe, vel aureorum quinquaginta milia dare, vel quoſdam in ciuitatem recipere, qui pecuniam veſtigantes omne aurum quoque & argentum ad eum referant, reliquorum vero dominos eſſe permittant. Hæc Coſroes magna eſt loquutus adrogantia, vt qui paruo labore Edeſſam ſe caperе ſperaret. Legati quòd ab eo imperata nullo modo ſe facere poſſe viderent, anxij perturbatique in ciuitatem reuerterunt. Poſtquam verò intra mœnia conſtituti regis mandata retulere, tumultu ac luctu plena ciuitas fuit. Turrem attamen in magnam erectam celſitudinem multoque ſtudio procedentem animaduertentes, cæteris priuati remedijs rurſus legatos mittunt: qui poſtquam in caſtra fuere, eadem atque prius oratum venire ſe dixerunt: ſed ne verbo quidem à rege dignati, quin multa contumelia inde abeuntes in ciuitatem redierunt. Igitur Romæi quibus poſſent viribus ſeſe tueri decreuerunt, ac ante omnia muri partem qui tumulo opponebatur alio adaugere contendunt ædificio, vt Perſarum operi ſuperemineat. Iamq; ad finem ventum erat, quum Martinum rurſus hortantur, vt de pace, quomodo ei videatur, tranſigat. Is propè ad hoſtium caſtra accedens cum quibuſdam Perſarum præfectis in colloquium venit. *Perſarum fraudulenta mora.* Hi verò Martinum pluribus diebus ſermonibus diſtraxere, pacem velle ſimulantes, donec opus in caſtris abſoluerent. Dixerunt enim, ſe quidem ad concordiam paratos, attamen Imperatorem nullo modo eam velle ſe exiſtimare. Nam & Beliſarius, qui Martinum & potentia & dignitate præcedit, quum Coſroem ex agro Romano exercitum deducere perſuaſit, ſpe legatorum venientium huius rei gratia, nihil tamen eorum quæ promiſerat præſtitit, faſſus ſe Iuſtiniani voluntatē extorquere non poſſe. Interea Romæi fecerunt foſſam in ciuitate, quæ aditu ſubterraneo vſq; ad tumuli ab hoſtibus extructi fundamentū medium penetraret, vbi igne ſuccenſo ędificium eruerent, itaque ſtrepitum fodientium hoſtes ſentientes, & ipſi ſuperius incipientes, ex vtraq; parte medij fodiebant, vt Romæos in opere deprehenderent. Quod illi cognoſcentes abſtinuerunt, terram in locum vacuum ingerentes: è ſummo autem tumulo inferius quod prope murum erat, ligna & lapides ac terram infereientes habitationis ſpecie extruebant, arborum quoque facile combuſtarum ſiccos truncos huc aggerando, oleo inſuper cedrino infarto & ſulphure & bitumine multo: nam hæc in munitione habebant. Perſarum verò præfecti interea Martino qualia mihi ſuprà paulò narrantur dixere, vt ſermonem de pace ſpecie monſtrarent. Poſtquam verò collis ab eis iam abſolutus eſt, ac mœnibus ciuitatis propinquans in ſublime erectus apparuit, Martinum remiſerunt, manifeſto concordiam negantes. *Edeſſenorum ſtrategema.* At Romæi ſtatim arborum illarum truncos incendunt, quos ad hoc præparauerant. Igne autem partem tumuli quandam comburente, nec per totum diffundi valente, quum ligna priora conſumerentur, alia deinceps in foſſam inijciebant, nullum intermittentes tempus. Iamque ignis tumulum omnem abſumentis fumus quidam nocte ſupra tumulum paſſim apparębat. Romæi autem nondum volentes à Perſis rem ſentiri hæc commenti ſunt. Parua vaſa, igne carbonibuſque implentes, hæc & ignifera miſſilia aggeris per totum tumulum frequentia miſcuerunt, quæ Perſæ, qui cuſtodiæ hic præerant, cum omni ſtudio circumeuntes extinguebant, & ex ipſo procedi fumum exiſtimabant. Malo verò gliſcente barbari clamauere. Romæi verò eos ex mœnibus ferientes multos interfecerunt. Huc & Coſroes circa Solis exortum venit, magna exercitus parte conſequente, atque in aggerem aſcendens primus hic malum deprehendit

hendit. ſubtus enim fumi cauſam eſſe monſtrauit, non ex his, quæ ab hoſte iaculabantur, continuoque omnem exetcitum clamare iuſſit. Tunc Romæi confidentes, verbis eos contumelioſis inceſſabant: barbarorum verò hi quidem terram, alij aquam quà maximè ignis apparebat inijcientes, malum vincere ſperabant: verùm nihil agebant. qua enim in parte terra iniecta erat, fumus quidem (vt pareſt) reprimebatur; ex altera verò parte paulo pòſt multo magis ex igne alibi fortius erumpente exibat. Aqua item in qua parte proijciebatur, maiorum ſulphuri ac bitumini vim addebat. Ex quo ignis vlterius procedendi cauſa erant, nec intus aquæ tantùm, quantum ignis præualebat, effundere poterant. Fumus itaque circa diei ſerum tantus eſt factus, vt & Carenis & alijs ibidem accolis manifeſtus eſſet. Perſis itaqne ac Romæis plnribus ſupra tumulum aſcendentibus, pugna hic orta, vicerunt Romæi, & flamma in tumulo clare omnibus apparuit. Perſæ autem hoc opere dimiſſo, ſexta pòſt hæc die ſatis ante lucem partem murorum clam inuadunt. Romæis alto ſomno dormientibus, ſcalis clam appoſitis aſcendunt. Quidam autem ruſticus ſolus expergefactus, tumultu clamoreque multo Romæos excitat: hinc orta pugna, Perſæ victi ſtatim ſe in caſtra receperunt, ſcalis ibidem relictis, quas Romæi intus traxere. Coſroes autem circa mediam noctem, bonam exercitus partem portam Magnam vocatam expugnatum miſit, qnibus Romæi occurrentes, non milites ſolùm, ſed & ruſtici, & ex populo quidam, pugna ſuperiores barbaros in fugam verterunt. Adhucque Perſis fugientibus, Paulus interpres à Coſroe veniens in medios Romæos nnnciauit, Recimerium de pace legatum è Byzantio iamiam venire. Sic vtrique diſſoluti. Iamque quibuſdam antea diebus Recimerins in caſtra barbarorum venit, ſed hoc Romæis minimè retulerunt Perſæ, expectantes videlicet in mœnibus inſidias, vt ſi quidem voti compotes eſſent, minimè in fœdera venirent: victi autem, ſicuti contigit, ad ea prouocantibus Romanis facile accederent. Poſtquam verò Recimerius prope ad portas fuit, Perſę ad Coſroem ſtatim mitti petierunt aliquos, quibus cum de pace tranſigeret. Romæi verò tribus pòſt diebus ſe miſſuros legatos dixerunt, quòd Martinus eorum dux male circa valetudinem haberet. Coſroes autem non ſanum eſſe teſponſum ſuſpicans, ad prælium ſe adcinxit, magnamq; laterum vím ſupra tumulum inijci inſſit. Duobus verò pòſt diebus cum toto exercitu mœnia expugnaturus acceſſit, in qualibet porta partem exercitus cum præfectis collocans, cunctaque hoc modo mœnia circundans, ſcalas & machinas eis adhibnit, retro verò Saracenos cunctos cum Perſis quibuſdam locauit, non vt in muros incurrerent, ſed vt capta ciuitate fugientes caperent. Tali quidem ordine Coſroes exercitum diſpoſuit. Pugna autem manè incipiente, ab initio quidem Perſarum res ſuperior fuit, vt qui mnlti aduerſus paucos pugnarent, quoniam plures Romæorum impræmeditati nihil adhuc ſenſerant: procedente autem prælio, turbatione ac tumultu plena ciuitas fuit, & iam omnes cum ipſis coniugibus & paruis filijs in mœnia conſcenderunt: qui autem in ætate fuere, hoſtibus acriter reſiſtebant. Sed & ruſtici mnlti aduerſus barbaros facinora multa præclara oſtenderunt. Filij autem & fœminæ cum ſenibus lapides pugnantibus ſuggerebant, aliaque miniſtrabant: quidem verò & leberas oleo calefacto plenos in hoſtes de mœnibns iaciebant. Iamque Perſæ pngnam detrectantes arma abijciebant, regique in conſpectu venientes non oppugnatione vlterius tendere poſſe dictitabant. Ex quo in iram Coſroes conuerſus, minitando intentandoque omneis in hoſtes iterum reduxit, qui clamore multo turres ſcalasqne & alias machinas mœnibus adhibuerunt, vt ciuitatem eueſtigio euerterent. Romęis verò confertim ac viribus totis defenden-

Variè victi Perſæ.

Perſarum irrita oppugnatio.

tibus, barbari in fugam vertuntur, diſcedentemque Coſroem Romæi exiſtimauere, ad mœnia oppugnanda prouocantes. Solus autem Azarethes circa portas Soënas vocatas cum ſequentibus pugnauit: vbi Tripugiam vocant locum, vnde Romæorum fortiſſimi milites ad certamen extra diſceſſerant. Itaque partem pro mœnibus, quam Protichiſma vocant, Perſæ omni conatu aggredientes fortiſſimè defendentibus inſtabant, donec ipſis Peranius cum multis militibus & Edeſſenis quibuſdam in pugna victor adequitauit. & manè murum oppugnare incipiens, in ſeram noctem deſijt. Vtrique igitur eam noctem inquietè manſerunt, Perſæ quidem circa vallum ſibi ipſis timentes, Romæi verò lapides in turribus collocantes, & alia in munitione præparantes, præparabantur; die poſtera pugnaturi cum hoſtibus, ad mœnia irrumpentibus. Sequenti igitur die nullus barbarorum ad mœnia venit. Perendie verò pars exercitus Coſroe adhortante portas Barlai vocatas inuaſerunt, occurrentibus verò Romæis victi ſunt in prælio, breuiterque in caſtra reuerterunt. Tunc verò Paulus Perſarum interpres ad mœnia accedens, Martinum vocabat, vt ad concordiam ineundam veniret, quod & ille fecit, ac quinquaginta milia ab Edeſſenis Coſroes recipiens fœdera conſcripſit, ſeque deinceps Romæos non amplius violaturum promiſit, ad extremum vallo munitionibusque incenſis cum toto exercitu domum reuertit. Sub idem tempus Romæorum duo duces periere, Iuſtus Iuſtiniani Imperatoris fratris filius, & Peranius Iberus: alter morbo, Peranius verò ex equo in venatione collapſus: quorum loco Imperator ipſe totidem ſurrogauit, Marcellum fratris filium puberem, & Conſtantianum, qui paulo poſt vnà cum Sergio legatus ad Coſroem de concordia miſſus eſt. Hi apud Aſſyrios eum conuenerunt, vbi ciuitates duæ maximæ ſunt Seleucia & Cteſiphon Macedonum ædificia, qui poſt Alexandrum Philippi Perſis & his vicinis gentibus imperauerunt: quas Tigris fluuius diſterminat, nulla alia in medio exiſtente regione. Hic regem offendentes rogauere, vt oppida, quæ in Lazis ſunt, Romanis redderentur; ac pacis fœdera confirmaret. Coſroes autem non facilem dicebat inter ſe fore concordiam, niſi aliquod prius induciarum tempus ſtatuiſſent, per quas vltro citroque colloquentes ac conuerſantes ſecurius de pace perpetua ſtatuerent. Ad has igitur obtinendas inducias pecuniam Romæos tribuere oportere, præterea quendam mittere nomine Tribunum, cum quo certo tempore rem tranſigat. Erat enim hic medicus, qui eum à morbo graui liberauerat, ex quo amicus ei atque gratiſſimus erat. Hæc vbi Iuſtinianus audiuit, & Tribunum & pecuniam ſtatim miſit vſque ad milia viginti: ſic inter eos indutiæ in annos quinque conſtitutæ, Iuſtiniani Imperij anno xix. Paulò poſt Aretas & Alamandarus Saracenorum duces bellum inter ſe tantum decernunt, ſine Perſarum aut Romæorum auxilijs. Alamandarus quidem vnum Aretæ filium equos paſcentem excurſione capiens Veneri ſtatim conſecrauit, & ex eo cognitum Perſis res Romæorum Aretam vendidiſſe. Poſt hæc cum toto exercitu ambo ad pugnam venerunt, in qua ſuperior Aretas hoſtes conuertit, multosque occidit, pauloque poſt idem duos Alamandari filios perſecutus capere non potuit. Et res quidem Saracenorum ſic ſe habuere. Coſroes deinde conſtituens Iſdigunnam legatum Byzantium ad Imperatorem mittere, Perſas quingentos electos viros cum eo ire iuſſit, quibus mandauit, apud Daram vrbem adeſſe, ac in domibus diuertere multis, noctéq; ſopitis omnibus portas aperiant, ac reliquum admittant exercitum. Niſibis quoque præfecto mandauerat, vt copias clam præſto paratas haberet. Sic Coſroes paruo labore Romæos omneis interficere, ac vrbem eam capere ſperabat. Sed vir quidam Romæus, qui paulo ante ad Perſas transfugit, facinus animaduertens, Georgio rem aperuit, huius

Edeſſeni obſidione liberantur.

Legati principis ad Perſas.

Tribunus medicus.

Aretæ ac Alamandari bellum

Coſroes Daram fraude capere nititur.

ſus tunc vrbis præfecto, cuius ſuprà memini, veluti Perſis ſuadentis in arce Siſauranorum obſeſſis ſeſe Romæis dedere. Georgius huic legato in Romæorum atque Perſarum finibus obuiam procedens, ait eum non more legati venire, nec tot numero Perſas in ciuitate Romæorum recipi fas eſſe. Iſdigunnas indignanti ſimilis fremebat, veluti legatus ad Romæos, probro ſuper his ab eo laceſſitus. Georgius autem eius iram minimè curans, ſeruare ciuitatem maluit. quapropter eum cum viginti tantùm in vrbem recipit. Hac *Legatio Perſica.* igitur ſpe legationis barbarus excidens Byzantium venit, vxoremque ac filios duos ſecum ducens, honeſtandæ magis legationis gratia. Vbi autem in Iuſtiniani conſpectum venit, dona ei regia cum litteris tantùm tradidit, per quas ille certior & ſolùm fieri petebat, an valeret Imperator. eum tanto excepit honore, quanto nullius vnquam alterius meminimus, vt quando ſecum epularetur, Bradunam interpretem, qui eum ſequebatur etiam menſæ adhiberet, quod nunquam prius conſuetum. Non enim interpretem, quanquam nullo magiſtratu inferiorem, ſimul cum Imperatore epulari fas eſſe omnes norunt. Sed & ornatiorem longe muneribus legatum, quamuis nulla de cauſa venerit, remiſit lõge vberioribus quàm ipſe acceperit, aut quàm ſumptus itineris fuerit. *Interpres adhibitus imper. menſæ.* Hunc igitur finem Coſrois apud Daras inſidiæ habuerunt. In Lazorum autem regionem materiæ multum exciſæ ad nauium *Molitiones in regione Lazo ũ.* fabricationem miſit, nulli communicans, cur eas facitaret, ſed verbo quidem ſe machinas in Petræ mœnium defenſionem parare monſtrando. Deinde Perſarum fortiſſimos trecentos eligens ſimul cum Phabrizo duce, cuius nuper memini, in Lazicem miſit. materia interim ſorte quadam fulmine icta omnis in cinerem conuerſa eſt. Phabrizus eò cum his veniens, fecit vt ea, quæ à Coſroe mandata Gubazi fuere, perficerentur. Erat enim Colchis vir nobilis Pharſaſes Perſis fidiſſimus viſus, quem Gubazes priuata inimicitia maximè inſectabatur: quapropter vt minimè confidens, in regis conſpectum venire verebatur. Quod vbi Phabrizus nouit, Pharſaſem adcerſiuit, ac ei omne conſilium communicans, hominem percunctatur, vnde primùm res aggredienda eſſet. Viſum igitur eis de conſilij ſententia deliberantibus Phabrizum quidem apud Petram ciuitatem eſſe, atque huc Gubazem vocare, vt nunciet, quæ regi circa ea, quæ ad Lazos faciunt, videantur. Verùm Pharſaſes clam Gubazæ rem geſtam ſignificauit. quapropter Gubazes ad Phabrizum nequaquam venit, ex quo palam ad defectionem ſpectabat. Phabrizus autem alijs Perſis apud Petram cum toto exercitu eſſe mandauit, & quæ facerent ad expugnationem, diligentiſſimè præpararent. Ipſe verò cum eiſdem trecentis ſine effectu domum reuertit. Gubazes autem ad Iuſtinianum rem omnem deferens, ante omnia petijt, vt Lazis præteritorum veniam daret, deinde ſponte ſe à Perſarum ſeruitute eximere volentes, quando non ſoli poſſent, exercitu ſuo iuuaret. Hæc poſtquam Imperator audiuit, animo lætatus viros ſeptingentos cum Daſiſthæo duce, ac Zanos mille auxilio Lazis miſit, qui in Colchidem peruenientes, ſimul Lazis & Gubazi militantes ad obſidionem Petræ conſtiterunt. Perſis autem fortiſſimè ex mœnibus reſiſtentibus, obſidionis tempus diu prorogatum, quòd cibariorum ſatis in munitionibus intus haberent. Coſroes his turbatus, exercitum quam magnum equitum ac peditum ſubſidio miſit cum duce Marmeroe. quod Gubazes vbi didicit, cum Daſiſthæo de communi ſententia hæc conſtituit. Boas fluuius extra Zanorum fines exit in Armenijs, qui circa Pharangium habitant, ac primum dextrorſus vt plurimum fluit, breuis quoque vadis, nulloque labore omnibus permeabilis exiſtit, vſque ad locum, vbi dextrorſus quidem Iberorum ſunt fines, contrà verò definit mons Caucaſus. Hic gentes quum aliæ multæ, tum Alani ac

Abaſgi habitant, Chriſtiani quidem,& iam dudum Romæorum amici. Inſuper Zechi,& poſt eos Hunni, qui & Saberi nominantur. Deinde fluuius hic vſque ad Caucaſi & Iberiæ fines peruenit. Hinc verò ſuperuenientibus aliorum fluminum aquis maior longe apparet, mutatoque nomine Phaſis incipit appellari, qui nauium capax factus vſque in Euxinum deducitur, vbi eius oſtia ſunt: atque ibidem vtrinque Lazorum conſpicitur terra, ſed à fluuij ſiniſtra diei tantùm vnius iter expedito fines habet, regio ſanè hominibus deſerta. prope hanc habitant Romæi Pontici vocati. In hac igitur Lazicæ parte inhabitata Iuſtinianus meo tempore Petram ciuitatem ædificauit, vbi Ioannes Zibus monopolium conſtituens, vti mihi ſuprà narratur, cauſa fuit Lazorum defectionis. E Petra igitur eunti rectà ad auſtrum Romæorum montes conſpiciuntur, oppidaque hominibus frequentata, Rhizeum vocatum, & Athenæ,& alia nonnullæ, vſque ad Trapezuntios. Itaque Lazice quum eſſet incuſtodita, facile ad Perſas vnà cum Petra peruenit. Nunc autem Gubazes ſciens Perſarum aduentum, Daſiſthæo mandauit, mitti aliquos, qui fauces extra Phaſim exiſtentes cuſtodirent, nec interim obſidionem relinquere, donec deuictis Perſis vrbem capiat: Ipſe verò cum toto exercitu Colchorum ad extrema Lazicæ venit, vt hic fauces præſidio teneret, ac pauloante Alanos ac Saberos in ſocietatem adſciuerat, ac xxx milia ſe daturum Imperatoris nomiue promiſerat, vt Lazorum regionem cuſtodirent, ſimúlque Iberiam ita vacuam redderent hominibus, vt aditus inde Perſis in futurum non eſſet. Gubazes itaque his conditionibus Imperatori relatis eum orauit, vt Lazis hæc pecunia mitteretur, vt miſeri de vita laborantes ſeruarentur. Inſuper & ſibimet ſtipendium decem annorum deberi dicebat, poſtquã in Silentiariorum numero in palatio cooptatus nihil inde tulit. Iuſtinianus verò eius poſtulatis facile annuit, ſuperueniente tamen negocio quodam, inſequente tempore pecuniam non miſit. Gubazes itaque hæc egit. Daſiſthæus autem, vt iuuenis admodum, minimeque huic bello Perſico aptus, ſtudio ac diligentia in rebus nequaquam fretus centum ad fauces miſit, quibus ipſe adeſſe in tanto periculo neglexit, ſed ad Petræ obſidionem remanens nihil egit, quanquam paucis exiſtentibus inimicis: ab initio enim non pluſquam mille & quingenti erant à Romæis & Lazis per longum tempus apud mœnia oppugnati, vulnerati autem & virtute maxima, quam vnquam viderimus, durantes plurimi periere, ad paucosque demum redacti ſunt.

Petra opidum, Iuſtiniani opus.

Perſæ igitur in deſperationem atque anxietatem venientes quieuerunt. Romæi autem circa muros foſſam in breui loco fecerunt, vt murus hic rueret: verùm adeò propinquæ huic domus erant, vt pro mœnibus hoſti eſſent: quod Romęos nihil commouit, magnopere ſperantes, quòd ſi alibi foderẽt, facile ſe potituros. Quamobrem Daſiſthæus de his omnibus Imperatorem certiorem fecit, ac interim præmia victoriæ militibus propoſuit, planè ſignificans, quæ per ipſum munera Imperator fortibus daturus eſſet. Perſæ igitur Romæis & Zanis acriter oppugnantibus præter opinionem acriter reſiſtebant, quanquam pauci admodum relicti. Poſtquam autem Romæi nihil agebant, rurſus ad fodiendum conuerſi, adeoque opere ſubius proceſſere, vt murorum fundamenta præterierint. Quòd ſi Daſiſthæus ſtatim ipſis fundamentis ignem ſubijcere voluiſſet, exiſtimo profecto facile ciuitatem cepiſſet: nunc verò ab Imperatore reſponſum expectans, morando tempusq; terendo ſuperſedit. Et hæc quidem in Romæorum exercitu ſic ſe habuere. Mermeroes autem cum toto Perſarum exercitu in Iberiæ fines proceſſit, Phaſim fluuium dextrorſus habens, per loca Lazicæ ire nullatenus volebat, ne quid ex ea parte eſſet impedimento. Erant enim in ciuitate viri quinquaginta voluntarij, atq; electi, Imperatorem Iuſtinianum Callinicum clamantes,

tes,quibus præerat Ioannes Thomæ filius,vir Armenius,cognomento Guzes. Hic enim Thomas multas arces apud Lazos iuſſu Imperatoris ædificauit,exercitumque illic erexit. Ioannes igitur ad manus cum Perſis veniens, vulneratusque ſtatim cum ſequentibus in caſtra reuertit, poſtquam nullus ex Romæorum exercitu alter alteri auxilio venit. Vir autem Perſa Miranes nomine, qui Petræ præſidio præerat, ciuitati timens,Perſis omnibus mandauit diligentiſſimè cuſtodiam habere. Ipſe autem ad Daſiſthæum palpatorios ac deceptorios habuit ſermones, nulla tamen ratione in concordiam veniens.* Perſarum pluſquam mille ceciderunt, Romæi iam turba irruente reiecti,in montium illorum cacumina curſu ſe recipiendo ſeruati ſunt. Hoc Daſiſthæus diſcens,ſtatim obſidionem ſoluit,nihilq; exercitui dicens,Phaſim fluuium primus traiecit, reliqui confertim Romæi ſubſecuti ſua omnes apud caſtra relinquendo. Perſæ autem hæc animaduertentes & portas apperuerunt, & exeuntes ad hoſtium tabernacula caſtra euertebant. Zani verò minimè Daſiſthæum ſecuti, hic clamore ſublato,ſe curſu in hoſtes conuertentes,paruo labore multos interfecerunt: Perſæ intra mœnia rurſus fugerunt. At Zani,vbi caſtra Romanorum ſpoliauere, rectà Rhizæum, deinde Athenas venientes,per Trapezuntios poſtremò domum reuerterunt. Mermeroes autem, ac Perſarum exercitus huc die nona poſt Daſiſthæi diſceſſum venerunt, vbi & Perſarum præſidio relictos ſaucios quidem cccl.integros ac incolumes cl.inuenerunt,reliqui omnes interiere:quorum corpora extra mœnia nullatenus eiecerunt, ſed tetrò intus laceſſiti odore præter opinionem tolerauerunt, vt nullam hoſtibus obſidendi promptitudinem fœtore auerſis præberent. Quod Mermeroes animaduertens,ſimulque increpans,ac lachrymans,dignam Romæorum rempub. dicebat eſſe, qui ad hoc debilitatis venerint, vt centū & viginti Perſas ſine mœnibus, nulla arte aut vi capere potuiſſent,protinuſque murorum partem,quæ corruit,exædificari magna diligentia iuſſit. Vbi verò neque calcem in promptu,neque aliquid aliud ædificio aptum paratum habebant,hæc cōmenti ſunt. Culleos lineos, in quibus Perſæ neceſſaria in Colchidem ferunt,arena repletos in lapidum loco poſuere,quæ hic ſimul congeſta pro muro fuerunt:deinde è fortiſſimis tria millia ibidem præſidio dimiſit, quibus non multi temporis cibaria reliquit, ſimul & curam ædificandi mandauit, ipſe cum reliquo exercitu retrò adequitauit. Gubaſes inter hæc diſcens,quæ Romæis & apud Petram,& apud fauces contigerunt, alteras ipſe apud Phaſidem fauces minimè propterea reliquit,vbi totius ſpei ſumma erat,pro cōperto habens, quod quanquam Perſæ Romæos extra fluuium violent, nullo modo Lazorum regiam, neque Petræ ciuitati, niſi flumen tranſiſſent, nocituri erant, nec eos vllum tranſeundi modum deficientibus etiam nauibus habere. Nam fluuius is ſi vſquam alter maximè profundus, latitudine magna, impetu quoque tanto,vt in mare prorumpens longe diſtinctus feratur, nuſquam cæteris maris aquis commixtus, vt ex ea pura bibendi nautis in medio pelago ſit facultas. Intra fluuium vbique præſidium habent Lazi,ne nauibus hoſtilibus locum traijciendi ac in terram adplicandi tribuant.Imperator autem Iuſtinianus Sabirorum genti pecuniam ex fœdere pactam miſit.pauloantè alium quoque exercitum magnum in Lazos miſit, qui nondum huc venerunt, cui præfuit Rhecitangus, homo Thrax genere, prudentiaque & rei militaris diſciplina inſignis. Et hæc quidem ſic ſe habuere. Mermeroes interea in montibus,quò confugerat, vti mihi ſuprà narratur,exiſtens;Petram inde ad victum neceſſarijs munire ſtudebat, quum non ſatis habere cibariorum cuſtodes,qui ad tria millia relicti erant, animaduerteret: ſed quæ in promptu erant, vix ad ſumptum exercitui ſuo ſatis erant non minus quàm xxx.millium exiſtenti,&

* *Hic verba nonnulla in Græco exemplari deficere videntur.*

ex eo nihil quod referret Petram mittere poſſe exiſtimabat. Putauit itaque eis potius fore, partem exercitus magnam è Colchide diſcedere, paucosq́; hic remanere, qui commodius ad Petræ præſidium quæ opportuna forent importare valerent. Quamobrem Romæi & Lazi hoſtes mille inuadentes, quorum nullus diffugere valuit, partim cædunt, partim capiunt, quiq́ue circa Gubazen & Daſiſthæum, & numerum Perſarum exercitus, & viæ longitudinem diſcere potuere, & in quo loco res ipſorum eſſent. Mouentes igitur cum toto exercitu, aduerſus eos profecti ſunt numero xiiij. millia, vt in recenſendis nocte militibus in ſtationibus apparuit. Perſæ igitur, quum nihil obuium in toto, quàm longum, itinere habuiſſent, nihil hoſtile cogitantes, ſimulq́ue fluuium minimè permeabilem eſſe putantes, alto ſomno dormiuerunt. Romęi autē & Lazi ante lucem ex improuiſo irruentes, partim dormientes, partim ſemiſomnes in lectis iacentes offenderunt: quapropter ipſorum nulli vires adeſſe contigit, ſed plurimi deprehenſi ac interfecti ſunt, partim capti, inter quos vnus fuit præfectus, pauci admodum in tenebris ſequentes incolumes euaſere. Romæi itaque & Lazi hoſtium caſtra inuadentes, multas inde opes ſunt adſecuti, & arma, & iumenta, eosq́; longè inſectando ad Iberiam vſque peruenere, hic & alijs occurrentes Perſis plurimos interfecere. Sic è Lazice Perſæ omnino diſceſſerunt. Romæi autem itemq́ue Lazi quum alia vſui opportuna, tum farinæ plurimum hic inuenientes omnia cremauerunt quæ ex Iberia barbari importauere, vt Petram inferrent, ac Lazorum plures in faucibus reliquerūt, vt non amplius huc vſui neceſſaria Perſæ importare valeant, cumq́ue præda omni ac captiuis reuertetunt anno quarto expeditionis in Perſas, Iuſtiniani verò imperij tertio & viceſimo. Ioannes autem Cappadox anno ſuperiore ab Imperatore reuocatus eſt, quo tempore finis item vitæ Theodoræ Auguſtæ aduenit: qui Ioannes ob ſuſpicionem magiſtratu deiectus, ſacerdotium ſumere compulſus eſt, quanquam in eo ſtatu in phreneſim quandoque atque opinionem conſequendi imperij venit. Quærit enim dæmon ambitioni homines deditos ſummorum honorum ſpe deludere, qui præſertim conſtanti natura ſeu propoſito non ſunt: quod Ioanni accidit, cui mira ac vana ſoliti prædicere homines, quum alia, tum futurum, vt is quandoque Auguſti habitum indueret, quod fortaſſe fatum in hoc verum apparuit, quod quidam ſacerdos nomine Auguſtus Byzantij Theſauri Sophiæ templi cuſtos propè aderat, quando Ioannes ſacerdotis habitum induit, fortéque ſuam cæteris tunc deficientibus commodauit.

Perſarum clades.

Ioannis Cappadocis ambitio.

PROCOPII DE BEELO VANDILICO LIBER I.

IVSTINIANVS peracto Perſarum bello Vandalicum cœpit. Decedenti Theodoſio viro imprimis iuſto duo filij ſucceſſere, Arcadius natu maior, qui Orientis, & Honorius qui Occidētis Imperium tenuere. Sic enim diuiſum iam dudum à Conſtantino eiuſq; filijs, qui eò rem traduxit, vrbemq; ante omneis longe clariſſimam conſtituit, & ab eo nominari voluit.

De ſitu Conſtantinopolis, & imperij magnitudine.

Ambit enim Oceanus terrā, ſiue vniuerſam, ſeu magna ex parte: nam in geminam eam diducens cōtinentem, hoc mediterraneum efficit, quod à Gadibus incipiens, in ipſam paludem Mçotidem definit. Harum igitur cōtinentium altera quidem dextrorſus in paludem nauiganti Aſia vocatur, ad Gadeis verò ac alteram Herculis columnā Septenſem ponunt arcem, ob ſeptem apparentes in eo loco montes. Huic aduerſa tellus Europa dicitur. Fretum verò inter vtranque ſtadijs lxxxiiij. eſt. Ambę itaq; vſq; in Helleſpontū æquoribus diducuntur: conueniunt rurſus circa Seſtum & Abydum, iterumq; apud Byzantium & Chalcedonem vſq; ad Cyaneas petras vocatas, vbi nunc Sacrum nominatur, quæ loca decem inuicem ſtadiorum ſpatio dirimuntur. Ab altera enim columna vſque ad alteram, longe per littus eunti, non autem per ſinum Ionicum & Euxinum, ſed è Carthagine, Conſtantinopoli, & Hydrunte rectà in continentem tranſmittenti cclxxxv. dierum eſt iter expedito. Quæ autem circa Euxinum conſiſtunt, qui è Byzantio in paludem tendit, omnia deſcriptione difficilia, quòd barbari à quibus Hiſter ſeu Danubius colitur, minimè famam illorum faciant Græcis. E Byzantio rurſus ad Hiſtri oſtia, quæ in Europa computantur, dierum eſt iter xxij. Per Aſiæ verò partem è Chalcedone in Phaſim fluuium, qui è Colchis in Pontum fluit, dierum eſt iter xl. Omnis itaq; Græcorum potentia iuxta mare iter eſt dierum cccxlvij. Quòd ſi quis, vti ſuprà narratur, Ionium ſinum ſtadijs longum maximè dccc. ex Hydrunte prætereat, diebus non minus quatuor adnauigatio fuerit. Tale igitur in hodiernum diem Orientis Romanorum Imperium. Occidentis autem in Aphrica primum nonaginta dierum iter (tantundem enim à Gadibus ad fines Aphricanæ Tripoleos exiſtit) prorogatur.

Occidentalis imperij amplitudo.

In Europa verò lxxv. iter: nam tantundem ab altera columna ad Ionium ſinum cenſetur. Si quis autem ſinuum nauigationem addiderit, Imperator Orientis cxx. dierum iter ſortitur è Cyrenes finibus vſque ad Epidamnum, quod contra ipſum Ionium ſinum eſt, nunc Dyrrachium vocatum: circa item Euxinum omnia, vti ſuprà narraui Romæorum ſunt. Vno autem die ex Athenis vſq; Megara cxx. ſtadia abſoluuntur. Sic igitur vtrique continenti Romęi Imperatores dominantur. Britannia extra Herculis columnas omnium maxima ad Occidentis, vt par eſt, imperium pertinet. Intus verò Ebuſa eſt, ad ſeptem iter dierum maximè protenſa, duæq; circa aliæ, Maiorica & Minorica ab incolis appellata. Aliarum verò quælibet alterutro Imperatori obtemperat, vt intra illius fines ſitam eſſe contingit.

Barbari hoſtes Honorij.

Honorio igitur Occidenti præſidente, barbari illius inuaſere regionem: qui verò fuerunt & quomodo dicam.

Gothi eorumq; variæ nationes.

Gothicæ gentes multæ quidem, & aliæ prius fuere, quàm nunc. Omnium autē maximæ ac potiſſimæ Gothi, & Vandili, & Viſigothi, & Gepedes, iam dudum &

Sarmatæ, & Melanchlæni appellari. Sunt & qui Geticas gentes has vocent qui omnes nominibus quidem inter ſe differunt, cætero conueniunt. Nam & albi ſunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoque & aſpectu probo, legibus item eiſdem vtuntur, ſimiliter & Arianæ omnes opinionis, voce vna Gothica appellata vtentes: & vt mihi ſanè videtur, ex vna omnes gente procreati, nomina poſtea ab eorum ducibus varia ſortiti. Is autem populus loca ſupra Iſtrum iam pridem incoluere. Deinde Gepedes loca circa Singidum & Sirmium tenuerunt. Intra verò & extra Iſtrum meo vſque tempore nunc habitant. Ex his igitur Viſigothi hinc mouentes, primùm quidem in ſocietatem cum Arcadio venerunt, tempore verò procedente minimè in fide perſeuerantes, duce Alarico inſidias alteri Imperatori parauerunt. è Thracia enim mouentes, omnem Europam bello infeſtauere. Alaricus deinde Roma diſceſſurus Attalum quendam nobili ortum genere Romanorum Imperatorē conſtituit, diademate, purpuraq; & alijs exornans inſignibus, hoc animo, vt Honorio eriperet, huic verò tribueret Occidentis imperium. His itaq; geſtis, Attalus & Alaricus cū exercitu Rauennam inuadit. Erat autē Attalus ipſe nec per ſe ſatis regere aptus, nec bene conſulenti credere viſus. inſuper in Aphricā præfectos ſine exercitu minimè probante Alarico miſit. Britannia interim à Rom. deſciuit, Conſtantinumq; ſibi regem conſtituit, virum quidem haud obſcurum. Is ſtatim armatus cum exercitu ſatis magno in Hiſpaniam atq; Galliam ruit. Honorius verò naues in munitione paratas habens, tantùm in Aphrica occaſiones expectabat, vt ſi ab Attalo miſſi repellerentur, ipſe protinus adnauigaret, eiusque Imperij partem conquireret: ſi verò illic res minus proſperæ orirentur, ad Theodoſium ſe conferre cogitabat, vt vnà ſuper his animaduerterent. Arcadio enim longè antea decedenti Theodoſius filius in Oriente ſucceſſit. Hęc Honorio meditanti, ac animo fluctuanti, admirandi fortunæ ſucceſſus contigerunt. Amat enim Deus, non quidem aſtutos, aut aliquid domi machinantes, ſed extrema in anguſtia conſtitutos, modò non ſint improbi, quemadmodum huic contigit Imperatori. Vt enim ſtatim nunciatum eſt ex Aphrica, Attali præfectos interijſſe, nauium multitudinem protinus è Byzantio ſibi non expectanti auxilio adeſſe vidit. Alaricus autem cum Attalo, ob eius ignauiam, in diſſenſionem veniens, imperatorijs priuatum inſignibus in cuſtodia tenuit. Interea Alarico morbo extincto, Viſigothorum exercitus duce Adaulpho Galliam petijt, & Conſtantinus, quem Britanniæ tyrannum diximus, bello ſuperatus vnà cum liberis interijt: nec eam propterea Romani liberauerunt, ſuccedentibus continuo tyrannis. Gothi autem Iſtrum tranſeuntes primo quidem à maleficio non temperabant, donec permittente Imperatore Thraciæ loca incoluerunt: nec tamen diu, quum vlterius tranſeuntes rerum in Occidente ſunt potiti. Sed hæc in bello poſtea Gothorum dicentur. Vandili interea circa Mæotidem conſidentes, vbi fame preſſi ſunt, in Germanos irruunt, qui nunc Franci dicuntur, ſimulque Rhenum fluuium traiecerunt, in ſocietatem Alanos, Gothicum & ipſum genus, adſciſcentes: inde poſtea duce Gogidiſco in Hiſpaniam penetrauere, quæ primùm ex Oceano è Romanorum ditione occurrit. cum Gogidiſco Honorius conuenit, vt in hac ſedes, minimè tamen cæteris habitatoribus nocentes, haberet. Nam quum lex Romanis eſſet, vt his, qui iam annis xxx. ad manus ſua non poſſiderent, ob præſcriptionem ius amplius repetendi non eſſet, ea annorum præſcriptione Vandilis nullo pacto vti liceret. Honorius igitur ad hunc modum Occidente lacerato morbo exceſſit, cum quo Imperium antea Conſtantius ſimul geſſit, Placidiæ ſororis vir, qui ob vitæ breuitatem nihil laude dignum viuente Honorio geſſit. Huius igitur filius Valentinianus, iam

Viſigothi.

Alaricus, & eius res geſtæ, de quibus hic ex Zoſimo.

Attalus ineptus imp.

Honorij rerum ſucceſſus inexſpectatus.

Vandili.

Ius præſcriptionis Vandilis denegatum.

nus,iam à nutrice liber,apud Theodoſium educabatur. Interea Romę Ioan- *Ioannes imp.*
nes quidam è militibus Honorij occupat Imperium,vir quidem ingenio mi-
tis ac virtute præditus , qui annis quinque, quibus præfuit, nec delatoribus
aures adhibuit:nec cædem vllam iniuſtam, nec deniq; pecuniæ gratia quic-
quam fecit:contra barbaros nihil penitùs geſſit,quòd è Byzantio bello ſit i-
pſe petitus.Contra hunc igitur Theodoſius Arcadij filius exercitũ magnum
ſimul cum ducibus Aſpare & Aſparis filio * Andaburio mittens,eum è tyran ** Ardaburio.*
nide deiecit, ſimulq; Valentinianum adhuc puerum rebus præfecit. Is Va- *Valentinianus III. imperator.*
lentinianus hunc Ioannem captũ priuatumq; altera dextra in Hippodromo
coniecit,aſinoq; inſidentem cum omni contumelia circumduxit, ad extre-
mumq; necauit. Ad hunc igitur modum Occidentis inito Imperio Valenti-
nianus,quod à Placidia matre in omni mollicie nutritus, atq; illius vitio ef- *Valentiniani vitia.*
fœminatus eſſet,ad incantamenta mathematicaq; ſe cõuertit,vtq; matronis
potiretur alienis, omni ſtudio ac vitæ infamia curauit, quanquam & ipſe v-
xore longe formoſiſſima non carebat. Quapropter eò ob ignauiam venit,vt
non ſolùm amiſſa nõ recuperaret,ſed denuò Aphricam amitteret,in qua ta-
lia contingerunt. Duo Romanorum erant tunc duces, Aetius & Bonifacius, *De Aetio & Bonifacio ducibus.*
belli diſciplina nullis ſuorum temporum ſecundi , verùm inter ſe in admini-
ſtratione diſcordes . præterea animi mugnitudine & reliquis virtutibus ita
præſtitere,vt ſi quis ipſorum alterutrum ſummum Romanorum dixerit,non
errauerit. Bonifacium itaq; Placidia Aphricę totius præfectum fecit,inuito,
verùm diſſimulante Aetio,quòd nondum aperta eſſet inimicitia. Poſtquam
verò is ad locum peruenerat,Aetius manifeſtò obtrectare laudibus eius, ma *Aetij verſutia.*
leq; ad Placidiam referre , inſuper quòd Aphrica tota per eum ſpoliaretur,
accuſare cœpit ; rem facile poſſe deprendi,ſi iuſſus minimè reuertatur. Vbi
verò hæc illa accepit,conſilium ſibi placere,ſeque ita facturam dixit. Aetius
verò negocium præueniens,epiſtolam Bonifacio ſcribit,vti caueat,eum Pla
cidiæ ſuſpectum haberi , quærereq; delendi occaſionem, & hanc fore con-
iecturam, quòd primum abſque vlla cauſa diſcedere iuberetur . Quod vbi
ille legit, miſſis eueſtigio, qui eum reuocabant,reſpondit:ſe nullatenus nec
Imperatori, nec matri obtemperaturum. Quocirca Placidia Aetium opina-
ta rebus imperatoris fauere, maximeq; fidum,illum verò infidum ac ſuſpe-
ctum eſſe arbitrabatur. Bonifacius ex altera parte in hoc animi æſtu nec Im- *Bonifacius attrahit in Africã Vandalos.*
peratori mouere bellum impar viribus eſt auſus,nec Romam ob metum ve-
nire,ſed Vandilis tantùm ſe coniungere cogitauit,qui in Hiſpania parum ab
Aphrica diſtante,vti ſuprà dixi,conſtiterant. Hic Gogidiſco defuncto,eius
liberi ſucceſſere , Gontharis ex matrimonio , & Gizerichus nothus , cui
quòd armorum peritus eſſet, & frater eius adhuc puer, rerum ſumma dela- *Gontharis & Gizerichus Vandili principes.*
ta. Bonifacius igitur certos fideles in Hiſpaniam vtrunque fratrem ſibi con-
ciliatum mittit , monſtratque ſi in Aphricam traijciant , in tris eam inter ſeſe
partes poſſe diuidi,ex quo facile contra inſurgentes inita ſocietate valeant
inuicem iuuare.Igitur Vandili ſtatim accepta conditione,per anguſtias Her- *Vandili traijciũt in Africam.*
culei freti in Aphricam penetrant. Viſigothi paulo pòſt in Hiſpania ſucceſ-
ſere. Interea Romæ amici Bonifacij facinus conſiderantes, quem ſemper in
officio perſeuerantem cognouerant , ſatis admirari non poterant: nonnul-
lique iuſſu Placidiæ Carthaginem delati eundem conueniunt. Vbi verò
Aetij inſidias, ac literas ab eo exhibitas conſpiciunt , ſtatim reuerſi Placi-
diæ rem omnem deferunt , Bonifacium non ſua, ſed aliena culpa erraſſe di-
cunt. Illa animo perculſa , cum Aetio quidem diſſimulauit,nec quicquam
eorum, quæ contra Imperatorem geſta erant, probro obiecit, quòd exerci-
tum rerumque ſummam in poteſtate haberet,& res in diſcrimine iam eſſet:
verùm Bonifacij amicis omnia communicauit, de Aetij fraude vehemen- *Bonifacij pœnitentia.*

ter conqueritur. iurat ſeſe æquam Bonifacio fore, ſi illi rem animo detre-ctare, tum rem Romanam à barbaris perditum iri non permittere perſua-deant. Hæc vbi ille accepit, facti ilico pœnitens & initam iam ſocietatem deteſtans, Vandilos multis millibus nummûm tentare cœpit, vti ex eo loco diſcederent. quod quum minimè auſcultarent, quin probris potius inſultare viderentur, neceſſe fuit ad manus venire. Victus Bonifacius Hipponem regium ſe recepit, ciuitatem Numidiæ maritimam ac munitiſſimam. Hanc Vandili Gizericho duce exercitu admoto obſederunt. Gontharis verò iam deceſſerat, à fratre, vti putatur, interfectus. Vandili autem illum potius dicunt in Hiſpania à Germanis captum, paloque infixum, iam in Aphrica Gizericho res gerente. Tempore autem longo procedente, quum neque vi, neque conditione vlla opidum id expugnare poſſent, fame vrgente obſidionem reliquerunt. Interea è Conſtantinopoli Romaque exercitu adueniente cum Aſpare duce, Bonifacius Romanique, qui in Aphrica erant, ſpiritus adſumentes acriter reſiſtere cœperunt: verùm non melior priore fortuna ſucceſſit. victi ad vnum omnes, alij aliò fugam arripuere, Aſpar Conſtantinopolim vnde venerat, Bonifacius Romam profectus ſeſe Placidiæ ex his, quorum culpa vacabat, reconciliauit. Hoc igitur modo Vandili Aphricam Romanis cripuere, captiuos verò quos ceperant, in cuſtodia habuere, inter quos Martianus fuit, qui poſtea Theodoſio ſucceſſit. Quumque Gizerichus fortè præciperet, vti captiui in aula ſub dio cogerentur, vt adſpectibus eorum conſideratis ſanè conſpiceret, ſi quis regiam haberet indolem, ac indigna præſente fortuna pateretur, interim iidem inedia ac labore feſſi humi obdormiſcerent, aquila fortè volitans ſupra Martiani caput paſſis adſtitit alis. Gizerichus igitur portentum tacitè notans, non fruſtra hoc fore, iuſſum ad ſe venire, qui nam vir eſſet, interrogat. Ille ſe Aſparis arcanorum omnium ſocium eſſe inquit, quem Romani Domeſticum vocant. Gizerichus itaque meditans & aquilæ geſtum, & Aſparis quanta eſſet apud Byzantium potentia, hominem de medio tollere ab re putauit eſſe, neque veriſimile, vt ſupra quam primùm interituro ſigna volatu illa oſtendiſſet. nulla enim ratione eum interfici oportere: nam ſi poſtremò regnaturus eſt, morti non eſſet apud eum derelictus, quòd ea quę deo ſunt decreta, nullatenus prohiberi poſſunt. Quapropter iureiurando eum obligat ſibi amicum fore, nec vllo pacto contra Vandilos venturum. Sic igitur dimiſſus Martianus, paulo pòſt Theodoſio defuncto ſucceſſit, rerumque habenas ſuſcepit, optimusque fuit princeps. Quæ verò in Aphrica verſabantur, in nulla ratione habuit. Sed hęc poſtremo tempore facta ſunt. Gizerichus poſtquam Aſparem & Bonifacium viciſſet, prudenter animo fortunæ varietatem examinans, formidansq; ne è Conſtantinopoli Romaq; ſimul contrà nouus mitteretur exercitus, quũ ſuæ vires Romanorum armis non eſſent æquandæ, & humana ſæpe contingat à deo mutari, & corpora deficere; potius ob ea, quæ ratione metuebat, moderatum, quàm ob iam partam victoriam elatum animum gerere ſtatuit. Itaque fœdus cum Valentiniano inijt, tributum quotannis ſimul cum Honoricho filio obſide dedit, quem paulo pòſt amicitia inter eos gliſcente ſponte recepit. Placidia interim Romæ moritur, & Valentiniano virili prole carenti duæ tantùm fuere ex Eudoxia Theodoſij filia natæ. quomodo autem interijt, breuiter repetam. Maximus erat quidam è Senatoribus vnus, ac è ſtirpe illius Maximi tyranni, quem Theodoſius ſenior ſuſtulerat, pro qua victoria Romani quotannis feſtum agunt. huic vxor formoſiſſima ſimul & prudentiſſima fuerat, qua Valentinianus amore incenſus, quum potiri cuperet, resque admodum ardua foret, rem iniquam excogitauit. Maximum iuſſit ad ſe in palatium venire, quo cum talis colludens, auro certo propo-

Gizerichus Hippone Bonifacium obſidet.

Vandili Africa potiuntur.

De Marciano, pòſt imperatore facto.

Domeſtici qui dicti.

Martianus imp. Vandalis parcit.

Pax inter Valentinianum & Gizerichum.

Valentiniani exitium.

to propoſito, anulum eius victor nactus eſt. hunc clam ad vxorem mittit viri nomine, vt quàmprimum ſigno perſpecto in palarium ſalutatum Eudoxiam Imperatricem veniat. Illa ſubito paret, quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aula excipientes, longe in gynæconitidem duxerunt, vbi Valentinianus occurrens vim ei attulit. Illa poſt hæc mœſta domum regreſſa, calamitatem fatumque ſuum flere, virumque magnopere deteſtari cœpit, vt qui occaſionem huic rei dederit. Maximus verò dolore in-

Inſidiæ Maximi contra imp. & Aetium.

genti perculſus de inſidijs contra Imperatorem ſecum meditatur. quumque videret Aetium tunc maximum ducem, qui pauloante clariſſimam victoriam de Attila Maſſagetarum Scytharumq; exercitu armato contra Romanorum Imperium retulerat: ei ſuccurrit ita agere, vt laudem omnem ac merita geſtorum amitteret, ſuſpectumq; illum redderet Imperatori. tempus quoq; commodum tunc viſum, quod longe abeſſet, quòd ſpes in eo potiſſima Romanorum eſſet, cum Eunuchis agit, quorum cuſtodiæ, vti fidiſſimorum, corporis ſui curam Imperator tradiderat, vt ei perſuaderent, Aetium rebus nouis ſtudere. Imperator facilè credens, ſuſpectamque illius habens virtutem, vt in-

Aetius occiditur

terficeretur mandat. fertur & proximum quendam ex Romanis interrogaſſe, an vtilis foret Aetij mors: ille autem reſpondiſſe, hoc ipſe videret, bene an male, ſe tantum ſcire, quod ſibi dextram altera manu incideret. Igitur ſubla-

Attilæ regis Hũnorum potentia.

to Aetio Attila, vt qui nullum amplius aduerſarium haberet, nullo negocio cunctam populatur Europam, occidentisque Imperium tributarium conſtituit. Nam & Imperatores quotannis tributum ei dare perſeuerauerunt. talem ei felicitatem Aquileia direpta præbuit, ciuitas potentiſſima, ſimulq; frequentiſſima, præterea iuxta Adriaticum conſtituta. Dicitur enim longa iam

Aquileia quo augurio capta.

obſidione feſſus, quum iuberet exercitum rebus infectis diſcedere, indictaque poſtera die in exortu ſolis, quodam permotus auſpicio reſtitiſſe. ſiquidẽ ciconiam in turri quadam ciuitatis animaduerterunt inde pullos ſuos paulatim auferentem, quum non ſatis firmi adhuc ad volandum, quiſq; ſupra pręcedentis dorſum innitens, ex ſucceſſione vnà omnes euolauerunt: quod Attilas inſpiciens (erat enim in auſpiciorum coniectura ingenio proſpicax) iuſſit exercitum ſiſtere: non enim fruſtra, inquit, hæc auis nidum deſereret, niſi malum quid diuinitùs ciuitati euenturum præſagiret: quòd profecto euenit. nam poſt paulo eam muri partem, vbi nidus fuerat, ſponte nullaq; vi corruentem cõſpexerunt, vnde Barbaris ingreſſus fuit, & ciuitas tota direpta. Et hæc circa Aquileiam hoc modo contigerunt. Interea Romæ Maximus Imperato-

Maximus tyrãnus.

re nullo negocio interfecto tyrannidem capit, Eudoxia potitur, eamque ſibi coniugio iungit, quum forte antea prima vxor deceſſiſſet; eiusq; tandem amore, dum vnà cubaret, ſe faſſus eſt virum interfeciſſe. quare illa exacerbata prius animo, ac de vltione viri cogitans, multo magis ob eius verba & animum impudicum detectum ad vindicandum facinus eſt incenſa. Vbi igitur

Eudoxiæ legatio ad Gizerichum.

illuxit, Carthaginem mittit rogatum Gizerichum, vt viri necem ab impio tyranno interfecti vlciſci velit. ipſam verò indigna ab eodem pati, Imperiũ occupatum, omnia perditum iri. addit quoq; ex officio illum facturum, ſi adflictis auxilium ferat, quum in amicitia ſocietateq; Valentiniani eſſet. è Conſtantinopoli nullam eſſe ſpem Theodoſio iam extincto, & Martiano imperãte. Gizerichus igitur auaritia imprimis permotus, ſpeque opum maximè cõſequendarum, ingenti claſſe in Italiam adnauigans Romam nullo aduerſante facile ingreditur. Maximum eueſtigio Romani fugientem inſectati lapidibus obruunt, membratimq; diſcerpunt. Gizerichus verò Eudoxiam ſimul

Gizerichus Romã capit & ſpoliat.

cum Eudocia & Placidia, eius ex Valentiniano filiabus capit, gazamque omnem Imperatoriam in nauibus poſitam ſecum in Aphricam tulit: ac ſi qua erant Romæ decora, inter quæ Iouis Capitolini tegularum ex ære au-

ratarum partem dimidiam adripuit. Vnam verò ex his nauibus, vbi ſtatuæ fuerunt, tempeſtate perijſſe dicunt, cęteras incolumes In Aphricam delatas, è captiuis mulieribus Eudoxiam Honoticho filio; Placidiam verò Olybrio nobili Senatori Romano locauit, quam Placidiam ſimul cum Eudoxia matre, rogãte Leone Imperatore Conſtantinopolim miſit, qui poſt Martianum Aſparis opera imperio ſucceſſerat. Gizerichus poſt hæc ad Aphricæ ſtatum conuerſus, ciuitates omneis, præter Carthaginem, mœnibus nudault, vt neque ipſi Aphri Romanorum agentes prædam haberent, quò ſe reciperent, neque Romani ſi ab Imperatore in Aphricam mitterentur, dum diſcedunt munitas præſidijs relinquant, negocium propterea Vandilis faciant: quòd quanquam bene ab initio ſuccedere videretur, tempore tamen procedente Beliſarius loca ſic diſcinċta & immunita paruo negocio cepit: ex quo Gizerichus ridiculus eſt viſus, qui quòd optimum ei videbatur cōſilium, in ſtulticiam damnumq; verſum vidit. Homines enim ex euentu poſtea fortunæ, quæ prius conſulta ſunt, iudicant. Gizerichus deinde ſi quid inter Aphros boni fuerat, aut agri, aut rerum aliarum, omne inter filios diuiſit Honorichum & Genzonem: nam Theodatus omnibus iunior iam deceſſerat ſine liberis. Cęteros item agros optimos Aphricæ à dominis ereptos Vandilis diſtribuit, qui adhuc hodie Vandilorum agri vocantur, liberique fuere longo tempore poſſidētibus. nam ab omni eos vectigali aut tributo in perpetuum liberauit. quin ſi quis non bonam nactus terram ſibi videretur, illam prioribus dimittere licitum erat, & ex publico tantundem accipere, ac cum alijs commutare. Itaque hoc pacto Aphri fruſtra ſua poſſidebant, atque appellabant. quapropter multi multis de cauſis fugiebant & interficiebantur, potiſſime verò quòd pecuniam ſi quis haberet domi abſcondebat: ſic omnis Aphrica calamitatibus inuoluta videbatur. Inſuper Gizerichus Vandilos & Alanos in inſidijs & locis opportunis cuſtodiæ gratia poſuerat cum ducibus nō minus octoginta, quos Chiliarchos vocabat, quumque quinquaginta milium tantum eſſet exercitus, ſpeciem octoginta præbebat, ab initioque Vandilos tantum & Alanos autoratos habuit, deinde numero quotidie gliſcente, Barbaros alios in ſocietatem adſciuit. cuncti tamen Vandilorum nomine appellati, præter Mauruſios, quos demum & ipſos in exercitu accepit. Poſt mortem verò Valentiniani aliquot annos veris initio continuo longas fecit prædando ac populando excurſiones, nunc in Siciliam, nunc in Italiam, ciuitates inſuper partim diripiendo partim ſolo æquando: vbi verò omnia deleuit, ad Orientis conuerſus imperium, Illyricum omne ſimul, & Peloponneſum, hisque adiacentes inſulas, cum reliqua Græcia inuadit. Ad Italiam ruſus, Siciliamque reuertens, ſi quid erat reliqui diripuit. Ferunt quondam, quum è Carhaginis portu velis paſſis ſoluturus eſſet, interrogatus à nauclero, quò tendere populabundus vellet, reſpondiſſe, quò deus impulerit. adeo ex nulla cauſa in obuios quoſcunque hoſtiliter ferebatur. Talem igitur Imperator Conſtantinopolitanus audaciam peroſus, contra Vandilos mouere decreuit, cuius exercitus terreſtris fertur ad millia centum fuiſſe, claſſis autem magnitudinem vndecunque ex omni Græcia collectam habuit: in milites & nautas ſumptus ingentes oſtendit, eo quòd contra Barbaros procul ituri eſſent: ferunt enim milia trecenta in hoc bello fruſtra erogaſſe, & vt victoriam de Vandilis minimè adſequeretur, claſſis præfectum Baſiliſcum miſiſſe, Verinæ coniugis fratrem, imperio tunc maximè fidum, quòd tutum ſibi fore arbitrabatur, Aſparis durante amicitia. Ipſe enim Aſpar, quòd ſecta eſſet Ariana, Imperator eſſe non valuit. Leonem tamen facere potuit, cui paulo poſt inſidias viſus eſt tendere, metuens ne ex victoriæ Vandilicę ſucceſſu elatus, non æquus ei, tum cæteris Imperij rebus foret, quapropter multa Baſiliſco diſcedenti

Gizerichus in Africa munitiones omnes abolet.

Exitus consilij non bonus.

LXXX tribunos Gizerichus facit.

Excursiones Gizerichi.

Leonis imp. aduersus Vandilos conatus.

Aſpar patricius Leoni parum fidus.

denti mandaſſe, tum vt bellum duceret, ſuaſiſſe fertur. Leo verò iam Arte-
mium ſenatorem opibus ac genere magnum ad imperium Occidentis ſuſci
piendum miſerat, vt Vandilorum bello auxilio foret. Gizerichus verò Oly-
brio item ſenatori potentiſſimo pollicetur, ſi vnà conſpiret, ei Occidentis im *Artemius occidentis imp. & contra illum Olybrius.*
perium ſimul cum Placidia Valentiniani filia ſe daturum: quo fretus, maio-
res adſumpſit ſpiritus, audaciusq́ue omnem Imperij ditionem vexauit. Erat
ea tempeſtate in Delmatia quidam Marcellianus, notus Aetio, vir admodũ
probus, qui poſt Aetium interfectum ad Imperatorem redire recuſauit, res
in ea parte nouas excitando, eaq́ue fuit potentia vt nemo reſiſtere auderet.
Leo igitur hunc metuens, omnibus modis ſibi conciliatum in Sardiniam mi
ſit, vt eam à Vandilis liberaret, quòd breuiter ac facilè factum. Heraclius in- *Heraclius Vandilos vincit.*
terea è Byzantio cum claſſe in Aphricam veniens, apud Tripolim Vandilos
vicit: nauibusq; dimiſſis, cum exercitu pedeſtri aduerſus Carthaginem tẽdit.
hic igitur initium belli. Baſiliſcus enim cum tota claſſe ad paruum oppidum *Baſiliſci erratũ*
à Carthagine non minus cclxxx ſtadijs diſtans, adplicuit: vbi Mercurij tem-
plum antiquitùs conditum fuit. quòd ſi minimè cũctatus inde eueſtigio Car
thaginem aduolaſſet, ipſam proculdubio cepiſſet, Vandilosq́ue ſimul in ſer-
uitutem redegiſſet. Gizerichus autem, vbi Sardiniam ac Tripolim captas au-
diuit, ſimulq́ue Baſiliſci claſſem ingentem animaduertit; Leonem Imperato
rem, vt admodum inexpugnabilem, formidare cœpit. Tantam itaq; victoriæ
occaſionem amiſit ducis ſiue tarditas, ſiue ignauia, ſeu etiam proditio. Gize- *Gizerichi verſutum conſilium.*
richus autem Baſiliſci indiligentiam nactus hæc geſſit. Imprimis ſubditos
omneis velociter cum nauibus quibus poteſt armat, partim viris vacuas mit
tit, vt repentè adnauigantes, cum inſtrumentis ac munitionibus ſint præſto
parati, interimq; legatos ad Baſiliſcum mittit rogatum, vti quinq; dierum ſpa
tio prælium ſuperſedeat, donec quid nam facturus ſit, tempus habeat deli-
berandi, an Imperatori obtemperet ac cum eo conueniat. Ferunt quidã hâc
auri corruptione nactum opportunitatem fuiſſe: & hæc quidem hoc modo
ſe habuere. Artemius autem, qui Occidẽtis ſuſceperat Imperium, paulopoſt *Artemius & Olybrius occiſi.*
ab eius ſororio Recimere de medio tollitur. Olybrius ei ſuccedens, breuiter
& ipſe eundem ſortitus eſt exitum. Decedente interim in Oriente Leone, al
ter Leo, eius ex Ariadna filia & Zenone nepos, puer adhuc vnà cum Zenone
patre volente populo imperauit, ac paucis poſt diebus extinctus eſt. Sed Ma *Maiorinus imp.*
iorini fas meminiſſe fuerit, qui antea prius Romæ imperauit. hic enim cun-
ctis, qui Occidenti præfuere, virtute anteferendus. Nam & contra Vandilos
fortiſſimè bellum ſumens maximo collecto exercitu in Liguribus conſtitit,
ipſe dux impiger nullum neque laborem recuſauit, neque vllam bene ge-
rendæ rei occaſionem prætermiſit, primusq; qui Vandilorum Gizerichiq;
mores ac mentem exquireret, & an Aphri bene an male erga eos adficeren
tur, quòd nullorum auditione, ſed proprijs deprehendit oculis. Legatus e- *Maiorini ſollertia in explorandis Gizerichi rebus.*
nim quondam ab Imperatore miſſus cauſa ineundæ concordiæ, alio ſibi vul
tu ac nomine mutato, ne forte notus incommodum pateretur, & quæ agen-
da erant, impediret, talia commentus eſt. Crines flauo ſibi colore infecit,
quòd fama ſit Vandilos auro fuluo ſimiles habere. ad eum proficiſcitur Gize
richus quàmprimum, vt amicum venientem honorat, ducitq; in penitiorem
domus habitationem, vbi arma cuncta diſpoſita, multaq; precioſa alia & præ
clara fuere. His fortè ſponte ſua commotis, fit ingens ſonitus, vt locus contre
mere ſit viſus, ex quo Gizerichus terræmotũ eſſe ſuſpicans, foris interrogat,
an quicquam audiuerint: negantib. omnibus, vnde mirum hoc naſceretur,
cõijcere nullo modo valuit.* Maiorinus igitur omnibus, quæ volebat, explo *Hic aliqua verba puto deficere in Græco exemplari.*
ratis, in Liguriã ad exercitum reuertit: quem terreſtri itinere ad Herculis co-
lumnas ducens, inde per anguſtias freti tranſire in Aphricam, cum hoſteq́ue

congredi omnino cogitabat:tanta ipſius exercitus admiratione ac voluntate ob eius virtutem,vt in ſpem venerint certam omnes,breuiter Aphrica per eum potituros. Verum eo ex morbo paulopoſt decedente, ab incœpto deſtitere,vir quàm ſuis mitiſſimus,tam hoſtibus formidoloſus: poſt quem Nepos paucis diebus & ipſe habenas imperij tenuit,morbo ſimiliter extinctus: cui Glycerius eodem quoque fato ſucceſſit,ad extremum verò Auguſtulus. Alij item Imperatores antea in Occidente fuere, quorum nomina prudens prætereo, quod breuiter præfuerint, & nihil ab eis præclarum ſit geſtum. Hæc igitur in Occidente ſunt acta.Byzantij interea Baſiliſcus cupiditate dominandi tyrannidem nullo negocio ſumpſit Zenone abſente, qui vnà cum vxore in Iſauriam,ob metum,ſeceſſerat: quumq́ue octo menſes ſupra annum tyrannidem exercuiſſet, omnibusque ob eius auaritiam & aulicis & militibus infeſtus eſſet,à Zenonis tandem exercitu petitus eſt. vbi prope amborũ copiæ in conſpectu fuere, * Armatus (ſic enim duci nomen erat, qui ab eo miſſus fuerat)Zenonis ducibus ſe cum toto tradidit exercitu,Baſiliſcumque Zenonis filium Cęſarem conſtituit,ac patri poſt mortem ſucceſſorem.Igitur Baſiliſcus Conſtantinopoli accepto cladis ac proditionis nuncio, protinus in templum confugit: vbi captus ab Acacio præſule Conſtantinopolitano ob eius impietatem,ac Zenoni traditus eſt.Nam ab orthodoxa fide deficiẽs, in Eutychianam ſectam inclinauerat,omnemque vitam peſſimis moribus inquinauerat,ex quo odio cunctis erat. Zeno rurſus Imperium repetens Armati officium ante omnia probauit, verum paulopoſt eum in ſuſpicionem venientem de medio ſuſtulit. Baſiliſcum autem tyrannum ſimul cum vxore & filijs,in Cappadociam mittens,hyemis tempore,iuſſit neque veſte,neque cibarijs iuuari. ex quo breuiter vnà ſe complexi corporibus collachrymantes miſerè perierunt, vnde tyrannidis pœnam breui tempore dedit.ſed hæc poſtea contigerunt.Gizerichus tunc, vti dixi, Maiorini legatione deceptus, nihilo propterea minus Romanis reſiſtere paratus erat,tamen abſtinuit,fœdere cum Zenone inito ſine vlla temporis præſcriptione,quòd & ipſe Zeno, & eius ſucceſſor Anaſtaſius vſque ad Iuſtinum ſeruauere. Huius demum ſororis filius Iuſtinianus rem ſuſcepit, ſub quo bellum hoc fuit modo,quo inferius narrabitur. Paulopoſt Gizerichus iam ſenex decedẽs teſtamentum condidit,in quo quum alia multa Vandilis mandaret, tum vt per manus eius regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his, qui ætate præcederent. Deceſſit poſt Carthaginem ab eo captam annis xxxix. Honorichus eius ſenior filius ſucceſſit, quum Genzon frater iam deceſſiſſet.Mauruſij,qui metu Gizerichi nihil prius auſi fuerant,poſt eius mortem Vandilis quàm plurimis incommoda intulere, paſſique item ipſi ſunt. Fuit autem Honorichus in Chriſtianos ſæuiſſimus omnium ſuorum, eos in Arianam ſectam deducere omnibus contumelijs, aut igne, aut alijs ſupplicijs cogens, multis etiam linguas incidendo, ſuntque vſque meo tempore Byzantij, qui impedita ſunt voce, non autem omnes hoc pœnæ genus paſſi; ſed ſi duo conſcij fuiſſent amicarum cum illo concubitus, loqui amplius nõ permittebantur. Deceſſit Honorichus ex morbo,Mauruſijs iam in monte Aurario conſiſtentibus, (eſt enim hic mons in Numidia iter dierum xxxiij. à Carthagine diſtans, ac ad meridiem ſpectans) vbi ſe à Vandilis tuebantur, non valentibus in monte arduo bellũ eis inferre.Honoricho extincto,Gundabundus Genzonis fratris filius ſucceſſit, qui propior genere Gizerichum attingebat. cum Aphris pluribus decertauit prælijs, Chriſtianos imitatione ſuorum ſupplicijs etiam maioribus adflixit. Exceſſit ex morbo, anno regni xij. Poſt quem frater Traſamundus rem ſuſcepit, vir indole ſapientiæ maxima, tum animi magnitudine omneis maiores antecedens. Chriſtianos non pœnis

Nepos imp. — *Glycerius imp.* — *Auguſtulus imp. vltimus.* — *Baſiliſci tyrãnis.* — * *Harmatius.* — *Baſiliſci cum ſuis interitus.* — *Gizerichi teſtamentum & obitus.* — *Honorichus patri ſuccedit.* — *Gundabundus rex Vandilorum tertius.* — *Traſamundus rex quartus.*

pœnis corporis aut ſupplicijs velnti illi, ſed præmijs ac honoribus omnibus ad deferendam fidem inuitauit: non auſcultantes verò minimè plectebat. ſi quos magnis criminibus obnoxios vidiſſet, ſeu fortuna, ſeu voluntate, hos non dare præteritorum pœnas, ſed præmijs muneribuſque meliorem induere mentem cogebat. Fuit autem Anaſtaſio principi amiciſſimus. Sub hoc item Vandili magnum à Mauruſijs incommodum accepere, quale nunquam antea contigit. Cabaon præfectus quidam apud Tripolim erat, bello exercitatus, & animo vafer. vbi audiuit ſe à Vandilis bello peti, talia commentus eſt, Primum ſubditos iuſſit ab omni iniuria, ac cibis lautioribus, præterea mulierum concubitu abſtinere, geminum quoque vallum conſtitui: in altero vt ipſe cum exercitu omni virorum eſſet, in altero mulieres concluſit, pœna mortis propoſita, ſi quis ad id accederet. Poſt hæc certos antea mittit exploratores cum his mandatis, quàm primum Vandili exercitum mouerint, ſi aliquod templum ex his, quæ Chriſtiani honorant, profanauerint; vbi ſtatim inde diſceſſerint, contraria illis agant, templum videlicet purgando. hoc enim non ab re dicebat, vt deum, quem Chriſtiani colunt, veneraretur. Nam ſi (vti fertur) pius erit, par eſt, vt iniquos, ac ei contumeliam inferentes, plectat; famulantibus verò præſto ſit. Igitur exploratores vbi ad Vandilos venerunt, eoſque Tripolim cum exercitu petere conſpexerunt, ſecuti ſunt & ipſi, humili habitu ac ſpecie. Vandili prima die in templis Chriſtianorum ſe cum equis ac alijs animalibus locant, nullum more ipſorum in deum eiuſque habitationem probrum prætermittentes: ſacerdoteſque & æditnos colaphis terga verberantes, more vilium ſeruorum ſibi miniſtrare cogebant. At exploratores vbi diſcedentes vidiſſent, mandata Cabaonis protinus exequebantur. templa purgant, ſtercuſque, ac ſi quid aliud immundum à gente turpiſſima relictum educunt, odorem incendunt: ſacerdotes ab eis ludibrio habitos adorant, argentum pauperibus præbent, qui pro templis rogantes conſidebant. Sic igitur toto itinere Vandilos ſecuti, quæ illi profanabant, ipſi cõtinuo ſedulitate ac omni pietate reſarciebant. Vbi verò Cabaon hoc accepit, eueſtigio exercitum in occurſum educit, ſepitq; vallo camelis circa pro muniminе diſpoſitis, ex eiſq; duodecim in fronte collocauit: pueros autem, ac fœminas, omnemq; imbellem turbam ſimul cum theſauro in medio ponit, fortiſſimos quoſq; ad camelorum pedes cum ſcutis cõſtituit. Sic itaq; collocatis Aphris, Vandili ancipites, qua nam aggredi eos oporteret: non enim neq; iaculatores, neq; ſagittarij, neq; etiam pedites qui in pugnam procederent erant, ſed tantum equites omnes, haſtis plurimum ac enſibus vtentes, quibus nullo modo cominus aduerſarijs nocere poterant: præterea equi à camelorum adſpectu perterrefacti, progredi non audebant. quapropter magna ipſorum ſtrages frequentibus ab hoſte ſagittis irruentibus facta eſt. Hæc igitur Traſamundus ab Aphris paſſus, paulopoſt deceſſit, rex annis xxvij. Cui Ilderichus Honorichi Gizericho nati filius ſucceſſit, qui & ſuis, & Chriſtianis æquè mitis extitit: armis tamen minimè ob mollitiem idoneus, minimeq; exercitatus: verùm his præerat Amer eius propinquus, quem alterum vocabant Achillem, ea fortitudine fuit. Huius itaque auſpicijs cuncta gerebantur. Sub hoc etiam rege alteram contra Vandilos habuere victoriã Aphri duce Antala, qui apud Byzantium, Theodericum tunc in Italia exiſtentem, in ſocietatem adſciuerunt, Gothoſque omneis pollicitationibus corruperunt, vt Ilderico & Vandilis bellum inferrent. Theoderichus verò negociũ minimè ſuſcepit, quòd ei nequaquã facilè fuiſſet, vti res expoſtulabat, claſſe in Aphricam traijcere. Ilderichus inſuper Iuſtiniani amiciſſimus fuit nondum Imperatoris, verùm iam omnia potentis, eo quòd Iuſtinus longo iam ſenio confectus, & Reipublicæ adminiſtrãdæ minimè aptus à natura fuiſſet.

Cabaonis aduerſus Vandilos consilium.

Hildericbus rex quintus.

Iuſtiniani et Hilderichi amicitia

Itaque magna vtrinque dona inter ſe amicitię pignora miſſitarunt. Erat in Gi
Cilimeris a rege defectio. zerichi genere quidam Gilimer, Genzonis Gizericho nati filius, ætate pro-
uectus poſt Ilderichum, cuius rei gratia ſucceſſurus poſt eum ſperabatur. hic
& rei militaris peritiſſimus, ac ingenio grauis, tum pecunia viq́ue ac rebus a-
lijs aliena inuadere prompriſſimus: qui quanquam ſe iure ſucceſſurum quan
doque videret, dilationem tamen ac moram minimè tolerauit, quin viuente
adhuc Ildericho honores intempeſtiuos, factaque Imperij ſibi vſurpare, illũ
vt ignauum & inertem apud Vandilos accuſare, pręterea ob eius imperitiam
ab Aphris ſuperatum dicere cœpit: inſuper calumnijs onerare, quòd Vandi-
los ſimul cum tota ditione Iuſtiniano prodere vellet, nec aliud legationem
Cilimer rex ſextus. Byzantium miſſam voluiſſe. Quæ omnia Vandili facilè credentes, eum regẽ
conſtituunt; Ilderichum poſt annos regni ſeptem ſimul cum Amere, ac eius
fratre Euagene cuſtodiæ tradunt. Vbi verò Iuſtinianus iam factus Imperator
Iuſtiniani ad Cilimerem epiſtola hæc audiuit, legatos in Aphricam ad Gilimerem mittens, hæc ſcripſit; Impiè
facis, minimeq́ue dignum Gizerichi teſtamento, quòd Ilderichum legitimũ
regem in cuſtodia teneas, quum breui poſt tempore tibi liceret ex lege om-
nino ſuccedere: nunc verò, vt modicum præuenias tempus, iura prodis & re
gni nomen in tyrannidem conuertis. Hunc igitur hominem ſine donec vi-
uat regni ſaltem imaginem habere, ageq́ue tantum quòd regem deceat, &
aui tui Gizerichi mandatum circa regni ſucceſſionem expoſtulat, vt quod
nunc iniuſtè poſſides, ex æquo retineas. Hoc ſi in animum induxeris, & res
tibi felicius, & noſtra ſimul amicitia prouenerit. Hæc itaque ſumma epiſto-
læ. Gilimer autem legatos re infecta remiſit, ſtatimq́ue Amerem excæcauit,
Ilderichum verò & Euagenem arctiori tradidit cuſtodiæ; inſuper illudens
hortabatur, vti Byzantium ad Imperatorem fugere meditaretur. Iuſtinianus
Alia eiuſdem ad eundem epiſtola vbi hæc audiuit, alios rurſus legatos mittit cum his litteris. Nos quum te mi-
nimè noſtris monitis aduerſaturum putaremus, priorem tibi epiſtolam ſcri-
pſimus: quando verò tibi placet regnum hoc pacto habere, tibi habe quod
fortuna ex ipſo tribuerit. Tu autem Ilderichum & Amerem luminibus caſ-
ſum eiusq́ue fratrem ad nos mitte, ſolatium habituros, quale poterunt, qui
regno aut oculis ſunt priuati: quòd ſi minimè feceris, nos profectò coges a-
micitia relicta, fœdereq́ue, quòd cum Gizericho, eiusq́ue ſucceſſoribus geſ
ſimus, ſoluto; te non ſolum armis petere, ſed pœna, quali poſſumus, perſe-
Gilimeris reſponſio. qui. Hæc verò Gilimer excuſans, hoc modo reſpondit: Gilimer rex Iuſtinia-
no Imperatori ſalutem. Neque ego per vim regnum accepi, neque contra
meos propinquos quicquam iniuſtum perpetraui. Ilderichum enim noua
quærentem in familiam noſtram Vandilorum gens magiſtratu deiecit, meq;
tempus & ex lege ætatis honor in regnum vocauit. Talem enim quendam vi
rum bonum regnum expoſtulat, qui nec alienas ab re curas perſequatur. Tu
verò item rex curioſe facis ac iniuſtè, aliena curare: quòd autem fœdera ſol
ues, nobis bellum inferendo; reſpondere ſum paratus, quibus potero virib.
obteſtans, atque fidem expoſtulans, ſimul & iuſiurandum Zenonis, cuius tu
Initium belli cõtra Vandilos. ſucceſſor exiſtis. Has accipiens Iuſtinianus litteras, ſi male prius erga illum
fuerat animatus, tunc multo magis. quapropter ei viſum ante omnia Perſicũ
ſoluere bellum, & in Aphricam transferre. erat enim & in perſcrutando inge
nioſus, & ad ea quæ decreuerat perficienda non piger. Aderat inſuper ex O-
riente Beliſarius dux, non vt ad hoc bellum quæſitus, ſed iam exacto magi-
ſtratus tempore. Nam & cum Perſis indutiæ, vti ſupra narratur, factæ fuere.
Igitur poſtquam Iuſtinianus domi foriſq́ue rem in pace cõſtitutam vidit, ne-
Indignatio vulgi ob nouum bellum. gotium Aphricanum in conſultatione poſuit. Vbi verò bellum decreuit, du-
cesq́ue ad id delegit, vulgi murmur atque indignatio exoritur, Leonis Impe
ratoris claſſem, & Baſiliſci cladem non abſque ſtomacho memorantis: vbi &

milites ferè omnes periere, & vim pecuniæ magnam publicum debuit: maximè verò dolebant, curaque moleſta adficiebantur, quòd aulæ præfectus, quem Romani prætorem nominant, & ærarij quæſtor ad hoc pecuniam imperabant, cogitantes quantam belli vſus expoſceret, quæ nec vlla venia præteriri poſſet, nec differri: adde quòd ipſorum ducum quilibet, in quo rei benegerendæ ſit ſpes, exhorreret periculi magnitudinem, quando ei ſit neceſſe ex maris primùm periculis ſeruato, in hoſtili & ex nauibus contra maximum regnum dimicare. prętereà milites nuper ex longo difficiliq; bello Perſarum redeuntes, qui adhuc domi non reſpirauerant, aut quicquam boni de guſtauerant, in nouos rurſus naualis pugnæ labores ſe reiectos videres in anguſtia verſabãtur. & in eos populos, quos nunquam audierant, in occaſumq; ſolis ab Orientis finibus deducti contra feroces Vandilorum gentes. Alij verò, ſicuti mos eſt hominum, res nouas alienis periculis ſpectare cupiebant: nullus tamen ex his, qui rem ægreferrent, improbare auſus eſt apud Imperatorem, præter Ioannem prætorij præfectum, vnum omnino audaciſſimum ſimul & grauiſſimum. Is enim peroſus Iuſtiniani propoſitum, ſic eum oratione aggreditur; Tua in ſubditos humanitas ſimul & affabilitas, princeps, nobis audaciam tribuit, vt ea, quæ vſui tibi rebusq; tuis videntur, citra voluntatem tuam aut noſtram adſenrationem memoremus. Ita enim poteſtatem cum iuſticia coniunxiſti, vt in omnibus tibi placentem minimè beneuolum arbitreris, contraque quando que reſiſtentem minimè moleſtè feras: verùm mente ſyncera cuncta perpendens, nullum interdum tuis reſiſtendo conſilijs oſtendis periculum fore. His fretus Imperator, dicam quòd ſentio, ita tamen animatus, vt ſi quid eorum quæ metuo fortè acciderit, meam ergà te beneuolẽtiam manifeſtò adſpicias, cuius nullum præter te teſtem exquiram. Si enim minimè auſcultando decreueris Vandilis bellũ omnino inferre, quando res longa eſt, hac tibi diu durante moleſtia meum conſilium neceſſe tibi probatè fuerit. Si autem potiaris, ita propterea confides vt nõ incredibile ſit te militum ſanguine abuſurum ac vim pecuniæ maximam conſumpturum, tum laboribus nouos additurum eſſe labores. Victoria enim omnia tegit, præteritorumq; oblita malorum ſemper noua meditatur. Si rurſus in dei poteſtate hoc erit, exemplo ac imitatione maiorum noſtrorum neceſſe fuerit belli exitum timere: cur igitur non præſtat ſecurum eſſe in quiete, quàm cum periculo in laboribus? Contra Carthaginem cogitas expeditionem ducere, ad quã iter eſt terreſtre dierum cxl. nauiganti vero neceſſarium vſq; ad extremũ pelagus peruenire, ex quo eorum quæ cõtingunt vix annuum habebis nunciũ: adde quòd ſi de hoſtibus triumphaueris, non propterea Aphricam cõſequeris, Sicilia ſimul & Italia ſub aliena exiſtẽtibus ditione. Si verò res aliter euenier, ſoluto iam fœdere in noſtram regionem omne periculum transferes: fortunæ quoq; commutatio res etiam deſtruit benè conſtitutas. Negocium igitur conſilio præuenire oportet, decidentem verò poſt factum pœnitere ſtultiſſimum. Securum antequam pericula veniant cogitare quid agendum, deniq; magnopere profecerit in rebus obeundis temporis vti opportunitate. Et hæc quidem Ioannes. Imperator verò hac motus oratione, de ſtudio in bello ſuſcipiendo aliquantulum remiſit. Poſt hæc epiſcopus quidam ex Orientis partibus veniens, dixit ſe paucis eum adloqui velle. facta poteſtate, ait, deum ei ſomnium noctu miſiſſe, Imperatori adſimilatum, illumque impietatis accuſaſſe, quòd Chriſtianos è manibus Barbarorum in Aphrica liberare conſtituens, nulla poſtea de cauſa deſtitiſſet. negocium aggredienri omnino præſto eſſe, ac Aphricæ dominum eum facturum ſe recepiſſe. Hæc vbi Iuſtinianus audiuit, animo iam deliberato rem vltra differre non potuit, exercitũ propere coëgit, naues quoq; & cibaria pręparauit, Beliſarium verò exercitui

Ioannis ad Iuſtinianum oratio.

Epiſcopus auctor belli Iuſtiniano.

r

Pudentius a Vandalis deficit. præfecit. Ea tempeſtate vir Aphricæ indigena Pudentius, apud Tripolim vrbem à Vandilis deficiens, ad Iuſtinianum miſit nunciatũ, vt ſi exercitum con feſtim eò mitteret, omnem regionem nullo negocio ſubiugabit. Nam vbi præerat Tattimuth, cum paruo admodum exercitu à Gilimere miſſus. Beliſarius igitur Pudentij ſocietatem nactus, non comparentibus hoſtibus regionem eam omnem Imperatori acquiſiuit. Gilimeri autem de Pudẽtio pœnas ſumere volenti aduerſum hoc euenit. Godas, vnus è Gilimeris ducibus erat, genere Gothus, animo ſagax, ac in rebus agẽdis ſolers, tum erga dominum fidelis viſus. Is ad regendam Sardiniam, & cuſtodiæ, & tributum ex ea exigendi gratia miſſus, fortunæ ſucceſſum ex æquo ſuſtinere non valuit, quin protinus in tyrannidem inclinauit, nec ſolum tributum non miſit, ſed inſulam per defectionem occupauit, ſciensque quòd Iuſtinianus Aphricam cum Gilimere debellare ſtatuerat, hæc ei ſcripſit. *Godæ ad Iuſtinianum litteræ.* Neque per ingratitudinem aut perfidiam à domino meo deſciſco, ſed eius vehemẽtem crudelitatem ſimul & inhumanitatem, qualem in ſuos exercet, cõſiderans, animo ei libenti ſubeſſe nequeo, longeque præſtat iuſto ſeruire regi, quàm tyranno iniqua imperanti. Quare tecum ſentienti fer quæſo auxilium, vt vltro me petentibus, quum opus, poſſim reſiſtere. Hanc Imperator epiſtolam accipiens, Eulogium legatum cum litteris mittit: quibus eius prudentiam, iuſticiam, tum egregiam in ſocietate ineunda voluntatem laudat, deinde exercitum ducesque pollicetur, quibus non ſolum inſulam retinere, ſed etiã alia capere, neu Vandilorum minis aliquo modo terreri poſſet. Eulogius igitur in Sardiniam profectus Godam oſtendit habitu nomineque regio ſumpto circa ſe ſatellites habere, qui lectis Imperatoris litteris ait, ſe quidem militum ſatis habere, duce tantùm carere. In hanc ille ſententiam. His igitur Iuſtinianus non ſatis credens, milites quadringentos vnà cum Cyrillo, vt inſulam Godæ cuſtodirent, parat: *Iuſtiniani expeditio.* cum quibus aliam ſimul habuit expeditionem, quæ Carthaginem profectura erat, videlicet pedites mille, equitum quatuor milia è ſuis ac fœderatis coactos. Inter fœderatos verò Barbari tantùm fuere, qui nec ſerui exiſtebant, veluti minimè à Romanis victi, ſed ſponte in ſocietatem venientes. *Exercitus duces.* Horum igitur fœderatorum duces erant Dorotheus qui Armeniæ exercitui præfuit, & Salomon qui Beliſarij curauit exercitum. hunc Romani Domeſticum vocant: is enim erat Eunuchus. Præterea Cyprianus, Valerianus, Althias, Ioannes, Marcellus, & Cyrillus, cuius ſuprà memini. Equitum verò duces Rufinus & Aigan è Beliſarij domo exiſtentes, & Barbatus, & Pappus. Peditum Theodorus, quem Parthenium cognominabãt. Terentius, Zaidus, Martianus, Saraias, & Ioannnes quidam è Dyrrhachio, qui cæteris præerat ducibus. Horum itaque omnium Salomon è Dara ciuitate Orientis, quæ Romæorum eſt, Aigan Maſſageta erat, quos nunc Hunnos vocant. Reliqui ferè omnes è Thracia venerant. Hos Eruli quadringenti ſequebantur, quos Pharas ducebat. præterea ſocij Barbari ſexcenti maximè è Maſſagetarum gente, ſagittarij omnes, quos Sinion ducebat, & Balas, ſumma vir fortitudine. Naues deinde quingentæ in tota expeditione, quarum nulla pluſquam medimnorum millia quinquaginta ferre non valebat, nec minus quàm tria millia. Nautarum verò in cunctis tria milia, qui Aegyptij, & Iones, ac Cilices ex magna parte fuere, quibus omnibus præfuit Calonymus Alexandrinus. Erant & cum ipſis nauigia longa ad duo & nonaginta ſupernè tegminibus contecta, ne remiges ab hoſtibus lædi poſſent. *Dromones, genus nauigij.* hæc Dromonas nunc, id eſt, curſorias vocant. excurrere enim celeriter poſſunt: in his Byzantiorum duo milia ſponte ac voluntarij nauigabant. Mittebatur inſuper Archelaus, vir è patricijs genus ducens, iam Prætorij præfectus & Byzantij & in Illyrico factus, tunc in exercitu quæſtor (ſic enim ſumptus diſpenſator vocatur)

vocatur)erat. Cunctorum verò ducum exercituſque totius Imperator Beliſarius ibat,qui pauloante in Orientali expeditione viſus fuerat;cum eo item plurimi partim haſtati,partim ſcutati equites,viri alioquin & in periculis, & in bello plurimum exercitati:cui Iuſtinianus ſcripſit omnia, quæ illi videbãtur,ac ſi princeps obiret,ſe rata omnino habiturum:quæ res plurimum illi & virium,& animi addidit. *Mouit autem è Germaniæ parte, quæ inter Thraciam & Illyricum cõſiſtit. Hæc itaque in hunc ſe modum habuere. Gilimer autem iam Tripoli per Pudentium,& Sardinia per Godam priuatus,de recipienda Tripoli ſpem admodum paruam habebat, quòd longe ab eo ſitu erat,& iam Romæi cum his,qui defecerant, coniuncti exiſtebant. Inſulam verò ſeruare maturauit antequam Romæorum auxilia ad eã peruenirent. quapropter quinque Vandilorum milia, tum naues cxx armat, hiſque fratrem Zazonem præficit,qui omnes ſtudio plurimo ac alacres in Godam ferebantur. Iuſtinianus autem Valerianum & Martinum præmiſit,vt aliam, quæ erat ad Peloponneſi loca, expeditionem expectarent. Vbi verò ſimul ambæ in nauibus iunctæ fuere,aliquid eis mandare,quòd prius iam dicere decreuerat, excogitauit; verùm alio præoccupatus negocio exciderat. Eos igitur conuocans, quæ volebat dicturus erat;ſed deinde rurſus ſuccurrit, minimè fortunatum fore reuerti. Miſit igitur certos,qui denunciarent,ne in eundem reuerterentur locum, neque ex nauibus deſcenderent. Illi prope ad naues adcedentes alta voce imperata fecere. Viſum ergo eiſdem haud felix auſpicium, vtpote nemo ex eis Byzantium amplius ex Aphrica rediturus. Nam execrationem quandam ea putabant principis mandata non volentis. Verùm ſi quis Valeriani & Martini ducum prædictorum exitum conſiderat, non vera fuere,neque infauſta, vti putabantur,auſpicia. Erat tamen inter Martini milites quidam, qui ad defectionem ſpectabat, tyrannidemq́ue animo conceperat, nec amplius Byzantium redire ſtatuerat, in quem fortè execrationem cecidiſſe veriſimile videri poterat. Verùm hæc ſiue hoc modo,ſiue aliter geſta,alijs veſtiganda relinquam. Quomodo autem Beliſarius ſimul & exercitus miſſus fuerit, nunc tantùm referam. Iuſtinianus igitur anno ſeptimo principatus in veris initio nauim prætoriam ad littus iuxta ædes Imperatorias deduci iuſſit. tunc Epiphanius ciuitatis præſul claſſi de more benedicens ac bene precatus,milites pauloante baptizatos nomen profitentes Chriſtianum ſigillatim in nauim introduxit. Sic itaque Beliſarius cum Antonina vxore ſoluit,cum quibus Procopius etiam, huius autor hiſtoriæ fuit, ab initio quidem cunctabundus ac periculum metuens, deinde ſomnio quodam admonitus, maximè fuit ad iter incenſus. Videbatur enim ei in domo eſſe Beliſarij, vbi quidam è ſeruis nunciant,dona eſſe à quibuſdam adlata:quæ Beliſarius quum è pergula adſpiceret, vidit homines quoſdam ſupra dorſum triticum cum floribus ferentes, quod deponi iuſſit in atrio domus, vbi ipſe cum ſuis militibus accumbens flores ipſos edebat, qui cibus longè ſuauiſſimus eſt eis viſus. Hæc ſomnij ſumma. Igitur claſſis omnis prætotiam ſecuta Perinthum adplicuit,quæ nunc Heraclea dicta eſt. Hic dies quinque conſumpti ſunt, quòd plurimis ducem equis donauerat è ſobole equorum imperatoria,quæ in Thraciæ locis educitur. Inde ſoluentes Abydum perueniunt, ibiq́ue dies item quatuor maris tranquillitatem expectandam cenſentibus caſus contigit huiuſcemodi. Duo Maſſagetæ quendam è ſocijs vt ebrios irridentem interfecerunt. Nam omnium maximè vino dediti Maſſagetæ ſunt. Beliſarius igitur ambos hos in Abydi quodam promontorio palo infixit; quòd factum quum alij, tum ex eorum genere viri maximè ægre ferre,Beliſario dixerunt,ſe non ex lege aut pœna aliqua coactos, quum Romæis ſubditi non ſint,ſed ſponte in exercitu eſſe, tali igitur ſupplicio non eſ-

Beliſarij Germani poteſtas hoc bello.

**vertere debuit, Oriundus autẽ erat è Germ. etc.*

Procopij ſomniũ.

Hunnorum ſeditio.

ſe apud eos conſuetudinem delinquentes plectere. Cum his itaque plure-
conſenſere,qui maximè propter ſcelera, impunita eſſe delinquentium pecs
cata cupiebant.Beliſarius igitur vniuerſum congregans exetcitum ita adlo-
Beliſarij ad ſuos oratio. quitur: Si nunc apud viros belli expertes ac nunc primùm militantes verba
habetem, longa mihi eſſet opus oratione ad enarrandum quantam vim ha-
beat ad victoriam obſeruatio iuſticiæ. Huius diſciplinæ ſummam tum pu-
gnæ finem atque fortunam imperiti in dextris conſiſtere tantùm exiſtimant.
Vos autem qui ſæpè inimicos viciſtis neque corporibus neque viribus vo-
bis inferiotes,ſępe etiam victi fuiſtis:non ignorare puto quòd homines qui-
dem vtrinq; ex acie inter ſe dimicant, finem verò tantùm quem deus volue-
rit conſequuntur. Nam & corporis proſperitatem & armorum diligentiam
cæteramque belli præparationem longè inferiora iuſticia & in deum obſer-
uantia eſſe non dubium:quam ſi quis ſectatus fuerit,magis ei quàm è ſupra-
dictis felicitas obuenerit. Prima igitur iuſticiæ cura, iniuſtè interfectos vlci-
ſci.Si enim iuſti & iniuſti iudicium in eos exerceri qui prope nos ſunt præte-
reatur,nullus iam metus erit,vilis admodũ fuerit homini animę ratio.Si quis
enim Barbarus proximum per ebrietatem occiderit,ac venia propterea po-
Ebrietas in exercitu vitanda. ſtulata ſe crimine ſolutum dixerit,peccata licentia lõgè fuerint peiota.Neq;
enim vlla ratione fas ebrium eſſe, multo minus in exercitu militi proximos
ob id interficiendo.Ipſa enim per ſe temulentia vel cæde non conſequente,
pœna eſt digna:quanto magis ſi ea conſequatur,multoq; item magis in pro-
ximum quàm alienum.exemplum itaque facti quale ſit, ac quàm deteſtabi-
le, ipſi conſpicitis. Vos ergo manibus temperare ab iniuriaque abſtinere o-
pus, nec putatote me conniuentem ininſtum quocunq; modo toleraturum,
neq; illum quamuis hoſtibus formidoloſum ac rerribilem,qui alioquin ma-
nibus in hoſtes puris nõ feratur,vllo modo commilitonẽ putaturum, quum
fruſtra ſit fortitudo, vbi iuſticia defuerit. Vbi Beliſarius finem dicendi fecit,
exercitus omnis & verba Imperatoris non contemnenda conſiderans, & il-
lorum ſupplicia ſpectans timore corripitur,iamque ex illo frugi eſſe,& ex ę-
quo inter ſe viuere apud talem ducem nõ iniuſta paſſurum cogitabant. Poſt
hæc Beliſatio curæ fuit vti omnis claſſis continuo ſimul adnauigaret, in eo-
demq; ſemper loco,quò adplicuiſſet, vnà cõuenirent. Nam in magna claſſe
par erat pelago longè diffundi, præſertim ſi aduerſi irruerint venti diſſipari,
nihilq; propterea ad hoc vtilius cogitanti ſubijt,quàm aliquas præire, quas
cæteræ per ſigna ſubſequerentur. Quapropter trium nauium, in quibus ipſe
commeatusq; ferrentur,mala ſuperne triangulari forma conſtituit, minioq;
infecit,ac ſublicis in puppi erectis faces accendit,vt nocte ac die naues præ-
toriæ viderẽtur,quas cæteræ ſubſequerentur: ſic itaq; ex omni claſſe nullam
deinde relinqui aut errate contigit. Quando verò à portu ſolui deberent,tu
bę ſonitus ſignum daturus erat.Soluentes igitur ęx Abydo aduerſis ventis ad
Sigeum adplicuere. rurſus tedeunte tranquillitate, alacres Maleam vene-
runt.Hic ob loci anguſtiam nocte ſequente tanta claſſis tam magnarum na-
uium ſimul conſtipata ac colliſa magno fuit in periculo,vbi & gubernatores
cæterique nautæ virtutem facilè oſtenderunt. Nam & alta vti mos eſt voce,
& contis peritè vtentes, inter ſe ſpatio diuiſi ac rarefacti ſunt; quòd ſi ruen-
tem contrà ventum forte habuiſſent,vix,vti mihi videtur,nautæ ſeque ac na-
ues ſeruaſſent.Sic igitur diſpoſiti Tenarum inde peruenerunt, quæ nunc Ce
reapolis cognominatur, inde vero Methonem.hic eos inuenerunt, qui du-
cibus Valeriano & Martino nauigabant, pauloante adplicuiſſe: & quando
venti non flarent, in eodem loco naues ſiſtere Beliſarius iuſſit, in quibus il-
los ordine collocauit, milites diſpoſuit, redeuntes quoque duces ornauit.
His adminiſtratis quum aliquandiu expectando ventos morarentur, plures

morbis

morbis correpti interiere ex hac cauſa. Ioannes, quem ſupra nominaui, præ- *Ioannis P. P. auaritia.*
fectus prætorij erat, quum in alijs deteſtabilis, tum vehemens in ea commen
tando, quæ publicè ſint ad hominum perniciem: & quando de his nonnulla
in initio hiſtoriæ dixi, nunc quomodo ex eius auaritia adfecti ſint milites, di-
cam. Panem, qui in exercitu fertur, bis eſt conſuetudo in clibanum ponere,
vt diligenter coctus diu duret, neu breuiter corrumpi poſſit: verùm eundem
pondere à primo deficere, è quarta ſaltem parte neceſſe eſt. Ioannes itaque
cogitans, quo nam modo artopis ac piſtoribus minus lignorum ac mercedis
daret, nec tamen pondere deficeret, crudum adhuc panem in publicum bal
neum ferre, ac in locum, vbi ignis vigebat, collocare iuſſit, donec vehemen-
ter coctus videretur, deinde in culleis poſitos nauibus immiſit. Poſtquam
verò claſſis apud Methonem fuit, panes ſoluti omnes rurſus in farinam re-
uerſi marcidam quidem & tabidam, ac viritim minutatimq́ue, illis verò qui
in indignatione aliqua eſſent, per medimnos & modios diſtributi fuere. His
itaque milites æſtatis tempore in loco etiam æſtuoſo paſti, in morbos facilè
inciderunt, periereq́ue non minus quadringenti: plures etiam interijſſent, ni
Beliſarij prouidentia his prohibitis, in regione conquiſitos alios probos da-
re iuſſiſſet. Imperatori deinde de hoc conquerendo ſcripſit. ille quanquam
rem deteſtari, attamen Ioannē nulla tunc pœna iuſſit plecti. Et hæc quidem
ſic ſe habuere. A Methone ſoluentes Zacynthum peruenerũt, vbi aquam na-
uibus aduexere, quanta ſatis eſſet Adriaticum remigantibus pelagus, aliaq́;
præparantes opportuna præteruehuntur. Vento autem molli ac tardo perflã
te, diebus xvi. in Siciliam delati, locum deſolatum attingũt, vbi mons Aetna
prope conſpicitur. In huius itaque curſus adeo lenti ſpatio contigit apud om
neis aquam munitioni ſumptam putreſcere, præter eam quæ apud Beliſariũ
eiusq́ue conuictores erat, quam hoc modo eius vxor Antonina adſeruauit:
Amphoras vitreas aqua repleuit, easq́ue in nauis imo, vbi ſol minimè pene-
trarat, in arena fodit, circaque ex aſſeribus locum muniuit. Beliſarius verò *Beliſarij deliberatio.*
vt inſulam attigit, cunctabundus animo torquetur, cogitansq́ue quo nam
modo, aut qua primùm in parte cum Vandilis ſit bellandum. Maximè verò
militum querelis turbabatur, qui naumachiam expaueſcentes, non dubita-
uere apertè prædicare, ſi terreſtre prælium ſint inituri, ſeſe officio fortiſſimo-
rum non defuturos: ſi autem nauale, plurimos ſe auerſuros fugamq́ue captu
ros. Non enim ſe vnà poſſe & cum aqua, & cum hoſtibus dimicare. His igi-
tur omnibus Beliſarius commotus, Procopium eius paredrum Syracuſas *Procopius exploratum mittitur.*
ſciſcitatum ac clam veſtigatum mittit, an aliquæ hoſtium inſidiæ ſiue in in-
ſula, ſiue in continente contrà nauigantes ſint paratæ. Deinde in quem
potiſſimè locum, vbi Aphricam attingerent adplicarent, vnde etiam melius
aggredi Vandilos. Poſtquam verò hæc egerit, in reditu Cauconem veniat,
locum ducentis à Syracuſis ſtadijs diſtantem, quò omnis claſſis conueni-
re debebat: præterea vt in Sicilia cibaria neceſſaria ex Gothis mercetur, ob
amicitiam quæ inter Iuſtinianum & Amalaſuntham Athalarici matrem e- *Amalaſuntha regina Gotthorũ.*
rat. Is enim adhuc puer ſub matre educatus, & Gothorum & Italorum po-
tentia fretus eſt. Amalaſſuntha poſt Theodorici patris mortem metuens pu-
ero, Iuſtiniani amicitiam ſibi adſciuit: cui quum in alijs obtemperaret, tum
neceſſaria expeditioni vendere ſe recepit, quòd & præſtitit. Procopius igi-
tur quum Syracuſas perueniſſet, præter ſpem ciuem amicum offendit eius
iampridem inquilinum loci, qui à puero præfectus erat horum, quæ ad mari
timam erant opus expeditionem, ac Prpcopio datis, quæ fuerant neceſſaria,
inſuper de cæteris interrogãti ſatisfecit. ſeruum ait ſuum tertia die è Cartha-
gine aduectum, qui dicebat nullas Vandilorum inſidias claſſi ſe in his locis
repperiſſe, tantum cõtra Godam omnem belli apparatum traducere, ipſum

verò Gilimerem nihil hoſtile metuentem, relicta Carthagine ac locis marlti
rectius, Bizaciũ
mis,apud Hermionem moram habere,quæ eſt apud * Byzantium quatuor i-
ter dierum à littore diſtans.Itaq; nihil minus,quàm Romæorum claſſem,aut
Procopÿ vafricies.
aliquid ei nociturum timere.Hæc Procopius audiens,ſeruum dextra apprẽ-
dens,per Arethuſæ portum ambulat, vbi nauigium reliquerat, multaq́; per-
cunctando,ac ſingula perſcrutando ſimul cum eo nauim aſcendere induxit,
eueſtigioq́ue vela dare iubẽs,Cauconem petebat.Domino autem apud lit-
tus exiſtenti,ſimulq́ue admiranti,quòd ſeruus non redderetur,clamans Pro
copius de naui ait,excuſatum habeat,neque ægre ferat,velle illum ad ducẽ,
deinde in Africam cum exercitu deportare, breuiq́ue tempore opibus au-
ctum plurimis remittere. Quumq́ue Cauconem perueniſſent,omnes in lu-
ctu maximo offenderunt. Dorotheus enim,qui ex Armenia aduectorũ dux
fuerat,deceſſerat,magnum ſui relinquens deſidetium. Beliſarius itaque vbi
ſeruus in conſpectu fuit,cunctaq́; accepit,animo lætatus,ac Procopium ma-
gnopere collaudans,tubicines dare ſignum diſcedendæ claſſis iubet, ſubla-
tisq́ne repente malis Gaulum & Melitam inſulas velociter contingunt,quæ
Beliſarius in Africam adpellit.
Adriaticum à Tyrrheno diuidunt pelagus. Hic Eurus perflans eos die ſecun-
da in Aphricę littus deducit ad locum,qui Caput vada vocatur,quinque iter
dierum expedito à Carthagine diſtans. Poſtquam littori adpropinquauere,
Beliſarius vela poni iubet,ac ancoris naues iactis firmare.Ductores hic alios
omneis in ſuam cõuocans nauim,conſilium de deſcendendo in terram pro
Archelai ſententia.
ponit.Hic quum ab alijs quidem multæ in medium adlatæ ſententiæ vtrinq;
fuiſſent, Archelaus procedens talia loquutus eſt;Ducis noſtri virtutem ma-
ximè collaudare decet,qui quum ingenio & rerum experienria cæteris prę-
ſtet,his quoque poteſtatem habeat adiunctam,concilium coegit, nosq́ue di
cere iubet,qua nam maximè in parte ad littus adplicandum, quanquam ipſi
tantum hoc notum, quid opus facileq́ue factu ob peritiam exiſtit. Vos au-
tem præfecti nequeo ſatis mirari,quòd veſtrum quilibet hãc deſcenſionem
ita celeriter ſuaſiſtis,quum ſciam adhortationem in præſens periculum nul-
lam ferre admonenti vtilitatem,quod accuſationis plerunq; occaſioni ſubij
ciatur.Homines enim ſi fortè ſibi ex ſententia quæ facta ſunt eueniant, bene
ac libenter ferre videntur: ſi verò ſecus, autorem conſilij protinus accuſant:
quãquam quis dixerit,pro ſalute deliberantem ſimul & conſilinm dantem
minime fas eſt calumniam timere. Vulris tandem in hoſtilem deſcẽdere præ
fecti,in quo portu naues relicturi,vel cuius ciuitatis murorum munitionem
atque ſeptum hinc cogitatis? An non audiſtis quemadmodum hoc littus no-
uem iter dierum à Carthagine vſque Lucam extendi dicunt importuoſum
omnino ventisq́ue vndecunque flantibus maximè obnoxium? mœnia inſu-
per nulla in tota Aphrica præterquam Carthagini Gizerichi olim mandato
exiſtunt,adde quòd omnino locus aquarum eſt indigus. Quid ſi fortè cum
his omnibus incommodis aliquid aduerſi acciderit. quid nam iudicabimus?
an non quum in prælio fuerimus,ſiniſtra alia cogitare oportet non humana
rernm natura huiuſcemodi digna? Si enim in terram deſcendentibus vo-
bis tempeſtas ſuperueniat, nónne alterum è duobus euenire nauibus eſt ne
ceſſe,vel quàm procul hinc diffundi,vel in hoc perire littore? Deinde qui
vobis ad victum neceſſariorum prouentus aut refugium? Nemo in me re-
ſpiciat ſumptus diſpenſandi præfectum. Præterea in toto règno nulla mini-
ſteria aut ſeruitia,ad quæ neceſſarium fuerit ex veſtris idiotis perſonas no-
minaq́; ſecerni. Vbi deniq; arma oneraq́; ſuperflua ponetis,aut vnde ſi quid
neceſſarium ſumetis? Ego verò exiſtimo oportere vos rectà Carthaginem
tendere, portum xl. non amplius ſtadijs dicunt ab ea diſtantem, quem ſta-
gnum vocant,omnino incuſtoditum,claſſis quamuis magnæ capaciſſimum,
vnde

vnde ſoluentibus vobis commodè in bellum procedere poteritis.puto nanque primo ſtatim incurſu vos Carthaginem capturos, ex quo extinctis procul ab ea inimicis, vobis victoribus nihil reliquum difficile aut formidandum fuerit.Sic eſt rerum humanarum natura, vt capite ſublato, cætera breui tempore corruant. Quæ omnia ſocij conſiderare fas eſt, optimaque ex omnibus deligere. Poſt Archelai orationem Beliſarius ſic incipit: Nullus ô ſocij putet me cognitorem aut iudicem his quæ dicta ſunt adſiſtere, neque propterea me poſtremo loco dicere, vt illa qualiacunque ſint neceſſe ſequi aut fieri omnino oportere exiſtimem. Quæ enim veſtrum cuilibet viſa ſunt optima dudum audiui. Meum eſt item quæ nouerim in medium adferre, deinde vnà vobiſcum potiora deligere. Illud imprimis meminiſſe debetis, quemadmodum paulo ante milites expaueſcere maris pericula, ſe apertè ſunt teſtati, ac veniente aduerſus naui hoſtili ſe ſtatim in fugam verſuros. Sic enim ſe rebus habentibus, ſtultorum arbitror eſſe hominum à deo petere vt det euenire meliora, ipſis aduerſus ire timentibus ac in cauſa exiſtentibus vt contrà eueniat. Si autem nauigantibus nobis rectà Carthaginem claſſis inimica fortè occurrat, noſtrique propterea milites certatim fugiant, conſilium noſtrum non ſine pœnitentia ac querela fuerit. Error enim fatalis ac neceſſarius excuſationem per ſe aliquam habet, nobis vero ſalutis nulla venia fuerit. Illud tantùm haud ſatis probè dictum exiſtimauerim, quo maximè nos timere rogant tempeſtatem memorantes: quæ ſi qua irruat nauibus vti planè dicunt, è duobus alterũ euenire neceſſe, vel procul ab Aphrica eas diſſipari, vel in ipſo littore perire. Quid igitur quæſo ex his vtilius nobis extiterit, an ſolas corrumpi naues, vel cum ipſis cæteriſque omnibus viros quoque ſub hoc hoſte corruere? Præter hæc improuiſis nunc atque imparatis dum licet irruentes, ex ſententia compotes diſcedemus, res enim inimicorum ex improuiſo in ſeruitutẽ probè reducuntur, paulo autem poſt illis adcinctis atq; præparatis ex æquis viribus diſcrimen belli ſubeundum. Dicet fortè aliquis, in præſenti tantùm concilio neceſſaria ac de ipſa in terram adplicatione perſcrutanda. Verùm ſcitote, non etiam neceſſaria exquiri oportere. Nam ſi tempeſtas nobis in nauibus bellum gerentibus ingruat, vt ſæpe contingit contra fluctus ſimul & Vandilos dimicantibus, tunc ne diſcere incipiemus quid nam factu ſit opus? Igitur ego ſic exiſtimo, nos in terram confeſtim deſcendere oportere, ac vnà è nauibus equoſque & arma, ac quæcunq; alia ſint opus deducere, foſſam eueſtigio facere, ac vallo circundare nihil minus muniminis quã murus nobis firmiſſimus pręſtaturo, indeq; ad bellum procedere: nihil enim putatote nobis neceſſarium defuturum, ſi viri erimus: vincentibus quoq; hoſtes, illorum etiam omnia accedent. Victoria nanq; opes omnes in eam partem in quam inclinauerit, deferre eſt apta. Itaque & ſalus & bonorum omnium copia in veſtris ſita ſunt dextris. Hæc dicenti Beliſario cæteri facilè conſenſere, ſolutoque concilio inde ſtatim in terram deſcenderunt, tertio poſtquam è Byzantio cum claſſe diſceſſerant menſe. Locus ilico iuſſu ducis in littore militibus ac nautis capitur, foſſa munitur, valloq; circundatur, vtpote hominum tot coëuntibus manibus, ſimulque timore animos ſollicitante, tum duce inſtante, eodem die & foſſa peracta, & vallo ac palis fixis eſt munitus. Vbi autem foſſa fodiebatur, miraculum quoddam animaduerſum: aquæ multum, ſub terra erupit, nunquã prius apud Byzantium viſa, vt locum perpetuè ſiccum. hæc igitur cunctis tunc & hominibus, & animalibus ſuppeditauit. Procopius vero ſimul cum duce lætatus, ai, non ob aquę vſum atq; copiam ſe gaudere, ſed ob auſpicium victoriæ facilis & paruo negocio conſequuturæ, cœlicolas voluiſſe ſignificare, quod profectò euenit. Nocte igitur ſequẽte milites omnes in caſtris ac mu- *Beliſarij ſententia*

tionibus conſtiterunt,cuſtodias aliaque conſueta factitantes,ſagittarijs tantùm quinque in qualibet naui ob tutelam à Beliſario dimiſſis, excurſoribus item circa illas adhibitis, ne quis inuadere aut nocere poſſit. Die ſequente poſtquam militum quidam in agros diſcurrentes fructus attigerunt, eos ignominia notatos conuocans Beliſarius ſic eſt adlocutus: Vim adferre & ex alienis paſci, turpe ſemper ac probroſum videtur, quod iniuſtum in ipſo feratur: nunc autem nobis etiam in eo periculum conſiderandum, vt ſi fas eſt dicere, iuſti ratio ſit periculo poſthabenda. Ego enim hoc tantùm confiſus vos in hanc terram deſcendere iuſſi, vt Aphri à Romæis procul exiſtentes ſint Vandilis pro nobis infidi ac moleſti, quamobrem nihil neceſſa: iorum propterea nos deſerat, neque excurſionibus ab inimicis poſſe nos lædi. Verùm nunc veſtra immodeſtia omnia nobis hæc contraria reddidit. Aphros enim quodammodo Vandilis conciliaſtis, ac in noſipſos iam ob veſtrum hoc factum ad inimicitiam deduxiſtis. Natura enim ineſt adfectis iniuria erga adficientes continuo maleuolentia. Veſtram igitur ſecuritatem ac omnium copiam bonorum paruo admodum argento poſthabetis, quum vobis ex volunta:ijs dominis quæ ſint opus liceat emere: erga quos minimè iniuſtos eſſe decet, vt nobis illorum amicitia ſit vſui. Nunc verò effeciſtis vt contra Aphros æquè atque Vandilos nobis etiam ſit bellum, imò contra deum ipſum, quem nullus iniuſtus ſentiet adiutorem. Parcite igitur poſthac aliena inuadere, lucrumque ſequi periculis plenum: hoc enim illud eſt tempus, quo maximè modeſtia nos ſaluos faciet, iniuria interitu plectet. Hæc vobis curantibus deus erit imprimis placatus, deinde gens Aphrorum beneuola, poſtremò de Vandilis victoria facilis. His dictis concionem ſoluit. Erat Syllectum ciuitas vnius iter diei à caſtris diſtans iuxta mare quod Carthaginem ferebat, cuius mœnia iamdudum diruta fuere, domos oppidani circummuniuere, incurſus Maurufiorum metuentes. Beliſarius itaque Boriadem è militibus quendam haſtatis ſimul cum ſcutatis quibuſdam eis nunciatum miſit, in animo ſibi eſſe ciuitatem tentare: quam ſi libenter dediderint, nullo eos malo adficeret, quin ſe bona illis plurima daturum, inſuper in libertatem reſtituturum. Hi itaque ſub diei ſerum ciuitati propinquantes in conualle quadam nocte latuerunt. Vbi autem illuxit, in currus ruſticorum in vrbem euntium incidentes eos aſcendunt, ex quo nullo negocio clam eam ingrediuntur: claro iam die nullo excitato tumultu ſacerdotem ilico, & ſi quid nobilitatis in ea fuerat, coëgeruntac ducis mandata referũt, ſtatimque ab oppidanis claues adituum clauſtrorumq; acceptas Beliſario mittunt. Eodem quoque die ille qui equis præerat in ciuitate, transfuga in caſtra Romæorum omneis equos publicos tradidit. Beliſarius item quendam ex his, qui equo celeriter inuecti regias perferunt literas, quóſve Veredarios appellant, cepit, nullo illato incommodo, quin potius auro multo munerans ſub fidem epiſtolas ei tradidit, quas Iuſtiuianus Imperator Vandilis ſcripſit, vt eorum præfectis per vrbes oſtenderet, quarum ſententia hęc fuit: Neque Vandilos debellare nobis eſt animus, neque Gizerichi fœdera ſoluere: ſed veſtrum tantùm tyrannum de medio tollere venimus, qui Gizerichi teſtamentum pro nihilo pendens veſtrũ regem in vinculis habet, ſuóſque propinquos, quos odio vehementi proſequitur, ab initio ſuſtulit: reliquos verò oculis erutis in cuſtodia ſeruat, vt his pœnis crudelius quàm more excruciet. Nobiſcum igitur conſentite, voſque metipſos à tam peſtilenti tyrannide quocunque modo liberate, pacique ac libertati vobis ſtudentibus, nos auxilio fore omnino recipimus, ac ita futurum, noſtram ex deo fidem obligamus. Hæc ſumma literarum. Has igitur ille à Beliſario ſumptas efferre in publicum non eſt auſus, clam autem amicis oſtendens, nihil memoratu

Beliſarij ad ſuos concio.

Syllecti deditio.

Iuſtiniani ad Vandilos epiſtola.

memoratu dignum propterea fecit. Beliſarius his geſtis vbi exercitum ordine diſpoſuit, Carthaginem verſus iter adripuit. trecentos ſcutigeros eligens, viros bello aptiſſimos, Ioanni tradidit, qui ſumptibus domeſticis præerat, homo Armenius genere, prudentia vero ac fortitudine ſummus. huic præcepit vti exercitum non ſtadijs xx. diſtando præcederet, & ſi quid hoſtile animaduerteret, confeſtim nunciaret vt imparati cum hoſte dimicare non cogerentur. Maſſagetas verò ſocios tantundem ac etiam plus abſiſtentes ſiniſtrorſus iter facere. Ipſe verò cũ electis pone ſubſequebatur. Nam Gilemerẽ ex Hermione eos inſequentem haud procul inuaſurum ſuſpicabatur. Dextrorſus verò nihil formidabat haud procul à littore procedendo. Nautis inſuper mandauit continuo exercitũ conſequi, nec ab eo valde diſtare: quòd ſi venti fortè irruerent, maiora colligentes vela, quæ Dolones vocant, paulatim adſequerentur: ſi contrà, deſinerent omnino, remis quoad fieri poſſit incumbendo maturarent. Ipſe deinde Syllectum proficiſcens, milites vt eſſent abſtinentes, ſibique ac manibus imperarent admonuit, néue aliquid ab re aut contra officium facerent. Ipſe verò manſuetudinem atque humanitatem præ ſe ferendo Aphros ſibi conciliauit. Ex quo reliquo tempore ſicut in propria regione magna cum modeſtia iter fecit, colonis circa nec latitantibus nec quicquam expaueſcentibus, quin potius quæ oportet omnia vendentibus ſimul & exercitui miniſtrantibus. lxxx non amplius ſtadijs ſingulis diebus vſque Carthaginem procedebamus, ſiue in ciuitatibus, ſi contingeret, ſiue in caſtris ſecuri quieſcendo. Sic igitur per vrbes Lectum & Adrametum ad oppidum Græſſam cccl. ſtadijs à Carthagine diſtans peruenimus. Hic regia ducis exercitus Vandilorum & paradiſus erat omnium pulcherrimus quos ſcimus, aquis quidem irriguus, tum nemore circa ornatus, arboribus ac pomis plena omnia iam tunc vernantibus, vt etiam ex ijs noſtri milites tabernacula ſibi conſtituerent, ac in eorum edendo ſatietatem venirent: denique ſenſus vllus ſine pomorum ſuauitate non fuit. Gilimer autem apud Hermionem vbi primùm accepit hoſtes prope adeſſe, ad Ammatam fratrem Carthaginem ſcribit, vt Ildérichum & alios ſibi ſanguine coniunctos, aut quocunque modo proximos, quos in cuſtodia haberet, interficiat: tum Vandilos & ſi quid eſt in ciuitate munitionis, in promptu ac præſto paratum habeat, vt hoſtes in angſtia locorum conſtitutos circa ciuitatis ſuburbanum, quod Decimum vocatur, à duobus vtrinque exercitibus concluſos, tanquam in ſagena captos perire contingat. Ammatas igitur mandata exequitur, Ildérichum & Euagenem necat, præterea Aphros quicunq; illis ſtudebant. Amer enim iam deceſſerat. Vandilos deinde armat, vt quum tempus cõgrediendi venerit, parati ſint. Gilimer autẽ retrò clandeſtinè, vt à nobis minimè ſentiretur, ſequebatur. Verũ in hac nocte in qua apud Græſſam conſtitimus, noſtri exploratores vtrinque diſpartiti euntes inter ſe commixti ac colliſi ad exercitum ſe vtrique receperunt, qua de cauſa nobis innotuit haud procul eſſe hoſtes. Hinc quoque procedentibus naues adſpicere facultas non fuit, quòd petræ altiſſimæ longe à mari erectæ circuitu magno adſpectum obduxerant nauigantium: præterea promontorium prohibebat, apud quod Hermes eſt oppidum. Beliſarius itaque Archelao magiſtro equitum mandat, ne Carthaginem accedat ſtadijs circiter ducentis abſiſtendo, donec ipſe iubeat manere. E Græſſa demum quarto die Decimum peruenimus locum à Carthagine ſtadijs lxx diſtantem. In hac die Gilimer Gibamundum fratris filium iuſſit ſimul cum Vandilorum duobus millibus alium exercitum præuenire, ac ſiniſtrorſus procedere, vt Ammatas è Carthagine, Gilimer retrò, Gibamundus autem ſiniſtrorſus euntes, ac in eodem loco ſe iungentes, facilius hoſtes in medio concludant.

Beliſarij abſtinentia.

Crudele Gilimeris conſilium.

Diuinæ prouidentiæ vis. Mihi autem & diuina ſimul & humana in hoc labore admirari ſuccurrit, vt deus procul futura reſpiciens præſcribit vbi aliquando res caſura ſit: at homines à ſpe ſæpe decepti, ignorant ſe cecidiſſe, etiamſi compotes ſint aut recta cucurrerint fortunæ via ferentis ad ea quæ bona viſa ſunt prius. Niſi enim Beliſarius ſic ordines diuiſiſſet, & Ioannem cum illis quos præcedere ſuprà dixi, & Maſſagetas ab exercitu ſiniſtrorſus ire iuſſiſſet, nunquam Vandilos vitare potuiſſemus. Et quanquam ſic duci probè ſint viſa excogitata, ſi *Ammatæ præceps conatus, & exitium.* temporis opportunitatem Ammatas ſeruaſſet, neque hunc quarta tantum diei parte præueniſſet, res omnino Vandilorum non ita corruiſſent: nunc ipſe Ammatas præueniens circa meridiem ad Decimum profectus eſt, longe noſtrum ſimulque Vandilorum exercitum relinquens. Nec ſolùm hac temporis feſtinatione peccauit, ſed Vandilorum optimam partem Carthagine relinquens, nuncianſque ſe ad Decimum proficiſci, ipſe cum paucis, nec ſanè è fortioribus electis cum Ioanne in pugna congreſſus, duodecim ſanè è noſtris melioribus in prima acie interfecit, ipſeque poſtremò cecidit, vir admodum fortis atque huic operi maximè viſui. Ammata igitur cæſo clarum eſt ſequutum trophæum: reliqui enim fugientes, cæteris timorem incuſſerunt, qui è Carthagine ad Decimum veniebant: ibant enim abſque ordine vllo, neque tanquam in pugna conſtituti, ſed vt confuſi & palantes ordines, nec ſatis magni, ex triginta enim fuere ac viginti. Hi cum Vandilos qui cum Ammata erant fugientes viderent, opinantes inſequentes victores maiore eſſe numero, terga & ipſi dederunt. Ioannes autem & qui cum eo erant ſequuti victoriam, quos potuere interficiendo vſque ad Carthaginis portas peruenerunt, ex quo facta Vandilorum cędes per ſtadia lxx. quantum conijci licuit, hoſtium duorum milium. Eodem fermè tempore Gibamundus ſimul cum duobus millibus ibat in campum Solis, qui ſtadijs xl. à Decimo abeſt, eunti Carthaginem ſiniſtrorſus, vacuus præterea & hominibus & arboribus, nihilque penitùs præter ſalem ferebat, qui ex aqnis ſalis fiebat. hic cum Hunnis congreſſi omnes periere. Erat enim inter Maſ- *Hunnorum in prælijs mos.* ſagetas vir & fortitudine & corporis robore præcellens, qui paucos ductabat. Is ex maioribus vſque ſuis honoris præmia eſt adſecutus in cunctis Hunnicis expeditionibus, quòd primus ſemper in hoſtes incurrere ſit ſolitus. Non enim Maſſagetæ homini fas eſt aliquem in acie hoſtium capere, niſi prius ex eadem gente aliquis in hoſtes manibus abſtinendo incurrat. Hic itaque haud longe ab hoſtibus exiſtens, currens equo incitato ſolus in eos proximè conſtitit. Vandili verò vel quòd animi magnitudinem viri expaueſcerent, vel quòd aliquid inſidiarum parari ſibi ſuſpicarentur, neque ſe mouere, neque eum aliquo telo petere ſunt auſi. Exiſtimo enim quòd nondum illorum pugnandi conſuetudinem viderint, tantumque audiuerint inexpugnabile genus eſſe, ac propterea periculum extimuiſſe. At ille in ſuos conuerſus ait, Quàm paratã nobis eſcam miſit hodie deus. Incurrentes itaq; ilico Vandilos non ſuſtinentes ordinem ſoluerunt, ac robore minimè reſpondentes omnes turpiter perierunt. Nos autem ea quæ geſta ſunt, nondum omnia ſcientes ad Decimum iter direximus. Beliſarius locum caſtris aptum videns ſtadijs xxxv. à Decimo diſtantem vallo firmiſſimo cinxit, vbi pedites omneis conſtituens, ac vniuerſum congregans exercitum hæc eſt allo- *Beliſarij ad ſuos concio.* quutus: Nunc ò viri cõmilitones certaminis laborumq; tempus aduenit, ſentio enim propinquantes hoſtes, naues quoq; procul à nobis loci natura amouit, vnica ſpes eſt tantũ ſalutis in manibus. nulla enim amica ciuitas adeſt, nullum refugium cui nos credentes confidere oporteat: ſi fortes erimus viri, veriſimile fuerit nos hoſtes ſuperaturos: ſi autem molles, ſub Vandilis turpiter perire continget. quanquam multa nobis victoriam pollicentur, iuſticia

ſticia imprimis pro qua contra iniuſtos & iniquos venimus, noſtra quoque recuperatori, præterea Vandilorum contra ſuum tyrannum odium atque maleuolentia. Deus nanque auxilium iuſta petentibus ſemper adeſſe ſolet, miles quoque imperanti minimè beneuolus agere fortiter ignorat. Præter hoc nos cum Scythis & Perſis omne æuum res geſſimus. Vandili autem ex quo Aphricam ſunt adepti, neminem inimicum præterquam nudos Numidas habuerunt. Quis autem ignoret, quòd omnis diſciplinæ ratio exercitatione augetur, ocio verò debilitatur? Nam vallum videtis nobis eſſe, vnde aciem progredi oportet, munitiſſimum. Adſunt & arma & alia quæcunque ferre non valemus, hic præſto parata, & demum huc reuertentibus nobis nihil neceſſariorum deeſt. Oro igitur vos omneis vt propriæ memores virtutis & chariſſimorum omnium quæ domi reliquiſtis, ingenti nunc animo rem aggrediamini. Hæc dicens Beliſarius, deumque obteſtans atque orans, vxorem ſimul cum peditibus intra munitiones cuſtodiendam reliquit, ipſe verò cum equitibus omnibus adequitauit: neque enim in præſens viſum eſt vtile de toto ſimul exercitu periclitari, ſed tantùm cum equitibus concurrendo & iaculando vires hoſtium experiri, ad extremum cum omnibus copijs pugnare. permittens igitur prius fœderatorum duces, cum ſuis haſtatis & ſcutigeris & reliquo ſimul exercitu ipſe ſequebatur. Vbi verò ipſi fœderati cum ſuis ducibus ad Decimum perueniunt, ac interfectorum corpora humi diſpoſita viderunt, inter quos xij erant ſocij qui cum Ioanne fuerunt, & ipſe Ammatas Vandilorumque nonnulli, inſuper ex colonis rem omnem geſtam audiuerunt, anxij ac ancipites fuere, qua nam in parte telluris locum capere oporteret. Hæc animo verſantibus, ac circa colles perueſtigantibus, puluis ſubitò ex Auſtri parte apparuit, pauloq; pòſt Vandilorum magna turma. Illi eueſtigio ad Beliſarium mittunt vti venire maturet, apparentibus iam atque incumbentibus hoſtibus. Ducum igitur bifariã ſententiæ fuere, nonnulli cenſebant vt irruentibus ſimul occurreretur, alij rem eſſe non tanti adfirmabant, vt vires omnes opponere deberent. Hæc inter ſe altercantibus barbari adpropinquauerunt cum duce Gilimere, qui mediam corripuit viam qua Beliſarius inerat, & qua Maſſagetæ venerunt cum Gibamundo congreſſi: colles hic vndique aderant, qui nec Gibamundi turmas ac Beliſarij munitiones, neque item viam qua ibant qui cum Beliſario erant, videri permittebant. Vbi verò propè ambo fuere, cotentio vtriuſque fuit exercitus, qui nam prius collem in eo loco altiſſimum caperet, qui maximè ad rem gerendam videbatur opportunus, indeque vterque conſtituebant ad manus cum hoſte deſcendere. Feſtinantes igitur Vandili collem occupant, incurrentes ac hoſtes in fugam vertentes: ex quo Romæi perterrefacti, in vicum ſe fugiendo receperunt ſeptem ſtadijs à Decimo diſtantem. Hic enim Vliarem Beliſarij militem haſtatum cum ſcutigeris dccc offendentes, putauere omnes vt ab eo ſuccurrerentur ac vnà Vandilis reſiſterent, quòd ſecus euenit. Nam & ipſi quoq; horreſcentes curſu ad Beliſarium contenderunt. Hic ego non habeo dicere quòd nam fatum Gilimeris fuerit, vt in manibus victoriam habens ſponte neglexerit, ac hoſtibus ſpatium reſpirandi dederit: niſi quòd in Deum omnia referri oportet, qui quando malè quid euenire homini ſtatuit, conſilium ac mentem imprimis aufert, nec quæ ſunt vtilia in deliberando monſtrat. Si enim Gilimer eo die rectà hoſtes inſectatus fuiſſet, non puto Beliſarium aliquo modo ſuſtinere potuiſſe, ſed cuncta nobis corruiſſe, tanta erat & Vandilorum multitudo, & Romæis formido incuſſa. Seu etiam ſi rectà Carthaginem petiſſet, omnes qui cum Ioanne erant, proculdubiò interemiſſet, qui palantes & ſecuri per campum ambulantes prædabantur. Ciuitatem quoque

Romæi fugiunt

Gilimer victoriam paratam negligit.

ſeruaſſet,inſuper naues noſtras haud longe ſequentes facilè cepiſſet, nobis denique & redeundi & victoriæ ſpem omnem ſimul eripuiſſet. Verùm nihil horum egit, ſed paulatim è colle deſcendens, vbi in plano conſtitit, ac fratris cadauer adſpexit,in luctum ac ſepulchri curam conuerſus eſt. Atque hoc modo rei bene gerendæ pulcherrimam amiſitoccaſionem, quam amplius recuperare non valuit. Igitur fugientibus Beliſarius obuiam factus ſtare iuſſit, cunctoſque ordini reponens atque reſtituens ignauiam exprobrauit. At vbi Ammatæ mortem ac Ioannis trophæum audiuit, & de loco & de re geſta quæ voluit accepit, curſu contra Vandilos fertur: barbari verò ſine ordine ac improuiſi exiſtentes impetus illorum minimè ſuſtinere, ſed certatim fugientes, ac partim pereuntes adſpiciebantur:pugnam nox diremit. Vandili itaque non Carthaginem neque Byzantium vnde venerant,ſed in Bulæ campum ac in partem quæ ferebat in Numidas fugerunt. Hi autem qui cum Ioannne erant & Maſſagetæ diei ſerò ad nos reuerſi, ac omnibus quę contigerant vltrò citroq; narratis,nobiſcum apud Decimum pernoctauerunt. Die ſequenti pedites omnes è munitionibus vnà cnm Beliſarij vxore adfuere,vnaque omnes Carthaginem contendimus: quò quum veſpere perueniſſemus, extra vrbem ſub tentorijs ea nocte fuimus, quanquam nemine ingreſſum prohibente: Carthaginenſes enim portas ilico aperuerunt, lumina vbiq; diſpoſuerunt,ignes nocte tota per vrbem accenderunt. Vandili qui relicti erant, ad templa ſupplices confugerunt. At Beliſarius ſtatim rem ita diſpoſuit, vt tam ex hoſtibus quàm ex noſtris inſidias vtrinque prohiberet, ne per noctis tenebras latentes in rapinam ac direptionem venirent. Hac inſuper nocte naues Euroſpirante ad promontorium ſunt actæ, quas vbi Carthaginenſes conſpexere,terreas cathenas portus,quem Mandracium vocant,trahentes, facilem claſſi aditum fecerunt. Eſt autem in domo regia carcer, vbi omnes miſeri ſupplicio deſtinati à tyranno concludebantur: inter quos mercatores fuere plures eius temporis,qui ad bellum Gilimerem euntem iuuare opibus rogati fuere: eaque die perituri erant, qua Ammatas apud Decimum interijt. in tantum venere diſcrimen. Huius igitur carceris cuſtos vbi hæc apud Decimum geſta audiuit, tum intra promontoriũ claſſem iam vidit, intus ingrediens eos qui nunquã ad eam diem ex quo capti fuere bonũ nuncium audiuere, ſed in tenebris conſtituti mortem quotidie expectabant, interrogat,quid ex eorum ſubſtantia conceſſuri eſſent his qui eos liberarent. At illi protinus reſpondent quæcunque velint. Ipſe autem nihil ſe dixit aliud ab eis velle quàm omnes iurare,ſi inde aufugerent, ei in periculo conſtituto, omnibus viribus ſe auxilio adfuturos. Illi verò ſic egerunt. Ipſe rem omnem manifeſtans, feneſtraſq; ex ea parte quæ mare proſpiciebat aperiens, claſſem noſtram oſtendit, nec mora, cum eiſdem è carcere liberatis ſimul abijt. Qui autem in nauibus erant nihil eorum quæ geſta erant ab exercitu in terra audientes, animo hærebant, ac vela legentes in Mercurium ſciſcitatum miſerunt. Vbi rem geſtam didicere, vehementer lætati nauigauere: quumq; vento proſpero iam prope Carthaginem cl. ſtadijs delati eſſent, Archelaus ſimul & eius milites ibidem adplicare iuſſerunt. Nautæ verò minimè obtemperauere, littus id importuoſum eſſe dicentes, veriſimile fore citò tempeſtatem oriri, quàm loci accolæ Cyprianam vocant: apertè prædicentes, ſi fortè in eo loco conſiſterent, ne vnam quidem ex nauibus ſeruari poſſe,quod ita profectò erat. Itaque velis eueſtigio collectis,in conſultatione fuere quid nam facturi, ad Mandracium ire nullo pacto viſum eſt,priuſquam Beliſarij mandata venirent. Præterea portum eum cathenis clauſum fore ſuſpicabantur,nec etiam totius claſſis capacem. Igitur locus erat, quem ſtagnum vti ſuprà memoraui appellant xl. ſtadijs

Beliſarius ſuos fugientes ſiſtit.

Captiui Carthagine liberati.

ſtadijs à Carthagine procul, nauium capaciſſimus, optimeq́; ad excipiendũ ſitus. facilem huc curſum putantes, omnes poſt Solis occaſum adplicuere, præterquam Calonymus cum ſuis aliquibus, qui ducem minimè curans, in Mandracium clam delatus nullo prohibere audente deſcendit, ac opes circa mare incolentium mercatorum hoſpitúmve ac Carthaginenſium diripuit. Sequente die Beliſarius cunctos è nauibus deſcendere iuſſit, atque omnem ordinans exercitum tanquam ad pugnam proceſſurus Carthaginem contendit: timebat enim ne quis hoſtium in inſidijs collocatus occurreret. Hic igitur multis milites commonens, & quantam ex hoc labore felicitatem eſſent conſequuturi commemorans, ſi modeſtiam in Aphros oſtendiſſent, multò magis quũ adeſſent, Carthaginem ſeruarent, eſt adhortatus. Aphros enim omnes Romæos procul exiſtentes exiſtimare oportere, nec facilè Vandilorum imperium ſuſtinere poſſe, vt qui à barbaris hominibus incommoda multa ſint paſſi, quamobrem Iuſtinianus bellum contra illos mouiſſet: nec fas eſſet ingratum aliquid erga illos perpetrare, quibus venerint libertatem ac ſalutem daturi. His dictis Carthaginem ingreſſus eſt, & quando hoſtis occurrit nullus, in palatium aſcendens in Gilimeris throno conſedit. hic illi obuiam fiunt & mercatores & alij Carthaginenſes qui circa littus illud habitabant, vociferantes querebantur nocte præcedente ab eius nautis direpta ſibi bona. Beliſarius igitur Calonymum qui erat in cauſa, iureiurando coëgit omnia furta in medium adferre ac manifeſtare: ille autem quum iuſſa feciſſet, periurus nihilominus ablata omnia ſecum tulit: verùm paulo pòſt pœnas dare Byzantij viſus eſt, morbo enim apoplexię correptus, mente ac ſenſibus alienatis, lingua etiam impedita in ærumnis deceſſit, ſed hæc poſtea contigerunt. Beliſarius igitur tempus nactus opportunum ſuis eſſe præcipit, vbi Gilimer & duces cibum capere ac morari conſueuerunt: Delphicum appellant eum locum Romani, non tamen propria lingua, ſed quum iam diu græcizarent Romæ in palatio, vbi lectus ſtramineus regis fuerat, tripus etiam conſtiterat in quo pocula regij pincernæ ponebant: Delphicum hanc vocant habitationem. nàm & palatium ipſius Imperatoris ædes vocant Romani græciſſantes. Auguſtus hic primùm habitauit, vnde palatium omnem regiam appellare ab eo poſtea contigit. Igitur Beliſarius in Delphico eſt epulatus, ac ſi quid in exercitu clarũ ſeu precioſum aderat videre ſtatuit, tum vniuſcuiuſque fortunam manifeſtari, vt omnia eſſent communia, nihilque homini proprium. Contigit igitur Beliſario eadem die tantam ferre laudem, quantam nec ſuo tempore neque ſuperiore dux aliquis æquare potuerit: quum præſertim Romæi milites in ciuitatem etiam ſubiectam abſque tumultu ingredi non conſueuerint, neque ordinatim ſecundum quinquagenos, multo etiam minus ex improuiſo venientes. Sic enim modeſtos omneis dux hic ſuos reddidit, vt neque contumeliam aliquam, neque minas vllas, aut vnius officinæ impedimentum, vti mos eſt eorum, interuenire videremus: ſed in capta ac ſtatum mutante ciuitate nulli contigit tabernas claudere, aut quicquam venalium ſpontè negare. Poſt hæc Beliſarius Vandilos qui ad templa confugerant, metum deponere iuſſos in fidem accepit, deinde muros vrbis reſtituere, qui adeò neglecti erant ſuperioribus temporibus, vt plurimis in locis peruij ac tranſitu faciles volenti eſſent. Pars enim bona ipſorum ceciderat, quamobrem putauere Carthaginenſes Gilimerem in ciuitate hoſtes non expectaturũ, quum non paruo negocio, nec breui tempore exiſtimaret hos poſſe reſtitui. Dicebant quoque antiquum Carthagine prouerbium à pueris ſolitum eſſe iactari, quod Gamma quandoque Betam, & rurſus Beta Gammam perſequeretur. Quod enim ludentibus tunc pueris in ænigmate, nunc omnibus mani-

Calonymi præda.

Carthaginem Beliſarius ingredit.

Calonymi perfidiæ pœna.

Delphicum apud Romanos.

Beliſarij virtus in regendis militibus.

Gamma Betam, rurſus Beta Gammam perſequitur.

feſtum eſſe. Primùm enim Gizerichus Bonifacium expulit, nunc verò Gilimerem Beliſarius. Hoc itaque ſiue ex fama quadam ſeu ex oraculo fuerit, ſic ſe res habuit. Tunc inſuper inſomnium quoddam prius viſum atque obſcurum, vbi res contigit in lucem venit. Fuit autem huiuſcemodi. Cyprianum virum ſanctum ex omnibus maximè Carthaginenſes colunt, ipſiusque templo pulcherrimo ante vrbem iuxta littus conſtituto, feſtum quotannis celebrant, quod Cypriana vocant, eodemque vocabulo, vt ego nuper didici, ruentem tempeſtatem nominare ſolent, quòd hæc eodem tempore, quo feſtum hoc Aphri celebrant, oriri conſueuit. Hoc itaque templum Vandili imperante Honorio pulſis Chriſtianis, ac ſacerdotibus multa ignominia eiectis tenuerunt, ipſius cura Arianis delegata. Quamobrem Aphris maximo dolore perculſis ac animi pendentibus dicunt, Cyprianum in ſomnis apparuiſſe, ac bono eſſe animo Chriſtianos huius rei gratia iuſſiſſe, ſeſe breui tempore vltorem futurum pollicendo. Vbi verò res in vulgus prodijt, A-Aphri omnes vltionem hanc in Vandilos expectabant, nec propterea vnde hæc procedere poſſet, conijcere vllo pacto poterant. Poſtquam autem Iuſtiniani claſſis aduenit, dies erat ſequuturus in quo feſtum conſuetum reuertebat. Sacerdotes tunc Chriſtiani, quanquam Ammatas ad Decimum contra noſtros veniret, in ſpem erecti, protinus pulſis Arianis templum recipiunt, luſtrationibus curant, ſuperſtitionibus purgant, donaria quæ pulcherrima eſſent tholo ſuſpendunt, lychnos præparant, aurea vaſa, omnémque precioſam ac ſacram ſuppellectilem è ſanctuarijs promentes reconcinnant, diligenterque in ordinem reſtituunt, vt quum opus, ſint vſui parata. Hæc apud Decimum geſta, vt mihi relatum. Chriſtiani igitur reliqui, quibus ex opinione res pulchrè ſucceſſit, templum & ipſi adeuntes lychnos omneis accendunt, ſacerdotibus quibus ex lege cura eſt horum præſto adſunt. Sic igitur ſomnij veritas patefacta. Et hæc quidem ſic ſe habent. Vandili autem huius verbi reminiſcentes admirabantur, putantes in futurum omnia iam credi poſſe, nec vllam penitus ſpem eſſe abijciendam, neque item poſſeſſionem vllam perpetuam ac firmam: quod verbum vnde procedat & quomodo ſit dictum referam. Quando enim Vandili ab initio fame preſſi, ex eorum patria migrauerunt, pars eorum relicta eſt, quibus pigritiæ ſe dedentibus metu laborũ Gogidiſcum ſequi non videbatur. Procedente autẽ tempore neceſſariorum his qui remanſerunt, bona copia ex ſententia ſucceſſit. Gizerichus enim cum his qui ſecum erant Aphricam cepit, quod audientes hi qui in patria relicti erant gauiſi ſunt, quum eis regionem iam reliquam ſatis ad victum amplam ſibi dimiſſam animaduerterent, timentes in reliquum tempus, ne ſiue ipſi qui Aphricam ceperunt, ſiue nepotes eorum quocunque modo expulſi in patriam vnde diſceſſere reuerterentur, quòd Romanos non diu eos paſſuros putauere, legatos ad eos miſere: qui vbi in conſpectu Gizerichi fuere, ſe imprimis vehementer lætari dixerunt, quòd eos cognatos ſuos & eodem genere natos talem viderint adſequutos felicitatem, ſeſe excuſatum veniſſe, quòd regionem patriam ab eis quondam relictam non poſſent diutius, quum ſint pauci cuſtodire: quapropter rogabant, vt ſi qui nullo illius amore priſtino fortè tenerentur, ac redeundi ſpem nullam propterea haberẽt, inutilem eis poſſeſſionem atq; relictã donarent, vt domini regionis totius facti ſi quis aduerſus hoſtis veniat, nõ recuſent pro ea mortem oppetere. Gizerichus igitur ac cęteri Vandili legatis quod bene loquutos ac iuſta petere vidiſſent, facilè annuere: quidam autem ſenex inter eos qui autoritate prudentiaq; clarus habebatur, ſeſe ait nullatenus eódem rediturum, quapropter animo fretus, Zacynthũ adplicuit, & multos quidem de improuiſo interficiens, ac fortiſſimos quoſque inter quingenos capiens paulo

Cypriana.

Nihil in rebus humanis ſtabile.

paulo pòſt adnauigauit. Poſtquam verò in medio maris Adriatici fuit,illorum corpora trucidans, per totum pelagus quaqua verſus diſperſit.ſed hæc ſuperioribus geſta temporibus. Gilimer igitur quum Beliſarium iam potitum audijſſet, Aphros ruſticos multa pecunia,multaque humanitate in ſuas partes ſollicitauit,ac eos induxit,vt Romęos per loca diſperſos Aphricæ aggrederentur,ſe pro quolibet illorum capite aureum præbiturum pollicitus. Hi verò multos ex illorum exercitu interfecere, non milites quidem ſed miniſtros, qui prædandi auidi in vicos circum vicinos euntes clam capiebantur,eorumque capita reciſa Gilimeri ferebantur.Ipſe verò promiſſa præſtans,milites hoſtium,non ſeruos putauit eſſe. Hoc item tempore Diogenes Beliſarij eques haſtatus rem memoria dignam geſſit. miſſus enim ſimul cum ſcutigeris duobus & viginti ad explorandos hoſtes,venit in vicum duorum iter dierum à Carthagine remotum: hos itaque ruſtici quum ſatis virium non haberent ad inuadendum, Gilimeri nunciant adeſſe. Ille trecentos electos equites ilico mittit,mandans eis vti captos ad ſe ac viuos ducant. Res quidem memoranda,Beliſarij equitem cum ſcutatis tantùm xxij eos omnes viciſſe. Nam domum quandam ingreſſi in ſuperiore cœnaculo dormierunt,nihil omnino ſuſpicantes,quum audijſſent hoſtes procul abijſſe. Vandili autem manè paulò ante lucem venientes, effringere quidem ianuam,ſeu nocte domum ingredi minimè tutum putabant, metuentes ſi in nocturnam incidiſſent pugnam, ne ſeipſos inculcantes in tenebris pro hoſtibus inuicem interficerent:quòd ſi accideret,hoſtibus exitum ac euadendi tempus daturos: hæc tamen ob formidinem cum noſtris congrediendi cogitabant,quum nihil facilius fuiſſet hominibus illis frumenta conuehere ſolitis,viros improuiſos, nec ſolùm diſarmatos, ſed nudos ac humi ſtratos capere. Verùm ipſi domum omnem circumſiſtentes,portas primùm phalange conſtituta obſeruant. Interim vnum è militibus Romæis contigit è ſomno excitari,vt qui tumultum audiuerit, Vandilorumque voces inter ſe clam murmurantium atque arma mouentium. quumque quid nam rei eſſet ſecum ſciſcitaretur,quemlibet ſociorum excitat,quæ audiuit nunciat. Illi verò ſtatim Diogene monente, veſtes tacitè omnes induunt, arma corripiunt,ad inferiora deſcendunt, vbi frenis equis iniectis, protinuſque nullo ex hoſtibus ſentiente conſcenſis, paulùlum ſic parati intra domus atrium conſtiterunt,ac repentè vnà omnes egrediuntur. Vandili viribus,quibus poſſunt,in eos irruunt, fruſtraque inſtant: nam Romæi ſcutis operti contra tela erant, & haſtis inuadentes certatim repellebant. Sic demũ Diogenes hoſtes euaſit,duobus tantùm deſideratis, reliquos ſeruauit: nec tamen ipſe ſine cruore. nam manum læuam ſauciatus, digitum minimum amplius mouere non valuit: deinde tria in ceruice ac ore vulnera accepit, ex quibus paulo pòſt exceſſit. Beliſarius igitur,vti ſuprà narrare cœpimus,ad muros reſarciendos conuerſus, multam operarijs aliæq; turbæ pecuniam erogauit: mœnia ipſa foſſa circundedit ingenti, valloq; ac denſis cancellis eam munijt,atque hæc omnia mira celeritate,ita vt Carthaginenſes mirarẽtur. Ipſe Gilimer,quum captus Carthaginem veniſſet,opus magnoperè probauit,ſimulq; propriam in his obeundis negligentiam damnauit, dictitans manifeſto ſibi cauſam inſequuti caſus fuiſſe. Hæc itaque à Beliſario apud Carthaginem geſta.Zazon verò Gilimeris frater, vti ſuprà narratur, cum claſſe in Sardiniam inuectus,in Caralis portum deſcendit, ciuitatemque eam repentè cepit, ac Godam tyrannum ,ac quicquid cum eo inexpugnabile videbatur,ſuſtulit. Vbi verò audijt claſſem Iuſtiniani Aphricæ terram attigiſſe, neſcius adhuc eorũ, quæ geſta erant , fratri in hanc ſententiam ſcripſit: Godam tyrannum meis manibus perijſſe, & inſulam rurſus regno tuo reſtitutam, ô Vandilorum at-

Gilimer in capita pecuniam promittit.

Diogenis virtus.

Beliſarius Carthaginẽ munit.

Zazonis ad Gilimerem literæ.

que Alanorum rex profectò ſcias.quapropter victoriæ feſtum celebritatémque agito: reliquos verò hoſtes, qui noſtram inuadere ſunt auſi terram, exiſtima eundem fortunæ breuiter exitum habituros, qui eiſdem cõtra noſtros maiores venientibus contigit. Has itaque literas Aphri nihil hoſtile cogitantes ferunt per mare in Carthaginenſem portum, vbi à cuſtodibus Beliſarij capti, ac ad ducem miſſi literas tradunt, tum omnia narrant: videntes autem fortunæ commutationem, ac tantam ſubitò varietatem ſtupuere, nihilque propterea ex Beliſario mali tulerunt. Sub idem tempus aliud huiuſcemodi contigit. Gilimer paulò ante quàm noſtra claſſis in Aphricam perueniſſet, oratores miſit in Hiſpaniam quoſdam, quorum principes Gotthæus & Fuſcias fuere, vt Theudim Viſigothorum regem ad ſocietatem ineundam cum Vandilis inducerent. Hi poſtquam ad Gadeis perueniſſent, per Herculis fretum tranſeuntes Theudim offendunt in paruo oppido prope mare commorantem, humaniterque ab eo domi excepti in conuiuio ante omnia interrogantur, quo nam modo Gilimeris Vandilorumq́; res ſe habeant. Nam dum ipſi legati in itinere cunctarentur, contigit onerariam nauim eodem die, quo Romæorum exercitus Carthaginem ingreſſus eſt, diſcedere; ac in Hiſpaniam vento ſecundo celeriter deferri: vnde Theudis rem omnem geſtam ex Carthagine accipiens, mercatores quicquam referre, antequam omnia patefacta eſſent ac vera prohibuit. Poſtquam verò legati regi reſpondiſſent, omnia proſperè ſe habere: interrogat rurſus ille, cuiúſnam cauſa venerint: reſpondentibus ſocietatis ineundæ ſe gratia veniſſe: ait, vt ad littus Aphricæ reuerterentur, ibique ſe omnia tutò ſcituros. Legati autem quum non ſanum regis, vti fortè ebrij, verbum putaſſent, tacentes rem diſtulerunt. Poſtero autem die in colloquium rurſus venientes, ac ſocietatem petentes, idem ab eo reſponſum tulere. Exiſtimantes igitur res nouas in Aphrica ortas eſſe, nihil tamen de Carthagine ſuſpicantes, verſus eam remeant: propeq́ue iam exiſtentes, in Romæos incidunt milites, captique ad Beliſarium ducti cuncta quæ contigerant narrauere: nihil propterea & ipſi læſi ducis humanitate fuere. Hæc itaque ſic ſe habuerunt. Interea Cyrillus, quem ſuprà in Sardiniam miſſum à Iuſtiniano memoraui, quum prope inſulam cuncta, quæ Godæ accidiſſent, accepiſſet; Carthaginem e veſtigio adnauigauit: vbi quum Beliſarij Romæorumque victoriam ſubſequutam vidiſſet, hic ſubſtitit. Salomon quoque rés Iuſtiniano nunciatum mittitur. Gilimer poſtquam in Corbulæ campum ſe recepit, qui quatuor iter dierum à Carthagine, nec procul à Numidarum finibus diſtat, hic Vandilos omneis ad ſe vindicandum excitat, ac ſi quos inter Mauritanos amicos habebat: nam pauci admodum in eius venerant fœdus, atque hi omnino liberi & ſine principe. quicunque enim & in Mauritania & in Numidia apud Byzacium Mauritanis dominati ſunt, legatos ad Beliſarium miſerunt, ſeſe Iuſtiniani ſeruos profitentes, in eiuſque fœdere libenter fore adfirmantes: nonnulli etiam filios obſidum loco ſponte miſerunt, ſignaque ab eo imperij ex antiqua lege mitti petierunt. Lex enim Mauritanis erat, præfectum nullum eſſe oportere, qui Romæis ſit aduerſus, quive non ſigna prius magiſtratus à Romæorum ferat Imperatore: quæ ſi à Vandilis ipſi accepe rent, non putabant firmam habere dominationem. Sunt autem ſigna hæc, baculus argenteus, ſupraque auratus, pileum argenteum non totum obtegens caput, ſed veluti corona loris argenteis circumpendentibus ornatum, veſtis aliqua vilis admodum & alba, varieque diſtincta, arbyla (nam genus id eſt ſoleæ) aurata. Beliſarius igitur & hæc illis miſit, & pecunia multa quemlibet ipſorum donauit: nec propterea in fœdus cum eo venerunt, neque item Vandilis auxilium ferre ſunt auſi, verùm quieſcentes,

Legati ad Theudim & Viſigothos.

Legati à Beliſario capti.

Signa, quæ ab imperatore magiſtratibus dantur.

tes,neutrique adhærentes parti, exitum fortunæ belli expectabant. Sic Romæorum tunc res ſe habuere. Gilimer autem amiſſa Cathagine, quendam è Vandilis in Sardiniam Zazoni fratri cum epiſtola mittit, qui confeſtim ad littus veniens onerariam tunc fortè ſoluentem nactus, in Caralis portum adnauigauit, epiſtolamque Zazoni tradidit, in qua hæc ſcripta erant: Exiſtimo profectò non Godam in Sardinia à nobis deficientem, ſed quoddam Vandilorum hoc tempote fatum, teque ac cæteros fortiſſimos mihi ſubripuiſſe, ex quo contigerit Gizerichi opes ac bona ſimul corruiſſe. non enim vt inſulam nobis ſeruares à Goda hinc abijſti, ſed vt Aphricæ totius Iuſtinianus potiretur. Nam quòd fortuna prius ſibi voluit, nunc licet ex euentis iudicare. Beliſarius igitur paruo admodum exercitu contra nos venit, virtus autem ſolita Vandiliorum omnino deficiens vnà ſecum fortunam etiam abſtulit. Ammatas enim & Gibamundus ob noſtrorum ignauiam atque molliciem perierunt, inſuper equi & naualia, omnis denique Aphrica cum ipſa Carthagine ab hoſtibus tenentur: quibus nunc quieſcere licet, pro labore ac virtute bellica filios ac vxores, omneis denique opes noſtras poſſidentibus: nobis tantùm Bulæ campus relictus, vbi ſi qua reliqua ſpes, nos voſque defendat ac muniat. Quapropter tyrannidem ac Sardiniam, omnemque circa iſta loca curam deſerens, ad nos cum omni claſſe protinus aduola. Nam quibus de rei ſumma periculum imminet, ſtultum eſt alia curare. Simul enim in futurum pugnantes contra hoſtes, vel fortunam priſtinam recuperabimus, vel hoc ſaltem lucrifaciemus, quod ſimul etiam ferre caſus, quos nobis deus inflixerit, adſueſcemus. Hæc vbi Zazon accepit, atque Vandilis retulit, in luctus atque lamentationes conuerſi ſunt; neque tamen manifeſtò, ſed clam inſularibus, intra ſe tacitè ſuum fatum conquerebantur, ac ſtatim ita vt erant in præſenti naues conſcendunt. inde cum omni claſſe ſoluentes, tertia die in Aphricæ littus perueniunt, quòd Numidas à Mauritanis diducit. Inde verò pedeſtri itinere in Bulæ campum contendunt, vbi cum alio exercitu ſe coniunxerunt. In quo congreſſu tot fuſæ querelæ, vt vel hoſtes ad miſericordiam deducere potuiſſent. Quum enim ambo fratres in conſpectu fuere, collo inuicem complectentes (neque enim amplius ſimul conuenturi erant) nihil ſunt colloquuti, ſed tantùm dextris coniuncti lachrymas vberes fundebant: eodemque modo quiſque Vandilorum, qui cum Gilimere aderant, cum eis, qui è Sardinia aducti erant, faciebat: ſic demum aliquandiu morati, dolorem parumper lenierunt. Nulli autem ex vtraque parte, poſtquam præſenti ſunt fortuna deſtituti, priora, quæ eis ex ſententia euenerant, proſpera putauere; neque qui è Sardinia redierant, interrogare quid in Aphrica malorum contigerat, curabant: ſatis enim ex loco & veſtitu exiſtimare facilè, quæ acciderunt, potuere; neque item filiorum aut vxorum ſermonem vllum fecere, certò arbitrantes, ſi quis eorum abeſſet, aut extinctus, aut in hoſtium manibus exiſteret. Hæc quidem ſic ſe habuere.

Gilimeris ad Zazonem epiſtola.

Zazon ad fratrem venit.

Luctus Vandilorum & deſperatio.

PROCOPII DE BEELO VANDILICO LIBER II.

Gilimer Carthaginem recuperare nititur.

GILIMER autem vbi congregatos circa ſe omneis Vandilos vidit, Carthaginem verſus duxit exercitum, vt prope ciuitatem aquæductum pulcherrimum, qui in eam aquas introducebat, abrumperet: quumque aliquandiu in caſtris fuiſſent, ſe in ſua receperunt, tanquam minimè occurrentibus hoſtibus, ſpernenteſque cætera ibi oppidula, tantùm vias obſidere atque cuſtodire decreuerunt, & hoc demum pacto Carthaginem expugnare poſſe putabant. neque enim aut prædabantur, aut agrum aliquo modo populabantur, ſed tanquam proprij curam gerebant, ſimulque proditionem quandam ſibi breuiter ſperabant ab his prouenturam tam Romæis quàm Carthaginenſibus, qui ſectæ ſtuderent Arianæ. Inſuper ad Hun-

Gilimer Hunnos tentat.

norum principes miſit rogatum auxilia, plura & quammaxima promittens, ſi auſcultauerint. Illi autem quum Romæis minimè afficerentur, vtpote non ſpontè ad eorum ſocietatem & fœdus deducti (querebantur enim Romæorum olim ducem Petrum iuraſſe, ab eodemque periuro paulo pòſt ſe perductos Byzantium) Vandilorum petitioni clam annuerunt, ac poſtquam in rem præſentem ac ad pugnam veniſſent, ſimul contra Romæorũ exercitum ſe conuerſuros receperunt. Hęc igitur omnia Beliſarius ſuſpecta iamdudum habens, quòd eadem à transfugis audiuiſſet, nondum tempus opportunum egredi contra hoſtes viſum eſt ei, ſed tantùm operi cœpto reſtituendorum murorum, quos nondum abſoluerat, vacarę decreuit. Deinde Carthaginenſem quendam nomine Laurum, in proditione deprenſum, & à ſuo notario captum in colle quodam ante ciuitatem palo infixit: cuius exemplo cæteri territi, ſi quid & ipſi animo tale excogitaſſent, deſtitere. Maſſagetas quoq;, qui lentè in bello procedere ſunt viſi, & donis & menſa placando induxit apertè fateri, quid nam præmij à Gilimere expectaſſent, quòd ipſi tam pigrè ac ſegniter in pugnam proceſſiſſent: reſponderunt, nihil penitus ex eo ſperaſſe, verùm non prompto fuiſſe animo, quòd metuerent Vandilis victis ne ipſi miſſionem impetrare poſſent, aut ad patriam reuerti, ſed à Romæis in Aphrica remanere ac mori cogerentur, demum ne præda ipſa priuarentur: quibus Beliſarius iùreiurando adfirmauit, metum omnino abijcerent. quòd ſi Van-

Beliſarius Hunnos confirmat.

dilos penitus ſubiugare deus dederit, ſe protinus domũ cum omnibus ſpolijs ac pręda remiſſurum, ſic ad bellum deinceps animoſiores promptioréſque reſtituit. Deinde quum mœnia perfecta eſſent, omniaq; ad pugnam ineundam parata eſſe conſpiceret, vt ſuos accenderet, conuocato exercitu ſic exorſus eſt: Non video commilitones, quur exhortatione aliqua in pręſenti

Beliſarij ad ſuos oratio.

certamine ſit opus, quòd ita nuper vos ſtrenuos vidi dimicãdo, vt victis hoſtibus Carthaginem ac omnem Aphricam veſtræ virtutis poſſeſſionem feceritis. quapropter nullo vos egere verborũ incitamento putauerim. nam qui ſemel vicere, non veriſimile in futurum animo priori pares non eſſe. Illud tamen non ab re monuiſſe putauerim, vt ſi rurſus tales vos viros, vt in pugna præterita præſtabitis, finem profectò omni Vandilorum ſpei veſtroq; labori ac pugnæ ſtatuetis. Itaque vos omnino magno animo in hoc vltimo prælio decet eſſe, quòd requiem vobis ac ocium ſit pariturum. Neque eſt quòd hoſtium metu terreamini: eam neque hominum multitudine, neque corporum proceritate, ſed animorum virtute rem bellicam metiri ac expendere fas eſt.

Pudor ante omnia quum in acie ſteteritis, veſtros ob oculos verſetur, quæ vna res omnium fortiſſimos reddit. Verecundia profectò eſt generoſos homines ſeipſis inferiores ac infra ſuam virtutem agere videri. Nec dubiũ quin hoſtes & præſenti timore & præteritorum malorum memoria coacti, mollius ſe in hoc conflictu ſint habituri: fortuna enim vbi primum aduerſa conſpicitur, ipſam ab ea decidentium mẽtem proſternit, atq; in ſeruitutem redigit. Inſuper vobis pro rebus longè maioribus atq; prius certamen erit: in prima nanq; pugna ſi fortè conatus minimè ſucceſſiſſet, vſque tantùm eò periclitãdum erat, vt aliena terra careremus: nunc autem ne noſtrã amittamus: quantò igitur non poſſidere leuius quàm poſſeſſis quandoq; priuari, tanto nunc magis periculum quàm prius uobis extimandum. Sed quum multa nobis victoriam pollicentur, tum imprimis nobis deus propitius, deinde quòd toto concurrimus exercitu: ſi enim abſque peditibus prius hoſtes viciſtis, quanto nunc magis quum eis potiemini? Præſentem igitur occaſionem cognoſcite, finemque bello imponere, quum ſit in veſtris hodie dextris, ne differte. Fortuna enim in rebus ſeſe offerentibus neglecta non æquè poſtea redire ſolet. Paratam enim felicitatem ſpernentibus numina iraſci conſueuerunt. Si quis autem hoſtes qui & filios & coniuges, vniuerſaque ſibi chariſſima in noſtris eſſe manibus vident, auſuros ex ſententia ac voluntate eorum eſſe putat, nõ rectè exiſtimant. Doloris enim vehementis acerbitas, & robur, & vires omnes abſumit, vt ne præſenti audacia rebusque paratis vti permittat. Quæ omnia vos diligentius examinare ad bellum paratos addecet, tum dignam generi nominiq; veſtro laudem referre. Talibus Beliſarius adhortatus, equites omneis præter quingenarios eo die præmiſit, ſcutigeros verò, ac ſignũ quòd Romæi Bandum vocant, Ioanni Armenio committens, ac ſi fuerit occaſio iaculari mandauit. Ipſe verò poſtera die cum reliquis peditibus ac quingenàrijs equitibus conſequutus eſt. Maſſagetas autem liberos dimiſit, quòd cùm Gilimere pariter ac cum Romæis conſentire, & vbi inclinatam viderent victoriam, hos tantùm ſequi viderentur. Romæorum itaq; exercitus aduerſus Vandilos egreſſus deprendit, eos apud Tricamarum caſtra habere cxl. ſtadijs à Carthagine diſtans. hic procul inter ſe caſtrametantur Romæi. Vbi autem plurimum noctis proceſſit, quum in parte ſuorum ſumma haſtarum igne adligato ardentia conſpicerent, non ſanè omnes, ſed tantùm clarè intuentes perterriti ſunt, prodigium putantes, ac planè ignorantes hoc fieri ſolere. Cõtigit & idem Romæis in Italia rurſus longo poſt tempore, quando victoriæ ſignum pyræ inſtar ardentis adſpicientes victoriam eſſe putauere: verùm nùnc huius neſcij moris, multa trepidatione noctem eam traxere. Sequenti die Gilimer pueros àc fœminas opesque omneis in medio munitionum ponere iuſſit, conuocatisque ad concionem militibus ſic ait: Non pro gloria nobis viri Vandili, neque pro imperio tantùm hodie certamen eſt, quibus ſpretis fortè à nobis poſſimus ſaltẽ domi manere, noſtra tantùm poſſidentes, ac reliqua vtentes fortuna. Sed eò venimus ac in eam ſorte neceſſitatẽ compulſi, vt niſi vicerimus, nos imprimis pereuntes, liberorum, coniugum, ac omnium bonorum, regionis denique totius dominos hoſtes relinquamus: ſi autem ſuperuixerimus, hæc omnia noſtris oculis grauius videre nobis erit. At ſi hoſtium immaniſſimorum potiemur, viuentes in omni rerum copia ac pace, tum decore, liberiſque item ac coniugibus perpetuam relinquere felicitatem licebit. Vandilorum præterea nomen illuſtre reddetis, ac templum reſtituetis amiſſum. Si enim vllis vnquam de omnibus periclitari contigit, nunc nobis maximè, vt ſpes omnium in nobis tantùm ipſis ferentes in acie conſiſtamus. Non enim corporibus tantùm proprijs aut de morte, ſed de re tota periculum, victoria nanque deſperata nihil prius nobis,

Bandi vocabulũ apud Rom.

Gilimeris ad ſuos oratio.

fuerit quàm mori. Vt igitur ex ſententia conatus eueniant, nemo veſtrum effœminato ſit animo, propoſiti magnitudine corpus tueatur, malorum verecundiam, vitæ poſtremo turpis commutationem exhorteat. Nam ſi turpia erubeſcetis, nullum in futurum periculum timebitis. Ante omnia verò prioris pugnæ omnino nulla vos memoria ſubeat, non enim ignauia veſtra, ſed fortunæ malignitate corruimus, quæ non ſemper eadem redire, ſed ſingulis diebus multa varietate conſueuit. Poſt hæc fortitudine imprimis Vandili Romæos anteire gloriamur, tum militum numero longè præcedere, decuplo plures exiſtentes: addam quoque illa quam maxima, quæ nos ad virtutem magnopere excitare deberent, gloriam videlicet maiorum noſtrorum, tum imperium nobis ab illis per manus traditum, quòd nobis vt ab eis degenerantibus relictum turpe fuerit per ſecordiam amittere. Nihil de coniugum querelis aut liberorum lachrymis dicam, quorum nunc aſpectu ego penè exanimatus ſermone vlterius tendere nequeo. Illud tantùm memorabo extremũ, quòd non amplius ad hæc nobis chariſſima reuerti licebit niſi victoribus: quorum omnium reminiſcentes viri quæſo eſtote fortes, & Gizerichi domũ ac gloriam minimè dedecore labefactate. Hæc vbi Gilimer fuit exhortatus, Zazonem fratrem iuſſit priuatim verba ad eos facere Vandilos, qui è Sardinia cum eo venerant. Ille verò longè aliquantulum ab exercitu ſuos congregatos ſic adloquitur: Omnibus profectò Vandilis ô commilitones de his certamen eſſe ſcitote quæ nuper à rege omnes audiuiſtis. Vobis autem præter cæteros omneis vobiſcum certare ad priſtinam excitandam virtutem fas erit. nuper enim viciſtis de Sardiniæ principatu contendentes, eamque Vandilorum regno reſtituiſtis. multo nunc igitur magis fortitudinem oſtendere, vbi de tota re periclitamur, oportebit: nam eos quibus de maioribus eſt contentio, maiorem etiam in pugna virtutem præferre addecet: ſi fortè vos illic ſuccumbere contigiſſet, pro vnius tantùm loci tyrannide dimicantes contigiſſet: hic vbi de ſumma rerum ac neceſſarijs agitur, vincere adniti debetis. Enimuerò qui de omnibus decertat, vitæ finem ſimul cum malis omnibus in exitu belli connumerat. Sed & ſi in præſens viriliter agetis, de Goda tyranno paulo antè victoriam veſtræ adſcribetis virtuti. At ſi nunc inertia vos corripit, omnem priorem gloriam tanquam non veſtrum ſed fortunæ opus exiſtentem omnino amittetis: quanquam aliàs promptiores vos eſſe cæteris Vandilis in hoc certamine par erit. Illos enim aduerſa fortuna quàm ſemel paſſi ſunt, tardiores timidioreſque reddit: vos autem incolumes & in victoria exultantes, maiore rurſus in periculum audacia ruere nullus prohibet caſus. Illud inſuper ab re dictum non putauerim, vt ſi hoſtium potiamur, vobis ex magna parte huius victoriæ laudem vindicabitis, quin cæteri vos potiſſimum gentis Vandilorum tutelam firmiſſimam vocitabunt. Non enim veriſimile eos qui ſemel excidere, meliorem poſtea ſortiri fortunam. Hæc igitur cuncta animis veſtris meditantes, oportet puto liberos coniugeſque plorantes bono eſſe animo iubere, deique ante omnia auxilium expoſcere, denique audacter cæteros ducendo Vandilos in pugnam deſcendere. Hęc & Gilimer & Zazon admonentes in aciem milites educunt circa prandij horam, Romæis minimè præparatis, ac in prandio diſponendo occupatis. Tum circa fluuij ripas conſiſtentes ad prælium ordinat. Eſt enim hic fluuius perennè quidem fluens, ſed adeò paruus, vt accolæ nullo dignitatis nomine in riui parte appellent. In altera verò ripa Romæi aduerſus locati aciem ſic ordinauere. Siniſtrum cornu Martinus, Valerianus, Cyprianus, Althias, Marcellus, ac fœderatorum duces tenuerunt. Dextrum verò Pappus, Barbatus, Aigan, & omnes qui equitibus pręerant. In medio verò Ioannes ſimul cum ſcutigeris & haſtatis equitibus Beliſarij aderat, qui ducis ſignum ferebat non enim

Zazonis ad ſuos oratio.

Acies Romana.

Beliſarius

Beliſarius in tempore cum quingenis venit, retro pedites qui ſubſequeban-
tur relinquens. Hunni autem omnes in alio loco conſtituti fuere. Maſſagetas
verò, qui prius minimum cum Romęo exercitu ſe miſcuerunt, iam animo co
gitantes, quæ antea narrauimus, nequaquam cum cæteris in acie diſponi ſpõ
te licuit. Et Romæorum quidem ſic ſe ordines habuere. Vandilorum verò in
hunc modum. In altero cornu Chiliarchi erant, quorum quilibet turmæ prę- *Acies Vandilorũ.*
erat ei ſubiectæ. In medio Zazon Gilimeris frater, retro autem Mauruſij po-
ſiti fuere. Ipſe Gilimer quanquam verſus in exercitu adequitans nunc hos
nunc illos ad pugnam fortitudinemque impellebat. Suis omnibus autem e-
dixit, vt neque haſta neq; alio quouis inſtrumento in hac pugna, niſi tantùm
enſibus vterentur. Dum vtrinq; in armis parati conſiſterent, nemine adhuc
pugnam incipiente, Ioannes cum paucis è ſuis electis Beliſarij iuſſu flumine
traiecto primus in medios incurrir hoſtes. Hic Zazon eos vi repulſos inſequi *Initium pugnæ*
tur: at illi fugientes ad ſuos ſtatim ſe recipiunt. Vandili perſequendo flumen *captatum a Beli*
vſque peruenerunt. Iterum Ioannes à Beliſario plures atq; prius ſcutigeros *ſario.*
adducens in Zazonem inuehitur, iterumq; repulſus in Romæorum ſe exerci
tum recepit. Tertiò item cum omnibus penè Beliſarij & haſtatis & ſcutigeris
ducis ferens vexillum cum clamore ſtrepituque maximo procurrit. Barbari
autem fortiter reſiſtentes, aliquãdiu enſibus tantùm vtendo fuere, pugnaq;
ardua & anceps fuit vſquequo hoſtium fortiſſimi atque optimi plures cadũt,
pauloque poſt ipſe Zazon Gilimeris frater. Tunc vero omnis ſimul Romæo- *Zazon cadit.*
rum exercitus confertim motus, ac flumen traijciens in eos fertur, hoſtium
fuga clariſſima in medio facta, cæteri nullo negocio fugantur: quòd Maſſage
tæ adſpicientes, vt iamdudum animo conceperant, ſimul cum Romæis inſe-
ctando proceſſerunt: neque longa fuit inſectatio. Nam Vandili in caſtra mu
nitionesque ſe recipientes quieuere. Romæi verò, quum non viderent eos
intra vallum conſtitutos expugnare poſſe, mortuos qui aurum ſecum habe-
rent ſpoliant, & in caſtra reuertũtur. Deſiderati in hac pugna fuere Romæo-
rum minus quàm quinquaginta, hoſtes verò octingenti. Beliſarius cum reli-
quo peditum exercitu adcelerans circa diei ſerum Vandilorum caſtra petit:
quem quum procul Gilimer venientem cum omni reliqua multitudine con *Gilimeris turpiſ*
ſpexiſſet, nihil penitùs neq; dicens neq; mandans, clam equo conſcenſo, per *ſima fuga.*
viam aufugit quæ ducit in Numidas, vnà propinquis eius ac paucis admodũ
ſeruis conſequentibus. Vandilos autem reliquos animo conſternatos atque
exterritos quum aliquãdiu Gilimeris fuga latuiſſet, vbi primùm eam cogno
uiſſent, Romæosq; in conſpectu habuiſſent, viri quidem tumultũ excitant,
pueri conſtrepunt, fœminæ vlulant, neq; ſubſtantiæ aut rerum precioſarum
curam habentes, protinus via quæ cuique occurrit nullo decore certatim fu
giunt. Romæi e veſtigio caſtra viris vacua ingreſſi, pecuniam ac opes omnes *Caſtra Vandilo-*
diripiunt, totaque perſeuerantes nocte hoſtium quot occurrerant interfece *rum capta.*
runt, pueros verò ac fœminas inter captiuos habuere. Tantam igitur pecu-
niam in his caſtris reppererunt, quanta nec vſquam viſa eſt. Nam quum
iamdudum Vandili imperium Romæorum vſurparent, multas inde pecuni-
as in Aphricam miſerunt. Deinde quòd ea regio fructus copioſiſſimè om-
nis generis ferret, redditus inde ex his quæ ibi prouenirent eſſe contigit,
nec eos ob vſui neceſſaria extra terram illam erogare aut mittere opus:
quapropter magnus coactus cenſus ſpacio annorum lxxxxv. quibus
Vandili Aphricam poſſederunt, in manus Romæorum rurſus eo die venit. *Opes regni Van-*
Hæc igitur pugna & inſequutio & caſtrorum expugnatio, tribus factæ ſunt *dilorum.*
menſibus ſupra medium Decembrem, poſtquam Romęorum exercitus Car
thaginem eſt ingreſſus. Beliſarius itaque quum exercitum in redeundo,
ſparſum ac ordine nullo procedentem animaduerteret, valdè ſucceniuit,

Romani diſcipli-næ militaru pa-rum obſernātes. metuens ne in tota nocte hoſtes ſimul in inſidijs conuenientes, in eos ex ali
qua parte venirent, ac incommodum aliquod inferrēt. Quòd quidem ſi mo-
do aliquo tunc fieri contigiſſet, puto Romæum nullum periculum euitaſſe.
Milites enim pauperes admodum homines exiſtentes, quum in tot diuitias
paratas ſimulque & pulcherrima corpora magnopereque decora ſubito in-
cidiſſent, animum nullo modo compeſcere, nec vllam præſentium bono-
rum ſatietatem repperire valuerunt, ſed ita libidinibus, rerumque copia at-
que auaricia ſunt capti, vt quilibet ſecum omnia ferre Carthaginem rede-
undo voluerit: neque multi ſimul in hac cura occupati fuere, ſed ſparſim ac
palantes vnus vel duo quocunq; ſpes lucri trahebat vagabantur, nec ſolum
in aperto, ſed in ſaltibus locisque aſperis aut ſpeluncis in manifeſtum ſe pe-
riculum ac inſidias conijciebant. Neque enim hoſtium metu, neque Beliſa-
rij reuerentia, neque aliqua alia re mouebantur, quin vbi ſpolia prædamque
Beliſarij ſollicitudo. vidiſſent, protinus ſpretis omnibus eò adcurrerent. Quæ omnia Beliſarius
animaduertens, magna in anguſtia verſabatur, quo nam modo rem quaſſam
componeret: vbi verò illuxit mane, in colle iuxta viam conſtitit, eoque tur-
bam aduocans, & milites & ductores ſimul acriter obiurgauit. tunc hi qui
proximi aderant, præſertim è Beliſarij domo, rapta omnia, cenſumque & ca-
ptiuos cum tabernaculis & menſis Carthaginem miſerunt: ipſi autem iuxta
ducem ambulantes dicto audientes fuere. Ioanni quoque cum ducentis iuſ-
Ioannes Armenius Gilimerē perſequitur. ſit Gilimerem perſequi, nec vllum diem neque noctem intermittere, donec
aut viuum aut mortuum comprenderent. Vandilos verò quicunque in proxi
mis ciuitati locis ad templa ſupplices confugiſſent, ſub fidem primum voca-
tos, ac armis ne nocere poſſent exutos, Carthaginem ire poſſe mandauit, do
nec ipſe veniret. his qui quieti inuenirentur minimè officere promiſit: qui ve
rò armati eſſent in templis, ereptis armis in vrbem ducebantur. His igitur
hoc modo conſtitutis, quum rectè omnia ſe habere cōſpiceret, ipſemet cum
toto exercitu quanta poterat celerirate perſequi decreuit. Ioannes interea
decem iam dies totidemque noctes adequitans, non procul à Gilimere exi
ſtebat, quin poſtera die ad manus cum eo venturus erat, verùm rem caſus im
pedijt huiuſcemodi. Erat in Ioannis ſocietate Vliares Beliſarij eques haſta-
tus vnus omnino & animi magnitudine & viribus corporis præſtantiſſimus,
verùm tunc procul à curis, vt ſępè fit, vinoque ac iocis plus ſolito indulgens.
Ioannis Armenij mors. Hic ſexta perſequutionis die vino grauis circa ſolis exortum auem quādam
ſuper arbore reſidentem conſpexit, ſtatimque arcu ſumpto in eam telum di
rigit, neque attigit, ſed Ioannem fortè in colle retro conſiſtentem ferijt, quo
ex vulnere ille paulo poſt perijt, multum ſui deſiderium & Imperatori Iuſti-
niano, & Beliſario, & exercitui toto, inſuper Romæis ſimul & Carthaginen-
ſibus relinquens: præterea fortitudine reliquisque virtutibus excellens, vr-
banitate & manſuetudine ingenti, æquitate ac iuſticia nulli inferior. Sic igi-
tur Ioannis fatum fuit. Vliares autem vbi ad ſe per rationem redijt, in proxi-
mi vici templum ſupplex ac mœſtiſſimus confugit. Interim milites vlterius
contra Gilimerem tendere ſuperſedentes, circa Ioannis curam adſiduè con
ſtiterunt. Deinde extinctum honorificè tumularunt, iuſtaque ei ex pietate
fecerunt, remque ex ordine omnem Beliſario ſcribentes ipſum expectaue-
re. Ille nūcio ſtatim accepto ad Ioannis properans ſepulchrum, illius caſum
inſontis magnopere fleuit, nunc illum miſerando, nunc ſuum fatum cōque-
rendo, qui tali orbatus eſſet viro, eiusque tumulum quum rebus alijs, tum
Vliari Ioannes moritē ignoſcit. cenſus redditu honeſtauit. nihil propterea mali Vliari fecit, eo quòd milites
adfirmarent per ſanctè ſibi iuratis mandaſſe vti nullam permitterent eum ex
hoc pœnam ſubire, nec ex ſententia, ſed caſu atque fato id accidiſſe. Hoc igi
tur fugę ſpatium nactus Gilimer manus Romæorum eo die euaſit. Beliſarius
inde

Inde eum perſequens, vſq; munitam perueniens ciuitatem iuxta mare ſitam, decem à Carthagine dierum iter diſtantem, quam Hipponem regium vocāt: ibi Gilimerem audiuit in Papuam montem confugiſſe, nec facilem à Romæis captú eſſe. Hic enim mons in Numidiæ finibus extremis valde quidem abruptus, adituque difficilis, petris vndique altiſſimis communitus, in quo Mauruſij barbari habitāt Gilimeris amici ac in bello ſocij. Iuxta quoq; montem vrbs Medeos ſita, in qua tempore Gilimer ſimul cum his qui eum ſequuti fuerant quieſcebat. Beliſario autem hunc locum commodè expugnare non eſt viſum, præſertim quòd hyemis tempus eſſet, tum quòd Carthagine res adhuc pendentes, nec ſatis conſtitutas reliquerat, certos delegit milites cum duce Phara, quos ad eius montis obſidionem reliquit. Erat autem hic Pharas vir negocijs obeundis idoneus, tum virtute præcellens. Huic Beliſarius mandat ad ipſius montis radices per brumam diligenti cuſtodia cōſiſtere, vt neque eum diſcedere quoquo modo, neque quicquam neceſſariorum ad eum conuehi ſinat, quòd & fecit. Beliſarius interim quicunque Vādilorum apud Hipponem regium ad templa ſupplices confugerant, ſub fidem ſaluos & incolumes eſſe iuſſos Carthaginem protinus cum cuſtodibus miſit. Interim eidem in Gilimeris domo huiuſcemodi contigit fortuna. Erat ſcriba quidam Bonifacius, Apher genere, è Byzacio veniens, ante omnes Gilimeri fidiſſimus. hunc Gilimer ab initio belli huius in nauim ſimul pecuniam eius omnem ferentem conſcendere iuſſit, ac ad Hipponis regij portum adplicare, ibique belli euentum expectare: quòd ſi rem malè ſuccedere vidiſſet, protinus cum vniuerſa gaza in Hiſpaniam adnauigaret. Is igitur quum Beliſarius Hipponem regium veniſſet, ad eum certos mittit: quos in templo prius cōſiſtere iuſſit ac ei dicere, ſe à Bonifacio regias pecunias habente miſſos, nec ante vbi ſit idem manifeſtare, quàm illum iureiurando polliceri cogant, eam ſi reciperet, datorem eſſe ſaluum, ac cum proprijs omnibus bonis illæſum abire: quibus mandata facientibus, Beliſarius tam bono nuncio lætari cœpit, ac ex illius voto omnia facilè concedere. Deinde certis ad theſaurum recipiendum miſſis, Bonifacium cum bonis liberum dimiſit, quæ Gilimeri non admodum pauca ſurripuerat. His geſtis quum Carthaginem reuertiſſet, Vandilos omneis præparari iuſſit, vt eos Veris initio Byzantium mitteret. Deinde exercitum ordinare, vt reliquum, quòd Vandili Romæis vſurpauerant, recuperaret. Cyrillum igitur cum magna multitudine in Sardiniam mittit, Zazonis caput ferentem: quòd inſulares minimè Romæis obtemperarent Vandilos formidantes, nec ſanè quæ contigerant apud Tricamarum facilè credentes, mandatque eidem vt exercitus partem in Corſicam mittat non procul à Sardinia ſitam, quæ Vandilorum ſequebatur autoritatem. Pharas itaque in Sardiniam veniens, Zazonis ilicò caput oſtendit. In Cæſaream verò quæ in Mauritania eſt Ioannem cum peditum parte mittit, quæ vrbs iter dierum xxx. procul à Carthagine expedito eſt, Gadeis verſus & ſolis occaſum eunti, ſita quoque in magno mari iam pridem hominibus frequens. Ioannem item alium ex haſtatis equitibus ad fretum Gaditanum, ac alteram Herculis colmnam miſit, qui arcem quam Septum vocant cuſtodiret. Ad inſulas verò, quæ propè oceani ingreſſum ſitæ ſunt, Ebuſam, Maioricam & Minoricam ab accolis vocitatas, Apolliciarium miſit, qui dudum adoleſcens ex Italia in Aphricam adnauigauit, in dignatione Ilderichi fuit, & ab eo donis plurimis ornatus: qui poſtquam eum à fratre captum rebus excidiſſe, vti ſuprà narraui, animaduertit, ad Iuſtinianum Conſtantinopolim vnà cum cæteris Aphris, qui Gizerichi res tractauerant, ſupplex venit. Miſſus deinde vnà cum claſſe inter alios contra Gilimerem & Vandilos, vir fuit in hoc bello omnium fortiſſimus, præſertim in pugna Tricama-

Hippo regius.

Pharas Gilimerem obſidet.

Bonifacius theſaurum Gilimeris prodit.

renſi, cuius rei gratia Beliſarius inſulas has ei commiſit. Poſt hæc Tripolim exercitum mittens vbi Pudentius & Tatimuth Maurufij premebantur, vim Romæorum minimè ſuſtinuit. In Siciliam etiam quoſdam ire iuſſit, vt Lilybei præſidium ad Vandilorum pertinens imperium inde eijcerent, Gothis minimè volentibus Siciliæ partem aliquam concedere, quod hæc arx ſub Vandilorum ditione non exiſteret adfirmantibus. Beliſarius vbi hoc audiuit, ad præfectos qui illic erant hæc ſcribit: Lilybei arcem quæ à Vandilis tenebatur, nobis Iuſtiniani ſeruis adimendo neque facitis æquum, neque vobis cõſulitis, ac regi demum veſtro nolenti ac longè ab hoc diſſentienti noſtrum Imperatorem reddere cupitis inimicum, cuius ille beneuolentiam nullo labore acquiſiuit. Hic igitur ex lege humana nequaquam agere videmini. ſi enim Gilimerem nuper hanc arcem tenuiſſe fatemini, Iuſtinianum verò Gilimeris dominum factum, vos o ſerui boni viri illum non nos bonorum poſſeſſione priuare cognoſcite. Deinde cogitate quemadmodum amicitia multas eſt apta obtegere querelas, inimicitia vero nec minima ſuſtinet errata, ſed omnia ſuperiora perſcrutatur, nec præterit hoſtes qui auctiores ex alieno ſunt facti, decertatque pro quibus maiores læſi fuere: & quanquam in ipſo periculo ſuccumbit, proſpera tamen quandoque ſua recuperat, docetq; victos veniam petere præteritorum. Vos ergo ne vlterius nos lædite, neu noſtrum Imperatorem Gothorum inimicũ reddite, quem vobis nunc eſſe propitium exiſtimatis: certò ſcientes, quòd ſi vobis arcem vindicabitis, bellum in promptu erit non pro Lilybeo tantùm, ſed pro omnibus quæ iniuſtè poſſidetis. Hanc itaque Gothi epiſtolam acceptam, Atalarici matri legendam mittunt, ac ex eius deinde mandato ſic reſponderunt: Literas quas nuper optimè Beliſari ſcripſiſti, monitionem quidem veram ad alios fortaſſe quoſdam homines, non autem ad nos Gothos præ ſe ferre videntur. Nos enim nihil ex Imperatore Iuſtiniano poſſidemus, neque ita inſani ſumus. Siciliam nanque omnem noſtram exiſtentem belli iure acquiſiuimus, cuius promontorium vnum Lilybei eſt arx. Si autem Theoderichi permiſſu ſoror eius Vandilorum regi locata hanc cuidam in Siciliæ mercatu tribuit vtendam, nihil ad rem, neque hoc quodcunque huiuſcemodi vobis conquerendi occaſionem præbere debet. Tu igitur dux ex æquo nobiſcum age, ſi non vt hoſtis, ſed amicus eſſe cupis his qui nobis fœderis ſolutionem diſſuadent. Refert enim quum amici quidem in pace aut inimici in pugna decernere ſunt apti. Nos Iuſtiniano Imperatori de his cognoſcendis curam permiſimus, vt quæ ſunt legitima & iuſta iudicet. Cupimus vt tua conſilia ſalutaria atque optima ſint, ac Imperatoris tui celeriter expectare ſententiam. Hæc itaque Gothorum litteræ manifeſtabant. Beliſarius autem de cunctis Imperatorem certiorem faciens, quieuit donec ab eo quid eſſet acturus reſpõſum acciperet. Pharas interea obſidione atque inſtantia præſertim hyemis tempore omnino feſſus, ſimulque quòd Mauruſios longè ab eis permanſuros videret, ſuos ad ſequendum hortatus, montem audacia magna conſcendere tentauit: clamãtes autem Mauruſij, velut in loco præcipiti ac valdè inadceſſo audentibus reſiſtunt: acris fit defenſio. Pharas verò adnitendo atque omnibus viribus ſuperare contendendo, decem ſupra centum è ſuis in certamine amiſit, ipſe vero cum reliquis etiam repulſus in priſtinum locum ſe recepit: nec iterum deinde experiri eſt auſus, cuſtodiam nihilominus diligentiſſimam adhibens, vt obſeſſi tandem fame ſeipſos dederent, expectare iuſſit. Hic igitur Gilimeri & his qui cũ eo erant fratris filijs cæteriſque propinquis caſus contigit, qualem nemo atque vt res euenit ſatis explicare poterit. Vandili nanque omnium ſunt, quos ſciam, molliſſimi atque delicatiſſimi: omnium verò miſerrimi Mauruſij. Illi ex eo quo Aphricam tenuerunt, menſa quotidie copioſa, tum omni-

Beliſarij ad Gothos in Lilybeo litera.

Gothorum reſpõſio.

Pharæ facinus audax.

Vandilorum luxus & mollicies

omnium rerum quas ea fert regio continuo referta: geſtabant prætcrea veſtem Medicam ac ſumptuoſam, quam ſericam vocant: in theatris quoque & hippodromis ac omnibus alijs oble&amentis, præſertim in venationibus continuo verſabantur, ſaltatores & mimos ſpectabant: auditum & acromatis, & muſicis, & omnibus quæcunque grata animo malè inſtituto deliniebant: eorum item plurimi in paradiſis agitantes aquis & arboribus amœnis, ac ſympoſia plura conuiuiaque facientes, Venerea denique magnopere frequentantes. At Maurufij contrà duris adſueti in paruis tugurijs vbi vix reſpirare licet, degunt, hyemiſque ac æſtatis temporibus, neque niuibus, neque ſolibus, neq; aliò quocunque malo neceſſario carentes. Dormiunt nuda humo: ſi qui beatiores inter eos, aliquid ſubſternunt. Veſtes inſuper ſecundum tempora variare ex lege prohibentur, ſed laceram veſtem atque craſſam, tunicamque aſperam in omne tempus induunt. Pane vinoque & alijs bonis omnibus vſui neceſſarijs carent, ſed triticum ſiue ſiliginem ſiue hordeum minimè aut coquentes, aut in farinam terentes, more belluarum paſſim depaſcuntur. Cum his igitur hominibus ac taliter viuentibus hi qui Gilimerem ſecuti erant quum diu cohabitaſſent, ac ſolitum & delicatum viuendi modum in miſerum hunc victum commutâtes, poſtquam ab ipſis ſunt deſtituti neceſſarijs, non amplius reſiſtere, ſed mori dulciſſimum ac in ſeruitutem redigi minimè turpe putauerunt. Quæ quum Pharas audijſſet, hæc ad Gilimerem ſcribit: Sum & ipſe Barbarus, neque litterarum, neque ſermonis peritus. Tantùm ſcribo quæ me hominem exiſtentem ex rerum natura ſponte dicere neceſſe fuit. Quid quæſo ô care Gilimer, non te ſolum, ſed omne tuum genus in iſtud barathrum conieciſti, ne videlicet ſeruus fias? Omnino te pueriliter facere puto, & libertatem hanc iactare, vt omnia extrema quodammodo cum ea commutanda ſint: te tamen infelicibus Maurufijs ſeruire non vides? Qui per eos ſeruari poſſe, ſeu meliora conſequi ſperas? nónne omnino præſtat inter Romæos te ſeruum ac pauperem eſſe, quàm in Pappua iſtis Maurufijs dominari? An tam magnum probrum tibi videtur Romæorum Imperatori vnà cum Beliſario tanto viro ſeruire? An non nos quoque ex optimo genere exiſtentes eadem ſubire gloriamur? quanquam dicunt Iuſtinianum, te ſponte inter Senatores recepturum, honoreque ſummo, quem Patritium vocant honeſtaturum, inſuper regione te ampla atque optima & pecunia multa donaturum, Beliſarium verò ſe recepturum fidemque obligaturum, hæc omnia tibi futura. Tu verò quæcunque infauſta fortuna tulit, generoſe feres, omnia reputando quæ homini poſſint neceſſaria contingere. Si autem illa, mala hæc aliquo modo compenſare tibi parata eſt, id ſuſcipere omnino dedignaberis? an non ſimiliter à fortuna mala nobis atque bona computanda? Sed hæc ab his qui ſine ſenſu vehementer ſunt minimè deguſtantur. Nam te nunc tot aduerſis perculſum à mente alienatum eſſe credibile eſt. Vehemens enim dolor in conſilium peruerſum hominem trahere aptus eſt. At ſi tibi ea vis eſt vt æquo animo feras fortunam, rationemque facilè in promptu habeas, neque querelis tuorum caſuum incumbas, libera tibi facultas proponitur vtiliora eligendi ac ab inſtantibus malis liberandi. Has Gilimer litteras legens flenſque grauiter ſic reſcripſit. Quòd mihi das conſilium multas habeo tibi gratias: ſeruire tamen inimico qui magnopere me læſit, nequaquam exiſtimo tolerandum, à quo pœnas potius optauerim ſumere, ſi deus propitius fuiſſet, qui nunquam neque ingratum aliquid à me, nec mali quicquam paſſus, belli aduerſus me occaſionem omni culpa vacantem ſumpſit, meque ad hoc fortunæ compulit. Beliſarium nõ video cur etiam feram, quanquam & ipſi pariterque & Imperatori, quũ ſint homines, non abſurdum aliquid accidere poſſe, quod fortaſſe nolint. Ego

Maurorum contrarij mores.

Pharæ ad Gilimerem literæ.

Gilimeris reſponſio.

verò tibi plura ſcribere non habeo, præſens enim fortuna omnem mihi eripuit cogitationem. Sed vale mi care Phara, mitte quæſo mihi citharam, & panem vnum, ac ſpongiam, quòd his mihi opus. Hæc itaque quum Pharas accepiſſet, aliquandiu hæſit extremam epiſtolæ partem conijcere non valens, donec nuncius qui eam attulerat ait, quòd vnum quidem panem Gilimer optaret, cupiens eum & videre ſimul & edere, quòd ex eo tempore quo Pappuam aſcendit, nullum coctum viderit panem. Spongiam ei neceſſariam eſſe, quòd alterum oculum lachrymarum copia offenſum maxime doleat. Citharam petit, vt muſicus quum ſit bonus, præſentem calamitatem flebilibus numeris demulceat. Hæc vbi Pharas intellexit, humanam miſeratus conditionem pariter & animo condolens ei morem geſſit, omniaque miſit quæcunque poſtulauit, obſidionem tamen nequaquam intermittendo maiorem quàm prius adhibuit cuſtodiam. Trium iam menſium ſpatio in hac mora conſumpto ac hyeme iam finita, Gilimer timere cœpit ex inimicis expugnationem haud longè adfuturam, menteque ac corpore pariter adfligebatur, viſcerum doloribus adſiduè tortus, quibus vix præterque opinionem reſiſtebat, donec rem huiuſcemodi vidit. Mulier quædam Mauruſia frumentum contuſum torrendum ſupra cratem poſuit: ſic enim mos Mauruſijs panes coquere. Iuxta duo pueri ſedentes ac fame valde preſſi, alter quidem ipſius fœminæ filius, alter Gilimeris fratris filius finem expectabant vt ederent. Horum Vandilus maſſam nondum coctam præueniendo abſtulit, ac feruentem adhuc cincreque refertam fame coactus in ora conijciens gaudebat: alter verò crine capitis eum apprendens cęcidit, & maſſam vi raptam ac iam ſemideuoratam coëgit è faucibus reddere. Quòd vbi Gilimer animaduertit, ſignum eſſe id coniuratæ in eum fortunę, nec à ſuperioribus euentibus diſcrepantis cognouit. Quapropter animo penitùs deiectus rebus omnino deſperatis, hæc celeriter ad Pharam ſcribit. Si ante vnquam contigit grauia omnia patienti priorem mutare ſententiam ac antea decreta contraire, me illum eſſe puta optime Phara. Tuum enim conſilium omnino non ſpernere decreui, nec vlterius fortunæ reſiſtere, aut contra meum fatum pugnare, ſed protinus quò me illa vocat abſque mora conſequi: denique Beliſarium expectare, vt eius fide accepta de me ac meis ſeruandis, ac de Iuſtiniano polliceatur quæcunque nuper mihi ſcripſiſti, vt ilico me meosque omnes conſanguineos ac Vandilos qui mecum ſunt, in veſtris dedam manibus. Hæc ille in epiſtola. Pharas e veſtigio hanc ſimul cum prioribus quæ vltro citroque ſcriptæ fuerant Beliſario mittit, rogatque vti quàm cito reſpondeat. Ille verò vt qui magnopere cuperet Gilimerem viuum ad Imperatorem adducere, vbi has epiſtolas legit valde gauiſus, Cyprianum fœderatorum ducem cum alijs quibuſdam confeſtim Pappuam ire, ac de eo ſeruando, apud etiam Iuſtinianum ea quæ Pharas ſcripſerat conſequendo iuramentum præſtare iuſſit. Igitur hi quum ad Pharam perueniſſent, ſimul ad locum quendam iuxta montis radices cōueniunt. Huc itaque Gilimer cum eis congreſſus, poſtquam ex ſententia omnia tulit, Carthaginem ſimul cum eis venit. Erat tunc fortè Beliſarius in ciuitatis ſuburbano, quod Aclas vocant, moram faciens. Hic vbi Gilimer in eius conſpectu fuit, ridere palàm cœpit minimè, vt eſt viſus, diſſimulanter: quòd quum mirum videretur, adſtantium nonnulli ob ingentem animi mœſtitiam eum penitùs mente excidiſſe ſuſpicabantur: quidam ſagacem potius hominem putabant, & vt natum ex regia domo magnam potentiam & opes maximas à puero vſque in ſenectam poſſidentem, deinde repentè in fugam ac trepidationem conuerſum, inſuper tot mala apud Pappuam ſuſtinentem, poſtremò captum in hoſtium ſe manibus conſpicientem, bona malaque hoc modo fortunæ expertum tunc conſideraſſe,

Gilimer citharam, panem, & ſpongiam petit.

Occaſio deditionis.

Gilimeris ad Pharā epiſtola.

Gilimer ſe hoſti dedit.

Gilimeris riſus.

deraſſe,nihilq́ue propterea res humanas pendendas,ac riſu plurimo dignas
exiſtimaſſe.Sed de huiuſcemodi Gilimeris riſu quiſque ſuopte modo dijudi
cet.Beliſarius igitur ad Iuſtinianum ſcribit belli ſucceſſum, Gilimerem eſſe
captum Carthagine, cupere ſe cum illo Byzantium redire. Interea ipſum ſi-
mul cum reliquis Vandilis ex dignitate cuſtodijt,claſſemq́ue paratam habu
it.Hic tandem philoſophari licet, ac res humanas penſare, nec quicquã om
nino deſperandum,quin in omni ſeculo ſemper meliora ſperare liceat, do-
nec ipſæ hominum fortunæ fuerint, & quæ dictu factuq́ue difficilia ac fieri
poſſe minimè videntur,audentibus ſæpè ad effectum deducuntur, ita vt ad-
miratione multa ſint digna,quemadmodum hîc contigit.Nam ſi talia vnquã
euenerint non habeo dicere. Quartum enim à Gizericho ſucceſſorem veni-
entem,eiusq́ue regnum opibus multis ac militum robore florens à quinque
millibus hominum aduenarum portu ſtationeq́ue carentium tam breui tem
pore diſſolui atq; ruere(Tantus enim equitum numerus, qui Beliſarium eſt
ſecutus, ac toto hoc tempore bellum ſuſtinuere)ſiue fortunæ ſiue virtuti ſit
adſcribendum, iure quis ita eueniſſe admirabitur. Ego verò vnde ſum di-
greſſus reuertar. Vandilicum itaque bellum hunc finem habuit. At inuidia
quæ in magna felicitate ſolet euenire, Beliſarium petijt quanquam omni va
cantem culpa. Quidam enim eius belli ductores ipſum apud Iuſtinianum in
ſimulauerunt,quòd tyrannidem ſibi vſurpaſſet.Imperator verò rem non ad-
modum curare viſus eſt, ſiue quòd calumniam delatoresq́ue ſpreuerit, ſeu
quòd ei ſic agere potius eſt viſum, Salomonem miſit vti Beliſario det alteri-
us optionem, aut cum Gilimere & Vandilis Byzantium venire, aut ibidem
remanere,illos verò mittere. Beliſarius verò quem minimè inuidorum cri-
minatio latebat,Byzantium proficiſci maturauit,vt & ſe omni ſuſpicione ſol
ueret, & illorum poſſet calumniam contemnere. Quomodo autem accuſa-
torum iter didicerit,ego narrabo. Qui rem hanc in animo habebant, metu-
entes per vnum tantùm nuncium Imperatorem facere certiorem, ne fortè
in mari periclitaretur, remq́ue propterea differret, duas epiſtolas per toti-
dem nuncios miſerunt. Quorum alter ſtatim adnauigauit, alter ob ſuſpi-
cionem quandam cum literis interceptus, resq́ue patefacta & ad Beliſari-
um delata eſt: ex quo ille ad Iuſtinianum, vti ſuprà memoraui, ſe purgatum
ire contendebat. Et res in hoc quidem ſtatu apud Carthaginem erant.
Mauruſij interea quot apud Byzacium & in Numidia habitabant, ad defe-
ctionem ex nulla penitùs cauſa tendebant, ac ſtatim fœdere ſoluto arma
contra Romæos parare decreuere, & hoc quidem ex more patrio faciebant.
Illis enim neque dei metus eſt vllus, neque hominum reuerentia, neque i-
tem iuriſiurandi aut obſidum vlla cura, etiam ſi filios aut fratres ipſorum du-
centium exercitum eos eſſe contingeret: deniq; cum nullo pacem habent,
niſi cum his quorum metu coërceantur. Quomodo autem fœdera cum Be-
liſario iniuerint, quomodoúe ſoluerint ego narrabo. Quando enim claſſis
in Aphricam ab initio mittenda parabatur, formidantes Mauruſij nequid
inde incommodi acciperent, ſeptem vaticinijs fœminarum ſunt vſi: nam in
hac gente viros vaticinari nefas. Hæ itaque in quodam eorum ſacrificio re-
tentæ antiquis non inferiora reſponſis ediderunt. Interrogatæ nanque à vi-
ris prædixerunt exercitum venturum excidio Vandilis pariter & Mauruſijs,
quando Romæus dux imberbis venerit. Quòd vbi illi audiuiſſent, ſimulq́ue
Imperatoris expeditionem per mare venientem vidiſſent, in maximo metu
verſati ſocietatem cum Vandilis nequaquam inire voluerunt, ſed ad Beliſa-
rium mittentes pacem vti ſupra narraui firmauere, ac in futurum vſque ad
belli euentum quieuerunt. Poſtquam verò res Vandilorum ad finem per-
uenere, ad Romæorum mittunt exercitum veſtigatum, ſi quis inter eius du-

Magnitudo rerum hoc bello geſtarum.

Beliſario inuidetur.

Beliſarius inſidias deprehendit.

Maurorum perfidia.

Fœminæ tantum vates apud Mauros.

Dubitatur de oraculi ſententia.

ces ſit imberbis, vt ex vaticinio ſupra memorto acceperant. Vbi verò barbatos omneis cognouere, vaticinium id non de ipſis loqui putantes ſtatim de defectione & linquendo fœdere cogitarunt. Verùm Beliſarij timore deſtitere, non enim ipſo duce vires Romæorum ſe ſuperare ſperabant. Vt autem eius irruptionem cũ ſcutigeris & haſtatis equitibus andiuerunt, ac iam contra ipſos pariter & Vandilos naues pręparari, arma ſtatim corripiẽtes Aphris turpem fugæ ſpeciem oſtenderunt, metumque pariter incuſſere. Pauci autem milites in extrema regione, & imparati exiſtentes fugientibus minimè reſiſtere habuerunt. Non enim confertorum excurſiones & ex manifeſto prodeuntes prohibuere, ſed homines ſparſim nullo ordine. Fœminæ autem cum pueris capiuntur, pecunia opesque ex vniuerſa regione abducuntur, denique fuga locus omnis refertus. Hæc Beliſario iam ad reditum ſoluenti relata quum eſſent, nec redire opus ei iam eſſer, Salomoni res Aphricæ regendas dimiſit, ſcutigeros ac haſtatorum equitum bonã partem relinqnens: qui eum ſequentes confeſtim Mauruſios qui rebellauerunr, vehementiſſimè perſequentes violari fœderis pœnas expetierunt. Iuſtinianus verò alium Salomoni exercitum miſit cum Theodoro Cappadoce & Ildigere Antoninæ Beliſarij vxoris genero: qui vbi nuſquam in Aphrica tribura dari Romæis conſueta, & ab eis in codicibus conſcripta innenerunt, quòd Gizerichus olim potitus cuncta deleuerar, codicesque ſuſtulerat, Tryphonem ac Conſtantium ad Imperatorem miſerunt, vt tributa rurſus ipſis conſtituat, parua tamen à quolibet exigenda, quòd priora modum excedere neque tolerabilia Aphris viſa fuere.

Gizerichus aboleuerat tributa.

Beliſarij triumphus.

Beliſarius interea vnà cum Gilimere ac Vandilis Byzantium profectus omneis adſecutus eſt honores, qui ſuperiorum temporum ducibus maximas adeptis victorias ſtatui conſueuerunt, quosúe nemo ab hinc annis ſexcentis habuiſſe viſus eſt, præterquam Titus & Traianus, ac alij quicunque imperatores in bellum euntes, barbaras gentes ſuperauerunt. Spolia nanque atque trophæa patefaciens captiuosque præferens per mediam vrbem triumphum egit, nõ quidem antiquorum modo, ſed ex propria domo pedibus vſque ad Hippodtomum proceſſit, inde rurſus ad locum vſque vbi ſedes erat Imperatoris.

Spolia de Vandilis.

Eranr enim ſpolia quæcunque ad regis captiminiſterium eſſe conſueuerunt, aurei throni, vehiculaque quibus regis vxorem vehi mos erat: ornatu deinde vario plurimisúe lapidibus precioſis constructa, aurea quoque pocula, & alia omnia quæ regiæ menſæ adhibentur: argentum præterea multarum talentorum myriadum, omnis denique regia ſupellex admodum precioſa atque admiranda, vtpote à Gizericho quondam Romæ è palatio direpta, vti ſupra commemoraui. In qua & Iudæorum res multæ nobiles extitere, quæ olim à Tito Veſpaſiano quum Hieroſolymas cepit, Romam cum quibuſdam alijs exportatæ fuerunt: quas quum Iudæus quidam adſpiceret, ait ad qnendam ſibi proximum ex notis Imperatori, has opes Byzantinum inferri palatium minimè oportere, quòd alibi nuſquam, quàm in loco vbi Salomon Iudæorum rex ab initio eas conſtituit, conſiſtere queant.

Iudæi cuiuſdam vox ſuperſtitioſa

propterea Gizerichus Romanorum Imperium diripuit, nunc rurſus ex eadem cauſa Romæus exercitus Vandilorum. Hæc ad ſe delata Imperator intelligens valdè timuit, ac ilico omnia illa Hieroſolymam ad Chriſtianorum templa remittenda mandauit. Erat autem intra triumphi captiuos Gilimer ipſe purpuream quandam veſtem humeros amictus, vnà cum omnibus conſanguineis ac Vandilis quot proceritate corporum ac pulchritudine præſtarent.

Gilimer ad imp. perductus ſupplex fit.

Poſtquam verò Gilimer in Hippodromo conſtitit, ac Imperatorem in alta ſede conſtitutum, populumque circa adſtantem conſpexit, ac demum ſeipſum in quod fatum peruenerit conſideraſſet, neque fleuit, neq; aliter conqueſtus eſt, tantùm illud Hebræorum voluminum

luminum memorauit, Vanitas vanitatum & omnia vanitas: nec mora, ipſe pariter & Beliſarius iuſſi ab his qui Imperatoriam purpuram ſuſtinebant, Iuſtinianum ſupplices adorauerunt: at ille ſimul & Theodora coniunx Ilderichi filios ac nepotes omneis, vt ex Valentiniani Imperatoris ſanguine venientes neceſſitudine quadam ſibi deuinctos opibus ſatis amplis munerauerunt. Gilimeri autem loca quædam in Gallia non admodum contemnenda ad habitandum ſimul cum ſuis omnibus propinquis dedit. Inter patricios autem eum referre non licuit, quòd à ſecta nollet Ariana diſcedere. Paulopòſt Beliſario decretus triumphus antiquorum more. Nam conſul factus eſt, curruli ſella humeris captiuorum inuectus argentea, zonas aureas, aliasque è ſpolijs Vandilorum diuitias populo diſperſit, quanquam rem nouam facere viſus. Et hæc quidem apud Byzantium ſic geſta. In Aphrica verò Salomon exercitum ſuſcipiens, vbi Mauruſios erectos ad defectionem, vti ſuprà narraui, turbatasque res valdè vidit, animi pendens quidnam facturus in præſens dubitauit. Nam multos quoque apud Byzacium & in Numidia præſidio relictos à Barbaris ſublatos, tum omnia in his locis direptum ac perditum iri nunciabatur. Præter omnia verò & ipſi & Carthagini maximè terrorem incuſſere, quæ Aigani Maſſagetæ & Rufino Thraci apud Byzacium acciderunt. Ambo enim valdè prudentes & in Beliſarij domo & in exercitu Romæorum in magna dignatione fuere. Alter enim ipſorum Aigan inter equites haſtatos, alter vero omnium animoſiſſimus inter ordines ducis ferre ſignum conſueuit, quem Bandophorum Romæi vocant. Igitur hi quum equitibus apud Byzacium præeſſent, vbi Mauruſios prædam agentes, ac omnia populantes, tum Aphros captiuos vbique ducentes viderent, ſeſe cum ſequentibus eos in loci cuiuſdam anguſtia conſtituentes, Mauruſios omneis ad prædam huiuſcemodi diſperſos, partim interficiunt, partim capiunt. Vt autem res ad Cuzinam & Dilaſan & Surphuthen & Mediſiniſſam ductores Barbarorum delata eſt non longè ab hoc loco diſtantes, circa diei ſerum cum toto exercitu illos petunt. Romæi quum pauci numero & in loco anguſto eſſent, & in medio multarum myriadum ſe clauſos eſſe adſpicientes, non ſe defendere aliquo modo potuere. Si quam enim in partem ſe conuertiſſent, protinus à tergo petebantur. Tunc Rufinus & Aigan cum paucis ex illis in Petram vicinam ſe recipere feſtinant, vnde arcubus aduerſarios prohiberent. Illi repulſi non auſi prope pugnare, haſtas tantùm iaciunt, donec Romæis telis deficientibus ad manus cominus venientes enſibus pugnant. Multitudine autem Barbarorum ſuperante, Aigan toto corpore ſauciatus cecidit, Rufinus captiuus ducitur. Continuo vnus è ducibus Mediſiniſſas metuens ne ſurgens iterum atque aufugiens ei negocium faceſſeret, caput ei incidens ad propria feſtinauit, idque fœminis oſtendit: erat enim ſpectatione dignum ob vaſtam magnitudinem, tum capillorum copiam ingentem. Et quando in hunc incidimus ſermonem hiſtoriæ, neceſſe fuerit Mauruſiorum originem repetere, & vnde in Aphricam ab initio venerint. Poſtquam enim Hebræi ex Aegypto reuerterunt, atque in Paleſtinæ finibus conſtiterunt, Moſes vir ſapiens qui eos in itinere ducebat moritur. Cui Ieſus Naue filius ſucceſſit, qui & in Paleſtinam populum introduxit, ac virtutem ſupra hominis naturam longè oſtendens, regionem habuit vndeque gentes euertens multas ciuitates facilè parauit, ac omnibus inexpugnabilis viſus. Tunc igitur vniuerſa regio maritima à Sidone vſque in Aegypti fines Phœnicia eſt appellata, quibus vnus iamdudum imperabat, vti omnes teſtantur, qui antiquam Phœnicum ſcripſere hiſtoriam. Hic populi numeroſi habitauere Gergeſæi, Iebuſæi, aliaque habentes nomina in Hebræis voluminibus memorata: qui quum inexpugnabilem conſpicerent ad-

Beliſarij conſulatus.

Bandophorus ſiue vexillifer.

Mauruſiorũ origo, quos Zingaonos eſſe à Saracenis pulſos late per Europam uagantes vniuerſam, ex moribus ſupra narratis verisimile eſt.

uenarum exercitum, patrios fines deſerentes in Aegyptum vicinam migrauerunt, ibiq; numero ac ſobole creſcentes, quum non ſatis commodum tantæ multitudini locum inueniſſent, in Aphricam penetrauere, vbi ciuitates quàmplures habitantes omnem eum tractum vſque ad Herculis columnas tenuerunt, ſemiphœnicia lingua ac catalecto vtentes. Oppidumque Tingen ſitu munitiſſimum in Numidia ædificauerunt, vbi duæ ex albo lapide columnæ prope magnum fontem conſtitutæ, in quibus Phœnicum lingua litteræ inciſæ ſunt huiuſcemodi. Nos à facie fugimus Ieſu prædonis filij Naue. Hi demum quòd nulli ſint eis antiquiores, Aphricæ indigenæ dicuntur eſſe: cuius rei gratia rex quondam eorum Antæus, qui in Palæſtra cum Hercule congreſſus eſt, terræ filius eſt appellatus. Tempore verò procedente qui è Phœnicia cum Didone venerunt, hic ob ſuorum conſanguinitatem conſtiterunt, eiſque permittentibus Carthaginem condidere: quæ potentia ac hominum multitudine adeò creuit, vt vicinis bella intulerit, & Mauruſios ipſos qui priores è Paleſtina venerunt, expulerit, ac procul ab eis habitare iuſſerit. Poſtquam verò Romani omnium ſunt potiti longè bello ſuperiores, Mauruſios quidem in extremis Aphricę locis conſidere mandarunt, Carthaginenſes verò & Aphros alios eis obtemperantes tributarios fecerunt. Poſtea Mauruſij plures de Vandilis victorias habentes aliquantulum reſipiſcentes Mauritaniam à Gadibus ad Cæſareæ fines pertinentem, pluraque reliquæ Aphricæ loca poſſederunt, poſtremò per Iuſtinianum ſublati. Et de Mauruſiorum quidem origine hactenus. Salomon interea poſtquam de his quæ Aigani & Rufino acciderant nuncium accepit, ſeſe ad bellum accinxit, & ad Mauruſiorum duces hæc ſcribit. Nonnullis quidem hominibus temerè agere, ſimulque perire contigit, quòd ex nullo ante oculos exemplo conijcere poſſint, quem nam finem eorum temeritas ſit habitura. Vos autem qui paulo ante ex veſtris vicinis Vandilis exitum animaduertiſtis, quid nam paſſi fuerint, manus in maximum Imperatorem cornuaque auſi eſtis attollere, veſtramque ſalutem contemnere, minimè memores quòd fœdera iniueritis, liberoſque veſtros obſides dederitis. An dei prorſus contemptores eſtis? nec fidei nec conſanguinitatis neque ſalutis, aut cuiuſuis alterius vllus ſit reſpectus. Deinde ſi deum ſpernetis, cuinam hominum aut ſociorum auxilio fideles contra Romanum eritis Imperatorem? ſi filios veſtros amittitis, pro quibus iam vltra bello periclitamini? At ſi vos pugnæ ac pauloante geſtorum pœnitentia ſubit, nos certiores per litteras facite, vt ea benè vobiſcum agendo tranſigamus. Si autem temeritatis non adhuc piget, bellum Romanorum expectate veſtram per vim ac perfidiam licitutum, tum de veſtris proprijs filijs iniuriam vlturum. Hæc quum Mauruſij legiſſent, ſic reſponderunt. Beliſarius nos magnis pollicitationibus circumueniens induxit nos Imperatoris Iuſtiniani ſponte ſubditos eſſe, nihilo bonorum nos impertiendo fame preſſos amicos nos eſſe ac ſocios rogauit. Itaque non Mauruſios magis quàm vos infidos appellari oportebit: fœdera ſoluunt, non qui iniuriam patientes à proximis deſciſcunt, ſed qui fœderatos habere aliquos poſtulantes deinde violant. Deum quoque ſibi aduerſum conſtituunt, non qui ſua ferentes ad alios cedunt, ſed qui aliena inuadentes in belli periculum deducunt. Quòd ſi filiorum charitas vobis eſt curæ, quibus licet vnam tantùm ducere vxorem: nos quibus ſi ſic contingat quinquaginta ſunt vxores, filiorum nunquam deſtituet ſoboles. Hæc Salomon vbi legit, vniuerſum coëgit exercitum, ac rebus prius apud Carthaginem diſpoſitis in Byzacium mouit, apud oppidum Mammæ vbi quatuor Mauruſiorum duces (vti paulò ſupra memoraui) caſtrametati ſunt, vallum firmauit. Montes hic altiſſimi ſunt & paruum oppidum Males ad montium radices.

Salomonis ad Mauruſios epiſtola.

Mauruſiorum reſponſio.

Hic

Hic barbari ſe ad pugnam adcingentes, aciem hoc modo conſtituunt. Camelos circa in gyrum locant, quòd Cobaonem ſuprà narraui feciſſe. In fronte verò duodecim ponunt: fœminas autem cum pueris intus in medio ſtatuunt. Nam Mauruſijs mos eſt, fœminas cum pueris in expeditionem ducere, vt vallum tuguriaque faciant: præterea equos ſcitè ac diligenter curant, camelis pabulum ſubminiſtrant, armaturamque omnem ferream poliunt ac mundant, multis denique per eas laboribus leuantur. Pedites autem ad camelorum pedes conſiſtunt, clypeos & enſes habentes ac haſtilia quæ in hoſtes iacere ſolent. Eorum quoque nonnulli in montibus equos habentes quieſcebant. Salomon autem vbi ſuos congregatos vidit, ne ob caſum Aiganis & Rufini propterea terrerentur, ſic eſt allocutus. O viri qui ſub Beliſario militaſtis, nullus vos horum hominum ſubeat timor. Nam neque Mauruſiorum quinque milia collecta quingentos Romæos ſuperare valuerunt, quod vobis in exempli parte maximè ſuccurrere dubitantibus poteſt: quin veſtræ potius virtutis recordemini, ac cogitate quemadmodum Vandili Mauruſios vicerunt, vos autem Vandilorum nullo labore potiti eſtis: nec eos qui victores vicere, victos ac inferiores factos timere decet: multoque omnibus hominibus in bello fragilius Mauruſiorum genus eſſe noſcitur, nudi enim plerique ipſorum ſunt: ſi qui verò clypeos habent, graues hi admodum nec adfabre facti aut tela venientia repellere apti ſunt: ac duo tantùm haſtilia proijcientes in hoſtem, ſi fortè fruſtra fuerint, in fugam ſtatim conuertuntur. Itaque ſi primum eorum congredientium impetum diligenter cuſtodiendo toleraueritis, facilem in manibus victoriam habebitis. Voſmet inſuper quanto armatura & munitione corporis præſtatis, conſiderate ad hæc animorum virtutem, corporum vires ac bellorum diſciplinam: denique victoriæ nuper de hoſte conſecutæ audaciam in vobis eſſe conſpicitis. At Mauruſij his omnibus priuati, tantum ſuæ fidentes multitudini ſunt. Bello igitur non aptos quamuis multos facilè fuerit paucis ad omnia paratis ſuperare. Bonus enim miles propriæ tantum virtuti confidit, ignauus verò alterius. Militum multitudo in periculoſi anguſtia loci pugnantium plerumq; ſuperatur. Hos inquam quaſi camelos contemnere vos oportet, qui neque reſiſtere hoſtibus poſſunt, & vulnerati atque repulſi maiorem ſuis turbationis inferunt motum. Audacia verò quam pro re paulo antè bene geſta ſumunt, nobis magnopere opitulatur: ea ſiquidem viribus adæquata vtentes facilè proficere poterunt, at viribus ac potentia maior in manifeſtum periculũ deducit. Quę omnia cogitantes animis veſtris & hoſtes deſpicientes ſilentium ſimul & ordinē præſtate. His à Salomone dictis Mauruſiorum duces poſtquã inſtructam Romęorũ aciem ſuos horrere conſpexerunt, rurſus in pugnam accendere volentes talibus adhortati ſunt. Quod humanis Romæi ſint corporibus, & ferro ſi contingat obnoxijs ac penetrabilibus ô commilitones nuper didicimus, quum ipſorum fortiores partim noſtris obrutos haſtis interfecimus, partim captiuos duximus. Contra tales igitur exiſtentes nunc longe numero plures eſſe gloriamur, præterea certamen pro rebus maximis videtis excitari, an vobis Aphricæ totius dominis eſſe liceat, vel Romæorum adrogantiæ ſeruire. Quapropter quum de ſumma rerum in præſens periclitemur, minimè nos ignauos eſſe oportet. Armaturas eorum imprimis contemnere habetis. Nam ſi pedites contrauenìant, ob armorum grauitatem impediti à nobis leuioribus, vt ſatis veriſimile, ſuperabuntur. Equos item illorum aſpectus ſimulque voces camelorum perterrefacient, in tumultumq; vertent, deniq; militum ordinem turbabunt. Si quis autem ob victoriam quam paulo antè de Vandilis habuerunt, putat eos inexpugnabiles fore, maximè videtur errare. Belli enim mo-

Salomonis ad ſuos concio.

Mauruſiorum ad ſuos oratio.

tis. His dictis Theodoro mandat, vt circa diei ſerum cum excubitoribus ducentis (ſic enim Romani cuſtodias vocant) ſimulque peditibus nonnullis montem ex orientis parte qua maximè confragoſus fuerit, clàm aſcendat, ibique noctis reliquum quieſcant: deinde oriente Sole hoſtes ſupra apparentes ſignaque præferentes iaculis petant. Is itaque imperata fecit, ac nocte intempeſta per loca prærupta cum illis conſcendit clam non ſolùm hoſtibus, ſed reliquo exercitu (nam exploratorum ſpecie tantùm miſſi fuerant) Salomon ex alia parte valde diluculo in extrema montis parte cum toto exercitu apparuit. Maneque iam claro hoſtes verticem non vt antea nudum ſimulque ſigna Romana conſpicientes attoniti aliquantulum conſtiterunt, pugna deinde exorta ab alio ſe exercitu retro peti animaduerterunt. Ex quo in medio conſtituti, in fugam ſtatim omnes ſe conuerterunt, neque in montis cacumen ab inimicis captum, neque rurſus ad plana deſcendere quòd montis radices ab hoſtibus item tenerētur, recurrere habentes, in ſyluam profundam ac alterum ſcopulum equites pediteſque curſu ſimul contenderunt, præque timore ac tumultu in ſyluæ prærupta primi cadentes nullum ſentiendi malum poſt ſe cadentibus cauſa fuere, quòd nemoroſa vallis equis hominibuſque iam referta tranſitum è Burgaone ad alterum montem tutum parauit. Hic igitur reliqui per interemptorum corpora traijcientes ſeſe incolumes ſeruauerunt. Interiere in hoc labore Mauruſiorum millia quinq;, Romæorum verò nullus. Plagam enim nullam aut ab hoſtibus aut à fortuna accipientes, integri incolumeſq; hanc facilè victoriam ſunt adſecuti. Fugerunt ſimul & hoſtium duces, præterquam quidam Dilaſas, qui in fidem ſe Romæis tradidit. Inde poſtea via facilis ac ſupina hoſtibus in propinquam huic monti ciuitatem Tingem, vbi fons in anguſto quodam loco maximus erat, quem Althias è ducibus vnus occupare decreuit, quòd nuſquam alia propè conſiſtente aqua hoſtes ſiti laborantes huc peruenturos exiſtimarent, cæteris penè omnibus contrà ſentientibus, ac tantam multitudinem non facilè prohiberi poſſe exiſtimantibus. Mauruſij itaque æſtu laboreque feſſi ad hanc nihil hoſtile metuendo properantes, vbi aquam ab inimicis teneri conſpexere, omnes hæſitantes conſiſtunt, multum tamen virium ac roboris ob ſitim amittentes. Quamobrem Iaudas eorum dux ab Althia poſtulauit, vt ſi fontem concederet, tertiam ei prædę partem darent. Althias reiecta conditione ipſum ſingulari certamine prouocauit, præmium ei fortè vincenti liberam fontis conceſſionem præbiturus. Hic Iauda audente Mauruſij omnes in ſpem erecti fuere, quòd ille corpore ingens ac omnium ſuorum pugnaciſſimus eſſet, Althias verò ſanè breuior ac etiam tardior videretur. Vterque itaque cum equo erat. Iaudas primus haſtile iacit, quod Althias contraueniens manu dextra prendere omnibus admirantibus auſus, Iaudam ipſum ac reliquos hoſtes perterruit. Deinde arcum læua tendens protinus vbi dextra vacuus fuit, aduerſarij equum telo perfodit: quo cadente ille confeſtim alium à ſuis adductum conſcendens fugam adripuit, quem Mauruſiorum exercitus nullo ordine ſecutus eſt. Althias itaque & captiuos & omnem prædam auferens magnum ſibi nomen ac decus ex hoc facto per omnem Aphricam parauit. Et hęc quidem ſic ſe habuere. Salomon verò apud Carthaginem aliquantulum temporis commorans ad Auraſium montem contra Iaudam exercitum mouit, pœnas ex eo expoſtulans, quòd quando Romæorum exercitus apud Byzacium occupatus erat, multa in Numidia oppida populatus eſt, quod ſanè contigerat. Ad hoc Salomonem Maſſonas & Orteas Mauruſiorum duces priuata inimicitia compulerant, quorum alterius patrem Mephaniam Iaudas propinquus exiſtens, dolo interfecit: alterum verò Orteam

Salomonis ſtrategema.

Victoria prorſus incruenta.

Duellum Althiæ & Iaudæ.

Maſtinæ Mauritaniæ præfecto ſuaſit, vt ex ea regione cum omnibus ſuis, quam diu inhabitauerat, pelleret. Romæorum igitur exercitus duce Salomone & Mauruſijs qui ſe illi adſciuerant iuuantibus apud fluuium Abiſam caſtrametati ſunt, qui iuxta Auraſium tranſiens eius circa loca oberrat. Iandas interim in campum contra hoſtem deſcendere minimè tutum putans, ſeſe munijt ex ea parte quæ minus expugnari ab inimicis poſſet. Hic enim mons dierum iter decem à Carthagine diſtat, maximusque omnium quos vſquam ſcimus. Nam dierum trium eius circuitus expedito patet, volentique ad eum adcedere difficilis ac inuius eſt. In vertice autem planiciem camposque habet, tum fructus hic prouenientes duplo quàm in reliqua naſcuntur Aphrica maiores. Hic denique arx eſt, incuſtodita, quòd minimè habitantibus neceſſaria videatur exiſtit. ex quo enim Auraſium Mauruſij Vandilis ademerunt, nullus ad ipſum hoſtis adceſſit, nec propterea barbaris vnquam incuſſus timor. Sed & ciuitatem Tamugam, quæ contra montem in campi principio ad ſolem pertinet orientem, Mauruſij hominibus euacuantes ad ſolum vſque deleuerunt, vt hæc occaſio non eſſet aut ſtatio inimicorum expeditionibus ad oppugnandum facilè ipſum vicinum montem. Habebant & hic Mauruſij ex parte montis quæ occidentem ſpectat, regionem bonam atque amplam: quæ ab alijs Mauruſiorum populis eſt habitata, quibus Citaias dominabatur, vnus ex his qui ex hoſtibus Salomoni Romæisque adceſſerunt, vti ſuprà memoraui. Hunc ego hominem dicentem audiui, quòd regionem quam ipſe tenebat nulli mortalium habitant, ſed vacuam eſſe penitus colonis. Vltra verò hanc hominum aliquantulum eſſe, non ſicuti cæteri Mauruſij colorati, ſed valde albi tum coma flaui. & hæc quidem ſic ſe habent. Salomon autem Mauruſios ſocios multis augens muneribus, montem Auraſium cum exercitu ad pugnam paratus aſcendit, exiſtimans eo die ad manus cum hoſte venire, cum ipſisque volente fortuna vbicunque congredi. Non enim cibaria præter pauca & ſibi & equis ſuis milites feſtinantes ſecum tulerunt. Proficiſcentes itaque itinere ob locorum aſperitatem difficili, ad quinquaginta maximè ſtadia caſtra poſuere, tantundem ſingulis diebus eundo, ſeptimo die ad locum peruenerunt, quē Latini Aſpidis montem vocant, quòd ſcuti ſimilitudinem habeat, vbi arx antiqua fluuiusque perennis: Hic caſtrametari hoſtes dicebantur. In hoc igitur quum nihil hoſtile offendiſſent, conſiſtentes aciem tanquam pugnaturi ordinauere. In hac itaque expectatione, quum trium dierum ſpacium conſumpſiſſent, ipſique ſimul & ſocij qui contra Mauruſios arma ferentes auxiliaria exercitum iam premi animaduerterent, protinus rebus infectis ſeſe recipiendo ad plana deſcenderunt, vbi vallum conſtituerunt. In hac parte barbari habitant, contra quos (Vandili enim in hos iamdudū barbaros iram exercentes, eos non admodum multos cum vxoribus in Sardiniam mittentes hîc ſunt dominati: procedente autem tempore montes occupauere qui prope Caralim ſunt, ac primò quidem clanculum latrocinia in vicinos exercentes, poſtea verò non minus quàm ad tria milia creuere, ex manifeſto excurſiones facientes minimè latere curauerunt, ac omnem circa oram depopulati ſunt. quamobrē Barbaricini à vicinis appellati ſunt.) Contra hos igitur diuerſo genere Mauruſios, Salomon in hac hyeme claſſem præparauit. Hæc itaque in Aphrica per ea tempora geſta ſunt. In Italia verò eadem tempeſtate, Beliſarius contra Theodatum & Gothorum gentem à Iuſtiniano miſſus, primò Siciliam curſu nullo labore adeptus eſt, ſicuti poſtea dicetur, quum me ad res Italicas hiſtoria ducet. Nunc verò non ab re mihi videtur prius quæ in Aphrica contigerunt ſingula enarrare: deinde ad Gothorum res in Italiam venire. Hac igitur hyeme, vti ſuprà dixi, Beliſarius apud

Auraſij montis magnitudo.

Beliſarius contra Theodatum bellum gerit.

apud Syracuſas, Salomon apud Carthaginem moram traxere. Prodigium quoque hoc anno grauiſſimum viſum. Sol ſine radijs ſicuti luna ſplendorem toto anno emittere, ac quodammodo ex magna parte deficere viſus eſt, ſic de ſolito iubare remittens ſubfuſcus apparebat: ex quo contigit, vt neque bellum, neque fames, neque peſtilentia, nihil denique malorum hominibus deeſſet, annus quoque *..... Iuſtiniani Imperij agebatur. Simulque Vere ineunte, quando Chriſtiani feſtum celebrant, quod Paſcha vocant, ſeditio in Aphrica inter milites contigit: quæ quo nam modo ſit orta, quomodóve deſierit, narrabo. Poſtquam Vandili prælio victi ſunt, vti mihi ſuprà narratur, Romęi milites hoſtium filias & vxores matrimonio ſibi iunxerunt. Illarum verò quælibet viro perſuaſit, ea ſibi oppida vindicarent, quibus ipſa prius dominabatur. Non enim fas eſſe ſe Vandilis quondam nuptas hæc poſſediſſe, deinde eorum coniuges factas, qui Vandilos viciſſent, inferiores eſſe quàm ſub victis conditione, dum bonis priſtinis priuarentur. Hæc milites meditantes Salomoni minimè conſentire putabant oportere, qui Vandilorum oppida in publicum, & ad principis domum referre volebat, dicenti captiuos opesque alias omnes cum ſpolijs inter milites dari tantùm fas eſſe, terram autem ipſam principi Romanoque Imperio ſolùm conuenire, à quo ipſi & nutriti ſunt, & vt milites vocarentur habuerunt. Sermones itaque plures ſimul & iuramenta per caſtra ſuper his fuere. Poſtquam vero dies feſtus proximè futurus erat, Ariani mœſti ob templorum prohibitionem valde inſtabant. viſum itaque ipſorum primatibus, vt in prima feſti die, quam Magnam vocabant, Salomonem interficerent. Resque aliquando latuit nullo conſilium retegente, vtpote multis grauia & dira conſulentibus ſermo manifeſtus in nullum fuit inimicum, de qua cauſa rem cælari putauerunt. Poſtquam verò multi Salomonis equites haſtati ac ſcutigeri ad hanc coniurationem oppidorum cupiditate adſciti ſunt, adueniente die Salomon in templo ſecurus, procul que omni ſuſpicione reſedit: egredientes autem, quibus datum erat negocium, ac ſpiritu vehementiore inter ſe enſibus adcincti, murmurantes nihil omnino ſunt auſi, ſeu templi tunc ſacra, cerimonias que verentes, ſeu ducis gloriam adſpectum que erubeſcentes, vel aliqua alia re diuinitùs prohibiti. Sacris deinde peractis, eadem die domum redeuntibus coniurati inter ſe obiurgant, ac planè illorum deteſtantur ignauiam atque mollitiem. Rurſus autem in diem ſequentem eodem conſilio re delata, ſimiliter rebus infectis diſceſſerunt, ac in forum venientes ſe inuicem accuſabant, quiſq; in alterum cauſam reijciebat, vt mollem ac ſocietatis & officij deſertorē, ſimulq; Salomonis adſpectus timorem probro dabant. Iamq; vti par erat re vulgata, eorum pleriq; non tutum in ciuitate morari putantes, extra uagando & oppida & agros populabantur, Aphrosq; in quos incidebant omneis loco inimicorum habentes. Alij verò ex coniuratis in ciuitate remanentes, conſilium mentemq; diſſimulando admirari videbantur. Salomon igitur vbi accepit regionem omnem vaſtari à ſuis militibus, vt rem nouam planè mirabatur, ſimulque in hoc tumultu hos qui remanſerant, omneis ne ab officio diſcederent, ac ad Imperatoris beneuolentiam ſequendā eſt adhortatus: qui ab initio quidem auſcultare viſi, poſtquam dies quinta aduenerat, ac illos qui extra prædabantur, iam in tuto eſſe ac in tyrannidem confirmatos audierunt, in Hippodromo conuenientes, in Salomonem ſimul cum alijs ducibus apertè conuiciumiactabant. Itaque Theodorus Cappadox à Salomone miſſus, eos blandis verbis ac perſuaſionibus ad æquum deducere minimè dicto audientes conatur. Erat enim quidam huic Theodoro tunc inimicus & Salomonis inſidioſus atque ſuſpectus. Hunc itaq; milites ilico ducem ſuum de conſilij ſententia conclamant,

Sol ſine radijs, vt luna.

* *Annus XII Iuſtiniani.*

Seditio militum in Aphrica.

Ambitio mulierum.

Agri ab hoſtibus capti ad quos pertineant.

* *Conſpiratur in mortem Salomonis.*

Coniuratio patefit.

Militum furor.

ac cum eo arma corripiens multo tumultu in palatium properant: hic quidem Theodorum alium qui cuſtodibus præerat, ante omneis trucidant, virum profectò quum alijs virtutibus clarum, tum belli diſciplina præſtantiſſimum: idem in omnes fecerunt obuios ſiue Aphros ſiue Romæos, qui eſſent Salomonis amici, ſeu pecuniam ad manus haberent. Hinc ad rapinam conuerſi per vrbem domos expilauere, vbi milites nulli reſiſterent, donec nox inſequens eorum furori ſilentium ac quietem imponeret. Salomon autem in templum quod admodum magnum in palatio eſt fugiens latuit. Huc

Fuga Salomonis

ad eum & Martinus ſub veſperam venit. Poſtquam verò milites ſomno ſe dedere, ambo è templo egredientes ad domum Theodori Cappadocis venerunt: qui eos ſecum cœnare, quanquam nolentes, cogit, & in portum inde deducens lembo cuiuſdam naualis tulit, qui hic à Martino præparatus erat: ſecuti ſunt eos Procopius huius autor hiſtoriæ, ſimul & viri quinque è domo Salomonis. Soluentes itaque hinc ſtadijs trecentis peractis ad Miſnam Carthaginenſium nauale peruenerunt. Vbi in tuto conſtiterunt, ſtatim iuſſit Martinum in Numidiam ad Valerianum & alios ductores Romæos proficiſci, rogatum vt tentarent, ſi quo modo poſſent aliquos è ſeditioſis militibus a pertinacia deſiſtentes, ad imperatoris ſui beneuolentiam fidemque traducere. Theodoro quoque per litteras Carthaginis curam ſimul & quæcunque ad præſens negocium facere viderit, mandauit. Ipſe verò cum Procopio ad Beliſarium Syracuſas adnauigat, cuncta quæ in Aphrica audiuerat, narrat, hortaturque vti confeſtim Carthaginem eat Imperatorem vlturus, qui à ſuis militibus indigna patiatur. Dum hæc Salomon

Stozæ tyrannus

agit, milites Carthaginem diripiunt, & in campum Bulæ egredientes Stozam virum è Martini equitibus haſtatis tyrannum ſibi conſtituunt, virum imprimis magnanimum tum agendorum peritiſſimum, vt Iuſtiniani duces omneis de medio tollens Aphricę totius potiretur. Hic itaque exercitum octingentorum militum congregans Carthaginem duxit, vt cum nullo labore obſeſſurus. Mittenſque ad Vandilos qui è Byzantio cum nauibus fugerant, quive ab initio Beliſarium non ſunt ſecuti, ſeu etiam latitauerant, vel qui nullius precij relicti fuere. Erant igitur omnes non minus quàm mille qui non procul à Stoza in caſtra promptiſſimi venerunt. Seruorum præterea magna multitudo adceſſit. Vbi autem prope Carthaginem fuere, miſit ad eos Stozas qui vrbem tenebant hortatum, vti ciuitatem dederent, ſi malorum eſſe immunes optarent. Illi autem ſimul & Theodorus ſe id omnino facturos negauerunt, vrbem eam ſe Imperatori cuſtodire profitentes: miſeruntque ad eos Ioſephium cuſtodum Imperatoris ſcribam è clara ſtirpe, qui è domo Beliſarij erat, & nuper ad obeunda negocia quædam Carthaginem miſſus,

Stozæ crudelitas in Ioſephum

Hic eos rogat, ne vlterius ſæuiant, ac à pertinacia deſiſtant. Stozas vbi hæc audiuit, Ioſephium ilico trucidat, ac vrbem obſidione cingit. Qui autem intus erant, tali exemplo perterrefacti, ſibique conſulentes Carthaginem Stozæ decreuerunt. Hæc itaque in Aphrica exercitus agitabat. Beliſarius autem cum Salomone ac centum ex eius equitibus haſtatis, & ſcutigeris delectis vnà in naui Carthaginem adnauigat circa diei ſerum, quando poſtera hi, qui ciuitatem obſidebant per deditionem accepturi erant, ac in ſpem erecti tota illa nocte vigilauerunt. Poſtquam verò illuxit, ac Beliſarius adeſſe nun-

Beliſarius in tempore Carthaginem venit.

ciatur, eueſtigio caſtra obſidionemque ſoluentes turpiter ac ordine nullo fugam adripuerunt. Beliſarius verò exercitum ad duo millia congregans ac eos ad Imperatoris beneuolentiam & verbis adhortans, & pecunia multa impellens fugientes perſequitur, ac eos apud Membreſam ciuitatem cccl ſtadijs à Carthagine diſtantem deprendit. Hic igitur vtrique caſtrametantes ad pugnam ſe adcingebant, qui cum Beliſario erant ad Bagradam fluuium,

uium, aduerſarij verò in loco alto atque iniquo vallum conſtituere. Ciuitatem verò ingredi neutri voluere, quòd ſine mœnibus eſſet. Poſtera die ad pugnam parati, aduerſarij quidem ſuo numero confidentes, à noſtris vt imperiti ex magna parte rei militaris (nam in huiuſcemodi ſeditionibus omne genus hominum ſine delectu confluere ſolet) ſpernebantur: quos Beliſarius ad pugnam aſcendere volens ad ſe vocatos talibus adloquitur. Præter ſpem ac votum commilitones erga Imperatorem ac Romæos res ſe habent. In pugnam nunc congredimur, in qua neque victoriam ſine luctu habebimus, contra cõſanguineos & ſimul educatos ituri. Hoc tantùm mali ſolamen, quod cauſa atque initium belli non ipſi exiſtentes, ſed periculum propulſantes in periculum deſcendimus: qui enim amiciſſimo atque chariſſimo inſidias tendit, conſanguinitatis ac neceſſitudinis iùra violando, quanquam victoriæ ſuperſtes, non fatum vitare, ſed facinoris conſcientia pœnam prorogare videtur. Hos enim inimicos & barbaros, ſeu quoduis aliud acerbiſſimum dictu indicat eſſe non ſolùm Aphrica ſub eorum manibus in prædam veniens, ſed Romæorum miltum multitudo, quos non inimicos exiſtentes hi trucidare ſunt auſi, non alia de cauſa, quàm quòd fideles Imperatori exiſtunt: à quibus profectò ſcelerum pœnas nunc exacturi venimus, iure aduerſarij familiariſſimis facti. Natura enim neque amici neque inimici inter ſe homines exiſtunt, actiones enim cuiuslibet aut morum ſimilitudine in concordiam & ſocietatem mortales coniungunt, aut moribus diſcrepantes in inimicitiam diducunt. Vt igitur contra homines iniquos atque nobis aduerſos pugnemus, ſatis puto cognoſcitis: nunc quod à nobis deſpiciendi minimeque reputandi ſunt, ego monſtrauero. Hominum enim multitudo non ex lege, ſed per iniuſtitiam & ſcelus congregata ſtrenuè quicquam in bello agere non poteſt, quum nullo modo virtus cum iniquitate congredi aut conuenire valeat, verùm à nefarijs abſiſtens eos ſecundum ordinem rei militaris, aut diſciplinam agere non ſinit. Deſtituti igitur & animi virtute & rei militaris diſciplina atque ordine, nulla mora quin ſuccumbant. Spernendi ſunt, inquam, ob has cauſas aduerſarij noſtri, ac audacter in eos eundum: quum nec in numero aut multitudine bellatorum, ſed in ordine atque fortitudine belli exitus ac robur conſiſtat quidem hactenus. At Stozas ſuos exhortans ſic ait: O viri qui vnà mecum è Romæorum ſeruitute liberati eſtis, ne quis veſtrûm nunc mori pro libertate detrectet, quam & veſtra virtute veſtriſque armis paulo antè conſecuti eſtis. Neque ita graue in malis ſeneſcentem vſque ad extremum viuere, quàm à malis ſemel liberatum rurſus in eadem recidere, quòd medio tempore bona deguſtanti difficilis, vt par eſt, calamitas reuerſa videatur. Rebus itaque ſic exiſtentibus, neceſſarium vos meminiſſe, quòd quum Vandilos & Mauruſios ipſi viceritis, vos, inquam, belli labores ſubijſtis, alij verò ſpoliorum aliarumque rerum domini fuere. Illudque cogitatote, quòd milites quum ſitis, perpetuò vos in bello ac periculis verſari oporteat, vel pro Imperatoris gloria, ſi rurſus ei ſeruieritis, vel pro vobis ipſis, ſi libertatem hanc, quam tenetis ſeruaueritis. Quòd enim è duobus optabilius viſum vobis, eligendum, aut in præſenti pugna molliter agere vel fortiter velitis. Succurrere vobis etiam debet, quòd contra Romæos arma ſumentes, ſi ſubiugari fueritis, non equos dominos neque clementes experiemini, ſed grauia intolerandaque vos manebunt. Promptum eſt igitur vobis mori: mors enim quocunque modo vobis in bello contingat, admodum honeſta videbitur. Vita nanque victoribus & felix & ſuauis eſt, victis autem nihil aliud acerbius dicam, quàm toto tempore ſpem in hoſtium miſericordia collocare. Ingreſſu quoque impares illi erunt longe numero

Beliſarij ad ſuos oratio.

Stozæ ad ſuos oratio.

inferiores: quapropter minimum in eis audaciæ ac animi contra nos fuerit, eò magis quòd nobiſcum huius participes eſſe libertatis exoptant. His dictis quum vtroque inter ſe propinquante exercitu ad manus venturi eſſent, Stozas rurſus ante medios ſeſe offerens hoſtes hæc loquitur.

Stroza ad hoſtes ſupplicatio.

Viri commilitones ſcitote vos iniquè facere contra generis veſtri homines, ac ſimul educatos militantes, qui communibus vobis malis ſimulque acceptis iniurijs feſſi, Imperatori ac Romæis bellum inferre decreuerunt. An non recordamini, quòd nullum veſtrorum laborum fructum retuliſtis, priuati donis ac ſpolijs hoſtium, quæ belli lege his qui cum virtute ac ſtrennè ſe geſſerunt, militibus præmia dari ſolent? At his alij gaudent, fructuſque victoriæ toto tempore conſequuntur, vos verò in ſeruorum collocant parte. Si igitur in me aliqua de cauſa irati eſtis, me meumque corpus petite, præſto adſum, reliquis qui me ſequuntur hoc tantum piaculum vitare liceat. Si autem nihil eſt cur ſuccenſere debeatis, tempus iam nunc pro ipſis arma ſumere. Talibus locutum Stozam hoſtes collaudauere, confeſtimque adnuentes multa beneuolentia ſalutauere. Duces autem hoc animaduertentes metu correpti clanculum ſe militibus ſubtrahentes, in templum, quod in Gazophylis erat, aufugiunt, quos quanquam ſub fide de incolumitate acceptos ilico trucidauerunt.

Iuſtinianus Aphricanis rebus ſubſidia mittit.

Hæc vbi Imperator accepit, Germanum fratris filium virum patricium cum paucis in Aphricam miſit, cum quo Symmachus & Dominicus ſenatores erant, quorum alter equitibus & ſumptibus præfuturus, alter Dominicus pedites ducturus erat. Ioannes enim iam ex morbo deceſſerat, cui munus hoc additum erat. Hi poſtquam Carthaginem peruenerunt, Germanus confeſtim militum numerum recenſuit, ac ſcribarum codices perluſtrans, in quibus ipſorum nomina inſcripta fuere, vidit tertiam exercitus partem tam Carthagine, quàm in alijs Aphricæ ciuitatibus eſſe, reliquos verò omneis tyranno contra Romæos militare. quamobrem pugnam committere non adhuc ei viſum, ſed exercitum quàm multum ſibi conciliare nitebatur, præſertim hoſtium conſanguineos

Germani conſilium idoneum.

aut familiares, qui Conſtantinopoli remanſerant, quos quum arte omni deliniret, tum ſe dixit ab Imperatore in Aphricam miſſum, vt milites deficientes comprimeret, & iniuſtitiæ ac perfidiæ pœnas ab eis exigeret. Hæc aduerſarij audientes nonnulli ad eum transfugere cœperunt, quos Germanus in vrbem multa humanitate ſub fide receptos in honore habuit, præfecitque ordinibus, quibus ipſi contra Romæos prius præfuere. Poſtquam verò de his ſermo quoquò verſus ad omneis peruenit, plures in dies tyrannum deſerentes, Carthaginem ſe conferebant. Germanus autem vbi adæquari iam numerum cum hoſte vidit, ſe inferiorem non putans ad prælium adcinxit. Stozas verò ſuos animaduertens quotidie deficere, metuenſque ne magis continuo debilitarentur, armis iam iam decernere, ac de re tota periclitari, deniq; hoſtes improuiſos aggredi ſtatuit, eò magis quòd ſperaret, ſi prope accederet, multos ex his, qui iam cum Germano erant Carthagine facilè transfugituros. Quare ad ſpem ſuos magnopere excitauit, ac ſi iam propterea victoriam tenerent. Itaque cum omni exercitu eueſtigio Carthaginem petit, ab eaque longe ſtadijs xxxv caſtra poſuit. Germanus parte alia ſuos animans ac diſponens tanquam in bellum proceſſurus extra portam eduxit, quumque hoſtes propinquos audiuiſſet, conuocatis omnibus hæc ait:

Germani ad ſuos concio.

Quòd nemo veſtrûm, ô viri commilitones, de Imperatore queri, neque aliquam in rebus geſtis eius in vos culpam oſtendere poſſit, nullus eſt qui non fateatur. Ille vos agreſtes olim homines cum pera, & vna tantùm viliſſima veſte apud Byzantium congregatos taleis eſſe fecit, vt Romæorum res in veſtris nunc verſetur manibus.

Vt autem idem à vobis non ſolùm probrum ac contumeliam, ſed quæ ſunt omnium grauiſſima & maxima ſit paſſus, vos hoc tempore probè noſtis: quorum memoriam, vt ſeruare perpetuò poſſitis, omnium cauſas ac querelas dimiſit, tantum hoc ei officium præſtare vos rogans, vt ob talia verecundia pudoreque adficiamini: hac igitur ducti vos æquum fuerit priſtinam fidem reuocare, ac veterem iniuriam noua officij diligentia compenſare. Præteritorum nanque pœnitentia his qui errauerunt clementes reddere ſolet iniuriam paſſos. Officium enim tempore præſtitum ingratorum nomen mutare conſueuit. Illud autem vos videre oportet, vt ſi in præſenti negocio Imperatori fideles eritis, nullam præteritæ culpæ memoriam relinquetis: omnis enim actio ab hominibus ex ipſorum commutatione appellari debet: peccatum ſemel admiſſum nullo vnquam tempore efficies vt ſit infectum: quod autem bonis actionibus corrigitur, illis autoribus maximè fauet, priſtinamq; famam erroris obliuione ſempiterna reſtituit. Nam ſi hos execrabiles nunc, vt eſt æquum, deſpicitis, multis deinceps in bellis pro Romæis contra hoſtes alios vos fortitudinem ac animi alacritatem præſtaturos indicabitis, neque vnquam aliter feciſſe aut Imperatori aduerſos fuiſſe oſtendetis. Qui enim in his quæ admiſerunt retractando probantur, honeſtiſſimam præteritorum excuſationem præ ſe ferunt. Hæc itaque veſtrûm quilibet erga Imperatorem ſic cogitet. Quod autem ad me pertinet, ſcitis quemadmodum ego nullius memor iniuriæ vos nulla ex parte laceſſiuerim, quin potius omni beneuolentia proſequens in huiuſcemodi certamine conſtitui. Vnde habeo vos magnopere rogare, vt nemo veſtrûm mente diſſimulata contra hoſtes procurrat: quin ſi fortè adhuc ad illorum exercitum transfugere exoptat, ne conterur, nunc protinus ei cum omnibus armis liceat, hoc ſolum mihi gratificando, vt non clàm aut per inſidias, ſed apertè ſit iniuſtus: cuius rei gratia hæc ad vos verba non apud Carthaginem, ſed in acie ante hoſtem habui, vt nulli hoc facere volenti ſit aliquid impedimento, quin ab omni liber periculo tutus diſcedat. His à Germano dictis tumultus in caſtris Romæorum plurimus exoritur, ac quiſque pro ſe primus fidem beneuolentiamque ſuam erga Imperatorem duci monſtrare contendit, inſuper grauiſſimis adfirmare iuramentis. Aliquandiu igitur in acie ſtantibus, ac nullis vtrinque ſe mouentibus, quum hoſtes nihil prorſus earum rerum, quas Stozas prædixit iam contingere viderent, ſpeque ſe deceptos animaduerterent, protinus aciem deſerentes aufugiunt, ac ſe inter Numidas recipiunt, vbi eorum & vxores & bona ex præda erant. Huc paulo pòſt Germanus cum exercitu venit præparans quum alia optimè, tum currus immodicos ducens, aduerſarios eſt adſecutus ad oppidum, quod Calabaſtores Romæi appellant, ibique caſtra hoc modo collocauit. Currus in fronte conſtituens pedites apud eos poſuit, quibus Dominicus præerat, vt habentes in tuto humeros magis fiderent. Ex equitibus autem optimos atque fidiſſimos, quos è Conſtantinopoli adduxerat, peditibus dextrorſus poſitos ipſe regebat: alios autem omneis in cornu dextro non coniunctim, ſed diuiſim in tris maximè turmas conſtituit, quarum vni Ildiger, alteri Theodorus Cappadox, tertiæ omnibus maiori frater præerant. In hunc modum Romæi ordinati fuere. Aduerſariorum verò contrà ſtetere nullo quidem ordine, ſed more barbarico ſparſi. Hos Mauruſiorum millia multa non longe ſequebantur, quos quum alij multi, tum Iaudas & Ortaias ducebant, minimè quidem omnes his qui cum Stoza erant fidi, ſed plurimi cum Germano prius per nuncios conuenerant, poſtquam in rem præſentem veniſſent, partibus Imperatoris contra hoſtes apertè dimicarent. Quibus Germanus omnino non credidit, vt quòd infidum genus Mauruſiorum

Magnanimitas Germani.

in omnes ſit homines: cuius rei gratia cum alijs ſeditioſis in exercitu ſimul non erant, ſed ponè ſequentes planè belli euentum expectabant, vt vnà cum victoribus victos inſequerentur. Stozas autem prope inimicos conſiſtens, vbi ſignum Germani vidit, ſuos adhortans in eum proceſſit. Eruli verò qui cum eo erant minimè ſecuti ſunt, omnino dubitantes in dextro cornu ſibi oppoſitos hoſtes ſi incurrerent, minimè ſe poſſe tolerare. At reliquorum tantus fuit impetus, vt Romæos terga ſtatim vertere cogerent, quidam & contra pedites incurrerent, qui iam ordinem deſerere cœperunt. Inter hæc Germanus enſem ſtrictum ſupra fugientium capita intentans multo labore eos, qui circa ſe ſunt, ſiſtit, ac rurſus in hoſtes conuertit, curſuque ipſe demum in Stozam contendit. quo facto & ipſe & qui circa Ildigerem & Theodorum erant, ita cum hoſtibus ſunt confuſi, vt inimici perſequentes in turba multos è ſuis interficerent. Commixta igitur multitudine, qui circa Germanum erant retroeuntes etiam magis pugnæ incumbebant, ac hoſtes in multam formidinem incidentes non amplius fortiter egerunt. Neutri enim ſatis perſpicui aut noti ne quidem ſibi ipſis, neque inter ſe fuere, vna enim voce, vnoque armaturæ genere omnes vtebantur, neque ſpecie aliqua, aut figura aut vlla re alia inter ſe diſtincti. Quamobrem ex Germani ſententia Imperatoris milites vbicunque comprehenderentur interrogati quicunque eſſent, ſi quis ſe Germani militem eſſe dixerit, omnino Germani ſignum dicere iubebat: hoc autem dicere nullatenus habentem ſtatim interficiebant. In hoc autem labore quidam ex hoſtibus latens equum Germani interfecit. Ex quo ille cadens in maximum venit vitæ diſcrimen, niſi equites haſtati celeriter occurrentes eum ſeruaſſent, ac rurſus alium obtuliſſent equum. Stozas igitur in hoc tumultu cum paucis quibuſdam fugam tentauit. Germanus verò ſuos hortatus rectà in aduerſariorum caſtra erumpit. Hic illi qui valli cuſtodiæ adhibiti erant, occurrunt, pugnaque ad ipſum ingreſſum atroci facta, pauloque pòſt & reliqui hoſtes ſuperuenientes, Germanum cum ſuis repellunt: at ille è ſuis nonnullos aliam caſtrorum partem tentare iubet. Hi quum imperata feciſſent, ac nullum offenderent reſiſtentem, intra munitiones nullo labore ingrediuntur, quòd hoſtes videntes fugam adripiunt. At Germanus ex alia parte cum reliquo exercitu in vallum irrumpit. Hic milites tantum prædæ vacantes ac hoſtes omnino ſpernentes, nec duci admonenti audientes ob auaritiam fuere: quamobrem Germanus hoſtium rurſus contentionem moturus, ipſe cum paucis valli ingreſſum tuetur, quærens ſimul atque obteſtans eorum temeritatem, in ordinem reducere minimè auſcultantes fruſtrà nitebatur. Mauruſiorum interim multi hac facta conuerſione hoſtes ſunt perſecuti, ac Imperatoris partibus ſtudentes ſimul caſtra cum cæteris prædabantur. Stozas verò qui ab initio Mauruſiorum exercitui maximè confidebat, vt inimicos repelleret ad eos auxilij gratia adequitat, vtque rem ſenſijt quomodo ſe haberet, cum hominibus centum vix aufugit. Rurſus igitur plures ad ipſum congregati ad manus iterum cum hoſte venire tentauerunt: repulſi rurſus nihil minus quàm prius, ſi non magis, ad Germanum omnes transfugerunt. Solus autem Stozas cum Vandilis quibuſdam ad Mauritanos ſe recepit, ibique cuiuſdam viri principis filia in matrimonium ducta remanſit. Et militum quidem ſeditio hunc finem habuit. Erat autem quidam inter Theodori Cappadocis haſtatos equites nomine Maximinus, magnopere improbus. Hic militum plures ſecum iuratos ad conſpirationem habens tyrannidem inuadere decreuerat, pluresq; ſibi etiam alios adiunxit, conſilium quũ alijs tum Aſclepiadi communicauit. Is è Paleſtina aduenerat bono genere natus, ac imprimis Theodoro fidiſſimus: quapropter rem ei, deinde Germano

Germanus fugam fuerũ ſiſtit.

Hoſtium caſtra expugnantur.

Maximinus tyrannus.

mano retexit: at hic quum priora facta minimè adhuc compoſuiſſet, aliam
exacerbatis rebus addere turbationem nequaquam tutum exiſtimans,
blanditijs potius eum & honore lenire, quàm aliqua pœna mulctare quæ-
rebat. Itaque iureiurando eum prçueniens Romæorum Impetatori autora-
re conatus eſt, quum nullum equitem haſtatum fieri mos eſſet, niſi qui prius
ſeſe iuramento ac fidem ſuam ipſi duci, ac eidem Imperatori obligaſſet: hac
ſumpta occaſione Maximinum vt virum fidiſſimum laudauit, ſimulq; ad or-
dines promouit, equitemque ſuum conſtituit. Is hoc honore accepto lætior
factus, faciliorem viam ad ea quę cogitauerat ſibi datam exiſtimando, fidem
ab eo expetitam iureiurando firmauit: quā protinus irritam fecit, multo ma-
gis tyrannidi iam animo cōceptę inuigilando. Eodem fortè tempore quod-
dam ciuitas feſtum celebrabat, multique ex Maximini coniuratis ſub pran-
dij horam officij gratia ad palatium conuenerunt, quò Germanus ſui ſtudio-
ſos ſimul & Maximinum inuitauerat. Duces igitur quum accumberent om- *Maximinus ca-*
nes, ecce quidam Germano nunciat, plures nullo ordine ante ianuam ſtan- *pitur, et punitur*
tes queri ſtipendium iam longi temporis Imperatorem eis debere. Germa-
nus verò equitibus ei fidiſſimis iuſſit, Maximinum in cuſtodia tenerent, nihil
ei rei geſtæ retegendo. Tunc verò coniurati qui aderant ei ſtudentes proti-
nus minis multis ac tumultu ad Hippodromum currunt, ibique ab his, qui
parati erant, partim interfecti, partim capti ad Germanumque ducti ſunt.
At qui ad Hippodromum minimè properauerunt, ſeſe nequaquam prodi-
tionis conſcios monſtrauere. Germanus autem à cæteris quidem vlterius
exquirere ſuperſedit, tantùm Maximinum interrgauit, an poſtquam iuraſſet
ſe in officio permanſurum, vltra inſidijs etiam tenderet: fatentemq; ſe poſt-
quam inter equites eius acceptus fuiſſet, magis adhuc tyrannidi ſtuduiſſe,
prope ciuitatis mœnia palo infixit: ſic itaque ſeditio diſſoluta, Maximinique
proditio hunc habuit finem. Germanus igitur poſt hæc vnà cum Symmacho
& Dominico à Iuſtiniano annum iam Imperij tertium ac decimum agente *XIII annus*
reuocatus, Salomon rurſus rerum ſummam in Aphrica permiſit, exercitum *imp. Iuſtiniani.*
ei tradens, ducesque quum alios tum Leontium Zaunæ Pharcſmanis & Io-
annem Siſinij filios. Martinus enim & Valerianus iam antea Byzantium re-
uocati fueraut. Salomon igitur Carthaginem adnauigans, ac omni ſeditione *Salomon iterum*
liberatus æquum ſe geſſit, ac Aphricam diligenter cuſtodijt ornans ac in- *Aphricæ præeſt.*
ſtituens exercitū: tum ſi quos ſuſpectos repperit, Byzantium ad Beliſarium
mittens, tyrones autem in illorum ſurrogāt locum. Vandilos quoq; relictos
ſimul cum omnibus eorum vxoribus ac mulieribus ex omni Aphrica diſ-
pulit. Ciuitates inſuper omneis mœnibus cingens, ac leges diligentiſſimè
cuſtodiens rempublicam magnopere conſeruauit. Fuitque Aphrica ſub
illo in prouentibus potens, & in reliquis rebus feliciſſima. Poſtquam vero
cuncta probè diſpoſuerat, contra Iaudam & Maurufios, qui erant in Auraſio
monte rurſus expeditionem ſumpſit: ac primùm quidem Gontharim vnum
è ſuis equitibus virum fortiſſimum cum exercitus parte mittit. Is ad Abigan
fluuium circa Bagaſim deſertam ciuitatem caſtra poſuit: hic cum hoſte con-
currit, ac prælio victus ſe intra munitiones recipiens à Mauruſijs obſidio-
ne premebatur. Poſtquam verò Salomon cum toto exercitu veniens longe
ſtadijs lx à caſtris Gontharis caſtrametatus vallo locum munijt, vbi de clade
Gontharis, quæ cōtigiſſent, audiuit, exercitus partem miſit, ac bono eſſe ani- *Sud. ſuxxde.*
mo, rurſusq; cum hoſte concurrere iuſſit. Mauruſij autem bello ſuperiores
facti, vti ſuprà narratur, hæc egerunt. Abigas amnis ex Auraſio monte in *De Abiga fluuio.*
campum fluit, terramque irrigat quantam, ac eo modo quo illius accolæ
voluerint. Hi enim huius defluxum circumducunt, quando ac vbi profu-
turum ſibi videant. Nam in hoc campo frequentes inſunt rupes & anfractus,

in quos Abigas deductus ac ſciſſus proruens ſub terram fertur, rurſusque ſuprà alibi apparet fluens. Hoc quum ſæpe in hoc campo eueniat, in accolarum poteſtate ſitum eſt, quò nam modo aquis huius fluminis vti velint, an aggere ipſum obturare, an rurſus recludere. Igitur Maurufij tunc anfractus huiuſcemodi aperientes totam fluminis inundationem in caſtra Romæorum dimiſerunt. Ex quo palus profunda & impenetrabilis facta eos maximè adflixit ac in animi anxietatem deduxit. Quod vbi Salomon audiuit, celeriter eò proficiſcitur. barbari ſubitò illius aduentu terrefacti, ad Aurafij radices ſe recipientes in loco, quem Faboſim vocant, caſtra poſuere.

Geſta contra Iaudam. At Salomon cum exercitu huc contendens ad manus cum hoſte venit, victorque eos in fugam conuertit: ac ex illo Maurufij cum Romæis concurrere haud tutum ſibi, nec iam amplius eos ſuperare poſſe putauere: tantùm in Auraſio monte ſpes erat, quòd Romæos ob loci iniquitatem non diu moram toleraturos, indeque citò ſicut prius diſceſſuros exiſtimabant. Multi verò ex eis ad Mauritanos, ac ad Aurafij partem, quæ meridiem ſpectat, ſe contulere. Iaudas verò cum Maurufiorum duobus millibus in hoc monte manſit. Erat autem Zerbules quidam nomine, qui arcem in Auraſio ædificabat, in quam Iaudas cum omnibus Maurufijs eſt ingreſſus. Salomon autem terere tempus in obſidione minimè volens, vbi audiuit apud Tamugadam ciuitatem campum iam frugibus maturis abundantem eſſe, eò exercitum duxit, ibique moram faciens agrum populabatur, in Zerbulis arcem rurſus triticum omne relaturus. Dum hæc Romæi agebant, Iaudas relictis arcis præſidio nonnullis Maurufijs, quibus maximè confidebat, ipſe cum reliquo exercitu in Aurafij cacumen aſcendit, vt ſi fortè expugnaretur, huc ſe reciperet, locumque muniens præruptum, ac ſub arduis petris latentem Tumar nomine, hîc conſtitit. *Iaudas in Tumar ſeſe cõcludit* Barbari verò præſidio relicti, quum obſidioni reſiſtere non poſſe ſperarent, ducibus præſertim ſublatis, euefugio arcem relinquere cogitabant. Clam igitur hoſtibus omnes ſilentio fugam adripuerunt. Romæi autem qui eadem ferè die obſidione relicta diſcedere parabant, poſtquam in mœnibus nullus apparuit hoſtis, admirati inter ſe plurimum hæſitabant: auſi demum vlterius ire portam paruam vnde illi egreſſi fuere, apertam offendunt: intrantes itaque omnia deprædantur, perſequi autem eos, quòd leuis eſſent armaturę, ac regionis peritiſſimi minimè viſum, cuſtodes tantùm arci dimittentes pedibus omnes altius aſcendere cœperunt, vſquequo Tumar peruenirent, locum vbi ſe tanquam in carcere inimici cluſerunt, propiusque caſtra mouentes in loco iniquo & prærupto vbi nihil penitus aquæ aut alicuius rei neceſſariæ nec erat, nec eſſe ſperabatur. Longiuſculo autem tempore hîc cõſumpto, quum Romęi & ipſi quoque aquæ penuria preſſi laborarent, Salomon vt diligentem adhiberet cuſtodiam inopiamque ſuſtentaret, ſingulis diebus calicem tantùm cuilibet militum diſtribuebat: quos vbi vidit ægreferre, nec diutius hanc victus duritatem pati poſſe, iam non vltra morari, ac prope caſtellum pugnam tentare conſtituens, ſic eos eſt adhortatus.

Salomonis ad milites oratio. Poſtquam Romæis Deus dedit apud Auraſium Maurufios expugnare, rem quidem arduam, & his qui hactenus per nos facta non viderunt penitus incredibilem, neceſſarium & vos priſtinam adſumentes virtutem diuinæ gratiæ munus minimè contemnere: ſed audacia qua ſoletis inſtando, tum periculum ſubeundo, ex rerum præteritarum felicitate futuram auſpicamini victoriam: rerum enim humanarum momenta in occaſionis perceptione conſiſtunt. Nam ſi quis per ignauiam fortunam paratam neglexerit, ſi ſua culpa ab ea deſeratur, nequaquam illam, ſed ſeipſum accuſet. Maurufiorum nunc cernitis debilitatem, caſtellumque vbi ſe ad defenſionem incluſerunt omnibus

nibus deſtitutum neceſſarijs. Vobis autem alterum è duobus deliberãdum, vel obſidioni patienter inſtantes hoſtium deditionē expectare, vel eam omnino deſpicientes cum noſtro periculo victoriam nobis paratam deſpicere. Sed quanto magis contra Barbaros armis experiri præſtabit, ac ſine periculo fuerit? quos profectò fame iam abſumptos nunquam ad manus vobiſcum venturos putauerim. Quæ quidem diligentius euoluentes imperata vos prompto decet animo facere. His igitur Salomon dictis veſtigare cœpit, vnde commodior ad irruptionem via daretur. Nam animo valde hæſitabat quà nam prius aggrederetur, quum vndique prærupta eſſent. Hæc meditanti iter fortuna protinus oſtendit. Gezon erat nomine quidam inter pedites eius ordinis quos Optios Romæi appellãt, qui ſiue ioco ſiue ſerio, ſeu etiam diuinitùs inſtigatus contra inimicos ire viſus, ſolus aſcendit, pauloq́ue poſt haud longè nonnulli ex alijs militibus ſecuti hoc factum audax admirabantur. Tres autem Mauruſij qui ingreſſum cuſtodiebant ſuſpicantes aduerſos eos venire, curſu ire contrà feſtinant, vt in anguſto loco ſine ordine quiſque ſolus per ſe properabant. quumq́ue primus fortè caderet à Romæo ſtatim data occaſione occiditur: reliqui qui ponè ſequebantur hoc animaduertentes multo tumultu ac clamore in hoſtes incurrunt. vbi autem Romæus exercitus omnis hæc vidit, ducem minus expectantes qui iter monſtraret, neque tubæ ſonitum, vt eſt de more in pugnę congreſſu, neque ordinem ſeruantes, ſed clamore multo vtentes, ac ſe inuicem excitantes in hoſtes impetum faciunt. Hic primum Rufinus & Leontius Zaunæ Pharegmanis virtutis præclara facinora contra inimicos oſtenderunt: quibus Mauruſij perterriti, poſtquam cuſtodes interijſſe didicerunt, ſtatim quà cuique via dabatur ſe conuertunt, ac eorum plerique in locis anguſtis deprenſi interficiebantur. Ipſe autem Iaudas iaculo crus ſauciatus nihilominus fugit, ſeq́ue in Mauritanos recepit. Romæi autem caſtra inimicorum diripientes Auraſium relinquere ex re fore minimè putabant. Sed hanc Salomon arcem ab ſe reconcinnari iuſſam cuſtodiendam mandauit, ne rurſus Mauruſijs ad res nouas hue aditus eſſet. Eſt autem quoddam in Auraſio ſaxum abruptum, Petra Geminiani ab accolis vocata, ex alta crepidine emergens, vbi breuem turrem priſci vt refugium eſſet loci illius natura iniqui ædificauerũt. Hic Iaudas paucis ante diebus opes omneis ſimul cum fœminis collocauit, cuſtodemq́ue vnum Mauruſium ſenem theſauri adhibens, quò tantum hoſtes nunquam peruenturos ſuſpicabatur, neque vi vllo tempore hanc turrim expugnaturos. At Romæis difficultates Auraſij omnes ſuperantibus, quum quidam ex exercitu miles quaſi per iocum turrim aſcendere primus cœpiſſet, à mulieribus ac ſene illo velut inſanus, & rem longè duram aggreſſus irridebatur. At ille manibus pedibusq́ue paulatim adnitendo emergens, ac enſem educens ſeni protinus ceruicem amputauit. Milites autem reliqui alacres atque confidentes inter ſe iuuando inuicem omnes conſcenderunt, fœminasq́ue ac theſaurum maximũ inde rapiunt, ex quo Salomon multas poſtea ciuitates in Aphrica mœnibus reſtituit. Mauruſij poſtquam è Numidia ſuperati, vti ſupra narratur, refugientes Zeben regionem petierunt, quæ ſupra montem Auraſium eſt ad Mauritaniam pertinens, Sitiphen metropolim habens Romæorum imperio tributariam. Mauritaniæ verò alterius Cæſarea caput eſt, vbi omnia ſimiliter oppida vectigalia facta, præter ipſius caput Cæſaream à Beliſario Romæis immunem ſeruatam, quam ipſi nauibus adeunt, quum terreſtri itinere nequeant. In hac igitur Mauruſij regione conſedere, ac ex illo Aphri omnes Romæis obtemperant, pace certa vtentes, ac ſub Salomonis quidem viri ſapientis ac modeſti magiſtratu nihil mente hoſtile retinentes, viſi ſunt omnium hominum feliciſſimi. Quarto autem pòſt anno omnia bona in

Optiones apud Romanos.

Iaudæ theſaurus in turri capitur.

mala eis conuerſa fortunæ commutatione contigerunt. Nam anno Iuſtiniani quartodecimo* Curtius & Sergius Bacchi Salomonis fratris filij ab Imperatore ad regendas in Aphrica ciuitates miſſi, alter ſenior Pentapolim, Tripolim verò Sergius. Mauruſij verò Leuchatæ appellati, cum magno exercitu in vrbem Leptim magnam vicinam venientes palam dicebant, hac de cauſa profectos eſſe, vt digna dona eiſque debita dando pacem firmarent. Sergius verò à Pudentio perſuaſus viro Tripolitano, cuius ſuprà memini, vt ab initio Vandilici belli Iuſtiniano contra ipſos Vandilos militantis, lxx. barbaros & maximè probatos in ciuitate receptos, etiam conuiuio humaniter adhibuit, cuncta ſe promittens poſtulata præſtare, alios verò in ſuburbano manere iuſſit. Hos autem dicunt barbaros mente doloſa in vrbem veniſſe, vt Sergium per inſidias interficerent. poſtquam verò cum ipſo in colloquium venerunt, quum alia Romæos expoſtulaſſe, tum ſegetes agrosq; ab ipſis contra ius faſque populatos. Quæ Sergius ſpernens è loco ſurgens in quo ſedebat, inde diſcedere voluit: tunc quidam ex illis chlamyde ipſius adſumpta eum retinere tentauit. Hinc reliqui in tumultum excitati inſurgunt, ipſumque circumſiſtunt: quidam verò è Sergij equitibus enſem educens hunc Mauruſium interfecit, & ex illo magna in tota domo turbatione exorta, equites Sergij barbaros omneis interfecere. Vnuſque ex eis vt cæteros interemptos vidit, è conclaui clam omnibus ſubterfugiens ad ſuos Mauruſios ocyus contendit, hiſque omnia quæ contigerunt narrat. Illi hæc audientes ilico ad caſtra propria concurrunt, cæteriſque ſe iungentes contra Romæos adcingũt. Quibus Leptim magnam venientibus Sergius & Pudentius cum toto exercitu obuiam fiunt. Pugna verò commiſſa, primùm Romæi victores apparuerunt, multumque hoſtium interemere, ac eorum caſtra diripientes ſimul vxores & liberos, omnemque gazam adripuerunt. Poſtremò Pudentius viribus temere confiſus reijcitur. Sergius autem cum toto exercitu Leptim magnam ſe recepit. Breui poſt tempore barbari maiore expeditione contra Romæos veniunt. Sergius autem ad Salomonem confugit, vt & ipſe maiore exercitu contra hoſtes veniat, vbi & Cyrum fratrem repperit. Barbari in Byzacium excurrentes plurimum locorum vicinorum ſunt populati. Antalas autem, cuius ſuprà mentionem feci, vt in officio erga Romęos perſeuerantis ac propterea ſolius apud Byzacium Mauruſios regentis, iam Salomoni bellum inferebat, quod frumenta quibus Imperator ea diſtribuit abſtulerat, ac eius deinde fratrem occiderat, quamobrem apud Byzacenos tumultum excitauit, & cum Leucathis ſocietate inita, contra Salomonem & Carthaginem dux fuit. Salomon autem vbi hæc reſciuit, cum toto exercitu contra eum ire pergit, antequam omnia apud Baſtem ciuitatem ſex dierum iter à Carthagine diſtãtem caſtra poſuit. Ipſeque cum Bacchi fratris filijs Cyro & Sergio, & Salomone iuniore metuens barbarorum multitudinis impetum, ad præfectos Leucatharum mittit conqueſtum, quòd in Romæorum fœdere exiſtentes arma contra eos corripuiſſent, pacem autem rogans inter eos ſeruari, grauiſſima eſt iuramenta præſtare pollicitus, quòd obliuione præteritorum ſempiterna in eos vteretur. Barbari verò irridentes, dixerunt ſemel eos quidem prius iuraſſe per ſua ſacra, quæ euangelia dicuntur, deinde Sergium his credentibus exitium intuliſſe: velle igitur ſe experiri quas nam vires huiuſcemodi ſacra in periuros habeant, vtrinque in certamen euntibus, vt & ipſis deinceps illis firmiter credentibus perpetuò pacem ineant. Hæc Salomon audiens ad pugnam ſe parauit: poſtero verò die cum hoſtium parte quadam prædam maximam agente congrediens in prælio ſuperauit, prædam verò eis ablatam ſeruauit, ſuccenſentibuſque militibus, ac palàm vociferantibus eis ſpolia non impartiri, ait finem belli ſe expectare, vt tunc omnia ſimul cuiq;

pro

XIIII annus Iuſtiniani.

* *rellius, Cyrus.*

Salomonis interitus.

pro dignitate ac virtute diſtribuat. Poſtquam verò rurſus barbari cum toto exercitu in pugnam ruerunt, Romæi quidam certamen detrectantes aciem deſeruere. Reliqui item citra animi alacritatem ſegnes ac pigri concurrerũt. ac primo quidem anceps prælium fuit, deinde magna Mauruſiorum ſuperueniente multitudine, plures Romæorum fugerunt. Salomon verò & qui cum eo erant nõnulli, aliquandiu oppugnati reſtitere: poſtremò inſtantibus hoſtibus, & ipſi certatim fugientes ad riui cuiuſdam prope fluentis alueum venerunt. hic equo laborante Salomon in terram cecidit, equites verò ſtatim adcurrentes eundem ſemifractum ac languentem vixque habenas ſuſtinere valentem equo reſtituunt: quem protinus barbari comprendentes ſimul cum equitibus pluribus interfecere. Hic Salomonis finis. Quo extincto, Sergius eius fratris filius Iuſtiniani mandato Aphricæ præfecturæ ſucceſſit, qui calamitatis plurimæ cauſa Aphrorum generi fuit. Omnes enim eius adminiſtrationem ægrè tolerantes detrectabant, quòd & natura valde imprudens eſſet, ſimulque iuuenis, tum moribus faſtuoſiſſimus cũctorum eſſet hominum, vt & magiſtratus ipſos etiam deſpiceret, nulloque in honore haberet, diuitijs autem ac potentia continuò abutebatur. Quamobrem omnes eum odio perſequebantur, milites imprimis vt mollem & effœminatum. Aphri verò ex eadem cauſa, tum etiam quòd & fœminas & opes eorum omni libidine ſectaretur: ſed omnium maximè Ioannes Siſinij eius impotentiam moleſtè ferebat, qui vir fortiſſimus, & virtute bellica præſtans, ſub ignauo eſſe duce dolebat, quamobrem nec ipſe neque vllus omnino arma contra hoſtes ſumere volebat. Tunc item Antalas Iuſtiniano principi literas in hæc verba ſcripſit: Seruus eſſe tui imperij nunquam ipſe negauerim. Mauruſij tamen qui erant in fœdere, à Salomone intoleranda indignaque paſſi nuper arma ſumere coacti ſunt, non quidem te ſed inimicum ſuum petentes. Ego quoque inter cæteros maximè laceſsitus, quem ipſe nõ ſolum cibarijs, quæ mihi pauloante Beliſarius tuque dediſti, priuauit: ſed fratrem meum à quo nullum acceperat incommodum interfecit. Pœnas igitur de eo qui nos adfecit iniurijs ſumpſimus. Nunc verò ſi Mauruſios tibi ſubditos eſſe ac in officio ſolito perſeuerare cupis, Sergium hũc ex hac regione reuoca, alium in illius locum ſufficiendo. Non enim tibi viri ſapientes ac eo longè digniores deerunt quos huc mittas. Donec enim iſte tuo præerit exercitui, mirum profectò fiet ſi Romæos inter ac Mauruſios pax vnquam interueniat. Hæc ab Antala ſcripta quum Imperator legiſſet, ac omnium cauſam malorum Sergij maleuolentiam eſſe cognouiſſet, non tamen eum à magiſtratu remouere voluit, Salomonis bene de republica meriti non ſolum virtutem, ſed recentis memoriam mortis pro Romæis venerans. Et hæc quidem ſic ſe habuere. Salomon autem iunior Sergij frater, putatus vna cum patruo in acie cecidiſſe, iam & ab alijs & à fratre negligebatur. nemo enim eum certamini ſuperſtitẽ exiſtimabat. Nam Mauruſij, qui eum ceperant valde iuuenẽ, interrogauerunt qui nam eſſet. Ille ſe Vandilum genere dixit Salomonis ſeruum, habere autem amicum quendam medicum Pagaſium nomine, in vrbe Laribo prope exiſtente, qui ipſum libenter dato precio mercaretur. Mauruſij vero prope mœnia ciuitatis adcedentes Pagaſium vocant, eique Salomonem oſtendentes ſciſcitantur, ſi hunc emiſſe ex voluptate ſit: profitentique ſe quinquaginta aureis illum empturum continuo reddiderunt: vbi autem ille intra mœnia fuit, Mauruſios vt ab adoleſcentulo deceptos irridebat, ac ſeſe Bacchi filium Salomonis ex fratre nepotem eſſe manifeſtauit. Mauruſij hac deceptione mœſti & attoniti remanentes, quòd tale pignus & Sergij & Romæorum apud ſe habentes per ignauiam ſegniter amiſerunt, Laribum obſidione cingunt, vt Salomonem ſimul cum vrbe deleant.

Sergius Aphricæ præficitur inuenis malus.

Antalæ ad Iuſtinianum epiſtola

Iuſtinianus Sergium non remouet ab officio.

Salomonis verſutia.

Oppidani barbarorum vaſtationem horrentes, præſertim quòd neceſſaria in vrbem non inuexerant, ad colloquium cum hoſte veniunt, pecuniæ vim magnam pollicentes vt inde diſcederent. Illi autem quum nullis viribus expugnare vrbem poſſe exiſtimarent, quòd maximè Mauruſij expugnādi mœnia nunquam adſueti eſſent, tum vſui neceſſaria ac commeatus prohibere neſcirent, conditionem non refellunt. Itaque tribus aureorum millibus acceptis, ſtatim obſidionem ſoluunt, ac Leucathæ domum cuncti ſe receperūt. Antalas autem ac Mauruſiorum exercitus rurſus apud Byzacium congregati, cum quibus Stozas erat, milites quidem paucos ac Vandilos habens. Ioannes autem Siſinij Aphris maximè rogantibus cum exercitu delecto contra ipſos proficiſcitur. Aderat Imerius Thrax, qui militibus apud Byzacium præerat, quem Ioannes iuſſit cum omnibus qui ibi eſſent collecti, cumque ſuis ducibus in oppidum Menepheſſam venire, quod eſt in Byzacio, vti ſimul cōiungerentur. Poſtea verò audiens hic hoſtes caſtra poſuiſſe, Imerium de his quæ contigerant certiorem facit, vt alibi coniungerentur, nec ſigillatim ſed ſimul omnes hoſtibus occurrant. ſorte quadam accidit vt nūcius qui literas ferebat alia vtens via nuſquam Imerium repperiret, ſed in manus hoſtium incideret, ac ad eorum caſtra duceretur. Erat quoque in Romæorum exercitu iuuenis quidam Seuerianus Aſiatici filius, Phœnix Emeſenus genere, qui equitibus præerat. Is cum ſuis tantùm numero quinquaginta exiſtentibus cum hoſte ad manus venit: qui aliquandiu reſiſtens, tandem à multitudine ſuperatus, in vicinum montem ſe recepit, vbi caſtellum non ſatis munitū erat, quapropter facilè id expugnantibus ſe cum omnibus dedidit, quorum nullum interfecerunt, Imerium tantùm in cuſtodia habuerunt, reliquos milites Stozæ tradiderunt, ſeſe in fide permanſuros, ac contra Romæos omnibus viribus pugnaturos pollicentes. Imerium omnino de medio tollere, niſi iuſſa faceret minati ſunt. Iuſſere autem vt ciuitatem maritimam Adrametum eis quodam fraudis machinamento ac ſtratagemate traderet. Se verò omnia facturum recipientem Adrametum ducunt, ac prope vrbem exiſtentes ipſi ponè ſequebantur. Imerium verò paulo ante præcedere Mauruſios vinctos tenentem iubent, ac portarum cuſtodibus dicere Imperatoris exercitū omnino viciſſe, venireque iamiam Ioannem cum Mauruſiorum captiuorum multitudine. Adrameteni hoc modo decepti (neque enim ductori militum qui erant apud Byzacium non credere fas videbatur) portas aperientes hoſtes receperunt. Tunc ſimul cum Imerio omnes ingreſſi, cuſtodes portis ſubito ponere non eſt viſum, donec omnem prius corriperent ciuitatem. Barbari igitur cuncta prædati, cuſtodes paucos portis relinquentes diſceſſerunt, è Romanis verò nonnulli captiui fugientes Carthaginem venerūt, inter quos Seuerianus & Imerius fuere. Nec enim è Mauruſijs transfugere volentibus difficile fuit, quum multi cum Stoza voluntarij manerent. Mauruſij verò ac Stozas cum his qui eum ſequebantur hæc audientes, ab initio quidem extimuerunt, ac in extremas Aphricæ partes fugerunt. Poſtquam verò rei veritatem acceperunt, grauiſſima moliti ſunt, ſe reputantes quòd hæc ab Adramitenis paterentur, quibus ipſi peperciſſent. Quapropter vbique per Aphricam cædes Aphrorum facere iuſſerunt, nulli neque ætati neque ſexui parcentes, ex quo tempore regio ipſa deſolata orbataque hominibus ex magna parte fuit. Nam Aphrorum qui ſupererant, aliqui in vrbes quaqua verſus ac in Siciliam reliquaſque inſulas fugerunt: ſed nobilitas ferè omnis Byzantium migrauit, inter quos & Paulus fuit, qui Adrametum Imperatori reſtituit. At Mauruſij nullis iam ob metum reſiſtentibus omnia diripuere, cum quibus & Stozas erat, iam tunc in potentia, quem Romæi multi ſequebantur, partim transfugæ, partim ab initio captiui ducti voluntarij remanentes. Iones

tes autem, cuius mentionem in Mauruſijs feci, Sergio aduerſatus maximè quieſcebat. Inter hæc Imperator alium in Aphrica ducem Areobindum virum ſenatorium & optimo genere natum, ſed rei militaris minimè peritum, & cum eo Athanaſium magiſtrum equitum nuper ex Italia profectum miſit, præterea Armenios quoſdam quibus Artabanes & Ioannes Ioannis filij genere Arſacidæ præerant. Hi nuper Perſarum exercitum relinquentes, ad Romæos vnà cum alijs Armenijs transfugerunt. Erat cum Areobindo & ſoror & vxor * Preiecta Biglentiæ filia Iuſtiniani imperatoris ſororis. Nec tamen Sergium amouit, ſed ipſum & Areobindum prætores eſſe mandauit. Amboſque delectum in tota regione militum habere, & Sergio quidem bellum in Numidia contra barbaros decernere, Areobindo autem continuo cum Mauruſijs in Byzacio pugnare iuſſit: quumque claſſis cum his viris Carthaginem veniſſet, Sergius eueſtigio cum ſuo exercitu contra Numidas proficiſcitur. Areobindus autem vbi accepit Antalam ac Stozam circa ciuitatem Sicaueneriam trium iter dierum à Carthagine diſtantem caſtra habere, Ioannem Siſinij contra ipſos ire iuſſit cum delectis qui eſſent in exercitu fortiſſimi: Sergio item ſcripſit cum his qui cum Ioanne erant ſe coniungeret, vt ſimul omnes hoſtibus occurrerent: quumque mandatum neglexiſſent, coactus eſt Ioannes parua manu cum magna hoſtium multitudine prælio congredi. erat nanque illi cum Stoza vetus inimicitia. Vterque igitur alterutrum inuicem interfecturus currebat. Ioannes ante arcum ſedens Stozam prodeuntem in dextro inguine transfixit. Ille ſtatim humo ſemianimis concidit ſcutum minimè deſerendo, paucis poſt diebus ex eodem vulnere extinctus eſt. Omnes itaque qui eum ſequebantur ſimul cum Mauruſiorum exercitu eum quamprimum ſauciatum è prælio trahentes, ſub arbore quadam poſuerunt, ac in hoſtes animo ingenti properantes, Ioannem Romæoſque omneis vt numero longè ſuperiores, nullo negocio in fugam verterũt. Tunc Ioannem dixiſſe ferunt, ſe libenter mori ſi contingeret, quando maximi ſam voti compos factus eſſet: nec mora, quum locus hic eſſet præceps, ex equo iam feſſo ac ruente cecidit: in quem rurſus inſilire conatus, ac ab hoſtibus deprenſus interficitur, vir & gloria & virtute admodum magnus. Quòd audiens Stozas, ſtatim ex vulnere deceſſit, dicens ei mortem dulciſſimam fore. In hac item pugna Ioannes Armenius Artabanis frater cecidit, facinora in hoſtes pulcherrima oſtendens. Hæc Iuſtinianus audiens, ac inutile putans duorum imperio ducum res adminiſtrari, Sergium ſtatim reuocans in Italiam cum exercitu mittit, Areobindo totius Aphricæ curam delegauit. Gontharis autem duobus poſt menſibus quàm Sergius inde diſcederet, tyrannidi ſtudebat hoc modo. Quum in Numidia militibus præeſſet, clam cum Mauruſijs egit vt Carthaginem verſus excurrerent. Illi confeſtim ex Numidia & Byzacio hoſtium exercitu collecto, eandem certatim inuadunt. Ducebat autem Numidas Cuzinas & Iaudas, Byzacenos verò Antalas: conuenit quoque vnà Ioannes tyrannus, quem ſeditioſi defuncto Stoza ducem ſibi conſtituerunt. Noſcens autem Areobindus hoſtium irruptionem, quum alios ductores eorumque ſequaces, tum Gontharim Carthaginem mittit. Aderat & ei Artabanes cum Armenijs. Areobindus itaque Gontharim cum toto exercitu contra hoſtes ire iuſſit. Ille verò cuncta in bello obire diligentiſſimè ſe recepit ac præſtitit, & vnum è ſeruis Mauruſium genere, arte cocum ad hoſtium caſtra ire iuſſit, ac palàm ſe fugitiuum ſimulare, clam verò Antalæ dicere, Gontharis Aphricæ imperium tecum communicare quærit. Is imperata quum feciſſet, Antalas libenter hoc audiens reſpondit, Non ſolere hoc negociorum genus per ſeruos tractari. Hæc vbi Gontharis accepit, vnum ex militibus Vlitheum nomine, quo maximè fidiſſimo vtebatur, ad

Areobindus in Aphricam mittitur.

* *infra, Priiecta.*

Stozas a Ioanne Siſinij filio interficitur.

Ioannes itidem interficitur.

Gontharis adfectat tyrãnidem.

Antalam ſtatim miſit hortatum, vt propius Carthaginem accederet. Vlitheus itaque clam cæteris barbaris Antalam conueniens ei conſilium Gontharidis de cæde Areobindi communicat, perſuadetque vt ipſe apud Byzacium imperaret, medietatemque pecuniarum Areobindi haberet, ac mille & quingentos milites Romæos cum eo ducat, vti Gontharis Carthaginis reliquæque Aphricæ imperium teneat. Hæc vbi fecit in Romæorum rediit caſtra, quæ circum omnia vallo munita cuſtodias ſingulis habebant portis. Barbari autem haud multo poſt rectà Carthaginem tendunt, apud Decimum caſtra metantes. Inde poſtera die vlterius proceſſerunt, quibus nonnulli ex Romæorum exercitu ex improuiſo occurrentes pugna cōſerta, Mauruſios aliquot interfecerunt: eos nanque Gontharis dolo vocauerat, vt imprudenter audētes in manifeſtum periculum compelleret. Inter hæc Areobindus Cuzinam per nuncios clam ad proditionem ſollicitat. At ille pollicitus poſtquam in rem præſentem veniſſet, ab Antala & Mauruſiis qui apud Byzacium erant transfugere. Mauruſii enim non ſolum erga cæteros, ſed ne inter ſe fidem ſeruant. Hæc Gontharidi Areobindus retulit. Ille autem detrectare, ac rem ducere cupiens, Areobindum hortatur vt fidem Cuzinæ pollicenti minimè credat, niſi filios obſides ab eo accipiat. Areobindus autem & Cuzinas clam inter ſe nuncios continuo mittentes, de inſidiis in Antalam agitabant. Gontharis itaque Antalam per Vlitheum de his certiorem facit. Is autem rem cum Guzina diſſimulando nihil eorum quæ acceperat, aut quæ inter ſe ac Gontharim verſabantur manifeſtauit, ſed tantum inuicem clam inimici, menteque diuerſa, apertè in amicos quiſque proprios iuncto ſimul exercitu ire videbantur. Hoc igitur animo Cuzinas & Antalas Numidarum exercitum aduerſus Carthaginem ducunt. Gontharis Areobindum interficere decreuerat: ne autem tyrannidem inuadere videretur, hoc in acie clam facere conſtituit, vt ab aliis inſidiæ in ducem fieri viderentur, ipſe autem quaſi coactus eſſet à Romæorum exercitu Aphricę dominationem ſumere. Dolo igitur Areobindum circumueniens, hoſtibus occurrat hortatur iam Carthaginem propinquantibus. Videbatur igitur ipſe poſtera die in exortu ſolis totum exercitum in aciem contra hoſtes educturus. Sed Areobindus imprudenter valdeque ſegniter hoc negocium tractans, tarditate intempeſtiua nullaque ratione eſt vſus: cunctando enim quonam modo arma induere, aut exercitum diſponere oporteret, bonam diei partem conſumpſit: quam ob rem in diem ſequentem pugnam differens quieuit. Interim Gontharis apud milites eum accuſare cœpit, vt mollem ac in aggrediendo certamine timidum, ſimul ordines in aciem diſponere noluiſſe: ex quo ille fugam vnà cum Athanaſio ac ſtatim è Mandracio ſoluere meditatur, vt milites fame ſimul & Mauruſiorum gladiis abſumerentur: quòd ſi eis videbitur, ſeſe ambos comprenſurum, ac in cuſtodia habiturum pollicetur. Sic enim ſperabat Areobindum vel metu tumultus fugiturum, vel remanentem nullo negocio à militibus interfectum iri, pecuniam verò quanta eis ex publico debetur, ſe daturum de ſuo promiſit. Milites vbi hæc audiuere, ſermonem probant, Areobindum execrantur odioque perſequuntur. Interim Areobindus cum Artabane ac ſuis huc venit: prælium committitur ſupernè è turribus atq; inferius ad portas vbi Gontharis conſtiterat, neutrique inclinauerunt. Congregati verò ex Romæorum caſtris quicunque Imperatoris partibus ſtudebāt, ſeditioſos certatim de medio tollere conabantur. Non enim Gontharis omnes perſuaſione decepit, plurimi nanque ſynceramente in officio perſtiterunt. Areobindus autem tunc primum viros adſpiciens interfectos (nòn enim vnquam talis ac tantus inciderat exercitus) clam omnibus profugit. Eſt enim intra Carthaginis mœnia templum prope mare littus, vbi viri habitant quos monachos appellare ſolemus,

Gontharis Areobindo inſidias facit.

Monaſterium extructum à Salomone.

ſolemus,quibus rem diuinam exercere moris eſt. Hoc Salomon ædificans non multo prius muro circumdedit, arcemq; munitiſſimam conſtituit. Huc Areobindus ſimul cum coniuge & ſorore confugit. Tunc etiam Artabanes & ipſe diſceſſit,reliquique inde omnes quò quiſq; potuit abierunt. Gontharis igitur victor vnà cum ſeditioſis palatium cinxit, portaſq; ac portum diligentiſſimè cuſtodijt. Primum quidem Athanaſium euocat, qui nulla mora veniens multa adſentatione vſus factum probare viſus eſt. Deinde Gontharis Reparatum ciuitatis præſulem Areobindo nunciatum miſit, vt ſub fidem incolumitatis ad palatium venire maturaret:quòd ſi cõtempſerit, ſeſe illum expugnaturum,ac ilico interfecturum minitatur. Areobindus ſuſceptis ab epiſcopo mandatis, metuẽs, ſe ſtatim venturum dixit,ſi lauacro filium diuino de more prius abluerit, deinde per idem iurauerit ſpem ei certam ſalutis ſe daturum. Præſul itaque ei morem geſſit. Ille eueſtigio redeuntem ſequitur, veſtem indutus ſeruilem, neque duci neque vllo militari viro conuenientem. Poſtquam verò prope palatium fuit,ſacrum euangelium à præſule accipiens in eius conſpectum venit,pronusque aliquandiu iacuit, preces & ſacrum euangelium,ac paruum filium tunc ſacro baptiſmate ablutum,per quod præſul iurauerat protendens. Gontharis eum miſeratus,ad ſpem quoque exhortans ſurgere iuſſit, omnia quæ præſul pollicitus fuerat ſeſe præſtiturum adfirmando, poſteraque die eius & vxorem & ſubſtantiam Carthaginem transferri mandauit. Deinde præſulem miſſum faciens, Areobindum & Athanaſium ſecum cœnare iuſſit, ac Areobindum ante omneis in ſummo accumbere. Poſt cœnam verò in cubili ſolum dormire coëgit, vbi Vlitheus cum nonnullis alijs ab eo miſſus ipſum & flentem & multa obteſtantem,ac ad miſericordiam fidemque datam implorantem interfecit,non eſſe immortalem dictitans, in longam puto ſenectutem eius cauillando. Poſtera die Gontharis pecuniam ſimul & milites ipſius inuaſit, ac caput ad Antalã miſit. Is accepto nuncio,nihil probè ex his,quæ vnà cõuenerant, ab eo geſtum putauit. Nam vbi fidem ac iuſiurandum violatum eſſe vidit,vehementer eſtiratus,quæ nec illi nec cuiquam mortalium violanda exiſtimabat. Multa igitur de ipſo cogitans,tandem Iuſtiniani partes ſequi conſtituit, quapropter retrò remigrauit,noſcensque Marcentium qui apud Byzacium militibus præerat,in quandam vicinam inſulam ob ſeditionis huius formidinem aufugiſſe, miſit eum hortatum vti ad ſe veniret, ſimulque fidei cautionem de incolumitate dando. Ille eueſtigio diſcedens,apud eum in caſtris manſit. At milites qui apud Byzacium manebant, Adrametum ciuitatem cuſtodiebant. Milites autem Stozæ non minus quàm mille exiſtentes,vbi factum hoc audierunt,curſu ſtatim ad Gontharidem contendunt. Ille verò libenter eos excepit. Erant enim Romæi quingenti, Hunni verò octoginta,reliqui verò Vandili omnes. Artabanes quoque fide accepta ad palatium vnà cum Armenijs venit, ſeſe tyranno obtemperare velle ſimulans, clam verò eum de medio tollere cogitans, ac Gregorio fratris filio & Artaſiri equiti rem communicat. Gregorius verò eum ad rem adhortans ſic alloquitur: Artabanes optime, nunc tempus adeſt Beliſarij gloriam æquandi, imò longè excedendi. Ille enim cum exercitu magno & pecunia plurima ab Imperatore huc miſſus venit, ducensq; cõſiliarios ac duces plures, inſuper claſſem qualem nunquã adhuc audiuimus, equitatum quoque plurimum, & alia quæcunq; Romæorum Imperatore digna ad hanc expeditionem miſſa fuere: ſic deinde & labore multo Aphricã Reipub. reddidit, quæ quidem omnia nunc pereuntia rurſus reſtituere in tua & vita & voluntate ac virtute ſitum eſt. Reputa imprimis te Arſacidam optimo loco natum eſſe. Cogita quòd generoſos homines ſemper & vbique fortiter agere decet. Multa quidem ante hoc tempus pro libertate admira-

Areobindi fuga.

Areobindus occiditur.

Antalas ob perfidiam Gotharim deſerit.

Gregorij ad Artabanem oratio.

bilia ſunt à te geſta facinora. Nam & Açacium Armeniæ præfectum, &
Sittam Romæorum ducem adhuc iuuenis interfeciſti, & ex illo Coſroi re-
gi cognitus cum ipſo contra Romæos bellum ſuſcepiſti. Denique tantus es,
vt tuum iam ſit non pati Romæorum Imperatorem à cane temulento ſubiu-
gari. Oſtende nunc optimè Artabanes tua facta præterita ex virtute demum
potius quàm à fortuna proueniſſe. Quòd autem ad nos pertinet, ego ſimul
& Artaſires hic omnibus conatibus tibi hanc rem aggredienti præſto eri-
mus obtemperantes. His Gregorius dictis Artabanis animum etiam contra
tyrannum magis incendit. Gontharis interea Areobindi vxorem & ſororem
ex arce deducens in domo quadam manere coëgit, nuſquam neque verbo
neque re ab eo læſas, quin in honore habuit, neceſſarijsque omnibus vt eas
decebat proſequendo, nec dicere aut facere quicquam inuitas coëgit, præ-
terquam Præiectam coniugem ipſius, quam ſcribere ad Iuſtinianum iuſſit,
quemadmodum Gontharis eas probe tractaret, quodque cædis viri mini-
mè conſcius fuiſſet, ſed ab Vlitheo ſcelus patratum, Gontharide minimè
probante. Hæc Gontharis Paſiphili conſilio fecit: qui vir inter Byzacenos
genitus, princeps ſeditioſorum fuit, ſeque Gontharidis tyrannidi ſocium
addidit, ſpem ei proponens, quòd ſi hæc ſuccederent, ipſam Imperatoris fi-
liam in matrimonium duceret cum dote, vt par erat, ex dignitate principis
adfinis ingenti. Poſt hæc Artabanem cum exercitu contra Antalam & Mau-
ruſios in Byzacium ire iuſſit. Cuzinas autem veluti dudum Antalæ clam ad-
uerſus, iam palàm ab eo diſſidens, ad Gontharidem transfugit, cui & filiam
& matrem obſides dedit. Artabanes item ex altera parte ſe cum exercitu An
talæ, contra quem miſſus fuerat iunxit. cum his & Ioannes erat dux ſeditio-
ſorum, & Vlitheus eques ſequuti & Mauruſij, quibus Cuzinas præerat, ac
ciuitatem Adrametum prætereuntes, hoſtes in itinere offendunt, à quibus
paulo longius caſtrametati ſunt. Poſtera die Ioannes ac Vlitheus cum par-
te exercitus ibi remanſere. Artabanes ac Cuzinas in aduerſarios exerci-
tum duxere, quos Mauruſij minime cum Antala conuenientes in fugam ver
terunt. At Artabanes dolo repentè ſigna conuertens remigrat, quapro-
pter Vlitheus ipſum ad exercitum venientem interficere ſtatuit. At Artaba-
nes ſeſe excuſans, ait timuiſſe, ne Marcentius ex Adrameto ciuitate auxili-
um aduerſarijs ferens, vbi hic erat, magnis eos incommodis adficeret: ſed
Gontharim cum toto exercitu oportere contra hoſtes ire, & primo quidem
Adrametum iens cum Imperatoris exercitu ſe coniungere ſtatuit. Multa
verò cogitanti potius viſum, Gontharim de medio tollendo & Imperato-
rem ac Aphricam omni moleſtia liberare. Reuertens igitur Carthaginem
tyranno nunciat, quòd exercitus ipſius minor ſit quàm hoſtium. Hic verò
cum Paſiphilo rem communicans, omnem armare exercitũ decreuit, ipſeq;
met contra hoſtes ducere, relicto Carthagine præſidio. Multos igitur quoti-
die ex his quos vlla cauſa ſuſpectos haberet, interfecit. Paſiphilo autem
quem Carthagine in præſidio reliquit mandat, vti omnes Græcos interfice-
ret, ac alia faceret vt ex re viderit eſſe. Igitur Gontharis ſtatuens die ſequen-
ti cum hoſte concurrere, prius epulum dare ſuis ſtudioſis ac fidiſſimis ſtatu-

Gontharis ante pugnam conuiuium parat.

it. Conuiuium itaque in conclaui vbi tres menſæ paratæ erant. Ipſe in prima,
vt fas erat, accubuit, cui Athanaſium & Artabanem adhibuit, prætereа Pe-
trus Thrax genere, & Salomonis olim eques haſtatus, nonnullique eius ami
ci. In alijs verò duabus menſis Vandilorum optimi ac primi accubuere. Io-
annem autem qui cum Stoza militantes ſeditioſos rexit, Paſiphilum priua-
tim accumbere iuſſit, & alij quoque vt Gontharidis amicis eſt viſum adhibi-
ti. Artabanes igitur quando ad hoc conuiuium vocatus erat, tempus oppor-
tunum ad tyranni cædem patrandam exiſtimans, conſilium quidem ne-
mini

mini cõmunicauit,præter quàm Gregorio, Artaſiri & equitibus tribus, quos equites iuſſit cum enſibus intrò cum proceribus eſſe (Nam ducibus accumbentibus retro conſiſtere equites mos erat) quumque intus eſſent, rem quando tempus opportunum videretur aggrederentur: prius tamen Artaſiri mandat negocio incumberet, Gregorio verò vt Armeniorum quos maximè audaciſſimos videret, ſecum in palatium duceret, enſes in manibus habentes (nam nullis præterquam ducibus ducere armatos fas erat) ac hos in angiportu relinquens intrò cum militibus ingrederetur, neminique Armeniorum illorum rem communicaret, tantumque diceret quòd ſuſpectum habeat Gontharim: deinde Artabanem ad conuiuium vocatum, velle propterea ipſos cõſiſtere apud Gontharidis cuſtodes quicunque adhibiti fuerint, ac ſpecie ludi ſcuta quæ illi tenent attrectare, verſarique per iocum in omnem partem: vt ſi fortè tumultus ac clamor oriatur, ea ſcuta rapiẽtes ſtatim auxilio adcurrant. Gregorius igitur hæc Artabanis mandata diligenter exequitur. Artaſires autem hæc ex alia parte meditatur. Iacula nõnulla duplicia in ſiniſtræ manus palma poſuit, ſecundum partes vſque ad cubitum protenſas, ipſa quoq; veſtimenti parte diligenter ſuperinducta contegit, vt ſi quis cum enſis aggrederetur, brachium protendendo munitum ac ictum in ligno excuſſum vitando corpus à vulnere cuſtodiret. Artaſires itaque his hoc modo conſtitutis Artabani ſic ait: Ego quidem nulla mora aut metu rem aggrediar, atque hoc enſe Gontharis corpus me recipio vulneraturum: quid autem deinde ſequatur, nõ habeo dicere. Si enim deus tyrannidem odio perſequitur, & propoſitum meum ſimul iuuabit. Si verò alicuius à me veteris culpæ pœnas eſt expetiturus, profectò huic facto impedimento erit. Vtcunq; res eueniat, ſi tyrannum letali vulnere ſaucium hodie non videris, nihil moræ ſit quin eodem me tu enſe meo cõfodias, ne mihi ſuperſtiti durior ex illo ſit exitus, & qui tuo mandato rem fuerim aggreſſus, te quoque perdendi ſim cauſa inuitus. His Artaſires dictis cum Gregorio & vno ex equitibus menſæ locum adiens, à tergo Artabanis conſtitit. Reliqui iuxta cuſtodes manentes imperata fecerunt. Artaſires igitur in conuiuij principio rem aggredi decreuerat, ac iam acinacis capulum attigerat, niſi à Gregorio prohibitus fuiſſet, qui Armeniorum lingua ei ſignificauit tempus expectandum, quo iam proceſſu epulari ebrietate mandidus Gontharis eſſet. Artaſires itaque eadem voce reſpondit, Heu bone vir, quur animum pulchre diſpoſitum prohibuiſti? Iamque perſeuerante conuiuio Gontharis temulentus ambitione quadam de menſa equitibus dedit, quę extra conclaue eſuri erant, relictis tantum tribus equitibus, quorum vnus Vlitheus. Exijt & Artaſires vnà cum alijs cibos guſtaturus. Hic quędam illi ſubit cogitatio, ne quid acinacem educere volenti eſſet impedimento: quapropter nudum eum eductum, ac ſub veſte conditum ferens, intro ad Gontharidem adceſſit, quaſi clam alijs aliquid ei dicturus: quem vbi Artabanes vidit, animo ob vehementem iracundiam commotus, caput agitare, ac varios ore colores mutare cœpit, vt facilè quis eum rem meditari nouã deprendere potuiſſet, quòd & Petrus qui iuxtà erat animi ſagacitate animaduertit, quanquam tacitus, quòd rem ob erga Imperatorem beneuolentiam animo magnopere probaret. Artaſirem interea tyranno propinquatem quidam è ſeruis repulit, retrocedentiſque paululum nudum vidit enſem, protinusque clamans, Ecquid hoc, inquit, bone vir? Ad quam vocem ſubito Gontharis manu ex aure dextra fortè capiti adpoſita cõuerſus, ac quaſi diuinitùs quo in loco peti deberet inimico indicans, eadem in parte ſtatim feritur, ex quo cerebri pars cum digitis excuſſa eſt. Petrus igitur exclamans in hoc tumultu Artaſirem hortabatur, vt omnium ſceleratiſſimum hominem de medio tolleret, Gontharidi itaq; ſaucio exilire conanti, Artabanes qui iuxtà ac

Gontharis in cõuiuio interfici-tur.

cumbebat,enſem ab latere quàm magnum educens,latus dextrum capulotenus confodit,ex quo ille ſtatim moribundus cecidit. Artaſires quum ipſe à vulnere tutus,ob brachium ſagittis munitum, vti ſuprà narraui, eſſet, facile Vlitheum deinde trucidat. Petrus igitur & Artabanes hic Gontharidis, ille Vlithei extinctorum enſibus adreptis, reliquos illorum equites ibidem interfecerunt. Armenij verò quibus datum erat negocium ſcuta ad tumultum exortum corripere,ilico his à cuſtodibus direptis,intrò ingreſſi,& Vandilos omneis & Gontharidis amicos nullo reſiſtente trucidant. Vbi verò cuſtodes ipſi rem geſtam viderunt, quum ex magna parte ex Areobindi domo eſſent, plerique Armenios ſequuti ſunt,omnes denique Iuſtiniani partes adſumentes,Callinicũ(nam ſic in bello vocabatur) clamabant: quæ vox in ciuitatem omnem cito diffuſa,Imperatoris ſtudioſos excitauit,vt hi coniuratos omneis de improuiſo aggredientes,in proprijs domibus partim dormientes, partim edentes,nõnullos mente præcipiti ob timorem exiſtentes interfecerint, inter quos Paſiphilus fuit. Ioannes autem cum quibuſdam Vandilis in templum aufugit: quos omnes Artabanes in fidem de incolumitate receptos, Conſtantinopolim miſit,Carthaginemq́ue Iuſtiniano hoc modo tumultuantem reſtituit,anno ipſius imperij nono ac decimo,à cœpta verò tyrannide ac ſeditione die ſexta ac triceſima. Quo facto Artabani ingens gloria nomenq́; acceſſit,ac * Prinecta Areobindi vxor multam dono pecuniam dedit. Imperator quoque eum Aphricæ totius præfectum conſtituit: cui paulo pòſt miſſionem flagitanti,Ioannem Pappi fratrem ſucceſſorem miſit. Is quamprimũ in Aphricam venit,nihil potius habuit, quàm Antalæ ac Mauruſijs apud Byzacium bellum mouere:quod feliciter gerens multis in prælio interfectis,ſigna olim Salomone extincto à barbaris erepta Imperatori Byzantium miſit, reliquos extorres à finibus Romæorum fecit. Procedente deinde tempore Leuchatæ Mauruſij cum magno exercitu ſe Antalæ coniungentes, è finibus Tripolitanorum in Byzacium irruerunt:quibus Ioannes occurrens, ac prælio cum ſuis ſuperatus Laribum confugit, hoſtes verò vſque Carthaginem excurrentes,magnas clades incommodaque omnibus circa locis intulerũt. Paulo deinde pòſt Ioannes redintegrato quoad potuit vndecunque exercitu, Mauruſijs alijs quibuſdam ſimul cum ſequentibus Cuzinam ſibi adiunctis,hoſtes rurſus petens,partim peremit, partim ad extremos vſque Aphricæ fines fugauit. Hoc igitur modo pauci admodum & imbelles in tota prouincia relicti, vix tandem ac ſerò quieuere. Et Aphricæ quidem res ſic ſe cum Romæis habuerunt. Ego verò nunc ad bellum venio Gothicum.

Vlithei cædes.

Callinici vox.

Artabanes Iuſtiniano rem reſtituit.

** ſupra, Preiecta.*

Ioannis, Pappi fratris, res geſtæ in præfectura.

PROCOPII DE BELLO PERSICO ET Vandilico lib. IIII. Raphaele Volaterrano interprete, FINIS.

REGVM PERSARVM ſucceſsio.	VANDILORVM REges.
Iſdigertes Perſarum Rex.	
Vararanes.	*Gogidiſcus.*
Perozas Perſarum Rex.	*Gontharis, & Gizerichus filij eius.*
Cabades filius Rex eligitur.	*Honoricus Gizerichi filius.*
Blaſes Perozæ frater.	*Gundabundus.*
Cabades rurſus regnat.	*Ildérichus.*
Coſroes Cabadis filius.	*Gilimer.*

REM ANIMADVERSIONE DIGNAM huc tibi lector ex Ioanne Baptiſta Egnatio appoſuimus ad lucem hiſtoriæ maiorem.

NON potui non vehementer mirari tantam vel temporum iniuriam, vel ſcriptorum inertiam, tum veterum, tum recentium fuiſſe, vt quum Romam orbis reginam captam ab Alarico Gothorum rege, anno poſt eam conditam milleſimo centeſimo ſexageſimoquarto, certatim omnes memoria prodãt, ſeriem tamen rei, aut indagandam nõ cenſuerint, aut indagatam tanquam rem planè ignobilem, nec ſcitu dignam obliuione inuoluerint. Prò deûm hominumq́; fidem, vrbs orbis totius regina, quaq́; eo auſpicio condita credatur, vt caput orbis ſemper eſſet, & qua toties de barbaris gentibus, orbeq́; triumpharat, capitur Gothico aſtu, & interim rei ſeries ordoq́; neſcitur? Ego verò id minimè patiar, & omnis antiquitatis illuſtranda ſtudioſus, hanc quoq; rem tam memorabilem non negligam. Aſtu autem barbarico capta traditur in hunc fermè modum, quem Procopius ſolum ex omnibus quos legi, tradat, vt mirer ab interprete vel rem totam diſſimulatam, vel quum in mutilum Græcum codicem incidiſſet, non animaduerſam. Ille igitur in hanc ſententiam: Obſederat Romam Alaricus iam biennium, nec Honorius, qui Rauennæ deſidebat, aut ferre ſuppetias poterat, aut audebat. Nam quum nihil minus, quàm de vrbis ſalute ſolicitus eſſet, Stilicone interfecto, ducem exercitui minimè præfecerat, qui rem aduerſus Gotthos adminiſtraret. Vnde Gothis obſidendæ vrbis cogitatio, Romano milite aut dilapſo, aut ſegniter rem agente. Verùm eam fruſtra obſeſſam, quum expugnare vi non poſſent, ad dolum hoſtis barbarus vertitur. Profectionem in patriam ſimulat, trecentosq́; iuuenes corporis & animi vi pręſtantes deligit, quos Romanis principibus dono det, inſtructos prius, vt omni obſequio dominos ſuos promereri ſtudeant, & ad certam diem circa meridiẽ, quum Romani principes ſomno, vel ocio vacarent, ad Aſinariam portam aduolent, interfectisq́; improuiſo inſultu cuſtodibus, portã ſibi pręſtò futuro aperiant. Interea Gothi quum reditum, alia atq; alia deeſſe ſibi ſimulantes, differrent, trecenti illi iuuenes occaſione egregie vſi, portam ſtato die ſuis aperiunt, & intromiſſus Gotthus maiore ignominia, quàm damno vrbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illuſtris fœminæ & opulentiſſimæ opera patefactam Gotthis portam exiſtiment, quum plebem Romanam paſſim fame & morbis pecudum more cadentem miſeraretur. Duo ſunt cognitu non indigna: vnum, edictum ab Alarico fuiſſe, vt quicunq; in templa diuorum confugerent, præcipuè Petri & Pauli, his nulla vis inferretur, quòd & ſumma fide ſeruatum: alterum, quòd quum nunciatum Honorio eſſet Rauennæ, Romam perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, ſignificatum eſſe, admiratũq́; vehemẽter tam ſubitò perijſſe eum, qui cum paulo antè feſtiuiſſimè luſerat. Adeo ſocordis ingenij princeps, nec quicquam omnino paternæ, auitæq́; virtutis referens, quod & Arcadio fratri vitio datum eſt. Nam Eudoxiæ vxori addictus, quum alia improbè fecit, tum Chryſoſtomum antiſtitem ſanctitatis & eruditionis egregiæ, vxori plus æquo inſeruiens, in exilium egit.

PROCOPII DE BELLO GOTHORVM LIBER PRIMVS,

PER CHRISTOPHORVM PERSONAM Romanum, priorem S. Balbinæ in Latinum traductus.

Zeno imp orientis.

GOTHORVM perſcripturus nunc denique bellum, ea imprimis ediſſeram, quæ Gothis item & Italis antequam inter ſe armis decernerent, contigere. Zenone itaque Byzantij imperante,

Auguſtulus occidentis.

Auguſtus occidentis tenebat imperium, quem & Auguſtulum idcirco vocitabant Romani, quia puer admodum regnum ſuſceperat: quòd vtique illi Oreſtes pater, vir quidē ſapientiſſimus, gubernabat.

Romanorū cum barbaris pernicioſa ſocietas.

Romani verò antehac paulò Sciros Alanoſque & Gothicas alias hiuſmodi nationes in ſocietatem aſciuerāt. Vnde ab Alaricho Antalaq; Gothorum tunc ducibus ingentia ſunt mala perpeſſi, barbarorum pręſertim florentibus in Italia rebus. Nam Romanorum adeo principum ea tempeſtate defecerat dignitas: vt ſub decente ſocietatis & fœderum nomine, à peregrinis vim & barbaris paſſi, ita violarentur, vt impudenter ac nefariè ad pleraque cogerentur inuiti, quum illi æquum iam ducerent, omnibus Italiæ agris vt ſibi cō-

Oreſtes Auguſtuli pater à Gothis occiditur.

cederetur, quorum tertiam antea partem Oreſtem Gothis iuſſerant impartiri, quem ſtatim quum haudquaquam facturum id ſe fateretur, interfecere. Erat autem Odoacer inter Italos quidam, Oreſtis armiger quōdam, qui Gothis omnia pro eorum arbitrio exequuturum ſe obtulit, ſi Romanorum prin-

Odoacer rex Italiæ.

cipem ſe conſtituerent. Hoc pacto quum ſibi tyrannidem comparaſſet, Auguſtulo ipſo imperatore ſine oſtenſione alia vlla permiſſo, in priuati hominis morem vitam vt duceret, ac tertia Italici agri parte barbaris contributa, cum hiſque inita firmius ſocietate, ad decimum annum tyrannidem ſtabili-

Theodericus Gothus Rom. inuadit.

uit. Per id tempus & Gothi, qui imperatoris permiſſu Thraciam incolebant, aduerſus Romanos Theoderico duce, viro tunc quidem Zenonis Byzantij imperantis beneficio patricio & conſulari, arma ſuſtulerant. Sed impe-

Zeno Theodoricum prudenter auertit.

rator Zenon, qui optimè diſponere præſentia percallebat, Theodericum vt Italiam peteret, monet, & Odoacro tyranno in poteſtatem redacto, Heſperiæ principatum ſibi Gothiſque pararet, illi id longè plurimum conducturum affirmans, cætera præſtanti ac ſenatorio viro, vt tyranno deuicto, Romanis & Italicis cæteris imperitaret, quàm ſecum, vt imperatore, inconſideratius velit armis decernere, ac tantum inire dubiæ belli fortunæ diſcri-

Theodericus Italiam petit.

men. Teodericus verò imperatoris perſuaſione & cōſilio delectatus, è Thracia Italiam verſus iter ſuſcepit, vniuerſo Gothorum populo ſe proſequente, curribus impoſitis liberis coniugibuſque, & ſupellectili omni, quamcunque poterant ſecum deferre: vbi verò quamproximè ad Ionicum ſinum eſt ventum, quum nullæ in præſentia paratæ eſſent ad traijciendum exerci-

** Taulantiorū.*

tum naues, circumito Ionico ſinu, per * Talantiorum agrum, aliorumque nationem, & finitimarum iter Gothi fecere, quibus aduenientibus Odoacri milites occurrerunt, & bello ſæpe deuicti, cum duce vnà intra Rauennam ſeſe & alia munitiſſima loca continuere. Dum interea igitur Gothi hos obſiderent, cætera munimenta, quibuſuis poterant modis circumiecta cepere.

pere. Cæſenam tamen præſidium Odoacri habentem, quod à Rauenna ſtadijs abeſt trecentis, Rauennamque ipſam, in qua Odoacer tyrannus erat, nec obſeſſorum deditione, nec vi aliqua potuere in poteſtatem redigere.

Situs Rauennæ.

Rauennæ ſiquidem ciuitas ea, quum clementer edito ſita ſit loco, & in poſtrema Ionici ſinus parte, ſtadijs duobus interpollata, quò minus maritima ſit, nec nauibus quidem videtur, nec pedeſtribus copijs aditu ſat facilis: ſiquidem huius ad littus ſubduci naues nil poſſunt, quum mare ipſum impedimento ſit, confragoſum ſuapte natura vadoſumque: id nanque non minus quàm per ſtadia fermè triginta ſyrtes facit. Vnde id littus vel proximè adnauigantibus præ ſyrtium continuatione & copia, procul abeſſe apparet, nec pedeſtri exercitui peruium eſt.

Padus ad Rauennã ſtagnans.

Padus nanque, quem & Eridanum dicunt, è Celticis montibus eà delatus, & alij nauigabiles amnes cum paludibus circumiectis vrbem hanc circumplexi, vndequaque irriguam reddunt. Quo ſanè in loco in dies ſingulos mirandum quid accidit.

Æſtus marinus ad Rauennam.

Mare nanque in fluminis ſpeciem, ſummo diluculo in continentem infertur, ac terræ tantùm exæſtuando inuadit, quantum vna die itineris expeditus vir quiſpiam conficere poſſet, atque adeò vt mediterraneum locum ſatis idoneum ad nauigandum efficiat: rurſum deinde circa ſerum diei, inundatione ſoluta, æſtu reciprocante, emiſſas in ſe vndas reducit. Vnde quicunque in ciuitatem vel inferre neceſſaria volunt, vel quacunque de cauſa onera inde efferre, nauibus ea primùm imponunt, hisque in locum ſubtractis, vnde fieri traiectus ſolet, æſtum opperiuntur: quo inuadente ſenſim vndis nauigia ſubleuata, curſum tenent iam deſtinatum, in hisque & nautæ nauali operi, ac ſimul remigio inhærentes, eueſtigio nauigant, quòd vtiq; non ſolùm Rauennate in agro, ſed paſſim per eius regionis littora in Aquileiam vſque vrbem perpetuò fit, haud tamen per omne tempus, vel eundem in modum id fieri contingit. nam cùm imminuitur luna, & lucis præ ſe paululum tulerit, haudquaquam tam validè ſalum exæſtuat, ſed ſemilunio ad ſemilunium alterum vehementior ea inundatio excitatur. Sed de his hactenus.

Obſeſſa triennio Rauenna.

Theodericus verò in Rauennæ obſidione, quum annum iam tertium contriuiſſet, Gothique ipſi diutius hanc obſidendo, tedio ac moleſtia afficerentur, & Odoacri inſuper milites neceſſariarum rerum vrgerentur inopia, conuentum adinuicem eſt, Rauennæ antiſtitis internuntu pacificantis,

Pacis cõdiciones

Theodericus Odoacerque æqua ac ſimili ſorte ea in vrbe vt viuerent, pariterque potirentur imperio. Quibus conuentionibus aliquandiu vtrinque ſeruatis, Theodericus per cauſam, quòd in ſe machinatus inſidias eſſet,

Odoacri cædes.

Odoacrum ad epulas fraudulenter vocatum, cùm occidiſſet, barbaris ſibi & hoſtibus conciliatis, qui reliqui fuerant, Gothorum ſolus & Italicenſium imperium tenuit, Romani tamen imperatoris nec inſignia quidem, nec nomen ſibi deſumpſit: ſed quoad vixit rex eſt appellatus, quo nomine ſuos barbari nuncupant duces.

Theodericus Italiæ rex.

Is itaque ſuis ſic præerat ſubditis, vt omnibus ornamentis, quæ vero imperatori congruerent, ſe communiret. nam & iuſticiæ ſtuduit plurimum, legibus firmiter obſeruatis,

Theoderici laudes.

& à circumiectis & finitimis barbaris Italiæ agros ad ſecuritatem tutatus eſt, quippe qui ad magnanimitatis & ſapientiæ ſummum faſtigium perueniſſet, atq; adeo, vt in ſubiectos, nec minimum quippiam ad iniuriam exerceret, nec cuiquam ſibi id fortè inſinuanti aſſentiretur, præter id vnum, vt Gothi agrum, quem Odoacer ſuę dederat factionis hominibus, inter ſe partirẽtur. Erat autẽ Theodericus fama quidẽ tyrannus, re tamen præ ſe veri ſpecimen imperatoris ferebat, vt qui vel eorũ, qui à principio ea in dignitate probatiores fuiſſent, nemini inferior fuerit: & Gothos item ac Italos pari quadã ac ſumma beneuolẽtia ſuapte humanitate proſequebatur, ita vt omnes (quod vtiq; difficilimũ eſt) eius imperiũ oblectaret.

In ciuilibus nanque & publicis rebus tractandis varia nimirum ſunt mortalium vota, & ſæpe id accidit, præſens imperium his quidem & de improuiſo vt placeat, quibus voluptati ſunt quæ geruntur, vel vt mœrore afficiantur, quibus aliter longè ac ſentiant, res ipſæ procedunt. Annos itaque Theodericus quùm ſeptem & triginta ſuperuixiſſet, vitam finiuit, qui vtique vt hoſtibus horribilis fuit, ita & ſubiectis immodicum ſui deſiderium moriendo reliquit. Sed mortis illi hæc cauſa fuit. Symmachus, & huius gener Boetius à ſuis maioribus gentis nobilitatem adepti, inter Romanos & Senatorios viros principes erant, & conſulatus vtrique dignitate perfuncti, philoſophiæ ſupra cæteros & equitati ſtuduerant, multiſque tam ciuium quàm externorum inopiæ ſuccurrendo ſaluti fuere. Hi poſtquam ad ingentem gloriam euaſere, deterrimos quoſque in ſui inuidiam concitarunt. Nam his delatoribus Theodericus rex perſuaſus Symmachum Boetiumq; * res perinde nouantes occidit, eorumque bona omnia publicauit. Sed paucis pòſt diebus, cœnanti ſibi cum miræ magnitudinis piſcis miniſtri decoctum caput appoſuiſſent, Symmachi nuper occiſi caput illi eſt viſum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & toruè intuentibus oculis furibundè ſibi & acerbius comminari. Vnde monſtri nouitate territus, membriſque præter modum tremebundus & rigens, in cubiculum ſtatim citato gradu ſeceſſit, identidemque iubendo, togarum vt ſibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde medico, omnibus quemadmodum accidiſſent diligentius explicatis, in Symmachum Boetiumq; patratum à ſe ſcelus deflebat: quo denique deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti affectus, haud longè pòſt moritur, quũ primum id iniuſtitiæ, & vltimum in ſuos idcirco exercuiſſet exemplum, quia non ſuo & priſtino more diligenter perueſtigata cauſa, in tantos viros animaduerterat. Theoderico igitur ſuo fato perfuncto, Atalaricus huius ex filia nepos ſuſcepit imperium, annos octenos natus, ſub matre Amalaſſuntha adhuc educatus. nam huius pater ex humanis exceſſerat, nec longo pòſt tempore, quàm Iuſtinianus iniiſſet imperium. Amalaſſuntha itaque filij procuratione ſuſcepta, regnum adminiſtrabat, prudentia & æquitate mirificè pollens, virilem præ ſe ferebat naturam: quippe quamdiu hæc imperio præfuit, Romanum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum iactura: quinetiam nec Gothos ipſos, & ſi laceſſendi Romanos percupidos, his quoquam pacto iniuriam permittebat inferre: quin potius Symmachi ac Boetij liberis paterna bona reſtituit. animo prætcrea deſtinarat, Romanorum cx inſtitutis ac principum more, vitam de cætero vt filius duceret, iamque ad literarium ludum hunc vt ventitaret coëgerat, tribus Gothorum è ſenioribus lectis, qui ſapientia cæteris & humanitate præſtarent, iuſſiſque Atalarico continenter aſſiſtere, & vnà victitare. ſed Gothis hæc minus placere, vt qui ſubiectis inferre iniuriam cuperent, & per Atalaricum mallent more barbarico regi. Vnde cùm mater ſemel delinquentem in cubiculo puerum, frenandi caſtigandiq; gratia manu vt aſſoletpercuſſiſſet, Gothi ad ſe venientem & lachrymabundum hunc conſpicati, rem quidem permoleſtè tulerunt, & Amalaſſunthæ licentius conuiciati, identidem affirmabant, peruelle hunc puerum quamprimũ perditum ire, vt mox ipſa viro alteri nubat, cum eoque Gothis & Italis ſimul imperitet. Conuentu itaque facto, & in vnum contractis qui pollerent facundia viris, aditaque Amalaſſuntha acrius querebantur, nec rectè ſibi regem, nec decentius erudiri. Siquidem literæ & ſeniorum inſtructiones longo interuallo à fortitudine & magnanimitate abeſſe, ex hiſque illum effœminari potius, & ad timiditatem traduci. Sed neceſſarium fore qui res maximas ſit audenter & ſtrenuè aggreſſurus, ex hiſque gloriam habiturus non mediocrem,

Occaſio mortis Theoderici.

Symmachus & Boetius occiſi.

* *perinde ac res nouantes*

Atalaricus auo ſuccedit.

Amalaſuntæ virtus & gubernatio præclara.

Atalarici educatio.

Improba Gothorum oratio.

mediocrem, præceptoris vt ſit formidine liber, & armis vt ſtudeat, illudq́ue ſedulo dicere, ne Theodericum ipſum Gothorum liberos ad ludimagiſtros mittendos quoquam pacto percenſuiſſe, idq́ue frequentius vſurpaſſe, haud quaquam eos, quos ferulæ timor iam inuaſiſſet, gladios ac lanceas parui facturos: vnde par fore ducebant, Amalaſſuntham vt minimè præteriret Theodericum patrem, qui tantarum rex ſit vrbium factus, & regnum ſuſceperit, nulla ſe ex parte contigiſſe literas ipſas, nec audita quidem vſpiam percepiſſe. Quocirca regina, inquiunt, pædagogos iſtos miſſos nunc facito, & Atalarico qui ſecum viuant coæuos dato, & ætate vnà vt florida prouehantur, proq́ue lege barbarica ad virtutem & virilitatem impellant. His audiris Amalaſſuntha, & ſi minus quæ dicerentur probaret, verita tamen barbarorum inſidias, præ ſe quidem læticiam ferre, & voluptati ſibi fuiſſe, quæ hi detuliſſent diſſimulare, ſed demum quæcunque ab ſe barbari exegiſſent, permiſit pro eorum arbitrio fieri. Senioribus itaque Atalaricum deſerentibus, pueri quidam ad hunc conuenerũt, vitæ comites impoſterum aſſuturi, haud dum puberes, nec multum rege natu maiores. Hi fermè Atalaricum vbi ad pubertatem peruenit, ad temulentiam & fœminarum concubitus compellendo, ſic nimiè deprauatũ moribus reddiderunt, vt vel matri ſe contumacẽ præberet, nec prorſus hanc magnifaceret, tametſi barbari in eam iam conſpiraſſent, è regiaq; abſcedere impudẽter iuſſiſſent. Sed Amalaſſuntha neq; Gothorũ inſidias horruit, nec more fœmineo deterrita barbaris ceſſit, quin potius dignitatem ſedulò prę ſe regiam ferens, tres quidẽ vt facundiſſimos ita & ſeditioſiſſimos viros, in vltimos quoſdã Italiæ fines, per cauſam eius regionis tuendæ, protinus relegauit, abireq; in eas partes mox iuſſit, non vno eodemq́ue loco, ſed longiſſimo abinuicem internallo manſuros. Sed hi quidem ad ea loca tuenda & ſi diſſimulanter iuſſi veniſſent, amicorum tamen & propinquorum opera vſi, vltro citroq́ue curſantium emetientiumq́ue longius iter, in vnum conueniebant, & conſilia aduerſus Amalaſſuntham inibant, quos quum diutius ferre illa non poſſet, hæc animo vt faceret agitauit. Byzantium è ſuis fidum ad imperatorem nuntium miſit rogatum, vtrum Theoderici Amalaſſunthæ liceret ipſius permiſſu ad ſe venire. Velle ſe nanque aiebat ex Italia quamprimùm abſcedere. Quo nuncio imperator exhilaratus, fœminam iuſſit ad ſe, quum vellet concedere. Domum deinde Epidamni ampliſſimam, qui præpararent mox miſit, vt vbi eò Amalaſſuntha ſe contuliſſet, & pro eius arbitrio moram ibidem aliquandiu traxiſſet, Byzantium demum deueheretur. Cuius rei quum eſſet Amalaſſuntha certior facta, viros delegit & Gothos impigros quoſdam, & ſibi amicitia coniunctiſſimos, ac ternos illos, quorum paulò antè memini, ſibi inſidias moliẽtes, vt interficerent, miſit: ipſa verò cum cæteris non parui precij rebus, aureis milibus quadraginta in nauem impoſitis, & ſuis quibuſdam fidiſſimis in ea ſimul inuectis, Epidamnum quidem vt nauigarent iniunxit, in portúque tamdiu vt permanerent, nec è nauigio ipſo quicquam efferrent, quoadúſque per nuncios quid acturi eſſent ſignificaſſet. Quod vtique idcirco agebat, vt ſi tres illos interfectos fuiſſe reſciſceret, ſuo vt ipſa in loco maneret, & ex Epidamno nauem ad ſe reuocaret. Sin minus ex voto ſibi id factum procederet, & eorum ſuperſtitem eſſe aliquem fortè contingeret, vnde nil bonæ quippiam ſpei reliquum foret, confeſtim omiſſa Italia aliò nauigaret, & imperatoris in terras ſe cum pecunijs & in tutum reciperet. Sed Amalaſſuntha interea trium illorum cæde renunciata, quos occidendos mandauerat, & pro votis ſuccedentibus rebus, nauem ex Epidamno protinus ad ſe reuocauit, & principatu validius obfirmato Rauennæ permanſit. Erat autẽ Theodatus nomine quidam Theoderici ex ſorore Amala-

Atalaricus corrumpitur ab æqualibus.

Amalaſuntha mittit ad Iuſtinianum.

Regnũ ſibi ſtabilit, occiſis æmulis.

De Theodato

freda nepos, ad multum ætatis prouectus, Latinarum litterarum Platonicorumq́ue dogmatum ſatis peritus, rei tamen bellicę prorſus ignarus, longoq́; interuallo quum ab induſtrio & ſtrenuo quouis abeſſet, accumulandis pecunijs enixius incumbebat. Is itaque multorum locorum poſſeſſionem iam conſequutus, his præcipuè rebus intenderat animum, vt poſſeſſoribus quæ reliqua eſſent, ſubtraheret, vt cui in perniciem concedere videretur, ſuis vt prædijs vicinum quenquam haberet. Hanc ſibi praui animi ſupprimere

Theodatus Iuſtiniano prodere Thuſciam cogitat.

promptitudinem Amalaſſuntha occœperat, eaq́ue de cauſa infenſior illi Theodatus erat, temq́ue moleſtè ferebat. vnde huic animo inerat Iuſtiniano Thuſciam prodere, cui rei ob gratiam vbi primùm vim magnam pecuniarum & conſularem dignitatem ab eo in præmium retuliſſet, Byzantij mens erat de cætero commorari. Hæc Theodato animo volutante, ex Byzantio ad Romanum antiſtitem legati venerũt, Chriſtianorum altercationis ſedandæ cauſa, ſententium varia, & inter ſe diſceptantium. Sed quales nam iſtorum controuerſiæ ſint, & ſi minus ignorem, haudquaquam tamen in prę-

Procopij de diſcidijs dogmatum opinio.

ſenti meminerim, nimitũ qui furentis eſſe veſaniæ ducant, Dei velle qualis nam ſit, peruestigare naturã. hominem nanq; mortalẽ ne humana hæc quidem ad verum poſſe comprehendere reor, nedum ad diuinæ naturæ peruenire cognitionem ſat queat. Sed per me iſta ſine diſcrimine prætereantur, quæ ſola credulitate venerantur mortales: ipſe verò de Deo fateri nil aliud hoc tempore auſim, niſi quòd bonus omnino, & rector ſit, & vniuerſa in ſua is habeat poteſtate. Theodatus igitur clam legatis conuentis, Iuſtiniano eius vt mandata deferrent, iniunxit, quæ ſibi animo inerant, omnibus expli-

Morbus Atalarici.

catis. Atalaricus interea cùm laſciuiæ ac temulentiæ ſe penitus addixiſſet, morbo corripitur. Vnde Amalaſſuntha mater vt animi dubia & curis vrentibus anxia, nec filij ſatis prudentiæ fidens, in tantam morum abſurditatem redacti, & planè deſperans Gothorum primoribus ſe impugnantibus, poſt

Amalaſunthæ conſilio.

Atalarici filij mortem in tuto vitam ſibi in poſterum fore, ſuæ ſalutis gratia animo deſtinat, imperatori Iuſtiniano tam Gothorum quàm Italorum regno concedere. Alexander tunc fortè cum Demetrio conſulari ad ſe ex Byzantio venerat: quorum aduentus hæc cauſa fuit. Acceperat Iuſtinianus ad Epidamni portum nauem Amalaſſuntham miſiſſe, ipſam verò adhuc trahere Rauennæ moras, vnde & cauſam noſſe percupidus, ex Byzantio Alexandrũ

Alexander ad Amalaſuntham legatus.

legauit, vt omnibus exploratis, quemadmodum apud Amalaſſuntham res ſe haberent, renunciaret, alias tamen ſub oratoris prætextu iniurias queſtum veniret, ſuis per Gothos Lilybei illatas, Hunnosq́ue repetitum, & ex eius exercitu decem transfugas, qui in Campaniam ſuæ vt ditionis ex fuga ſe recepiſſent, & Vliares quidam Neapoli cuſtos appoſitus, non inuita Amalaſſuntha hos ſuſcepiſſet. Gothiq́ue item qui Gepidas circa Sirmium oppugnarent, Gratiana vrbe Illyriorum in finibus ſita, perinde hoſtili ſint vſi. Alexander itaque quum Romam veniſſet, Rauennam profectus, Amalaſſunthæ quidem ſeorſum & ſine arbitris imperatoris mandata ęxponit, litteras verò ſpectantibus vniuerſis, illi in manus tradit, in id ſententiæ ſcriptas:

Iuſtiniani ad Amalaſuntham litteræ.

Lilybeum, quod vtique noſtrum erat præſidium, captum vi retines, barbarosq́ue & noſtros milites transfugas per te ſuſceptos, nec reſtituere quidem adhuc ſtatuiſti. Gratianam verò noſtræ ditionis & imperij vrbem inſanabili iactura, quum nihil ad te attineret, ſumma cum iniuria affeciſti: tempus iam adeſt, vt quandoque tandem aduertas, quem nam euentum ſint hæc habitu-

Amalaſunthæ reſponſum.

ra. His literis Amalaſſuntha perlectis, ita reſpondit: Imperatorem qui & magnitudine præſtet, virtutisq́; & æquitatis non paruam habeat rationem, puero quidem, cui ad orbitatem accedat, vt nunc minimè ſentiat in ſe, quæ gerantur, vt præſidio ſit, longe magis decere, quàm vt hoſtem ſe præbeat.

qui

qui enim certamen non altero aduerſante inierit, haudquaquam decentem victoriam referet. Ipſe verò ab Atalarico Lilybeum frequentius repetis, & transfugas decem, ac militum noſtrorum in hoſtes euntium, in ciuitatem amicam delictum denique quereris ignorantia factum. Sed non ita te geſſeris velim, ô imperator, quin potius vt memoria repetas, quum aduerſus Vandilos ductares exercitum, ne minima quidem tibi in parte nos obſtitiſſe, ſed in hoſtes tranſire liberè permiſiſſe, & noſtris præbuiſſe in locis neceſſaria exercitui coëmendi mira cum animi promptitudine facultatem, equoſque ingenti multitudine comparandi, quorum virtute ac robore parta vobis præcipuè victoria eſt. Socius præterea & amicus non is modò iure vocabitur, qui cum finitimis ad bellum gerendum fœdera iunxerit, ſed vel is quidem, qui bello fit neceſſaria viſus ſubminiſtraſſe. Animo inſuper id agites velim, claſſem ex alto tuam non alium, quò tuto diuerteret locum fuiſſe præter Siciliam nactam, nec ſine coëmptis ea in inſula commeatibus ire in Libyam potuiſſe. Quo fit, vt victoriæ caput à nobis prodierit: qui enim inopem inopia ſoluerit, par ſanè fuerit, eius rei mercedem vt referat. Quid enim maiori eſſe voluptati mortalibus poteſt, quàm hoſtem armis peruincere? Nobis itaque deceſſiſſe non mediocria videbuntur, ſi pro belli iure non in partem aliquam hoſtium exuuijs potiamur. Nunc verò Lilybeum ditionis iampridem Gothorum, dignum ducis nobis ſubtrahere. Petram præterea oppidum, quouis precio dignam, non iniquum fuiſſet Atalarico tibi in neceſſarijs admodum opitulanti accepti inuicem ab ſe beneficij ſi habendam antehac permiſiſſes, vel ſi tuæ hæc poteſtatis fuiſſet. Iſtiuſmodi Amalaſſuntha & propalam imperatori reſcripſit: clam verò Italiam omnem eius in manus ſe tradituram fatetur. Oratores itaque quum Byzantium reuertiſſent, ex ordine imperatori cuncta renunciant, Alexander quidem quid animi Amalaſſuntha haberet, Demetrius verò quæ à Theodato acceperat, & quemadmodum potentiſſimus in Thuſcia eſſet. His nuncijs imperator gaudio ingenti affectus, Petrum quendam natione Illyricum ex Theſſalonica in Italiam confeſtim tranſmiſit. Is ſanè Byzantij ex rhetorum numero elegantiſſimus erat, & mirificè ſuapte natura ad perſuadendum idoneus. Dum hæc interea agerentur, Thuſcorum vis ingens Amalaſſuntham conuenit, Theodatum rapacitatis & auariciç inſimulantium: quem Amalaſſuntha ad ſe caſtigandi gratia euocatum, & ab accuſatoribus apertè conuictum, quæ per iniuriam ſingulis ademiſſet, vt reſtitueret ſtatim coëgit. Vnde Theodatus Amalaſſunthæ acrius ſubiraſci, & infenſior eſſe, ac ſemper de cætero aduerſari, vt qui acerbius ob auaritiam angeretur, quòd nec peccare licentius poſſet, nec cæteros violare. Atalaricus interea morbo abſumptus emoritur, quum in imperio octenos iam annos vixiſſet. Amalaſſuntha verò, & ſi id ſibi in malum eſſet haud dubiè conceſſurũ, quòd nullius momenti antehac Theodatum feciſſet, nec ea quidem quibus nuper hunc affeciſſet, magni iam faceret, nihil ſe tamen ab eo ingratũ paſſuram ſuſpicabatur, ſi quod modo tunc maius in hominẽ beneficium contuliſſet. Theodatum ad ſe itaq; vocat, venientẽq; blandiendo ſic orſa affatur. Aitq; iampridẽ ſibi filiũ viſum breuis ęui futurũ, idq; à medicis rem probè callentibus ſe accepiſſe, tametſi de ſe planè intelligat Atalarici corpus indies magis ac magis tabeſcere. Nunc verò cum de Theodato, vt Gothos ita & Italos videat non rectè ſentire, in quo & ſolo Theoderici genus reſtaret, hac infamię nota purgare illum ſe ſtuduiſſe, vt ad imperium euocato, nihil id ſibi in poſterũ interpellaret, ſimul & pro ęquitate tuenda, ſe hunc caſtigaſſe, ne de cętero eſſent, qui à Theodato acceptã iniuriam queſti ſe circũſiſterent, vel neminẽ habere ſe diceret principẽ, cui occurſura ſibi indies referrẽt, vel fortè pro rege ſe

Clam Iuſtiniano Italiam offert.

Amalaſuntha Theodati rapacitatem coercet.

Atalarici mors.

Amalaſuntha cum Theodato colloquium.

hoſtem fuiſſe,cui vi pareant,nactos. Quocirca ſi prioribus vitijs repurgetur, & deſinat ipſe aliena quandoque tandem ſurrippere, ad ſuſcipiendum imperium ſe hunc hortaturam iuuaturamque affirmare, dummodo prius grauiſſimo ſe is iuramento obſtrinxerit, regis duntaxat nomen vt ferat,ipſa verò vt antehac, re quidem imperium habeat. His Theodatus omnibus auditis,quæcunque Amalaſſunthæ animo eſſent, fraudulenter per ſacra iurans, facturum ſe omnino fatetur, quum aliàs memoriæ altius inſediſſet, quibus ſe illa antehac affeciſſet, vt ipſe rebatur,iniurijs. Hoc pacto Amalaſſuntha propria partim ſententia, partim Theodati iuramento eluſa, hunc in regem conſtituit. Deinde ad Iuſtinianum Gothos viros legauit,qui geſta per ſe omnia nunciarent. Theodatus igitur ſuſcepto imperio, aliter longè ac illa ſperabat,& ipſe pollicitus eſſet, ſe habuit. Quippe qui Gothorum,quos Amalaſſuntha occiderat, propinquis reductis, & pleriſque primoribus viris, qui eam propinquitate contingerēt,mox interfectis. Amalaſſuntham in carcerem trudit,cùm huius nondum oratores Byzantium peruenifſent. Eſt lacus in Tuſcia Bulſinus dictus, intus inſula vna exiſtit, & hæc quidem breuiſſima, præſidium habens ſatis munitum. in eo Theodatus Amalaſſuntham incluſam iuſſerat aſſeruari. Veritus deinde, vt poſtmodum accidit, ne ea ex re imperatorem offenderet, Liberium Opilionemque Romanos & Senatorios viros, cum alijs tribus Byzantium miſit, apud imperatorem enixè id factum deprecaturos, confirmaturosque nihil ex ſe moleſtum Amalaſſunthæ adhuc accidiſſe, tametſi indecentia quædam & grauia in ſe commiſiſſet: & in hanc illi ſententiam literas ſcripſit, Amalaſſunthamque vt eadem ſcriberet vel nolentem cogit. Dum hæc interea ſe ita haberent, Petro qui in Italiam mittebatur, per Iuſtinianum imprimis iniunctum id fuerat, Theodatum ſeorſum & ſolum vt conueniret, conuentumque iureiurando adigeret, traditam vt fidem ſeruaret, nec infidum quippiam ſiue incertius redderet, quod inter ſe gereretur, & hunc in modum de rebus Thuſciæ obfirmarentur conuenta. deinde & Amalaſſuntham adiret, cum eaque de Italia pactiones clam ita conficeret, vt neutri in detrimentum cederent. Apertè tamen de Lilybeo & alijs, quorū paulo antè meminimus, legatione is fungeretur. nondum enim de Atalarici morte, deq; Theodati imperio, & his quæ Amalaſſunthæ iam accidiſſent, aliquid Imperator acceperat. Petrus verò in ipſo itinere Amalaſſunthæ oratores imprimis obuios habuit, & cum his colloquutus, Theodatum perdidicit Italiæ regno potiri: paulò deinde poſt, quum Apolloniam peruenifſet, quæ in ſinu Ionico poſita eſt, Liberij & * Polionis comites fortè offendit, ab hiſque omnia quæ in Italia accidiſſent, cognouit: quibus Imperatori per nuncios ſtatim ſignificatis, eodem ipſe in loco, nec vltra progreſſus, conſedit. Iuſtinianus verò quum hæc accepiſſet, quemadmodum Gothos ſimul & Theodatum turbaret, animo agitabat. Amalaſſunthæ deinde literas ſcribit, quibus ſignificabat & hortabatur, ſibi quoad liceret, quàm celerrimè aliò ſe transferre curaret. Petro deinde eius legato per litteras enixè iniungit, quo minus quæ geſta per hos eſſent occuleret, Theodato ipſi & Gothis inſuper vniuerſis apertiora hæc omnia faceret, & in faciem exprobraret. Ex Italia itaque oratores Byzantium tandem reuerſi, quæ ibi geſta fuiſſent ad verum omnia explicarunt, & imprimis Liberius, vir ſanè bonus, rectuſque, ac veritati ſupra cæteros ſtudens. Solus * Polion identidem affirmare, nihil omnino in Amalaſſuntham Theodatum deliquiſſe. Sed Petro in Italiam veniente, ex humanis Amalaſſuntha exceſſerat. Gothorum nanque, quos hæc occidiſſet propinqui, Theodato ipſi aſſeuerando perſuaſerunt, nec illi quidem, nec ſibi vitam in tuto fore, niſi quàm procul hæc mulier & confeſtim ſublata è medio abigatur. Permitten-

te

Marginal notes: Theodatus periurio regnum adipiſcitur. — Ingratitudo Theodati. — Amalaſſunthæ carcer. — Mandata Petro Illyricano data. — * Opilionis — * Opilio. — Amalaſunthæ mors.

te itaque hi Theodato, ad inſulam venientes, Amalaſſuntham obtruncant: quæ res Italos præ cæteris omnibus, ita & Gothos ferè vniuerſos mœrore affecit. Erat nimirum hæc fœmina, vt ſuprà iam diximus, quibuſuis humanis virtutibus pertinaciſſimè dedita. Petrus verò Theodato præſente, & aſtantibus Gothis, Deum & homines ſimul obteſtabatur, eos fore omnino ob patratum id ſcelus, nullo cum Imperatore poſthac fœdere vinctos, ſed cum eo potius eſſe his confligendum.

Nequitia Theodati.

Theodatus verò prorſus impudens Amalaſſunthæ interfectores in honore cultuque habere, illisque bene velle, Petro tamen & Imperatori perſuadere, haudquaquam ſe approbante, ſed inuito quàm maximè per Gothos fuiſſe id ſcelus admiſſum.

IX anno imperij Iuſtiniani bellum contra Gothos motum.

Vnde Imperator vbi iam didiciſſet, quemadmodum cum Amalaſſuntha actum fuiſſet, confeſtim ſe ad bellum parabat, annos nouenos potitus imperio. Mundum itaque Illyriorum præfectum in Dalmatiam miſit, Gothis tunc ſubditam; iuſſitque Salonas vrbem vt pertentaret, & in poteſtatem redigeret.

Mundus adgredi Salonas iubetur.

Hic verò & ſi barbarus genere, maximum tamen in modum Imperatoris rebus ſtudebat, & bello præualidus erat. Beliſarium deinde cum claſſe dimiſit, qui aduerſus Gelimerem, ac Vandalos paulo antè rem egregiè geſſerat. Militum is tria milia ſociorum habebat, quibus delecti præerant duces, ad hæc haſtatos ſcutatosque non paruo numero & belli peritos.

Beliſarius contra Gothos aſtutè mittitur.

hunc Imperator commonefecerat, ſe Carhaginem mitti prædiceret: ſed alioquin vbi in Siciliam perueniſſet, in eam ſtatim per cauſam commeatus & neceſſaria comparandi deſcenderet, & inſulam ita tentaret; vt ſi factu facilè foret, in poteſtatem redactam teneret, nec prorſus dimitteret ſemel recuperatam. Quòd ſi quid fortè rem impediret aut obſiſteret, quò minus id peragi poſſet, eueſtigio in Libyam nauigaret, quid ſibi vellet præſentiendi præbita nulli occaſione.

Litteræ Iuſtiniani ad Francos.

Literas deinde ad Francos Iuſtinianus in hanc ſententiam miſit; Noſtræ ditionis Italiam per vim Gothi ceperunt, nec ſolùm reſtituere hanc nobis haudquaquam decernunt, ſed iniuria inſuper nos afficere, nec toleranda quidem, nec mediocri. quocirca exercitus aduerſus hos mittere cogimur. Vos verò par fuerit nobis hoc bello vt auxilio ſitis, quod vtique vtriſque noſtrum commune, rectior illa ac vera de Deo opinio facit, in Gothosque odium, vt Arianorum errores reijcientibus deteſtandos.

Franci contra Gothos.

His literis Imperator præſcriptis, & Francorum principibus magna pecunia condonatis, maiorem ſe pollicetur daturum, vbi bellando rem geſſerint. Franci verò hoc pacto illecti, bellum ſe promptius geſturos promittunt. Mundus interea & eius copiæ omnes vbi eſt in Dalmatiam ventum, cum Gothis ea è regione obuiam prodeuntibus manus conſeruere, & hoſtibus prælio victis, Salonas mox occupant.

Salonæ captæ.

Beliſarius verò in Siciliam nauigans Cataniam capit. Vnde impetu facto, Syracuſas quidem deditione imprimis, & ciuitates deinceps alias nullo negocio in poteſtatem redegit.

Beliſarius Sicilia potitur.

Panormi tamen mœnium fiducia Gothi ſe tuebantur. erat nimirum munitiſſimus locus, nec illis quidem mens erat Beliſario quoquam pacto concedere, quin potius vt exercitum inde abduceret, imperabant. Beliſarius itaque continentis regione animaduertens capi hunc locum minimè poſſe, claſſem intra portum ſuis confeſtim vt agerent, iuſſit, ac murum ad mare ſitum ſubirent, qui fortè tunc erat defenſoribus vacuus.

Panormus capitur.

Iactis itaque in portu mox ancoris, & nauibus in tuto firmatis, quarum mali vrbis propugnacula ſuperabant, extemplò lembos ſagittarijs complent, ſublatosque ad mali ſuſpendunt faſtigium. Vnde ex eminente hoſtes ſagittis vndique icti, in ſegnemque & imbellem formidinem acti, ſine mora Panormum Beliſario dedunt.

Beliſarij felicitas.

Vnde factum, vt ex eo tempore ad id vſque ætatis Siciliam Imperator obedientem & tributariam habeat. Cum Beliſario itaque

actum, quàm dici queat, longe felicius: quippe qui Vandalis recens deuictis, conſulatus dignitate accepta, quum eo adhuc munere fungeretur, Sicilia inſuper in poteſtatem redacta, poſtrema conſulatus die Syracuſas ingreſſus, & eius exercitu Siculorum plauſu ingenti excepto, aureorum numiſmatum vim magnam, circumfuſam iactauit in turbam: nec ſanè id ex induſtria factum, ſed ſorte quadam Beliſario omine contigit, qui vniuerſam Siciliæ inſulam Romanis recuperaſſet; ea vt die Syracuſas inueheretur, qua & ei conſulatus finiretur, ſuſceptum antea munus. Petrus interea in Italiam delatus, de his omnibus certior factus inſtare tunc acrius, & Theodatum terrere haud quaquam intermittebat. Tum ille timore perculſus & attonito ſimilis, haud ſecus voce amiſſa, ac bello captus fuiſſet, amotis arbitris cum Petro in colloquium venit, & inter hos demum conuentum, Imperatori Theodatus vniuerſa Sicilia cederet, illique auream in annos ſingulos trecentarum librarum coronam vt mitteret, è Gothiſque item ad tria milia pro eius vt traderet arbitratu. Theodato verò vt minimè liceat ſiue ſacri, ſiue Senatorij ordinis, ſine Imperatoris permiſſu quemquam occidere, vel eius bona in publicum proſcripta redigere, & ſi quem fortè ex ſubditis ad patriciam velit, ſiue aliam hic dignitatem prouehere, ab Imperatore hanc dari depoſcat: quin etiam Romanus vt populus pro eius conſuetudine in acclamationibus ac plauſu ipſo, Imperatoris imprimis nomen pronunciet, Theodati deinceps, ſiue in theatris, ſiue in triuijs, ſiue alibi vtcunque id fieri contigerit. † Statua præterea ſiue ænea, ſiue alia quauis materia ſtructa, nunquam ſoli Theodato, ſed vtriſque ſemper ponatur, Imperatoris ad dextram, Theodati ad læuam. His quidem, & ſcriptis cum pactionibus Petrum legatum Theodatus Byzantium ad Imperatorem remiſit: quo inde dimiſſo, hominem ſtatim trepidario cepit, & in varias quaſdam formidines egit, eiuſque mentem variè volutabat, vel ſolo belli nomine territando, ne fortè ſi Imperatori haud quaquam placerent, quæ inter ſe fuiſſent & Petrum conuenta, bella eſſent mox occurſura. vnde abeuntem Petrum, & in Albanos profectum ad ſe reuocatum, perinde ac alia quædam ſecum acturus, ſeorſum rogabat, num pactiones inter ſe factas voluptati fore Imperatori exiſtimaret. cui affirmanti ita ſe ſuſpicari, reſpondit: Sin verò minus oblectent, quid deinde agendum? At Petrus, belligerandum tibi proculdubio erit ô ſtrenue. Tum Theodatus, Num æquum id fuerit? Cur non id æquum futurum ſit? inquit, vt ſtudia animo cuique inſita obſeruentur & artes. Quid enim ſibi vult illud, ô Theodate, vt ipſe ſtudij plurimum Philoſophię impendas, Iuſtinianus verò Romanorum imperator, animi magnitudini ſtudeat, ſtrenueque vt omnia peragat: in eo tamen differat plurimum, quòd qui Philoſophiæ operam det, mortem afferre hominibus, & his quidem tam multis, haud quaquam ſat deceat, & ex Platonicis præcipuè diſciplinis, quarum te ſcilicet participem factum, quauis cæde vacare, profectò nil ſanctius ſit: ſed illum priſtino ac ſuo Imperio loca ſedulò addere, atque identidem vendicare nil prorſus dedeceat? Hac Theodatus tam callida ſuggeſtione facilè perſuaſus, ceſſurum ſe Iuſtiniano Imperatori principatum fatetur, in idque ipſe in primis & eius deinceps vxor iurauit, Petrumque adegerunt, vt iureiurando polliceretur, non ſe prius id editurum in vulgus, quàm imperatorem cognouerit priores illas non admiſſurum conuentiones. Vnde & Ruſticum ſacerdotum è numero quempiam, Romanum virum, & peridoneum ad eam rem confirmandam Byzantium cum Petro tranſmittit. Huic ad Imperatorem litteras dedit. Petrus itaque ſimul & Ruſticus, cùm Byzantium perueniſſent, priores Imperatori Theodati aperiunt voluntatem: qua prorſus per Iuſtinianum repudiata,

Theodatus imperatori Siciliæ cedit, & alia promittit.

† Ad hæc pacis cōditionē accedit, inſcriptio noſtri numiſmatis argentei, in cuius latere dextro D. N. IVSTINIANVS. P. F. AVG. à ſiniſtra D. N. THEODAHATHVS REX, ſicque nō Theodatus, ſed Theodahatus ſcribi debet. hæc D. Conradus Peutinger.

Noua Theodati vecordia.

diata, quæ poſtremò perſcribebantur, oſtendunt. Litteræ verò in hanc erant conſcriptæ ſententiam. Non equidem ipſe ad id regium culmen, vt aduentitius & peregrinus perueni, quippe qui ex auunculo rege ſim genus ſortitus, & pro eius nutritus heic dignitate, bellorum verò ac bellicæ turbulentiæ ſum equidem non omnino peritus. Cùm enim in audiendis litterarum optimis diſciplinis exercitus ſim, & in eas ſtudium meum omne contulerim, contigit ſanè, vt à bellicis hiſce perturbationibus quàm longè ſemotus, ad id demum venerim, vt haud quaquam decere me ducam, pro terreſtris Imperij & bonorum præſentium cupiditate, vitam vt in diſcrimine agam, ſed ab his potius vt procul abſim: nimirum cui neutrum mihi ſit voluptati, tum quia alterum ſatietate metimur (nam & ſuauitudinum omnium ſatietas eſt) tum quia inſolentia ipſa deſuetudoque in anxietates plerunque & turbas inducunt. Ipſe igitur, ſi modò mihi prædia ſint, quæ * aureos ducentos & mille quotannis ferant, parui equidem ſum regnum facturus, tibique ſtatim Gothorum & Italorum permiſſurus imperium, vt qui longè malim terræ cultor ſine negocio eſſe, quàm in imperatorijs curis vitam hanc ducere, viciſſim in pericula tranſmittentibus. * Remittes ergo quàm celerrimè hunc ad nos virum, cui cùm Italiam ipſam, tum & res cæteras tuo ſim nomine traditurus. His litteris Imperator acceptis, gaudio ingenti affectus, ita reſpondit. Sapientem te eſſe antehac auditu & fama perceperam, nunc verò experientia doctus intelligo, quandoquidem animo deſtinaueris tuo, belli euentum non opperiri: quod vtique plerique perpeſſi, eluſi demum in rebus maximis ſunt. & te quidem haudquaquam de cætero pœnitebit, ex hoſtibus nos tibi amicos feciſſe. à nobis verò quæ poſtulas impetrabis, * & ad hæc quidem accedet, quòd honoris cauſa, Romanorum omnium primus deſcribi impoſterum poteris. Nunc itaque Athanaſium Petrumque miſimus, vt * confeſſione inter vtroſque noſtrûm res confirmentur. Venturus & ſtatim eſt ad te Beliſarius, omnibus inter nos rebus conuentis finem interpoſiturus. His Imperator ita conſcriptis, Alexandri germanum, qui antea fuerat, vt diximus, ad Atalaricum delegatus, & Petrum rhetorem, ad Theodatum oratores dimiſit, iuſſos quidem † poſſeſſiones Imperatoriæ domus, quam patrimonium dicunt, Theodato mox tradere. Litteris deinde confectis, & pactionibus iuramento firmatis, ex Sicilia Beliſarium ad ſe reuocauit, illique cuſtodiendam tuendamque commendauit Italiam, eiusque fidei, quæ reſtituta iam eſſent, commiſit. Dum interea Imperator hæc peragit, & in Italiam oratores mittuntur, Gothi Aſinario Grippaque ducibus magno cum exercitu ſe in Dalmatiam conferunt: quibus Salonas quàm proximè venientibus, Mauritius Mundi filius, non vt acie decertaturus, ſed explorandi gratia cùm paulum proceſſiſſet, cum paucis quibuſdam ex inſperato occurrit. tum pugna nauiter facta, Gothorum primores & fortiſſimi quique cæduntur, Romani omnes ferè cum Mauritio duce deſiderati. quorum ſtrage Mundus pater accepta, dolore ingenti affectus, & ira ſimul incenſus, incompoſitis copijs in hoſtes ſtatim procedit, & celeriter inito certamine, Romanis victoriam retulit. eo nanque in prælio hoſtium pars maxima cecidit, & fuga ab his apertè mox facta: quos fugientes Mundus temerè inſectatus, continenterque in terga cædens, cùm animum ipſum & furibundum continere præ filij iactura nil poſſet, à milite quodam & fugiente percuſſus mox cadit. in eoque Gothos in fugam præcipites actos perſequendi finis denique factus, & ſolutis ordinibus vtrinque diſceſſum. Romanis deinde Sibyllina carmina recordantibus, vetuſtis temporibus decantata, miraculi loco res fuit. Erat autem in hanc Sibyllæ ſententiam verſus: *Cùm enim Africa detinebitur, Mundus ſuo cum ſemine interibit.* Dein-

Theodati ad Iuſtinianũ litteræ.

* *in Græco,* δώδεκα κεντηναρίων ἐπέτειον πρόσοδον, *xij cẽtenariorum annuum prouentum.*

* *in Græco, Mittito igitur hominem, &c.*

Iuſtinianus Theodato.

* καὶ προσέτι ἐν τοῖς πρώτοις Ῥωμαίων ἱερεῦσιν ἀναγεγράφθαι σοι.

* ὁμολογίᾳ, *pacto conuento.*

† *prædia domus auguſtæ.*

Mauritius Mundi F. cadit.

Mundus à fugiente Gottho perimitur.

Verſus Sibyllæ.

de eodem in vaticinio ſubdens hunc in modum ipſum idem explicatius aperit: *Cùm enim Romanorum in poteſtatem Libya venerit, Mundus cum filio cadet*. Hæc itaque cùm ita ſe habuiſſent, Salonas tamen ingreſſus eſt nemo, Romanis domum iam abeuntibus, vt ſine duce relictis, & Gothis amiſſo exercitus robore, in proxima trepidanter præſidia dilabentibus. non enim hi Salonicis mœnibus confidebant, Romanis præſertim hanc incolentibus vrbem, nulla ſe beneuolentia proſequentibus.

Inconſtantia perfidiaq́; Theodati.

Theodatus interea auditis, quæ Salonis geſta fuiſſent, qui ad ſe venerant ex Byzantio oratores nullius momenti iam facere, vt qui ſuapte natura propenſior ad perfidiam eſſet, & animi planè inconſtans. quippe quem præſens fortuna temerè ſemper ac prærer decoris & officij dignitatem, vel in nimiam trepidationem impelleret, vel è contra in audaciam ineffabilem quandam. Morte itaque Mundi & Mauritij deinceps accepta, maximum in modum elatus, nulla rerum iam conuentarum habita ratione, oratores ſe adeuntes eludere haud quaquam duxit indignum. Vnde Petro ſecum ac ſæpe iurgante, vt qui perinde apertius excederet promiſſa, & traditam Imperatori falleret fidem, his occœpit oratores ipſos ad ſe euocatos affari.

Quando liceat occidere legatos, ex opinione tyranni.

Magna quædam & inclyta oratorum dignitas eſt, & apud omnes mortales alioquin honorabilis. Sed tandiu id in ſe muneris retinent, quoad ipſi ſuæ legationis officium ſeruent. Nam hominem occidere, qui legatione fungatur, tunc qnidem & iure pro humanis legibus licet, cùm regem videbitur contumelia affeciſſe, vel ſi cum muliere cubuerit, alteri cuiquam nupta. Iſtiuſmodi Theodatus in Petrum oratorem iactauit, non quia cum aliena is fœmina rem habuiſſet, ſed vt criminationes confirmarentur, quibus iure agi id videretur, quod legatos ad ſe & principum oratores necaret. Huic dicendi facienti iam finem, ita oratores reſpondent: Haudquaquam Gothorum princeps res ita ſe habet, ac ipſe diſſeruiſti, nec tibi ſub eiuſmodi nil ſani habentibus velamentis, quoquam pacto ſuadeas, aduerſus homines oratores agere, vt impiè queas.

Legatorum inuiolabilis dignitas.

qui enim hoc munere fungitur, nec volens quidem mœchari ſat poteſt, nimirum cui ne aquam quidem guſtare ſine cuſtodibus non id permittentibus facile ſit. Orator verò qualiacunque à principe ſe delegante acceperit, profert: quæ ſi minus proba vel rectiora videntur, non ipſe propterea iure eſt incuſandus, ſed qui miſerit fortè culpandus. Oratoris quippe officium eſt, ſuum cum fide miniſterium exequi. Nos itaque explicaturi omnia ſumus, quæ ab Imperatore accepimus huc ad te miſſi. Tuum igitur fuerit, benignè vt audias, quæ per nos referuntur. nam obturbato tibi id relinquetur, vt legatos homines violes. Curandum tibi itaque potius erit, volens vt peragas, quæcunque antehac ſis Imperatori te facturum pollicitus. nam & ipſi huius rei huc gratia venimus. Epiſtolam, quam is ad te miſit, iam habes; litteras verò Gothorum optimatibus deſtinatas, ipſis duntaxat tradituri nos ſumus. His dictis, barbarorum principes ipſi Theodato eas tradi iuſſerunt, in hanc ſententiam ſcriptas.

Iuſtinianus Gotthis.

Curæ nobis id maximè fuit, in noſtram vos politiam ac mores traducere, quam rem vobis voluptati fore par eſt. non enim de veſtro vt quicquam imminuatur, ſed veſtra potius augeatur vt dignitas, ad nos venietis. proinde non ad peregrinos & incognitos ritus vos Gothos excimus, ſed quibus diu inſueuiſtis, etſi ad breue contigit vos abfuiſſe. Quamobrem Athanaſius & Petrus ad vos miſſi nunc veniunt, quibuſuis in rebus opem laturi. His Theodatus demum perlectis, re quidem nil exequi, quæ Imperatori antea promiſiſſet, Oratoreſque ipſos non ſub mediocri cuſtodia detentos ſeruare. Iuſtinianus interea vbi tandem, quæ in Dalmatia contigiſſent, cognouit, Conſtantianum ſui regij ſtabuli magiſtrum in Illyricos miſit, iuſſum vt inde

contracto

contracto exercitu Salonas, vtcunque poſſet tentatum abiret. Beliſarium deinde quàm celerrimè petere Italiam iuſſit, & Gothis pro hoſtibus vti. Conſtantianus Epidamnum profectus, ibíque aliquamdiu moratus, copias cogit. Interea Gothi Grippa duce, vbi ſe in Dalmatiam contulere, Salonas mox obtinent. Conſtantianus verò omnibus egregiè comparatis, cum vniuerſa claſſe ex Epidamno diſcedens in Epidauri portum, quod oppidum per Ionicum nauiganti ad dexteram iacet, inuehitur. Ibi fortè Gothorum ſpeculatores tunc aderant, per Grippam dimiſſi: quibus naues iam proſpectantibus & ſimul exercitum, viſum facile eſt, vniuerſam milite terram repleri. Itaque ad Grippam properè redeuntes, infinitam hominum multitudinem Conſtantianum in ſe ductare identidem affirmabant. Tum ille timore ingenti perculſus, aduentantibus hoſtibus occurſandum, vt minimè ſibi id profuturum, haud quaquam rebatur, nec per Imperatoris exercitum, qui vel mare ipſum in poteſtate haberet, obſidione ſe intercludi vllo pacto volebat. Salonarum præterea muri angebant, vt quorum magna iam pars concidiſſet, nec ſecus & incolæ ipſi, vt magnum in modum Gothis ſuſpecti. Quibus de cauſis ex Salonis Grippa cum vniuerſis copijs mouens, eo in campo caſtra metatus eſt, qui Salonas & Cremonem interiacet oppidum. Conſtantianus interea ex Epidauro ſoluens, Lyſenem appulit claſſem, quæ in eodem ſita eſt ſinu: demiſſis deinde exploratoribus, his ſtatim ad verum renuntiantibus, quemadmodum cum Grippa res ſe haberent, rectà Salonas & concitatius nauigat: quò vbi eſt proximè ventum, in continentem expoſitis copijs, eódem ipſe quietam habuit ſtationem. quingentis deinde ex vniuerſo exercitu & ſtatim delectis, hiſque Siſila quodam ex armigeris ſuis præfecto, occupare anguſtias imperat, quas etiam ante vrbem acceperat. Ipſe deinde cum omnibus copijs Salonas contendit, peditatuque demum & claſſe in portum deductis, vrbem ingreditur. Sed Conſtantianus Salonarum muros mox farciendos curare, breuique collapſa omnia cxædificando erigere. Grippa verò Gothorum exercitum, Romanis Salonas iam occupantibus, ſeptimum inde poſt diem caſtris ſublatis incolumem Rauennam reduxit. His abeuntibus, Dalmatiam Liburniamque omnem Conſtantianus in ditionem accepit, Gothis ſibi adiunctis, qui his in locis reliqui fuerant. His peractis, hyems iam declinabat, & belli huius, quod Procopius hiſtoriæ commendauit, primus iam annus finiebatur. Beliſarius autem Syracuſis Panormíque valido dimiſſo præſidio, cum omnibus copijs, è Meſſana Rhegium inter medio freto traiecit: in quo poëte Scyllam fuiſſe & Charybdim pro arbitrio fabulantur. Ad hunc verò vbi in continentem peruenit, quotidie eius regionis homines agmine magno concedere, & vici qui ſine muris iampridem fuiſſent, ſine vlla cuſtodia Romanis patere: quod ſanè ex odio in Gothos acerrimo agebatur, quorum dominatione degrauabantur. Ex Gothis autem Ebrimirus Theodati gener, qui eius filiam in vxorem duxerat Theodinatem, cum ſuis omnibus ſponte ad Beliſarium venit: qui ſtatim ad Imperatorem Byzantium miſſus, poſt cætera præmia ad patritiam prouectus eſt dignitatem. Exercitus autem per Brutios Lucanoſque ductus, iter pedibus faciebat, hunc quàm proximè continentem claſſis ſubſequebatur. Vbi verò eſt in Campaniam ventum, in Neapolim vrbem maritimam inciderunt, quæ pro loci natura validior erat, ſatiſque munita, & valido Gothorum præſidio tenebatur. Beliſarius itaque extra ſagittæ iactum in portum iuſſit ex alto naues ſubduci. Ipſe verò iuxta vrbem poſitis caſtris, imprimis quidem quod in ſuburbano erat præſidium, deditione mox cepit: deinde qui in ciuitate manebant permiſit: ex ſuis quoſdam delectos ad ſe,

Conſtantianus comes ſtabuli mittitur in Illyricum.

Grippa Salonas deſerat.

Salonæ receptæ.

Conſtantianus Dalmatia Liburniaq; potitur.

Anni II huius belli principium.

Ebrimirus a ſocero Theodato deficit.

Beliſarius Neapolim accedit.

vt in caſtra tranſmitterent, vt & ipſe ſibi quid vellent, edicerent, & ſe loquentem cùm audiſſent, eius mandata ad ſuos referrent. Extemplò Stephanum Neapolitani dimittunt, qui vbi ad Beliſarinm venit ita præfatus: Non iure, inquit, id agis præfecte, Romanos viros & nihil iniuriæ inferentes, traducto exercitu oppugnatum vt venias, qui ciuitatem paruam incolimus, & dominantium barbarorum ſic in arce præſidium habeamus, vt ſi his repugnare quoquam pacto velimus, haud quaquam in noſtro arbitrio ſit. Accedit etiam quòd barbari iſti, liberis coniugibusque & precioſiſſimis rebus in Theodati poteſtate relictis, ad nos tuendos huc venerint. Quocirca ſi quid fortè contra nos egerint, non ciuitatem, ſed ſe ipſos prodidiſſe mox videbuntur: quòd ſi nil ſupprimendo dicturi vera nunc ſumus, nec veſtris quidem hoc tuo in nos aduentu rectè conſultum eſt commodis. Atqui Roma fuiſſet prius vobis recuperanda, ſic deinceps & Neapolis ipſa ſine vllo negocio in ditionem ceſſiſſet: ab illa repulſi, neque hanc quidem eſtis, vti par eſt, habituri. Quo fit, vt fruſtra nos obſidendo tempus nunc teras.

Beliſarij ad obſeſſos oratio.

His Beliſarius dictis ita reſpondit: Nos quidem ſiue rectiore conſilio, ſiue aliaſcunque huc conceſſerimus, haud quaquam Neapolitanis conſiderandum permiſſuri nunc ſumus: quæ verò nos dignè conſulimus, libet quidem vt animaduertendo & contemplando, ea denique peragatis, quæ vobis ſint conductura. excipite ergo in vrbem Imperatoris exercitum, qui pro veſtra Italicenſiumque aliorum libertate huc venit, ne ea potius diligatis, quæ vos præ cæteris maximè afficere moleſtia poterunt. Enimuerò quicunque vel ſeruitute, vel aliquouis dehoneſtamento obducti in aciem prodeunt, in ipſo profecto certamine, ſi ſe nauiter geſſerint, geminatam ſortiuntur felicitatem. nam ſi victores euaſerint, à malis ſe & infortunijs vindicant: victi verò id ſolatij referunt, quod deteriorem non vltro fortunam ſequuntur. Qui verò cùm liceat ſibi ſine belli diſcrimine liberos fieri, & alioquin ad certamen deſcendunt, firmiorem ſibi vt pariant ſeruitutem, hi proculdubio vel ſi potiti fortè victoria ſint, vel in admodum neceſſarijs rebus falluntur, & ipſo in bello longè pauciores ac ipſi vellent incolumes euadendo, cum cæteris infortunijs, vel eo maiorem ſunt habituri calamitatem, quod bello vincuntur. Neapolitanis dicta hæc ſint. Gothis verò, qui apud vos in præſentia ſunt, optionem nunc damus, ſiue nobiſcum vnà ſub Imperatoris imperio ſint, ſiue impunes & malorum expertes domum confeſtim hinc abeant. Quòd ſi has omnes conditiones ſiue hi, ſiue ipſi vos neglexeritis, & audendo duxeritis in nos arma efferre, neceſſarium erit, ſi deo id placitum ſit, pro hoſte vtamur, qui ſe primùm obtulerit. Sin verò Neapolitani Imperatoris malint ſibi partes deligere, & ex Gothorum tam graui hac ſeruitute, in libertatem ſe denique vindicare, eas vobis nobiſcum fore, fide data, conuentiones polliceor, quæ cum volentibus Siculis factæ, ita ſeruantur, vt nos inſimulare periurij nequeant. Hæc Beliſarins Stephano publicè ſuis renuncianda iniunxit, ſeorſum tamen huic ad benè ſperandum pleraque pollicetur, ſi Neapolitanos Imperatori beneuolos redderet. Stephanus itaque in vrbem reuerſus, & ciuibus Beliſarij mandatis renunciatis apertè decernit his prorſus inutile fore aduerſus Imperatorem bellum ſuſcipere. & Stephano quidem hæc decernenti fauebat Antiochus, Syrus vir genere quondam, ſed qui iam pridem Neapoli habitarat, maritimo operi ſemper intentus, vnde non paruam erat prudentiæ & æquitatis opinionem apud hos conſecutus.

Paſtor & Aſclepiodotus deditionem impediunt.

Paſtor verò & Aſclepiodotus rhetores erant, & inter Neapolitanos facilè principes. hi Gothis cùm eſſent amicitia coniunctiſſimi, haud quaquam peruelle rerum præſentium ſtatum mutari, vel aduerſus hunc aliquid innouari. Itaque inter ſe inito con-

ſilio,

ſilio, vt quæ iam populus animo agitaſſet, interpellarent quàm multa quidem & magna: multitudinem incitabant à Beliſario alia item atque alia vt cauſando expoſcerent, & illud imprimis, vt hunc iureiurando adactum tenerent, ab eoque poſtulata confeſtim aſſequerentur. Omnibus itaque libello inſcriptis, quæ Beliſarium haud quaquam facturum ſuſpicarentur, ad eum per Stephanum deferenda mox tradunt: qui vbi rurſum ad Imperatoris ſe exercitum contulit, litteris præfecto porrectis, ab eo ſciſcitabatur, vtrum ne eſſet executurus quæ Neapolitani ab ſe depoſcendo deferrent, deque his obſeruandis præſtare iuſiurandum his velit. Tum ille omnia ſe facturum pollicitus, Stephanum ſtatim domum remiſit: quo referente, Neapolitani denique perſuaſi, & Beliſarij dicta ſuis gratificantia votis ſuſcipiendo, Imperatoris exercitum in vrbem extemplo admitti iubent, nil prorſus rati moleſtiæ ſibi ea ex re occurſurum, identidem affirmantes, ſatis ſe ex Siculis exemplorum habere, qui recens barbarorum tyrannide in Iuſtiniani imperium commutata, nunc libertate fruantur. Iam itaque ingenti tumultu delati, ad aperiendas Romano exercitui portas proceſſerant. Gothi interea, vt quibus minus placerent quæ gerebantur, nec cœpta interpellare iam poſſent, à tumultuante hac turba procul aſtabant. Sed Paſtor è primoribus quidam Aſclepiodoto fauente, Neapolitano ad concilium populo & Gothis ipſis, vnum in locum ad ſe conuocatis, orationem huiuſmodi habuit. Si ciuitatis cuiuſpiam multitudo ſeſe ac ſuam ſalutem prodiderit, nihil abſurdum, præſertim ſi cum optimatibus ſentiendo, liberam inde de ſumma rerum ſententiam ferat. Nos tamen vt haud dum in pernitiem abeuntes, oportet omnino poſtremum vt perinde ſuffragium, ſalutaria in patriam monita conferamus. Spectamus igitur ô Viri ac Ciues, non ſolum ipſos vos Beliſario, ſed vel ciuitatem hanc proditum iri, qui bonis vos plurimis affecturū ſe pollicetur, & iuramento prævalido ſe ad id exequendum obſtrinxit. Si autem promittere de ſe vel id quiuerit, venturam ad ſe omnino belli victoriam, contradicturus eſt nemo, non vobis emolumento hæc fore. Nam futuro iam domino non prorſus gratificari dementiæ eſt. Veruntamen ſi in incerto poſitus eſt Martis euentus, nec mortalium quiſpiam Fortunæ prænoſſe ſententiam queat, conſiderate pro quantis nam vobis calamitatibus id ſtudij ſit. Si enim bello ſuperiores euaſerint Gothi, & hoſtes deuicerint; hoſtium loco haud dubiè habituri nos ſunt, & hoſtiliter inde excruciaturi, quippe qui nulla coacti neceſſitate, ſed voluntate & ſui nunc odio ad proditionem venerimus. Ad hæc accedit, quòd per Beliſarium ipſum, ſi fortè hoſtes peruicerit, perfidiæ arguemur, & ceu præfecti proditionis, ac perinde fugitiui iam facti, in omne æuum per Imperatorem cuſtodijs aſſeruabimur: nam qui proditoris vſus beneficio ſit, accepta quidem ex gratia, repentina quadam vt victor afficitur voluptate, ſuſpicione tamen impoſterum ductus, veretur ſimul & odit eius ex factis beneficum proditorem, vt qui in ſe ipſo expertus aſſeruet & caueat proditionis indicia. Si igitur in Gothos fidem in præſenti ſeruauerimus, viriliter ſubeundo ac tolerando diſcrimina, vel hi quidem hoſtibus ſuperatis, bonis quàm maximis affecturi nos ſunt: & Beliſarius ipſe, ſi ita fortè contigerit, vbi victor euaſerit, ſeruatæ fidei veniam dabit. nam & pertinax in quempiam ſtudium, vel ſi plerunque forſitan fallitur, mortalium nemo, qui non omnino deſipiat, dignum ſupplicio iudicabit. Nunc verò quid paſſi hoſtium extimuiſtis obſidionem? quandoquidem nec neceſſarijs rebus caretis, nec commeatibus intercludi, domi cum conſideatis, mutiſque & cuſtodibus Gothis poſſitis confidere plurimum; Conſideremus præterea nec Beliſarium hiſce conuenturum nobiſcum fuiſſe conditionibus, ſi vrbem ſe vi capturum ſperaſſet. Quin etiam ſi exequi

Paſtoris ad Neapolitanos oratio.

ex æquo hic vellet, quæ nobis eſſent in commodum conceſſura, nec Neapolitanos quidem terrere antehac debuit, neque ex noſtra hi in Gothos iniuria, ſuas ſtabilire nunc vires: ſed cum Theodato & Gothis conſerendæ prius illi manus fuiſſent, vt ſine diſcrimine, & nulla proditione aut iactura, ciuitas

Vulgi mobiles animi.

iſta in victoris cederet poteſtatem. His Paſtor & Aſclepiodorus peroratis, Iudæos producunt aſſeuerãtes ciuitati rerum neceſſariarum nil defore, & Gothos tuto mœnia ſeruaturos. Quibus perſuaſionibus Neapolitani illecti, Beliſarium iubent quàm celerrimè inde abſcedere. Tum ille ad obſidendam

Difficultas in obſidenda Neapoli.

vrbem ſe comparare, proque viribus omnia facere. nam muros ſæpè antea hos inuadendo periclitatus, cum magna militum iactura, & horum quidem fortiſſimorum, repulſus abierat: quandoquidem Neapolis muri, cum partim ad mare ſint, partim in continenti & locis difficilioribus ſiti, adiri è propinquo nil poterant, nec ab inſidiantibus propter locorum accliuitatem inſcendi. Cumque aquæductum, qui in vrbem aquam inueheret, Beliſarius intercidiſſet, non admodum ciues ea res obturbarat, quippe qui puteos intra mœnia affatim haberent: vnde non multum eius iacturam rei ſenſere. Qui verò obſidebantur hoſtem fallendo, Romam ad Theodatum crebro nuntios miſ-

Ignauia Theodati.

ſitare, celerem opem oratum. Sed ille, vt erat ſuapte natura ignauus ac planè imbellis, nec belli apparatum aliquem facere, nec his auxilia mittere. Ferũt nanque aliud quiddam huic interea contigiſſe, quod maximum in modum eum exterruit, & in ingentem impegit formidinem, quod ſanè mihi etſi non ſatis ſit credibile viſum, explicaturus ſum tamen. Fuerat quidem vel antehac Theodatus non omnino incurioſus his fidem præſtare, qui ſe futura prædice-

Futura Theodatus inquirit.

re faterentur. Cum itaque in re præſenti inops conſilij eſſet, quod vtique ſolet mortales ad vaticinia perſcrutanda impellere, ex Hebræo homine quodam, qui in hac futurorum prænotione magnæ eſſet opinionis & famæ, ſci-

Noua cognoſcendi futura ratio.

ſcitabatur, qualis nam eſſet huic bello futurus euentus. Tum ille porcos ter decem paruis tribus in domicilijs vt coërceret admonuit, & decimis quibuſque nomina faceret, ex Gothis Romanisq; & Imperatoris præfectis deſumpta, ad diem deinde certum quieſceret. Theodatus igitur omnibus ita vt erat iniũctum peractis, ad præſtitutum diem cum Hebræo vnà porcos ſpectatum aduenit, & eos quidem quibus Gothorum nomen impoſuiſſet, mortuos omnes duobus tantum ſuperſtitibus contemplatur, viuos verò & modico interuallo diſiunctos, quibus Imperatoris præfectorum nomen ſorte iam obueniſſet, ſed alioquin ſetas è dorſo his omnibus defluxiſſe, & earum partem dimidiam reliquam eſſe, compertum. Vnde & Theodatum huiuſmodi conſpicatum, ex hisque belli exitum animo agitantem, inceſſiſſe formidinem tradunt, perinde ſat gnarum Romanis id occurſurum, vt eorum exercitus pars quidem ſit dimidia peritura, & pecuniarum ſint hi iacturam nonnullam facturi; Gothis verò, vt gens vniuerſa ferè deleta, ad paucitatem denique redigatur, & ad Imperatorem, etſi non magna, deuictis tamen Gothorum præfectis, belli ſit peruentura victoria. Quamobrem & Theodatum affirmant, nil prorſus virium comparaſſe, quibus cum Beliſario eſſet decertaturus. Sed de his quiſque loquatur, vti plus minusúe attribuerit fidei. Beliſarius autem Neapolitanos terra marique cum acrius obſideret, mœrore afficiebatur ingenti, vt qui nec illos vnquam ad ſe conceſſuros ſperaret, nec ciuitatem ſe poſſe in poteſtatem redigere, quandoquidem & loci difficultatem ſibi aduerſari quàm maximè crederet, & tempus eſſe diutius conterendum. Vnde & veritus ne ſe hyems opprimeret, & relicta Neapoli aduerſus Theodatum ducere cogeretur, & Romam contendere, celerrimè inde ſe abiturum exercitui

Caſu fortuito Neapolis capitur.

nunciauit, & ad iter vt ſe præpararet iniunxit. Sed diu ea de re animo fluctuatus, & hanc nactus rei bene gerendæ occaſionem, eòdem permanſit. Cupido

do interea cœperat Iſaurum quempiam aquæductus ædificium inuiſendi, & quemadmodum ciuitati neceſſarium laticem ſumminiſtraret. Ex ea itaque parte, qua Beliſarius id interruperat, ab vrbe procul ingreſſus, facilem habuit deſuper vadendi viam.nam muro interciſo fluere iam aqua deſierat. Vbi itaque propius mœnia ventum, in vaſtam petræ molem incidit, non hominum manu,ſed pro terræ natura locatæ.In hoc igitur ſaxo, qui quondam aquæductum extruxerant, ædificio illi annexo, excauauerant ſupernè foramen,non ſatis patens vt eà liberius permeare vir poſſet, ſed labenti vt aquæ tranſitum exhiberet:vnde fiebat,vt haud quaquam vbique par eſſet interior ædificij tractus meatusque amplitudo, perforata ſaxi intetpollante anguſtia, vnde nec armato præcipuè viro & ſcutum geſtanti erat is peruius locus. Id vbi Iſaurus comperit,haud quaquam viſum impoſſibile eſt, exercitum eà poſſe vrbem inuadere,ſi paulo laxiorem petræ concauitatem efficerent.Sed ipſe vt erat obſcurior, nec ſermones cum duce aliquos adhuc contuliſſet, rem ad Paucarem detulit ſuæ gentis Iſaurum, ſpectatæque inter milites virtutis virum.Paucares igitur omnia,vti ſe habuiſſent,ad Beliſarium defert,qui ſtatim præ nuntij voluptate reſpirans, magnaque ſe eius indicem rei pecunia donaturum pollicitus, rem vt perageret & confeſtim hortatur, ac ſimul imperat.Iſaurorum ex agmine deſumptis comitibus, petram ſtatim vt latius aperiret,& imprimis caueret, ne cui eius rei ſenſum præberet. Paucares verò Iſauris extemplo delectis ad id peridoneis,aquęductum cum his ſimul & occultè ingreditur.Cumque demum ad locum veniſſent, vbi petra in anguſtum coibat, mox opus aggreſſi, non dolabris hanc aut bipennibus excidebant,ne fortè ex ſonitu fragoreque hoſtibus proderent quæ gererentur, ſed ferreis acuminatisq; inſtrumentis, foramen crebrius elimando abradendoque,breui iam effecere,vt vir thorace obductus & clypeum geſtãs, libere eà tranſmeare ſat poſſet.Cum itaque egregiè ſe vniuerſa haberent,ſubijt Beliſario cogitatio animum,quòd ſi prælíando exercitui eſſet,& vi ea vrbs inuadẽda,non niſi magna ſuorum cum clade id fieri poſſe, & ciuitati cætera occurſura, quæ in captas vrbes geri per hoſtes ſolent. Vnde Stephanum ſtatim ad ſe euocatum his verbis affatur: Vidi equidem ſæpè vrbes expugnari & capi, & qualia à victoribus captæ iam patiantur ſat calleo.Nam & milites ipſi fine vllo ætatis reſpectu occidunt quos in eo furore offenderint,matresfamiliãsque tam fœdè afficiunt, vt mortem ſibi efflagitantibus illaturos ſe negent. Nam dum ad iniuriam ferendam trahuntur, & militum inſeruire coguntur libidini, indecora omnia tolerant, & admodum miſeranda: puerique vix dum ablactati, ab his abducuntur in ſeruitutem, quos omnium infenſiſſimos habent,vt quorum manus paterno reſperſas ſanguine cõſpicentur.Prætereo amantiſſimè Stephane iniectum per vrbes ignem, & flagrantia tecta nunc meminiſſe, quo vt res cæteræ deperduntur, ita & vrbis nitor & pulchritudo dehoneſtatur. Hæc ipſe omnia cum veluti in ſpeculo Neapolim videam nil ſecius perpeſſuram, ac cæteræ ſint captæ vrbes perpeſſæ, huius ſimul ac veſtri me miſeret.Machinæ mihi, vt vides,ſunt comparatæ, quibus fieri non poteſt non vrbem hanc capi excindique.Ciuitatem itaque vetuſtiſſimam,& incolas Chriſtianos Romanosque vt ab antiquo iam nactam,ita & ad id temporis intra ſe continentem, in miſeram hanc fortunam incidere, haud quaquam optauerim, præſertim cum in meam ſit illa omnino Romanorum præfecti poteſtatem ventura, & in meo exercitu barbarorum ingens ſit multitudo, qui fratres propinquosque ante hæc mœnia amiſere, & iccirco ſi vrbem hanc ceperim, iſtorum frenare iram nil quiuero. Quamob rem quandiu in veſtro arbitrio eſt eligere poſſe, quæ vobis cõducant,& quæ potiora ſunt facere,vobis conſulite,& futuram declinate calamitatem; quæ

Rupes Neapoli concaua, adnexa aquæductui.

Beliſarij humanitas.

Expugnationis mala commemorat Beliſarius.

Obteſtatio Beliſarij.

ſi,vti par eſt,in vos demum recidetit,nō iure fortunam eſtis,ſed vosipſos incuſaturi. Poſt hæc Beliſarius dicta. Stephanum ad ſuos remiſit, qui vbi Neapolitanæ plebis in medium venit, lachrymans fermè & gemebundus renunciauit,quæ à Beliſario accepiſſet. Tum illi identidem aſſeuerare,Neapolitanos immunes & liberos eſſe, nec Imperatori Romano in ſeruitutem quandoque ſe dedituros, nec Beliſarium quoquam pacto vereri, nec illi prorſus cedendum decernere. Tunc Beliſarius ſui vt vrbem per aquæductum iniret, rem ita conſtituit. Viros quidem ad quadringentos, primis fermè tenebris deligit,hiſque Magnum præfecit,qui equitum turmas ductatat:huic Ennem comitem addit Iſaurorum tunc ducem. thoraces deinde ſibi omnes deſumere,clypeos,enſeſque iubet,& quoad ipſe ſignum dediſſet,quieſcere:accitoque Beſſæ apud ſe vt maneret iniunxit. Magnum deinde & Ennem quæ fieri in præſentia velit commonefacit,& eam his ædificij partem oſtendit, quam antea ruperat,vnde in aquæductum facilis patebat aſcenſus. Poſt hæc imperauit,vt quadringentos illos,quos ſibi ductandos dediſſet,extinctis luminibus in vrbem immitterent, duoſque qui tuba canere egregiè percallerent, cum his ſimul dimiſit,vt vbi intra mœnia perueniſſent,vrbemque fremitu & terrore turbaſſent,quæ per ſe ſuiſſent iam geſta,clangore ac ſonitu ſignificarent. Ipſe verò magno numero ſcalas ad id antea factas in apparatu habebat. Illis itaque aquæductum iam ſubeuntibus, eaque in vrbem propere contendentibus. Beliſarius cum Beſſa & altero comite ſuo loco manere,& cum his omnia exequi.ad exercitumque qui iuberet dimiſit, vt inrenti omnes ac vigiles eſſent,&in manibus arma haberent: circa ſe verò quàm multos habebat, quos audentiſſimos eſſe ac fortiſſimos viros rebatur. Sed ex his, qui vrbem ingreſſuri obierant,pars maior periculi magnitudine territi, retrorſum deferri dilabique paſſim. Quibus cum & Magnus dux ipſe, quandoquidem vt ſe ſequerentur, nec monendo quidem perſuadere, nec adhortando iam poterat,ſe ad præfectum recepit:quos Beliſarius omnes vno agmine redeūtes probro affecit, & ducentos ex his,qui circa ſe milites erāt,delectos, cum Magno abirent mox iuſſit:quibus Fotius filius vt indignabundus & fremens ducem ſe obtulit,& in foueam,quà eundum his erat deſiluit, prohibitus tamen per Beliſarium eſt. illi verò præfecto vnà & Fotio ſibi conuiciantibus, metu ſimul ac pudore perculſi, diſcrimen quod antea declinaſſent, ſubire tunc auſi,cum ducentis illis vnà ducem ſequuntur. Beliſarius autem veritus, ne quis ad hoſtes, qui turrem aquæductus ædificio proximam cuſtodirent, eorum quæ gererentur, ſenſus accederet, eo ſe contulit,& Beſſam rixari ac Gothicis verbis contendere cum barbaris cuſtodibus imperat,ne quis fortè armorum crepitus ad hos perueniret. Tum Beſſas ingenti his voce inclamitando ad Beliſarium ſe vt conferrent,monebat, multa his bona fore pollicitus:tum illi contra illudere,& pluribus Imperatori ac Beliſario conuiciari & maledicere. Aquæductus autem ille non ſolum ad murum vſque porrectus ſupernè inregitur, ſed mediam vrbem ſpatio longiore peruadit, & decocto ex latere celſiores fornices habet. Romani itaque cum intra mœnia omnes iam perueniſſent,vbi nam terratum conſiſterent, nec animo quidem concipere,nec coniectura ſat poterant,nec inde deſcendere, quouſque tādem ad locum eſt ventum,vbi aquæductus retecta erat teſtudo,domuſque deſuper neglectior viſa, quam ſola anicula nimiæ paupertatis cohabitans incolebat: & fortè in ſuperiori ædificij parte oleæ erat arbor enata. Iraque vbi cœlum hi conſpexere,& media in vrbe ſe eſſe iam ſenſerant,inde euadere animo agitabant.non enim his aliqua machina erat,armis præſertim munitis, qua ſe inde demitterent. Ad hæc accedebat,quòd celſus ibi ædificium aliud quoddam excipiebat,quò nullus patebat aſcenſus. Romanis itaque diu animo fluctuantibus,

Pertinacia Neapolitanorum.

Quo modo capta Neapolis.

Photij Beliſarij F. virtus.

Per aquæductū Neapolim hoſtes ingrediuntur.

ctuantibus, & in maiores iam coeuntibus loci anguſtias(Iam enim cum turmatim ſuccederent, magno agmine ferebantur) ſubijt cogitatio quempiam ad ſuperiora vt tandem euaderet, pertentare. Confeſtim itaque depoſitis armis manibus enitẽdo ac pedibus, in mulieris domicilium venit, qua eodem mox viſa & mortem comminatus ni conticeret, ſupprimente illa vt attonita præ formidine vocem, iactatoque ad oleæ truncum præualido fune, & illigato, alterum reſtis mox caput in ſupereminens ædificium iacit, quo milites ſtatim cõprehenſo, ad vnum omnes ſurſum euadunt. Noctis enim pars quarta relinquebatur, & in vrbis muros tranſcendunt, cuſtodesq; duos nil prorſus imminens malum præſentientes, obtruncant. Sed ea regione, qua in boream mœnia vergunt, Beliſarius cum Beſſa & Fotio manens, diu iam expectabat, quæ per ſuos geſta fuiſſent, reſciſcere. Tum illi, vt ea mœnium parte potiti, clangentis tubæ ſonitu copias euocare. hoc ex prodito Beliſarius ſigno mœnibus ſcalis extemplo admotis, milites vt per eas murum inſcenderent, confeſtim hortatur. Cumque ſingulæ ſcalæ ad propugnacula haud quaquam pertingerent, vt quas non ex aperto & æqua dimenſione opifices fabricaſſent, binis inuicem ſcalis milites colligatis, hisque ſcandẽdo & propugnaculis ſuperatis in muros peruadunt, aliam autem mœnium partem ad mare vergentium non barbari ipſi, ſed Iudæi cuſtodiebant. Milites verò nec ſcalas applicare his poterant, nec aliâs ſcandere, Iudæis ſibi acerrimè occurſantibus, & planè interpellantibus, ne ſine prælio vrbem caperent hoſtes, atque adeo vt ea è regione nihil ſpei his eſſet ciuitatis iam potiundæ, Iudæis ipſis vel vrbe in partem iam capta tam fortiter præliantibus, & ſumma vi reſiſtentibus, qui in ſe impetum facerent. Verùm vbi demum illuxit (nam nocte peracta hæc ſunt) ex his qui introgreſſi iam fuerant, nonnulli in Iudæos mox inruunt, hosque in terga cædere acrius inſtant. tum illis fugam propere capeſſentibus, vrbs vndique capitur. Iamque patentibus portis Romanorum inferebatur exercitus. Sed milites, qui ad portas in orientem ſitas diſpoſiti fuerant, cum ſcalæ nullæ his eſſent, quibus muros conſcenderent, fores confeſtim à cuſtodibus deſtitutas, igne ſummiſſo incendunt, cumque vacuus eſſet ea ex parte defenſoribus murus, hinc inde dilapſis, nullo negocio ciuitatem inuadunt, ſtragemque ciuium ingentem fecere: & hi præſertim ira & indignatione in eos deſæuiebant, qui fratres propinquosúe in ea fortè mœnium expugnatione amiſerant. Nam quos tum primum obuios habuerunt, ſine vllo ætatis vel conditionis reſpectu mox trucidare, ciuium bona diripere, in domiciliaque ignem immittere, pueros præterea ac matresfamiliâs in ſeruitutem captos pertrahere, & præ cæteris barbari Maſſagetæ, vt qui nec ſacris quidem cum manus abſtinuiſſent, eorum vim maximam, qui vel in templa confugerant, tamdiu obtruncant, quoad Beliſarius ſuos circumeundo à cæde cohibuit, & ad concionem vocatos iſtiuſmodi affatus eſt verbis: Poſtquam victoriam ad nos detulit deus, & ad id gloriæ tandem prouexit, vt vrbem, etſi inexpugnabilem viſam, noſtræ ditioni ſubegerit; neceſſarium eſt, vt & ipſi acceptæ gratiæ haudquaquam indignos eſſe præ nobis feramus: ſed pro noſtra potius in deuictos clementia, iure hos ſuperaſſe. Nolite ergo Neapolitanos iſtos perpetuis odijs de cætero inſectari, nec quia hos ipſi oderitis, belli vobis ſunt limites excedendi. quod enim eſſe in deuictos victorum odium poteſt, cum parcendum his potius ſit, quàm ad internitionem clades alia inferenda? non enim vos ipſi ab hoſtibus poſthac vindicatis, ſed ſubditorum ex * more facturi iacturam eſtis. Quocirca viris iſtis nihil impoſterum mali per vos inferatur, neq, furenti iam animo licentius omnia permittenda. indecorum namque cum hoſtes viceritis, iracundia vinci: vobis quidem cætera in virtutis pręmium cedant, coniuges viris cum liberis

Iudæorum in propugnãdo virtus.

Direptio Neapolis occupatæ.

Beliſarij ad ſuos iam Victores oratio.

* *fortè, morte.*

reſtituite: ediſcant victi ex rerũ ſuarum iactura quantis ſua temeritate priua-
Clementer actũ in victos. ti nunc ſint & gratiſſimis bonis. his Beliſarius dictis, matresfamiliâs omnes,
liberos, ſeruosq́ue produci mox iuſſit, & Neapolitanis reſtitui, nondum ali-
quam expertos iniuriam, hisq́ue & milites ſuos conciliauit. Sic itaque cum
Neapolitanis tunc actum, vt vna eademq́; die & in ſeruitutem concederent
& libertatem, ſimulac ſuis ex rebus precioſiſſima quæque recuperarent. ſi-
quidem qui aurum maiorisq́ue precij rem poſſiderent, iam antea in terram
abdiderant, hac duntaxat via hoſtibus occultate ſua hi potuerunt. Denique
omnes in propria domicilia reſtituti, cum his ſimul & bona recondita pręter
ſpem receperunt. Obſidio itaque in diem ad ſummum extracta vigeſimum
hunc habuit finem. Gothos verò ea in vrbe ad octingentos numero captos;
indemnes prorſus ſeruatos, non minori in honore, quàm ſuos, apud ſe Beli-
Paſtor apoplexia extinctus. ſarius habuit. Paſtor autem, qui in eam deſperationem, vt ſuprà iam dixi-
mus, plebem induxerat, vbi captam vrbem peruidit, in apoplexiam incidens
repentinus moritur, nullo vel antehac morbo affectus, nec prorſus ab vllo
mali quicquam perpeſſus. Aſclepiodotus præterea, qui cũ Paſtore vnà rem
omnem in populi iacturam confecerat, cum primoribus alijs, qui reliqui tã-
Stephanus Aſclepiodotum conuicijs inſectatur. tæ cladi fuiſſent, ad Beliſarium venit. Cui illudens mox Stephanus, his ver-
bis cœpit conuitiari: Vide nunc ô omnium perditiſſime homo, quantis malis
affeceris patriam, pro tuoq́ue nimio in Gothos ac pertinaciſſimo ſtudio, tuo
rum ciuium ſalutem prodideris. proinde ſi barbaris res ſucceſſiſſent, non in-
dignum duxiſſes tui erga hos ſtudij mercedem recipere, & ſingulos noſtrũ,
tam etſi rectius longè cõſultos, proditionis inſimulare. Aſt vbi in poteſtatem
Imperator hanc vrbem redegit, & Beliſarij huius tam fortiſſimi viri virtute ſa
lutem recepimus, adire hunc ipſum Romanorum præfectum tam temere au
ſus, perinde nec in nos ciues nec imperatoris exercitum delinquendo non
dignas tuo ſis ſcelere pœnas daturus. Tum ille exprobranti hæc ſibi, vt male-
Reſponſio Aſclepiodoti. dictis vicem mox redderet: Falleris inquit, his te iactitando, quę nobis ex no
ſtra in Gothos beneuolentia obijcienda nunc ducis. non enim quis eſſe pe-
riclitantibus dominis beneuolus poteſt, niſi ſat conſtans animo ſit. Me verò
victores talem ſunt Reipublicæ ſuæ habituri cuſtodem, qualem nuper fuiſſe
in Gothos compererint: quandoquidem qui ſuapte ſit natura non infidus,
haud quaquam cum fortuna ſimul commutaturus eſt animum. Tu verò cum
Gothis res minus æquè procederent, promptiorem te ſtatim exhibuiſti ad
inuadentium hoſtium verba ſuſcipienda. qui enim inſtabilis eſt, & in conſtã-
tiæ morbo laborat, ſimulac timere incœperit, vel ſuimet amantiſſimis debi-
Aſclepiodoti ſupplicium. tam negaturus eſt fidem. His dictis, Neapolitanus mox populus abeuntem
hunc conſpicatus, cum in vnum coiſſet, ſua ac præſentia mala Aſclepiodoto
illi imputanda criminabatur, & maledictis hand prius abſiſtit inceſſere, quã
hominem trucidaſſet, eiusq́ue & corpus dilaceraſſet minutatim diſcerptũ.
Huius deinde ex cæde, Paſtoris ad domum impetu facto peruenit, & illum
identidem omnes expoſcere, ſeruisq́ue affirmantibus, fato perfunctum Pa-
ſtorem eſſe, non prius his fidem præbendam duxere, quàm mortui cadauer
proferrent: quòd ſtatim arreptum loco quodam & ſuburbano, palo affigũt,
proq́ue commiſſo ex iuſta ira facinore, Beliſarium ſic deprecantur, vt ab ho-
mine perhumano clementiq́ue facilè veniam impetrarint. Cum Neapolita-
Theodatus in ſuſpicionẽ Gotthis venit, & abdicatur. nis ſic actum. Gothi verò, quibus circa Romam & circumiecta huic vrbi loca
adeſſe fortè tunc contigit, miraculi loco exiſtimare Theodati tunc primum
ignauiam, quòd cum in proximo hoſtes adeſſent, haud quaquam vellet his
obuiam ire: vnde in ſuſpicionem nec mediocrem quidem venere, ne Iuſtinia
no Imperatori vltro is eſſet Gothorum res proditurus, quandoquidem non
in aliud quippiam animum intendiſſet, niſi vt quieſcendo vitam de cætero
duceret,

duceret, & pecunia ſeſe affatim ingurgitaret. Itaque vbi demum captam per Beliſarium eſſe Neapolim accepere, Theodato omnibus probris dilacerato, vnum in locum ducentorum ab vrbe ſtadiorum interuallo diſtantem inter ſe coëunt, caſtraque ibidem metari ſe poſſe quamoptimè viſum. Campi nimirum circunquaque patentiores & equitabiles erant, iuxta verò defluēs amnis in mare ad Tarracinam immittit. huic proximus mons Circeus ille, vbi Vlyſſem ferunt cum Circe verſatum. Sed vt equidem reor, non vera fatentur, cum ea in inſula Circis domum Homerus fuiſſe affirmet: ni fortè hunc montem, inſulam eſſe iccirco quis dixerit, quia in mare ingenti tractu porrigitur, & iuxta adnauigantibus, eiuſque è littoris regione vadentibus, inſulæ diu perſimilis eſſe apparet: vbi verò ad eum eſt montem peruentum, facilè quiſque perdiſcit, priorem opinionem ſe fefelliſſe: & ea fortè de cauſa hunc locum Homerus inſulam dixit. Mihi verò ad ea, quæ dicere cœperam, redeundum. Gothi igitur cum eò iam cōueniſſent, Imperatorem ſibi & Italis Vittigem deligunt, virum ſanè non ex clara familia ortum, ſed qui in his certaminibus, quæ circa Sirmiū aduerſus Gepidas Theodericus rex habuiſſet, probe ſe & viriliter geſſerat: qua de re Theodatus certior factus, fuga extemplo arrepta Rauennam contendit. Vittiges verò quamcelerrimè Optarem Gothum hominem miſit, qui Theodatum ad ſe viuum vel ſaltem mortuum ex fuga retraheret. Erat autem Optares ille hac de cauſa Theodato infenſior. huic quondam ampliſſimo patrimonio & præſtanti forma puella denupſerat. hanc Optari Theodatus, etſi pecunijs vtcunque placato ademptam, alteri collocauit. Iccirco tūc Optares iracundia partim ſuccenſus, Vittigi partim morem geſturus, ingenti celeritate, & ſumma animi promptitudine, nec interdiu quidem, nec noctu intermiſſo itinere, abeuntem illum enixius inſectatur: quem demum in via adeptus, ac ſolo fœde reſupinatum vt victimam cædit. Hæc Theodato & vitæ euerſio fuit, & regni, ad tertium annum detenti. Vittiges interim Imperator creatus, cum præſentibus Gothis Romam ſe contulit, ibique cum Theodato quemadmodum actum fuiſſet, certior factus, & ingenti affectus lætitia, huius Theodeſclium filium cuſtodijs aſſeruandum curauit. Cumque Gothorum res ei haud rectè ſatis paratæ adhuc viderentur, potius duxit Rauennam prius contendere, ibique omnibus optimè comparatis, ad bellum deſcendere. Vnde vniuerſis ad ſe conuocatis, orationem huiuſmodi habuit: Rerum geſtarum quæ maximæ ſunt, viri commilitones, non temporis celeritate, ſed bonis conſilijs dirigi rectius ſolent: plerumque enim ſera dilatio, cum ſe demum opportunè obtulerit, vtilitatis plurimum affert: ſtudium verò & nimia properatio, vbi nec decenti nec ſuo tempore proferuntur, multis rei conficiendæ ſpem intercidit. facilius quippe imparata aliqua multitudo viribus oppugnata hoſtilibus vincitur, quàm qui cum minoribus copijs, ſed alioquin quàm bene inſtructis, in certamen ſe conferunt. Non itaque vt repentius ipſi & iactanter elati, indecenti vos aliqua affecturi ſumus iactura: ſiquidem longè potius eſt, ad breue nos erubeſcere, vt gloriam ſeruemus iam partam perpetuò, quàm momentaneū dedecus declinando, in omne æuum hoc ipſo inuolui. Accedit etiam haud quaquam & vos eſſe eius rei ignaros, Gothorum vim omnem & armorum vniuerſum ferè apparatum, in Gallijs, ipſis & ſimul Venetijs, alijſque quàm procul hinc diſtantibus locis, verſari. Et ſanè Francorum cum natione, præſenti hoc nihil inferius bellum nos gerimus: quo nondum rectè diſpoſito, velle aliud aggredi, maioris eſſe veſaniæ duxerim. nam qui in ancipiti poſiti ſunt, nec in hoſtem vnum intenti, par erit omnino ab aduerſarijs ſuperentur. Ipſe verò Rauennam eundum nunc eſſe decerno, indeque aduerſus Francos bello denique abſoluto, & cæteris perquam benè rebus diſpoſi-

Mons Circeus.

Vittiges rex eligitur.

Optares Theodatum perſequitur

Theodati exitiū

Oratio Vittigis ad Gothos.

tis, cum Beliſario demum Gothorum omnibus copijs confligendum. Sed veſtrum non neminem diſceſſionem hanc noſtram fugam dicere haud quaquam pigebit. Et alioqui timorem diſſimulare & profiteri, ſi modo ſuo id tempore fiat, quàm multos erexit, & ad meliorem traduxit fortunam. Strenuè verò factorum celebritas his quidem, qui nil opportunè hæc geſſerint, ad ſeruitutem proculdubio eſt, & ignominiam conceſſura. non enim rerum nomina ſequenda ſunt nobis, ſed iure ex his commoditas conſectanda. Viri nimirum virtutem non cœptæ res arguunt, ſed peractæ deſignant: hoſtes autem fugiunt, non qui maiori cum apparatu & derepentè in hos aduentarint, ſed qui eorum corpora tueri perpetuò volunt, & bello quàm procul abeſſe. De huius verò vrbis Romæ futura captiuitate, veſtrum neminem formido inceſſat. nam ſi Romani in nos ſe beneuolè geſſerint, ciuitatem hanc in tuto ſunt Gothis conſeruaturi, quandoquidem nec neceſſitatem experturi ſunt aliquam, vobis paulopoſt ad ſe redeuntibus: & ſi qua de vobis hos fortè ſuſpicio ceperit, vel admiſſis in vrbem hoſtibus, minus nocebunt, & cum his demum magis conduxerit, ſi cogat neceſſitas ex aperto pugnare. verùm ne quid eiuſmodi accidat, mox ipſe prouidero. viros nanque complures ad cuſtodiam vrbis relinquam, & præfectum cum his prudentiſſimum, qui ad eius tutelam ſint ſuffecturi, atque vt & nobis vrbana hæc rectè ſe habeant, & nulla ex hoc noſtro receſſu ſubſequatur iactura. Gothi igitur Vittigis dictis collaudatis, ad iter ſe præparabant. Interea verò Vittiges idem

Leuderis cũ præſidio Romæ relinquitur. Liberio Romano antiſtite, Senatoribus populoque vniuerſo abunde commonefactis, commemorato inſuper iuſtiſſimo Theoderici quondam imperio, ſingulos demum hortari, erga Gothorum vt gentem beneuolè impoſterum ſe haberent, idque vt deinceps ſeruarent, grauiſſimo iureiurando adegit, & ad vrbis cuſtodiam viris non minus quatuor milibus lectis, Leuderem præfecit, hominem ſanè, vt ad multum ætatis prouectum, ita & prudentiæ opinionem maximam conſecutum. His ita peractis cum reliquis copijs Rauennam verſus iter aggreſſus, multis ſecum Senatorij ordinis obſidum loco abductis: quò vbi demum peruenit,

Mathaſſuntha Vittigi nubit inuita. Mathaſſuntham Amalaſſunthæ filiam eximiæ pulchritudinis virginem, vxorem ſibi vel nolentem quidem effecit, vt ex hac generis Theoderici coniunctione, imperium ſibi firmius ſtabilitum eſſet impoſterum habiturus. Gothos deinde vndequaque contractos, arma equoſque ſingulis turmis diſtribuendo, inſtruxit imprimis & exornauit, eos duntaxat, qui Gallias præ Francorum formidine

Franci prius Germani. cuſtodirent, ad ſe reuocare non potuit. Franci autem iſti, Germani quondam vocitabantur: quemadmodum autem à principio fuerint id nomen ſortiti, & Gallias deinde inuaſerint, ac Gothis ſimul ſint hoſtes effecti, expli-

Orbis partitio. caturus mox ſum. Regio ea omnis, quæ ab Oceano & Gadibus nauigantibus ad dexteram iacet, Europa, vt aliàs diximus, nuncupatur: quæ verò eſt huic ex aduerſo obiecta, Libya dicitur, ſed Aſiam, hanc priſci dixere: de his inde quæ vltra Libyam ſunt, quod affirmare certius queam, nil habeo. nam & vaſtæ excipiunt ſolitudines, & immenſis ſpatijs vacua ſunt hominibus loca, ex quibus etſi primus Nili fons naſcitur, eſt tamen eius origo in-

Europa. cognita, cum inde in Aegyptum deferri id flumen affirment. Europa autem quod ad ipſum ſtatum & ſuum principium, poſt quidem Peloponeſo perſimilis, & vtrinque adiacet mari, cuius prima regio circa Oceanum eſt & occi-

Hiſpania. dentem ſolem, & Hiſpania dicitur ad vſque Alpes, quæ in Pyrenæis ſunt

Alpes vnde dictæ Gallia. montibus. Alpes vero dici in anguſtijs tranſitum, qui ea in regione ſunt homines, decreuerunt. A Pyrenæis autem montibus ad vſque Liguriæ terminos Gallia dicitur. Vbi alpes aliæ Gallos & Ligures dirimunt. Sed Gallia Hiſpanijs eſt longè potentior. Siquidem ab anguſto cum Europa ipſa incipiat,

cipiat, in immenſam ſemper latitudinem funditur. Ex vtriſque his regionibus, altera quidem in Boream vergens, Oceano circuncingitur mari, altera verò quæ ad Notum ventum inclinat, mare Tyrrhenum habet. In Gallijs alia pleraque flumina ſunt, ſed Rhodanus imprimis & Rhenus hinc defluunt, diuerſa tamen & contraria ab inuicem via labuntur: Rhodanus ſiquidem in mare Tyrrhenum exit, & in Oceanum Rhenus immittit. paludes præterea hiſce in locis non paucæ, vbi primitus Germani, gens barbara habitabant, nec magni tunc primùm momenti viri, qui Franci nunc vocitantur. his finitimi Arborichi accolæ erant, qui cum cætera Gallia atque item Hiſpania iampridem Romanis parebant. poſt hos in orientem ſolē Thoringi barbari ſunt, qui Cæſaris Auguſti permiſſu, ſedes has tenuere, & ab his Burgundiones haud procul, ad Notum ventum vergentes inhabitant. Sueui deinceps & Alemani gens valida, liberi omnes, & iam diu ea incolunt loca. Temporis verò proceſſu, Viſigothi vi in Romanum imperium facta, Hiſpanias omnes & Gallias vltra Rhodanum flumen ſuæ ditioni ſubactas, vectigalesque redditas tenuere. Erant autem Arborichi Romanorum tūc milites, quos ſibi Germani cum obedientes facere & ſubditos vellent, vt qui finitimi eſſent, & priſtinos vitæ mores penitus immutaſſent, eorum agros aſſiduò populari, & hos copijs vniuerſis inuadere: Arborichi verò cum & virtutem præ ſe, & erga Romanos beneuolentiam ferrent, viros fortes eo in bello ſe præſtiterunt: cumque his vim inferre Germani non poſſent, ſocietatem vt ſecum ſaltem inirent, & mutua inter ſe facerent connubia, precabantur: quas non inuiti cō ditiones Arborichi mox accepere. erant nanque vtrique Chriſtianę fidei ſectatores. Sic itaque vnum hi coëundo in populum, ad maximam potentiam euaſere. Romanorum interea milites alij, qui in Galliæ finibus erant, cuſtodiæ gratia conſtituti, cum neque Romam redire iam poſſent, nec ad hoſtes vt Arianos concedere, ſe ſe cum ſignis ad hoſtem contulere, & locum inſuper, quem pro Romanis ſeruabant, Arborichis Germaniſque prodidere, ac *potius mores continenter ſeruatos, ſuos tranſmiſere ad poſteros, atque adeò vt vel ad hanc noſtram ætatem eodem tenore vel etiam cultu priſtinos ſeruare ritus non dedignentur. deſcripto nanque ex numero ad id fermè tēpus hi demonſtrantur, quo taxati antiquitùs militabant: quandoquidem & ſuis productis nunc ſignis, in aciem prodeunt, ac patrijs vtuntur perpetuò legibus, Romanumque habitum, vt in cæteris alijs, ita & ſoccis nunc ſeruant. Enimuerò quamdiu Romanis Reſpubl. eadem ſemper & firmior manſit, ad Rhodanum fluuium Imperator in Gallos potitus imperio eſt. Vbi vero hanc Odoacer in tyrannidem vertit, tunc demum Viſigothis tyranno hoc ipſo cedente, vniuerſam ad vſque Alpes, quæ à Liguribus Gallos diſterminant, hi Galliam ſuæ ditionis fecere. Odoacro deinde cadente, Thuringi Viſigothique Germanorum vires iam auctas veriti, (nam & hominum abundabant hi multitudine, & robore præualebant) atque adeò vt finitimos omnes apertius violarent: cum Theoderico & Gothis vt fœdera iungerent ſummo ſtudio nitebantur. Sed Theodericus eorum repudiata ſocietate, cum his tamen coniugia facere haudquaquam dedignabatur. Tunc itaque Viſigothorum duci iuniori Alarico Teudetuſam filiam eius deſpondit & virginem. * Mernerefrido autem Thuringo & principi, Amalabergam Amalafridis ſororis filiam nuptui tradit. quo factum, vt Franci alienam in ſe violentiam veriti, à Theoderico ne hunc bello per id tempus inceſſerent abſtinendo, Burgundiones oppugnatum mox ierint. Inter Francos deinde & Gothos, in Burgundionum malum, fœdus pactioneſque fiunt hac lege, vt vtrique in hos copias mitterent oppugnatum, & vtri eorum alteris in expeditionem euntibus, Burgundionumque euertentibus gentem, ipſorumque terram in

Rhodanus. *Rhenus.* *Germani, poſt Franci.* *Arborichi.* *Thoringi.* *Burgundiones.* *Sueui & Alemani.* *Viſigothi.* *Arborichi et Germani gentem in vnam coeunt.* *Germani Gallias occupant.* *patrios.* *Viſigotthi Galliæ partem conſequuntur.* *Matrimonia inter Viſigothos, Thuringos & Oſtrogothos contracta.* *rectius, Hermenefrido.* *Franci contra Burgundiones.*

ſuam redigentibus poteſtatem à cõuentis deficerent, victores ipſi ab his, qui ſecum non militaſſent, certum auri pondus referrent: ſic bello res captas vtriſq; communes fore. Germanis igitur ingentibus copijs pro initis inuicem cum Gothis conuentionibus, aduerſus Burgundiones iam prodeuntibus,

Theoderici vafricies.

Theodericus verbis quidem ad expeditionem ſe præparare, de induſtria tamen tempus in belli euentum extrahere, futuram fortunam opperiendo. vix tandem exercitibus miſſis, præfectis imperat, irer vt ſegniter facerent. Proinde ſi Francos victoriam retuliſſe acceperint, tunc prorſus iter accelerarent. Sin verò aduerſi quippiam his accidiſſe didicerint, haudquaquam vltra progrederentur. Franci interea cum Burgundionibus ſoli manus conſeruere: & cum bellatum nauiter eſſet, magna vtrinque fit cædes: nam pede collato ad multum diei fortiter eſt prælíũ geſtum. Sed Franci demum, vbi in fugam hoſtes penitùs vertêre, in vltimas quas illi incolerent terras fugarunt, vbi & fugientibus pleraque erant & validiora ad receptum præſidia, quæ ſola his ſaluti fuere, cæteris hoſtes potiti. Hęc victoria vbi ad aures eſt Gothorum perlata, quàm celerrimè ad ſocios & victores ſe conferendo, ſui præſentiam faciunt, ab hiſque increpiti, quòd prælio non tempore ſuo interfuiſſent, locorum cauſabantur difficultates, paratos ſe pactam pro pœna pecuniam ſtatim dependere: qua ibidem depenſa, terras ex hoſte captas, vti conuentum iam antea fuerat, cum victoribus partiuntur. qua in re cognita Theoderici prudentia eſt, qui ſine vlla ſuorum iactura, modico auro perſoluto, hoſtium ſibi loca parauerit. Hac via Gothi Germaniq́ue Gallijs ſunt in partem potiti.

Germani Viſigothos inuadunt.

Germani deinde ad priſtinas vireis acceſſione facta, Theoderici nulla habita ratione, & priore illa ex eo, qua tenebantur, neglecta formidine, aduerſus Alaricum & Viſigothos ductarunt exercitum. Quòd vbi Alaricus comperit, Theodericum ad ſe celerius euocat, qui maximis ſtatim cum copijs ad eius ſuppetias ire contendit. Viſigothi interea, poſtquã Germanos circa Carcaſionem vrbem caſtra habere certiores ſunt redditi, confeſtim his obuiam eunt, & pôſitis caſtris quietos ſe continent. Sed cum in ea obſidione temporis plurimum contriuiſſent, tedere occœpit inertiæ, & ægrè ferre per hoſtes

Alaricus a ſuis accuſatur ignauiæ

ſua loca vaſtari, in prædamq́; omnia agi: vnde & Alaricũ contumelia & probris inceſſere, & quòd hoſtes reformidaret, odiſſe; ſuiſque ducis contationem & ſegnitiem criminari, & identidem affirmare, poſſe ſe quidem & ſolos, Germanos bello peruincere. Vnde ſuorum importunitate victus Alaricus, etſi haud dum præſentibus Gothis, cogitur ſtatim in aciem aduerſus hoſtes prodire. Sed Germani in ea congreſſione ſuperiores iam facti, Viſigothorum vi maxima cæſa, Alaricum ſimul ducem obtruncant, & Gallijs maiorem in partem potiti, Carcaſionem vrbem celerrimè obſident, vt in qua conditas eſſe regias opes acceperant, quas Alaricus quondam ſenior, cum Romam cepiſſet, abſtulerat. In his ferunt Salomonis fuiſſe precioſiſſimam ſupellectilem ac ſpectatu digniſſimam, vt quam ingentis precij gemmis ornatam ex Hieroſolymis dicunt auexiſſe quondam Romanos.

Alaricus a Germanis cum ſuis cæditur.

Viſigothi igitur, qui eo prælio ſuperfuere, Gaſelicum ſpurium Alarici filium principem ſibi pronuntiando crearunt, cum Amalaricus ex Alarici filia natus, puer admodum eſſet.

Gaſelicus rex Viſigothorum.

Theoderico deinde cum Gothorum exercitu aduentante, trepidanter Germani obſidionem ſoluerunt, indeq́ue profecti, eam Galliarum & præter Rhodanum flumen mox occupant regionem, quæ in Oceanum vergit: quos cum loco depellere Theodericus nil poſſet, vt ſibi haberent, quæ iam occupaſſent, permiſit; ipſe verò reliquam Galliarum tunc partem recuperauit. Gaſelico itaq́, ſuo fato perſuncto, ad * Amalarici nepotem defertur imperium, cuius ille vt pueri adhuc procurationem gerebat. Theodericus verò Carcaſione ex vrbe rebus omnibus, quæ ibi Gothorum regibus

** Alrici.*

bus ſeruabantur,ſecum auectis,celerrimè Rauennam reuertitur, præfectiſque & maximis copijs continenter in Gallias & Hiſpanias miſſis, imperium ipſe re ac factis adminiſtrando tenebat,idque vt ſibi perpetuò ſtabiliret,prouidens,earum prouinciatum principes iuſſit, vectigal vt ſibi deferrent. quo opportunè accepto, ne auaritiæ videretur intentus, Gothorum Viſigothorumque exercitibus munera in annos ſingulos mittere, eorumque ſibi animos conciliare. Vnde temporis progreſſu factum, vt Gothi Viſigothique, quandoquidem ſub vnius imperio eſſent,terraſque eaſdem haberent,liberos ſuos mutuis affinitatibus iunxerint.Poſt hæc Theodis, vir Gothus,quem Theodericus vt exercitui præeſſet, emiſerat; ex Hiſpanijs fœminam nobilem in coniugem duxit & opulentam,vt quæ in pleraque Hiſpaniæ loca haberet imperium: ex quibus ad duûm milium ferè contracta hic militum manu,viſque ſatellitum cõſtipatus, verbo quidem Theoderici permiſſu Gothis tunc præerat, re verò tyrannum agebat. Cuius rei Theodericus etſi non neſcius erat,veritus tamen ne ſibi impoſterum eſſet cum ſeruo pręlium ineundum,& Franci ſibi obſiſterent, vel aduerſum ſe Viſigothi res fortè nouando aliquid molirentur,haudquaquam Theodim poteſtate priuauit,ſed tunc ductare exercitum iuſſit,cum eſſet in bellum eundum:ſeorſum verò cũ Gothorum primorib.agit,qui tum fortè apud Theodim erant, illi vt litteras darent, monerentq; eum iuſtè facturum,eq; ſuæ prudentiæ dignitate,ſi ad Theodericum ſalutandi ſe gratia cõferat.Theodis verò Theoderici imperata exequi omnia præ ſe ferebat, & annuum vectigal haud dum illi depenſum parabat: Rauennam verò concedere non animo inerat,nec ſibi ſcribentibus ſe id facturum pollicebatur.Theodericus interea ex humanis decedit.Tum Franci, vt neminem rati ſuis conatibus de cætero occurſurum, aduerſus Thoringos copias eduxerunt,& illorum præfecto Hermenefrido occiſo, hos in poteſtatem redactos ſuæ faciunt ditionis. Hermenefridi interea cõiunx cum liberis latitando,ad Theodatum eius germanum fratrem & Gothorum tunc principem venit.Germani deinde cum Burgundionibus,qui bello ſuperfuere, manus ſtrenuè conſerunt,& pręlio facti ſuperiores,illorum quidem tũc principem in præſidio quodam coërcitum,cuſtodiendum tradunt: Burgundiones verò ſubactos,aduerſus hoſtem vt bello victos,ſecum militare mox cogunt, terraſq; omnes,quas hi incolebant,ſibi tributarias faciunt.Amalaricus autẽ Viſigothorum princeps,cum in virilem iam euaſiſſet ætatem,viribus Germanorum perterritus Theodiberti ſororem Germanis imperitantis duxit in cõiugem,Galliamq; cum Gothis & Atalarici nepote partitur.Sed pars ea,quæ circa Rhodanum eſt,Gothis ſorte obuenit:quę vltra fluuium erat,Viſigothis in ditionem conceſſit.Conuentum eſt tamen,vt vectigal per Theodatum his imperatum,haudquaquam de cætero Gothis dependeretur,& res vt præterea omnes Amalarico ipſi reſtituerentur, quæ per* Atalaricum fuerant ex * Charſiana vrbe direptæ.Cæterùm vbi vtræque hæ nationes affinitate inter ſe mutua coierunt,data viris ſingulis optio eſt,qui in vtrauis gente connubia fecerant, vtrum mallent vxorem ſectari, an illam ad ſe domum traducere: quo factum,vt fuerint plerique, qui vxores quò animus ferret,traducerent; & qui aliò ab vxoribus traducerentur.Amalaricus demum, vt qui vxoris eſſet germano infenſior redditus,ingenti ex eo calamitate afficitur.vxorem ſiquidem cum integræ erga deum fidei ſuſcepiſſet, & aliâs ipſe Arianæ hæreſeos eſſet, haudquaquam ſinebat legitimis hanc & veris ritibus vti, nec pro patriæ & optima ſua conſuetudine deum ſibi propitiando vt coleret. Vnde cum integerrima fœmina in viri mores concedere nollet,& contemptui haberi apud hunc cœpta,atq; adeo vt ferendus de cætero non videretur, Theodeberto fratri vti ſe habuiſſent omnia, nuntiauit. Qua de cauſa Germanicæ

Theodis tyrannus.

Franci regẽ Thoringorum Hermenefridum cædunt.

Germani Burgũdiones vincunt.

Theodibertus rex Francorum.

** Theodoricum.*

** Caracaſione.*

Amalaricus vxorem ad Arianiſmum cogit.

gentes Viſigothique inimicitias inter ſe contraxere, acrique ac diutino bello inter hos decertatum. Sed victus demum Amalaricus cum magna ſuorum iactura occubuit.

Amalaricus a Theodiberto cæditur.

Theodibertus verò ſuis cum rebus omnibus ſorore redempta, Galliæ partem, quantamcunque ſortiti Viſigothi fuerant, recepit. Qui itaq; Viſigothorum ex gente bello deuicta reliqui ex ea clade fuere, ex Gallijs cum vxoribus liberisq́;, ſuis iam ſedibus exciti, ad Theodem in Hiſpanijs tyrannidem exercentem ſe contulere.

Viſigothi ſe in Hiſpaniam conferunt.

hoc pacto Gothi Germaniq́; potiti Gallia ſunt. Poſtremò Gothorum dux Theodatus cum Beliſarium in Siciliam venturum iam crederet, cum Germanis paciſcitur, vt Galliæ portionem, quæ Gothos contingeret, ſibi haberent, & aureorum vigintimilia his ab ſe conditionibus caperent, vt ſibi auxilio forent, & aduerſus Beliſarium ſecum vnà ſuſciperent bellum. Sed rebus ex conuento finem haud dum nactis, fortem Theodatus ipſe fatalem impleuit. Interea Gothorum non pauci numero, & viri quidem fortiſſimi, quos Martias Gothus ductaret, eam Galliæ partem cuſtodiebant, quam Gothorum eſſe iam diximus. Hos tamen Vittiges cum inde tuto excire non poſſet, nec Francis ad reſiſtendum ſuffecturos putaret; vt Galliam ſtatim Italiamq́ue excurſuris, ſi Romam ipſe cum exercitu vniuerſo contenderet, Gothorum ad ſe primoribus conuocatis, orationem huiuſmodi habuit:

Vittigis ad ſuos oratio.

Non equidem, ô viri ſanguine mihi propinquiores, quæ grata potius ſint quàm vtilia commonefacturus, vos huc conuocaui: ſed vt benignè auſcultando præſentibus de rebus pro veſtra nunc dignitate in medium conſulatis. his nanque, quibus facta iccirco non ex voto procedunt, quia neceſſitati haudquaquam cum opus eſt parent, profectò vt moderari eundem in modum præſentia velle, nil prorſus conduxerit. Cætera quidem ad bellum parata nobis egregiè ſunt: ſed Franci obſtant, quibus iampridem nobis hoſtiliter aduerſantibus, etſi cum magna noſtra vt corporum, ita & rerum iactura ad reſiſtendum tunc vires fuere, cum aliunde nobis nil occurſaret hoſtile, nunc tamen cum in alios ire omnino cogimur hoſtes, cum Francis incœptum neceſſario ſoluendum eſt bellum, & ea primùm de cauſa, quia ſi hoſtes nobis ſint hi permanſuri, cum Beliſario contra nos arma ſine mora conſociabunt. nam qui vnum eundemq́ue habeant hoſtem, vt inuicem & beneuolentiam concilient, & fœdera inter ſe iungant, rerum natura ipſa induxerit. Proinde ſi in hoſtiles vtroſque exercitus ſeorſum & ipſi partitis copijs bellum his intulerimus, id proculdubio relinquetur, vt ab vtriſq; vincamur. Satius itaque erit vt paulo imminuti, maiorem noſtri imperij partem firmius tueamur, quàm omnia poſſidere dum cupimus, cum totius imperij viribus, hoſtium inſultibus pereamus. Cenſeo igitur Francis vt Gallias ſibi finitimas vltrò dedamus, & pecunias inſuper omnes, quas Theodatus his ſe daturum promiſerat, non ſolum vt concepta in nos odia Franci deponãt, ſed nobiſcum vnà id bellum ſuſcipiant. Quemadmodum verò ſuccedentibus rebus recuperaturi Gallias ſimus, nemo veſtrum nunc animo agitet: vetus nimirum me ſubit dictum, quod vtique præſentibus rebus vt conſulatur, iniungit. Hac Vittigis oratione Gothorum proceribus audita, & conductura quæ dicerentur, ſat ratis, peractum hæc iri ex ducis ſententia placuit.

Gothi Francis Gallijs cedunt.

Extemplo itaque Francorum ad gentem oratores mittuntur, qui Gallias illis & pecunias dederent, ſocietatemq́ue facerent.

Reges Francorũ id temporis. Ildibertus, Theodibertus, Clotarius.

Francorum autem duces Ildibertus, Theodibertusq́ue & Clotarius tunc temporis erant, qui Gallijs ſimul & pecunia à Gothis receptis, & his quidẽ pro cuiuſq; imperij portione partitis, amicos ſe Gothis fore quammaximè profitentur, clam tamen his ſe auxilia non ex Francis miſſuros, ſed ſubditorum è nationibus alijs: arma verò in Romanorum perniciẽ Gothis ſociare nullo pacto ſe poſſe, quippe qui pauloantè imperatori promiſerint, in hoc bello illi ſe opem laturos.

Oratores

Oratores itaque rebus ita confectis, quarum de cauſa mittebantur, Rauennam mox repetunt: Et Vittiges Martiam præfectum ad ſe ex Gallijs reuocat. Dum interea hæc agerentur, Beliſarius vt Romam contenderet ſe præparare, vnde delectos è ſuis cohortibus viros trecentos, hiſq; Erodianum pręficiens, in Neapolitanæ vrbis cuſtodiam poſuit, miſſis & ad Cumas cuſtodibus, quos ſuffecturos ad eius præſidij tutelam rebatur. nam in Campania præter Cumas haſce & Neapolim oppidum, munitus alius erat nuſpiam locus. Cumis incolæ ipſi Sibyllæ ſpeluncam oſtendunt, in eaq; ferunt illam vaticinatam fuiſſe. Maritima autem Cumarum hęc ciuitas eſt, & à Neapoli centum & duo de triginta ſtadijs abeſt. Beliſarius itaq; ad iter inſtruebat exercitum. Romani autem veriti, ne eadem ſibi quę & Neapolitanis contingerent, potius longè fore decernunt, Imperatoris vt copias in vrbem exciperēt, idq; vt facerent cùm Beliſarius maximè hortabatur, tum & vrbis Romę antiſtes. Itaq; ex Mediolano vrbe inter Ligures ſita, oriundum Fidelium quempiam, qui Atalarico quondam quæſtoris loco aſſederat, ad Beliſarium præfectum cum his mandatis mox legant, vt Romam vocatus contenderet, venienti ſibi polliciti ciuitatē ſe dedituros. Tum ille via Latina exercitum eduxit, Appia ad læuam dimiſſa, quam Appius Romanorum tunc cenſor noningentis prius iam annis conſtruxerat, ex ſeq; illi indiderat nomen. Appiæ viæ longitudinem, quinq; dierum ſpatio emetiri expeditus vir aliquis poterit. ab vrbe Roma hæc Capuam pertinet, ſed ea latitudine patet, vt plauſtra duo ex aduerſo inuicem occurrentia, liberè hàc queant peruadere: & ſanè hæc eſt præter cæteras omnes, via quidem ſpectatu digniſſima. Appius ſiquidem ex alia & longinqua tunc regione, vt reor exciſos lapides, & hos quidem ſiliceos, ac ſuapte natura duriſſimos, in hanc viam vehendos curauit, quos complanatos & leues poſtea redditos, quadratoſq; circuncidendo factos, inuicem collocauit, metalli nihil vel rei alterius interſerendo. Sunt autē ita connexi, & inter ſe tam validè condenſati, vt ſpeciem præ ſe ferant viſentibus, non compoſitos eſſe, ſed natura ſic editos. & quamuis diurno hi tempore arterantur, plauſtriſque frequentibus & quibuſuis animantibus continenter peruij ſint, ſuo tamen ex nexu, ne parumper quidem diſcedunt, vel comminuti franguntur, nec ſui quicquam amittūt nitoris. Gothi autem in vrbe cuſtodes relicti, vbi hoſtes appropinquare certiores ſunt facti, & quid ſibi vellent Romani iam præſenſiſſent, vrbi imprimis admodum indoleſcere, & his qui in ſe hoſtiliter aduentarēt, cùm obuiam ire præ paucitate nil poſſent, fluctuari animo in ambiguoq; verſari. Romanis deinde his permittentibus vt vrbe excederent, Rauennam vno agmine omnes ſe contulere, Leudere pręfecto relicto, qui pręſentis, vt reor, fortunę pudore affectus, in vrbe permanſit. Contigit autem vt die vna eodemq; tempore, & Beliſarius cum Imperatoris exercitu per portam, quam Aſinariam dicunt, vrbem iniret, & per Flamineam Gothi excederent: vnde vrbs Roma à Gothis tum primùm capta, annum poſt ſexageſimum, Iuſtiniani verò vndecimum recuperata eſt. Beliſarius igitur Leudere Gothorum præfecto, portarumque clauibus Imperatori Byzantium miſſis, ſarciendis mœnibus pleriſque in locis collapſis incubuit, prominentioraque propugnacula fecit, & læuo ex latere muri ſtructuram aliam quandam ædificauit: & eadem cauſa, ne ea è regione dum in hoſtem ſui præliarentur ab his, qui ad ſiniſtram mœnia oppugnarent, ſauciati tam facilè poſſent, foſſam circa muros profundiorem perduxit. Romani verò vt præfecti prudentiam, ita & præcipuam eius, quam præ ſe vtique in extruendis propugnaculis tulerat, mirum in modum laudare, idque denique obſtupeſcere, ſi obſidionem Beliſarius verebatur, vrbem cur ſibi ineundam duxiſſet, & quo nam pacto in commeatus penuria,

Romani Beliſario ſe dedunt.

Opus Appiæ viæ præclarum.

Gothi Roma excedunt.

Beliſarius Romā ingreditur.

X I. annus Iuſtiniani.

quandoquidem non maritima hęc ciuitas eſſet, obſidionẽ laturus is impoſterum eſſet, in tam vaſto præſertim mœnium ambitu, & in vrbe in campo tam expedito & plano ſita, & quæ hoſtium tam facilè pateret inſultibus. Hæc vbi primùm Beliſarius intellexit, ad tolerandam obſidionem neceſſaria præparare, & omnia ita ſatagere, vt vel ex Sicilia nauibus ad ſe deportari frumentum curaret, idque in publica aſſeruaret depoſitum horrea, Romanos omnes etſi rem ægrè ferentes enixius cogere, vt ex agris neceſſaria

Deditiones multorum populorũ factæ.

in vrbem inferrent. Pizas interea Gothus vir quidam, ex Samnio veniens, ſeſe & Gothos, qui eam ſecum incolerent regionem, & maritimarum ex Samnio partem terrarum dimidiam ad vſque flumen incolerent, ſe proſequente, vel imperatori quoquam pacto obſecuturos, non paruam ei Beliſarius militum manum ductandam tradit, qui cum eo vnà eius regionis loca ſeruarent & tuerentur. Poſt Gothos & Calabri, Apulique deinceps, non præſentibus eorum in agris Gothis, ſpontè ad Beliſarium conceſſerunt. hos ſtatim ſecuti qui vrbes marititimas, quiue mediterraneas nonnullas inhabitabant.

Beneuentũ cur quondam Maleuentum.

Inter cætera oppida & Beneuentum ad Romanos defecit, quod Maleuentum quondam priſci dixere. id nanque oppidum Dalmatiæ ex aduerſo oppoſitum eſt, in continentique ſitum, in quod ſpiritus violentior quidam & acerbiſſimus ingruere conſueuit, qui vtique vbi flare occeperit, nullo ſis pacto qui eà iter faciat inuenturus, ſed domi ſe continent omnes. nam venti huius ea eſt violentia, vt vel equitem cum equo ſimul arreptum

Impetus venti.

ſublimem mox deferat, diuque per aerem circumactum, & quocunque tulerit caſus proiectum interimat: vnde & Maleuentum contra Dalmatiam, vt diximus, & in ædito poſitum, eo ex vento toleratu difficili ſortitum eſt nomen. Vrbem hanc cùm Diomedes quondam poſt Ilium captum ex Argis e-

Dentes apri Calydonij.

iectus diripuiſſet, ſuis in ea dentes reliquit Calydonenſis, quos Meleager venationis præmia tunc fortè acceperat. & ſanè hi dentes vel ad noſtra hæc tempora manent, res preculdubio ſpectatu digniſſima, quippe qui lunarem in ſpeciem pedum trium pentimetrum habeant. hic præterea ferunt Diomedem, Aeneam Auchiſæ venientem ex Ilio conueniſſe, dediſſeque illi ex reſponſo Mineruæ ſimulachrum, quod ipſe quondã Vlyſſe iuuante à Troia

Palladium Æneæ datum.

ſuſtulerat, cum explorandi gratia eò prius ſe contuliſſent, quàm à Græcis Ilium caperetur. Addunt inſuper huic ægrotanti, ſciſcitantique de morbi euentu, prædixiſſe oraculum, non antea ſe eo ex morbo conualiturum, quàm viro Troiano ſimulachrum id tradidiſſet. Romani tamen vbi nam illud terrarum nunc ſit, haud quaquam ſcire affirmãt, imaginem verò lapide inſculptam oſtendunt, quæ vel ad hanc vſque ætatem in Fortunæ fano, ante Mi-

Imago Mineruæ in æde Fortunæ.

neruæ Aeneam ſtatuam expoſita eſt, ad eam templi partem locatam, quæ vergit in orientem. Imago autem illa in lapide ſculpta, præliantis ad inſtar eſſe apparet, vibrantisque vt in acie haſtam. veſtem hæc habet oblongam, faciem verò Mineruę ſimulachri non Græcis ſimillimam, ſed Aegyptijs potius, qualia illi pleraque factitabant. Byzantij verò Conſtantinum tradunt

Palladium Byzantij ſepultum à Conſtantino.

Imperatorem, in eo foro, quod vtique ſuum ſortitum eſt nomen, hanc ſtatuam in defoſſam terram depoſuiſſe. Sed de his hactenus. Beliſarius itaque Italiam omnem, quæ intra ſinum Ionicum eſt, ad vſq; Romam & Samnium, in poteſtatem redegit. Extra hunc ſinum ad Liburniam vſque, vt antea diximus, Conſtantianus vniuerſa tenebat. Sed priuſquam hiſtoriam proſequar,

Regionum in Italia deſcriptiones, quibus imperabant Gothi.

nonnullorum locorum tractus explicaturus nunc ſum. Adriaticum pelagus, à continenti quàmprocul Ionicum ſinum exæſtuans facit, haud tamen vt in alijs locis, vbi deſinentis maris in terram vtrinque tranſcenſus Iſthmum reddit. Sinus qui Chryſæus dicitur in Lecheum deſinens, vbi & Corinthus ciuitas eſt, quadraginta ad ſummum ſtadiorum ſpatio Iſthmum qui eòdem eſt peragit.

peragit. Helleſponti prætereà ſinus, quem Melana vocant, non longiore ab
huius eſt interuallo, Cheronneſi terram in Iſthmum cogit: à Rauenna autem
vrbe, vbi Ionicus deſinit ſinus, ad mare vſque Tyrrhenum, haud minus die-
rum octo, expedito eſt viro iter emetiendum: cuius rei hæc cauſa eſt, quòd
maris exæſtuans fluxus progrediendo continentis ad dexteram affatim ſem-
per & diu defertur. Intra hunc Ionicum ſinum, imprimis Hydruns oppidum
eſt: huic verò à dextra Calabri, Apuli Samnitesq; ſunt, & his quidem finiti-
mi ſequuntur Picentes, qui ad Rauennam vſque ea incolunt loca. ad læuam
deinde in partem & Calabri, Brutijque prætereà, Lucanique habitant, poſt
hos Campani Terracenam vſque pertingunt, quos ſtatim Romanorum ter-
mini ſubeunt. hæ nationes vtriuſque maris littora tenent, & quæ ea è regio-
ne ſunt mediterranea omnia, & in his quidem regio eſt, quæ magna quon-
dam Græcia dicebatur. In Brutijs ſunt & Locrenſes, qui ad Zephirum ver-
gunt, & Crotoniatæ Thurijque. vltra hunc ſinum Græci habitabant, Epiro-
tæ dicti vſque ad Epidamnum oppidum, quod vtique maritimum eſt, & in-
colitur: huic proximus Precalis locus: poſt hunc ſub Heſperiæ regno Dal-
matæ, deinceps Liburnia Hiſtriaque, & Venetorum ſunt loca, & Rauennam
vſque pertingunt, maritimique omnes ea habitant regione: ſupra hos Sichij
ſunt & Suaui, haud tamen Francorum ſub ditione. alij prętereà qui mediter-
ranea tenent. Carij deinde Muricique, his verò ad dextram Dace, Panno-
nijq; incolunt: quibus ad aliorum locorum poſſeſſionem Singidones * Ser- * *Seruijq́ue.*
mijq; accedunt, & vſque ad Hiſtrum fluuium eorum propagatur imperium.
His nationibus Gothi, qui extra Ionicum ſinum erant, in huius belli princi-
pio imperitabant. Supra Rauennam autem vrbem, ad Padi fluminis læuam
Ligures habitant: iuxta hos qui ad Boream vergunt Albani, in terra om-
nium fœcundiſſima, Languuilla nominata, incolunt loca. ſupra hos Franco-
rum ditionis ſunt gentes. In occidentem verò quæ ſpectant, Galli tenent,
poſt hos & Hiſpani. ad Padi autem fluminis dexteram Aemylia eſt, & Thu-
ſcorum gens omnis, ad Romanorum confinia pertinens. Sed de his hacte-
nus. Beliſarius autem ambitum ad Tyberim vſque muri complexus om-
nem communit, & vbi cuncta illi egregiè diſpoſita ſunt, vim ſcutatorum
magnam haſtatorumque in vnum contractam, Zartire & * Chorſomano, * *Choroſmano.*
Ethmanoque Maſſagetis ducibus datis, abire in Thuſciam iuſſit, ea vt lo-
ca in poteſtatem redigerent, Beſſæque imperauit Narniam præoccuparet
munitiſſimam in Thuſcis vrbem. Beſſas hic Gothus genere fuerat, & eo- *Beſſas Gothus.*
rum ex numero, qui ex Thracia venerant, è qua & Theodericus rex mo-
uens, quum Gothos in Italiam traduxiſſet, haudquaquam ſe illi permiſit.
Erat is ſanè vir acer quidem & belli peritus, præfectusque optimus, & de
ſe peridoneus ad res probè gerendas. Is itaque vel inuitis Narniæ acco-
lis, potitus oppido eſt: haud ſecus & * Conſtantinus Spoletum, Peruſiamq;, **ſupra, Conſtantianus.*
& alia his circumiecta oppidula nullo negocio cepit: nam volentes in op-
pida hunc exceperãt Thuſci. Præſidio itaque Spoleti impoſito, ipſe cum cę-
teris copijs in prima Thuſcorum vrbe diu quietam habuit ſtationem. Hæc
vbi Vittiges Gothorum princeps accepit, Vnilam & Piſſam præfectos cum
exercitu aduerſus hos valido miſit, quibus obuiam Conſtantinus à Peru-
ſia non longè profectus cum his manus conſeruit, ſuperantibusque multi-
tudine barbaris æquo marte tum primùm pugnatum: poſtea verò Romani
virtute ac viribus ſuperiores effecti, hoſtes extemplo in fugam auertunt, fu-
gientesque & incompoſitos ad internecionem ferè omnes obtruncant, vi-
uosque in poteſtatem redactos hoſtium duces, ad Beliſarium mittit. His
Vittiges rebus accepis haudquaquam Rauennæ quieſcendum diutius du-
xit. * Marchias vero præfectus & qui ſecum milites erant, quum nondum ex **ſupra, Martias.*

Gallijs rediiſſent, Vittigs morabatur profectionem. Ad id accedebat, quòd Aſinarium Vligiſilaumq́; præfectos cum maximis copijs in Dalmatiam miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret, & his imperarat, vt ex locis Suauiæ pio uinciæ circumiectis, barbarorum in ſocietatem aſcito exercitu, rectà ſe in Dalmatiam & Salonas conferrent, cum his præterea claſſem longarum nauium miſit, vt terra mariq́; Salonas vndiq; obſiderent. Ipſe verò cum vniuerſo exercitu aduerſus Beliſarium vrbemque Romam ire mox pergit, equitum peditumque ad centum & quinquaginta milia ducens, quorum pars maxima armis munita, vel equos ipſos armatos habebat. Aſinarius itaque vbi Suauiam venit, barbarorum contraxit exercitum. Vligiſilaus verò ſolus in Liburniam Gothos ducebat, qui vbi cum Romanis apud Sardonem (id loco nomen) acie conflixiſſet, victi bello ad Burnum vrbem ſe receperunt, in eaque eorum præfectus collegæ opperiebatur aduentum. Conſtantianus interea de Aſinarij apparatu certior factus, Salonis timens, milites omnes, qui circumquaque præſidia retinebant, ad ſe euocatos commonefacit, ſuis vt quiſque circumduceret præſidijs foſſam, ipſe verò ad ferendam obſidionem ſe præparabat. Aſinarius igitur ingenti ex barbaris contracto exercitu, Burnorum ad vrbem peruenit. Indeque cum Vligiſilao & Gothis copijs iunctis, Salonas petit, ibique circa muros caſtris vallo munitis, militibusque vtrinque in naues impoſitis, mœnium partem in mare verſam capere aſſeruabant, quum terra marique Salonas acrius obſiderent. Sed Romani in hoſtium naues de repente inuecti, hos in fugam auertunt, & earum non paucas cum hominibus ipſis demergunt, nonnullas verò cum milite capiunt, haud tamen ex ea iactura obſidionem ſoluere Gothi, ſed hos enixius coërcere. Vittiges interea ex vrbe Roma ad ſe venientibus incolis certior fit, maximas eſſe Beliſarij copias, vnde magis ac magis hunc pœnitere ſui ab vrbe diſceſſus. itaque nec temperare ſibi de cætero poterat, ſed iracundia raptus ac furens in hoſtem ibat. Quumque in ipſo itinere ex ſacerdotibus quempiam obuium habuiſſet, ſciſcitatum hunc tradunt, num Romæ Beliſarius eſſet: perinde ac veritus haudquaquam ſe poſſe hunc Romæ deprehendere, vel non eò ſtatim ſe venturum, quò is fugam cepiſſet: illumque reſpondiſſe, nil curæ ſibi eam rem fore debere: & ad hæc adieciſſe identidem affirmando, nunquam prærepturum Beliſarium fuga, ſed adhuc in vrbe manere. Tum Vittigem ferunt rurſum ipſum id rogitaſſe, & vehementius, vt maximè cupidum vrbem prius inuiſere, quàm Beliſarius inde quoquam pacto euaderet. Beliſarius itaque vbi primùm Gothos accepit vniuerſis in ſe viribus aduentare, aliquandiu fluctuatus animo eſt. non enim qui circa Conſtantianum & Beſſam milites erant, ab ſe vltam procul abeſſent, placebat; tametſi paruæ hæ copiæ eſſent, & in Thuſcis relinqui præſidia inutile fore putaret, ne fortè Gothi pro munitionibus habitum aduerſus Romanos hæc eſſent. Quum itaque diu hæc animo agitaſſet, Conſtantiano ac Beſſæ per litteras imperat, vt in admodum neceſſarijs Thuſciæ locis tantum relinquerent militum, quantum ad eorum cuſtodiam ſufficere duceret: ipſi verò cum cæteris copijs confeſtim ad ſe conuolarent. Conſtantianus itaque præfecti imperio paruit. Peruſiæ nanque Spoletique validis relictis præſidijs, cum ceteris omnibus Romam contendit. Beſſas verò dum in Narniam rem lentius gerit, eà contigit iter habentibus Gothis, vt ſuburbana tunc loca plena hoſtium eſſent, & hi quidem præcurſores ſubſequentis exercitus erant: quibus cùm Beſſas vbi prælium commiſiſſet, partim in fugam agit, partim obtruncat. Denique quum ab ingruente iam multitudine vim pateretur, ſe mox in Narniam recepit, ibique relictis ad cuſtodiam loci militibus, Romam vt imperatum per Beliſarium fuerat, celerius venit, hoſtium aduen-

Salonas obſident Gothi.

Vittigis iracundia præceps.

aduentus certiſſimus nuntius. Romana ab vrbe Narnia trecentis & quin- quaginta ſtadijs abeſt. Vittiges verò Peruſiam Spoletumque vt pertentaret, haudquaquam fore tunc neceſſarium duxit, ea duntaxat ductus cupiditate, vt Beliſarium nondum fuga ereptum intra vrbem deprehenderet: haud ſecus & Narniam quum teneri ab hoſtibus didiciſſet, nihil in eam conari tunc placuit, præſertim quum aditu difficilem fore locum videret, & ſuapte natura prępruptum eſt. nanq; id oppidum in ædito ſitum, ad cuius radices Nar fluuius defluit, qui & vrbi de ſe indidit nomen, ad quam aſcenſus duo deducunt, alter in orientem ſolem diuergens, in occiduum alter. & is quidem difficiles quaſdam reſciſſo ex lapide anguſtias habet, ille verò non niſi ponte aditur, qui flumen ſupernè dum integit, tranſitum præbet: hunc pontem Auguſtus Cæſar ſuperioribus annis conſtruxerat, magni momenti ſpectaculum. Nam fornicum is cęterorum, quos vnquam nos vidimus celſiſſimus eſt. Vittiges igitur circa Narniam quum nihil moræ traxiſſet, inde cōfeſtim euadens, per Sabinenſem agrum iter quum faceret, Romam contendit. Vbi verò quamproximè vrbem acceſſit, vnde ſtadijs ad ſummū decem & quatuor aberat, ad pontem ea è regione fluminis venit, in quo Beliſarius paulo antè turrim extruxerat, & portis impoſuerat fores, validiusq; omnibus obfirmatis, militum demum præſidio cōmuniuit, non quia eà duntaxat poterant hoſtes Tyberim pertranſire, quandoquidem eodem in flumine, & pontes alij eſſent, & ad tranſitum naues: ſed vt hoſtium iter morando, tamdiu eorū retunderet impetum, quoad expectatas ab imperatore alias ſuſciperet copias, & neceſſaria ex agris Romani in vrbem inueherent: barbariq; ipſi ſi eà tranſitum pertentarent, mox inde repulſi, quum alium nullum haberent in proximo pontem, temporis plurimū tererent, vel ſi fortè naues contrahere in fluuium mallent, abſumpturi dies non paucos eſſent. Quę omnia Beliſarius ſic euentura animo præſagiebat. Ea igitur die Gothi è regione pontis ſtationibus poſitis, dum dubij hærentesq; eſſent, vtrum in alterum diem oppugnanda turris his eſſet, è Romanorū exercitu transfugę duo & viginti vltrò ad eos pertranſeunt: barbari tamen natione omnes, & ex equitum turma, cui Innocentius præerat. hi tunc animos facere Gothis, & ad audendū erigere. Beliſarium verò cogitatio ſubijt circa Tyberim caſtra locare, tranſitu vt acrius prohiberet ex ea propinquitate hoſtes, hisq; ſuorum fiduciam & animi magnitudinem oſtentaret. Sed milites omnes, vt diximus, quibus pontis fuerat cuſtodia demandata, Gothorum exterriti multitudine, & mirum in modum periculi magnitudinem veriti, noctu relicto pontis præſidio, fugam capeſſunt: & quū ſibi ineundam vrbem minus cenſerent, formidine perciti, ne deſerti præſidij luerent pœnas, ſiue cōmilitonum verecundia ducti, in Campaniam ſeceſſerunt. Gothi deinde inſequēti mox die paruo molimine refractis iam foribus extructę in ponte turris, nemine obſiſtente eà pertranſeunt. Beliſarius interea, vt prorſus ignarus quæ in pontis præſidio contigiſſent, equitibus mille in hoſtem eductis, pontem petebat, locū contemplaturus, vbi caſtra commodius collocaret: eò demum vbi eſt proximo ventū, ex inſperato in hoſtes Romani incidunt flumen pertranſeuntes, & cum nonnullis eorum vel inuiti conſerunt manus: ſed ex equis vtrinq; bellatum. Tunc Beliſarius, & ſi cautior ſemper ante hac fuerat, haudquaquam præfecti officij obſeruato, inter primos, & in militis morem prælíabatur, per eumque minimè ſtetit, quin res Romana in maximum veniret diſcrimen, quandoquidem totius belli momentum in præfecto conſiſteret: ſed equo fortè tunc vehebatur, qui vt in bello exercitus ſemper antehac fuerat, ita & ſe & inſidentē ab hoſte tueri ſecurumq; reddere percallebat. Is verò equus & ſi corpore toto ſubrutilus eſſet, à capite tamen ſummo ad nares nimio erat candore inſignis.

Narniæ ſitus.

Beliſarij prouidentia.

Beliſariani præſidium pontis deſerunt.

Beliſarius incaute dimicat.

Equus Beliſarij.

Et fortè ſic accidit, vt Gothorum pars maxima ſagittis idcirco ſolum Beli-
ſarium ac iaculis pereret, quia perfugæ illi, qui ad ſe paulo antè tranſierant,
Beliſario inter primos præliante conſpecto, & ſatis gnari ſuis cecidiſſet, cum
eo ſimul & res Romanas caſuras, voce ingenti Gothos identidem hortaban
tur, in valam, id eſt, ſubrutili coloris equum vt iacula iacerent. Vnde ad vni-
Vala, vox Gothica & Germanica, giluum ſignificat. uerſum Gothorum exercitum & ſi vox ea perlata eſt, vt in magno tamen bel
li tumultu non omnes hunc conquirebant, nec planè intelligebant apertè
ſibi denunciari, vt impetum in Beliſarium facerent. exiſtimantes deinde
non fruſtra id dictum omnem exercitum peruaſiſſe, omiſſis iam cæteris, in
Beliſarium hi tela conijcere, & hunc acrius inſectari. iam enim præ gloriæ,
ſtudio, qui virtutis & roboris ſibi quippiam vendicarent, appropinquando
quamproximè contingere hunc nitebantur, lanceis enſibusque, vt ira præ-
feruidi, laceſſabant. Beliſarius verò ſeſe in hoſtem vertendo, quos obuios
habet obtruncat. Sed in eo diſcrimine vſui præcipuè fuit, armigerorum il-
Beliſarij ſatellitum virtus. lius & ſatellitum opera, ingensque charitas. Siquidem Beliſarium omnes cir
cumeundo tutandoque tantum de ſeruitutis ſpecimen edidere, quantum
ne ab vllo vnquam mortalium ad hanc vſq; diem crediderim fuiſſe vſpiam
editum: quippe qui præfectò, eiusque equo prælatis ſtrenuè clypeis, conuo-
lantium vndique ſagittarum vim omnem excipiebant, & ſuperuenientes
magno agmine hoſtes, vmbone procul ab ſe repellebant. Sic omnis illa ho-
ſtilis impreſſio in vnius hominis corpus intenta, prælio rem decernebat.
Hoc in certamine Gothis non minus quàm homines mille, & hi quidem
fortiſſimi cecidere, qui in prima congreſſione certauerant: ex Beliſarij verò
familia permulti quidem & præſtantes bello deſiderati, quos inter & armi-
Beliſarius ſine vulnere vincit. ger Maxentius cecidit, qui egregia in hoſtes præ ſe opera tulit. Beliſario au-
tem proſperior quædam hac die ſors obtigit, vt nec vulnere ſit vllo affectus,
nec aliqua in parte offenſus, quum circa ipſum & ſolum id geſtum ſit bel-
lum: ſed virtute ſua Romani hoſtes fuderunt, & fugientem effuſis barbarorũ
infinitam iam multitudinem, vſq; ad caſtra ſunt inſequuti: quos inde Gotho
rum mox pedites, viribus vt integri & præualidi iuuenes impetu facto fa-
cilè repulerunt: & adiuuantibus deinde equitibus effuſè Romani in fugam
verſi tamdiu proruere, quoad euadentes in proximum collem conſiſterent,
quos poſtea barbarorum equites ijdem adepti equeſtre prælium integrant,
ſed præſentibus Gothis & in terga hærentibus, circa Salariam portam ad
vrbis mœnia compulſi noſtri perueniunt. Romani verò, qui muri cuſtodiæ
præerant, veriti ne cum ſuis vnà & hoſtes inuecti intra vrbem reciperentur,
portam aperire fugientibus nolunt, vel Beliſario ipſo iubente identidem a-
Beliſarius cum ſuis à Romanis excluditur. periri & minaciter inclamante. non enim è turribus deſpiciendo internoſſe
hominem poterant, vt cui facies prorſus & caput cruore & puluere conte-
geretur. Ad hoc accedebat, quòd in ea militum denſitate ſpectari quippiam
pro certo non poterat. Erat quippe iam ſerum diei, & ſol in occaſum verge-
bat. Romani præterea ne viuere quidem præfectum rebantur. Siquidem qui
primi à fuga ſeſe in vrbem receperãt, occubuiſſe iam Beliſarium egregiè in-
ter primos pugnantem renunciarant. Gothorum itaque agmen, confluente
barbarorum ad opem ferendam iam multitudine, ardore ſimul ingenti &
ira delatum, foſſam celerius pertranſire, & hoſtes inuadere animo agitarat.
Romani verò ſub murum & foſſæ citeriorem in partem, quum omnes ſimul
iam conueniſſent, globo inuicem facto, in vnum coire, ſeque ab hoſte vt-
cunque licebat tueri. Sed qui intra mœnia erant, vt militiæ prorſus ignari,
imparati omnino quum eſſent, ſibique ſimul & ciuitati timerent, ſuis opi-
Beliſarij magnanimum facinus. tulari vel in tanto diſcrimine conſtitutis nil poterant. Tum verò Beliſarium
cogitatio ſubijt, & audax, vt in tanto periculo, facinus, quo fermè ſalua ex

inſperato eſt Romana res facta.iuſſis nanque qui circa ſe erant,vt agmine vno eruptionem mox facerent,hoſtes derepente inuadit. At barbari & in tenebris confligendo, & alios inſectando vt incompoſiti diſperſiq́ue erant, vbi per hos in ſe impetum fieri ſpem præter viderunt, qui paulo antè fugiſſent,ſuſpicati alias ex vrbe copias his opitulatum veniſſe, ingenti formidine capti,effuſo omnes mox curſu fugam capeſſunt:quos Beliſarius non magno ſpatio inſectatus,confeſtim ſe ad mœnia recipit. Hoc demum pacto Romani fidentiores iam redditi Beliſarium ipſum & milites in vrbem recipiunt. eò diſcriminis vt præfectus ipſe, ita & Romanæ res venerant. prælium id oriente Sole incœptum, in noctem productum dimittitur.In hac pugna inter Romanos egregiè ſe Beliſarius geſſit. Ex Gothis verò Viſandrus quidam, qui vtique quum circa Beliſarium acerrimè bellaretur, & ſibi priores eius prælij partes fortè tum obtigiſſent, haud prius nauiter facere deſtitit, quàm tribus ac decem vulneribus corpore toto exceptis vt moribundus procumberet. Vnde quum viſus eſſet iam interiſſe,neglectus à ſocijs,& his quidem victoribus, cum mortuis cæteris proiectus iacebat. Poſt tertium diem quum iuxta muros vrbis caſtra barbari poſuiſſent, quoſdam qui ſuos mortuos ſepelirent, miſerunt, legitimaq́ue his & pia pro eorum conſuetudine funera procurarent. Dum itaque mortuorum corpora iſti perquirunt, Viſandrum adhuc ſpirantem inueniunt: quem quum ex ſocijs quiſpiam compellaſſet, reſpondiſſe ſat conſtat, & ſimul iuſſiſſe aquam ſibi in potum deferri, in osq́ue infundi, vt licuit, innuiſſe: qua ex potione refectum,& in ſe redeuntem, commilitones elatum in caſtra protinus retuliſſe, & quum diu ſupervixiſſet, maximam apud Gothos famam ſibi & gloriam comparaſſe. Beliſarius itaque vbi ſe tandem cum ſuis in tutum recepit,militibus Romanoq́ue populo ferè vniuerſo in muros contractis, ignes permultos incendere, & per totam noctem vt in peruigilio eſſent, iniunxit: mœnia deinde circumeundo, & ex ordine cæteris procuratis, ſingulis portis è primoribus quempiam præficit. Inter hæc Beſſas, qui Præneſtinam portam cuſtodiendam acceperat, ad Beliſarium miſit, qui nunciaret teneri ab hoſtibus vrbem, per portam aliam introgreſſis, quæ ſupra Tyberim eſt, & ſancti Pancratij dicitur. Hæc fermè quum audiſſent,qui circa Beliſarium erant,hunc ſtatim monere hortarique per aliam & diuerſiſſimam portam fuga ſibi ſalutem vt peteret. Tum ille nec ad ea quidem pauefcere, nec prorſus eſſe, quæ dicerent,ſedulò confirmare. Sed alioquin equites quoſdam ſupra Tyberim fluuium deſtinat, qui ea è regione omnia contemplati, nihil ibi accidiſſe hoſtile renunciant. Poſt hæc ad ſingulas portas nuncijs miſſis,præfectis omnibus imperat,vt vbi hoſtes acceperint per aliam quampiam mœnium partem iam inuaſiſſe, eorum vt nemo vel opem alteri ferat, vel ſuum deſerat cuſtodiæ locum. ſibi nanque hæc curæ fore. Quod vtique idcirco agebat,ne ex falſis rumoribus rurſum hi vel tumultuari inciperent,vel trepidare. Vittiges verò vel Romanis adhuc trepidantibus, ad Salariam portam ſatrapam è ſuis quempiam miſit: qui vbi eò eſt ventum,Romanis perfidiæ primum in Gothos inceptis, proditionem his cœpit obijcere, in ſeipſos & patriam factam, & quòd à Gothorum maximis viribus deſciſcendo, ad Græculos homines, qui ſibi eſſe præſidio nequeant,demum ſe contuliſſent, præſertim quum è Græcia antehac neminem viderint in Italiam aduentaſſe,præter Tragœdos & Mimos & nauticos quoſdam prædones. Hæc & huiuſmodi alia pleraque in Romanos is iactitando, quum nemo ſibi reſponſum dediſſet, ad Gothos ſe & Vittigem ducem recepit. Beliſarius verò Romanis riſum de ſe, & hunc quidem immodicum præbuit,quum hoſtes ipſe vix effugiſſet, ad bene ſperandum alios hortaretur, & Gothorum con-

Viſandri, viri fortis, caſus inopinatus.

Porta S. Pancratij.

Vittiges Romanos & Græcos inter ſe conuiciis

Beliſarij fiducia.

A

temptum, ac propalam affirmaret, barbaros ſe prorſus debellaturum: quem-
admodum verò id ſe facturum confideret, ſuo loco dicetur. Sed quum ad
multum iam noctis res proceſſiſſent, nec cibi adhuc aliquid Beliſarius acce-
piſſet, vt maximis curis implicitus, eius vt coniunx, ita & familiares, qui fortè
Obſidio vrbis. tunc aderant, vix paululum vt panis guſtaret, compellunt. Poſtero autem
die, Gothi quidem, & ſi vi minimè poſſent, obſidendo tamen pro eius ma-
gnitudine vrbem, paruo negocio ſe capturos ſperare. Romani verò ſua ſa-
tagere, qui hanc tuebantur, & hunc in modum diſponere per muros custo-
Portæ vrbis. des. Habet autem circumiectus vrbi murus portas decem & quatuor,
portulasque alias quaſdam: vnde & Gothi, quum minimè poſſent cum v-
niuerſo exercitu longiorem mœnium ambitum circumplecti, ſenis poſitis
caſtris, portarum intercapedines infeſtabant. Inter portam nanque Flam-
mineam & Prænestinam cis Tyberim caſtra vna locauerant. Sed veriti ne
Miluium pontem hoſtes interrumpendo, imperuia ſibi omnia facerent, quæ
vltra fluuium ſunt, & ad mare pertingunt, & ita vt ea è regione Romani ipſi
nil prorſus poſſent malorum ſentire, ex diutina prodeuntium obſidione, ſe-
ptima extra fluuium caſtra & Neronianis in campis fixere, ita vt caſtris omni-
bus eſſet pons intermedius: vnde peractum, vt & portæ aliæ duæ infeſtæ ab
hoſte eſſent, Aurelia ſcilicet, quæ ſancti Petri, vt ei templo propinquior nun-
cupatur, & altera quæ trans flumen eſt ſita. Sic factum, vt exercitibus Go-
thi quum dimidiam muri partem circundediſſent, quandoquidem non
omnino flumine arcebantur, vndequaque muros quum libuiſſet oppugnan-
Situs vrbis & munitio. do excurrerent. Nunc verò quemadmodum ex vtraque fluminis parte ci-
uitatis muros Romani extruxerint, explicabo. Tyberis quondam præter-
fluens, magno ſpatio mœnia hæc abluendo deferebatur: huius è regione
locus, in quo vrbis fundata ſunt mœnia, ſubterlabentis fluminis aliquanto
ſupereminet vndas, ſed aliàs planus & facilè peruius eſt: huic ex aduerſo, &
Ianiculum. ad alteram fluminis partem imminet Ianiculi collis: ad cuius radices & i-
pſo in Tyberi ciuitatis molæ omnes constructæ antiquitùs fuerant, quia in
anguſtum ibi primo aquarum ingens vis cogitur, & per canalem deinde in
præceps deducta, vt in decliui violentiſſimo curſu defertur. Eius rei oppor-
tunitate Romani veteres illi ipſum hunc collem, & ea è regione fluminis ri-
pam muris cinxere, ne hoſtes vel molas diſturbare licentius poſſent, vel
flumen pertranſeundo facilè alteris muris inſidiari, Tiberisque ponte con-
ſtrato viſi ſunt murum in Ianiculum pertinentem iunxiſſe, ac frequentibus
in ædificatis in partem alteram ædificijs, per mediam vrbem vt flumen de-
flueret effecere. Gothi autem altioribus foſſis, caſtris omnibus communitis,
& effoſſa inde humo, in interiorem caſtrorum vallum tranſuecta, hoc ipſó-
que in altitudinem magnam extructo, & acutiſſimis deſuper præuſtisque ſu-
dibus & affatim defixis, validiſſimè caſtra communiunt. Caſtris deinde Ne-
ronianis in campis munitis, Martiam quendam Gothum præficiunt, qui
ſuis cum copijs ex Gallia venerat. Cæteris verò ſic Vittiges præerat, vt ſin-
gulos ſingulis caſtris præfecerit. Gothi itaque hoc pacto diſpoſitis rebus,
ædificia omnia, quibus aqua in vrbem deuehebatur mox interſcindunt, ne
Aquæductus Romæ xiiij. prorſus inuecta hoſtibus ſui copiam faceret. Romæ verò aquęductus decem
& quatuor numero ſunt, cocto ex latere per priſcos homines illos ædificati,
ea latitudine ac ſimul profunditate, vt equeſter vir aliquis ipſo cum equo
Beliſarij vigilantia. per eos ſupernè euadere liberius queat. Beliſarius interim quæ ad vrbis cu-
ſtodiam facerent, præparare moliriq; omnia. Pincianam is fermè & proxi-
mam huic ad dexteram Salariam portam tenebat, vt ſuſpectiores & neceſſa-
rias. ea nanq; è regione oppugnari facilè poterat murus, & Romanis inde in
hoſtes exitus erat, Pręneſtinam Beſſæ tradiderat cuſtodiendam, Flammineę

Con-

Conſtantianum præfecerat, quam tamen prius impoſitis foribus, & ingentium lapidum mole inædificata, ita obſtruxerat, vt vix vllo molimine aperiri per quempiam poſſet: veritus maximè ex tam propinquis hoſtium caſtris, ne eà inſidiæ fierent: cæteras portas peditum ducibus cuſtodiendas permiſit. Cæterùm aquæductus hîc fuerat longiore ad ſecuritatem ædificio vndique circumplexus, ne quid fortè extrinſecùs mali hàc quiſpiam moliretur. Sed poſtquam, vt diximus, per hoſtes fuere aquæductus hi interrupti, neque ex his defluens aqua molas de cætero exerceret, nec iumenta quidem adeſſent, quæ ad operandum has circumagerent, quouis edulij genere, vt in arcta obſidione Romani priuantur. vix enim pernecesſarios alere cum cura hi poterāt equos. Beliſarius tamen, vt erat vir prudentiæ ſingularis, id ea in neceſſitate excogitauit remedium. Sub ponte ipſo, cuius nuper meminimus, pertinente ad Ianiculi muros, funes ex vtraq; fluminis ripa, validè diſtentos ac delegatos tranſmiſit. His lembos binos pari magnitudine nectit conſtringitq;, bipedali diſtantes abinuicem ſpatio, quo maximè aquarum defluxus per pontis fornicem præceps deſcendit, vaſtosq; & molares lapides in alterum lembum imponens, media ipſa intercapedine machinam inde ſuſpendit, qua molæ voluuntur. Ex interuallo deinceps & eundem in modum machinas alias, alias item atq; alias in flumine fabricat, quæ ſtatim omnes ſublabentis aquæ impetu motæ, & in ſeipſas identidē reuolutæ, ſuo ex motu ſic molas inuicem concitabant, vt ciuitati neceſſaria commolerent: qua re hoſtes per tranſfugas cognita machinas illas hac arte demoliuntur. Magnos arborū ſtipites, Romanorumq; corpora recens interfectorum in flumen coniecta detrudunt, quorum pleraq; ſecundo & violento aquarum defluxu, in ſcaphas molarum delata, machinas diſſoluebant. Hęc Beliſarius vbi per hoſtes fieri cognouit, aduerſus ea, arte alia quadam & aſtu contendens, ferreas à ponte catenas ſuſpendit, ita vt ex tranſuerſo in alteram Tyberis ripam pertingerent: in quas quum inciderent omnia quæ flumen deferret, adaggerata detinebantur, ne vltra dilaberentur, eaq; poſtmodum ad ſe contrahentes, quibus id datum erat negocium, in terram mox deferebāt. Sed id Beliſarius non tam machinarum ad incommodū euitandum, quas in Tyberim excogitando conſtruxerat, factitabat, quàm quia plurimū verebatur, & in ſuſpicionem iam venerat, ne multis * à cratibus intra pontem hoſtes, & in mediam inde vrbem clam peruenirent. Sic demum barbari haudquaquā ſibi hac via ſuccedentibus rebus, à cœptis conatibus deſtiterunt. Romani deinde, & ſi his ad molendum machinis vterentur, à balneis tamen omnino ob aquę carentiam arcebantur, quæ in potum alioquin affatim his erat. nam & qui procul à flumine habitarent, aquari ex puteis poterant. In cloacis verò, quę vrbis purgamenta ducunt & eluunt ſordes, nil prorſus ad ſecuritatem moliri hi cogebātur, quum omnes in Tyberim exitum habeant, nec quoquam pacto hac poterant via inſidiæ in vrbem parari. Dum hæc interea agerentur, res memoratu digna in Samnio contigit. Samnites pueri nonnulli quum pecus paſtum educerent, per luſum, vt aſſolent, duos inter ſe deligunt corporis habitudine præſtantiores ac ſpecie, quorū alterum Beliſarium vocitant, Vitigem alterum, & hos colluctari inuicem iubent. In ea colluctatione qui Vitigis fuerat nomen ſortitus, in terram victus prolabitur. hunc ſtatim puerilis illa & inconſideratior turba, illudendo ſimul & increpando in proximā arborem ſuſpenderunt. Lupo deinde interueniente cōſpecto, exterriti omnes fugam capeſſunt: qui verò ſuſpenſus pendebat, à cęteris deſtitutus in cruciatu interijt. Quibus de rebus certiores facti Samnites, pueros quidem miſſos fecere: ſed ex his, quę acciderant, coniectando aſſeuerare, victorem omnino Beliſarium fore. Erat tunc fermè in vrbe præ diuturno iam ocio, belli inſo-

Molarum vſus obſeſſis ademtus.

Induſtrium Beliſarij conſilium.

Contrarius hoſtium conatus.

Noua Beliſarij machinatio.

* *acatibus.*

Balneorum vſus ademtus obſeſſis.

Ludus puerilis ominoſus.

Inconſtantia vulgi.

lens multitudo, atque adeò prodeuntibus ex bello malis nil penitus aſſueta. vnde quum corpus nec curare balneis poſſet, nec ſordes abſtergere, ad hæc neceſſariarum rerum inopia premeretur, & acrius cogeretur inſomnes ducere noctes mœnia cuſtodiendo, vt in peruigilio fit, & in ſuſpicionem veniſſet, haud longè pòſt vrbem In hoſtium ditionem venturam, ac barbaros proſpectaret agros cæteraq; omnia liberè populantes; mœrore immodico affici, ægreq; ferre, quòd qui nil deliquiſſent, obſidione tunc premerentur, & in tantam periculi magnitudinem perueniſſent. Vnde agmine facto Beliſarium apertè increpitare, quòd quum ab imperatore nil virium quod ſatis eſſet, acceperit, auſus ſit in Gothos exercitum ducere: eadem hæc & Senatorij ordinis viri clam exprobrare. Quibus rebus Vittiges ex perfugis cognitis, vt hos acrius territaret, & res Romanas in maiorem hoc pacto tumultum caluras ratus, ad Beliſarium oratores & inter cęteros Sallem nomine quempiam mittit; qui vbi in præfecti conſpectum venere, aſtantibus Romanorum

Gothorum ad Beliſariũ oratio.

ſenatus, & exercitus ducibus, huiuſmodi verba fecere: Fuere quondam rerum nomina quamoptimè diſpartita mortalibus: ex hiſce nimirum nominibus à fortitudine ſecernitur audacia, quorum alterum cuicunq; acceſſerit, dedecus ac diſcrimen inducit, alterum virtutis opinionem. iſtorum vtrum in nos te inuexerit, & quale nam ſit, tute ſignifices velim. Quòd ſi viribus tuis confiſus aduerſus Gothos ductaris exercitũ, quum è muris hoſtium ſpectare copias queas ad bellum inſtructas, & tibi quidem, quum voles nauiter facere quamprimùm licebit. Sin verò audacia fretus nos inuaſiſti, eorum profectò te mox pœnitebit, quę temerè ac fruſtrà occœperis. nam in medijs iam certaminibus pœnitere cœptorũ conſueuere, qui inconſideratius res ipſas aggrediuntur. Agedum, Romanis iſtis haudquaquam de cætero miſeriam protrahe, quos Theodericus Gothorum rex per delitias, & vt liberè viuerẽt, educauit; nec ei velis obſiſtere qui in Gothos ac Italos dominatur. Quo enim pacto non abſurdum id fuerit, vt ipſe, qui ita coërcitus ſis, vt hoſtes tantopere extimeſcas, Romæ ſedeas: qui verò huius ſit imperator ac dominus, in caſtris nunc degat; & ſuæ ditionis vt homines bellicis afficiat malis. Nos verò vt tibi, ita & tuis nunc ſumus liberam abeundi poteſtatem facturi, veſtraq; omnia poſſidendi. his nanq; velle, qui ad pœnitentiam & ſanam redire cupiunt mentem, hoſtiliter inſultare, nec ſanctũ equidem duxerim, nec humanitatis officio dignũ. Vos verò Romanos rogaturus ac lubens hęc ſum. Quid nam cauſæ habuiſtis, vt criminis Gothos inſimulare poſſitis, & nos ſimul ac vos prodideritis, quibus ad id tempus benignitas noſtra tam maximè vſui fuit, vt & in præſentia liceat, ſi modò libet, noſtra hæc experiri ſubſidia. Hęc Gothi. Beliſarius verò ita reſpondit: Conſultandi tempus non in ve-

Reſponſum Beliſarij.

ſtra poſitũ eſt poteſtate. non enim pro hoſtiũ voluntate bella gerere conſueucre mortales, ſed ſua quiſq; lege diſponit, quæ optima factu illi ſunt viſa. At qui id auſim affirmare, futurũ quandoq;, vt vobis nulla vſpiã ſit, ne inter ſenticeta quidẽ veſtra capita occulendi facultas, nec vllus in terris locus, quò declinetis. Romam ipſi vbi accepimus, nil occupauimus alienũ: vos tamen prædonũ in morem, quum aliàs hanc inuaſeritis, nõ veſtri iuris rem captam, vel inuiti demum hoc tempore veris ac priſtinis poſſeſſoribus tradidiſtis. Veſtrûm autem ſi quis fortè ſpem habet, hanc vrbem ſe poſſe rurſum inire; longè, vt reor, ſententia fallitur. non enim fieri id poteſt, viuens hanc Beliſarius vrbem vt deſerat. Romani verò & ſi proditionis per Gothos acriter incuſarentur, eorũ tamen legatis contradicere nil audebant: vnde his ſilentio ſupprimentibus vocem, ſolus Fidelius, vir priſcæ virtutis, Gothos protinus irri-

Hoſtis ipſe Beliſarium laudat.

dere & aſpernari quę dixerant. Oratores deinde quũ in caſtra ſe recepiſſent, ſciſcitanti Vittigi, qualis nam vir Beliſarius eſſet, quidue animi ad diſceſſum haberet,

haberet, reſponderunt, non rectè Gothos ſperare, Beliſarium ſe poſſe vtcun que perterrefacere. Hac ſpe deſtitutus Vittiges, muros vt oppugnaret conſultare enixius, machinas ad inuadenda mœnia præparare. ligneas inde turres extruxit, quę hoſtium muros æquarent, ex lapidum interuallo veram adeptus muri dimenſionem. Turribus ſubmiſſæ ad baſem in angulos ſingulos rotæ, quarum volutione quocunque milites vellent, facilè iunctis his bobus trahentibus, circumagebant. Scalæ prætere a multæ & ad pinnas vſque pertinentes, in promptu his aderant. Machinationes inſuper quaternæ paratæ, quas arietes dicunt, in hunc modum ſtructæ. Columnæ erectæ & ligneæ quatuor, parique magnitudine, rectà ex aduerſo, ſolo defixæ adſtant, his tigna octona & tranſuerſa arctiſſimè iuncta, quaterna deſuper alia totidem ad baſes committunt, paruique & quadrangularis ſpeciem domicilij extruunt, & corijs vndique integunt latera, vt & ductu ſit leuior machina, & intrinſecùs milites in tuto ita conſiſtant, vt feriri nullo pacto ab hoſtibus queant, intus verò non paruæ molis ſtipitem & ſupernè ſuſpendunt, huncq; catenis laxatum in medio machinæ, quum opus fuerit dimittunt, eius verò arietis ſummum & præacutum, multo ferro perinde ſagittæ ſpiculum aliquod, vel incudis contegunt formam: hæc tamen non ſcutulis machina ſubiectis, vt nauis mouetur, ſed ad infima columnarum extantium aptè rotis ſummis, vt dictum ſuprà deducitur. Sed eam non minori numero homines, quàm quinquaginta, interiore ex parte mouent, & quò volunt traducunt, & dum mœnibus applicant, ſtipitem cui plerunque arietis ferreum præfixum eſt caput, arte quadam volentes facilè retrahunt, rurſumque & magno cum impetu in murum incutiunt, ita vt aries crebra diuerberatione incuſſus, quaſſare in quæcunque inciderit loca queat, & demum excindere: ex eoque machinatio hæc cognomentum eſt nacta, quòd ſtipitis huius cacumen dum prominet, haud ſecus ac arietes inter ſe ſolent, dum capitum colliſione decertant, illidendo & quatiendo vniuerſa diſturbet. Gothi igitur lignorum arundinumque & cæterorum eiuſmodi congeſtis iam faſcibus aggerem paratum habebant, quo in foſſas coniecto, has ſolo æquarent, vt eà machinationes, quas producturi mox erant inuectæ re nulla tranſitu prohiberentur. Diebus denique vno iam de viginti in ea barbari obſidione conſumptis, Vittige duce, circa Solis ortum muros oppugnaturi appropinquabãt, vnde Romanos omnes, prodeuntium ea magnitudine turrium, perinde non eiuſmodi antea conſpicati, arietumque & machinationem cæterarum ſpectaculum deterrebat. Beliſarius verò inſtructam hoſtium aciem contemplatus, cum machinis tormentiſq; aduentantem, in riſum prorupit, & quieſcere milites iuſſit, nec manibus prius aliquid incœptare, quàm ipſe ſignum dediſſet. Romani tamen cum irriſione hunc loqui, & ſibi illudere ſuſpicati, oderant ſimul, & impudentiæ incuſabant, ægreq; ferebant, quòd aduentantes in ſe hoſtes haudquaquã reprimeret. Sed poſtquam Gothi foſſæ appropinquarunt, pręfectus ipſe omnium primus in armatum quempiam Gothorum exercitus ducem arcum intendens, traiecit ſpiculo guttur. Tum ille letali accepto iam vulnere, ſupinus in terram prolabitur: cuius ad caſum Romanus populus omnis, voce ingenti præ gaudio ea barbaris inclamare, quæ auditu tolerari vix poterant, rem ſibi imprimis contigiſſe feliciter rati, nec parui ad futurum certamen momenti. Immiſſa deinde præfectus idem in alterum hoſtem ſagitta, eundem in modum ſtatim occidit, ex eoque clamor longe maior exortus, è mœnibus editur, iamq; deuictos eſſe hoſtes rebantur. Tum Beliſarius ſigno ſuis repentius dato, in aduerſam hi aciem ſagittas immittunt, in boues deinde ferire increpitans iubet: quibus ſtatim vniuerſis cadentibus, mouerę turres de cætero nil poterant hoſtes, ſtupidi qui-

Arietum ſtructura.

Beliſarij magnitudo animi.

Beliſarius duces duos ſagittis traiſfigit.

Hoſtes à mœnibus reiecti.

dem & neſcij prorſus, quid nam in præſenti poſſent diſcrimine machinari: qua ex re cognita Beliſarij prudentia eſt, vt qui hoſtes è propinquo coërcere maluerit, barbarorum irriſa veſania, qui ad muros boues deducere ſe poſſe ſperarent. Vittiges igitur hac arte à mœnibus propulſatus, Gothorum ibi non parua manu dimiſſa, factaq; ex his ingenti phalange, ac iuſſis ducibus, vt nullos facerent in muros inſultus, ſed ordine ſuo manerent, & ſagittas in propugnacula crebras adeò iacerent, vt Beliſario nullam temporis darent remiſſionem, ne fortè in alteram mœnium partem, in quam ipſe ingentibus copijs eſſet inſultaturus, ſuppetias ferret, acie inſtructa circa Præneſtinam portam ad eam muri partem mox ducit, quam Romani Viuarium dicunt, vnde & expugnari mœnia perquamfacilè poterant. Fuerant autem machinationes aliæ illi, ligneæ turres, arietesque, ſcalæ præterea multæ eò delatæ.

Vittigis ſtrategema.

Moles Adriani. Dum hæc peraguntur, Aurelianam portam ex altera parte Gothi hoc modo inuadunt. Adriani Romanorum quondam imperatoris ſepulchrum extra portam Aureliam extat, & ad lapidis iactum à mœnibus procul extructum, ſpectatu proculdubio dignum. Pario nanque ex lapide ædificatum eſt, ſaxa quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, & quaternis partium pari dimenſione lateribus, eam porrectis in altitudinem, vt iactus ex angulo lapis alterum ferè pertingat, altitudine tamen hæc vrbis mœnia ſuperant. Statuæ quoque ex eodem Pario marmore, virorum equorumque miro artificio factæ deſuper inſident. Sepulchrum id priſci homines illi, quum velut moles & arcis in ſpeciem vrbi impoſitum videretur, brachijs duobus à mœnibus ipſis ad ſepulchrum id vſque porrectis inædificatisque, complexi ſic ſunt, vt murorum ſit perinde pars quædam effectum. apparet nanque altiſſimæ id turri perſimile; & ea è regione imminet portæ. Erat itaque peropportunum & munitiſſimum eo in loco præſidium. Cuius cuſtodia per Beliſarium tradita Conſtantiano obtigerat, cui iniunctum, vt & contigui muri curam ſuſciperet aſſeruandi, vt leuiori & non magni momenti cuſtodia indigentis. Siquidem ea ex parte haudquaquam murus flumine ſubterlabente poterat oppugnari. Conſtantianus itaque nullum eà hoſtes inſultum facturos ratus, haud ſat validis ibidem cuſtodijs poſitis, quum perpauci ſibi milites eſſent, maiorem eorum partem neceſſarijs admodum in locis diſtribuit. nam ad hominum ſummum milia quinque imperatoris exercitus in obſidionis huius principio ad vrbem connexerat. Vnde Conſtantianus, quum ei nunciaretur hoſtes tranſitum per flumen tentare, muro illi diffiſus, qui ad fluuium erat cum paucis ipſe & ſtatim opitulatum contendit, maiore militum multitudine iuſſa portam imprimis, & in ſepulchro ipſo præſidium diligentius cuſtodire. Gothi interea Aureliam portam Adrianique molem ſine vllis machinationibus confeſtim inuadunt, ſcalas tamen ingenti copia inferentes, multitudine ſagittarum immiſſa, facilè in dubium hoſtes deducere, & trepidationem inferre, atq; adeò vt paruo molimine, præ cuſtodum paucitate, potiri ſe præſidio poſſe exiſtimarent. Prælatis itaque ſcutis, Perſicis nihil inferioribus, ad mœnia ſuccedebant, & hoſtes fruſtrati quàm proximè ſubierunt. Sub porticum nanq; ad ſacram apoſtoli Petri pertinentem tum ędem, latitantes hi venerant: inde quũ de improuiſo comparuiſſent, rem ita aggrediuntur, vt nec baliſta quidem Romani cuſtodes vti in hoſtes poſſent. non enim in nimium ſubeuntes, telum immittere tormentúmve poterant, nec illis vt ſcutatis obeſſe. Sed poſtquam validius Gothi incubuere, & creberrima ſagittarum immiſſione propugnacula infeſtando admoturi iam erant ædificio ſcalas, vndequaque ferè circumuentis iam omnibus, qui de mole pugnando ſe tuebantur, aliquandiu Romanis iniectus eſt terror, de ſalute iam deſperátibus, quandoquidem

Per Adriani molem vrbs prope capta.

ſeſe

ſeſe ac mœnia defenſare, vt erat neceſſe, haudquaquam iam poſſent: cõmuni tamen cõſenſu, diffractis marmoreis illis vaſtisque ſimulachris, ex eorum fragmentis ingentia ſaxa in hoſtium capita ſupernè deuoluunt. Gothi verò perculſi oppugnationem remittunt, hisque ſenſim cedentibus, victoria potiti Romani, & viribus ſuis iam ſatis confiſi, clamore ingenti ſublato, iaculis ſaxisque in hoſtes crebrò demiſſis, hos demum vt victos propellunt, tormentisque barbaros inſectando, maximam in trepidationem egere, & ſi ad breue quouis armorum genere hos impetiſſent. Iamque & Conſtantianus perterrefactis fugatisque, qui tranſitum fluminis pertentaſſent, redierat. non enim præſidium illud hoſtes, vt ipſi rebantur, neglectum prorſus vel incuſtoditum inuenerant. itaq; factum, vt circa Aureliam portam omnia in tuto iam eſſent. Ad portam verò Pancratianam, quæ trans Tyberim eſt, cum hoſtium copiæ perueniſſent, ob loci difficultatem, nihil per eos geſtum memoria dignum. Eſt nanque locus accliuus, & ea murus è regione ad inuadendũ haud ſat facilis. Paulus portam hanc aſſeruabat cum peditũ cohorte, cui tunc pręerat. nec portam quidem Flammineam Gothi tentarunt, vt loco præcipiti ſitam, atque adeo vt adiri non facilè queat. pedeſtris Rheginorum hãc manus cum Vrſicino eorum præfecto cuſtodiebat. Inter hanc portam & alteram ad dexteram huic proximam portulam, porta alia eſt, quæ Pinciana vocatur. huic proximi muri pars quædam, lapidum laxata iampridem compage, ſeiũcta ſpectatur, non tantum à ſolo, ſed à medio ad ſummum faſtigium ſciſſa: nec ſanè collapſa, nec aliàs reſoluta, ſed vtrinq; ſic inclinauit, vt cætero muro extrinſecus partim prominentior eſſe appareat, partim retractior. Hanc muri partem quum demoliri tunc primùm Beliſarius niteretur, & iterato ędificare cœpiſſet, obſtitere Romani, Petrum apoſtolum pro indubitato ſe comperiſſe aſſeuerantes eius loci tuẽdi pollicitum curam ſe ſuſcepturũ: quod vtiq; Romanis ex voto ſucceſſit, quandoquidem nec eo die, quo per Gothos ſunt mœnia oppugnata, nec per omne id tempus, quo vrbem obſederant barbari, hoſtilis vis vlla ad hũc locum peruenit, nec planè vnquam eódẽ tumultuatum. Et ſanè me admiratio ſubit, nec Romanis, nec hoſtibus ipſis, in ea tam diutina vrbis obſidione in memoriam veniſſe muri hanc partẽ: quæ res quũ miraculi poſtea loco ſit habita, nec ſarcire quidẽ impoſterum quiſquã, nec de integro reſtituere auſus eſt: ſed ad hunc diẽ ea è regione ſeiunctus permanet murus. Apud Salariam autem portam, vir quidam & proceræ ſtaturę Gothus, belloq; ſtrenuus, thorace indutus, & capite caſſidem geſtans, nec inter cæteros Gothos obſcurus, non aliorũ in ordine manens, ſed arbori propinquæ inſidens, crebrius ſagittando propugnacula infeſtabat. hic vir tormẽto ad turris læuam locato, de improuiſo per loricam traiectus, arbori veruto affigitur in ſtipitem altius deſcendente, hominemque id ibidem impactum in ſublime ſuſpendit: quod Gothi tunc conſpicati, ac planè perterriti, extra ſagittæ iactũ, ſeruatis tamẽ ordinibus, conſtitere; & qui in propugnaculis erãt, haudquaquã de cetero inceſſebant. Beſſas interea Paraniusq; Vittige ipſo è regione Viuarij validiſſimè his inſiſtente, eodem ad ſe Beliſarium euocant. ille verò, vt qui ei muro minus confideret, (erat nanque, vt diximus, facilis expugnatu) his opem laturus mox aduolat, ad Salariam portam tuendam ex amicis quodam dimiſſo: & cum milites in Viuario, id loco nomen, offendiſſet ex inuadentium ingenti multitude hoſtium inſultu nimio trepidantes, ſtatim his ipſe animos facere, & hoſtes parui vt facerent, commonere, hortarique item ad confidẽtiam. Erat nimirũ ea ex parte planior locus, atq; adeo ad inuadentium inſultus peropportunus. ad hoc accedebat, quòd ea è regione murus ita diſſoluebatur, vt vel lateres ipſi haud ſat multum in ſua compage ſubſiſterẽt. huic muro alterum breuẽ forinſecus veteres quondam Romani,

Gothi ſtatuarũ fragmentis reijciuntur.

Rom. ſuperſtitio.

Gothus quidam in arbore transfixus hæret.

Vittiges ad viuarium vrbem inuadit.

modico interuallo adiecerant, ſed non ad tutelam, vt qui ſine propugnaculis fuiſſet extructus, ſed ad delitias factus haud ſatis decêtes, & vt leones eo in loco coërcitos, & beſtias alias aſſeruarent, vnde & Viuarium is locus eſt dictus. Vittiges igitur diuerſas muri in partes machinationibus comparatis, exteriorem murum ſuffodi iubet, haud dubiè ratus, ſi primum hunc ſui peruaſerint, nullo negocio ſe mœnibus potiturum, quæ vtique haud ſat valida eſſe cognouerat. At Beliſarius vbi hoſtes peruidet & Viuarium ſuffodiſſe, & diuerſim mœnia inuadentes, abductis ſuis inde militibus, & in propugnacula paucis quibuſdam relictis, quicquid in exercitu roboris erat, apud ſe tenuit, & inferiorem in partem & circa portas, copias omnes armatas, enſes duntaxat in manu geſtantes traduxit. Muro itaq; demolito Viuarium iam irrumpentibus Gothis, Cypriano Beliſarius cum alijs nonnullis in eos confeſtim immiſſo, rem aggredi perſtrenuè iubet. tum illi iuſſa mox exequendo, obuios quoſque ex hoſtibus, ne repugnantes quidem obtruncant: tametſi barbari ſuomet impetu in ipſis ad euadendum anguſtijs opprimerentur. Hoſtibus itaque re ſubita conſternatis, incompoſitiſque & diuerſim palantibus, Beliſarius vrbis patefactis iam foribus copias vndique in hos extemplo immittit. Tum Gothi nulla virtutis vel priſtinarum virium habita ratione, temerè omnes deferri, & quacunque his licuit, fugam capeſſere. Romani interea fugientes adepti, poſtrema carpendo concidunt, fugaque hoſtium effuſius facta, vt ſe in caſtra reciperent, à quibus procul educti, muros oppugnatum aduenerant. Beliſarius deinde fuſis iam fugatiſque hoſtibus, incendi machinas iubet, quas ſecum detulerant: vnde flamma ex his altius excitata, maiorē barbaris terrorem incuſſit. Dum hęc agerentur, eadem belli fortuna ad portam Salariam fuit. ex ea nanq; Romani, de improuiſo in barbaros impetum fecerant, quos fermè nil reſiſtêtes, vbi iam terga vertiſſent, ſtrenuè in fugam actos trucidant, eorumque ſimul machinationes incendunt, fœdè iam trepidantium. Ignis præterea circa muros diuerſim in altum euectus hoſtibus terrori fuit. Iamque diſceſſio penitùs & vndequaq; erat à mœnibus facta, dum clamor horribilis vtrinque exoritur, Romanis partim qui muris inſiſterent, ſuos hoſtes ad inſectandum hortantibus, partim Gothis eorum, quæ paterentur, intra caſtra atrocitatem deflectentibus. Eo die ex Gothis triginta millia cecidere, vt eorum principes affirmabant. Saucij verò numero ampliore comperti, vt in quos confertos & magna hominum copia condenſatos è propugnaculis feriretur. Ad hęc accedebat, quod crebris Romani eruptionibus factis, maximam barbarorum trepidantium partem & fugientium interfecerant: & in ea mœnium oppugnatione, quæ ab oriente ſole ad occidentem prælio decernentes detinuit, plurimi ex his ceciderunt. nocte verò quæ diem ſubſequebatur, vigilatum vtrinque eſt, & pro caſtris habitæ ſtationes. Sed Romani in muris alacres, & ouantes victoria, Beliſarium efferre quammaximis laudibus, & potiti hoſtium ſpolijs triumphare. At Gothi ſaucios procurabant apud ſe quoſcunque haberent, & mortuos lamentabiliter deplorabant. Beliſarius interea ad Imperatorem literas miſit, hanc in ſententiam ſcriptas: In Italiam vt iuſſeras venimus, ac cæteraque in ea per nos loca recuperata; & Romam recepimus, propulſatis inde iam barbaris, quorum præfectum nuper ad te Leuderem miſimus. Et quoniam in Siciliæ Italięque præſidijs conſeruandis, quæ noſtræ fecimus ditionis, maiorem militum partem neceſſariò diſpoſuimus, ad quinque milia hominum nobis reliqua ſunt. Hoſtes verò * cum milibus ſexaginta agmine vno nos oppugnatum venere. Ipſi verò quum explorandi ob gratiam circa Tyberim prodeuntes, cogeremur vel inuiti cum hoſte confligere, haudquaquam abfuit multum, quin telorum ac miſſilium multitudine obruti mortem oppetierimus. Muros deinde

Vnde appellatio Viuarij.

Hoſtium tormēta cremata.

XXX M. Gothorum cæſa.

Beliſarij ad imperatorem epiſtola

ἀπὸ μυριάδων πεντεκαίδεκα, hoc eſt, cum centum & quinquaginta millibus.

de barbari quum expugnatum veniſſent,& machinas his applicaſſent,impe
tu vndique facto non plurimum abfuere,quin vrbem * repentè,& nos occu *αὐτοβοεί.
parẽt,ni fortuna nos quædam proſpera malis his ſubtraxiſſet.ea nanq;, quæ
rerum excedunt naturam, non humanæ virtuti, ſed * deo ſunt adſcribenda. *ἐς τὸ κρεῖττον.
Quæ verò ſiue fortuna, ſiue virtute ad id temporis geſſimus, quamoptimè
habent.Sed quæ geſturi in poſterum ſumus,peruelim equidem tuis vt rebus
ſint plurimum conductura.Quęcunq; demum vel explicanda per me decẽ-
tius ſunt,vel per te facienda,haudquaquam clam te ſum habiturus, eius rei
nihil ignarus,humana hæc ita procedere,vt deo placitum eſt. Veruntamen
qui ſummæ rerum principes ſunt, vti ſe geſſerint, vel ignominiam vel laudẽ
perpetuò referunt. Arma itaque & milites item per te ſunt ad nos,& ea mul-
titudine tranſmittenda, vt aduerſus hoſtẽ poſſimus paribus viribus hoc bel-
lo conſiſtere.non enim omnia fortunæ ſunt permittenda,quandoquidẽ non
eadem hæc ſemper offertur.Te verò ô imperator,ea ſubeat cogitatio velim,
idque animo idẽtidem agites,quòd ſi nos barbari hi ſuperauerint, & de tuæ
Italiæ poſſeſſione nunc exciderimus,profectò ad militum futuram ex eo ca-
ſu iacturam accedet & dedecus ex re male geſta non mediocre,quod nobis
aſſiduò inhęrebit.Omitto id dicere,quòd & Romanis videbimur perniciem
attuliſſe,qui ſuam minoris ſalutem fecere,quàm erga te præſtitam fidem:vn
de & nobis illud eſſet forſitan occurſurum, vt parta ad id tempus felicitas in
materiam videri quandoque poſſit calamitatis & infortunij deſiuiſſe.Nam ſi
ab vrbe Roma & vniuerſa Campania, Siciliaq; ipſa imprimis vt pelleremur
contingeret,omnium illud nimirum (quod vtiq; leuiſſimum eſſet malorũ,)
nos fortè morderet,quòd haudquaquam ex alieno diteſcere licuiſſet.Atqui
& illud tibi conſiderandum,Romam quondam tanta amplitudine vrbẽ mul
tis hominum milibus cuſtodiri haud ſat potuiſſe, locum ſanè maximo ambi
tu,& nimia vaſtitate,& vt haudquaquam maritimum,ita & rebus omnib. ne
ceſſarijs intercluſum.Romani pręterea & ſi in pręſentia nobis beneuoli ſunt,
malis tamen in longum tendentibus, nulla interpoſita mora conſulturi ſibi
quamoptimè ſunt.Nam qui recens in amicitiam venerint,nõ infortunio,ſed
beneficijs decenter affecti,ſeruare fidem cõſueuere.Accedit præterea quòd
penuria rei frumentariæ & fame cogentur, quæ minus velint vt faciant. Ipſe
verò quum me ſatis intelligã tibi mortem debere, profectò cum vita nemo
me hinc deturbabit:aduerte tamen quidnam ſit gloriæ tibi Beliſarij mors al
latura.His finem epiſtolę quum demum feciſſet,formidine imperator ingẽ-
ti perculſus,copias & naues contrahere,& quibuſuis modis diligenter ſata- *Imp. Beliſario*
gere cætera. Itaq; reuocatis vndequaq; militibus, Valerianum & Martinum *ſubſidia mittit.*
præfectos ad ſe venire celeriter mox iuſſit,& in Italiã ocyus nauigare.Hi ve-
rò quum in poſtremam Gręcię partem cum claſſe veniſſent,(non enim naui
gatione præteruehi poterant)in Aetoliæ locis & Acarnaniæ hybernarũt. Cu
ius claſſis profectionem quum Iuſtinianus Beliſario ſignificaſſet, longè hũc
plurimùm, & non minus Romanos ad ſuſtinendam promptius obſidionem
erexit. Dum hæc interea agerentur, Neapoli apertè id contigit. Theoderici *Imago Theoderi*
Gothorum quondã regis in foro ipſo imago erat, lapillis ſectilibus quadra- *ci quã varia porto*
tisq;,varioq; colore infectis cõpoſita.huius imaginis caput,adhuc Theoderi *tenderit.*
co ſuperſtite,neſcio quo caſu defluxit, derepente & ſua ſponte depulſa lapil
lorum compage:vnde mox ſubſequutum, vt Theodericus vitam finiret.Poſt
annos deinde octo,lapilli qui imaginis eius ventrem effigiabant,quum eun-
dem in modum protinus excidiſſent,Athalaricus Theoderici ex filia nepos,
fato ſuo defungitur.Paulo pòſt labentib. circa pudenda lapillis, Amalaſſun-
tha Theoderici filia ex humanis exceſſit. Gothis itaque obſidentibus Vr-
bem,à fœmoribus ipſis ad imos eiuſdem imaginis pedes,lapillorum compa

ges omnis dilabitur, & imago tota ex pariete penitus aboleuit. Qua ex re, ſunt Romani interpretati, Imperatoris exercitum bello hoc fore ſuperiorẽ, nec aliud præ ſe ferre Theoderici pedes collapſos, niſi populum ipſum, cui is præfuiſſet. Vnde in optimam hi vel ex eo ſpem peruenere. Tunc & Patricij quidam Sibyllę dicta in medium proferebant, aſſeuerantes ad Iulium vſque menſem ciuitatem in diſcrimine fore, & neceſſariũ poſtea, vt imperator tunc quiſpiam Romanorum exiſtat, quum demum Roma nil Gethicum extimeſcet. Gethicam quippe Gothorum hi nationem eſſe affirmant: quintum menſem Iulium eſſe, quem Sibylla rebus his terminum pręfixiſſet: tum quia Martio menſe obſideri ſit ciuitas cœpta, poſt quem Iulius quintus ſubſequitur menſis: tum etiam quia Martium ante Numæ Pompilij regnum, primum hi ducerent menſem. Sed quum apud Romanos menſibus vndecim annus cõſtaret, Iulius quintilis ab his dicebatur. Non tamen conuenienter Romani hæc de Sibyllæ vaticinio ſentiebant, quandoquidem nec imperator his eo tempore erat, & poſt annum ſoluta obſidio ſit, & rurſum ciuitas eſſet, Totila Gothis imperitante, in eadem diſcrimina recaſura. Iam verò vnde digreſſus ſum redeo: Gothis itaque à muris, quos oppugnarant, repulſis, peruigilium, vt ſuprà iam diximus, vtrinque factum. Inſequenti autem die Beliſarius Romanis edixit, vxores ac liberos & imbellem cæteram multitudinem ab vrbe Neapolim tranſportarent, & cum his ſimul ſeruitia, quæ ad murorum cuſtodiam minus neceſſaria ducerent, ne cæteri in commeatus penuriam, vitæq; diſcrimen venirent: idipſum & militibus vt facerent imperat, ſi cui fortè ſeruus ſeruaúe eſſet. non enim poſſe ſe affirmabat in ea obſidione & diuturna, ex priſtina conſuetudine ſibi commeatus præbere: ſed neceſſe fore in ſingulos dies dimidiatam victus ab ſe portionem vt caperent, pro reliqua verò pecuniam. Tum omnes, vt iuſſi erant, rem peragunt. Iamq́ue ingens mortalium turba in Campaniã ſtatim contendere, & nauibus alij, quas Romano in portu nacti fortè tunc fuerant, eódem ire. Sed qui iter pedibus faciebant, vel equis deueherentur, Appia via, qua nullum ab hoſtibus diſcrimen aut timor impenderet, perrexere. Non enim poterant vniuerſam barbari ciuitatem copijs vndique circumplecti, nec parua manu à munitionibus procul abſcedere audebant, hoſtium veriti incurſiones. Vnde obſeſſis ad aliquod tempus, magna fuit ad excedendum vrbe licentia, & aliunde neceſſaria importandum: noctu tamen præcipuè barbari, dum ingenti afficerentur formidine, cuſtodias factitare, & in caſtris quieſcere. Siquidem vt Romanorum plerique, ita & Mauruſij milites frequentius erumpendo, vbicunque hoſtes dormientes deprehenderent, vel iter fortè habentes, vt fieri in magno exercitu ſolet, exceptos mox obtruncabant, lectiſq́ue ex hoſtibus ſpolijs, & ſi nonnunquã perſequentibus barbaris, curſu citato ſeſe in tutum recipiebant, vt qui miræ eſſent ſuapte natura velocitatis, & leuioribus armis muniti, fugiendoq́ue hoſtem præuerterent. Qui itaque iam vrbe exceſſerant, in Campaniam partim ſe contulerunt, in Siciliam partim auecti ſecedunt, aut quò quiſque abire commodius potuit. Beliſarius autem quum militum numerum murorum ad ambitum obſeruandum minimè ſuffecturum putaret, vt qui perpauci (vt diximus) eſſent, nec ijdem ſemper cuſtodias facere inſomnes poſſent, ſed tempore quidam ſuo & neceſſario capeſſerent ſomnum, & in cuſtodijs alij diſpoſiti eſſent, ac neceſſarijs iam prorſus careret, cum ciuibus eos & priuatis hominibus qui militiam exercerent immiſcuit, diuiſitq́ue in cuſtodias ſingulos, in mercedem certius aliquid priuato cuique, & ſi imbelli, pollicitus: hoc pacto conflatæ cohortes, quæ ad murorum eſſent cuſtodiam ſuffecturæ, & per vices hos cuſtodirent. Sic factum, vt tam ciuibus Beliſarius quam militibus ipſis inopiam ſoluerit. Deinde oborta ſuſpicione, Syluerium vrbis Romæ pon-

Sibyllæ oracula.

Imbelles ex vrbe diſcedunt.

Papa ſuſpectus relegatur.

pontificem defecturum ad Gothos,hunc quidẽ confeſtim tranſmiſit in Grę ciam,alterum verò quempiam illi ſuffecit Vigilium nomine: necſecus & alios quoſdam,& hos ſenatorios viros,quum eadem de cauſa exterminaſſet, ſoluta deinde obſidione,& recedentib.barbaris,ad propria reuocauit:quos inter & Maximus erat, cuius & proauus Maximus aduerſus * Valentianum eiuſdem compertus eſt criminis.Sed veritus iam Beliſarius,ne quis fortè cuſtodum ad portas inſidias moliretur,vel externus alius quiſpiā pecunia ſubornaturus ad hos clam ventitaret,bis in ſingulos menſes, deſtructis omnib. portarum clauibus,in aliam formam,& à priori longè diuerſam,alias denuo facere,cuſtodesq; ipſos, à primis cuſtodibus procul ſtatuere: haud ſecus in muro & cuſtodijs ipſis in ſingulas noctes alios quoſdam præficere, quib. id erat iniunctum,muros frequentius obeundo,nomina viciſſim cuſtodum deſcriberent,& ſi quis fortè abeſſet,alium mox ſubſtituerẽt,ſibiq; demum nominatim referrent,qui fortè tũc à cuſtodijs abfuiſſet,vt decenti velocius pœna afficeret: & ad vigilias vt eſſent attentiores, iuſſerat muſicis inſtrumentis vt artifices ipſi per noctem in mœnibus vterentur. Milites præterea quoſdā, ſed non Mauruſios illos,noctu emittere,quibus ad foſſas erat aſſiduo pernoctandum,cum hiſq; & canes, vt nemo vel è longinquo mœnia inuaſurus lateret.Per id tempus Romani quidam Iani fanum aperire, foribus vi occultè illata,tentarunt.Hic Ianus deorum antiquiſſimus fuit,cuius foro in medio & ex aduerſo Capitolij ſacellum extat,paulo ſupra eum locũ, quem nunc Romani Tres parcas appellant. Id verò Iani ſacellum totum ex ære cõſtructum fuiſſe ſat conſtar, & quadrata quadam dimenſione locatum, tantæque amplitudinis,quanta integi Iani ſtatua poterat: quæ vtique & ipſa cum ænea ſit, non minor quàm quinquepedalis eſſe apparet, per cætera omnia mortali ſimilis,capite duntaxat bifrons, ita vt facies altera in orientem ſolem diuergat,in occidentem altera: portæ vtrinque & æneæ in faciem alterutram vertæ, quas fermè in pace & proſperis rebus, occludi Romani veteres quondam inſtituerunt,contraque aperiri dum interea bellum his eſſet.Sed Chriſtianæ fidei diſciplinam,ſi vſpiam alij vnquam,Romani præcipuè ſunt venerati. Vnde has Iani portas perinde neglectas, ne bellantes quidem aperuere. In ea tamen obſidione nonnulli vetuſtæ illius, vt reor, opinionis & cultus memores facti, eniſi clam ſunt patefacere, haud tamen omnino id exequi potuerunt, niſi eatenus vt fores vim paſſæ non inuicem ſic cohærerent,ac antea arctius cohæſiſſent. Latuere tamen qui aggreſſi id facinus fuerant,nulla eius rei,vt in tanta omniũ perturbatione,habita quæſtione,quippe quum nondum ad principes ipſos id delatum fuiſſet. Vittiges verò tunc primum ira & indignatione accenſus,& inops iam prorſus conſilij, ſatellitibus nonnullis Rauennam dimiſſis , Romanos ſenatorij ordinis omnes, quos obſidum loco in huius belli principio eódem ſecum abduxerat, interfici iuſſit. Sed ex his re ſtatim præcognita, paucis quidem euadendi facultas & opportunitas fuit:qui demum delati in Ligures, apud hos permanſere, cæteri affecti ſupplicio mortem oppetiere. His peractis, Vittiges nimium hoſtibus ocij & libertatis tributum ratus, ita vt ex vrbe quæ vellent licentius aſportarent, & neceſſaria terra marique inueherent, locum quem Portum dicunt Romani, præoccupare animo deſtinat, qui fermè ab vrbe centum ſexque & viginti ſtadijs abeſt. hac tantula & ſola intercapedine, ne maritima ſit vrbs Roma,dirimitur. Eſt autem ea è regione hic locus, quà Tyberis fluuius exitum habet: qui ab vrbe delatus, vbi proximus mari ſtadijs quindecim ſit, in brachia bina diremptus, quam ſacram inſulam vocant, complectitur: quæ vtique & flumine ſit procedente patentior, ita vt cum longitudine ipſa, latitudinis dimenſio æqua conſtet propor-

Valentinianum

Prudentia Beliſarij.

Iani ſacellum æneum in foro.

Vittigis in ſenatorios obſides inmanitas.

Portus Romanus.

tione. Sed fluminis interſciſſus ille & vtrinque defluxus, ſtadiorum quindecim interuallo defertur. Tyberis vtraque ex parte inſulæ nauigabilis eſt: ſed eo ex latere, quod ad dexteram vergit, per portum in mare immittit. Vbi & priſci illi Romani ad ripam vrbem ſtruxere, muro prævalido circumactam, & à portu ipſo illi quam proximo denominarunt. Ad læuam autem, & ex altera parte, qua in mare is influit, Hoſtia ciuitas adiacet, fluminis & hæc ripæ contigua, magni quondam apud priſcos momenti, nunc verò nullis mœnibus circunducta, à portu via recta ad vrbem ducit, plana quidem & prorſus nil impedita. hanc à principio Romani conſtrarunt. hoc in portu naues ex compoſito onerariæ adſtant, & boum vis ingens parata quamproximè. nam mercatores quum ex alio orbis tractu in portum hunc ſe nauibus conferũt, oneribus in actuarias naues & ad fluminis naturam cõſtructas depoſitis, per Tyberim Romam adnauigant, non velis vſi vel remis, quandoquidem nullo vento impelli hàc poſſunt nauigia, circumflectente & crebrò quidem flumine, & ad multum ſpatii tortuoſis finibus dilabente: & remorum in eo nullus eſt vſus aduerſis vndis innauigantibus: ſed laqueis ad onerarias illigatis, & boum deinde ad colla ſuſpenſis, veluti plauſtra Romani via Portuenſi has pertrahunt. Ex altera verò fluminis parte ad vrbem ex Hoſtia pertinenti, via paluſtris eſt & limoſa, meabilis tamen, non ripæ Tyberis proxima, atque adeo nullę hàc naues trahuntur. Gothi igitur Portum vrbem quum ſine præſidio & cuſtodijs deprehendiſſent, (non enim in portis ſtatio excubabat, non in muris armati erant, Romana pleriſque ex colonia trucidatis) confeſtim cum portu ipſo hanc occupant: ac mille ibidem ex ſuis ad cuſtodiam loci dimiſſis, cæteri in caſtra ſe receperunt: quo factum, vt ea è regione, nihil omnino ad obſeſſos ex mari deuehi ſubſidij poſſet, ni ex Hoſtia forte fuiſſet magno labore, & periculo ingenti deuectum, nec quoquam pacto ad locum eundem de cætero ex alto ſubduci poterant naues, ſed ad Antium ſtationem habebant, quæ ciuitas diei iter ab Hoſtia diſtat, vndeque onera rerum neceſſariarum & commeatus ad vrbem vix deferebant: cuius rei hominum paucitas cauſa erat. Beliſarius nanque quum vrbis mœnibus timeret quammaximè, portum neglexerat, vt nullis cuſtodijs per ſe communiretur. Crediderim tamen, ſi trecentorum hominum impoſuiſſet ei loco præſidium, nunquam hunc barbaros aggreſſuros fuiſſe, quia ſuapte natura munitiſſimus eſt. Hæc verò Gothi triduo confecerunt, à mœniũ oppugnatione die vigeſimo. Martinus interea, Valerianusque ad Beliſarium peruenere, milites mille ac ſexcentos ductantes, quorum pars maxima Hunni erant, Sclauini, Antæq́; qui trans Hiſtrum fluuium, nec procul ab eius ripis incolunt loca. Beliſarius verò ex eorum aduentu lætitia ingenti affectus, cum hoſtibus prælio decernendum cenſebat. Vnde è ſuis armigeris Traianum quempiam iubet, prudẽtem ſanè & induſtrium virum, ſcutatis equitibus ducẽtis ſecum deſumptis, rectà aduerſus barbaros ducere, cumque vno agmine omnes ad eorum caſtra veniſſent, tumulum vt propinquum conſcenderent, monet: eodemq́; ſe continerent: quòd ſi in ſe impetum hoſtes feciſſent, nullo pacto cum his conſererent manus, nec gladios aduerſus eos, nec tela deſumerent, ſed ſagittis duntaxat inceſſerent: quibus deficientibus, effuſe & planè intrepidè capeſſerẽt fugam, curſuq́; ſe intra muros reciperent, in quibus ipſe ad ſagittandum tormenta parata habebat, & artifices ſimul eius artis peritos, qui ſtatim vbi barbaros Romanis in terga hærentes vidiſſent, è mœnibus ſagittis & machinationibus alijs hos infeſtarent. Traianus deinde, vt imperatum illi iam fuerat, cum ducentis equitibus porta Salaria ad hoſtium caſtra contendit. tum barbari horum audacia obſtupefacti, & re ſubita animo conſternati, è caſtris vt cuiq; licuit, vel imparati in Romanos impetum facere, ac ſuis opitulari. Equi-

Hoſtia, oppidũ.

Portum Gothi capiunt.

Antium, opidũ.

Supplementum Beliſarius accipit.

Strategemata Beliſarij.

tes

tes verò Traiano hortante,inſcenſo confeſtim, quem his Beliſarius oſtende
rat colle;de loco ſuperiore ſagittis in ſubeuntes crebrò immiſſis, hoſtem fe-
rire,& aſcenſu enixius prohibere:& quoniam in tantam hominum equorũ-
que multitudinem emiſſæ cominus incidebant ſagittæ, multis ſuis cum vul-
neribus hoſtes adnitebantur in collem euadere. Equites verò Romani pha-
retris tandem prorſus euacuatis,confeſtim retrò ſe vertere, & ad vrbem bar
baris inſectantibus effuſo curſu contendere. Vbi verò ad muros eſt proximè
ventũ,qui in his poſiti erant,in tractandis bellicis tormentis edocti. Gothos
miſſilibus laceſſendo vulnerandoq; ab inſectandi ſtudio repreſſerunt. Hoc
in inſultu ex barbaris non pauciores quàm mille cecidiſſe traduntur. Paucis
pòſt diebus Mundilam quempiam Beliſarius,& hunc quidem ſuum armige
rum,& Diogenem,fortiſſimos bello viros, cum ſcutatis equitibus trecentis
ipſum id facere iubet,& eadem arte hoſtem impetere:qui iuſſa extemplo dũ
exequuntur,non minorem ex hoſtibus partem,ſi non fortè maiorem,pari a-
ſtu trucidant. Poſt hos & Oilandum cum trecentis delectis in hoſtem immi-
ſit,vt ſimili hunc clade afficeret:qui re ſtrenuè geſta,haudquaquam præfecti
opinionem aut vota fefellit. Tribus itaque Beliſarius incurſionibus in barba
ros factis,ad quatuor milia hoſtium interfecit. Vittiges autem,vt qui nil ſatis
calleret,In ductandis exercitibus quid potius eſſet, armisne copias commu
nire, an in bellicis rebus rectiora exercere conſilia, perquam facilè ſibi per-
ſuadebat, hoſtem haud ſecus poſſe incurabili iactura afficere, quam ſi huic
modicis copijs inſultaret: vnde equites quingentos emittit, murisque iubet
appropinquare, & quæcunque ipſi ab hoſtibus fuiſſent perpeſſi, in eorum
vniuerſum exercitum facere. Hi itaque quum ad locum quendam editio-
rem veniſſent,nec longiore ab vrbe interuallo, quàm quod extra ſagittæ ia-
ctum conſiſterent,Beliſarius viris mille delectis,Beſſioque illis præfecto, v-
no vt agmine ducerentur,mox imperat:tum illi à tergo hoſtibus comparen-
tes,eorum terga dum cædunt, ex his quammultos obtruncant, cæteros de-
ſcendere in campum cogunt:vbi poſtquam aduerſis viribus & pede collato
pugnatum eſt,Gothorum pars potior cecidit,pauci admodũ, qui reliqui bel
lo fuerant, vix fugientes ſua ſe in caſtra recipiunt: quos vt ab imbellibus vi-
ctos quum Vittiges caſtigaſſet, reſarſurum ſe aliorum opera ſuorum iacturã
pollicitus, vt quieturus aliquandiu tunc videbatur. Poſt diem autem tertiũ,
delectos ex omnibus caſtris viros quingentos,operam vt in hoſtes nauarét,
ſuapte virtute dignam,hortatur. Quos vt primum propius aduentaſſe Beliſa
rius vidit,viros mille & quingentos, Mattinum Valerianumq; cum his ſimul
præfectos,confeſtim in hoſtes mittit:equeſtriq; prælio ſtatim inito,Romani
qui hoſtes numero ſuperarent, ſine vllo labore in fugam hos vertunt, ad v-
numq; ferè omnes occidũt. Gothi verò iam tertio clade affecti,& ſuis toties
occiſis iam copijs,aduerſari ſibi omnino fortunam rebantur: quãdoquidem
& ſi antehac multitudine abundaſſent, à paucis tamẽ deuicti nunc hoſtibus
ſint:& modicis rurſum cum hos copijs inuaſiſſent, occidione ferè occiſi pe-
rierint. At Romani Beliſarium eius ob prouidẽtiam & bellicam artem publi-
cè laudare, & miraculi loco in eo viro virtutes has ducere. Scorſum deinde
amici ab eo & ſedulo rogitare,quibus nam argumentis ea ex die,qua hoſtes
fugaſſet,in ſpem bonam veniſſet,omnino ſe Gothos debellaturum. Tum il-
le ad ea reſpondens,vel à principio dixit,vbi primum tam paruis copijs cum
Gothis manus conſeruiſſet,apertè ſe periclitatum fuiſſe,quantum eſſet in v-
troq; exercitu per id tempus diſcrimen,idq; certius præuidiſſe,quòd ſi ex æ-
quo vires cum viribus comparẽtur,ſe haudquaquam exiſtimare hoſtiũ mul-
titudinem nõ ſuorum paucitatem deuaſtaturam: ſed in eo differre exercitus
ipſos quammaximè,quia Romani omnes ferè, & Hunni his ſocij ex equis ar

Vittiges hoſtem viciſſim laceſſit infeliciter.

Altera Vittigis clades.

Beliſarij virtus admirationem Rom. excitat.

Vnde Beliſarius hoſtem ſe ſuperaturum cõiecerit.

cus inſinuare, ſagittaſq; in hoſtes immittere quamoptimè norint: Gothorũ verò nemini vnquam id ſtudij aut curæ fuiſſet:ſed equites ipſos ſatis conſtare telis duntaxat & gladijs vti conſueuiſſe,iſtorum præterea pedites ipſos,& ſagittarios ab armatis protectos in bello cõſiſtere:equites verò niſi cominus prælientur,quum nihil habeant quo ſe ab hoſtibus tueantur,quibus è lõginquò ſagittãdi ſit vſus,facilè ictos perire, pedites proinde incurſiones in equites facere haud ſat cõmodè poſſe. Inde factum deniq; affirmabat, quòd per

Gothorum formido.

Romanos fuiſſent ſæpius barbari ſuperiorib. pugnis deuicti. Gothi interea, vbi hęc altius animo inſedere,quæ ſibi nil proſperè eueniſſent,ne parua quidem cum militum manu ad mœnia vrbis procedere, nec hoſtes quidem vel ſibi infeſtos de cætero inſectari: ſed id tantùm eniti, vt ſuis hos à caſtris propellerent. Romani demum ex rebus iam proſperè geſtis inflati, vniuerſas

Romanorum alacritas.

Gothorum copias præliando inuadere geſtiebant,cum hiſque cenſebant acie decernendum iam eſſe. Beliſarius tamen, magnum vtriuſque exercitus adhuc eſſe diſcrimen ratus, tergiuerſando antehac ſemper id diſtulit, ne ſummæ rei periculum faceret, vel vniuerſis copijs cum hoſtibus decertaret: ſed incurſionibus barbaros infeſtare præcipue nitebatur, hiſque ſedulo nisi animo agitarat. Poſtquam verò ab vniuerſo exercitu,& item Romanis, eius ob id autoritatem imminui, nec magnifieri animaduertit, mutata ſententia cum omnibus copijs ineundum ſibi prælium eſſe decernit, & alioqui ex incurſionibus depugnare: idq́ue vt faceret quandoque aggreſſus, ſæpe interpellatur,ac demum cogitur intermittere, quũ hoſtes ea de re factos iam an-

Beliſarius cũ hoſte confligẽdum decernit.

tea per transfugas certiores, paratos eſſe ad prælium comperiſſet. Vnde aperto Marte cum hoſte decernere,tandem animo deſtinat:iamque in aciem conſtiterant barbari,ſuo more inſtructi.Ex aduerſo & Beliſarius ſtabat, ſuis cum copijs ad bellum paratus, qui ſtatim ad ſe omnibus ſuis militibus con-

Beliſarij ad milites oratio.

uocatis,orationem huiuſmodi habuit: Non equidem quòd veſtri mollitiem improbarem,ô viri commilitones,vel hoſtium horreſcerẽ vires,cum his pugnam capeſſere antehac diſtuli: ſed quia nobis ex incurſione in hos decertãtibus res proſperè ſuccedebant,cauſam rei bene gerẽdæ ſeruandam aſſiduo eſſe exiſtimabam.nam ea,quibus præſentia pro votis procedunt,velle aliter immutare,profectò inutile duxerim.nunc verò, quum vos apertius videam promptiſſimis animis in id diſcrimen ituros,in ſpe optima ſum, nec quoquã pacto veſtram hanc animi promptitudinem remorabor.Sat enim calleo maxima in bellis momenta,bellantium voluntatem fortiri, iſtorumq; ad pugnã dum animus propenſior eſt,quãmulta ex officio geri conſueuiſſe. Quòd autem pauci virtute inſtructi,maximas queãt hoſtium copias profligare, nemo non veſtrum intelligit,non auditione percipiendo, ſed experientia ipſa quotidiana certamina ineundo.Ne itaq; veſtrę priſtinę militiæ gloriam vel ſpem ex veſtra hac animi magnitudine ceptam dehoneſtetis, in vobis ſitum erit ô milites.Vniuerſa nanq; per vos hoc bello iam antea geſta ſuo hæc dies euentu decernet.Vobis præterea,quantum pręuidere animo poſſum,vel prę ſens id tempus opitulabitur,quod vtriq; vbi veſtris præteritis & egregie factis hoſtium ſubacti ſunt animi, facilem,vti par eſt, ex his victoriam conferet.nam quibus antehac ſępe nil proſperè periclitando & ſatagendo res ſucceſſerũt, haudquaquam de cætero ſolẽt rem fortius gerere.Equis verò ſagittiſúe, vel armorum cuiuis generi veſtrum nemo vt parcat velim. ipſe nanque pro omnibus hoc bello deperditis, alia & potiora reſarciam. His paucis Beliſarius ſuos hortatus,inter Pincianam & Salariam portam eduxit exercitũ,non mul-

Beliſarius ſecuritati ſuæ conſulit

tis primo in campos Neronianos abire iuſſis, quibus & Valentinum præficit equitum turmæ ducem:cui iniunxerat, ne pugnæ initium faceret, nec hoſtiũ caſtris appropinquaret, ſed præ ſe ſpeciem ferrer, hos ſe aſſiduo inuadendi:

quod

quod vtiq; idcirco agebat, ne ex barbaris quiſpiam ea è regione pontem per
tranſeundo ſuis ferre ſuppetias poſſet, qui in caſtris alijs conſtitiſſent. nam
cum barbarorum Neronianis in campis vis maxima cõſediſſet, vt ſuprà iam
diximus, ſatis fore Beliſario videbatur, ſi hi aliquandiu interpellati, diſiungi
à cætero exercitu poſſent, ne prælio intereſſent. Romani interea dum plebei
quidam armis deſumptis in aciem ſequi euntem Beliſarium vellent, nullo *Opificum turbā*
per eum ſunt pacto permiſſi, cæteris ſe vt copijs immiſcerent, ne fortè quum *Beliſarius a ſuis*
in medio certamine forent, belli diſcrimine territi, vniuerſum turbarent ex- *ſegregat.*
ercitum. Opificum nimirum id agmen erat, & rei bellicæ imperitorum. Hos
tamen omnes vltra portam Pancratianam, ſupra Tyberim poſitam, phalan- *Strategema.*
ge facta locauit, quieturos ibi tamdiu, quoad ipſe his ſignum dediſſet, quod
poſtea accidit, ſuſpicatus, ſi hos conſpicati fuiſſent, nil auſuros hoſtes ſuis ca
ſtris relictis cum altero ſuorum exercitu ſe oppugnatum venire. Vſui præte-
rea fore rebatur, idque permaximi faciebat, ſi tanta multitudine hoſtes, non
vna ſe in caſtra coniungerent. Placuit itaque ea vt die equeſtre prælium fie-
ret, quandoquidem ſuo ex peditatu plerique cum eo perſiſtere ordine nol-
lent, raptis ex hoſtibus equis, quum equitandi eſſent prorſus non imperiti,
iam equites fierent. Pedites vero ex his, qui reliqui fuerant, quum nec pha-
langem de ſe præ eorum paucitate conficere poſſent, nec cum barbaris ma-
nus conſerere auderent, ſed in fugam daturi ſe primo congreſſu fuiſſent,
haudquaquam viſi Beliſario ſunt, qui tuto poſſent & procul à muris cum ho
ſte pugnare. vnde quamproximè ad foſſas manere iniunxit, vt ſi equites for-
tè Romani terga barbaris darent, fugientes ad ſe illos exciperent, & cum his
ſimul vt integri & florenti ætate iuuenes prælio reſtituto in hoſtes pugna-
rent. Pigripius interea, è ſatellitibus quidam, vir ſane ſtrenuus, * Piſſidius ge ** Piſida.*
nere, Tarmutusque Iſaurus, Ennij Iſaurorum præfecti frater, Beliſarij quum
in conſpectum veniſſent, huiuſmodi hunc ſunt verbis affati: Omnium opti- *Fortium quorun*
me princeps, noli copias quæſumus, quum hæ tibi perpaucæ ſint, & barba- *dam virorum po*
rorum infinita ſit cum multitudine conflictandum, à peditum phalange ſe- *ſtulata.*
iungere, nec Romanum duxeris peditatum iniuria quoquam pacto afficien-
dum, per quem priſcis Romanis imperium ad id magnitudinis propaga-
tum accepimus. nam ſi quid fortè hoc bello haudquaquam per hos ſit na-
uiter geſtum, non ipſorum id vel ignauiæ, vel formidinis eſt argumentum,
ſed duces ipſi non immeritò ſunt incuſandi, qui ſoli equis in aciem vecti,
quum minimè dignarentur belli vnà communem fortunam ſubire, prius fe-
rè quàm ſit certamen initum, fugam capeſſerint. Ipſe quidem peditum du-
ces omnes iam vides equites factos, vt qui non dignum ſe putent cum ſuis
peditibus, pedibus in aciem ire. in aliorum ergo equitum numero peditum
duces iſtos conſtitue, nobis verò peditatum permittito in certamen du-
ctandum. Quum enim nos pedites ſimus, hoſtium multitudinem ſuſtinebi-
mus, ſpe optima freti, vtcunque deus geri rem ſiuerit, hoſtes nos poſſe iactu-
ra afficere. His Beliſarius auditis, principio quidem haudquaquam illis po-
ſtulata permittere. hos nanque quum bellicoſiſſimi eſſent, ac fortiſſimi viri,
ingenti amore proſequebatur. vnde haud ſatis placebat, cum multis vt pau-
ci certamen inirent. Demum eorum precibus fatigatus, ac promptitudine
victus, paucis ſupra portas & in propugnaculis ad munitiones & tormenta
tractanda dimiſſis, cæteris Pigripium Tarmutumque duces ex ordine ſeque *Pigripius et Tar*
rentur iniunxit, ne fortè hi periculum reformidantes, cæteras copias pertur- *mutus peditatui*
barent, & ſi qua forſan in fugam equitum pars ageretur, haud procul ipſi ſe- *præficiuntur.*
cederent, ſed hos ad ſe denique recipientes ſtrenuè tuerentur, & in hoſtem
ſuos inſectantem conuerſi prælium mox reſtituerent. Vittiges verò Gothos,
qui circa ſe erant, vniuerſos armauit, nemine prorſus præter imbelles quoſ-

dam in caſtris dimiſſo; & his quidem, qui in campis erant Neronianis, & ſub Martia duce, eueſtigio imperat, ſuo vt loco manerent, pontemque diligentius cuſtodirent, ne eà ſe derepente inuaderent hoſtes: ipſe verò cætero ad ſe conuocato exercitu, profatus huiuſmodi eſt. Veſtrum fortè nonnullis videri poſſum imperio huic meo extimuiſſe, atque adeo antehac ſæpe vos ſim ad fortitudinem cohortatus, & nunc vt ad optimè audēdum vos excitem, concionaturus aduenerim. Et id quidem haud longè ab humani ingenij conſuetudine ex vobis quidam animo forſitan agitarint. Solent nanque homines rudiores & imperiti, erga hos, quorum indigeant opera, manſuetudine vti, vel ſi longo ſint interuallo inferiores: alijs verò aditu difficiles ſe præbere, quorum non opus habeant miniſterio. Mihi verò nec vitæ finis, nec imperij eſt amiſſio curæ. Cuperem equidem vel hanc purpuream & regiam veſtem die hoc ipſo deponere, ſi modò vir Gothus futurum ſit hanc vt ſibi deſumat & induat. Atqui Theodati finem præ cæteris perbeatum fuiſſe tunc duxi, cum ei id euenit, vt à ſuæ gentis hominibus, & imperio priuaretur, & vita. nam propria cuique & ſua calamitas, ſi nondum vniuerſa gente deperdita ſit occurſura, apud non inſenſatos haudquaquam conſolatione priuatur. Mihi verò conſideranti quæ antehac fuerit gens Vandalorum perpeſſa, & quem Gelimerus dux ſit finem ſortitus, nec penſi quicquam in humanis offertur, nec moderati. Sed videre iam videor Gothos cũ liberis abductum in ſeruitutem iri, coniugesque veſtras infenſiſſimis viris, & turpiſſimis in rebus miniſtraturas. Me verò & Theoderici ex filia nepotem, eò denique aſportandos eſſe præuideo, quò hoſtilis libido mox duxerit. hęc equidem vellem & vos ne accidant veritos, in id bellum prodire. hoc pacto eo in loco in quo gerendum prælium eſt, vitam finire maioris longè facturi vos fueritis, quàm ex victoria partam ſalutem. Viri ſiquidem generoſi & fortes, vel ſi aliqua vna in re fortè fallantur, vel vtcunque ad vota aliquid ſibi minus ſucceſſerit, apud hoſtes ſuam exiſtimant autoritatem imminui. Mors verò etſi acceleratius venerit, felices ſemper ex præterita ac proſperiore fortuna homines reddit. Et ſanè perſpicuum eſt, ſi hac mente & cogitatione id bellum geſſeritis, perquàm facilè vos ex his victoriam relaturos, vt qui perpauci ſint, & Græculi homines quidam, & pro recens vobis illata iniuria promeritas exacturos nunc denique pœnas. virtute ſi quidem ipſi ac multitudine cæteriſque rebus, ſuperiores his eſſe facile gloriamur: illi verò maiora viribus audent, noſtris inflati malis, & id ſolum præſidij nacti, noſtram formidinem. ſed eorum audaciam alit, præter dignitatem parta felicitas. His Vittiges ſuos hortatus, copias omnes iam iam in aciem proditutas hoc modo inſtruxit. pedites quidem in medium ſtatuit, equites vtrinque in cornibus, haud longè à caſtris, ſed quam proximè poteſt phalangem locat, vt vbi deuicti iam hoſtes fugam capeſſerent, facilè circunuenti trucidarentur, cum ingens ſpacium ſuis ad inſequendum pateret. Sperabat nanq; ſi pede collato prælium gereretur, ne ad breue quidem hoſtes repugnaturos, ex re quidem abſurdiore coniectans, haudquaquam ſuis viribus fore bello pares hoſtium copias. Præfecti itaque vbi primum diluxit, cum prælium incepiſſent, rei gerendæ enixè inſiſtere, poſtremiq; quidam cum in aciem iſſent, ſuos iubendo hortandoque, ad nauandam ingenti animo operam inflammare. Sed in principio ſtatim ſuperiores Romanæ res erant, & barbari crebro ſagittis icti frequentes cadebant. nullum tamen per hos fugæ initium factum. nam ingenti multitudine Gothi cum in prælio conſtitiſſent, facilè in cadentium locum recentes alij ſuccedebant, vnde nec ſenſum vllum ſuorum ſtrenuè pereuntium dabant. Et Romanis quidem ſatis tunc viſum, eum tanta paucitate his milites eſſent, hoc pacto diremptum ſibi prælium iri.

iam

Vittigis ad milites oratio.

Acies Vittigis.

iam enim in meridiem pugnam extraxerãt. Denique iam potiti victoria, hoſtes vt ſe in caſtra reciperent perpulere, magna ex his parte occiſa. In Neronianis autem campis diu ex aduerſo Romani Gothiq; conſederant, Mauruſijque crebris in barbaros incurſionibus factis, & frequenti telorum iaculatione, diutius hos laceſſiuerant: hi tamen immoti manebant, nec laceſſentib. occurſandum duxere, Romanos veriti non procul aſtantes, quos ſanè milites eſſe rebantur, cum turba eſſent imbellis, ſibi molituros inſidias, & iccirco tacitos hos quieuiſſe, vt à tergo ſe de improuiſo adorti, circunuentos occiderent. Iamque cum in meridiem ſol inclinaret, Romanorum Neronianis in campis exercitus derepente in hoſtes impetum facit, fuganturque ex inſperato Gothi, re ſubita territi, cumq; recipere ſe ad caſtra minimè poſſent, proximos colles conſcendunt, in hiſque vt quieturi ſe continent. Sed Romanorum magna vis erat, haud tamen milites omnes, ſed nuda immunitaque maximam in partem turba. nam & præfectum vndequaque in hoſtes perinde mox erupturum nautarum ſeruorumque ingens copia ſequebatur, & vt belligerandi percupidi omnes, vel cum eo, qui circa flumen erat, Imperatoris exercitu ſe immiſcuerant. Vnde cum tanta is multitudine abundaret, defixerat pauor cum admiratione, vt diximus, barbaros, & in fugam auerterat. Sed inter Romanos nullus inde ſeruatus ordo rem Romanam interturbauit feſelitq;. ob eam nãque intermixtam hominum colluuionem, nec duces ipſi, etſi in rem pleraque Valentino iubente hortanteque, ſeruare poterant militiæ modum, quandoquidem nil prorſus inconſultior turba dictis parêret: vnde factum, vt fugientibus Gothis: poſtremos quoſque haudquaquam carpẽdo necandoque, vt res militaris poſcebat, ſpacium dederint in tutum vt ſeſe & proximos in colles reciperent, indeque vt iam quieturi, intrepidè quę gererentur ſpectarent. Porrò nec ea è regione Romani pontem in animum induxerant pertranſire, barbaros prohibituri, ne ciuitatem vtrinque de cętero obſiderent, neúe diutius poſſent vltra Tyberim ſtationes habere, nec hoſtibus ſaltem altera ex parte cum Beliſario acie decernentibus, in terga & de improuiſo proruere: quod vtique ſi opportunè feciſſent, profectò ſuarũ obliti virium Gothi, ſeſe daturi in fugam fuiſſent, & euaſuri quò cuique licuiſſet. Sed barbari ipſi, qui paulo antè ex fuga inſederant collem, ſua in caſtra irrupiſſe Romanos ex ædito contemplati, aliquandiu ſe loco continuerẽ: ira deinde & indignatione ſimul accenſi, eruptione mox facta, incompoſitam impeditamque in auehendo auro argentoque & precioſa cætera ſupellectile turbam, ingenti cum clamore & de improuiſo adoriũtur, eamque partim obtruncant, partim extemplo ſuis è caſtris eijciunt: & ſi qui fortè fuere qui non ſubito deprehenſi occubuerunt, abiectis è dorſo pecuniarum aliarumque rerum protinus ſarcinis, volentes quidem fugam capeſſunt, & quocunque tum licuit confeſtim euadunt. Dum hæc interea Neronianis in campis geruntur, alter barbarorum exercitus quàm proximè caſtra ſcutis munitus ab hoſtibus ſe & ſtrenuè tuebatur: hiſque dum fortiter repugnaret, facta equorum magna imprimis ſtrage, non paruam noſtris intulit cladem. qua ex re cum Romani affecti partim vulneribus, partim amiſſis equis prœlium remiſiſſent, eorum ſtatim perſpicuam fecere paucitatem, & Gothorum agmen quàm maximo præſtaret hos interuallo, comparuit. Qua re barbarorum equites animaduerſa, dextro ex cornu in hoſtes mox aduolant, hoſque curſu citato inuadunt. Quorum inſultum armaque cum minus ferrent Romani, qui ea in parte conſtiterant, ſeſe in fugam proripiunt, ad peditumque ſe recepere phalangem. tum verò nec pedites ipſi hoſtes ſe inuadentes tulere, ſed cum equitibus agmine vno diffugiunt. Vnde cæteris ſubſequentibus copijs, & ſimul inſtantibus barbaris in terga cæduntur, paſſimque fieri cœpta eſt fu-

Gothorum error.

Confuſio in exercitu Rom.

Gothi victores caſtris expellũt.

ga.Pigripius interim Tarmutusq; peditatus tunc duces, cum paucis qui circa ſe erant peditibus,nauiter ſe in ea pugna geſſere,quippe qui prçliando & reſiſtendo haudquaquam ſe dignum duxere,vt & ipſi cum cæteris fugarentur. Qua ex re cœpit tum pauor cum admiratione Gothos; impetumq; mox repreſſere:vnde ex ea interpoſita mora, pedites ipſi fugiendi ſpacium nacti, in tutum ſe receperunt.Pigripius tamen corpore toto cõciſus, eodem quem inſederat ſaltu moribundus procubuit, cum eoque & pedites duo de quadraginta occumbunt. Tarmutus verò cum tela Iſaurica bina geſtaret in manibus,ſeque inuadentes barbaros aduerſis ictibus continenter feriret,poſtquam cçſo vndique corpore de ſe iam deſperaſſet,Enniusq; frater cum non nullis equitibus opitulaturus veniſſet,recuperato aliquantiſper iam ſpiritu, curſu citato vulneribus cruoreq; plenus, nullo adhuc iaculorum amiſſo ad vrbis mœnia contendebat.erat nanque ſuapte natura hic perniciſſimus,atq; adeo ad fugam validior capeſſendam, tametſi corpore eſſet tam male affectus.Cum verò Pincianam ad portam hic perueniſſet,ſtatim procubuit: quẽ murorum cuſtodes nonnulli,vt iam exanimen factum,clypeo impoſitum ſuſtulere.Is tamen cum ad dies duos ſuperuixiſſet,vt Iſauris ipſis, ita & Romano exercitui deſiderio ſui relicto, & ad poſteros fama, ex humanis exceſſit. Romani interea ex re male geſta exterriti,cuſtodias in muris diligenter curare,foribusque portarum occluſis, tumultuoſius ſuos ad vrbem refugientes, haudquaquam de repente admittere,veriti ne cum his ſimul & hoſtes inuecti reciperentur. Quicunque igitur non admiſſi in vrbem fuerãt,foſſam pertranſeuntes muroque tergis hærendo, virium ſuarum obliti, & trepidantes pedibus conſiſtebant. In barbaros tamen qui ſibi è proximo inſultarent, & foſſa propemodum ſuperata ſe eſſent iam iam inuaſuri,pugnare nil poterãt, diffractis in fuga amiſſisq; in prælio telis.Ad hæc accedebat, quòd arma inuicẽ conglobati exercere nullo poterant pacto. Gothi verò quandiu in propugnaculis haud ſat multos videre,impetum in hos faciebant,ſpe freti, non ſolum excluſos illos occiſuros ſe eſſe,ſed qui intus ad propugnacula conſtitiſſent violaturos. Sed vbi militum & Ro. populi vim magnam ſunt conſpicati in ſe venientium,confeſtim vt iam deſperantes, hoſtibus formidine ſimul & ignauia identidem exprobrata,retro ſe retulere. Pugna igitur in caſtris occœpta,ad vrbis foſſas muroſque finitur.

Pigripius occiſus
Tarmuti fuga & mors.

PROCOPII DE BELLO GOTHORVM LIBER
SECVNDVS.

ROMANI deinde re male geſta, vniuerſis copijs decertare haudquaquam de cætero audebant, equeſtri tamen & ex incurſionibus prælio quammaximè barbaros ſuperabant. non enim aduerſus Gothorum vtrunque exercitum pedites ipſi in phalangem inſtructi prodibant, ſed equites ſuos conſectabantur. Et Beſſas quidem primo mox impetu in hoſtem facto, vbi cum telo ſtatim proſiluiſſet in mediũ, tres ex equitum numero fortiſſimos viros occidit, cæteroſque in fugam auertit. Conſtantianus deinde cum circa ſerum diei, Neronianos rurſum in campos Hunnos duxiſſet, vbi hoſtes præ multitudine vim ſibi facturos peruidit, tuendi ſe viam hanc cepit. Erat ibi tum fortè ſtadij locus patentior quidam & ſanè vetuſtus, vbi ſingulare quondam inibatur certamen. multa eódem

Beſſæ facinus.

Conſtãtiani ſtrategema.

ædificia

ædificia conſtruxerant veteres, indeq́; calles vndiq; anguſti diuerſim ducebant. Conſtantianus itaq; cùm nec ſuperare hoſtium agmen poſſet, nec ſine ingenti periculo in fugam ſe dare, iuſſis omnibus ex equis deſcendere, pedes & ipſe cum his ſimul anguſtiore in loco conſiſtit: vnde è tuto cùm barbaros Hunni ferirent, magna his inferunt cladem. tum Gothi, etſi affecti vulneribus, aliquandiu obſiſtunt, ea ſpe freti, cùm primùm ſagittæ ex pharetris his defeciſſent, illos ſe facilè circũuenturos, & comprehenſos demum conſtrictosq́; delaturos in caſtra. Poſtquam verò ad vnum omnes ferè vulnerati, vt tam denſo in agmine per Maſſagetas Hunnos emiſſa nulla in caſſum cadente ſagitta, ſenſere Gothi dimidiam ſuorum partem ſe amiſiſſe, iamq́; in occiduum ſol ipſe vergebat, tum verò cùm nihil haberent quò ſe verterent Gothi, in fugam demum vno agmine ruunt, in eaq́; multi mortem oppetiere, Maſſagethis ſagittandi peritis poſtrema carpentibus. nam & ingens hi curſu emenſi iam ſpacium, dum terga inſectando identidem cædunt, magnam Gothis inferunt cladem. His geſtis Conſtantianus cum Hunnis ad vrbem peruenit. Perannius verò non multos poſt, vbi hęc geſta ſunt, dies, Romanorum dux factus, per Salariam portam cùm in hoſtes duxiſſet, & effuſam egiſſet in fugam Gothos, ac reciproca deinde circa occidentem ſolem fugatis Romanis per Gothos inſectatio fieret, Romanus quidam ex peditatu, plus nimio formidine captus, altiorem in foueam, ad condendum vt reor frumentum per priſcos paratam de improuiſo prolabitur: vnde cùm nec vocem ex ea ædere auderet, quia in propinquo hoſtium aderant caſtra, nec quoquam pacto euadere poſſet, vt cui nec aliquid eſſet, quo ſe inde efferret, cogitur noctem vnam ibi peragere. Die autem inſequenti, barbaris rurſum in fugam actis, Gothus vir quidã eandem in foueam cadit, in quam & Romanus ceciderat. Vbi ſtatim conciliata inter ſe amicitia, & neceſſitate cogente, fidem ſibi mutuo tradunt, alterius ſalutem curæ vtrique fore. Demum igitur ambo ingentes ædere ex imo voces. Ad quas Gothi qui proximi erant conuerſi, attractiq́; in ſummo foueæ procumbentes percontabantur, cuius nam vox eſſet. Tum Gothus Romano ex induſtria ſubticente (nam ſic viſum vtriſque fuerat) ſua & patria lingua reſpondit, in eam ſe nuper ex fuga foueam cecidiſſe, & reſtem vt demitterent petijt, qua euadere ad auras poſſet. Tum illi ſtatim reſte ſummiſſa Gothum ſe rati hominem attracturos, Romanum mox euehunt: vnde rei miraculo obſtupefacti, re vti ſe habuiſſet accepta, reſidem in fouea Gothum protinus extrahunt: qui ſtatim de fide Gothis certioribus factis mutuo data, ſuis cum ſocijs abijt. Romanus verò impunis dimiſſus ſeſe ad vrbem recepit. Equites deinde non multi vtrinque in pugnam armis ſe communire, intentique bello eſſe: & vt cœptum prælium erat, in ſingulare certamen aliquod deſinebat, in quo penes Romanos ſemper victoria fuit. Haud longo pòſt tempore cùm in campis Neronianis pugna committeretur, alternisque ſe equitum turmæ & dubia inſectarentur victoria, * Chorſomanthis vir ſanè inter Beliſarij armigeros ſtrenuus, Maſſagetharum gente ortus, paruo cum comitatu, ſeptuaginta ex hoſtibus milites inſequebatur: quo deinde in magnum iam campi ſpacium euadente, Romanis qui hunc ſequebantur, retro ſe ad ſuos recipientibus, ſolus relictus hoſtes inſequi nil deſinebat: qua re Gothi animaduerſa cùm equos circumegiſſent, in hunc omnes vno agmine ruunt. tum ille medios hoſtes peruadens, vno ex his quodam lancea per medium corpus traiecto, in alios impetũ facit, & indeſinenter impugnat. tum illi terga iterato vertentes turpẽ in fugã aguntur. exercitus deinde aſtantis verecundia ducti (iam enim cõſpici ſe à ſuis rebantur) cũ iterato verſis in hoſtẽ equis ſe inſectãtẽ inuadunt, eadẽ qua prius afficiuntur iactura: ſiquidẽ vno atq; itẽ altero pręuali

Romanus & Gothus in eandem foueam cadunt.

Gothus fidem datam ſeruat.

** Tharſamkibes*

Vnus LXX perſequitur.

dis viris amiſſis in fugam mox auertuntur. quos Tharſamunthes vſque in caſtra acriter inſectatus ſolus victoriam referens incolumem ſe ad ſuos recepit. Sed cùm paulò pòſt aliud cum Gothis bellum iniſſet, læuam in tibiam ictus, atque adeò dies non paucos acceptum ob vulnus prælio abſtitiſſet, vir perinde barbarus, rem grauiter ferens comminabatur, ſe ſtatim in Gothos pro accepta iniuria vindicaturum. Vbi eo ex vulnere breui conualuit, nimio iam cibo vinoque oppletus, ſolus ire in hoſtes animo deſtinat, ab hisq; pro accepto in pede iam vulnere pœnas exigere. Cùm itaque Pincianam ad portam denique perueniſſet, emitti ſe ad hoſtium caſtra edixit. Cuſtodes verò, qui Beliſarij armigero & fortiſſimo viro nil fidei non exhibere induci non poterant, confeſtim fores aperuere, cumque quò vellet abire ſinunt: quem hoſtes mox conſpicati, per fugam ad ſe quempiam venire rebantur. Verùm vbi is arcum intendit, & Gothi non ſatis hunc noſcitarent, viginti fermè in eum milites prodeunt, quos Tharſamunthes paruo molimento reiectos, ſenſim inſectabatur. Poſtquam verò aliquanto maior Gothorum ſe vis demum inuaſit, velut immotus ſuo conſtitit loco. Aſt vbi copiæ omnes aduerſus hunc confluxere, ab omnibus ſe tueri pugnando adnitebatur. Quam rem cùm è turribus proſpexiſſent Romani inſanire quidem hominem arbitrabantur, haud tamen Tharſamunthem hunc eſſe ſat norant, qui opera præ ſe tuliſſet ingentia. Sed demum ab hoſtium vniuerſo circumuentus exercitu, temerariæ audaciæ pœnas hic luit. Cuius mors Beliſario renunciata, non ipſum modò, ſed cæteros omnes ita affecit, vt in maxima eſſent ex tanti viri iactura comploratione ac luctu, vt qui communem in eo milite ſitam ſpem amiſiſſent. Atalius interea quidam, dum ſe æſtas in autumnum circumegiſſet, ex Bizantio Tarracinas ſe contulit, pecuniam deferens ab imperatore militibus debitam: veritus tamen ne obuij hoſtes vnà cum pecunia & ſe è medio auferrent, ad Beliſarium ſcribit, curaret vt tutò ad vrbem venire cum pecunijs quiret. Tum Beliſarius è corporis ſui cuſtodibus centum delectos cum equitibus duobus & ducibus Tarracinas mox mittit, ad ſe vt pecunias eas deferrent: ipſe interea ſuſpicionem hoſtibus confirmare, cum vniuerſo exercitu in hos ſe bellum geſturum, vt ea barbari cura detenti, nec pro neceſſarijs conuehendis, nec alia quauis de cauſa caſtris excederêt. Poſtquam verò cum Atalio iamiam affuturos quò miſerat milites demum cognouit, copias omnes vt pugnaturus diſponit & inſtruit: ipſum id & barbari facere, & parati ad bellum aſtare. A mane itaque Beliſarius circa portas paratum militem tenuit. Sciebat nanq; Atalium, & quos illi dederat ſocios, noctu ad ſe peruenturos, circa meridiem verò ſuos prandere mox iubet: hoc ipſum & Gothi facere, rati omnino ſumpto iam cibo, hoſtes in aciem prodituros. Sed paulo pòſt Beliſarius Martinum Valerianumque ſuis cum turmis in campos Neronianos dimittit, iuſſos quàm maximè poſſent hoſtium copias perturbarent. A Pinciana autem porta equites ſexcentos ad caſtra emittit, quibus tres ex armigeris ſuis præfecit. His ſtatim aduenientibus hoſtium vis magna occurrit: diu non pede collato pugnatum, ſed alternis concedere inuadentibus, & tergiuerſando ſe inuicem inſectari, ita vt volentes iam viderentur, & ex compoſito diei reliquum tempus conterere. Denique in alterutrum his ira & indignatione ſuccenſis, validè pugna initur, & multi vtrinque mortales ac fortiſſimi quique concidunt. Sed vtriſque cùm ab vrbe, tum è caſtris ſuperuenere ſubſidia: quibus inter cæteros ſtrenuè ſe immiſcentibus, prælij labor exaugeri cœptus, & vtrinque ingens editus clamor bellantes exterruit. Romani tandem ſua hoſtes virtute impulſos in fugam vertunt. Hac ipſa in pugna Cutilas vir ſtrenuus, telo caput medium ictus, idque præfixum adhuc in vulnere geſtans, hoſtem inſectabatur, & impetu facto cum cæteris,

Tharſamunthes ex temeritate perit.

Beliſarij ſtrategema.

Cutilas haſtam infixam capiti diu geſtat.

cæteris qui prælio fortè ſuperfuere, circa occidentem iam ſolem vrbem inuehitur cum tremula adhuc in capite haſta, magni profectò momenti ſpectaculum. Arxem præterea quempiam Beliſarij præfecti armigerum, Gothus vir quidam & ſagittarius inter nares & dexterum oculum vulnerarat, ſagittæq; ſpiculum ad occipitium vſq; deſcenderat, haud tamen id vſpiam comparebat, ſed haſtæ quod reliquum viſebatur præfixum ita extabat in facie, vt Arxe hoc equitante concuteretur: qua vtique re Romani conſpecta obſtupuere. In campis autem Neronianis barbarorum res ſuperiores fuere, atque adeo vt vbi Valeriani, Martinique copiæ Gothorum infinita cum multitudine prælio geſto, ſtrenuè ſe ab his explicaſſent, & vt grauiora Romani milites paſſi in maximum veniſſent vitę diſcrimen, Bochem ſtatim Beliſarius iuſſit laborantibus ſuis ſuppetias ire, & equitum turmam tam equis quàm viribus validam Neronianos in campos educere. Iamq; ſerum diei erat, & turma Bochem ducem ſecuta Romanis opem latura, cùm primùm comparuiſſet, ſubitò facta barbarorum eſt fuga: quibus cùm nimium Boches inſiſteret fugientibus, à duodecim haſtatis eſt circumuentus, & quia ſubiecto erat thorace munitus, inflicta illi per barbaros vulnera, haud multum hunc affecere. Sed Gothus quidam poſt terga mox ſubiens, ea ex parte corpus nudatum temerè nactus, vulnus quidem ſed non letale inflixit, vel quòd in mortis diſcrimen induceret, extemploque & ex aduerſo alter læuum hunc in brachium ferit, eique lacertum tranſuerſa plaga præcidit. Valerianus verò ac ſimul Martinus quæ gerebantur protinus conſpicati, auxilium laturi accurrunt, & verſis confeſtim in fugam hoſtibus, Bochiſque equum ex habenis ductantes ad vrbem perueniunt. Iamque nox appetebat, & cum pecunijs Atalius venerat, reuerſiq; ex prælio milites vulnera procurabant. Sed Arxis ex facie cùm auellere medici ſagittam vellent, aliquandiu periculi magnitudine territi vulneri admouere manus nil audent, non oculi gratia, quem nullo pacto integrum ſeruari impoſterum poſſe ſuſpicabantur, ſed ne venas ac neruos interrumpendo, qualia in ea corporis parte ſunt pleraq; virum ex Beliſarij familia fortiſſimũ perderent. Medicus deinde Theoctiſtus nomine, in Arxis ceruicē innixus ſciſcitabatur ab homine num nimium ſuo ex tactu indoluiſſet: quo reſpondente, dolore ſe proculdubio affici: Saluus ergo futurus es, inquit, nec oculi vllam patieris iacturam. Hæc medicus fidens ſedulò affirmabat, quia coniectura perceperat, haud procul à cute ſpiculũ penetraſſe. Haſta itaq; quæ fortè extabat præciſa, colligatoq; vinculis affecti hominis corpore, & ea parte qua plurimũ is indoluerat interſciſſa, auellit ſtatim ac paruo molimine ſpiculũ, tribus prominentibus hamis, cum eoq; haſtæ quod reliquum erat eduxit. Sic factum, vt Arxes liber omnino & ſine vlla corporis offenſione euaſerit, nec aliquod ei in faciem vlceris relinqueretur veſtigium. Cutilas verò auulſo iam violentius telo (altius quippe in vulnus deſcenderat) linqui mox animo cœpit, & manantibus venis ſanguinis profluuium fieri: vnde phreneſis morbo correptus, non longè poſt moritur. Boches deinde affatim è brachio ſanguine profluente, ſtatim moribundus procubuit. Cuius tam repentinę mortis id cauſę medici afferebant, quia non recta ſed tranſuerſa fuiſſet illi inflicta in muſculo plaga, vnde poſt tertium diem è vita exceſſit: quorum virorum ex morte, per totam noctem in luctu ciuitas fuit. Gothorum verò & comploratio varia & eiulatus quammaximi è caſtris exaudiri, Romanique item magnum in modum id admirari, cur tantopere barbari communem quererentur iacturam, cùm nil mali, quod magni eſſet momenti, in ea prima congreſſione his illatum fuiſſe ſit viſum, niſi quia perpaucos quoſdam amiſerint: quod fermè etſi antehac ſæpè, nec minori quidem cum detrimento his accidiſſet, haud tamen

Arxis conſimile robur.

Theoctiſti medici opera vitæ Arxis conſulitur.

Cutilas ex vulnere moritur.

Bochis mors.

præ ingenti hominum multitudine eos terruerat. Sed compertum poſtea eſt, primores bello viros, è caſtris Neroniano in campo locatis, eo in prælio nuper amiſſos, Gothos tunc deploraſſe, quos Boches vir ſtrenuus primo impetu interfeciſſet. *Bochis virtus.* Poſt hæc, geſta nonnulla leuiora prælia ſunt, & iccirco non neceſſariò viſa litteris commendanda. Sed per omnem eam obſidionem ſexagies certatum ac ſepties eſt, ac bis demum, vt in ſubſequentibus explicaturi deinceps ſumus. Exacta autem hyeme & huius belli, quod Procopius ſcripſit, anno ſecundo iam finem ſortito, cùm in autumnum ſe verteret æſtas, fames ſimul ac peſtis vrbem inuaſit. *Fames & Peſtis in vrbe.* Militibus nanque frumentum duntaxat defecerat, cætera abundè omnia erant. Romanis verò & res frumentaria deerat, & peſtilens morbus hos acrius degrauabat. Quibus rebus cognitis Gothi, nec bellum cum his inire tunc velle, ſed enixè curare, ne de cætero aqua vrbem inueheretur. *Aquaductus Romani duo.* Aquæductus duo inter Latinam ſunt & Appiam viam, celſiſſimi quidem, & fornicibus quammaximè in altum euecti, ſed eo in loco hi inuicem coëunt, qui ab vrbe quinquaginta ſtadijs abeſt, & modico interuallo diuerſam in viam vertuntur. nam qui priorem ſortitus eſt in dexteram locum, in læuam mutata regione excurrit: & vtrique rurſum in vnum conueniunt, ac priore deinceps loco recepto, iterato ſe ab inuicem dirimunt: in intermedio autem loco præſidium extat vtroque ædificio hoc circumcinctum, cuius inferiores fornices dum varia materia effarciunt barbari, munitionis in ſpeciem reddunt, ibique militum non minus milibus ſeptem in cuſtodiam poſitis, Romanos ſedulò prohibere, ne quid ea è regione neceſſariarum rerum in vrbem inueherent: vnde ſpe omni iam deſtitutos quæuis mali ſpecies circumſiſtit, iam enim frumentum matureſcebat, & Romanorum militum audaciſſimi quique pecuniarum & lucri cupiditate ducti, equis inuecti, & alios vacuos poſt ſe trahentes, noctu in ſegetes haud procul ab vrbe perueniebant, deſectaſque cum ſtramento & iumentis impoſitas, hoſtes fallendo in vrbem clam deferebant, ingentique precio venditabant Romanorum primoribus: cæteri inferioris ſortis tunc homines, ex herbis nonnullis in cibum deſumptis degebant, quales intra mœnia ſua paſſim ſponte naſcuntur: *Cæli Romani ſolique clementia & bonitas.* & hæ quidem in agro Romano non hyeme, non alio quouis tempore deſunt, ſed aſſiduò florent ac de ſe germinant, & ea copia ſunt, vt vel equos obſeſſi his alerent. Quidam præterea vel ex carne morientium in vrbe mulorum iumentorumque aliorum confecta farcimina clam venditabant. Sed poſtquam ſegetes defecere, & ad mala accumulata iam peruenerant Romani, Beliſarium mox circumſiſtunt, & prælio vno de ſumma rerum decernere cum hoſte cogunt, Romanorum neminem à pugna vel defuturum polliciti: quem demum hærentem ac dubium, & rerum neceſſariarum anguſtia degrauatum, è plebe quidam affati huiuſmodi ſunt. *Romanorum ad Beliſarium oratio.* Haudquaquam, præfecte, vt incautos hìc nos deprehendit fortuna, ſed omnia nobis aliter euenerunt ac ipſi ſperauimus: quippe qui pro noſtro priſtino deſiderio rem aſſecuti, in præſentem calamitatem peruenimus. Et ſupereſt quidem adhuc animis noſtris concepta prius opinio illa, perquamoptimè per Imperatorem noſtris rebus prouiſum iri, tametſi in dementiam verſa ea hoc tempore prouidentia ſit, & in ingentium malorum materiam. Nunc verò ad id eſt demum neceſſitatis peruentum, vt vel in præſentia eniti velimus, & armati in hoſtem prodire audeamus: & certè danda nobis venia eſt, ſi in Beliſarium fidentius forte, quàm deceat, loquimur. Non enim vacuus neceſſarijs rebus venter pudere nouit. Excuſet, vt lubet, præſens petulantiam noſtram fortuna, omnium nimirum, & merito quidem, moleſtiſſima eſſe apparet producta infelicibus vita. Quæ nobis acciderint proſpectare hinc potes: ager noſter hic omnis, & loca hæc cætera hoſtium ſub-

ſubiecta

iecta manibus ſunt. Vrbs ipſa hæc bonis omnibus eſt intercluſa, nec ſatis ſcimus, ex quoto iam tempore Romanorum nonnulli iam vita perfuncti, ſic ſtrati iacent, vt recondi terra nil poſſint. Ipſi verò qui ſuperſtites ſumus, ſummatim vt dicam, haud ſecus in nos ac in mortuos ipſos congeri mala omnia peroptamus: quæ prorſus tolerabilia vt fames his eſſe oſtendit, qui in hanc fortè inciderant: ita vbi demum ipſa hæc comparuerit, cum cæterorum malorum obliuione inuadit, & præter mortem hanc ex ſe prodeuntem, quoduis aliud mortis genus voluptati vt ſit mortalibus facit. Vt igitur & nos non id prorſus eſuriendo detineat malum, pro nobis ipſis iam finito deſumamus certamen, ex quo eſt omnino futurum, vt vel hoſtes nunc ſuperemus, vel aliquando tandem liberemur his malis. Nam quibus ſalutis ſpem fortè allatura eſt mora, vecordiæ proculdubio arguentur, ſi anticipando periclitandoq; rerum ſummam in diſcrimen deduxerint: hi verò quibus cunctando & prolatando difficilius certamen efficitur, ſi pluſculum id vel ad breue extraxerint, huius nimirum moræ potius ſunt incuſandi, quàm acceleratæ & ſubitæ petulantiæ. Ad hæc Beliſarius ita reſpondit: Quæcunque à vobis vel antehac expectabam, nunc denique peregiſtis, & præter opinionem profectò mihi nil accidit, quippe qui iam pridem ſat calleam vulgus rem eſſe inconſultiſſimam, nec præſentem ferre fortunam ſcire, nec aliàs de futuris conſulere, ſed rebus vel difficilimis perquàm leuiter & enixè incumbere, ac præcipitanter ſuam in perniciem ire duntaxat noſſe. Ipſe verò pro veſtra intolerantia, nec volentes quidem diſperditum eam, nec Imperatoris res vobiſcum vnà vt intereant, ſinam. Bellum nanque non temeraria ſolet celeritate geri, ſed optimè conſulendo & prouidendo temporum momenta metimur. Vobis quidem aleam ludere exiſtimantibus, vnum libet & ſemel pro rerum ſumma iactare talum: mihi verò no ea conſuetudo eſt, vtilitati & commodis, temporis celeritatem vt præferam. Proinde vos pollicemini aduerſus hoſtem pugnatum ire: Sed quando antehac vnquam belli vos ſtudijs incubuiſtis? vel quibus nam perdidiciſtis hæc armis, quæ nec exercitatione tenus admittere res bellica nouit? Nunc verò pro veſtra hac animi promptitudine equidem lætor, & pro excitato hoc vobis tumultu veniam do. Sed quemadmodum non ſuo per vos hæc geſta ſint tempore, & hac nos mora vt plurimum profutura vtamur, ſignificabo. Exercitum nobis vniuerſo ex orbe contractum, multitudine infinita Imperator tranſmiſit, claſſemq; item quanta antehac nunquam Romanis fuit, quippe quæ & Campaniæ littora, & ſinus Ionici partem iam maximam contegit, & poſt paucos fermè hæc dies cum omnibus ad vitam neceſſarijs eſt ad nos peruentura, ita vt noſtram hanc rerum inopiam ſoluat neceſſe eſt: affuturæque propediem tot copiæ ſunt, ſagittarum multitudine barbarorum vt obruant caſtra. Animo itaque agitaui in aduentum iamiam affuturi exercitus, pugnæ tempus differre, & cum ſecuritate potius belli totius victoriam noſtris afferre, quàm temerario ac repentino conſilio ſalutem omnium prodere. Vt autem quàm primùm ſe hi ad nos conferant, nec moram de cætero trahant, prouidero. His Beliſarius populum verbis ſolatus, ab ſe Romanos dimiſit, ac ſtatim Procopium, qui hæc litteris commendauit, Neapolim contendere iuſſit, (fuerat nanque fama perlatum, eò Imperatorem exercitum tranſmiſſurum) eique imperat, magnam vim nauium frumento compleret, & milites omnes vt cogeret, quos tunc ex Byzantio aduentaſſe illuc contigiſſet, vel quicquid equitum eſſet cuſtodiæ gratia eòdem relictum, quorum non paucos in Campaniæ loca ſeceſſiſſe acceperat: nonnullos præterea aſportaret ex eorum locorum cuſtodijs, cum hiſque vnà, ad ſe demum rediret, Hoſtiamq; demum frumentum conueheret, Romanorũ præſidium. Procopius itaq;, comite ſibi

Beliſarij reſponſio.

Procopius à Beliſario Neapolim ablegatur.

aſſumpto Mundila armigero, & pancis equitibus alijs, Capenam portam noctu egreſſus hoſtes fefellit, qui ſecus Appiam viam cuſtodias faciebant: qui verò cum Procopio Mundilaque abierant equites, cùm Romam iam rediiſſent, in Campania Procopium eſſe & Romam venire nunciauerunt, nec in hoſtium quempiam incidiſſe, cùm compertum Romani haberent neminem barbarorum nocte intempeſta extra caſtra vagari. Beliſarius verò fidentior factus vim magnam equitum in proximas Gothorum munitiones immiſit, iuſſitque ſi quos fortè barbarorum deprehenderent, per cauſam neceſſaria in caſtra conuehendi iter hàc facere, vel fortè excurſiones ſedulò factitare, vel ſuis quoquam pacto moliri inſidias, quo minus hæc agerent enixius prohiberēt, vt & ciuitas ipſa minori quàm prius penuria premeretur, & barbari obſideri potius quàm obſidere alios viderentur. Martinum autem Traianumque cum militibus mille Tarracinas abire iuſſit: quibus cum & Antoninam coniugem miſit, traduciq́ne eam Neapolim imperauit, eandem ibi in tuto ſortem expectaturam, quæ ſibimet occurſura imposterum eſſet. Magnum deinde Sinduſemque quingentorum militum duces, Tybur in præſidium deſtinat, quod oppidum ſtadijs centum diſtat & quinquaginta ab vrbe. In Albanum verò, quod ſtadijs totidem abeſt, & in Appia quondam via ſitum. Grintheum quempiam cum Erulis præmiſerat, quos Gothi inde vi depulere. Extat autem Pauli apoſtoli templum Romanis procul à mœnibus ſtadijs decem & quatuor, iuxta quod Tyberis fluit, vbi nullum patet munitum eſſe præſidium. Porticus tamen eòdem ab vrbe pertinens, circaque & ædificia alia pleraque non ſatis ad inuadendnm opportunum locum hunc reddunt. Patebat & Gothis ad id ſacrarium via, per quos omnibus conſtat per id belli tempus, id neutra dedicata apoſtolis æde quippiam editum, quòd incolentibus vel moleſtius eſſet, vel quoquam pacto ingratum, ſed ſacratos ibidem viros liberè permiſiſſe rem diuinam peragere. Valerianum itaque Beliſarius iuſſit in ea & propinquiora Pauli ſacrario loca Hunnos educere vniuerſos, ac iuxta fluminis ripam caſtrametari, vt ea è regione equi liberius alerentur, & ſimul coërcerentur acrius Gothi, ne liberè ſuis procul à caſtris & pro arbitrio vagarentur. Sed Valerianus cum ſuos caſtris iam communiſſet, ex præfecti imperio Romam contendit. His omnibus Beliſarius conſtitutis perfectiſque, ſic quieſcebat, vt nullam incepturus per id temporis pugnam, ſed è muris tueri malle ſe appareret, ſi quis fortè vim illaturus accederet, frumentumque nonnullis Romana è plebe hominibus impartiebat. Martinus interea & Traianus noctu hoſtium caſtra transgreſſi, poſtquam Tarracinas venêre, dimiſſa in Campaniam cum paucis Antonina: ad eius regionis præſidia cùm denique perueniſſent, inde mouentes, Gothos qui eà dinagabantur irruptione facta, de improuiſo adoriuntur, & ita coërcuere, vt ea per loca vagari haudquaquam iam liberè poſſent. * Magus verò Sinduſque præfecti Tiburtini præſidij muros, ſicubi fortè collapſi iam eſſent, breui reſtituunt: & vbi in tuto hi conſtitere, hoſtes qui non procul inde munitionem haberent, acrius ſtatim inceſſere, & crebris incurſionibus factis, barbaris tandiu terrorem incutere, ſuis neceſſaria conuehentibus, quandiu Sindus integer viribus fuit. Is nanque in dexteram manum lancea ictus, præciſis neruis bello inhabilis redditur. Hunni inſuper, vt ſuprà iam diximus, quamproximè hoſtes caſtris locatis, non minoribus malis Gothos afficiunt: qui vtique cùm haudquaquam ad victum poſſent neceſſaria, vt ſoliti erant, inferre, peſtifero morbo protinus opprimuntur. Lues igitur cùm hos inuaſiſſet, magnam vim hominum ſuſtulit, & in his præcipuè caſtris, quæ circa Appiam viam locauerant barbari: è quibus qui fortè incolumes euaſere, ad altera caſtra ſe tranſtulerunt: ipſum id Hunni perpeſſi,

Beliſarius obſeſſores obſidere nititur.

Antoninam vxorem Neapolim mittit.

** Magnus vero Sinduſeſque.*

Gothos lues inuadit.

perpeſſi, vrbem mox ineunt. Procopius verò vbi primùm in Campaniam venit,non minus militum quadringentos contraxit,frumentíque maximum numerum nauibus recens impoſitum,præparatum habebat. Antonina huic haud longe pôſt adfuit, quæ ſecum claſſis curam ſuſcepit. Per id tempus & Veſuuius mons emugierat quidem, ſed haud dum cineres eructarat, tametſi ex eius mugitu eructaturus iam credebatur, vnde & proximos accolas formidine ingenti affecerat. Hic mons à Neapoli ſtadijs abeſt ſeptuaginta, in eamque vrbem vergit, & Boream verſus: ſed præciſus ille vndique eſt,inferiora eius frequentibus ſyluis vmbroſa, ſuperiora verò abrupta & penitus inuia. huius in montis cacumine medio hiatus profundior patet, ita vt conieĉtari ſat poſſit, in penitiſſima terræ hunc penetrare, ignemque ex infima parte exiſtere quiuis poterit conſpicari, qui in eius voraginis ſupernum os procumbere auſit. Vnde & flamma in ſemet tota altius excitatur,nulli tamen qui ea in regione ſunt hominum negocium exhibet. Veruntamen vbi ſonitum mugienti ſimilem mons ediderit,non longe pôſt cineris vim quandam ingentem emittit, & ſi quem fortè iter eà habentem emiſſus cinis deprehenderit, nulla huic erit vitæ ſpes reliqua. *Qui ſi in domicilia is fortè ſublatus cinis inciderit,& hæc quidem nimio degrauata onere collabuntur. Porrò ſi validior tum ingruerit ventus, ſublimem adeo cinerem agit, vt ſpeĉtari ab homine non amplius queat, & eò defertur, quò procliuior ventus abſtulerit, in longinquam plerunque delatus regionem illabitur. Ferunt nanque cùm in Byzantium ſemel cinis hic recidiſſet, ſic eius loci homines terruiſſe, vt eo ex tempore ad noſtram ætatem annuis deum ſupplicationibus placent.In Tripolique item Libyæ,altero & ſubſequenti anno illapſum affirmant, & ante centeſimum annum eodem in monte mugitum factum,& hunc alterum paulo pôſt ſubſecutum. His præterea mirificè factis affingunt, hoc ipſo in Veſuuio monte ſi ea rurſum cinerum eructatio fieri contigerit, neceſſarium fore omnino, ea in regione loca omnium frugum iacturam vt ſubeant. Eo in monte aër quidem nitidiſſimus eſt,& ſuapte natura omnium ſaluberrimus. Ad hunc montem & medici diutina tabe affectos tranſmittunt. Sed de hoc hactenus. Aliæ interea ex Byzantio copiæ ad Neapolis portum delatæ nauigijs ſunt, & hæ quidem tria milia fuere Iſaurorum,quos Paulus & Conon ductabant. Ad Hydruntem verò Thraces equites octingenti numero appulere. Ioannes Vitaliani tyranni olim ex ſorore nepos, his præerat, cum eoque milites alij equeſtri ex ordine mille. Iamque & Zenon cum equitibus trecentis per Samnium Latinamque viam Romam peruenerat. Ioannes deinde cum cæteris omnibus in Campaniam venit,contracta non parua plauſtrorum ex barbaris copia. his deinde quingenti alij quidam ſe adiunxere,& agmine vno iuxta littus iter habebant,vt ſi quid hoſtile his obuium fieret, caſtrorum in ſpeciem rhedis ſe circundarent,indeq; vt ex vallo ſtrenuè tuerentur: iuſſis quidem qui circa Paulum erant & Cononem, vt celerius nauigarent, ſecumque vnà Tyberina ad oſtia peruenirent Romanorum præſidium, frumento plauſtris quod ſatis foret impoſito, & nauibus non modo re frumentaria priuſquam diſcederent oneratis, ſed vino & cæteris neceſſarijs. Rebantur enim Martinianos Traianosque milites in circumiectis Tarracinæ locis ſe conuenturos, indeque vnà abituros ad vrbem. Sed cùm in propinquo veniſſent, certiores ſunt facti paulo antè reuocatos hos Romam veniſſe. Beliſarius interea Ioannem ſuis cum copijs aduentare præmonitus,& veritus admodum hoſtes qui multitudine abundarent, ne ſui præ paucitate opprimerentur, ſi obuiam his proceſſiſſent,nouo conſilio adiecit animum. *Flammineam portam iuxta quam hoſtes caſtra locauerant, & ipſe in huius belli primordijs, grandibus ſaxis iccirco obſtru-

Veſuuij montis mugitus.

** Quid ſi*

Noua Beliſario ſubſidia miſſa.

Beliſarij ſtrategema.

** Flaminiam.*

xerat, vt ſuprà iam diximus, ne ea Gothi vel vim ſibi inferre facilè poſſent, vel inſidias in vrbem moliri, præſertim cùm ad id tempus ea ex parte nec pugna quidem attentata fuiſſet, nec barbari aliquid inde ſuſpicarentur ſibi hoſtile fore, noctu & clam amolitur, & maiorem exercitus partem ibidem inſtruxit: atq; vt primùm dies illuxit, Pincianam per portam Traianum Diogenemque cum equitibus mille emiſit, iuſſos imprimis barbarorum caſtra ita inuadere, vt ſi hoſtes his obuiam irent, fugam haudquaquam capeſſere vererentur, ſed ad mœnia vſque curſu effuſo contenderent. Ipſe interea nonnullos conſtituit milites, qui refugientibus ad ſe præſidio forent. At ille, vt erat iniunctum, barbaros ſtatim inceſſere, & ad prælium irritare: qui protinus prouocati, nulla interpoſita mora è caſtris omnibus prodeuntes, oppugnatum hunc conuenere: quo factum, vt concitatiſſimè vtique ſe ad muros conferrent, Romanis quidem fugam diſſimulantibus, & Gothis exiſtimantibus hoſtes ſe inſectari in fugam actos. Quos quidem vt primum ſuorum tergis inſiſtere Beliſarius vidit, Flamminea patefacta mox porta, eaq; eductum exercitum, in barbaros nil tale ſperantes immiſit: quorum propinqua ad caſtra & eadem via locata, anguſtior in fronte aditus erat, præcepsq;, & ferè imperuius. in eo armatus quidam conſtiterat, optima quadam habitudine corporis barbarus, qui vbi hoſtes aduentare peruidit, locum præoccupat, ibidemq; ſe tuendo inſiſtit, & à loci anguſtijs alios prohibendo, ſocios ſibi ad opem ferendam concibat: ſed hunc ſtatim Mundilas nactus obtruncat, & in eas anguſtias ſuccedere barbarum deinceps neminem finit. Romani deinde progrediendo, nullo è barbaris iam retinente, quamproximè eorum ad caſtra venère, quæ ſtatim nonnulli, etſi inuadere demum tentaſſent, violenterque capere, paucis tamen reſiſtentibus barbaris, in cuſtodiam poſitis, his caſtris potiri minimè potuerunt. Nam ampliſſima quædam, & in immenſam profunditatem deſcendens foſſa intercedebat. terra nanque quæ inde iam fuerat egeſta, interiorem ſemper caſtrorum in partem rectà cùm in altitudinem excreuiſſet, pro muro barbaris erat: qui vtique cùm circumuallati præacutis & conſpiſſatis ſudibus eſſent, fidenter ac fortius ſubeuntem in hoſtem pugnabant. Quidam verò Beliſarij armiger *Acilinus nomine, vir ſanè acerrimus, equo euectus in media hoſtium caſtra proſiluit, ibiq; barbaris interfectis nonnullis, ſeque alijs circunſiſtentibus multis ac tela crebrò eiaculantibus, equus quidem ictus mox cecidit: ipſe verò ex inſperato per medios hoſtes euaſit, pedesq; ad Pincianam cum ſocijs portam deferebatur: barbaros tamen Romani quoſdam ſe adhuc inſectantes, conuerſi in terga dum feriunt, nec opinantes quidem occidût. Quod vtiq; egregium facinus cùm Traiani milites, qui tum fugabantur, ſpectaſſent, & ipſi ſimul, equitatu iuuante, qui eà fortè inſtructus paratusq; aderat, fuga repreſſa, curſuq; citato hoſtẽ inuadunt ſe antea inſequentẽ. Tum Gothi de improuiſo ab his circumuenti fœde contrucidari, & his ingens inferri clades. perpauci tamen in caſtra ſe ex fuga recipiunt: quo factum, vt iſtorum ex caſu cęteri ſe intra caſtra trepidi rerum ſuarum ſedulò continerent, extemplo rati Romanos ſe inuaſuros. Eo in prælio barbarus quidam Traianũ in faciem ac ſupra dexterum oculum ferit, & ſpiculum quidem ſic totum introrſus adegit, vt ex eo nil penitus compareret, tametſi illud porrectius eſſet: ſagittæ verò lignum quod foris extabat, vi nulla excuſſum, ſolo mox decidit, quia opinor, haſtæ ſpiculum non ſatis adhæſerat. Traianus verò cùm ictum nil præſenſiſſet, hoſtem erat ad inſectandum trucidandumq; prorſus intentus: poſt annum autem quintum ſua id ſponte ſpiculum in fronte illi ſic prominebat, vt eius ſummitas facilè comparêret. tertius iam agitur annus cùm paulatim ſemper exit, & ſpero fore non longe pòſt excuſſum id penitus iri, tametſi nil quicquam

Caſtra Gothorum inuaduntur.

* *Aquilinus*

Traiani vulnus.

quam

Gothi de obſidione ſoluenda cogitant.

quam geſtanti negocij afferat. Barbari interea de bello iam deſperare, & identidem conſultare, quemadmodum ſoluta obſidione abirent. Quippe qui partim in ſe lue deſæuiente, ab hoſte partim ita deperderentur, vt ex infinita illa hominum multitudine, reliqui facti perpauci eſſent: haud tamen opprimere hos deſierat peſtis, & cum verbo quidem alios obſiderent, re tamen ipſi obſidebantur, vt omnibus neceſſarijs interclusi. Sed poſtquam exercitus alios ex Byzantio terra marique aduentaſſe Romanis ſuppetias accepere, nec ex ſua hos magnitudine metirentur, ſed tales eſſe iam crederent, quales in maius ſolet rumor efferre, magnopere futurum reformidantes diſcrimen, de diſceſſu apertius decernebant. Vnde Romam oratores miſerunt, & Romanum inter cæteros virum apud Gothos vt probitate, ita & autoritate tertium poſt regem locum diu iam conſecutum. Qui Beliſarij in conſpectum vt venit, orationem huiuſmodi habuit:

Legati Gothorũ ad Beliſarium oratio.

Neutri noſtrûm ad vtilitatem bellum hoc conceſſiſſe, nemini incognitum eſt, qui ad rerum difficilimarum ex belloque prodeuntium experientiam venerit. Quis enim ex vtroque exercitu vir, quem vtrinque res geſtæ haudquaquam prætereant, ſtultorum eſſe hominum neget, innumeris velle calamitatibus, repentinæ ob gratiam contentionis & peruicaciæ affici, nec vllam moleſtiarum ſolutionem denique inuenire? his equidem dictis neminem reor qui non prorſus deſipiat, contradicturum. Cùm hæc itaque ſe habeant, decet quidem vtriuſque exercitus duces, propria gloria ſubditorum ſalutem ducere potiorem, quæúe æqua & vtilia ſunt, non ſibi ſolùm deligere, ſed hoſtibus vel vtcunque infenſis, & hac via præſentes difficultates diſſoluere. nam quæ mediocria ſunt concupiſcere, quaſcunque moleſtias demit, contendendo verò & diſſidendo nil peragi poteſt, quod deceat. Nos itaque vt bellum id diſſoluatur, huc ad vos venimus, ea ſedulò præferentes, quæ vtriſque noſtrûm ſint profutura: tametſi creditum ſit, de noſtro nos iure vobis hoc modo concedere. Ipſi verò nolite nobiſcum vnà altercando & diſſidendo potius interire, quàm optimè conſulendo deligere quę vobis plurimum ſunt conductura: nec mutuas ſinite ac perpetuas inter nos orationes haberi, ſed vt libuerit, mox interfari, ac breuibus demum abſolui, ſi quid fortè amicè dictum haudquaquam viſum ſit. Sic enim & explicari vtrinque paucis quæcunque animo fuerint, & decentia omnia peragi poterunt.

Beliſarij legatorumque colloquium.

Ad hæc Beliſarius ita reſpondit: Dialogus noſter iſte ſi longius prouehatur nil impedit, dum modò pacifica æquioraque ſint, quæ per nos proferantur. Tum Gothi rurſum: Iniuriam nobis intuliſtis Romani, quippe qui in amicos & ſocios arma deſumitis. Sed dicturi iam ſumus, quæ ſingulos veſtrûm non ignorare exiſtimamus.

Iura Gothorum in regno Italiæ.

Gothi quondam loca hæc ſibi Italiæ pepererunt, cum Romanis vobis nil violentius ademiſſent. Sed Odoacer olim Imperatore ſublato in tyrannidẽ Rempublicam hanc immutatam obtinuit. Zenon interea, qui Orientis tunc temporis potiebatur imperio, cũ vindicare alterius vellet [& Gothi] Imperatoris iniuriam, & has terras tyrannide liberare, Odoacriq; vires diſſoluere de ſe minimè poſſet, commemoratis Theoderico Gothorũ duci honoribus, quos ab ſe accepiſſet, (fuerat nanque inter Romanos patricios & conſulares aſcriptus) facilè ſuadet, etſi obſeſſurus is Byzantium erat, vt depoſitis erga ſe odijs, ex Odoacre pœnas ob iniuriam Auguſtulo Imperatori illatam exigeret: quibus exactis, & de tyrannide Odoacro eiecto, ipſe ſibi & Gothi hæc loca rectè iuſteq; parta haberent. Hunc igitur in modum ipſi, Italiæ ſuſcepto imperio, leges ſimul & Rempublicam ſaluas non minus reddidimus, quàm ſuperiorum alius quiſquam Imperatorum. Theoderici verò ſiue alterius qui Gothis antea imperaſſet, nullæ nunc extant vel ſcriptæ vel ſine ſcripto leges. Quæ autem ad diuinum attinent cultum fidemque,

Prædicatio gubernationis Gothicæ.

ſic integrè Romanis ſeruauimus, vt Italorum opinionem, Gothorum nemo in id, quod ipſe ſentiret, vel violenter vel vltrò tranſtulerit: quin potius in eorum plerunque concedentibus Gothis ſententiam, nil prorſus per nos curæ adhibitum. Accedit etiam quòd Romanorum ſacraria eo in honore ſint apud nos habita, vt à nullo noſtratium hominum ſit, qui ad ea confugerit, violatus. Omnibus præterea vrbanis antehac magiſtratibus Romani perfungebantur, Gothus vir nemo eorum particeps factus: vel procedat in medium qui profari nos iſta non verè exiſtimet: addat & conſularem quiſpiam dignitatem, qua etſi Gothi ab orientis Imperatore donati, Romanis tamen perfungi liberè permiſerunt. Vos verò, cùm hæc ita ſe habeant, Italiam quidem per Odoacri barbaros malè tunc habitam, haudquaquam tuendo veſtri vt iuris vendicabitis, præſertim cùm ad decimum annum grauiſſima illi in Italos ac nefanda exercuiſſent. Nunc verò inſtè hanc poſſidentibus, cùm veſtra nihil interſit, inferre vim vultis. Abite ergo à nobis hinc procul, & vobis quæ veſtra ſunt habetote, ac cætera item quæ depopulando diripuiſtis, nuda ſaltem quæ reliqua ſunt nobis relinquite. Ad hæc Beliſarius: Etſi breuiter, inquit, & iuſta quædam vos dicturos polliciti eſtis, oratio tamen hæc veſtra vt longior fiat, ita & per vos inſolentius habita. Zenon quidem Imperator in Italiam Theodericum tranſmiſit, Odoacro vt bellum inferret, non ſibi vt huius imperium vendicaret. (quid enim poterat apud Imperatorem à tyranno tyrannus differre?) ſed vt ea prouincia ab ſe liberata, imperanti ſibi ſubijceretur. Theodericus verò aduerſus tyrannum ſtrenuè omnibus conſtitutis, ingratitudine eſt & in rebus quidem non mediocribus vſus, quippe qui has Italiæ terras domino reſtituere haudquaquam decreuit. Sed eius equidem ſententiæ ſum, eiuſdem eſſe criminis reos, qui vim cuiquam inferat, & qui res proximo non volens reſtituat. Ipſe verò Imperatoris hæc loca alteri cuiquam non ſum proditurus. Si quid verò à me impetrare aliud vultis, explicandi quid vobis animo inſit, facio poteſtatem. Tum barbari: Nos quidem ad verum explicaſſe iam omnia veſtrûm neminem latet. non enim volumus rem in contentionem deduxiſſe videri. Sicilia inſula, opulentia quidem & magnitudine præſtantiſſima vobis conceſſimus, ſine qua nec Libyam in poteſtatem redigere poteratis. Ad hæc Beliſarius. Et nos item Britanniam Gothos habere ſibi permittimus, Sicilia longè præſtantiorem, Romanorum quondam ditionis effectam. Par enim eſt, vt qui priores beneficia conulere, vel gratiam parem vt referant, benefactorum viciſſitudinem. Non enim ſi de Campania vobis, ſiue Neapoli aliquid de me pollicerer, adhibituri mihi fidem eſſetis, quia Imperatoris bona haudquaquam diſpenſare pro noſtro arbitrio poſſumus. At ſi pecuniam cõſtituerem illi per vos in annos ſingulos dependendam, ad eius ſunt voluntatem omnia peragenda. non enim alterius eſt, niſi poſſidentis, loca tueri. Eſſet itaque ad Imperatorem omnino ex veſtris quiſpiam per nos dimittendus, qui rerum conditiones ab eo acciperet: & tempus inſuper aliquod ſtatuendum, quo exercitus ipſi in inducijs eſſent. Sed eſto, (ſi modò id placet) res ita vt diximus, peragantur. non enim vobis pacem volẽtibus, quo minus hæc fiat, obſtiterim. His dictis colloquio vtrinque ſoluto, legati ad caſtra ſe receperunt. Subſequentibus deinde diebus, cùm vltro citroque ventitarent, de inducijs agi cœptum, & pro his confirmandis decretum, obſidum loco è ſuis quoſdam vtrique vt darent. Dum hæc interea agerentur, Iſaurorum claſſis Romanum ad portum adplicuit, Ioannisque milites Hoſtiam tam facilè peruenerunt, vt hoſtium nemo ſiue ex alto aduenientibus, ſiue caſtrametantibus impedimento his fuerit. Veruntamen à nocturnis vt hoſtium incurſionibus ſe tuerentur Iſauri, iuxta portum foſſis perdu-

Reſponſio Beliſarij.

De inducijs agitur.

ctis,

ctis,per vices cuſtodias factitabant. Qui verò Ioanne duce aduenerant,caſtris curribus circumdatis conquieſcebant. Beliſarius verò primis mox tenebris Hoſtiam cum equitibus centum peruenit, & ſimul quæ in acie accidiſſent, quæúe inter ſe & Gothos conuenta fuiſſent commembrando, ac ſuis denique animos faciendo, onera quidem vt Romam tranſmitterent, imperat,& promptius ſe eódem conferrent: ipſe verò ſine diſcrimine ac tutò vt iter inquit, ad nos peragatis, prouidero. Romam deinde primus, ac ſummo mane contendit. Antonina interea cum optimatibus alijs vbi primùm illuxit,quemadmodum deferri onera poſſent,conſilium habuit.Nam grauis admodum & perdifficilis videbatur ea res factu, quandoquidem boues in trahendis oneribus eniti nil amplius poterant, ſed præ nimio defatigati labore, omnes in terram vt ſemimortui proſtrauerant corpora: & erat ſanè periculoſum per anguſtos calles iter cum plauſtris facete. naues præterea actuariæ omnes, vt ſuperiore conſueuerant tempore, per flumen trahi nullo molimine poterant. ea nanque iuxta fluuium,& ad læuam, vt diximus via, ab hoſtibus tenebatur, ita vt nullus iſtàc Romanis tranſitus eſſet: quæ verò in alteram fluminis partem vergebat, immeabilis erat omnino. vnde maioribus nauium lembis delectis, & altius circumquaque contabulatis, vt in his nautæ vectoresque ab hoſtibus vulnerari nil poſſent, & ſagittarijs ſimul impoſitis, & oneribus demum inuectis, vt quæque poterat nauis deferre, per Tyberim proſperum nacti ventum ad vrbem mox nauigant, ab exercitus parte quadam adiuti, tractique, qui ad Tyberis dexteram erat, ſubſequentibus Iſaurorum magna vi nauibus, ita vt vel aduerſo amnis defluxu cùm deferentur, haudquaquam difficilis fuerit his nauigatio, velis ad ſummum mali ſublatis euntibus. Vbi verò ad id loci peruentum, vbi ſe fluuius circumagens, patentiore ſpatio ferebatur, cum nullo vela ſpiritu agerentur, remigio fluctibus vim inferendo, non mediocriter nautæ inſudabant. His tamen barbari, cùm in caſtris quieſcerent, nil prorſus negocij exhibebant, ſiue periculi magnitudine territi, ſiue quia nil commeatus eà inferre Romanos exiſtimarent, ſiue quia ex re non magni momenti interpellare induciarum ſpem nollent, Beliſarij verbis firmatam, & inutile ſibi id fore arbitrarentur. Crebra igitur nauigatione vltro citroque facta, inuectis liberè demum intra vrbem oneribus, nautæ protinus abſceſſere. iam enim tempus in hyemem declinabat, & reliquæ copiæ vrbem inierant: ſolus cum Iſauris Hoſtiæ reſtiterat Paulus. Datis deinde obſidibus, inter Romanos Gothosque menſium trium ea conditione induciæ fiunt, vt incurſiones interea nullas inter ſe facerent, & ex Byzantio oratorum reditum expectarent, & vtri eorum iniuriam priores inferrent, ad ſe nihilominus paterentur legatos tranſmitti. Dum hæc agerentur, Antoninæ gener Heldigerus magno cum equitatu ex Libya Romam peruenit. Gothi verò, qui Portus præſidium occupauerant, deficientibus iam neceſſarijs, Vittige non inuito id reliquerunt, & euocati ſe ad exercitum recepere: quod ſtatim ex Hoſtia Paulus eódem cum Iſaurorum manu profectus, occupatum retinuit. Sed Romani tunc barbaris eius rerum neceſſariarum inopiæ autores fuere, quippe qui mare in poteſtatem haberent, & nil prorſus permitterent ad hos commeatus inferri. Vnde factum, vt etiam vrbem maritimam Centumcellas & magnificam, neceſſarijs ad victum priuati, per id tempus deſeruerint barbari. Eſt autem ciuitas illa vt magnitudine præſtans, ita & hominum multitudine copioſa, propius Romam & in Thuſcis, & ad occidentem ſita, ab eaque ſtadijs ducentis & octoginta abeſt. Qua etiam occupata, Romani virium ſibi facta acceſſione, maiorem in modum aucti ſunt. cùm & Albanum haberent hi oppidum, Romæ propinquius, & in orientem

Impedimentorũ vectura difficultas.

Heldigerus.

Portus receptus.

Centumcellas Gothi relinquũt

poſitum ſolem: quod eadem de cauſa per barbaros deſtitutum, qua & a-
lia pleraque deſeruerant, paulo antè præſidia receperunt. Quibus ita re-
cuperatis, iam vndequaque vt redactos in medium circumuenerant Go-
thos. Vnde & hi pactiones & conuenta diſſoluere, vel quoquam pacto Ro-
manos laceſſere quammaximè verebantur. Sed legatis ad Beliſarium miſ-

Gothi de violatis inducijs queruntur.

ſis, per inducias affectos ſe iniuria querebantur. Siquidem ſuos Vittige non-
nulla de cauſa ad ſe reuocante, Portus præſidium Paulus cum ſuis Iſauris,
ad breue recedentibus Gothis protinus inuaſiſſet, id ipſumque in Alba-
no, Centumcellisque per Romanos fuiſſe milites factum: ſedulò crimina-
ri, & criminando denunciare, ni ſibi quæ accepiſſent, ocyus reſtituerent,
ſe nullo pacto impune id permiſſuros. Beliſarius itaque irriſa hominum

Beliſarij reſponſum.

vanitate, & Gothorum legatis abire iuſſis, rerum velamenta hæc eſſe re-
ſpondit, ſed neminem ignorare, cur ea Gothi loca reliquerint. Vnde eo ex
tempore Romani Gothiq; ſuſpecti alternis eſſe, nec inuicem ſibi ſatis con-
fidere. Beliſarius deinde confluente ad vrbem militum iam multitudine,
cùm equites alios circa vrbanos vicos in hyberna miſiſſet, Ioannem Vitalia-
ni ex ſorore nepotem, ſuo cum equitatu Albam contendere in agro Pice-
no ſitam mox imperat, eódemque hybernare, cum eoque ex Valeriani co-
hortibus trecentos miſit: nec ſecus ſuis ex armigeris octingentos, egregios

Beliſarius quæ ſuis ablegatis mãdata dederit.

bello viros, Ioaanem ſequi ducem quóuis abeuntem ductantémve iuſſit,
prius tamen & ſeorſum admonitum, tandiu hoſtibus conuenta ſeruaret,
quandiu hos quieturos videret. Cæterùm cùm primùm ſibi ipſe ſignifica-
ret, ſolutas illis inducias eſſe, monet cum omnibus copijs de improuiſo in
agrum Picenum facta incurſione, circumiecta ea è regione loca inuaderet,
& hoſtibus opprimendis celeritate ſui famam præueniret aduentus: cùm ſa-
tis conſtaret illis in locis perpaucos admodum reliquos Gothorum eſſe, v-
niuerſis, vt facilè apparebat, aduerſus vrbem ſub Vittige militantibus, & fœ-
minas duntaxat puerosque cum rebus ipſis domi reſides factos: quos om-
nes diligenter curaret in ſeruitutem abducere, & proxima quæque depopu-

Præcepta militaria.

lari. caueret tamen, ne quid iacturæ Romanis inferret. Quòd ſi quidem
fortè ad locum veniret hominibus abundantem, vel munitionibus com-
munitum, enixè in poteſtatem redigere pertentaret, vnoque aliquo præſi-
dio capto ad alia ſtatim inuadenda progrederetur, nihilque quoad fieri
poſſet inexpugnatum relinqueret. In hoſtili nanque progredi velle, loco
munito poſt terga relicto, periculoſum fore aſſeuerabat, quandoquidem
nihil in proximo ſit, quò ſe tueri vel recipere queat. Denique abiturus, ſic-
unde fortè infeſtius exorti hoſtes ingruerint, prædam omnem cum cura
ſeruaret iniunxit, vt eam partiri ex æquo exercitus poſſet. Proinde & illud
ſubridens adiecit; Non enim par eſt, vt per alias apes magno fuci labore le-
uetur, & ſine fatigatione alij vlla vt melle fruantur. His Beliſarius Ioanni in-

Legati Mediolanenſium ad Beliſarium.

iunctis, cum agmine hunc ſuo dimiſit. Ex Mediolano interea vir ſacer qui-
dam Dacius nomine, ciuiumq; primores nonnulli cùm Romam veniſſent,
à Beliſario ſuppliciter petiere, modicum ad ſe vt præſidium mitteret, quo
ſatis ſe poſſe aſſeuerarent non modò Mediolanum, ſed Liguriam omnem à
Gothis abductam Imperatori recuperare. Hæc vero ciuitas per Ligures ha-
bitata, inter Rauennam eſt & alpes ſita, quæ in Galliarum confinibus ſunt.

Mediolanum prima poſt Romã in occidente.

Vnde ad Mediolanum octo dierum expedito cuique patet, primaque inter
occidentis vrbes poſt Romam eſſe hæc ciuitas creditur, & facilè cæteras an-
teire, vt magnitudine, ita & hominum copia, reliquisq; item fortunæ bonis.
His itaq; oratoribus cùm Beliſarius polliceretur, eorũ ſe petitionibus ſatiſ-
facturum, eodẽ tamen in loco hybernaturus permanſit. Fortuna interea Ro-
manis rebus inuidẽs, dum ingens aduerſus Romanos malũ parturit, vt quæ

his

his proſperè omnia cedere animaduertens, hæc voluit aliquo infortunio interturbare, iurgia quædã nullius momẽti ob cauſam inter Beliſarium & Cõſtantianum excogitauit. Præſidius Romanus vir erat, nec obſcura ex familia ortus. Rauennæ cum is habitaret, & Gothis eſſet infenſior, Vittigesq́ue ad vrbem ducturus exercitum eſſet, cum paucis ſuis familiaribus venandi per cauſam fugam capeſſit, nulli hominum eius communicato conſilio, nec vlla re alia prorſus præter duos pugiones aucta, quorum capulum auro multo precioſiſq́ue lapidibus ornabatur. Cum itaque Spoletum veniſſet, extra vrbem ad ædem ſacram quandam diuertit. Quod vbi Conſtantianus accepit (nam ibi adhuc morabatur) ex amicis quempiam Maxentium nomine miſit, qui etiam per iniuriam pugiones illi vtroſque adimeret. Quod vbi eſt, vt iuſſerat, factum, dolore Præſidius ingenti affectus, quamceleritmè ad Beliſarium & Romam contendit, eodemq́ue eueſtigio & Conſtantianus ipſe peruenit. Iam enim Gothorum exercitum haud procul abeſſe nunciabatur. Itaque quamdiu in tumultu ac periculo Romanæ res erant, tacitus quidem Præſidius illatam ſibi iniuriam tulit. Vbi verò ſuperiores has redditas eſſe peruidit, & miſſis Byzantium Gothorum oratoribus, vt ſuprà iam diximus, indutias factas, Beliſarium hic frequens adibat, & iniuriam queſtus, qua ſe Conſtantianus tam nequiter affeciſſet, identidem precabatur, vt æquitas ſibi præſidio foret. Tunc Beliſarius ſæpe ac multum Conſtantianum commonefacere, per alioſq́ue item hunc caſtigare, & ſedulo criminari quæ fecerat, ſeq́ue vt opere iniquo ac turpi nota exolueret, hortari iubereq́ue. Conſtantianus tamen, vt cui in malum erat ſua improbitas obuentura, vt Beliſarij ita & cæterorum monita aſpernari, & affecto iniuria apertè illudere. Beliſario interea equo in forum deuecto, cum fortè obuius fieret Præſidius, ex habenis equum mox prehenſat, ſiſtitq́ue, & ingenti edita voce rogabat, num imperatoriæ leges iuberent, ei qui barbaros fugerit, vt ad quos ſupplex veniſſet, quæ in manu geſtaret, violenter diriperent. Tum igitur circunſtantibus multis, iubentibusq́ue habenas dimitti, non prius ille prehenſare has deſtitit, quàm Beliſarius ipſe polliceretur redditurum ſe pugiones. Inſequenti autem die Conſtantiano & pleriſque principibus alijs in curiam conuocatis, quæ ſibi die præterita accidiſſent, commemorat; & Conſtantianum commonefacit, aliquando tandem vt pugiones domino reſtitueret. tum ille haudquaquam ſe redditurum reſpondit, ſed in flumen potius hos abiecturum, quàm Præſidio illi hos reſtitueret. Ira itaque ſuccenſus iam Beliſarius mox ſciſcitari, num duceret Conſtantianus ſub ſua eſſe ſe poteſtate. Ille verò cætera Beliſario aſſentiri fateriq́ue, quandoquidem ſic placitum eſſet Imperatori: quod tamen in præſenti iuberet, ſe nunquam facturum. Tum Beliſarius ſatellites corporiſq́ue cuſtodes ad ſe venire mox imperat. Qua re Conſtantianus animaduerſa, num inquit, iccirco hos vocas, vt me interficiant? Haud quaquam, Beliſarius inquit, ſed Maxentium ſatellitem tuum, qui violenter ſubtractos ad te detulit pugiones, vt cogant, domino hos vt reſtituat. Conſtantianus interea, cum ſe ſtatim moriturum iam crederet, priuſquam morte ipſe afficeretur, facinus aliquod magnum patrare animo deſtinat. educto itaque acinace, qui ſibi tum fortè ex fœmore dependebat, de improuiſo Beliſario in ventrem hunc adigit. At ille exterritus retro ſe referens ictum gratia euitandi, quamproximè aſtantem Beſſam complectitur. Conſtantianus tamen adhuc ira præferuidus, hominem vtcunque poterat enixe inuadere. * Ildiger vero, Valerianusq́ue facti ſtatim atrocitate animaduerſa, Conſtantianum à dextera læuaque manu comprehenſum mox retrahunt. Satellites interea, quos antea ad ſe Beliſarius euocarat, domum ingreſſi, Conſtantianum,

Inter Beliſarium et Conſtantianũ lites ortæ.

Præſidio precioſi pugiones adimũtur.

Conſtantiani petulantia.

Eiuſdem pertinacia.

Beliſarius prope occiditur.

** Heldigerus ſupra.*

ſumma vi prius illi detracto è manibus acinace, cum tumultuoſius inuolaſ-

Conſtantianus Beliſarij iuſſu necatur.

ſent. nec vllo affeciſſent interea malo, aſtantium (vt reor) principum verecũdia, in aliud traductum ſubito domicilium, Beliſarij iuſſu paulopoſt interficiunt. Id ſolum Beliſario crudeliter geſtum, pręter eius tamen morum & mãſuetudinis dignitatem, quippe qui benignũ ſe aliâs in cæteros præſtitit. Sed fatale fuit Conſtantiano, id mali vt pateretur. Gothi deinde non longe pòſt

Gothi per aquæductum vrbem ingrediuntur.

muris inſidias moliuntur, & in aquæductum, quo ipſi in principio belli præciſo Romanis aquam ademerant, homines noctu immittunt, qui lumina in manibus & faces geſtantes, moliri in vrbem hàc aditum pertentarent. Eius autem aquæductus vno in fornice Pinciana ex porta haud procul diſtante, foramen erat, è quo cum ignis comparuiſſet, portæ cuſtos hoc ſtatim perſpecto, rem ad ſocios defert: tum illi pertranſeuntis lupi oculorum fulgorẽ conſpicari ſe affirmabant, idque ſibi iccirco perſuadebant, quia ea è regione aquæductus ædificium illud non multum terræ ſuperficiem ſuperabat Barbari verò, qui in aquæductum euaſerant, vbi per hũc ad medium vrbis, & eum ad locum venere, vnde in curiam aliâs deſcenſus erat, obſtructum in ædificatione aditum inuenere: quare ne vltra progredi poſſent, de cætero arcebantur. Hunc nanque Beliſarius locum pro ſua prudentia, cum primùm obſideretur, obſtruxerat. Barbari itaq; vno duntaxat lapide inde & paruo quidem ſublato, redire qua venerant via, decernunt. Cumque ad Vittigem reuertiſſent, lapidem illi oſtendunt, quem inde ſuſtulerant, & quemadmodum res ſe haberent, renunciant. Vitiges vero cum Gothorum primoribus quo pa-

Beliſarius inſidias hoſtiũ depræhendit.

cto vrbi moliretur inſidias, conſultare nil definit. Sed Romanos deinde & Pincianę portæ cuſtodes viſam quidem noctu lucem, lupi fuiſſe oculos credidiſſe, vulgatiore iam fama ad Beliſarium demum defertur: qui ſtatim non id temerè factũ ratus, delectos ex omni exercitu probatiſſimos bello viros, duce Theogene armigero, in aquęductum dimiſit, iuſſitque eueſtigio omnia perſcrutari. Illi verò hoſtium lucernis inuentis, & quæ paſſim per aquæductum ex facibus exciderat cera, animaduerſo inſuper loco vnde lapidem abſtulerant barbari, de omnibus Beliſarium faciunt certiorem. Tum ille aquæductum eo diligentius cuſtodire, cauereque omnia. Quod vtique Gothi cũ præſenſiſſent, ab eo conatu penitus deſtitere. muros deinde inuadere machinati, prandij tempore obſeruato, ſcalis ſecum igneque delatis, hoſtibus nuſpiam ſibi obuiam prodeuntibus, Pincianam ad portam venere, ſpe freti ex incurſione ſe vrbem capturos, & eo facilius, quo non multos in vrbe reli-

Ildiger hoſtem reijcit.

quos eſſe milites ſcirent. tunc fortè eius portæ cuſtodia Ildigeri cuidam obtigerat. nam ſinguli in cuſtodijs per vices ſtatuebantur. Is itaque vbi incompoſitos aduentare hoſtes perſpexit, his ſtatim occurrit, non ad pugnam inſtructis, ſed nullo prorſus ordine prodeuntibus. Quos vbi primũ ſe inuaſiſſent, facilè in fugam verſos affatim obtruncat: clamore deinde, vti par erat, ingenti tumultuque per vrbem facto, ocyus Romani ad muros confluxere, & Gothi ſe propinquiora in caſtra recepere. Sed rurſum Vittiges ad mœnia inuadenda cum ſe præpararet, animo ſecum id tacitus agitabat, vt cuiuſpiam interuentu & opera, munitiones ſiue muri aliquam partem redderet negligentius cuſtoditas, ſiue turrim quoquam pacto efficeret cuſtodibus vacuam, per quam ipſe inuectus vrbe ſe potiturum rebatur. non enim vbique cuſtodiæ

Nouus Vittigis dolus.

habebantur. Romanos itaque duos fortè tunc nactus, quibus iuxta beati Petri ædem domicilium erat, pecunia ita corrupit, vt facilè ſuaderet, vini vtrem iam accenſis luminibus primiſque tenebris, ad cuſtodes quoſdam & notos deferrent, illiſque vinum per amicitiæ liberalitatiſque cauſam largirentur, & ad multam noctem vnà perpotarent, ſinguliſque immitterent poculis ad ſoporem, quam ipſe dediſſet medelam. In alteram interea fluminis

ripam

ripam præparatos habebat hic lembos, quibus barbari ſigno accepto, vbi ſoporati cuſtodes iam eſſent, traijcientes, mœnibus ſcalis admotis, in muros euaderent: ad idque exercitum totum inſtruxerat, perinde ac Roma vrbs eſſet per ſe vniuerſa in poteſtatem eueſtigio redigenda.

Proditio detecta.

Sic igitur compoſitis inter ſe rebus, ex his alter, qui nauaturus operam ad præparatum id facinus fuerat, (non enim erat futurum, vt Romani hoc Gothorum exercitu caperētur) vltro ad Beliſarium venit, & ei quæ gererentur, vniuerſa mox aperit, ac proditionis ſocium prodit, à quo omnibus quæſtione expreſſis, quæ facturus is erat, fatetur; & medicatam ſimul ad ſoporem medelam oſtendit, ſibi per Vittigem traditam. Hunc Beliſarius ſtatim, naſo & auribus mutilatum, ad hoſtium caſtra impoſitum aſello dimiſit: quem barbari conſpicati, intellexere deum nil permiſiſſe eorum conſilia ſua via procedere, atque adeo nec vrbem ab ſe capi quandoque poſſe.

Ioannis in Piceno res geſtæ, qui Iuſtiniani cognatus erat.

Dum hæc interea agerentur, Beliſarius ad Ioannem litteras dedit, vt in agro Piceno, vti ſibi iniunxerat, rem ſtatim aggrederetur. tum ille extemplo cum equitibus mille ea circumuagatus, vniuerſa depopulari, liberos vxoresque hoſtium ſeruorum in morem abducere, ferro flammaque omnia deuaſtare.

Liteus auunculus Vittigis occiditur.

Liteum deinde Vittigis regis auunculum cum exercitu ſibi obuiam prodeuntem protinus debellatum interficit, cum eoque ſimul eius ferè copias omnes deleuit: quo factum, vt ſecum nemo manus conferre de cætero auderet.

Auximi ſingularis munitio.

Poſtquam verò ad Auximum vrbem peruenit, nullum ibi Gothorum alicuius roboris adeſſe exercitum didicit, ſed aliâs munitiſſimum de ſe locum eſſe inexpugnabilem intellexit: vnde nec immorandum ibi diutius cenſuit, ſed inde confeſtim progreſſus, prætерita Vrbini pari de cauſa ciuitate, Ariminum eius incolis loci ducibus vſus contendit, quę vrbs à Rauenna iter diei abeſt. tum barbari, qui prę́ſidium detinebant, Romanorum ibidem inhabitantium nimia capti ſuſpicione, vbi Romanum ad ſe venire exercitum accepere, agmine vno diſcedunt, & curſu citato mox abeuntes Rauennam perueniunt.

Ariminū à Ioanne capitur.

Ioannes Arimino hoc pacto potitus, hoſtium poſt terga Auximi Vrbiniique reliquit præſidia: nec ſanè Beliſarij mandatorum vt immemor factus, vel ſua fortè & temeraria vt audacia niteretur, id egit, quippe qui cum ſumma rerum gerendarum induſtria coniunctam haberet & prouidentiam:

Ioannis conſiliorum cauſſæ.

ſed quia illud animo agitaſſet, quod factum poſtea eſt, vt Gothi ſi quamproximè Rauennam Romanum proceſſiſſe exercitum accepiſſent, vt rerum ſuarum pertrepidi, vrbem obſidione mox ſoluere cogerentur. Et ſanè pro eius hic vera opinione ex voto eſt rem conſecutus. Siquidem Vittiges & eius exercitus omnis, vbi Ariminum intellexere per Ioannem occupatum teneri, ingenti quadam Rauennæ ob gratiam formidine capti, id præter nil aliud cogitatione verſabant, & curis nimium ea de cauſa conflictabantur, atque adeo, vt diſceſſione ab vrbe facta Rauennam tectà abeundum decernerent, vt explicaturi in ſubſequentibus ſumus. Ioannes interea egregiam ex ea re gloriam tulit, tametſi antehac celeber eſſet, & factis clarus. is nanque conſultando & audendo præclara inter cæteros omnes aggrediebatur facinora, & de ſe ingentia factitabat: & erat quidem in adeundis periculis impiger, vitęque duritiem & laborum aſſiduam tolerantiam non in ſe minus ſeruabat, quàm barbarus quiſquam, vel gregarius miles ſeruaſſet.

Mathaſuntha contra maritum cū Ioanne quædam molitur.

Mathaſuntha autem Vittigis vxor, cum viro eſſet infenſior, quia illi inuita denupſerat, & Ioannem venturum propediem Ariminum accepiſſet, animo exhilarata, clam ad hunc miſit, qui ſuo nomine de nuptijs ſimul & proditione nonnulla communicaret. poſthac factum, vt continenter vtrique inſcijs omnibus, vltro citroque internuncijs miſſis, eadem hæc pertractarent. Gothi verò de his, quæ Arimini geſta fuiſſent, facti iam certiores cum eſſent, & ſuis iam omnibus copijs neceſſaria defeciſſent, etſi

Gothi obſidionē vrbuſoluunt. menſium trium induciæ factæ exiſtent, ab vrbis Romæ obſidione diſcedunt,
non expectata Byzantij per ſe miſſa ad Imperatorem legatione: iamq; ſe cir-
cumegerat æſtas, cum annum barbari & dies nouenos vrbem circunſediſ-
ſent. Sed hi demum omnibus caſtris incenſis, ſimulac primum illuxit, iter ag
grediuntur. Romani verò fugam iniſſe hoſtes ſubitò conſpicati, in ancipiti
erant, quid nam eſſent in re præſenti ac ſubita peracturi, quandoquidem nul
læ apud ſe reliquæ hoſtium copiæ eſſent, vt quas diuerſim, vt diximus, dimi-
ſiſſent, ſe tamen bello pates, vel fugientibus tanta multitudine hoſtib. haud-
quaquam ſatis fore rebantur: nihilominus vniuerſos tam pedites quàm equi
tes apud ſe reliquos armant, & Beliſarius vltra dimidiam hoſtium partem v-
Pugna cum hoſte iam abeunte. bi pōtem tranſiſſe animaduertit, Pincianam per portam traduxit exercitum.
& inito cum barbaris prælio, pugnatum vtrinque tam acriter eſt, vt nulli ſu-
periorum certaminum fuerit hæc pugna inferior, atque adeo vt in principio
Gothorū clades. barbaris fortiter reſiſtentibus, quammulti in primo cōgreſſu ceciderint. Sed
demum auerſi in fugam ſibimet auxere in maius calamitatem. Nam adniten
tibus ſingulis vt primi euaderent, in anguſtias coartati, grauiſſima quæque
patiebantur, vt qui ſuametipſi compreſſione perirent, & hoſtium cæderen-
tur inſultu, multique ex vtroque latere pontis delapſi, in flumen inciderent,
armiſque nimium degrauati, mortem obirent. Sic itaque magnam ſuorum
perpeſſi iacturam, poſtremi ſe primis, qui pontem tranſiſſent, immiſcuere.
Mundilæ virtus in duello. Eo in prælio Longinus Iſaurus Mundilasque Beliſarij armiger, egregiè ope-
ram nauarunt. Sed Mundilas quaternis eum barbaris vbi ad ſingulare certa-
men veniſſet, omnibus obtruncatis, ſolus euaſit incolumis. Longinus inde,
qui auertendi in fugam hoſtes potiſſima cauſa fuerat, eódem prælians eadit,
Vittiges opida præſidijs munit. relicto Romanorum exercitui ſui quàmmaximo deſiderio. Vittiges igitur
cum reliquis copijs Rauennam perueniens, vi magna cuſtodum, locorū præ-
Cluſium. ſidia communiuit. In Cluſio ſiquidem Thuſcorum vrbe mille viros cum Ge
Vrbiuentum. limero duce reliquit, totidemque in Vrbiuento, quibus Albilangothum præ-
Tudertum. fecit. Tuderti præterea Vſigilaum quempiam cum quadringentis dimiſit: in
Petra. Piceni autem agro & in Petra præſidio quadringentos, qui ea priores loca
Auximum. incoluiſſent. In Auximo verò, vt ea in regione vrbium maxima, Gothorum
Vrbinum. quatuor milia delectos locauit, præfectumq; acerrimum virum Viſandrum
Ceſena. nomine cum Tomora quodam collega. In Vrbino demum ad hominū duo
Mōteferetrum. milia in cuſtodiam poſuit. Supererant & præſidia alia duo, Ceſena Monte-
feretrumque: his in vtriſque, præſidium haud minus hominum quingento-
rum impoſuit, ipſe demum cum cæteris copijs Ariminum obſeſſurus tectā
contendit. Iam enim & Beliſarius, vbi Gothi obſidionem ſoluiſſent, Ildige-
rem & Martinum cum equitibus mille præmiſerat, vt accelerato itinere con-
tendentes Ariminum, hoſtium præuenirent aduentum, indeque Ioannem ac
ſuos excitent, & longè plutes ibidem in ciuitatis cuſtodiam collocarent, ex
Anconæ deductos præſidio, ſupra ſinum Ionicum ſitæ, quæ ciuitas ab Arimi
no bidui via diſtat. Iam enim non longè antea captum id præſidium fuerat,
& in Beliſarij conceſſerat ditionem. Ad Ariminum verò tuendum, Conco-
nem cum non parua militum manu paulo is ante tranſmiſerat, ea ſpe ductus,
ſi pedites tantum & præſtantiores præfecti, eam vrbem ſtrenuè tuerentur,
nunquam Gothos ſuis hanc viribus obſeſſuros, ſed Rauennam potius alte-
rius loci neglecta obſidione denique redituros: vel ſi fortè obſeſſuri Arimi-
num eſſent, commeatus tamen peditibus ſuis in eius vrbis cuſtodiam poſi-
tis, affatim fore rebatur, ac diutius eſſe his ſuffecturos, & equitum duo mi-
lia, qui cum altero exercitu eſſent, hoſtes, vti par erat, malis affecturos ingen
tibus, & facilè coacturos, eum vt locum ſoluta obſidione mox deferant. Hac
ex ſententia Beliſarius abeuntes cum Martino Ildigereque præfectis tunc
milites,

milites, multis cõmonefecerat: qui ſtatim per Flamineam portam profecti, longo poſthabitos interuallo barbaros præuenerunt. nimirum tanta multitudine Gothi lentius ibant, ſenſimq́; proceſſerant: tum quia neceſſariarum rerum penuria, longiore vti circuitu cogerẽtur: tum quia Flamminea via appropinquare Romanorum munitionibus nollent, hoſtibus præſertim, vt dictum eſt ſuprà, Narniam, Spoletum, ac Peruſiam ipſam tenentibus. Romanorum interea copiæ vbi ex itinere ad Gothorum in Picẽte præſidium Petram veniſſent, ſuperuacaneum fore duxerunt velle id pertentare, non hominum manu extructum, ſed ſuapte natura munitum: quandoquidem ad illud eſt in præcipiti via, & ad dexteram amnis, vt rapidiſſimo curſu delatus, ita & traiectu difficilis: ad læuam verò nec procul rupes exiſtit prærupta quædam, & in tantam altitudinem prominens, vt his planè, qui in eius cõſtiterint culmine, ſi deorſum ad ima homines adſtantes deſpexerint, minutiſſimis auibus hi ſimiles videantur. progredienti verò ad Petræ ſummum nullus quondam exitus erat, ſiquidem ipſo hæc ſubiecti amnis defluxu abluitur, in eoq́; deſinit, vnde nec eà quidem cuiquam tranſitum præbet. Foſſam præterea veteres ibidem altius perduxere, portulaque ei loco impoſita, & ex aduerſo aditus maiori parte obſtructus, nec ſpatio ibi patentiore relicto, quàm qui alteram & anguſtiorem caperet portam, ex hiſque præſidium, & ſi de ſe ſatis munitum, aditu difficile reddidere, quod Petram poſtea vocitarunt. Quum igitur Martini & Ildigeri copiæ priorem illam quam diximus portulam crebrius repercuſſam acriter oppugnaſſent, inanes prorſum earum conatus fuere, vel ipſis quieſcentibus barbaris, nec ſe quoquam tuentibus pacto. Romani deinde à Petræ dorſo per abrupta in aſcenſum vi enitendo, vbi in Petræ cacumen denique euaſere, de loco ſuperiore Gothos mox cædere & acrius inſtare: quibus perterritis, curſu citato intra domos ac maximo cum tumultu refugientibus, nec de cætero quicquam conantibus, quum hoſtium neminem poſſent Romani lapidatione contingere, præciſam è rupibus ſaxorum molem magnaq́; hominum vi & multorum deorſum impulſam, barbarorũ in domicilia deuoluere: quæ vtriq; ſaxa ſupernè demiſſa, in quamcunque ędificij partem tanto cum impetu incidiſſent, concuſſis diffractiſque omnibus, terrore ingenti barbaros ipſos afficiebant: qui demum ſe hoſtibus præmittẽtes, data vltrò citroq́; fide, malorum immunes hos fore, ſe ac præſidium tradidere. Ex his tamen quammultos Ildiger Martinuſq́; proprijs excitos ſedibus pari cum ſuis ac ſimili ſorte futuros protinus abduxere, paucis ibidem cum liberis & vxoribus, & præſidio Romanorum relictis. inde Anconam venerunt, quo ex oppido præſidiarijs peditibus pleriſque abductis, tertio Ariminum die perueniunt, & quid ſentiret iuberetque Beliſarius Ioanni renunciant: qui vbi præfecti mandata accepit, nec ipſe ſequi abeuntes alios voluit, & Damianum apud ſe cum quadringentis retinuit. Martinus itaque Ildigerque Arimini peditatu relicto, confeſtim cum Beliſarij armigeris & ſatellitibus inde abſcedunt. Non longe poſt Ariminum vniuerſis cum copijs Vittiges venit, ibiq́; caſtrametatus, & ciuitatem obſedit, & ligneam excitatã mox turrim, mœnia altitudine ſuperantem, quatuor rotis innixam, in eã muri partem deduxit, quæ expugnatu eſt facilior viſa. Veruntamen ne in eandem iacturam reciderent Gothi, qua & apud vrbis mœnia fuiſſent paulo antè affecti, non boum hanc adminiculo vllo, ſed hominum intra vineas cõditorum quò vellet facilè pertrahebat. In interiorem verò turris huiuſce partem ſcala erat ampliſſima, qua liber Gothis patebat aſcenſus, ſpem antea nactis, vbi primum muris hanc admouiſſent, nullo inde negocio in propugnacula ſe euaſuros. in tãtam fuerat his altitudinem turris extructa. Sed poſtquam hæc ſua cum machina mota muris appropinquauit, ipſi quidem, quia in noctem

Petra munitio.

Petra deditio.

Arimini obſidio.

Lignea Gothorũ turris.

noctē dies iam inclinauerat, diſpoſitis primo circa turrim cuſtodibus ſe omnes quieti dare & relangueſcere, nil rati ſibi obuium fore, vt quibus nil eſſet ad admouendam mœnibus turrim impedimento ...... ne ſimulac illuceſceret caperentur, trepidi eam noctem egere. Ioannes tamen nec de ſe quidem, vt in tanto diſcrimine prorſus deſperans, nec quoquam pacto formidine territus, cæteris ſuis in vrbis cuſtodiam & diuerſim dimiſſis, cum Iſauris ſolus arreptis ligonibus & huiuſmodi alijs ad fodiendum idoneis inſtrumentis, intempeſta nocte, re nulli communicata, extra muros procedit, & ſine ſtrepitu iuſſit foſſam è regione turris perduci. Tum illi dicto audientes, eruta inde vtrinque terra, & mœnibus applicata, quaſi alterum murum efficiunt, & dormitantes hoſtes diu fruſtrati, profundiorem & ſatis patentem breui foſſam ea ex parte fecere, qua & facilè murus poterat expugnari, & ea cum machina barbari erant inſultaturi. Hoſtes verò quum in multam iam noctem quæ gererentur ſenſiſſent, foſſores extemplo impetu facto inuadunt. Ioannes tamen cum ſuis Iſauris, vbi quam optimè omnia circa foſſas habere peruidit, intra mœnia ſe ſtatim recepit. Poſtquam verò illuxit, Vittiges quæ geſta fuiſſent iam cognitis, quum plurimum his fermè indoluiſſet, quæ pauloantè acciderant, nonnullis è cuſtodibus interfectis, muris adhuc machinam admouere ſummo cum ſtudio nitebatur. Aggerem itaque & ingētem vim faſcium Gothos conferre mox iubet, celerrimeq́ue in foſſam conijcere, & turrim vt diximus pertrahendo, deſtinatum ad locum perducere. Tum illi vt erat iniūctum, rem ſatagendo ſumma cum animi promptitudine, quanquam hoſtib. in ſe de muro pugnantibus, certatim omnia exequuntur. Sed faſces illi & agger iniectus, turris mole ſuperuadente, vti par erat, nimium degrauati, facilè ſubſidebant: vnde nec barbari poterant ea cum machina progredi, & eo minus, quo & is locus progredientibus ex egeſta per Romanos, vt diximus, terra accliuior reddebatur. Gothi igitur veriti, ne ſuperueniente iam nocte egreſſi ex vrbe hoſtes machinam concremarent, denuo hanc retraxere: quorum conatus quum Ioannes impedire enixius niteretur, milites ſtatim armauit, quos inde ad ſe conuocatos huiuſmodi verbis commonefecit. O viri, qui nobiſcum eſtis diſcriminum tantorum participes, ſi quis eſt veſtrum, cui & vita ſit voluptati, & ſuos quandoque reſides domi reuiſere, profectò nulla ex re alia magis tantum ad id ſpei aſſequi poſſe ſe ſciat, quàm ſuis è manibus ac virtute. Quum enim dimiſſi tunc primum per Beliſarium ſumus, quammulta quidem partim ſpe, partim deſiderio ad rem animo promptiore gerendam nos compellebant: quippe qui ne in maritima quidem vrbe obſeſſum nos iri dubitauerimus, præſertim poſſidentibus mare Romanis, nec tantum Imperatoris exercitum neglectum iri nos eſſe quis ſuſpicetur. Tunc quidem, vt iſtos omittam, vel oſtentatio in patriam charitatis, & futura apud vniuerſos mortales ex certaminibus gloria, ad audendum impulerant: nunc verò, nec ſuperſtites eſſe, niſi per animi magnitudinem, poſſumus. Erit igitur non rei alterius, niſi perfruendæ vitæ de cauſa, diſcrimen id ſubeundum, atque adeo, vt ſi quis antehac veſtrum virtutis ſibi aliquid vendicauit, liceat hoc maximè tempore, ſi ſe viriliter geſſerit, & ſi alijs vllis in rebus, in his præcipue glorioſum & celebrem fieri: quandoquidem plurimum ſibi laudis pariunt, non qui inferiores deuicerint, ſed qui vel minori in apparatu animi magnitudine præſtent. Qui verò ſuapte ſunt potius natura timidiores, his vt audaces ſe præſtent contulerit maximè. nam omnes plerunque, quibus à ferro & armis res pendent, vt nobiſipſis hoc tempore, ſolo periculorum contemptu incolumes fiunt. His dictis Ioannes ſuos hortatus in hoſtem eduxit, paucis admodum ad propugnacula tuenda relictis. Hos in ſe venientes viriliter ſubeuntibus barbaris, acerrimum vtrinque committitur prælium. Turrim deinde

Ioannis ſtrategema.

Vittigis conatus irritus.

Ioannis ad milites oratio.

Ioannes hoſtem adgreditur.

deinde Gothi vix in ſerũ diei ſua in caſtra referre, & magno negocio potue-
re. tantam enim bellicoſorum virorum iacturam hoc prælio fecerãt, vt haud-
quaquam de cætero murorum oppugnationem aggrediendã per ſe eſſe de-
cernerent: ſed deſperatis iam rebus, quieti manebant, hoſtes lue oppreſſos
impetũ in ſe facturos opperiendo. Ad hæc accedebar, quòd barbaris neceſ-
ſaria omnia deerant, quum ea nullibi inuenirent, vt ad ſuos deferrent. Beliſa-
rius interea his, qui ad ſe ex Mediolano veniſſent, Iſauros Thracesq́; ad ho-
mines mille tranſmiſit. Iſauris Ennem præfecit, Paulum Thracibus, omnium
tamen Mundilæ imperium demandauit. Isq́; quum cæteris imperaret, è ſcu-
tatis Beliſarij ſatellitibus nonnullos ductabat. Cum his & Fidelius erat,* au-
læ eparchus regiæ factus. Ex Mediolano nanq; quum Romam veniſſet, ſatis
eſt idoneus viſus, exercitum vt hunc ſequeretur, vt qui in Ligures plurimum
poſſet. Quũ igitur è portu Romano ſoluiſſent, Genuam peruenerunt, poſtre-
mam Thuſciæ vrbem, in trãſmiſſuq́; ad Gallias & Hiſpanias ſitam: ibi relictis
nauibus, factoq́; per continentem itinere progrediebantur, nauium lembis
in plauſtra poſitis ſecum delatis, Padum vt flumen ſine mora traijcerẽt: quo
demum traiecto, quum ad Ticinum vrbem veniſſent, cum Gothis obuiã ſibi
tunc prodeuntib. manus conſeruere. Erant autem hi barbarorum proculdu-
bio præſtantiſſimi, & multitudine abundabant. nam & Gothi omnes, qui ea
tunc incolerent loca, cum rerum ſuarum precioſiſſima quæq; eo in oppido
condidiſſent, vt in loco ſatis munito, præſidium eódem præualidum ex dele-
ctis reliquerant. Pugna itaq; fortiter facta Romani ſuperiores fuere, & actis
in fugã iam hoſtibus, ex his pleroſq; obtruncant, & dum reliquos perſequun-
tur, non longius abfuere quin & oppidum caperent. inſtantibus nanque ſibi
in terga Romanis, vix portis fores obijcere potuere. Dum itaq; reciperent ſe
domum Romani, Fidelius orandi gratia in eo conflictu ſacram & proximam
ingreſſus ædem, abeuntibus cæteris ſolus ibi relinquitur. equo inde inſcen-
ſo, ac paulopoſt hoc ſubſidente, ſolo affigitur: quem Gothi mox conſequuti,
(nam prope muros ciciderat) hoſtes fruſtrati obtrũcant. Cuius interitum v-
bi demum Romani Mundilasq́; præfectus intellexere, in mœrore eſſe, & tã-
ti viri caſum commiſerari. Ex eo deinde loco Mediolanum contendunt, ci-
uitateq́; cum tota Liguriæ regione ſine prælio potiuntur. Quare Vittiges au-
dita, maximas eódem copias mittit. Cui & Francorum dux Theodibertus, vt
eius auxilio indigenti, viros mille ſuppetias miſit: nõ tamen Francos ſed Bur-
gundiones, ne videretur Imperatoris confœderati rebus iniuriam intuliſſe.
Hi nanq; ſua perinde ſponte, nec Theodiberti iuſſu, vt eius dicto non audiẽ-
tes, aduerſus Romanos præ ſe veniſſe ferebant. Quibus cum Gothi ſuis con-
iunctis iam copijs, Mediolanum, haudquaquam eorum expectantib. Roma-
nis aduentum, perueniunt; vrbemq́; eam obſidione vndequaq; ſic cingunt,
vt ne cunde Romanis inferri neceſſaria poſſent, quorum inopia premeban-
tur, nec ſanè militum ſatis iam erat, qui in muris cuſtodias facerent. Mundi-
las nanq; Romanorum præfectus, quas ſecum traduxerat copias, in circum-
iecta Mediolano oppida, vt Comum, Nouariam, & munitiora alia quædã ca-
ſtella, in poteſtatem redacta, partitus dimiſerat; ita vt non paruifaciendã mi-
litum manum, in ſingulis his cuſtodiæ gratia collocarit: ipſe verò cum trecen-
tis duntaxat, quos ſibi reliquos fecerat, Mediolani manebat: cum eoq́; En-
nes & Paulus erant. vnde vel ciues neceſſariò cogebantur per vices aſſiduò
cuſtodias facere. Iamq́; erat hyems exacta, ac tertius bello huic annus exi-
bat, quod literis Procopius commendauit. Beliſarius verò, quum æſtas iam
ſe in autumnum circumegiſſet, aduerſus Vittigem & Gothorum exercitum
contendebat, & paucis ad cuſtodiam in vrbe relictis, reliquos omnes ſecum
abduxit, præmiſſis.* Tuderam nonnullis, & Cluſium, qui caſtris locum para-

Mediolanũ quoſdam Beliſarius mittit.

** præfectus prætorio.*

Ticini præſidiũ Gothicum.

Fidelius a Gothis occiſus.

Mediolanum a Beliſarianis captum.

Mediolani obſidio.

IIII annus belli Gothici.

** Tudertum.*

rent,quos ſequuturus ipſe mox erat,& barbaros obſeſſurus, qui ea tunc eſſent in regione. Hi tamen vbi primùm perdidicere in ſe Romanum aduentare exercitum,ne ſubire paulopòſt periculum cogerentur, ad Beliſarium oratores dimittunt,& ciuitates quas vellet ſeque ac ſua dedituros ſe pollicétur, dummodo indemnes ipſi relinquerentur. Vnde & in eius aduentu,quæ promiſerant barbari,exequuntur. Ille verò Gothos omnes ſedibus excitos ſuis, in Siciliam & Neapolim miſit. Deinde in Cluſio Tuderaque militum præſidijs conſtitutis,exercitum ad vlteriora loca ducebat. Vittiges interea copias alias & cum Boche præfecto dimiſit,iuſſas imprimis Auximum ire,& ſe cum alijs ibi præſidiarijs militibus iungere,cum hisque vnà aduerſus hoſtes procedere,qui Anconæ tunc eſſent,& eódem præſidium pertentare. Ancona verò ſaxo impoſita eſt,à quo quia anconi,id eſt inſinuato brachio ſimile eſt,nomen accepit:abeſt autem ab Auximo ciuitate octoginta ſummùm ſtadijs: cuius & promontorium eſt,ſed eius vrbis munitum præſidiũ in edito eſt ac tuto ſitum:extra id verò,& in lateribus ædificia cætera,& ſi pleraq; ſint,iampridem tamen ſine muris fuere. Tum Conon,vbi Bachis exercitum in ſe aduentare accepit,nec procul abeſſe,inconſideratę ſe mentis eſſe oſtendit:quippe qui cum non magni in eo diſcrimine præſidium faceret,in quo ſe ſuosq; tueri ſat poterat,munitiſſimo loco ſine cuſtodijs deſtituto,milites omnes ad ſtadium vnum procul inde,& inferiorem in partẽ deducit, ac in aciem inſtruit, phalangeq; facta nec denſiore,collis radices venantium more, militum corona circundat: qui vbi hoſtes viderunt ingenti hominum multitudine ſuperare,terga vertentes, fuga ſe in præſidium receperunt. hos barbari inſectati, eorum quammultos,qui nondum intra muros ſe recepiſſent, fœdè obtruncant,& ſcalis admotis aſcenſum tentant,abſumereq; item incendio alij ſubiectas præſidio domos nitũtur. Romani interea veteres præſidij incolæ,præſentibus malis exterriti,foribus patefactis,turpem in fugam milites actos ad ſe tum primùm recipiebant. Sed poſtquam è proximo barbaros fugientium tergis inſiſtere aduertere,veriti ne cum ſuis ſimul & hoſtes irrumperent,obiectis ſtatim foribus portis,reſtibusque è muro demiſſis, cum alijs nonnullis & Cononem præfectũ ad ſe pertraxerunt,illiq; ſaluti fuere. Barbari interim, quum per ſcalas eniterentur,non longius abfuere, quin præſidio potirẽtur: ſed duo quidam mirificè nauantes,vt in tanto diſcrimine,operam;barbaros in propugnacula iam euadentes,ſua virtute præcipites deorſum egere:quorum alter Beliſarij armiger erat,& ex Thracia oriundus,Vlimuth nomine: alter Valeriani Gubulter dictus,genere Maſſageta. Hi nanq; fortuna quadam proſpera,nauigio pauloantè delati Anconam peruenerant: cuius præſidium cum egregie faciendo,de muro aſcendẽte iam hoſte præcipitato,præter omnium opinionem ſeruaſſent,ipſi corpore toto acciſi,per alios elati deferebãtur. Ped id autem temporis Beliſario nunciatur, Narſetem magno ad ſe cum exercitu ex Byzantio aduentare,& in Piceno iam eſſe. Narſetem hunc eunuchum fuiſſe ſat conſtat,ac regiæ cuſtodem pecuniæ:aliàs tamen vir acer ingenio fuit,& rebus gerendis accommodatior,quàm eunuchi natura ferat. Militum hunc quinq; milia ſequebãtur, quos alij quidam cum Iuſtino ductabãt, Narſesque alter ex Armenia quidam. Eruli præterea ad duo milia ſubſecuti. Sed vnde nam gentium Eruli hi fuerint,& quemadmodum cum Romanis inierint fœdus,nunc explicabo. Conſtat ſanè,ſupra Hiſtrum flumen quondam hos habitaſſe,& ea fuiſſe credulitate ac ſuperſtitione detentos, vt multos eſſe deos putarent,eoſdemq; per homines ſacrificijs ac litationibus placari religioſum eſſe ac pium arbitrarentur: legibus autem multis ac varijs,vt cæteri homines,non eundem fuiſſe in modum vſos:ſiquidem nec ſeneſcentibus ſuis, nec morbo affectis vita frui apud hos fas erat impoſterum, ſed vbi

Beliſarius opida complura capit.

Anconæ ſitus.

Cononis temeritas.

Vlimuth et Gubulter, viri fortes.

Narſes ad Beliſarium ſubſidia ducit.

Erulorum origo & mores.

primùm

primum ex his quiſquam ſiue conſenuiſſet,ſiue infirma corporis valetudine cape
retur,protinus cogebatur à propinquis efflagitare, ſe vt quantocyus ex humanis delerent. Tum illi lignorum in altitudinem ſtrue ingenti congeſta, deſuperq; vt in ſummo faſtigio impoſitum hominem,morti iam deſtinatum, Erulorum quempiam mittunt,vt pugione conficiat, ſed ſanguinis illi propinquitate penitus alienum. non enim fas erat propinquus aliquis & neceſſarius vt hunc interficeret.Vbi verò qui hominẽ illum occidit,ad eos deſcendit,mortuo illi cognatione inńcti, ab infimo ad ſummum culmen pyra incẽſa,vbi flamma demum reſedit,collecta è rogo iam oſſa ſub terram ocyus cõdunt.Erulo itaq; viro defuncto,neceſſe erat vt vel vxor ipſa,quæ virtutis exiſtimationem aliquam fuiſſet ad id tempus adepta, vel ſibi gloriam relinquere in poſterum vellet, laqueo apud viri ſepulchrum non longè poſt vitam finiret:ei verò,quæ ſe non ita geſſiſſet,relinquebatur de cætero ignominiæ nota,odijq; in viri propinquos cõuincebatur.His Eruli pro vetuſto eorum more legib.vtebantur.Temporis deinde proceſſu vt viribus, ita & hominũ multitudine cæteris & finitimis barbaris facti ſuperiores,quum(vti par erat)hos inuaſiſſent,ſingulosq; peruincerent,vi illata eorum bona populabãtur; atq; adeo, vt Longobardos, qui celebre illud ac planè ſanctiſſimum Chriſti nomen profiterentur,& gẽtes alias infinitas ſuæ ſubegerint ditioni, vectigalesque fecerint:res ſanè eius regionis barbaris inſueta, ſed alioquin præ auaritia & inſolentia ad id ſunt demum euecti.Anaſtaſij verò hi tempore,quo primùm tunc Romanum ſuſcepit imperium, quum de cætero quos demum inuaderent,nullos haberent, poſitis armis conquieuere. Eo in ocio quum annum iam tertium peregiſſent,idq; ægerrimè ferrẽt, de eorum duce Rodulfo contemptim loqui,& inter ſe maledictis inceſſere. Quumq; ad hunc frequẽtius ventitarent,mollem effœminatumq; dicere, & fœdis nuncupationibus alijs irridere, indecenterq; criminari. Rodulfus igitur ſuorum iniurijs tandẽ permotus,aduerſus Longobardos ductauit exercitum,nulla re prorſus hos cauſatus.non enim conuenta diſſoluerant.Ad hunc itaq; Longobardi ſciſcitatum miſerunt, quur Eruli hoc tempore in ſe armati veniſſent:quòd ſi quid fortè de vectigali ſit his minus depenſum,cõfeſtim fore,vt maius perſoluãt. Sin verò id cauſentur,quòd mediocre ſibi ſit tributum impoſitum,id ipſimet pro arbitrio augerent, nec aucti fore vt vnquam ſe pigeat. Cum his mandatis oratores dimiſſi minaciter per Rodulfum repulſi,ad ſuos abire, quà venerant, extemplo iubentur. Iterato tamen ad hunc Longobardi alios item atque alios delegare, & eadem ſemper ab eo depoſcere. Quibus haud ſecus ac prius reiectis,poſtremò ab his oratores venere,qui Erulis Rodulfoque apertius inhiberent,ne ſine cauſa bellum Longobardis inferrent.Quòd ſi hoſtiliter in ſe rurſum irruperint, & ſi nolentes, ituros ſe tamen obuiam inſultantibus pollicentur, deum inter cætera obteſtando, cuius vt nutus, ita vel breuior vmbra, humanas omnes ſuperet vires. illati belli præcognita cauſa, vtriſque pugnæ finem diſpenſaturum. His comminationibus Longobardorum legati Erulis timorem incutere ſe poſſe rebantur, & eorum in ſe impetũ coërcere.Illi verò nec his quidem repreſſi,conſerere cum Longobardis omnino manus decernunt.Vnde quum vtrique in aciem cõſtitiſſent, cœli pars ea, quam Longobardorum imminere capitibus fortè contigerat, obſcuro quodam ac denſiſſimo nimbo contegebatur: quæ verò Erulis ſupernè inſtiterat,nitidior erat ac lucida.qua ex re contemplari quis poterat,ſuo cum infortunio ituros in pugnam Erulos. non enim acerbius vllũ barbaris poterat hoc eſſe portento in prælio conſtitutis: tametſi minus huic animum intenderent, quin potius quum nil curæ adhibuiſſent,in hoſtes ſecuri vadebant,hominũ multitudine belli finem metiti. Poſtquã verò manus pugnando conſe-

Senes & ægros Eruli comburebant.

Vxores ad maritorum tumulos ſuſpenſæ.

Longobardi ab Erulis ſubacti.

Rodulfus rex Erulorum.

Plures Lõgobardorum ad Erulos legationes.

Eruli ab Longobardis victi. ruere, ex Erulis quidem pars maxima cadit, & cum his ſimul Rodulfus occũbir, cęteri omnes effuſè fugam capeſſunt. Ex hiſq; inſtantibus hoſtibus, & poſtrema carpentibus, pars maior interijt, ac pauci admodum incolumes euaſere. Quo factum, vt nec in patrijs laribus hi permanere de cætero poſſent: ſed illis penitus deſtitutis, quamcelerrimè in anteriora ſemper loca procedere, & circa Hiſtrum flumen terras omnes vt profugi cum liberis atq; vxorib. *Rugorum natio.* circumire. Verùm vbi tandem ad locum venere, quem Rugorum quondam gens incoluerat, in Italiam demum ſe contulerunt, ibiq; ſedibus obfirmatis manſere. Vnde cũ peſte, vt in vaſtæ ſolitudinis loco, opprimerentur, non longe pòſt ad Gepidas peruenerũt: quos illi tum primùm vt ſupplices factos ſecum cohabitare, & ſibi finitimos eſſe permiſerant. *Eruli pulſi a Gepidis.* Poſtea verò, cum temere in Erulos hi deſæuirent, (quippe qui eorum vxoribus violatis, & indigna in hos facinora exercendo, ac bona diripiendo, nil reliquum ad iniuriam fecerant. quæ omnia ferre Eruli vltra nil poterant) flumine Hiſtro trãſmiſſo, cum Romanis eam regionem tunc incolentibus cohabitandũ ſibi perpetuò cenſuerũt, Anaſtaſio imperante, qui hos perbenignè admiſſos eõdẽ ſedes habe *[illegible] ſto victi.* re permiſit. huic tamen nõ longo pòſt tempore Eruli infeſtiores iam redditi, i[illegible]dignis eius regionis habitatores Romanos iniurijs affecere: quib. Imperato[illegible]permotus, exercitũ aduerſus hos miſit, eoq; pręlio cũ ſuperiores Romani fui[illegible]ent, ex Erulis quamplurimos interfecere, ad internecionẽq; omnes occid[illegible]re potuiſſent, ni à pręfecto ex his, qui fortè ſuperfuere, precario ſibi vitã de[illegible]opoſciſſent, ſeq; impoſterũ precarentur, vt Imperatoris cõfœderatos, vel ſe[illegible]atuti haberet obnoxios. Quæ vtiq; prout geſta fuiſſent, Anaſtaſiũ, vbi pri[illegible]am reſciuit, ingenti affecere lætitia. Sed deſtitutos ab eo Erulorum nõnul*Iuſtinianus Erulos ad fidem Chriſtianam flectit.* los fuiſſe ſat cõſtat: quandoquidem cum Romanis per id tempus non firmis fœderib. iungebantur, nec boni quicquã his intulerunt. Iuſtinianũ deinde, vt primùm ſuſcepit imperium, optimis locis rebuſq; alijs cum hos abundè donaſſet, vel arma conſociaſſe cum Erulorum gente ſat liquet, & Chriſti vt fidẽ ſuſciperent, perſuaſiſſe. Vnde feris & priſtinis morib. in manſuetudinẽ cõmutatis, Chriſtianorum legibus ſeſe quammaximè addixerunt, & cũ Romanis hoc tempore ex inita ſocietate aduerſus hoſtem in aciem prodeũt. Sed alioquin ſuopte ingenio infidi ſunt, & habendi ſemper ac rapiendi cupiditatib. inhiãt, finitimoſq; violare quammaximè ſtudent, quum nullum his dedecus ea res ferat, impioſq; item & deteſtabiles coitus, & ſi cum alijs multis, cũ viris tamen & beluis impudentius habent, ac omniũ perditiſſimi ſunt, & vt mali male perdendi. Ex his verò perpauci quidem in Romanorũ perſtitere ſo*Aniricus rex Erulorum, a ſuis cæſus.* cietate, ac ea de cauſa ab his cæteri defecere. Eruli ſiquidem eorũ rege Anirico temere interfecto, cum ſuorũ morum vt feritatem, ita & animi præ ſe furorem tuliſſent, pro patrato iam ſcelere nil aliud cauſæ afferebãt, niſi quòd ſub nullius ſe velle impoſterũ dicerent imperio eſſe: tametſi antehac nemo ferè, qui in hos imperiũ habuiſſet, à priuato quouis differret, vt cui omnes ſine diſcrimine & aſſidere, & cõueſci vnà, impudenterq;, & vt cuiq; placitũ, cõuitiari iurgariq; ſoleant, adeo vt nullis vſpiam hominũ Eruli fuerint intẽperantia & leuitate inferiores. Iamq; eos facti pigebat, nec ſine principe eſſe, nec ſine duce ad bellũ, vitam ſe ducere poſſe apertius affirmabant. Itaq; quum multũ ac ſæpe ea de re conſultaſſent, pręſtare id omnibus viſum, ex Thule vt inſula aliquem ſibi regio ex genere confeſtim excirent, qui his imperaret. Sed quẽadmodum ea res ſe habuerit, paucis explicabo. Poſtquam Eruli per Longobardos, vt acie victi, ac penitus debellati, patrios mores priſtinis exciti ſedibus reliquerunt, alij, vt ſuprà iam diximus, in Illyricis loca incoluere: quidam verò quum Hiſtrum flumen haudquaquam traijcere ſtatuiſſent, in vltimos terræ fines ſe collocarunt: ſed qui regij ſanguinis ſunt, duces ſecuti,

Sclauinorum gentem prætereundo, quum in loca deſerta iam euaſiſſent, ad Harmos populos ſe contulere: poſt hos ad Dacas pertranſeuntes, ad Oceanum mare quum perueniſſent, nauibus ad inſulam Thulem delati, in ea deniq; conſtitere. Conſtat autem Thulem hanc inſulam lõge plurimum vndequaq; potentiſſimam eſſe, quippe quam decies ferant maiorem, eſſe quam Britannia ſit, à qua longius abeſt, vt in Boream ſita. Hac ipſa in inſula deſerta pleraq; ſunt, & ingentib. vacua ſpatijs loca. Quæ verò frequentiora ædificijs ſunt & hominum cultu, nationes tredecim numero incolunr, affluentiſſima quadam mortalium multitudine, regesq; ſingulis nationib. præſunt. Et apud has vniuerſas mirandum quod fieri contigit. ſiquidem circa extremũ æſtatis tempus, dum in autumnum hæc ſe circumagit, ad quadrageſimum plurimũ diem, haudquaquam ſol in occiduum vergit, ſed per omne id tempus ſupra terram exiſtit & viſitur. Dein non minore quam mẽſium ſex interuallo circa hyemis poſtrema eadem in inſula, per dies ſol quadraginta nuſpiã cõparet, ſed perpetua hæc offunditur nocte: vnde & per id temporis negociorũ omnium remiſſio tenet qui ea in regione ſunt homines, quandoquidẽ nullo pacto verſari inter ſe hi mutuò queant. Mihi verò hanc inſulam adeundi, & ſi nimium peroptanti, oblata nunquam occaſio eſt, vt miranda iſta conſpicerem. Ab his tamen quærendo & ſciſcitando, qui inde ſe ad nos contulerunt, num ea in inſula ſtatis temporibus ſic oriretur (vt traditur) ſol, & occideret, certiorem eſſe eius rei comperi famam, ex eorum præſertim relatu, qui ſolem ea in inſula identidem affirmarent, per dies hos quadraginta, nec occidere quidẽ: ſed eius regionis hominibus in oriẽrem alibi comparere, & nonnullis in locis ad occidentem, in horizontemq; rurſum hunc redeuntem, eundem ſeſe in locum recipere, vbi & die ſuperiore orientem conſpexerant, & hũc in modum noctem vnam hos computare iam pertrãſiſſe: rurſumq; quum noctium tempus aduenerir, vt lunæ, ita & ſyderum curſibus aliorũ animaduerſis, dierum hos ſpatia contemplari. Deniq; dierum quinq; & triginta magnæ huius & perpetuæ noctis tranſacto iam tempore, in montium cacumina ex eorum conſuetudine nonnullos emittere ſpeculatum, vt ſicunde fortè & ex aliqua ſpecula ſolẽ perſpexerint, hominibus ſtatim inferiora tenentibus loca renũcient, poſt quintum diem vt his ſol omnino illuceat, fore. Tunc vniuerſos vt fauſta ſibi re nunciata panegyricus laudib. celebrare, & hæc ipſa in renebris agere: & Thulitis hæc quidem hominibus præcipua quædam ſunt ſolennia cæterorumq; maxima. Mihi verò formidine detineri inſulæ huius habitatores videntur, tametſi id eis in ſingulos annos contingat, ne ſe prorſus ſol ipſe deſtituar. Ex his verò, qui Thulem hanc inſulam incolunt, barbarorum natio quædam, ac ſola, qui Scritifini vocantur, beluarum in morem viram ducunt, vt qui nec veſtibus operiantur, nec calciati incedant, nec vino vtantur in potũ, nec vllum habeant è terra eduliũ, quandoquidem nec eam excolunt, nec fœminæ quicquam his operentur, ſed cum vxorib. viri venationibus ſtudẽt. beſtiarum nanq; & animantiũ cæterorum vim maximam his exhibent ſyluę, quæ vaſtæ ea in regione proculdubio ſunt, & æditiſſimi montes: vnde ferarũ carnibus diueſcuntur, aſſiduo quas venando cõprehendunt: & earum tergorib. veſtiuntur, quum apud hos lini lanæúe nullus ſit vſus, nec conſuendi ars vlla, vel inſtrumentum, ſed beluinis hi neruis inuicem tergora colligãtes, totũ integunt corpus. Ad hęc accedit, quòd nec infantes apud hos ipſi, vt apud cæteros homines, nutriuntur, quum Scritifinorum pueri haudquaquã lacte eibentur, nec maternas mammas attingant, ſed ferarũ duntaxat medullis. Siquidẽ vbi primũ fœmina parit, infantẽ pelle mox inuolutũ ſuſpendunt ad arborẽ, ferinisq; cerebellis eius in ore ingeſtis, ad conſuetã inde eum viro venationẽ ſine mora puerperam mittunt. nam vt cætera vtriſq; cõmunia ſunt,

Inſulæ Thulitarum deſcriptio.

Perpetui dies.

Perpetuæ noctes

Nox dierum naturaliũ XXXV.

Scritifini, barbariſſima natio.

ita & id ſtudij ſimul & artis pertractant. Atqui barbarorum id genus vitam ſic tranſigit: alijs verò in rebus Thulitæ omnes non magnum in modum à cæteris mortalibus differunt. deos ſiquidem ac dæmones plurimos colunt, cœleſtes partim, vt rentur, partim aëreos, & qui terræ ac mari præſideant, & eiuſmodi alios, qui in aquis ac fontibus fluuijsque verſari traduntur, his q; frequentiſſimè immolant cuiuſuis generis hoſtias. Sed victimarum apud hos potiſſima vir aliquis eſt, quem omnium primum in prælio ceperint, hunc nimirum mactando Marti ſacrificant, vt quem deorum maximum ducant. Sed ea eſt apud hos immolandi conſuetudo, vt non ſolum hoſtiam mactent, ſed in arborem viuam hanc prius ſuſpendant, indeque inter ſenticeta & vepres proiectam, ſic varijs ac miſeris modis excruciando conficiant. Id vitæ genus Thulitæ ducunt, gens ſanè in terris haud dubiè vnica, quæ hominum exuberet multitudine. & hos quidem fuiſſe ſat conſtat, ad quos olim cohabitandi ob gratiam aduenæ Eruli diuerterint. Nunc verò Erulorum è gente, qui apud Romanos ſibi, vt diximus, patuerant, ſui regis cæde patrata, è primoribus quoſdam ad Thulem inſulam mittunt, qui diligenter perueſtigando ad ſe demum deducerent, ſi quem fortè regio ex ſanguine oriundum ea in inſula inuenirent. Tum illi, vbi eò eſt peruentum, pleroſque comperiunt regij generis homines ibi adeſſe: è quibus vno duntaxat, qui ſibi perplacuiſſet, delecto, ac ſecum deducto, reuertebantur. Sed qui fortè deducebatur, morbo correptus emoritur: vnde rurſum Eruli inſulam repetunt, & alterum quempiam Datim nomine ſecum abducunt. Hunc Aordus germanus frater, & ex Erulis, qui Thulis erant, iuuenes ducenti ſequuntur. Longas igitur in itinere faciundo his moras trahentibus, Erulos, qui ad Thulem inſulam nuntios miſerant, cogitatio ſubijt, nullo ſuo ex cõmodo id ſe facturos, ſi Iuſtiniano inuito ex Thule principem ſibi exciuerint. Vnde confeſtim Byzantium mittunt Imperatorem precatum, ducem quem mallet, ſibi vt traderet. Tum ille Erulũ his quempiam Byzantij diu verſatum mox mittit Suartuã nomine, quẽ Eruli tum primum benignè ſuſceptum, volentes quidem vt regem ſalutãt, & venerantur, iubentiq; conſueta obſequuntur & parẽt. Haud multos inde poſt dies aduenit, qui his nuntiaret, in proximo eſſe, qui ex Thule inſula ad ſe miſſi cum rege redirent. Suartuas verò venientes hos perditurus, obuiam ire Erulos mox iubet. tum illi regis voluntate probata, hunc ſtatim ſequuntur. Verũ vbi diei iter ab ſuis hi abfuere, nocte clam rege deſerto, vno agmine omnes ad eos, qui nuper ex Thule aduenerant, vltro transfugiunt. Suartuas verò ab omnibus deſtitutus Byzantium ſolus profugit, quem Imperator in principatum reſtituere omnibus viribus nitebatur. Sed Eruli Romanorũ potentiam veriti, ad Gepidas deſciſcere ſtatuunt. Beliſarius interea & Narſes, ac alij Romanorum præfecti circa Firmium copias iungunt, quæ ciuiras Ionici ſinus adiacet littori, & ab Auximi oppido diei iter hæc abeſt. Eodem in loco per principes ipſos conſultabatur, quònam prius & maiori ſuo commodo ducturi copias eſſent. Si enim in eos, qui Ariminum obſiderent, iretur, ſuſpicio ſtatim ſubibat, ne hoſtes, qui Auximi eſſent, dum à tergo inuaderent, ſe ac Romanos, qui ea incolerent loca, indecenti affecturi eſſent, vti par erat, iactura: & ſuis ſimul, qui tunc temporis obſidebantur, timebãtne fortè ob neceſſariarum rerum inopiam grauius aliquid paterentur. plerique tamen vt Ioanni infenſiores, hunc quidem temeritatis & audaciæ inſimulabant, qui pro ſua nimia pecuniarum & lucri cupiditate in tantum diſcriminis perueniſſet, vt nec ordine ſuo, nec qua Beliſarius via duxiſſet, id bellum geri permitteret. Narſes verò, cui Ioannes cæterorum erat mortalium amiciſſimus, veritus ne principum orationibus Beliſarius perſuaſus, circa Ariminum gerendis poſthabitis rebus, alio diuerteret animum, verba iſtiuſmodi fecit

Humanæ victimæ.

Dates.
Aordus.

Suartuas rex Erulis a Iuſtiniano datus.

Conſultatio militaris.

Viri principes, de rebus vobis conſultatio eſt, quæ nec venire in meditationem conſueuere, nec tales ſunt, vt de his quiſpiam queat ambigere, ſed eius eſſe conditionis videntur, vt vel rei bellicæ imperitis, ex his liceat, ſi optio detur, quæ ſunt potiora deligere. Non enim eſt de præſentibus hiſce ſic decernendum, & ab his præcipuè, qui conſilio plurimum & prudentia valent, ac aliàs conſultare homines ſolent, quum ex quo imminere videtur diſcrimen, & vtrinque non minor victori quàm victo incumbat. Nos verò ſi noſtros in Auximum aliud in tempus differre inſultus placuerit, eorum ſumus nil penitus amiſſuri, quæ neceſſaria ſunt. Non enim multum intererit, vtrum hoc tempore, an aliàs id oppidum nos inuaſerimus. De Arimini verò poſſeſſione ſiquando, vt bona venia dicam, nos exciderimus, Romanas proculdubio vires penitus diſſoluemus. Sed Ioannes, optime Beliſari, ſi ad ea fortè, quæ iuſſeras, contumacior fuit, magnas ex eo pœnas exegiſſe iam crederis, quum in tuo ſit illud arbitrio ſitum, ſaluum hunc facere, vel hoſtibus prodere, vt delinquentem: id tamen caueas velim, ne fortè ob admiſſum ex inſcitia crimen, dum Ioannem pœnis afficere ſtudes, ab Imperatore & nobis ipſis has ſumas. Nam ſi Ariminum ceperint hoc tempore Gothi, proculdubio & Romanum præfectum, impigrum virum, exercitumque hunc vniuerſum, & Romam vrbem, ac cætera, quæ in Imperatoris ſunt ditione, capturos hos eſſe nihil dubites: nec eòtenus id mali ſubſiſtet, ſed ne belli quidem fortunam frenare quis poterit. De hoſtibus verò ſic ſentias velim, vt hos planè intelligas militum nos multitudine plurimum ſuperare, ſed pro rebus per ſe malè antehac geſtis, in ignauiam & non iniuria recidiſſe. aduerſa quippe & ſæpè fortuna, audaciam his prorſus ademit. Si igitur in præſenti his res proſperè ceſſerint, profectò & animos ſimul recuperaturi haud longe pòſt ſunt, & nobis impoſterum aliquid in ſe audentibus non modò occurſuri protinus ſunt, ſed vel acrius longè bellum geſturi. Solent nanque qui difficultates & infortunia quandoque euaſerint, prudentia hos longè magis præſtare, qui nondum infelices fuere. Vbi demum Narſes hæc perorauit, miles quidam cuſtodias barbarorum fruſtratus, ex Arimino Romanorum in caſtra peruenit, & à Ioanne ad Beliſarium literas in hanc ſententiam detulit.

Narſetis ad Beliſarium oratio.

Ioannis ad Beliſarium literæ.

Omnia nobis iam diu defeciſſe neceſſaria ſcito, nec nos de cætero poſſe †inuadentibus barbaris quoquam pacto obſiſtere, * vel eorum propulſare inſultus: ſed poſt diem ſeptimum fore, vt ipſos nos ſimul atque oppidum vel inuiti dedamus: quandoquidem præſentem neceſſitatem per nos tamdiu ſubitam poſthac ferre nil poſſumus, hanc ipſamque nobis ad excuſationem perpetuò valituram ſat reor, ſiquid fortè indecenter egerimus. His Beliſarius literis motus, vt animi dubius, diu hæſitans conſtitit. nam pro obſeſſis hunc timor inceſſerat, & hoſtes, qui Auximi erant, ſuſpicabatur ea è regione loca circumeundo populaturos, ſuiſque copijs molituros inſidias verebatur: præterea atque adeo angebatur, ſi ſe cum hoſtibus hi coniunxiſſent, multis & ingentibus malis ſe & exercitum affecturos. diu itaque animo fluctuatus, rem ita peregit. Aratium ſtatim cum hominibus mille in Auximi regionem dimiſit, & ſimul iniunxit, vt poſitis ad mare caſtris, quod ab Auximo ducentis ſtadijs abeſt, ne inde abirent, nec quoquam pacto inirent cum hoſtibus prælium, vel ſi his inſultantibus ad id cogerentur, ſed è caſtris duntaxat ſe pugnando defenderent. Sperabat nanq; hac via barbaros præcipuè homines propinquiora habentibus Romanis caſtra, intra oppidum quieturos, nec fore vt ſuos quacunque de cauſa inſectentur vel detrimento afficiant. Delectas deinde ex omni exercitu copias, nauibus iubet imponi, & ad Ariminum rectà contendere, ac ſimul commonefacit, ne procul à pedeſtri, quē miſſurus erat, exercitu nauigarent, cum eoq; vt ſimul in littus de-

† vel ipſi valeo reſiſtere. αὐτοὶ ἀμύνειν.

** vel inuadentes propulſare. τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι.*

Strategemata Beliſarij.

ſcenderent.moxq́; non paruam militũ manum,cui Martinũ pręfecerat,iuxta littus incedere, & claſſem ſequi ex ordine imperat: & ita vbi hoſti demum appropinquaſſent, longe plures vt ignes, quàm pro militum numero,excitarent; maioris vt hoſtibus exhiberent multitudinis ſpeciem. Ipſe verò cum reliquis copijs & Narſete diuerſum à littore, & per Vrbiſaliam oppidum iter aggreditur, quod ſuperiore Alaricus tempore ira deleuerat, vt priſtini decoris nil ei reliquum eſſer, præter portulam vnam,& breues aliquas fundamentorum reliquias. Quo in loco aliàs mihi huiuſmodi oblatum ſpectaculum eſt. Quum enim in agrum Picenum Romanorum exercitus Ioanne duce paulo antè veniſſet, ingens,vti par erat, eius regionis homines inuaſerat terror. Fœminæ itaque cum derepente fugam partim capeſſerent, comprehenſæ, partim indecore ac turpiter agerentur, eodem ipſo in loco, vbi Vrbiſalia oppidum fuerat, mulier quædam edito partu, eoque pannis(vt licuit)inuoluto, & in terram relicto, nuſquam deinde comparuit, aliquo vtcunque caſu ſublata. Infantem itaque ea in ſolitudine deſtitutum, vbi vagientem capella quædam aduertit,commiſerata:(nam & ipſa recens fœtum ediderat)& ſimul accedens vbera illi mox præbuit exugenda, diligentique cura ſeruabat, ne canis aut alia quæuis ipſum hunc belua deuaſtaret. In ea itaque rerum perturbatione quum plurimum temporis tereretur, Picentes certiores iam facti,Imperatoris exercitum,Gothorum in malum iamiam aduentare, nec quicquam Romani nominis homines ab his moleſtiæ perpeſſuros, reduces omnes confeſtim domum reuertuntur: quumque in Vrbiſaliam permixtæ cum viris & fœminæ perueniſſent, puerum adhuc ſuperſtitem conſpicatæ, cum coniectura capere id factum nequirent, pro ingenti miraculo ducere,& identidem demirari quòd viueret. Vnde & certatim de ſe quæque mammillam porrigere, blandirique:puero autem humanum lac reſpuenti, in tutelam capella mox affuit, & crebriore balatu fremens hunc circumibat, ita vt grauiter ferre fœminis his videretur,quòd ipſæ puero appropinquaſſent, & illi perinde intuliſſent moleſtiam, eundemque non aliter ducere ac de ſe genitum, & ſimul fouere: quo factum, vt nec puero mulieres de cætero negocij quippiam exhiberent, & capella non minus hunc intrepidè aleret, quàm diligenter ſeruaret, vnde & Aegiſtum populares dixere.Me verò quum eà fortè contingeret iter vt facerem, loci tum incolæ,vt rem miram & planè abſurdam oſtenderent,ad puerum duxere,illumque de induſtria infeſtare moleſtoſque ſe exhibere,vocem vt ederet gemebundus: tum verò capella,quæ ad lapidis aberat iactum, feſtina ac balans accurrit,& deſuper adſtitit,vt nemo illi moleſtior eſſet.Beliſarius per eius regionis montes ductabat exercitum,hoſtibus multitudine longè inferior, nec quoquam pacto animo inerat derepente cum his manus conſerere, quippe quos deſtinatos ad mortem ex aduerſa fortuna iam nouerat:ſed animus illi vt crederet inclinabat, quum primùm in ſe hoſtes iri vidiſſent, ſuarum virium ac roboris immemores factos fugam protinus inituros: & ſanè res ei ex vero ad opinionem ſucceſſit,vt erant,futura omnia ſuſpicanti. Nam vbi tandem per montes hic duxit,& ab Arimino diei via abeſſet,paruam Gothorum manum neceſſitate aliqua iter hàc facientium obuiam habuit: qui ex improuiſo quũ in hoſtilem exercitum incidiſſent,non prius iter diuertere potuerunt, quàm à præcedentibus cæſi, eodem pars maxima caderet, vt reliqui ſaucij intra montis rupes & ſuperiores anfractus refugientes, vt licuit, deliteſcerent. Vnde Romanorum exercitum contemplati,ac per omnes locorum difficultates & ſaltus vagati, longè plures eſſe hos ſunt ſuſpicati, ac numero vero conſtarent: proinde & Beliſarij ſigna quum præferri vidiſſent, ipſum hunc copijs præeſſe intellexerunt. Nocte autem ſuperueniente Romanis ibidem ſtationem

Vrbiſalia deleta ab Alarico.

Capra nutrix infantis cuiuſdam.

Felicia Beliſarij conſilia.

Inſigne Beliſarij ſtrategema.

ſtationem habentibus, ex Gothis, qui affecti vulneribus erant, Vittigis ad caſtra clam ire contendunt, eoq; circa meridiem quum demum veniſſent, cicatricibus oſtentatis adeſſe iamiam Beliſariū nuntiant, & maiori cum multitudine quàm numerari ſat queat. Tum Gothi ſe ad bellum parabant, traducto ad Arimini latus in Boream verſus exercitu. nam eà hoſtes ſummis ex montibus aduenturos facilè omnes proſpexerant. verùm vbi nox ſuperuenit, depoſitis armis, cùm in caſtris ſe quieti tenerent, ignes quàm multos ex altera parte in orientem vergente, ſexaginta procul ſtadijs conſpicantur, quos Martini incenderant milites. Trepidatione itaque ingenti perculſi, & ſuſpicantes ſimulac illuceſceret ab hoſtibus circūuentum ſe iri, eam noctem trepidanter ac magna cum formidine tranſegere. Die autem ſubſequente ingentem nauium claſſem animaduertunt. Quum verò ne hiſcere quidem præ timore iam poſſent, in fugam ſe ſtatim proripiunt, compreſſiq; inuicem præ celeri ſtudio, tanto tumultu ac clamore abeuntes detinebantur, vt ne auribus quidem quæ iuberentur admitterent, nec aliud quippiam cogitarent, quàm vt repentius ſinguli è caſtris euaderent, ſeque Rauennam & intra mœnia extemplò reciperent. Quòd ſi obſeſſis vel virium aliquid, vel audaciæ ſuperfuiſſet, multos hoſtium exeundo & inſectando interfeciſſent, & eodem in loco belli totius fuiſſet tum denique finis. Sed iniectus his ex malis præteritis horror, vulgatiq; ob rerum neceſſariarum inopiam morbi, ne id facerent, interpellarunt. Barbari itaque dum præ tubæ tumultusque magnitudine intra caſtra relictis rebus ſuis nonnullis, Rauennam curſu contendunt, primus Romanorum Ildiger ſuis cum militibus Gothorum in caſtra irrupit, & quos ibi fortè morbis correptos deprehendit, ſeruitiorum in numero habuit, inſtrumentumq; omne collegit, quod Gothi fugientes reliquerant. Iamque & Beliſarius meridiano tempore Ariminum venit, & vbi Ioannem ac cæteros apud hunc milites pallenti ac ſqualida obſtipaq; facie animaduertit, eius audaciȩ temeritate increpita, gratias dixit Ildigero ſe magnas debere. Ioannes verò non illi, ſed Narſeti obnoxium ſe eſſe fateri; vt equidem reor, ſignificando, non libenti admodum animo Beliſarium ſibi ſuppetias aduentaſſe, ſed hortante ac perſuadente Narſete. Vnde factum, vt ſuſpectiores de cætero ſibi hi inuicem eſſent, & amici Narſetem haudquaquā permitterent ſuas cum Beliſarij exercitu vt copias iungeret: quin potius perſuaderent, illi in dedecus cedere, vt cui Imperator arcana cōmunicaret, non eundem liberè exercitibus imperare, ſed militari ſubeſſe viro: & identidē affirmarent, nunquam ſua Beliſarium ſponte id permiſſurum, ex equo vt Narſes exercitibus præſit, vt qui ſolus ductare hos malit: maioremque militum partem, atq; adeo potiorem principes alios ſubſequuturam, Erulos peltatosq; eiuſdem exercitus alios: ac cæteros, quibus Iuſtinus & Ioannes præſſent, cum his qui Aretium & ſe Narſetē ſequuntur, non minori numero eſſe, quàm * militum decem præualidorum egregiorumq; bello virorum, & hos quidem peruelle Italiȩ totius victoriam, non ſolùm Beliſario ipſi aſcribi, ſed & laudis partem Narſetem referre, vt quem non iniuria ducerent, non idcirco Imperatoris contubernium reliquiſſe, vt ex ſui diſcrimine Beliſarij gloria confirmaretur, ſed de ſe operam ſtrenuè ac ſapiēter nauando, præ ſeq; egregia facta ferendo, eius & virtus apud omnes mortales celebrior, vti par eſſet, ac teſtatior foret. Ad hæc præterea aſſeuerare, nec Beliſarium quidem ſine hac tanta militum copia perfungi demum re aliqua poſſe: ſiquidem ſui pars maior exercitus in præſidiorum & ciuitatum tutelam, quas antehac cepiſſet, relicta per eum fuiſſet: ita deinde progrediendo vel ab vſque Sicilia ad agrum Picenum omnia recenſebant. Iſtorum igitur perſuaſionibus Narſes lætior factus, nec animum continere de cętero poterat, nec in officio

Ildiger hoſtium caſtra primus ingreditur.

Æmulationum inter Beliſarium et Narſetem occaſiones.

* *millium.*

permanere. Vnde & Beliſario aliquid imperante, tergiuerſando, & alia item atque alia cauſando, quæ iubebantur, repudiare, & inſolenter reniti. Quæ omnia Beliſarius vbi demum præſenſit, principibus omnibus ad ſe conuocatis, orationem huiuſmodi habuit; Non equidem, ô principes viri, perinde de hoc bello non eadem vobiſcum ſentire nunc videar: animaduerto non ſecus hoſtes parui vos ducere, ac ſi debellati iam eſſent. Ipſe verò pro veſtra hac confidentia in apertum diſcrimen præcipitatum iri vos reor, quandoquidem barbaros nec veſtra fortitudine vlla, nec præ eorum paucitate deuictos fuiſſe ſat calleo, ſed prouidentia ſolùm atque conſilio ſuperatos fugæ ſe demum mandaſſe: vereor tamen ne vos non ea, quæ veriora ſunt, reputando, falſi demum vt voſipſos, ita & rem Romanam malis affecturi nunc ſitis inſanabilibus. Facilius nanque qui geſtis ex rebus videntur retuliſſe victoriam, ſi fortè ex ea inflatiores reddãtur, deperdi aboleriq; poſſunt, quàm qui ex inopinato ab ea exciderint, de cætero tamen vel pauentes quidem ac dubij in hoſtes contendant. negligentia nanque, atque ignauia, vel optimè conſtituta corrumpunt, labor verò cum meditatione coniunctus & cura, vel re malè geſta pluribus profuit. Siquidem qui per inertiam atque ſocordiam ad rem gerendam ſe conferunt, viribus debilitari atque imminui ſæpè conſueuere: cura verò ac diligentia augeri quammaximè. Veſtrûm igitur quiſque id animo verſet, Rauennæ Vittigem eſſe, & Gothorum milia multa, Vraiam verò Mediolanum nunc obſidere, & Liguriam omnem liberè peruagari, Auximum præterea vrbem non parui momenti refertam copijs eſſe, & ad vrbem vſque Vetanam, quæ Romæ propinquior eſt, pleraque loca per barbaros viros fortiſſimos cuſtodiri. Quo fit vt longe magis hoc tempore res nobis in diſcrimine ſint, atque antehac fuerint, qui vbique in hoſtes incidimus. Dicere illud omitto, quòd Francos in Liguria ferunt cum his ſocietatem iniſſe. Quod ſanè non ſine ingenti formidine Romanis omnibus vt animos ſubeat, non indignum videtur. Neceſſarium itaque fore nunc dixerim, vt noſtri pars quędam exercitus in Liguriam & Mediolanum mittatur: cæteræ verò nunc copiæ quamcelerrimè in Auximum eiuſque regionis hoſtes vt eant, pro dei nutu omnia peracturæ, ac cætera belli munia ibi pertractaturæ, vbi vel commodius poterunt, vel quamoptimè pertractari. Hæc Beliſarius. Narſes verò ita reſpondit: Tibi quidem, præfecte, non omnia ad verum explicata nemo non dixerit. vniuerſum nanque Imperatoris exercitum, ſi inter Mediolanum duntaxat & Auximum quis partiatur, indecens fore omnino nunc duxerim. Quocirca haudquaquam erit indignum, Romanos ipſe & pro arbitrio in hæc loca vt ducas: nos verò id ſatagamus, Imperatori vt Aemyliam vendicemus, quam ſibi Gothos enixius vendicaſſe affirmant, Rauennamque adeo infeſtemus: vt cæteros circa nos hoſtes ceu ſpe omni prorſus ſubſidij interclusos, ipſe (vt lubet) iactura ſis affecturus. nam ſi tecum vnà Auximum obſidere delegerim, vereor ne ex Rauenna nouis inuadentibus interim hoſtibus, nobis ſolum id relinquatur, vt partim ab his circumuenti, partim neceſſarijs interclusi: eòdem ac ſimul diſpereamus. Hæc vbi Narſes diſſeruit, Beliſarius magnopere veritus, ne abeuntibus diuerſim Romanis, & inter ſe diſſidentibus, Imperatoris res ipſæ defluerent, & illorum temeritate perturbarentur, Iuſtiniani mox literas profert ad principes datas, & hanc in ſententiam ſcriptas: Narſetem † pecuniæ noſtræ & bonorum cuſtodem, non vt exercitibus præſit, in Italiam miſimus, quippe qui Beliſarium volumus omnibus & ſolùm præeſſe, & quò illi ſit ſatius viſum ducare. * Hunc itaque vniuerſos vos ſequi vt veſtræ in vitæ ſalutem, ita reipubl. commodis in præſentia conſultari iubemus: * vnde nec neceſſarium fore, ſe vt omnes ſequantur. His Beliſarius auditis, Perannium ſtatim non

Beliſarij ad ſuos oratio.

Narſetis conſilii.

Iuſtiniani de Narſete litteræ.

† *In Græco, τὸν ἡμέτερον ταμίαν, quæſtorem noſtrum, aut ærarij præfectum.*

* *rectius ſic, Atq; illũ vos vniuerſos, vbi reipubl. noſtræ expediet, ſequi conuenit.*

* *Hic locus non eſt integer.*

parua cum militum manu Vrbeuetanã obſeſſum dimiſit:ipſe verò Vrbinum copias duxit,vrbem ſanè præualidam,& Gothorum præſidio non mediocri munitam: abeſt autem hæc ab Arimino diei via vnius expedito cuiquam viro emetienda. Narſes deinde Ioannesq; hunc ſequebantur,quumq; vrbi appropinquaſſent, ad collis radices binis ſeorſum poſitis caſtris (non enim ipſis inter ſe ſatis conueniebat)Beliſarij milites vrbis latus quod vergit in orientem tenebant,Narſetis verò ad occidentem conſederant. Situm autem Vrbini ad oppidum eſt in obrotundo & eminenti admodũ colle,qui tamen nec præruptus omnino neq; imperuius eſt, ſed præ multa accliuitate aditu *difficilis. Ciuitas tamen in plano ſita,& in ipſa planicie in Boream verſa,aditum habet & vnicum. Beliſarius itaq; obſidentibus hanc vrbem Romanis, dedituros ſe ſibi facilius barbaros ratus, vt periculum formidantes, oratores ad eos mox mittit,quammultis ſe hos beneficijs affecturum pollicitus,ſi in Imperatoris Romani ditionẽ venirent,idq; vt facerent monuit. Oratores verò quum portis appropinquaſſent (non enim intra vrbem hos Gothi exceperant)&ſi multa quidem & allicibilia præfati fuiſſent, loci tamen hoſtes munimento confiſi,& affatim neceſſarijs affluentibus rebus,Romanos inde abire confeſtim iuſſere. Beliſarius verò vbi hæc audiuit,ſuis ſtatim iniungit, virgas vt craſſiores colligerent, cæteramq; materiam,quibus per porticum oblongam, quam teſtudinem dicunt,vt in ea deliteſcentes inrectiq; eam ad portam contenderent, cuius è regione planities eſſet,ac inde muros aggrederentur. Narſetem interea ex amicis nonnulli mox conuenire, conuentumq; facere certiorem, & identidem admonere, rem Beliſarium fuiſſe adortum,finem non aliquando habituram,& item aſſeuerare,factu impoſſibilia quædam illum animo cogitaſſe. Iam enim Ioannem Vrbinum antehac pertentaſſe &ſi modico tunc temporis prẹſidio communitum,ſenſiſſeq; nullo pacto capi id oppidum poſſe:& ſanè ita res erant:ſed Imperatori recuperanda potius eſſe Aemiliæ loca. Hac itaq; Narſes ſuggeſtione permotus,vel Beliſario deprecante vt ſecum maneret, & vnà id oppidum caperent, obſidionem nocte concubia ſoluit,Ariminumq; agmine citato contendit. Subſequenti itaq; die,vbi dimidiam hoſtium partem abſcedere barbari conſpicantur è mœnibus,Romanorum qui reſides erant irridere identidem,cauillariq; item & ignauiam exprobrare. Beliſarij deinde militibus, qui reliqui fuerant,animo inerat muros continuè oppugnare. His itaq; ſe ad id præparantibus mira quædam & proſpera fortuna offertur.Vrbini tunc fons vnicus erat,vnde vniuerſi eius loci incolæ aquabantur:is de improuiſo ac breui exaruit, & intra tertium diem ſic prorſus aqua euanuit, vt hanc limo immixtam potarent. Qua ex re barbari territi,Romanis ſe dedere ſtatuunt. Beliſarius interim vt eius rei prorſus ignarus, muros aggredi velle & pertentare, collemque productis armatis in medium copijs cingere,& nonnullos iubere,vt compactam è cratibus machinam in ſummam collis planiciem paulatim propellerent. Tum iſti teſtudinem ſubeundo, atque hoſtem fallendo trahebant. At barbari dextera è pinnis manu protenſa,ſignoque dato pacem ſuppliciter depoſcebant. Sed Romani,vt quibus fontis caſus eſſet ille incognitus,hoſtibus prælium ac machinam ſimul terrori fuiſſe rebantur. Vtrinq; igitur bello & animo quàm lubenti ceſſatum, Gothiq; ſe atq; vrbem Beliſario his ſtatim conditionibus tradunt, vt incolumes ipſi & prorſus indemnes relinquerentur, Imperatori Iuſtiniano obtemperaturi,& cum Romano exercitu æqua & ſimili ſorte vt haberentur. Narſes itaque,quum iam accepiſſet,quæ Vrbini fuiſſent per Beliſarium geſta,calamitati ſibi hæc fore ratus,quietus ipſe Arimini manſit,Ioannẽ verò vniuerſum exercitum ducere Cæſenam iuſſit. Hi itaq; cum ſcalis ſecũ delatis,vbi præſidio demũ appro-

Situs Vrbini.

**non difficilis.*

Flabella diſsidiorum.

Narſes a Beliſario diſcedit.

Vrbini fons exaruit.

Vrbinum Beliſario deditum.

Cæſena fruſtra tentatur.

pinquarunt, confeſtim illud aggrediuntur, & muros tentando oppugnant. Barbaris verò fortiter repugnantibus, & ex Narſetis exercitu cadentibus multis, Phanitæus ſimul Erulorum præfectus occumbit. Ioannes deinde ſpe omni præſidij potiundi amiſſa, periclitari de cætero fortunam quum iam deſtitiſſet, vt cui ſat viſum capi nullo molimine id præſidium poſſe, cum Iuſtino vnà, & cæteris copijs, dimiſſa eius loci obſidione progreditur, & ciuitate tradentibus incolis ſtatim recepta, quæ Forumcornelij dicitur, ac progredienti ſibi continenter cedentibus barbaris, nec vſpiam ſecum conſerentibus manus, vniuerſam Aemiliam Imperatori recuperauit. Beliſarius interim ineunte iam hyeme, Vrbino in poteſtatem redacto, Auximum ducere inutile fore rebatur, vt qui eius in loci obſidione plurimum eſſe temporis conterendum ſuſpicaretur. nam repentè id oppidum, & vi ſubita capi non poterat, tuentibus vt magna multitudine barbaris, ira & fortiſſimis viris, & qui pleraq; antehac populati ingentem ſibi rerum neceſſariarum copiam importaſſent. Vnde Auximo per id tempus ciuitate relicta, Aretium cum magna exercitus parte Firmium hybernatum dimiſit, & ſimul iniunxit, hoſtes ſedulò obſeruaret, ne de cætero ac licenter adeo ea è regione excurſiones hi facerent, vel intrepidè vim his locis inferrent. Ipſe verò ad Vrbeuetanam duxauit exercitum. id nanque vt faceret, Perannius quidam impulerat. nam Gothis, qui hunc locum inſederant, neceſſaria defeciſſe à transfugis quibuſdam is fortè acceperat. Vnde ſpes erat, ſi ad eam neceſſitatem accederet, vt Beliſarium cum copijs vniuerſis adeſſe, & in ſe euntem viderent, facilius ſeſe dedituros, vti & factum poſtea eſt. Siquidem vbi Beliſarius Vrbeuetanam peruenit, iuſſis militibus loco idoneo caſtrametari, ipſe vrbem mox circumiuit, ſpeculaturus ſicunde illi inferri vis poſſet. Quumque viſum iam eſſet, nullo hanc pacto in ditionem vi redigi poſſe, per inſidias tamen vt caperetur, non omnino impoſſibile fore rebatur. Tumulus nanque terrenus è profundo & infima valle productus ſupereminet ſolus, cuius in ſummo faſtigio planities eſt; inferiora verò prærupta ſunt omnia. Circa hunc tumulum ad lapidis iactum pari altitudine ſaxa ab eo diſtantia ſurgunt, & perinde corona hunc circumcingunt. Sed priſci tunc homines ſupra hunc tumulum vrbem condiderant nullis vel mœnibus cinctam, vel alio quouis opere communitam, quandoquidem ſuapte natura locus vt occupari facilè poſſet, non ſatis opportunus eſt viſus. vnus nanque ad eum circumiectis è rupibus patet acceſſus, quem ſi incolæ aſſeruando inſederint, nullum aliunde vereri ab hoſtibus impetum queant. nam vt loci difficultatem omittam, vnde natura ipſa ingreſſum extruxit, vel amnis quidem accedit pro ſua magnitudine omnino inperuius, qui medium intra ſaxa obiectamque rupem & oppidum ſpatium occupat, vnde & paruo in ipſo aditu veteres illi ædificio ſtructo, portam impoſuere, quam tunc Gothi ſeruabant. Beliſarius itaque vniuerſis cum copijs ad obſidionem ſpe ea conſedit, vt aut fluminis è regione Vrbeuetanum oppidum detrimento afficeret, aut in ditionem hoſtes redigeret fame demum compulſos. barbaris tamen non omnino neceſſaria deerant, tametſi parcius his vterentur, quàm naturæ neceſſitas poſtularet: inopiæ tamen vltra quàm credi poteſt obnitebantur, ſiquidem qui non ad ſatietatem ciborum venirent, ſed in ſingulos dies ſic his vtebantur, vt non penitus inedia deperirent. Sed poſtquam demum neceſſaria prorſus his defuere, madefactis aqua tergoribus diutius veſcebantur. Arbilas nanque Gothorum præfectus vana iam diu ſpe hos coaluerat. Verùm quum iam ſe verterat annus, & meſſis tempus adeſſet, in campis frumentum ſua ſponte matureſcebat: non tamen qua prius id copia fuit, ſed longe minori, vt quod nec hominum manibus, nec boum labore ſatum humoque tectum

Æmilia ſe dedit.

Vrbeuetani oppidi obſidio.

Annonæ caritas.

fuiſſet,ſed temerè in agri ſuperficiem iactum: vnde eius pars quædam terræ vi ſota emerſerat,ipſum id tamen qnum demeteret nemo,præ nimia ſui maturitate in terram iteratò excidens renaſcebatur. Quæ res quum eundem in modum in Aemylia accidiſſet,eius regionis homines proprijs ſedibus ac bonis relictis in agrum Picenum profugerant, haudquaquam exiſtimantes eius prouinciæ loca, quia maritima eſſent, eadem omnino rei frumentariæ inopia premi. Thuſcos præterea haud ſecus & pari de cauſa fames attigerat. Ex his tamen,qui montes incolerent,frumenti in modum è glandibus commolitis confectum panem edebant: vnde vulgatis veluti in pecua morbis, vti par erat, multi mortales capiebantur, & paucis ſuperſtitibus interibant. In Picentes autem tradunt non minus quinquaginta milia hominum præ inedia interiſſe, & longe plures extra Ionicum ſinum. Qua autem morbi ſpecie & quemadmodum hi morerentur,mox explicabo. Quum enim nihil his eſſet,quo veſcerentur,extenuati nimirum omnes pallentesq; reddebantur,caroq; vt cibo diutius carens,in ſeipſa retracta cohæſerat:fel item,quum nimium abundaret, atque adeo corpora ipſa vi ſua oppreſſa iam infeciſſet, haudquaquam ſinebat ſuo è priſtino curſu in his venas defluere. Malo itaq; peruincente nil prorſus ſucci corporibus relinquebatur. Cutis præterea obdurata,corio perſimilis erat,præ ſe maximè ferens,quod impacta oſſibus inhæſiſſet,liuore iam in nigredinem commutato: vnde & homines exuſtis facibus nihil abſimiles videbanrur, eorumq; facies ſtupidior erat, toruusque & furentis aſpectus. Mortem itaque paſſim obibant,cibi partim inopia, nimia partim ſaturitate. Nam poſtquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrſus exuſſerat: ſi quis fortè eos ad ſatietatem,& non paulatim cibaſſet, vt recens nati lactari ſolent, cùm ingeſtos minus digererent cibos, celerius longe moriebantur. Fuere qui fame cogente alternis ſe eſitarent. Fœminas item duas fuiſſe tunc tradunt, quæ viros ſeptemdecim interfectos abſumpſerint.Hæ nanq;,vt ferunt,cùm ſolæ & reſides domi,cæteris mortuis ſuperfuiſſent,diuertentibus ad ſe peregrinis,noctuq; dormitantibus interfectis diueſcebantur. ſeptem itaq; ac decem diuerſis temporum ſpatijs in cibum abſumptis,octauus ac decimus,qui ad has fortè diuerterat, ſomno tunc ſubito experrectus,quum in ſe eadem,quæ & in cæteros hæ fecerant,molirentur,cognita primùm facti ab his ratione vtraſque obtruncat. Sed eò iam alibi euaſerat famis neceſſitas, vt quicquid vbiq; herbarum eſſet,celerius nonnulli adirent, & genu in terram nixi, cùm auellere has niterētur,deficientibus viribus(nam è corporibus vigor omnis abſceſſerat)porrectas ad herbas ſolo moribundi procumberent, inſepultiq; paſſim manerent,quū nemo hos humo congereret. non enim erat,qui ſepulturæ rationē haberet. Beliſarius autem, vbi Vraiam & barbaros Mediolanū obſediſſe accepit,Martinum Vliaremq; non paruis cum copijs in hoſtem mox miſit:qui vbi ad Padum fluuium peruenere, qui à Mediolano abeſt diei via, poſitis caſtris ibidem manſere,multumq; his temporis eòdem contritū,de fluminis tranſitu conſultantibus. Mundilas verò,vbi eò hos aduentaſſe cognouit,ex Mediolano Paulum quempiam & Romanū ad eos protinus miſit,qui hoſtes fruſtratus quum ad fluminis ripam veniſſet, nullū in promptu nauigium nactus,depoſitis veſtibus ſummo cum diſcrimine flumen tranauit. delatus inde Romanorū ad caſtra, Martinum Vliaremq; affatus huiuſmodi eſt. Nec iuſtè quidem,nec pro veſtrę gloriæ dignitate ipſi vos geritis,quandoquidem Romanarum rerum gratia tuendarū verbo duntaxat huc adueneritis,re verò ac factis hoſtibus vires accumulatis. Mediolanum tam ampliſſima ciuitas,quæ cæteras Italię vrbes,vt magnitudine,ita & hominum copia ac reliquis fortunæ bonis facilè ſuperat, & vt iſta prætercam, aduerſus Germanos & barba-

Panis e glande factus.

Morbi ex fame deſcriptio.

Feminæ duæ viros xvij deuorāt, ab octauo & decimo necatæ.

Legati Mediolanenſ. pro auxilio oratio.

ros alios propugnaculum eſt, & vt ita dixerim pro obice totius imperij Romani expoſita, partim antehac per Mundilam, partim per Imperatoris exercitum prodita, magnum in diſcrimen incidit: quandoquidem obſeſſa ab hoſtibus nimium infeſtetur, & vobis hoc tempore neglectui ſit. Sed quãta Imperatorem iniuria affeceritis, dicere nunc intermitto. Non enim id temporis ſinit, vt pluribus vtar, quod vtiq; potius acceleratũ depoſcit vrbi præſidium, quandiu ſpei eſt aliquid reliquum. Vos itaq; oportere nnnc duxerim ſuppetias Mediolanenſibus in tanto diſcrimine conſtitutis confeſtim ire. Quòd ſi longiore mora, & negligentia vſuri erga hos eſtis, illis quidem id eſt occurſurum, vt acerbiſſimis pœnis affecti diſpereant: vobis verò, vt hoſti Imperatoris vires prodatis. Nam proditores iure non ſolùm ſunt nuncupandi, qui portas hoſtibus patefecerint: ſed longe magis qui obſeſſis & amicitia coniunctiſſimis ferre dum auxilium queunt, id tamen vel periculum veriti, vel quia ocium potius quàm negocium malint, quum negligunt, in hoſtium ditionem hos tradant. Hæc Paulus. Martinus verò & Vliares duces, ſe ſtatim hunc ſequuturos polliciti, hominem dimiſerunt. Qui rurſum in redeundo ludificatus hoſtẽ, noctu Mediolanum ingreſſus, vt milites ipſos, ita & Romanos ad bene ſperandum hortatus, ad ſeruandã erga Imperatorem fidem maximè confirmauit. Martinus tamen, ac cæteri, qui circa ſe erant, Mediolanenſium nulla de cætero habita ratione, in ſegnitiem ac ſocordiam prorſus relapſi, haudquaquam ſe loco mouere, in eaq; plurimum temporis negligentia terere. Sed Martinus vt moræ cauſam excuſaret, in hanc ſententiam literas Beliſario ſcribit. Huc idcirco nos miſeras, vt Mediolani periclitantibus noſtris opem auxiliumque ferremus: Nos verò vt iuſſeras, ad Padum vſque flumen † peruenimus, quem tamen tranſire exercitus hic noſter veretur: quandoquidem magnas Gothorum copias, cum hiſque ingentem *Burgundionũ multitudinem in Liguria eſſe accepimus, quibus cùm haudquaquam bellum ex æquo nos gerere poſſe exiſtimamus. Iube itaque Ioannem Iuſtinumque, qui Aemyliano in agro, & nobis proximi ſunt, ſuis cum copijs nobiſcum id vt periculum ſubeant. Hinc enim ſi iunctis in hoſtem exercitibus imus, noſtra hunc cum ſalute aliquo afficere malo poterimus.

Martini ſocordia.

Litera Martini ad Beliſarium.

† maxima feſtinatione peruenimus. ſic in Græco.

** βουργουζιώνων.*

Beliſarius itaque literis Martini perlectis, Ioannem Iuſtinumque iubet, Martini ſimul cum copijs agmine citato Mediolanum contendere. Illis verò facturos ſe quippiam Narſetis iniuſſu negantibus, ad Narſetem epiſtolam dedit huiuſmodi: Vniuerſos Imperatoris exercitus vnum eſſe corpus exiſtimato: quos ſi fortè vt hominis membra non vnum ſentire contigerit, ſed ſeorſum abinuicemque diſiunctos gerere aliquid velle, nobis proculdubio id relinquetur, vt eorum quæ deceant quum nihil egerimus, vtrique ſimul diſpereamus. Quocirca * relicta, quę nec munimenti quippiam habet, nec Romanis nunc queat rem vllam afferre, quæ magni ſit momenti futura, Ioanni Iuſtinoque imperato, confeſtim vt rectà cum Martini, quæ ad Padum ſunt, copijs ſibi propinquioribus Mediolanum in hoſtes contendant: ſiquidem ad barbaros ſuperandos, liberandamque eam obſidione vrbem ſatis ſint valituri. Apud me nanque nullæ ſunt reliquæ, quas deſtinem, vires. Accedit etiam, quod inutile duxerim, vt apud me ſi qui fortè ſunt equites, Mediolanum hinc abeant. nam & plurimum eſſet temporis conterendum, & tardius longe, quàm oporteret, † ad nos demum redirent, nec equis poſſent aduerſus hoſtes * vt itineris longitudine defatigaris, ſi ſtatim cũ his eſſet acie conſligendum. Cęterùm * ſi noſtri vnà exercitus iuncti Mediolanũ conceſſerint, & vti par eſt, hoſtes peruicerint, in Aemyliam nemine prohibente iteratò ſe conferent. His literis Narſes perlectis, Ioanni Iuſtinoq; imperat, cum altero ad Padũ exercitu ſuas vt iungerent copias, & Mediolanũ confeſtim abirent.

Epiſtola Beliſarij ad Narſetem

** in Græco, Aemylia relicta.*

† vti

** in Græco ſic, eam ad vrbẽ venirent, ſcilicet Mediolanum.*

† in Græco, ſi Martini & Vliaris milites Mediolanũ, &c.

Ioannes

Mediolanenſes ſcelerate negliguntur.

Ioannes verò per maritima loca extemplò dimiſsis, qui in Padum ad traijciendum exercitum acates inferrent, ad iter ſe præparabat: & ex Aemylia quũ demum mouiſſet, morbo in via corripitur, qui vtiq; rem omnem interpellauit. Nam dum interea Martini milites ad tranſitum ſegniter ſe haberent, Ioannisque copiæ ægrotantis rurſum Narſetis iuſſa opperiuntur, plurimum Gothi in ea Mediolani obſidione temporis terunt, & qui intra vrbem incluſi obſidebantur, admodum fame oppreſſi, & vrgente nimium malo, canibus muribusque, & cæteris item obſcœnis, quæ antea nunquam mortalibus in eſum fuere, diueſcebantur. Gothi interea, qui eam obſederant vrbem, ad Mundilam Romanorum præfectum oratores legarunt, ſeſe ac Mediolanũ his ſibi vt conditionibus dederet, vt ipſe imprimis ſuiq; milites cuiuſuis mali expertes relinquerentur. Tum ille ita ſe facturum ſpopondit, ſi modò vt ſibi ſuisq; militibus, ita & ciuibus ipſis futuræ indemnitatis ac ſalutis fidem darent. Militibus deinde in concionem vocatis, orationem huiuſmodi habuit: Si qui hominum vnquam, quũ turpiter his viuere licuiſſet, cum gloria mortem oppetere maluerunt, & cum momentanea quadam & breui ſalute decentiorem vitæ finem & laudabilem cõmutare: ex eorum equidem numero in præſentia vos eſſe peruelim, nec pro viuendi cupiditate per ignauiam vitam hanc ducere. Et vobis præcipuè, vt Beliſarij diſciplina inſtructis, nil penitus conuenit, nec planè fas eſt, non plurimum fortitudine valere & audacia. Nam & in lucem prodeuntibus vniuerſis, haudquaquam ſimilis eſt vitæ finis, & mortis genere ipſo, vt in alijs multis inter ſe differunt homines.

Mundilæ ad ſuos oratio.

Siquidem vel ignaui imbellesq; contumelijs primùm affecti, & riſum de ſe hoſtibus exhibendo, ad præſtituta per ſuperos tempora, fatum nihilominus complent: quod tamen generoſis & fortibus viris, cum virtute & optima abundantiq; gloria, ipſum vt id patiantur, cõtingit. Et vt iſta præteream, ſi Mediolanenſibus iſtis ſalutem afferentibus nobis, barbarorum vtcumque ſubeunda ſeruitus ſit, veniam allatura forſitan eſſet aliena per nos parta hæc ſalus. Quòd ſi Romanos oporteat viros, tantam hominum vt multitudinem ſpectent, hoſtium trucidari: quis non deniq; fateatur, quouis mortis genere id nobis acerbius fore? Nam ſi barbaris ſumus id vt faciant permiſſuri, videbimur profectò tam atrox facinus cum his confeciſſe. Quandiu igitur noſtri compotes ſumus, noſtriq; iuris, & virtute ſat poſſumus neceſſitatem ornare; glorioſam quæcumq;, acciderit, fortunã ducamus. Oportere itaq; duxerim, armis vt ipſi quamoptimis cõmuniti agmine facto, in hoſtes improuidos irruamus. nam ex duobus alterum nobis reliquum erit. aut enim nobiſcũ fortuna longe melius aget quàm fortè ſpes ſit: vel felicem ipſi exitum cõſequuti, à præſentibus malis ſumma cum gloria nos vindicabimus. Poſtquã Mundilas finem dicendi fecit, militum nemo id ſubire diſcrimen velle, ſed tergiuerſari protinus omnes, atq; adeo vt hoſtibus, quemadmodum poſtularant, ſeſe ac ciuitatem mox proderent. Quos barbari nulla in præſenti affectos iniuria, vnà cum Mundila præfecto in cuſtodijs habuere. Mediolanum verò ampliſſimam vrbem ſolo æquatam delent, in eaq; virorum trecenta milia ſine vllo ætatis reſpectu trucidant: fœminas verò ſeruitiorum in morem abductas Burgundionibus dono dedere, vt promeritas his gratias redderent pro inita ſecum belli ſocietate. Reparatum verò, qui ad Romanos defectionis cauſa fuerat, inuentum comprehenſumque, & minutatim conciſum, vorandum canibus abiecere. Birgentinus tamen eiuſdem non expers noxæ (nam & is Mediolani tũc aderat) fugiens in Venetos abijt, indeq; ſubſequentibus ſuis in Dalmatiam venit, & ex ea prouincia ad Imperatorem ſe Byzantium contulit. Ingens nimirum ex Mediolani iactura Romanis per id tempus vel hæc acceſſit calamitas, Gothis præſertim omnia occupantibus, quæ

Mediolani triſtis occupatio & euerſio.

ipſorum præſidijs tenebantur, & vniuerſa potitis Liguria. Martinus intereæ
Vliaresq́ue præfecti cum exercitu Romam ſe contulere. Beliſarius verò ad-
huc eorum ignarus, quæ in Liguria accidiſſent, exacta iam hyeme, vniuer-
ſis cum copijs quum in agrum Picenum mox duceret, in ipſo itinere cogni-
tis, quæ Mediolani paulo antè contigerant, maximo in luctu ac diu fuit: nec
de cætero permiſit Vliarem, quem tantæ cladis cauſam fuiſſe exiſtimabat,
in eius conſpectum venire, & quemadmodum ſe res habuiſſent Impera-
tori ad verum cuncta perſcripſit. Is verò acceptæ calamitatis ob gratiam,
nemine è ſuis offenſo, Beliſarij tamen & Narſeris accepta diſſenſione, Nar-
ſete ad ſe reuocato, Beliſarium vniuerſo bello & ſolum præfecit. Narſes
itaque paucis ſecum militibus ductis, Byzantium redijt. Eruli verò ex Italia
excedente Narſete, ſub quo antea militarant, vel Beliſario pollicente, ab
Imperatore pleraque his bona fore, ſi apud ſe reſtitiſſent, manendum haud
quaquam duxere: ſed coëuntes in vnum omnes ad iter parati in Liguriam
eunt, & in Vraiæ exercitum quum incidiſſent, captiuos omnes & cæteram a-
nimantium prædam, quam ſecum abduxerant, hoſtibus tradunt, ab hisq́ue
ingenti accepta pecunia, iureiurando ſe obſtrinxere, nunquam de cætero
Gothos oppugnatum venturos, vel cum his conſerturos in bello manus.
Hunc illi in modum ab his pacificè diſcedentes, ad Venetię loca venere, vbi
Betalione conuento, eorum cœpit hos pœnitere, quæ in Imperatorem &
Beliſarium deliquiſſent, delictiq́ue gratia deprecandi, Viſandro ex præfe-
ctis altero ibidem cum ſuis dimiſſo, cæteri omnes Byzantium deuehuntur,
Aliuth ducibus Philimuthq́ue, qui mortuo Faniteo, Erulorum obtinuit prę-
fecturam. Vittiges interim, & cæteri circa ſe Gothi, vbi Beliſarium accepere
ſimulac Ver incœpiſſet, aduerſus ſe & Rauennam venturum, trepidare tunc
maximè, & de præſentibus inter ſe conſultare: conſiliaq́ue quum diu agitaſ-
ſent, (non enim ſe ſolos bello pares Romanis fore arbitrabantur) optimum
factu rati, barbaros ſibi in auxilium conſociare, abſtinere tamen à Germa-
nis vt fraudulentis & aliàs infidis præſidium petere, vel ſaltem ab ipſis his
impetrare, vt neutris fauendo à pugna procul abeſſent. Ad Bachem Lon-
gobardorum tunc principem oratores dimittunt, oblataq́ue ingenti pecu-
nia ad belli ſecum ineundam ſocietatem hortantur: qui vbi Bachem Impe-
ratori & amicum & ſocium eſſe intellexere, re infecta diſcedunt. Vittiges i-
gitur ex præſenti rerum conditione conſilij inops, & animi prorſus incer-
tior redditus, ſeniorum ad ſe continenter multitudine conuocata, crebrò ab
his ſciſcitari, & identidem petere, quid nam ſibi agendum iam eſſet, vt re-
ctius ſe res ſuæ haberent. Sed variæ ab his, qui ad concilium venerant, ſen-
tentiæ dicebantur, haud tamen præſentibus rebus conuenientes: nonnullæ
tamen prolatæ, aliquid præ ſe momenti ferentes, quas inter & illud aſſertũ,
Romanorum Imperatorem, quamdiu antehac ſibi in Heſperia barbaros op-
pugnandi facultas fuiſſet, ni forte ex inducijs antea factis id ſibi vt faceret
haudquaquam fas eſſet, barbaros omnes & Mauruſios diſperdidiſſe, in Go
thosq́; ipſum id effeciſſe. Quòd ſi quis illi hoc tempore Medorũ regem ho-
ſtem reddiderit, haudquaquam Romanos, ſi cum hac gente geſſerit bellum,
cum vllo mortalium de cætero pugnaturos. In hanc ſententiam quum Vitti-
ges & cæteri inclinaſſent, viſum eſt demum ad Choſroem Medorum regem
mittendos legatos eſſe, non Gothorũ ex natione, ne forte ea ex re proderen
tur, atq́; adeo perturbarentur quæ gerenda tunc eſſent: ſed Romanos non-
nul los, qui Choſroem adirent, & infenſum Iuſtiniano hunc redderẽt. Vnde
ſacratos duos ex Liguria viros, ad id operæ nauandũ vi magna pecuniarum
corrũpunt: quorum alter vt dignitate pręſtantior, & epiſcopi nomen ſorti-
tus, oratoris munere fungebatur, alter hunc vt miniſter ſequutus. Per hos
itaq;

Narſes a Iuſtiniano reuocatur

Eruli a Romanis deficiunt.

Baches Longobardorũ princeps

Conſiliũ de Perſis contra Iuſtinianum concitandis.

Epiſcopus ad Choſroẽ legatus.

itaq; literas ad Choſroem perferendas Vittiges miſit, quibus Choſtoes deniq; perſuaſus, malis ingentibus eius regionis Romanos affecit. Iuſtinianus verò, vbi primùm Choſrois conatus in ſuos factos accepit, Italiæ & occidentis finire bellum conſtituit, Beliſariumq; ad ſe reuocare, vt aduerſus Perſas ductaret exercitum. Et Vittigis ad ſe oratores (nam adhuc Byzantij erant) dimittit, viros ex ſuis Rauennam ſe miſſurum pollicitus, qui cum Gothis fœdus conficerent, in rem vtriſq; futurum. Quos poſtea Beliſarius oratores, quum ad ſe primùm veniſſent, haudquaquam prius dimiſit, quàm Gothi Iuſtiniani ad ſe legatos dimitterent. Iamq; hyems ſe circumegerat, quartusq; huius belli annus finiebatur, quod vtiq; Procopius ſcripſit. Beliſario autem animo inerat Auximum Feſulasq; imprimis delere. Vnde Cyprianum Iuſtinumq; ſuis cum copijs & Iſaurorum nonnullis Feſulas miſit, peditesq; ex ea cohorte quingentos, cui Demetrius præerat, qui omnes circa eius loci præſidium caſtrametati, barbaros in eo tutando impoſitos obſidebant. Alterum vero exercitum, quem Ioannes ductabat, ad Padum flumen tranſmiſit, diligentiusq; vt curarent iniunxit, ne ex Mediolano Vraias Gothorum præfectus cum ſuis in ſe aduentaret. Quòd ſi hoſtium propulſare inſultus nequirent, ſenſim pedem referrent, & à tergo hoſtes clam ſequerentur. Hi igitur protinus abeuntes, Dertonam flumini propinquam vrbem nullis munitam mœnibus nacti, poſitis ibidem caſtris vnà conſtitere. Beliſarius deinde vndecim milium hominum exercitum ductans, ad Auximum vrbem contendit: quam ſatis conſtat in agro Piceno præſtantiorem cæteris eſſe, quippe quam Romani Metropolim vocant. Abeſt autem hæc ab Ionico ſinu ad ſummum ſtadijs octoginta, & in edito colle eſt ſita, aditum ad ſe nullum à planicie habet, vnde & hoſtibus eſt omnino imperuia. Eo in loco Vittiges quicquid inter Gothos roboris erat, in præſidium collocarat, Romanos ratus, niſi prius hanc ceperint vrbem, Rauennam exercitus ducere non auſuros. Sed poſtquam Romanorum copię Auximum peruenerunt, ad collis radices & vndequaq; caſtra vt ponerent, imperatur. Illis verò pagatim caſas & diuerſim per turmas fugientibus, cùm conſpicati eos ex edito Gothi fuiſſent, longis abinuicē interuallis & ſolutis ordinibus cōſtitiſſe, ita vt ſibi alternis auxilia ferre, vt patentiore in campo, haud facilè poſſent, de improuiſo & circa ſerum diei è regione vrbis in orientem vergente, in hoſtem impetū faciunt: quo fortè adhuc Beliſarius quum caſtra locaret, cum armigeris ſuis paratus adſtabat: qui ſtatim armis deſumptis in ſe aduētantes acrius impugnatos, ac demum reiectos in fugam verterunt, fugientesq; inſequuti ad collis mediū peruaſere: vbi quum barbari ſe conuertiſſent, vt loco munito confiſi, ſe inſectantibus occurrendo, fugam deniq; ſiſtunt, multosq; è Romanis vt hoſtem iam ſubeuntibus ex edito ferientes tamdiu obtruncant, quoad nox ſuperueniens cædem interpellauit. Sic demum prælio intermiſſo diremptoq;, per eam vtriq; noctem in peruigilio perſtitere. Superiore autem ante hanc pugnam die, Gothorum quidam prima luce commeatus gratia importandi ad circumiecta eadem è regione loca, per ſuos miſſi diſceſſerāt: qui de hoſtium aduentu certiores nil antè facti, quum noctu redirent, conſpectis Romanorum mox ignibus, admiratione ſimul & formidine perciti, tum primū hærere: nonnulli deinde periclitando & audendo hoſtes fruſtrati, eadem Auximum nocte ingrediuntur: qui verò ſubito pauore correpti in proximis ſyluis delituere, vt Rauennam ſe inde reciperēt, non longe pòſt, quum in hoſtium poteſtatem veniſſent, cęſi procubuere. Beliſarius verò, quum fermè animaduerteret Auximum præualidam eſſe ac munitiſſimam vrbem, & eius ſe non alicunde poſſe muros inuadere, haudquaquam rebatur, vi ſe hunc locum quandoq; capturum: ſperabat tamen arctius obſidendo, redacturum ſe tan-

Initium V anni belli Gothici.

Auximi ſitus & obſidio.

dem hoſtes ad rerum neceſſariarum inopiam, & hos ſubacturum non longo pòſt temporis interuallo.

Obſidentium & obſeſſorum ſtrategemata.

Et erat fortè haud procul à muris ager, qui ſua ſponte herbas affatim ferret, quę vtiq; Romanis item & Gothis quotidianæ pugnæ cauſam præbuere. Romaui nanq;, quum has deſectum ire, equorum in pabulum Gothos viderent, curſu citato in collem euadere, & conſertis cum barbaris manibus operam nauando præ ſe virtutis ſpecimen ferre, ita vt equitibus hoſtium plerunque cæſis, pabulari cæteros non liberè ſinerent. Barbari itaq; Romanorum aſtu ac viribus ſuperati, id demum excogitarunt. Demptas è plauſtris cum axibus rotas in ſummo collis paratas ſiſtunt. Ipſi interea pabula deſecare incipientes, quum ad collis medium ſuperaſſe Romanos vidiſſent, rotas confeſtim in ſubeuntium capita vi magna ac supernè compulſas deferri ſinebanr. Quumq; id ſæpè contingeret, ac ad infimam rotæ vallem delatæ neminem offenſarent, & barbari ſua ſpe falſi, fuga ſe intra muros reciperent, aliam inde tuendi ſe viam aggrediuntur. Ex ſua phalange, quæ fortè tunc mœnibus fuerat propinquior conſtituta, delectos quoſdam in inſidijs locant: & quum interea qui pabula demetebant, è ſuis nonnulli comparuiſſent, & cum Romanis iam manus conſeruiſſent, exorti ex inſidijs ſtatim qui delituerant barbari, in hoſtem proſiliendo, dum multitudine ſuperarent, & territando ne vltra progrederentur, quammultis occiſis in fugam cæteros auertere. Romani verò è caſtris omnia conſpicati, cùm ex inſidijs barbaros peruidiſſent in ſuos protinus euadentes, & clamore ingenti ſocios ad ſe reuocarent, nil prorſus proficiebant, ab his nimirum vt pugnæ intentis, & à ſuis longo diſtantibus interuallo, nullo pacto illorum exaudiri poteranr voces.

Procopius Beliſario conſiliũ dat.

Beliſarium Interim, vt in re trepida hæſitantem, Procopius qui iuxta tunc aderat, & hunc librum conſcripſit, hunc in modum affatus eſt. Nónne Imperator aduertis, in prælijs nil quicquam apertè poſſe clamoribus denunciari, tum armorum præ crepitu, tum bellantium ſenſibus præ turba ac formidine occupatis? Age pro vetuſto Romanorum more, tubicines para, qui tubis modulos bifariam ædanr, alterum qui iubenti hortantique ad prælium perſimilis ſit, & milites in pugnam compellat, alterum qui è pugna ſe in caſtra recipiant, iubeat. Beliſarius igitur Procopij ſuaſionibus delectatus, vniuerſo ad ſe exercitu conuocato, orationem huiuſmodi habuit.

Beliſarij ad ſuos oratio.

Animi promptitudinem milites tamdiu eſſe profuturam exiſtimo, & magna laude dignam, quamdiu moderatior ſit, nec ſe poſſidentibus iacturæ quid afferat. Nam & bona omnia cùm nimia fuerint, in deteriora verti conſueuere. Cauendum itaque id maximè eſt, ne contentioſa vos audacia fallat. fugere nanq; qui mala ſit ingeſturus, nullum profectò in dedecus cedit: qui verò in promptiſſimam ſeſe calamitatem ingeſſerit, vel ſi incolumis fiat, dummodo res ita eueniat, temeritatis eſt proculdubio & dementiæ incuſandus. ſtrenuus verò & generoſus habebitur, ſi cùm neceſſitas cogit, virilem ſe præbeat. Barbari quidem cum pari nequeant Marte vobiſcum pugnare, per inſidias perdere conniruntur. Sed vos longe magis culpandi, qui ſubire diſcrimen mauultis, quàm eorum dolos vitare: ſiquidem nil eſſe turpius conſtat, quàm ſe hoſtium voluntati permittere. Per me igitur ne in iſtorum de cætero inſidias præcipitetis, curabitur. Veſtrûm autem erit, cùm primùm receptui ſignum ædidero, citato curſu ad caſtra redire. hæc autem ſignificatio tuba fiet. His dictis Romani conſpectis circa pabula hoſtibus, quamcelerrimè in eos impetum faciunt, ex hiſque prima incurſione nonnullos obtruncant, ex quibus & inter cæteros vnum Mauruſius conſpicatus aurea veſte indutum, comprehenſum à crinibus ſpoliandi cadaueris gratia per terram trahebat. In hunc vir Gothus alius quidam pilo immiſſo traiectum denique cum cadauere ipſo coniunxit.

Nihilominus

Mirum Mauri cuiuſdã facinus.

Nihilominus à crinibus mortuum Maurusius trahere, ſecumq́ue enixè deferre. Interea barbari, qui in inſidijs erant, tum ſurrexere: quos Beliſarius è caſtris vt primùm proſpexit, pedites, quibus id fuerat negocij demandatum tuba vt canerent iubet: tum milites claſſico reuocati, ſtatim ſe retro ad caſtra recipiunt, & Maurusinm telo traiectum mox referunt: quos Gothi nil auſi inſectari, re infecta diſcedunt. Tempore autem progrediente cum rerum neceſſariarum inopia plurimum laborarent, inter ſe conſultabant, quẽadmodum Vittigi ſignificarent, quo apud ſe statu res eſſent. Cumq́ue nemo id ſibi muneris delegari facilè pateretur, vel auderet id adire diſcrimen (nõ enim ſe obſidentes latere, qui mitterentur, poſſe rebantur) arte vſi hac ſunt.

Strategema obſeſſorũ Auxim.

Nocte concubia quadam, & suboſcura attentius obſeruata, præparatisq́ue quos ad Vittigem ire iam animo deſtinarant, hisq́ue in manus traditis litteris ad hunc deferendis, cum multum noctis iam eſſet, ingenti omnes ac vario barbari clamore vociferari ac ſtrepere, atque adeo, vt crederet quiſpiam trepidanter hos perturbari, hosteſq; his ipſis, vt capra in vrbe, inſiſtere. Cum itaque nil poſſent Romani quoquam pacto, quid nam gereretur, coniectura percipere, ex Beliſarij ſententia omnes caſtris ſe continere, & ex oppido ſuſpicari aliquid parari inſidiarum, vel Gothorum aliunde exercitum hoſtibus opem laturum in ſe aduentare. Quæ omnia veriti, exiſtimabant longè ſibi melius fore, vt in tuto manerent, quieſcendoq́ue incolumes ſeruarentur, quàm in apertum diſcrimen, & nocte præſertim luna deficiente obtenebrata irruere. Sic itaque barbari hoſtibus fruſtra iam habitis, quos animo deſtinarant, Rauennam miſere. Qui cum hoſtium nulli in conſpectum veniſſent, poſt diem tertium Vittigem adeuntes, huic litteras tradunt, in hanc ſententiam ſcriptas.

Obſeſſorum ad Vittigẽ littera.

Dum in Auximi nos præſidium ô rex collocares, facilè affirmaſti, non ſolum nobis Rauennæ claues, ſed totius imperij te commendaſſe: vnde & id nobis iniunxeras, totis vt id oppidum viribus ſeruaremus, ne pro noſtra virili Gothorum hoſtibus traderemus imperium. Aſſeuerabas præterea, cum omni exercitu vltro te affuturum, ſi ope tua indigeremus. Nos verò ad id temporis fame partim opprimimur, partim per Beliſarium oppugnamur, fidosq́ue cum ſatis iam conſtet tui nos eſſe regni cuſtodes, tu tamen noſtri nulla habita ratione, nondum afferre ſubſidium ſtatuiſti. Caue ergo ne fortè Romanis claues has detrahentibus, eorum quos ita contemnis, in hac concluſione & commeatus penuria, teneri corpora haudquaquam de cætero queant. Vittiges verò litteris ſtatim perlectis, dimiſſisq́ue nuntijs, extemplo ſe pollicetur Auximum cum vniuerſo exercitu aduenturum.

Vittiges ſuos negligit.

denique animo pleraque agitando, nec quippiam exequendo conquieſcebat, Ioannem veritus, ne poſt terga ſe inſectando in medium cogeret vtrinque cædendum. Ad id accedebat quòd bellicoſiſſimos viros totius Romani exercitus robur, apud Beliſarium eſſe exiſtimabat, qua ex re nimiũ terrebatur, Sed omnium maximum fames hunc perturbarat, cum minus haberet, vnde exercitibus neceſſaria ſumminiſtraret: cum Romanis, vt mare iam poſſidentibus, & habentibus Anconæ præſidium, ex Sicilia commeatus, Calabriaque abunde in caſtra facile quidem ac ſuo tempore deportarent: Gothis vero in agro Piceno tunc militantibus neceſſariarum rerum nil quippiam eſſet, nec ſatis ſuccurreret, vnde nam ſuppeditari victus his poſſet. Itaq; his anxius curis conflictabatur. Iam verò Auximum redierant nuncij, & Vittigis promiſſa retulerant, atque adeo vana ſpe confirmauerant barbaros. Sed his omnibus ex transfuga quodam Beliſarius cognitis, diligentius cuſtodias fieri iniunxit, ne quis id ipſum eſſet iteratò facturus. Cypriani autem, Iuſtiniq́ue copiæ Feſulas obſidentes, nec muros quidem aggredi poterant, nec his prorſus appropinquare. Erat nanq; id oppidum vndequaque

Feſulana obſidio

aditu difficile. Sed barbaris crebro iam erumpentibus, & volentibus bello decernere potius, quàm rerum neceſſariarum inopia premi, cominus tum primum pugnatum: deinde cum ſuperiores Romani euaderent, concluſos intra mœnia hoſtes diligenter adeo aſſeruabant, vt inde nemini deinceps exeundi poteſtas fieret. Barbari igitur inopia commeatus affecti, & ex præſentibus rebus incerti, quid acturi nam eſſent, Romanos rurſum fruſtrati ad Vittigem mittunt, qui enixiſſimè precarêtur, ſtatim ſibi vt opem & auxilium ferret, & ſimul denuntiarent, haudquaquam ſe hoſtibus reſiſtere de cætero poſſe. Vittiges itaque Vraiæ mox iuſſit, cum eo, quem * in Ligures haberet, exercitu, in Picenum ſe agrum conferret, nuntiiſque ſe affirmauit eum vniuerſis Gothorum propediem copijs, obſeſſis ſuppetias aduenturum. Vraias itaque Vittigis iuſſu Picenum verſus è Liguria exercitum mouit, traiectoque Pado quamproximè Romanorum ad caſtra peruenit, ibique & ipſe ſtationibus communitis hoſtium ex aduerſo conſedit, & ab his haud longius ſtadijs ſexaginta. neutris tamen pugnæ initium factum, Romanis ſatis fore ducentibus, ſi impedimento hoſtibus eſſent, ne ad obſeſſos quoquam pacto accederent: barbaris verò eôdem manentibus, & voluntantibus animo, quemadmodum eum hoſte pugnarent, ne fortè ſi re male geſta, ea pugna deuicti, ſpe fallerentur, Gothorum res funditus perderent, quippe qui ne coniunctis quidem cum Vittige copijs obſeſſis fint aliâs opitulatum venturi. His itaque ſic varia ſentientibus, nihil vtrinque innouabatur. Franci interea certiores iam facti, Gothorum vires aſſiduis fuiſſe bellis debilitatas, per eoſdemque facilè ſibi confiderent maximam ſe Italiæ partem vendicaturos; moleſtè ferebant, ſi tamdiu de eius prouinciæ principatu hi bello decernerent, quæ ſibi eſſet tam proxima, ipſi verò quieſcendo & ſegniter omnia peragendo nil cuiquam negocij exhiberent. Extemplo itaque iuriſiurandi & fœderum prorſus obliti, quæ pauloantè vt cum Romanis, ita & Gothis iniuerant, (eſt nanque ea hominum natio ad fidem prodendam cæterorum mortalium longè promptiſſima) ad hominum milia centum contracto exercitu, Theodiberto duce in Italiam veniunt. Sed maiorem in partem hi pedites erant, perpauci equites, & hi quidem haſtati, cæteri verò nec arcus quidem, nec tela geſtantes; ſed enſem & clypeum ſecurimque, cuius ferrum craſſius erat & vtrinque acutum, haſta vero breuior admodum. hanc Franci ſecurim in primo ipſo congreſſu in hoſtem iacere cõſueuerunt, & eo impetu, vt hoſtium ſcuta perfringant, & ipſos ſimul interimant. Sic Franci Alpibus ſuperatis, à Gallis Italos dirimentibus, in Liguriam peruenere. Quorum leuitatem & audaciam primi omnium Gothi, qui in Liguria erant, nimium demirati, moleſtè hos & grauiter ferre, quòd cum & loca ipſi his pleraque & pecuniarum vim maximam polliciti antehac ſæpe pro ineunda ſecum ſocietate fuiſſent, adduci nũquam potuerint, pro ipſorum Gothorum promiſſis, quicquam vt rei exequerentur, nunc vltrò in Italiam veniant. Sed Gothi, qui in Piceno conſtiterant, vbi Theodibertum Francorum ducem maximis adeſſe cum copijs accepere, animo exhilarati, ſpeque optima freti maximum in modum efferri, & nullo negocio ſuperaturos ſe Romanos putare. Franci verò in Liguria quum interim eſſent, nil prorſus Gothis moleſtiæ intulere, ne Padi ſe tranſitu prohiberent: vbi verò ad eam Picentium partem ſe contulerunt, cuius flumini veteres Romani conſtrato pontem impoſuere, eius loci cuſtodes cum alia pleraque benignè his præbuiſſent, vt Padum ſimul traijcerent pro arbitrio ac liberè permiſerunt. Tum Franci ponte præoccupato, & præſidio in poteſtatem redacto, vxores liberoſque Gothorum, quos ibi deprehenderant, immolare: in eoſque acrius deſæuire, corporaque in belli primitias in flumen iacere. Nam barbari hi, etſi Chriſtum iam colerent, pleraque tamen priſcæ opinio-

In Liguria.

Franci de Italia inuadenda cogitant.

Theodibertus rex Francorum Italiam ingreditur.

Francorum immanitas.

opinionis & cultus vel ad id temporis ſeruant. nam & hoſtijs vtuntur humanis, nec piè quidẽ, nec pro vera religione ſacrificando vaticinijs ſtudent. Gothi itaq; quæ gerebãtur, animaduertiſsiignauitet mox trepidare, & ad fugam intenti ſeſe intra muros recipere. Franci demũ flumine Pado tranſmiſſo, Gothorum ad caſtra ſe conferunt: qui vtiq; volentes & hilares paulatim hos ad ſe adeuntes perbenignè ſuſcipiunt, rati quidem iungendorum fœderum gratia hos ad ſe peruenisse. Poſtquam verò Gothorum caſtra magnis Franci agminibus inuaſere, multitudine freti, inferre his bellum cœperunt, ſecuresq; iaculando ingenti iactura afficere. Vnde mox Gothi caſtris exuti ſeſe in fugã proripiunt, per mediaque Romanorum caſtra vadentes, rectã Rauennam & curſu citato contendunt. Quos fugientes Romani protinus conſpicati, Beliſarium adeſſe rebantur, & captis hoſtium caſtris ſibi opitulatum veniſſe, ex hisq; vt bello victorem barbaros eieciſſe. Eunt itaq; vno agmine omnes, ſeſe vt Beliſario iungant, & celeri curſu & inexplorato armati mox prodeũt. Hoſtium deinde, nil tale quippiam opinati, quum in exercitum incidiſſent, nec retro poſſent, quã venerãt, ſe quoquam pacto recipere; in Thuſciam omnes fuga contendunt. Quò demum vbi eſt ventum, & in tuto iam conſtitere, Beliſarium de his faciunt ſtatim, quæ ſibi acciderãt, certiorem. Franci igitur Gothis, vt diximus, Romanisq; ſuperatis, captisq; duorum exercituum, ſed ſine milite, caſtris, inuentam in his rerum neceſſariarũ affluentiſſimam copiã præ hominum multitudine breui abſumunt: quumq; eius regionis in locis igne ferroq; vaſtatis, præter boues & Padi fluminis aquam nil prorſus aliud quippiam in cibum potumúe haberent, bouillisq; carnibus ingurgitati, & aqua abundè epota, digerere affecto iam ſtomacho cibũ nequirent, ventris ſtatim profluuio dyſenteriæq; morbo eorum pars maxima capitur. Quo malo cum haudquaquam liberari præ rerum neceſſariarum inopia poſſent, tertiam ferunt Francorum exercitus partem interijſſe. vnde cum ad progrediendũ nulla vis eſſet, eòdem manſere. Beliſarius verò cum Francorum exercitum adeſſe intellexiſſet, Ioãnis Martiniq; copias victas fugatasq; eſſe, incertus quid ageret, angebatur: vt qui cæteris copijs non parum timeret, & his præcipuè, quæ Feſulas obſiderent, vt quibus propinquiores eſſe barbaros accepiſſet. Itaque ſtatim Theodiberto Francorum duci litteras huiuſmodi ſcripſit. Virum equidem, ô Theodiberte, qui virtutis ſibi quippiam vẽdicet, mentiri ac fidem fallere nequaquam decere exiſtimo, & eum præſertim, qui tantæ ſit multitudinis princeps. quin etiam iuſiurandum litteris traditum violare, pactionesq; recens factas contemnere, nec abiectiſſimis quidem hominibus fuerit non indecorum. In his omnibus quantum deliqueris, ſatis iam noſti, & eo magis, quo & bellum aduerſus Gothos nobiſcum vnà te ſuſcepturum promiſeras. Nunc verò ne noſtrum vtriſque auxilium ferres, non ſolũ haudquaquam procul & ſeorſum aliquo conſtitiſti in loco, ſed armis temerè ita deſumptis, nos oppugnatum nunc venis. Deſine ergo nobis arma inferre, & maximum Imperatorem laceſſere, & eum afficere in præſenti iniuria, qui vicem reddere maioribus in rebus ſat queat. Conſtat ſanè id longe eſſe præſtantius, ſua vt quiſque ſecurè poſſideat, quam dum aliena nimium appetit, vel de neceſſarijs admodum rebus periclitetur. Hac Theodibertus perlecta epiſtola diu animo fluctuatus, cognita ſui temeritate, atque adeo grauiter ferens, quod nulla de cauſa, & deuaſtata in terra tot hominum iactutam feciſſet, cum his qui ſibi reliqui fuerant, protinus mouit, & domum raptim abire contendit. Poſt huius receſſum Ioannis Martinique copiæ Feſulas reuertuntur, ne quem fortè in ſuos, qui id adhucoppidum obſederant, inſultum barbari facerent. Gothi interim, qui Auximi erant, de Francorum diſceſſu facti haud dum certiores, ſpei demum ex Rauenna auxiliorum tam feræ diffi-

Frãci Gothos exuunt per fraudem exuunt.

Romanorum error.

Franci lue pereunt.

Beliſ. ad Francorum regem epiſt.

Theodiberti ex Italia diſceſſio.

ſi, iterato Vittigem obteſtandi percupidi, cum haudquaquam fallere hoſtium cuſtodias poſſent, iſtiuſmodi nacti ſunt rei conficiendæ occaſionem. Erat cum Romanis ad proximam vrbis cuſtodiã deſtinatis Beſſus genere quidam Burgentius nomine, ſub Narſete Armenio conſtitutus. hunc Gothi &

Burgentius proditor Gothorum litteras curat.

ſolum die medio habentem cuſtodiam, ne quis fortè eà ad vrbem vltro citroque ventitaret, vel inde exiret, relictum vt primum viderunt, cum eo mox conferre ſermones, proximeque adire, & fidem dare, nil mali ab ſe hunc perpeſſurum, iubereque item ad ſe vt tutò veniret, & magnam identidem illi pecuniam polliceri. Vbi verò ſimul eſt ventum, precari eundem barbari, hortariq; epiſtolam vt Rauennam deferret, polliciti certum auri põdus ei ſe ſtatim perſoluturos, daturoſque poſtea maius, vbi ab Vttige litteras retuliſſet. Miles itaque pecunia perſuaſus, operam ſe ad id nauaturum fatetur, & promiſſa ſtatim exequitur. Litteris itaq; obſignatis à Gothis acceptis, celerrimè Rauennam peruenit, Vittigiq; in manus has tradit, quæ inferrentur, ſignificantes.

Goth. ad Vittigẽ epiſtola.

** in Græco ſic, Cibi quorum habere copiam poſſumus. ſunt gramẽ vicinum muro, quod vtique &c.*

Vittigis reſpõſio.

Quemadmodum apud nos ſe præſentia habeant, apertè moxque didiceris, ſi modò roges, quis nam is ſit, qui ad te epiſtolam defert, quandoquidem Gotho homini cuiquã nulla prorſus hinc ſit abeundi facultas.* Nobis nimirum abundantiſſima eſt circa pomerium herba, quam vtique ne attingere quidem in præſentia poſſumus, ſine magna noſtrorum hominum, dum pro ea legenda certatur, iactura. hæc nobis quem finem ſint allatura, te quidem, & Gothos, qui Rauennæ ſunt, decet animo volutare. His litteris perlectis Vittiges ita reſpondit. Nemo veſtrum, ô omnium amantiſſimi viri, exiſtimet ita me animo concidiſſe, neque eo veniſſe malignitatis, vt præ ignauia atque ſocordia res ipſas Gothorum neglexerim. Mihi ſiquidem nuper ad exercitum apparatu quammaximo educendum, ſummum ſtudium fuit. Vraias deinde, quem Mediolanum antea miſeram, per me reuocatus iam venit. Francorum tamẽ inſultus ex inſperato incidens omnem nobis conatum interturbauit, cuius rei haudquaquàm ipſe ſum incuſandus. nam quæcunque ſupra humanas ſunt vires, vel his, qui ſpe nonnunquam ſua fallantur, veniam præbent, & vt crimine vacent, efficiunt; fortuna ſemper ad ſeipſam trahente rerum geſtarum delicta. nunc verò, vbi & Theodibertum à nobis procul abſceſſiſſe compertum habemus, ſi deo id placitum ſit, cum vniuerſo Gothorum exercitu paulopòſt affuturi vobis auxilio ſumus. Oportet igitur, vt præſentem ſtrenuè fortunam feratis: & vos ipſos neceſſitati accommodetis, veſtræ imprimis habita ratione virtutis, cuius ob gratiam Auximi vobis vt planè delectis cuſtodiam demandaui; & Gothorum de vobis expectationem vt vereamini,* qui veſtram ſalutem ſuæ Rauennęque anteponunt. Cum his Vittiges litteris nuncium magna prius donatum pecunia à ſe ſtatim dimiſit. Qui vbi ad Auximum venit, primùm ſe ad ſocios contulit, pro eius abſentia valetudinem non ſatis proſperam cauſatus, vnde in ſacram quandam & proximam ędem concedens, aliquandiu in ea permanſit: ad ſuum deinde cuſtodiæ munus reuertens, ſuos fruſtratus hoſtibus litteras tradit: quibus præſidiarij milites palàm perlectis, cęteros, etſi fame oppreſſos, ſpe futura confirmant. vnde & Beliſario, etſi his pleraque pollicenti, dedere ſe haud quaquam volebant. Sed rurſum hi (haud dum enim ex Rauenna exercitum ad ſe aduentare nunciabatur) neceſſariarum rerum inopia quammaximè vrgebãtur. itaque iterato ad Vittigem Burgentium mittunt, id ſolum per litteras ſignificantes, ad quintum duntaxat diem, nec eo amplius, cum famę colluctari ſe poſſe. Ad quos nuncius idem ab Vittige litteras defert, ad ſpem priori ſimilem erigentes. Romanis interea iam ægrè ferentibus, quòd in terra penitus deuaſtata in tam longa detinerentur obſidione, animos defixerat ſtupor, cum barbaros viderent ipſos, etſi tot malis conflictarentur, nondum tamen

**Ῥαβέννης τε ὑμᾶς, καὶ τῆς σφῶν αὐτῶν σωτηρίας προβέβληνται, qui Rauennæ vos, & ſuæ ipſorum ſaluti præfecerunt.*

Obſeſſorum ſumma conſtantia.

men ad ſe conceſſiſſe. vnde & Beliſarius id ſedulo niti, egregium aliquem bello ex hoſtibus virum in poteſtatem redigere, vt per hunc iam certior fieret, cuius nam rei fiducia tam grauia barbari tolerarent. Animo itaque hæc agitanti, Valerianus ea in re operam illi nauaturum ſe pollicetur. eſſe nanq; ſua ex cohorte affirmans, Sclauinorum ex gente nonnullos, qui vel anguſtiore ſub rupe arbuſtoúe deliteſcere conſueſſent, eoq; pacto ex hoſtibus, quem vellent, arripere: cuius rei cum ad Hiſtrum flumen, vbi ſedes ipſi haberent, tum Romæ in barbaros alios periculum factitaſſent. Beliſarius itaq;, cum ſibi hæc dicta perplacuiſſent, Valeriano ſtatim iniunxit, id vt negocij diligenter curaret. Tum ille delectum ex Sclauinis aliquem vnum, qui corporis magnitudine multis præſtaret, ac robore, virq; acerrimus eſſet, & ad eam rem peridoneus, ex hoſtibus aliquem comprehenſum ad ſe vt deduceret, miſit; promiſſisq; hunc onerauit, ſi modò factis id rei exequeretur. Sclauinus itaq; ille mox abiens antelucano tempore eum in collem euadit, in quo pro pabulo deſecando quottidie certabatur, ibique humi proſtratus, ruboq; & ſenticetis intectus delituit. Tum ſimulac dies illuxit, vir Gothus quidam eódem adueniens, herbas mox legere, nec ex rubo quippiam ſuſpicari, quo ille integebatur, ſed identidem ſubiecta in caſtra deſpicere, cauereque item, ne quis in ſe hoſtium aduentaret. Tum derepente Sclauinus exortus barbarum à tergo inuadit, complexusque medium, & ſimul elatum Romanorum in caſtra mox intulit, Valerianoque in manus contradit. Qui barbarum diligenter ſciſcitari mox cœpit, cui nam rei confiſi Gothi, quidúe ſpei vel roboris nacti, Romanis ſe dedere recuſarent, ſed vltrò ea tunc paterentur, quæ eſſent grauiſſima toleratu. Tum barbarus quæ cum Burgentio acta per Gothos fuiſſent, omnia explicauit; illumq; in eius conſpectum productum apertè proditionis conuicit. Burgentius verò, poſtquam ſe proditum ſenſit, eorum quę fecerat nihil occuluit. Quem ſua ex confeſſione Beliſarius condemnatũ ſocijs tradidit pro arbitrio trucidandum: illi verò in hoſtium conſpectu non longe pòſt viuum cremarunt. Beliſarius interim cum non minus in eorum animaduerteret pertinácia Gothos & calamitate perſiſtere, ad adimẽdam his aquã aliquid moliri adiecit animum, & facilè id ſe facturum rebatur. Erat fons Auximi quidam in boream verſus, & loco prærupto exortus, ad lapidis iactũ ab vrbe procul. qui tamen modico curſu in vetus aquę receptaculum influebat: quod vtiq; interiori ex parte, etſi pertenui fluxu, aquationem tamen oppidanis præbebat. Itaq; ſi non vnum in locum áqua ſubſiſteret, ſed diuerſim fluxura diſpartiretur, haudquaquam barbaros à Romanis miſſilibus impetitos implere amphoras poſſe in poſterum videbatur. Deniq; cum irrumpere vrnam antiquam illam peruellet, ad id commodius peragendum hunc modum excogitauit. Omnes imprimis copias armat, haſq; circa muros in pugnam conſtituit, ſpeciemq; hoſtibus præbuit, vndequaq; ſe mœnia & protinus aggreſſurum. Vnde & Gothi Romanorum inſultus iam veriti, in propugnaculis taciti conſtitere, vt inde hoſtem oppugnaturi. Beliſarius interim Iſauros quinq; architecturæ peritos, cum dolabris inſtrumentisq; alijs ad lapides excidendos idoneis, in aquæ receptaculum illud, prælatis clypeis tectos immiſit, demolirique illud, & interſcindere omnibus viribus, & quamcelerrimè iuſſit. Barbari itaq;, quamdiu mœnia hoſtes aggreſſuros ſuſpicabantur, quieti manebant, vt ſubeuntes quamproximè facilius cæderent, cum alioquin quod altera ex parte in ſe gerebatur, nullo pacto aduerterent. Sed poſtquam intra aquæ receptaculum Iſauros proſpexere, ſaxa in hos ſtatim & telorum genus omne ſupernè conijciunt. Vnde Ro. omnibus territis, & curſu citato in caſtra ſe referentibus, ſoli Iſauri quinque illi relicti, vbi in tutum ſeſe recepere, operi demoliendo incubuerunt. Et concameratum fortè ſupra aquam ædi-

Sclauinorum inſidiæ.

Sclauini cuiuſdã induſtria in capiendo Gotho.

Proditionis pœna, exuſto.

Beliſarius aquã adimere ſtatuit obſeſſis.

ficium erat à priſcis hominibus adumbrandi loci de cauſa ſtructum: ſub eodem Iſauri quum conſtitiſſent, & in ſe immiſſa per barbaros tela nil magnifacerent, Gothi præ indignatione quum ſe mœnibus continere haudquaquam de cetero poſſent, patefacta ex ea regione mox portula, aduerſus Iſauros vno agmine omnes indignabundi feruntur. *Pro Iſauris pugnatur.* Tum verò Romani Beliſario adhortante, celeri ſtudio Gothis occurrunt. Fititaque fortior pugna diutina quadam ac crebra impulſione, cædeſque vtrinque immodica: ex Romanis tamen plures cadebant, vt è loco ſuperiore barbaris in hos depugnantibus: vnde vel pauci vim plurimis inferebant, atque adeo ex impreſſione ſuperiores iam facti non incruenta & ipſi victoria mortem oppetiendo ſuper ſtragẽ hoſtium procumbebant. non enim his cedere Romani volebant, vt quos Beliſarij præſentis hortantiſque ad bellum puderet. Quo in tumultu ab vno quodam ex hoſtibus immiſſa in Beliſarij ventrem ſagitta, magno cum impetu ferebatur. *Beliſarij periculum auertit armiger.* Sed illi, vt in re trepida & minus præuiſa (non enim in anguſto cauere ſibi ſat poterat, vel alio iter diuertere) ſaluti armiger fuit: qui cum è propinquo aſtaret, venientem auertit oppoſita manu ab eo ſagittam, qua ipſe percuſſus, prælio ſtatim exceſſit: quod vtique cum prima luce cœpiſſet, extractum in meridiem eſt. Sed in eo viri ſeptem Armenij, è Narſetis cohorte & Aretij præfectorum, egregiè ſe geſſerunt: quippe qui præruptis in locis & difficillimis, vt in planitie decurrentes, hoſtium pleriſque & reſiſtentium interfectis, tamdiu ea è regione barbaros ſunt inſectati, quoad tandem in fugam penitus auertere. Cum his & Romani quidam Gothos vnà inſequendo effuſè in fugam actos, operam eo bello nauarunt: barbari denique intra muros ſe receperunt. Sed Romanis demolitum per Iſauros fuiſſe iam ędificium illud exiſtimantibus, compertum poſtea eſt, ne lapidem ex eo hos detraxiſſe. *Operum a priſcis factorum vis & durabilitas.* nam veteres opifices illi, cum maximam fabricandis operibus ſolertiam impendiſſent, id tam validè ſtruxerant, vt nec facilè poſſet temporis diuturnitate collabi, nec fatis foret ad hominum iniurias opportunum. Vnde re infecta Iſauri, quum à Romanis eum locum teneri iam cernerent, in caſtra ſe receperunt. Beliſarius deinde quicquid erat vbique cadaueroſum letiferumúe, côijci eam in aquam iubet, & calcem affatim reſtingui. Barbaris verò modicæ aquæ intra mœnia puteus vſui erat, ſed longe minus, quàm neceſſitas poſtularet. Beliſarius demum nihil de cætero diligentiæ adhibere, vi vt oppidum caperet, vel vt aquam adimeret barbaris, vel aliud quippiam in hos moliretur, ſed ſola fame ſuperaturum ſe hoſtem ſperare, & iccirco vt perquam diligenter vigiliæ fierent, ſtudebat. Gothi vero, qui in Auximi præſidio erãt, ex Rauenna adhuc auxilia præſtolantes, in ſumma rerum neceſſariarum inopia quieſcebant. Iam enim & qui Feſulis per Romanos obſidebantur, quum maximum in modum fame diuexarentur, neque id ferre mali diutius poſſent, deſperatis ex Rauenna ſubſidijs aecedere ad hoſtes conſtituunt. *Feſulani præſidij deditio.* Vnde vbi cum Cypriano & Iuſtino in colloquium demum veniſſent, fide pro corporum incolumitate accepta, ſeipſos & oppidum dedunt: hiſque per Romanos inter Cypriani milites æqua cum cæteris ſorte receptis, & Feſulis impoſito valido ſatis præſidio, Auximum omnes ſe contulerunt. Beliſarius verò Gothorum duces, qui ſubactis ex Feſulis ad ſe nuper peruenerant, barbaris oſtentando qui Auximi erant, vt inſanire tandem deſinerent, hortabatur; & affuturi ex Rauenna ſubſidij ſpe omni reiecta, ſe potius dederent: quandoquidem, etſi plurimum fame iam eſſent & inedia macerati, eandem tamen in ſortem venturos ſe ſcirent, quam & Feſulis barbari habuiſſent. Tum illi cum hæc animo agitaſſent, nec famem poſſent diutius tolerare, ea conditione dedituros ſe oppidum Romanis decernunt, vt ſaluis corporibus ac ſimul fortunis, liberè Rauennam abirent. *Beliſarij deliberatio varia.* Vnde & Beliſarius quid nam eſſet in pre-

ſenti

ſenti acturus, vt animi dubius, etſi id fore ſibi inutile ratus, eo vt robore ac multitudine hoſtes, cum Rauennæ exercitibus iungerentur: tempus tamen longius extrahi haudquaquam cenſebat, ſed Rauennam ſtatim aduerſus Vitigem ſuſpenſis adhuc & ambiguis rebus ducendum exiſtimabat. Franci nimirum hunc obturbarant, quos Gothis putabat ſuppetias aduenturos. Quorum aduentum cum præuenire ſummo ſtudio niteretur, obſidionem ſoluere, niſi Auximi præſidio potitus, non poterat. Ad hæc accedebat, quòd nec milites ipſi id fieri ſinebant, vt abeuntibus è præſidio barbaris res ſuæ concederentur, cicatrices & vulnera oſtentantes, quibus per hos affecti fuiſſent, & laboribus recenſitis, qui in ea ſibi obſidione antehac contigiſſent, quorum præmia deuictorum hoſtium ſpolia eſſent. Sed Romani demum temporis breuitate coacti, & Gothi fame coërciti inuicem in id conuenere, bonorum vt partem dimidiam Romani inter ſe partirentur, reliquam Gothi vt ſibi haberent, ſeque præſtarent Imperatori Iuſtiniano ad obedientiam faciles. Pro his omnibus data vtrinque fides, Romanis principibus iureiurando aſſeuerantibus, firmiora apud ſe fore conuenta: & Gothis pollicitantibus, nihil ſe rerum ſuarum occultaturos. Partitis itaque inter ſe rebus, Romani quidem Auximo potiti ſunt oppido, barbari verò Imperatoris exercitibus ſe miſcuere. Beliſarius autem Auximo vrbe in poteſtatem redacta, Rauennam vt obſideret, dum iter accelerat, eò confeſtim copias duxit, Magno prius præfecto cum exercitu non paruo dimiſſo, iuſſoque ſupra Rauennam fluminis Padi ripas continenter circumeundo diligentius aſſeruare, ne inde Gothi neceſſaria ſibi conueherent. Vitalio præterea, qui cum exercitu ex Dalmatia nuper redierat, alteram fluminis ripam ſeruandam tradit. Sed his fortuna oblata celerius eſt, præ ſe apertiſſimè ferens, quemadmodum in omni re plurimùm dominetur. Iam enim nauigiorum vim maximam in Liguria contraxerant Gothi, & in Padum flumen immiſerant, cum hiſque frumento & neceſſarijs alijs rebus repletis, animo deſtinarant Rauennam protinus nauigere. Sed per id tempus ſic fluminis aquæ defecerant, vt tandiu nauigandi facultas eſſet his intercluſa, quoad ſuperuenientes Romani nauigia ſimul cum oneribus caperent. Sed flumen ipſum non longè pòſt in priſtinū decentemq; fluxum reductum, nauigabile de cætero fuit, quod vtique antehac accidiſſe nunquam accepimus. Iamque & barbari cœperant rei frumentariæ inopia premi. ſiquidem nec ex Ionico ſinu, hoſtibus maris imperium obtinentibus, inferre aliquid poterant, & flumine prorſus excludebantur. Cognitis igitur Franci, quæ gerebantur, vt vendicandæ ſibi Italiæ cupiditate detenti, ad Vittigem oratores, ſub prætextu ineundę ſecum ſocietatis dimittunt, cum aliàs his animo eſſet Gothorum locis imperitare. Quam rem Beliſarius vt primùm accepit, alios & ipſe ad eundem Vittigem legat Francorum oratoribus contradicturos, quos inter & Theodoſiū miſit, ſuæ familiæ præſidem. Priores igitur Germanorum legati, vbi in Vittigis conſpectum eſt ventum, orationem huiuſmodi habuere: Germanorum nos principes ad te miſerunt, permoleſtè ferentes, per Beliſarium vos obſideri, quibus ex fœdere auxilium ferre, & quàm fieri celerius poteſt, nunc ſtudent: virorum autem fortium nō minus, quàm quinquies centena milia ſuperaſſe iam Alpes exiſtimamus, quos vtiq; vel ſecuribus ipſis Romanorum exercitum omnem primo impetu obruturos eſſe gloriari ſat poſſumus. Enimuerò haudquaquam par fuerit eorum ſententiam ſequi, qui redacturi in ſeruitutem vos ſint: ſed illorum potius, qui pro ſua in Gothos beneuolentia, in belli diſcrimen conſtiterint. Accedit & quòd ſi nobiſcum arma ceperitis, nulla ſpes ſit Romanis deinceps futura, cum duobus exercitibus poſſe ſe manus conferre, quin ponus ex his ipſi relaturi in bello victoriam ſumus. Quòd ſi cum Romanis ſe iunxerint Go

Auximi deditio.

Adparatus ad obſidendam Rauennam.

Mira Beliſarij fortuna.

Franci per fraudem inhiant Italiæ.

Francorum legati ad Vitigem.

thi,neq; hoc pacto ſat poterunt Francorum genti reſiſtere. non enim ex pa-
rib. eſſet viribus futurum certamen:ſed illud vobis relinqueretur, vt cum om
nium ſitis infenſiſſimis vnà peruincendi. Atqui in promptum velle apertúq;
diſcrimen irruere, cum liceat extra periculum conſiſtendo ſaluari, dementia
eſt. Romanum præterea genus vniuerſis infidum barbaris eſt, quippe quòd
ſuapte natura oderit omnes, & cæteros hominum pro hoſtibus ducat. Nos i-
gitur vobis volentibus vniuerſæ Italię vnà imperabimus, & terras haſce quã-
optimè adminiſtraturi ſic ſumus, vt viſum noſtrum vtriſq; fuerit. Te itaque &
Gothos par erit ea deligere, quæ vobis ſunt profutura. Romanorum deinde
Romanorum cõtra Francos oratio. legati hunc ſunt in modum locuti. Quemadmodũ Imperatoris Romani exer
citibus haudquaquam offectura Frãcorum ſit multitudo, qua perterrere iſti
vos volunt, quid nobis opus eſt pluribus explicare? qui ex diuturna bellicæ
rei experientia belli momenta ſatis callemus, & ex hominum aduerſantium
copia, innatam fortibus viris virtutem nil poſſe imminui non ignoramus. O-
mitto id dicere, quod Imperator militum numero longe plurimùm hoſtes
nunc ſuperet. Iſtorum autem fides, qua in vniuerſos barbaros vti ſe iactant,
poſt Toringos, & Burgundionum gentem, & nos ſocios ſpectata antehac fu-
it. Sed Francos iſtos, & tam iactabundos libenter rogauerim, per quem nam
deum iuraturi id ſint, cum vobis affirmant ſe fidem daturos, quæ aliquid ha-
beat firmitatis? Nam quem antehac iureiurando obteſtari fuere, quo nam
ſint demum proſecuti honore ſat noſtis: quippe cum noſtra his ornamento
fuiſſet ſocietas, ne belli quidem diſcrimen ſubire nobiſcum ſtatuerint: quin
potius contra nos arma impudenter deſumpſerant, ſi qua fortè eorum, quæ
ad Padum antehac obtigere, apud vos fama ſeruatur. Sed quid præteritam
recenſendo iſtorum impietatem arguerim, cum præſente hac legatione nil
fieri ſceleſtius queat? Nam perinde eorũ obliti iam ſint, quæ ſuamet ipſi con-
feſſione vobis polliciti ſunt, vobiſcum adhuc omnium volunt participes fie-
ri. Quod ſi per vos iſti id aſſequentur, quo nam tandem iſtorum euaſura ſit
inexplebilis fames, eſt aduertendum. Vbi dicẽdi per legatos finis eſt factus,
Vittiges opem Francorum reijcit. Vittigis cum Gothorum primoribus diutius collocutus, cum Imperatore pa
ciſci, poſthabitis cæteris maluit, Germanorum dimiſſis re infecta legatis. In-
terea Gothi Romaniq; inuicem ſe inuitare, verſarique mutuo. Beliſarius ta-
men cuſtodias identidem aſſeruari iubere, ne barbari commeatus inferrent,
Vitaliumque in Venetos ire, vt rerum inde copiam apportaret, Ildigerum ve-
rò ad Padum, vt flumen vtrinque diligentius ſeruaretur, & barbari rerum
neceſſariarum vrgente inopia, ocyus ſe ſibi permitterent, & ad eius arbitri-
Horrea Rauẽnæ concremata. um inter ſe facerent conuentiones. Sed cum frumenti vim magnam Rauen-
næ in publicis horreis recondi adhuc cognouiſſet, ex incolis quempiam cor
rupit pecunia, horrea cum frumento vt occultius concremaret. fertur tamen
Mathaſunthæ Vittigis vxoris imperio hæc conflagraſſe. Frumento itaque
concremato, Gothi mox ſuſpicari cuiuſpiam fuiſſe id inſidijs factum, par-
tim etiam arbitrari, cum locum fulmine & cœlitus tactum: vtrunque id ta-
men vt Gothi ita & Vittiges ipſe quo plus animo volutabant, eo magis & fie
ri eius rei incertiores, atque adeo, vt ne ſibimet ſatis fidei exhiberent, à deo
rati ſe potius, quàm ab hominibus impugnari. In Alpibus autem, quæ à Gal-
lijs Liguriam dirimunt, frequentiora præſidia ſunt, quæ Gothi quondam
multi & fortiſſimi viri cum coniugibus ſimul ac liberis, vbi hiſce in locis iam
conſediſſent, ſtrenuè tuebantur. Quos Beliſarius vbi ad ſe deſciſcere velle,
& imperata facere audiuit, Thomam quempiam cum modica militum manu
ad eos dimiſit, vt fide his tradita eius regionis tunc barbaros in poteſtatem
Sitiges Beliſario cum alijs ſe dedit. reciperet. Hos itaque, ad Alpes cum iam perueniſſent, Sitiges Gothus,
qui cæteris cuſtodibus pręerat, vbi honorificè ac benignè excepit, prior ipſe

Romanis

Romanis ſe tradidit,& poſt ſe cæteros compulit ipſum id facere. Vraias interea quatuor milibus ex Liguria partim, partim ex Alpium præſidijs confeſtim delectis, Rauennam celerrimè auxilio Gothis futurus contendit. Poſtquam verò qui ſecum aduenerant,quid Sitiges ille egiſſet in Alpibus, reſciuere;ſuis & familiaribus non parum timentes, eò prius cum omnibus copijs eundum ducebant. Vnde ad Alpes Vraiam vt duceret, cogunt: qui vbi ad has tandem peruenit, Sitigem Gothum Romanosq; alios mox obſidere, & cætera,quæ in rem eſſent, ſatagere. Quorum ad Alpes profectionem Ioannes Martinusq;,qui tum fortè circa Padum ſtationem habebant, vbi deniq; accepere,citato mox agmine,& cum vniuerſo exercitu ſuis opem laturi ſubſequebantur:& vbi ad Alpes eſt ventum,primo impetu præſidia ibi nonnulla ceperunt,locorum incolis omnibus in prædam actis, in quibus & Gothorum coniuges ac liberi erant,qui ſub Vraia tunc militabant. Nam his ex præſidijs pars maxima militum hũc ſequebatur,qui vbi ſua omnia per Romanos abacta fuiſſe cognoſcunt,relicto Gothorum exercitu ad Ioannem conferre ſe protinus ſtatuunt. Ab his itaque Vraias denique deſtitutus, neque in Alpibus ex voto quicquam perficere potuit,nec periclitantibus Rauennę Gothis opitulari, ſed rebus infectis in Liguriam ſe cum paucis recipit, ibi diutius quieturus.

Ioannes Gothorum liberos & vxores capit.

Vraias a ſuis deſeritur.

Beliſarius interea Vittigem ipſum Gothorumq́ue principes intra Rauennæ muros iam coërcuerat, & per id temporis ex Byzantio Imperatoris ad Beliſarium legati Dominicus & Maximinus Senatorij vtrique ordinis viri Romanorum in caſtra perueniunt,& his cum mandatis, vt cum Gotthis pacem conciliaret: cuius conditiones hæ erant, vt Vittiges dimidiam regiæ opulentiæ partem ſibi haberet,& his locis imperitaret,quæ trans Padum fluuium ſunt,alteram verò vt partem Romanorum Imperator teneret,eiq́ue cis Padum omnia vectigal penderent. Legati itaque traditis Beliſario litteris, Rauennam contendunt. Vittiges verò & Gothi cognita cauſa, quòd hi aduenïſſent,animo perlibenti ſe profitentur his conditionibus,quæ traderentur, fœdera inituros. Quam rem Beliſarius vt primùm cognouit, quammaximè angi, & rem moleſtius ferre, vt qui pro ingenti calamitate id duceret, ſe ſi quis interpellaret,quo minus quæ cœperat exequeretur,cum iam ſibi in manibus victoria eſſet, & nullo negocio de Gothis eſſet hanc propediem relaturus, abducturusq́ue Byzantium vel Vittigem ipſum armis iam captum & debellatum. Vnde redeuntibus ad ſe ex Rauenna Imperatoris legatis tergiuerſari, & planè abnuere, ſuis ex ſcriptis cònditiones ſe vllas cum barbaris firmaturum. Quod fermè Gothi vbi primùm ſenſere, ex dolo pacem ſibi per Romanos prætendi ſuſpicabantur. Beliſarius itaque cum accepiſſet exprobrari per principes quoſdam,& crimini id maximè dari,quòd Imperatoris rebus inſidias moliretur,nec huic vellet finem bello imponere,omnibus in concionem ad ſe conuocatis,Dominico Maximinoq́ue legatis aſtantibus ita diſſeruit.

Alieno tempore pacem Gothis offert imp.

Belli fortunam non in tuto ſemper conſiſtere, & ipſe ſat calleo, & quemque veſtrum de ea mecum id ipſum ſentire crediderim. nam & multos ſpes ea fefellit, quod ad ſe eſſet victoria peruentura: & qui rem male geſſiſſe plerumque ſunt viſi, ſuperaſſe ex inſperato hoſtem iam contigit. Quocirca neceſſarium duxerim,per eos qui de pace conſultant, non ſolum eſſe ſpem optimam proponendam,ſed futurum vtrinque rebus animaduertendum euentum, ac ſententiæ potioris delectum habendum. Hæc itaque cum ita ſe habeãr,vos quidem exercitus duces, & hos Imperatoris legatos, ea de cauſa in hunc locũ contraxi,vt in præſenti pro arbitrio deligatis,quod Imperatori in rem fore cenſebitis,ne me in poſterum imprudentiæ ex rebus peractis inſimuletis. nam & abſurdiſſimum eſſet,velle nunc ſubticere, quandiu quæ potiora ſunt,per vos deligi poſſunt,& ex fortuna rerum exitum con

Beliſarij ad ſuos oratio.

ſiderantibus liceat & cauſas ſimul afferre. Quæcunque autem & ad bellum ſoluendum Imperatori ſunt viſa, & Vittiges Gothorum rex velit, vos vtcunque iam noſtis. Vtrum igitur ad vtilitatem conceſſura nobis hæc videantur, accedens veſtrum quiſq; vt lubet, nunc promat. Quòd ſi omnem Italiã Romanis recuperari poſſe exiſtimatis, deuincique bello hoſtes nil impedit, vt audacter & planè intrepidè explicetis. Poſtquam Beliſarius finem dicẽdi fecit, tum omnes decernere & pertinacius profiteri, omnium eſſe potiſſima Imperatoris conſilia, nec hoſtes de cætero poſſe aduerſus hunc quicquam inſidiarum moliri. Beliſarius itaq; principum ſententia delectatus, hanc vt litteris demandarent, mox iuſſit. Tum illi ex ſcripto ſignificarunt, nullo ſe pacto hoſtes ſuperaturos. Gothos deinde tum fame oppreſſos, cum reſiſtere præſenti miſeriæ haudquaquam diutius poſſent, Vittigis imperij pigere iam cœpit, vt qui rem peſſimè geſſerit, & ſuam ad Imperatorem defectionem cunctando & prolatando diſtraheret. Sed illud præcipuè hos deterrebat, ne ſi Romanorum in ditionem veniſſent, ex Italia exciti, abire Byzantium cogerentur, ibique vitæ reliquum agere. Vnde Gothorum inter ſe optimates inito conſilio, Heſperiæ Beliſarium regem appellare conſtituunt, ad eumque occultius mittunt, qui obſecrarent, vt imperium id ipſe ſuſciperet, hac via fore aſſeuerantes, vt non inuiti hunc ſequerentur. Beliſarius verò ſine Imperatoris permiſſu ſuſcepturum ſe id regnum negare, nimirum qui tyranni nomen & grauiſſimè ferret, & oderat, & per Imperatorem grauiſſimo iureiurando adactus præuentusque fuerat, ne quo pacto ſe viuo aliquid vſpiam innouaret. Veruntamen rem vt præſentem egregie conſtitueret, perquàm libenter excepiſſe eſt viſus, quæ barbari ad ſe pertuliſſent. Quibus cognitis Vittiges rebus, vt formidine percitus, Gothis quidem conſultum quamoptimè dixit, Beliſarium tamen ſeorſum & ipſe ad ſuſcipiendum imperium hortabatur, vt cui nil eſſet ad eam rem impedimento futurum. Tunc Beliſarius rurſum Imperatoris legatis & principibus cæteris ad ſe conuocatis, ab his ſciſcitabatur, num magni momenti videri res poſſit, Gothos armis Vittigemque ſubactos in poteſtatem veniſſe, eorumque ſupellectilem omnem pecuniasque his prædæ fore, & vniuerſam recuperari Romanis Italiam. Tum illi egregium ſanè id facinus & fortiſſimum dicere, ſeque precari id vtcunque liceret confeſtim exequeretur. Extemplo itaque ad Vittigem & Gothorum primores ex amicis Beliſarius quoſdam dimittit, vt omnia: quæ illi de ſe facturos pollicerentur, peragerent. non enim in aliud rem tempus extrahere fames his permittebat, quin acriter potius compellebat, eam vt ſine mora perficerent. Rurſum igitur Gothi oratores Romanorum ad caſtra protinus mittunt, aliud quidem in vulgum ferentes, ſeorſum tamen Beliſarium adeunt, accipiendæ pro pacta ſalute fidei gratia, ipſeque communi ſuorum conſenſu, vt Italicenſium ita & Gothorum rex eſſet, hiſque conditionibus cum Romano exercitu Rauennam vt accitus veniret. Beliſarius itaque iureiurando cæteris omnibus pro Gothorum arbitrio confirmatis, pro imperio tamen ſuſcipiendo apud Vittigem & Gothorum primores ſe iuraturum reſpondit. Gothorum interea oratores nunquam hunc reiecturum imperium rati, ſed id illum præ cæteris cupere, ſtatim vt ſecum Rauennam iret, hortantur. Beliſarius itaque Beſſam, Ioannem, Narſetemque & Aretium, quos fortè ſibi infenſiores putabat, diuerſim abire cum ſuis quandoque copijs iuſſit, commeatus ſibi ac ſuis per cauſam comparandi, id ſedulo cauſatus, haudquaquam ſe poſſe eo in loco vniuerſo neceſſaria exercitui ſuppeditare. His abeuntibus, & Athanaſio ſimul prætoriorum * eparcho, qui recens ex Byzantio venerat, ſubſequente; ipſe cum reliquis copijs, Gothorum legatis ſe comitantibus, Rauennam contendens, frumento primùm & neceſſa-

Beliſarij prudẽs factum.

Beliſario regnũ occidentis offertur.

Callidum Beliſarij conſilium.

**præfecto.*

rijs

rijs alijs,nauibus oneratis; confeſtim ad *· Claſſium Rauẽnæ portum deduci has imperat. Mihi verò Romanum exercitum tunc temporis Rauennam ineuntem ſpectanti(nam & his rebus interfui)ſubijt animum cogitatio , nulla omnino vel ſapientia , vel virtute , quæ per mortales geruntur adminiſtrari, ſed eſſe dęmonem neſcio quem,aut fortunam humanos fouentem animos, ita vt eò tandem & temere neſcio quo pacto traducant , vbi nulla ſit gerendis in rebus interpellatio. Gothi ſiquidem vt multitudine,ita & viribus cum longè plurimum ſuperarent,& tam egregiè antehac geſſerint bella , vbi Rauennam venere, fractos adeo feroces quondam præ ſe animos ferre , humilesque ita incedere , vt à victore exercitu & numero longe inferiori turpiter anteagerentur. Vnde Gothorum coniuges,quæ prius acceperant , magnitudine corporis Romanos præcellere,contemptim primo de Romanis loquẽdo,ſuos viros conſpuere,& tantulæ ſtaturæ hoſtes ad ludibrium illis & digito oſtentare,eorumque increpitare ſocordiam, qui à tantulis viris deuicti fuiſſent. Beliſarius itaque Rauenna potitus , Vittigem in primis honorificè cuſtoditum ſeruabat,Gothos verò,qui circa Padum incolerent, abire in agros ſingulos iuſſit,hisque pro viribus excolendis incumbere. non enim inde hoſtile aliquid verebatur , nec Gothos putabat ea vnquam è regione inter ſe conuenturos. nam maximam ſui exercitus partem his ipſis in locis antea collocarat. Gothis itaque gratanter & lætis abeuntibus animis , reſides Rauennæ Romani in tuto fuere,vt qui cætera Gothorum turba ea in vrbe relicta,& numero præſtarent & viribus. Regiam deinde inuentam Rauennæ pecuniam,& diligentius conquiſitam apud ſe cum cura ſeruauit, vt eam Imperatori paulo pòſt Byzantium delaturus. Gothorum nulli vel ipſe quicquam ademit,nec ſuos permiſit, vt ex his quempiam violarent , ſed ſua quiſque ſibi ex conuento habebat. Barbari demum, qui vel Gothorum præſidia, vel alia loca cuſtodiebant , vbi Vittigem Rauennamque accepere per Romanos teneri,oratores ad Beliſarium legant,qui nunciarent,eos ſeſe illi nec inuitos quidem , & præſidia dedituros , quæ in poteſtatem haberent atque cuſtodiam. Tum Beliſarius omnibus fide promptius data, Taruiſium & aliud quoddam in Venetos munitiſſimum oppidum in ditionem redegit. Cæſena in Aemylia & ſola relinquebatur, quam antehac aliâs cum Rauenna receperat. Gothi verò & cæteri omnes,qui circumiectis Rauennæ præerant locis, à Beliſario fide prius accepta,& facta ad eum deditione, ſecum manſere. Ildibaldus præterea vir ſanè induſtrius Veronæ vrbis tunc fortè cuſtodiam nactus,oratores cæteros ſubſecutus ad Beliſarium miſit , qui eius apud ſe liberos detinebat , haud tamen Rauennam ſe contulit , nec Beliſarij ſe ſeruitute obſtrinxit,fortuna quadam interpellatus, qnam equidem vt memoratu dignam explicaturus nunc ſum. Romani exercitus præfecti quidam Beliſarium , vt illi proſperam inuidentes fortunam, appetitæ apud Imperatorem tyrannidis vt ſe minus decentis inſimularant : Imperator tamen non tam delatis criminibus , quàm Medorum vrgente iam bello , Beliſario ad ſe celerius reuocato, vt in Perſas ductaret exercitum , Beſſæ Ioannique Italiæ curam prouinciæ demandauit , ad quam & ex Dalmatia demigrare Conſtantianum mox iuſſit. Cæterùm Gothi , qui Rauennam trans Padumque alia loca incolerent, cum iam accepiſſent per Imperatorem Beliſarinm ex Italia reuocari , tum primùm non magni momenti id facere , haudquaquam Beliſarium rati maioris vnquam facturum Iuſtiniano traditam fidem , quàm Italiæ regnnm. Vbi verò hunc ad receſſum paratum videre , primores omnes , qui reliqui erant, inter ſe coëuntes in Picenum , ad Vraiam Vittigis ex ſorore nepotem, agmine vno ſe conferunt, complorationeque inuicem facta, & communem ſimul ac præſentem commiſerati fortunam, ſic eum affari exorſi ſunt. Go-

** Claſſem, nomẽ proprium.*

Rauennam Beliſarius occupat.

Plures paucis dediti.

Vittiges captiuus.

Beliſarij abſtinẽtia.

Opida Beliſario dedita.

Taruiſium.

Inuidetur Beliſario.

Beliſarius reuocatur.

Gothorum noua molitio.

Gothorum ad Vraiam oratio.

thorum alium præter te neminem præſentium nobis malorum fuiſſe cauſ-ſam ſcimus. nos nanque auunculum tuum, nec nauiter quidem, nec proſpe-rè pro eius ignauia regnum adminiſtrantem, ea iam diu cura abſoluiſſemus, vt aliàs Theodatum Theoderici nepotem; ni tui, qui nobis ſis induſtrius vi-ſus, verecundia tenuiſſet. Sed Vittigi antehac imperanti regium duntaxat no-men relinquere in animo eſt, re verò Gothorũ tibi imperium tradere. Quod vtiq; cum illi detulimus, ſuperuacanea tunc noſtra fuit viſa benignitas, quæ nunc arguitur fuiſſe dementia, ſubſequentiumque calamitatum & infortu-nij cauſa. Siquidem Gothorum, vt tute noſti, Vraia, hoc bello quamplurimi & fortiſſimi viri mortem oppetiere. Ex his verò, qui ſuperſtites ſunt, ſi quid eſt roboris reliquum, cum Vittige rege & pecunijs ſimul in alias per Beliſa-rium terras traductum procul dubio interibit. Id ipſum & nos ad hanc pau-citatem redactos, & in extrema miſeria poſitos, paulopòſt perpeſſuros ne-mo non hominum fateatur. Tantis igitur nobis circumuentis iam malis, lon ge magis præſtiterit cum gloria mortẽ obire, quàm liberos vxoresq; noſtros ab hoſtibus cernere in extremos terrarũ terminos tam fœde abduci. Aggreſ ſuri itaq; ſumus, vti nos decet, virtute dignum & egregium facinus, ſi modò Gothorum ſumus te principem habituri. His dictis, Vraias reſpõdit, eos qui-dem quodcunq; ſubire diſcrimen malle, quàm præſentia mala ſeruitutemq; pati ſecum vnà probè ſe ſcire, Gothorum vero ſe ducem creari non in rem fore omnino ſe ducere, tum quia ſit Vittigis nepos, hominis ita infortunati, & tam parui apud hoſtes momenti iam habiti, (nam & ad familiam referri, qualiſcunq; fortuna ſit, ſolet) tum quia non pietatis ex iure videri ſe facere poſſe, ſi viuentis auunculi principatum inuaderet: qua ex re crederet, plus odij ſibi, quàm beneuolentię poſſe conciliari. Sed factu id ſe neceſſarium du cere, Gothorum vt ducem *Theudibaldum Viſigothum creent, virum ſanè vt virtutibus præditum, ita & cæteris in rebus induſtrium: cui & Theudas Vi ſigothorum ſit princeps auunculus, & iure cognationis nil fore abſurdum, ſi bello hunc iuuerit: ex eoque Gothis rem melius proceſſuram, ſi cum ſpe aliqua futuri ſubſidij prælio cum hoſte decernant. Vraias itaque cum ita diſſeruiſſet, ea dixiſſe iam videbatur, quæ Gothorum genti conducerent plurimùm. Vnde Theudibaldum communi omnium conſenſu ex Verona ac citum, & ad ſe venientem veſte ſtatim purpurea donant, regemque aſtanti-um acclamatione & plauſu creant, & ſimul precantur, vt rectè præſentibus conſulat, eaque & probè diſponat. Hoc modo Theudibaldus rex conſtitu-tus, non longè poſt Gothis ad ſe omnibus conuocatis, verba iſtiuſmodi fe-cit. Cum ſatis intelligam, ô viri commilitones, ex diuturna iam belli experi-entia multorum certaminum vos eſſe peritos, haudquaquam opportunum nunc duxerim, derepente ac temere vt in bella ruamus, cum ſatis conſtet, hæſitabundam & formidoloſam peritiam egregium aliquid audere haud-quaquam conſueuiſſe. Aequum itaque fuerit, priſtinos caſus omnes vos me-miniſſe, & de præſentibus vt poſtmodum conſulatis. nam plerique veſtrum præteritorum obliti, non ſuo & decenti in tempore præ inſolentia forſan ex-tulerint animos, ita vt maximis in rebus falli ſæ queant. Vittiges itaque nec vobis quidem inuitis, nec repugnantibus in hoſtium manus peruenit. Sed tunc ſanè deſperatis aduerſis fortunæ caſibus, vtilius fore exiſtimaſtis Beli-ſario ad vos domum accito parère, quàm de ſumma rerum periclitari. Nunc igitur, cum ex Italia deceſſurum hunc acceperitis, & nauigaturum Byzanti-um, profectò & alia quædam de integro eſſe hunc aggreſſurum non ignora-tis. Sed illud eſt veſtrum ſingulis aduertendum, non omnia mortalibus ad vota ſuccedere, ſed aliter ſæpius euenire, ac viſum his ſit. nam ex inſpera-to nonnunquam & temere fiunt nonnulla. id fermè ſi Beliſario ſit occur-

ſurum

** Ildoualdum, a-lias. item, Ildibal dus.*

Theudibaldus rex Gothorum creatur.

Theudibaldi ad Gothos oratio.

ſurum quandoque, haudquaquam videri abſurdum debet. Conſultius itaque fore exiſtimauerim, ſi prius, quid ſibi is velit, rogemus; tentemusque vtrum ad priores huic placeat redire conuentiones: hoc deinde pacto ad ea progrediemur, quæ ſecundo ſunt loco gerenda. His Theudibaldus ſuos affatus, rectè viſus eſt Gothis conſuluiſſe: vnde & legatos confeſtim Rauennam ad Beliſarium mittunt, qui illi conuenta commemorarent, & fœderum perinde ruptorem arguerent, voluntariumque hunc vocitarent mancipium & ſedulò id exprobrarent, quòd ſeruitutem quàm imperium malit, & eiuſmodi alia fando, ad id ſtatim ſuſcipiendum quammaximè hortarentur. Quòd ſi de ſe facilem ad obſequendum hunc viderint, extemplò denunciarent Theudibaldum ad ſe conceſſurum, regali prius veſte depoſita, veneraturumque vt Italiæ regem. Hęc & huiuſmodi pleraque in Beliſarij conſpectu Gothorum oratores profati, cùm iam planè exiſtimarent, imperatorium nomen hunc mox admiſſurum: tum ille præter eorum expectationem apertè reſpondit, Iuſtiniano ſuperſtite nunquam Imperatoris nomen ſe inuaſurum. Gothi demum eius cognita voluntate, ocyus abeuntes omnia Theudibaldo renunciant. Beliſarius interim iter aggreditur, Byzantiumque rectà contendit. Et annus tunc quintus huius belli exibat, quod Procopius hiſtoriæ demandauit.

Legati Beliſario, quòd regnū non acciperet, exprobrant.

Beliſarij conſtantia in repudiando imperio.

VI anni huius belli principium

PROCOPII DE BELLO GOTHORVM LIBER

TERTIVS.

SVSPENSIS Beliſarius adhuc & dubijs rebus, cum Vittige Gothorumque optimatibus, & Theudibaldi liberis, pecuniaque omni, & regia, precioſaque cætera ſupellectile ſecum deuectis, Byzantium venit, Ildigere, Valeriano, Martino ac Erodiano præfectis ſequentibus. Vittigem verò cum vxore Iuſtinianus gratanter ſuſcepit, barbarorum item agmen pro eximia corporum ſpecie ac magnitudine mirabatur. Theoderici deinde in curiam dignas ſpectaculo receptas gazas ſenatorijs viris ſeorſum viſendas expoſuit, rerum geſtarum magnitudinem gloriæ ducens. Non enim vel has populo ſpectandas hic præbuit, nec Beliſario vt triumpharet permiſit, quemadmodum aliàs, cùm ex Gelimere rege & Vandilis victoriam retuliſſet. Sed in omnium ore Beliſarius erat egregijs victorijs duabus ornatus, quales antehac mortalium nemini contigere: quippe qui reges duos Byzantium captiuos deduxerit, & * Gererici Theodericique ingentes opes præter omnium ſpem Romanis vt ex hoſtibus ſpolia eſſent: vnde vel apud barbaros ipſos nemo vnquam clarior & fama celebrior fuit, quippe qui deuictis ex hoſtibus in publicum ærarium maximas rurſum inuexit diuitias, & terræ mariſque dimidiam partem tam breui recuperauit. Erat igitur Byzantinis ciuibus voluptati Beliſarium intueri, in forum quotidie prodeuntem, vel ſe inde domum recipientem, atque adeo vt tanti ſpectaculi hos nulla ſatietas caperet. nam eius pompa ſpectatior ob præeuntium turbam & ſubſequentium erat, vt quem Vandilorum, Gothorumque & Mauruſiorum multitudo ſequeretur non mediocris. Ad hæc accedebat, quòd pulchritudo hunc magnitudoq; corporis

Beliſarius Byzantium cum victis ingreditur

Beliſario triumphus negatus.

Beliſarij auctoritas.

Gizerichi rectius in græco.

** in Græco ſic. Erat & corpore pulcher ac procerus, & vultu omnium formoſiſſimus.*

honeſtabat. humilem præterea ſe benignumq́ue adeo, atque aditu obuijs quibuſque perfacilem exhibebat, vt infimæ ſortis viro perſimilis videretur. * Milites item, & ruſticani, & cuiuſque generis homines certatim hunc beneuolentia proſequebantur. nam in ſuos præcipuè milites munificentia cæteros anteibat: & qui bello † rem fortè malè geſſiſſent, pro acceptis vulneribus pecuniam non paruam donando, indignationem ac ſimul mœſtitiam ſæpius permulcebat: ei verò qui in acie ſe egregiè habuiſſet, * varia dono dabat in præmium ornamenta. Et qui præterea aut arcus, aut rei alterius bellicæ iacturam præliando feciſſet, confeſtim alia & potiora per Beliſarium parabantur. Erga agricultores agreſteſq́ue homines tanta hic indulgentia ac prouidentia vtebatur, vt Beliſario ductante exercitum nullam hi vim paterentur: ſed ex inſperato potius opulenti ac diuites reddebantur, vt qui crebrò ad ſe aduentantibus copijs, maiori omnia in victum precio venditarent. Segetes inſuper dum in agris matureſcerent diligentius tuebatur, ne fortè * equorum greges has deuaſtarent, † frugeſq́ue cæteras inuitis dominis ſuos attingere prohibebat. Erat item vir continentior, vt qui præter deſponſatam ſibi vxorem nouerit nullam. nam ex Vandilis Gothiſq́ue tanta multitudine & forma egregia fœminas quum bello cepiſſet, earum nullam vel in eius conſpectum venire, vel ſe alloqui quoquam pacto permiſit. Ad cætera eius huiuſmodi ornamenta perſpicax quidem & viuidum accedebat ingenium, quippe qui vel dubijs ipſis in rebus, ad ea quæ potiora forent excogitanda, mirum de ſe in modum & opportunè valeret, in ipſoq́ue belli diſcrimine animi præſtaret magnitudine, è tutoq́ue & conſideratius ad res gerendas audentior eſſet. feſtinare præterea, cunctariq́ue in ipſis aduerſus hoſtem conatibus, vt res depoſcebat. in rebus trepidis bene ſperare, nec terrore aliquo capi; non proſperis inſolens eſſe, nec vitam in delicijs agere: nec quiſquam vnquam hominum fuit, qui temulentum hunc viderit. [Et quàm quidem diu Romanorum exercitui tam in Africa, quàm in Italia præfuit; perpetuò victor erat, & obuia quæuis occupabat. Vbi verò Byzantium arceſſitus venit, magis etiam multò, quàm antea, virtus eius innotuit. Nam ipſe omni virtute præſtans, & opum magnarum potentia, protectorumq́ue ac ſatellitum ſubſidio viros omnes illuſtres, qui vnquam fuerunt, excellens: non abs re formidabilis erat vniuerſis magiſtratibus atque militibus. quippe ſi quid imperaret, aduerſari audebat nemo, nec iuſſa vlli perficere vllo modo dedignabantur, tum virtutis reuerentia permoti, tum potentiam metuentes. Nam] † ſuis hic ſumptibus equitum milia ſeptem * & delectorum in hoſtem ductabat: quorum ſinguli in aciem ſtare, ad pugnamq́ue prouocare hoſtium fortiſſimum quemq́ue, ſe dignum ducebant. [Romani quidem ciues prouectiores ætate, quum ab Gotthis obſeſſi, quæ fierent in bellicis conflictibus, viderent: admiratione magna rapti aiebant, domum vnicam Theoderichi potentiam euertere.] Beliſarius igitur vt dignitate auctus eſt: ita & ex ſententia iam validior factus, ea maximè conſulebat, quæ rebus * Romanis conducerent plurimum, conſultaq́ue aliorum ſic aduertebat, vt ſuopte arbitrio cuncta perageret. Cæteri verò præfecti ad Italiæ gubernationem relicti, & inter ſe pares, nihil non priuata ad commoda gerere animis deſtinarant, militumq́ue libidini permittere iam ſubditos cœperant: † quibus nec decentius quidem proſpicere, nec militem dicto obedientem habere: quo ſanè efficiebatur, vt pleriſq́ue in rebus delinquerent, deperditæq́ue breui Romanorum * res ſint. Nam poſtquam Theudibaldus ex Rauenna Beliſarium diſceſſiſſe eſt certior factus, barbaris circa ſe omnibus in vnum contractis, & Romanis ſimul militibus, quibuſcunque res innouari placebat, quæ ad obfirmandum imperium pertinerent, diligentiſſimè procurabat,

Beliſarij ſtatura & forma et virtutes.

** ſic verti debuit, Amor autem virtutis eius tam in militibus, quàm agricolis, inexpugnabilis erat.*

† caſum aliquem pertuliſſent.

** Rectius, armillas & torques, ψέλια & στρεπτούς.*

** [illegible], equitatus, aut equeſtres copiæ.*

† arborumq́ maturos fructus.

Hæc notis hiſce [] incluſa, de Græco codice nos adiecimus, omiſſa ab interprete.

** quorum reijci nemo poterat.*

† ſua e domo.

Rurſus incluſa reliquerat interpres.

** imperatoris.*

† ac neq́ iam ſibi ſatis conſulere poterant, nec milites dictis audientes habebant.

** res vniuerſæ ſint. quod equidē dicturus ſum, quo pacto factū ſit.*

curabat,& omni ſtudio nitebatur dominationem Italiæ Gothis recuperare. Sed quum primùm regnare is cœpit, non vltra homines mille hunc ſequebantur. Quumque vnum duntaxat in agro Piceno reliquum eſſet barbaris oppidum, paulatim tamen & cæteri omnes, qui in Liguria & Venetorum in regionibus erant, ad hunc conceſſere. Alexandrum interea quempiam Imperator, Beliſario ad ſe reuocato, in Italiam miſit, procurandæ Reipublicæ cauſa. Is vbi primùm Rauennam ſe contulit, abſurdiora quædam animo agitare, & rationis expertia, quippe qui Italos homines, qui regiam ne attigiſſent quidem pecuniam, nec vlla rempublicam vel iactura vel iniuria affeciſſent, ad pœnas luendas ad ſe enocabat, & peculatus item inſimulabat & fraudis, ſiue in Theodericum quondam admiſſæ, ſiue in Gothos principes alios: vnde & dependere ſine mora cogebat, quodcunque is affirmaſſet per fraudem illos intercepiſſe, vel ſibi vendicaſſe in lucrum. Militum præterea vulnera, & ſubita diſcrimina, egregiaque eorum facinora exilioribus premijs compenſabat, & * muneribus longe, ac ipſi ſperaſſent. Quo factum, vt Italos omnes Imperarori breui infenſos reddiderit, & militum nemo iam vellet diſcrimen in bello ſubire: vnde cum odijs inter ſe hi decertarent, vt rem Romanam peroſi, effectum facile eſt, vt hoſtium res in maius procederent, & Romanorum præfectis iam cæteris quieſcentibus, ſolus Vitalius, qui in Venetos tunc fortè abierat, vt militum multitudine fretus & Erulorum ingentibus copijs, auſus ſit cum * Ildibaldo manus conſerere: id maximè veritus, quod & factum poſtea eſt, ne ſi auctis nimium viribus, is in ſe aduentaret, coërceri per ſe minimè poſſet. Cum itaque apud Taruiſium fortiter pugnatum fuiſſet, eo Vitalius prælio longe inferior factus, fugam capeſſit, paucis quibuſdam recuperatis, complures in ea pugna amiſit, & Erulorum præſertim pars magna abſumpta, cum hisque & Viſandrus eorum præfectus. Vitalius verò ſolus profugit. Qua ex re per Romanos tam infeliciter geſta, Ildibaldi nomen celebre factum ad Imperatorem perfertur, & mortalibus ferè innotuit cæteris. Haud longe pòſt, vbi peracta hæc ſunt, inter Vraiam Ildibaldumque inimicitiæ hoc modo interceſſere. Erat Vraiæ tunc vxor, quæ vt opulenta muliebrem mundum præ cæteris Gothorum fœminis conſecuta, ita & egrègia corporis forma primatum facilè obtinebat. Hæc verò inter alias barbaras magno cum ornamentorum & veſtium apparatu quum in balneum ſemel curandi corporis gratia deſcendiſſet, Ildibaldi in eo vxorem lineis obductam veſtibus conſpicata, non ceu Gothorum regi matrimonio iunctam decuit, venerata eſt; ſed contemptim de ea potius loqui, & denique aſpernari. Qua de re illa, & ex acceptæ iniuriæ abſurditate, ingenti perculſa dolore, ad virum lachrymabunda Ildibaldum venit, & ſimul efflagitauit opem vt ferret, ſeq; ab Vraiæ vxoris iniuria vindicaret. Ildibaldus itaq; his verbis indignatione accenſus, Vraiam apud barbaros partim carpendo, partim & ad Romanos defectionis inſimulando, comprehenſum denique interfecit. Ex eoq; tam tetro facinore hunc oderant Gothi, ægreferentes tam temerè Vraiam fuiſſe ex humanis ſublatum. iam enim multi inter ſe coëuntes, Ildibaldo, qui tam impium ſcelus patraſſet, apertè conuiciari, haud tamen ab eo pœnas exigere audere. Erat inter hos quidam * Bellas nomine, genere Gepes, nondum tamen ad id dignitatis euectus, vt regius armiger haberetur. Hic ſanè vir Vraiæ vxoris tam venuſtæ ſpeciem dum animo verſat, mirum hanc in modum deperibat. Ildibaldus itaq;, cùm interea Bellam hunc in hoſtem emittit, Vraiæ hanc quondam vxorẽ barbaro alteri cuidam matrimonio iungit. Quamobrem Bellas cùm è caſtris rediſſet, vt erat ſuapte natura ad iram propenſior, acceptam ea ex re contumeliam minimè ferens, Ildibaldum obtruncare animo deſtinat, rem

Alexander Beliſarij ſucceſſor auarus & crudelis.

* *minoribus longe.*

* *Idem cũ Theudibaldo qui aliàs Ildouadus.*

Incremẽta regni Theudibaldi.

Æmulationes muliebres.

Vraias a rege occiditur.

* *Villa aliàs.*

Theudibaldus rex interficitur.

omnibus Gothis pergratam ſacturum ſe ratus. Itaque Gothorum cum optimatibus epulantem hunc nactus, quod per inſidias agendum antea duxerat, tunc & apertè tam audax facinus exequendum decernit. Sed aderant circa diueſcentem Ildibaldum ex regio more circumfuſi ſatellites, iamque rex ſtratis incumbens manum cibis admouerat, cùm Bellas ipſe ex improuiſo cibum adhuc detinentibus digitis, inopinanti illi caput ademit, quod fermè ſupra menſam ſtatim collapſum conuiuas exterruit, & planè obſtupe-
VII anni principium. fecit. Vraia itaque cæſo, has dedit Ildibaldus pœnas, iamque & hyems exacta tum erat, & belli huius quod Procopius ſcripſit, annus ſextus euaſerat.
† Ataricus, aliàs Araricus Rugianus rex Gothorum. alijs Eutaricus. Erat tum forte in Gothorum exercitu † Araricus quidam Rugus genere, quem ſtatim Rugi (nam & hi Gothica erant ex natione) cùm ob Ildibaldi interea cædem turbulentiora omnia eſſent, regem pronunciarunt, non tamen cæteris volentibus Gothis, vt quorum pars maxima rem ægre ferret, non enim recuperandæ Italiæ ſpem prorſus amiſerant. Sed Araricus iſte nil quippiam geſſit memoratu dignum, nam cum paucis ſuperuixiſſet hic men-
Totilas Theudibaldi nepos. ſibus, ex humanis deceſſit. Totilas interea quidam Ildibaldi nepos, cùm valeret prudentia plurimum, & in rebus gerendis maximam eſſet ſolertiam conſecutus, magni apud Gothos momenti habitus eſt, & his qui Taruiſij in præſidio erant, forte tunc præerat. Nam vbi primũ de Ildibaldi morte eſt is certior factus, Rauennam ad Conſtantianum eueſtigio miſit, qui pro eius & comitum ſuorum ſalute, fidem ab eo & precariam peteret. Qua impetrata, pollicebatur eius in poteſtatem ſe, dum vellet, venturum; dediturumque illi Taruiſium oppidum, & præſidiarios milites. Quibus Conſtantianus mandatis, iam lætior factus, iureiurando ſacturum ſe omnia, quæ peteret, confirmauit. Die itaque conſtituta, qua ad eam rem peragendam vtrique erant inuicem conuenturi, in eo denique conſtitere, vt Taruiſini eius cuſtodes præſidij, Conſtantiani admiſſis intra vrbem familiaribus, oppidum ſtatim his traderent. Iam verò & Gothi Ararici grauiter ferebant imperium, virum hunc haudquaquam idoneum rati, qui cum Romanis gereret bella, eundemque plerique apertius oderant, vt qui magnarum rerum occaſio-
Totilas rex creatur. nem his ſuſtuliſſet: demum concordi animo omnes ad Totilam Taruiſium mittunt, & ad Gothorum imperium ſuſcipiendum hortantur. Nam cum ſummo adhuc Ildibaldi regis deſiderio tenerentur, in Totilam, vt ſanguine illi coniunctum, ſpem omnem victoriæ verterant, ſatis ſperantes ea virum hunc velle, quæ ipſi deferrent. Is verò vbi Gothorum mandata accepit, propalam ad Romanos retecta defectione reſpondit, Si Araricũ regem in tempore obtruncarent, confeſtim ſe hos ſecuturum, facturumque pro eorum arbitrio vniuerſa. His barbari auditis in Ararici exitium moliri inſidias, & his continenter inniti. Dum hæc barbarorum in caſtris geruntur, Romani exercitus perinde in tuto iam conſtitiſſent, Gothorum negocijs ſatis confiſi, vt quieturi deinceps, nec ſcire quidem, nec quoquam pacto animo agitare, quemadmodum aliquid in barbaros molirentur. Vnde Araricus Gothis ad ſe vniuerſis vocatis, monere eos pacis & concordiæ cœpit, & ad Iuſtinianũ Imperatorem oratores deprecatum vt mitterent, pacemque ſecum his conditionibus facerent, quibus & fœdus inire cum Vittige antehac voluiſſent, Gothi ſcilicet vt trans Padum loca tenerent, & reliqua ipſi Italia Imperatori cederet. Araricus igitur eius per Gothos conſilio comprobato, ſuis ex ami-
Ararici ad Imp. legatio. ciſſimis ad Iuſtinianum nonnullos legauit imprimis admonitos, vt ſub ſpecie hæc peragendi, quæ diximus, cum Imperatore nil aliud agerent, niſi id duntaxat ab eo depoſcerent, vt vbi vniuerſam ei tradidiſſet Italiam, cum
Araricus occiditur. eaque non paruam pecuniam, inter patritios ſe viros aſcriberet. Dum interea igitur oratores Byzantium eunt, Gothi Araricum per fraudem ac dolos ob-

obtruncant: quo mortuo, Totilas ex conuento ſuſcepit imperium. Iuſtinianus verò de Ararici interitu certior factus, deq; ſuſcepto per Totilam principatu, odiſſe nil deſinebat ſui præfectos exercitus, ſimul & irridere. Ioannes interim, Beſſasq;, & Vitalius, ac cæteri omnes, qui per Beliſarium relicti ad cuſtodiendam Italiam cum exercitibus fuerant, diſpoſitis per ſingulas vrbes cuſtodijs Rauennam cõueniunt, vbi Conſtantianus & Alexander, cuius antea memini, ſtationem habebant, conſilioque ad inuicem habito, potius fore & longè commodius viſum Veronam, quæ in Venetis eſt, prius ductare, eaq; cum Gothis eódem manentibus in poteſtatem redacta, aduerſus Totilam, & in agrum Picenum deinde contendere. Sic itaque ad hominum duodecim milia contractum exercitum præfecti vndecim numero Veronam duxere.

Romani ad Veronam accedunt

Ad quam vbi ſtadijs ſexaginta eſt proximè ventum, medijs in campis locarunt, qui ea è regione patentiſſimi ſunt, & ad vrbem Mantuam pertinent. Erat tum fortè Marchianus nomine quidam, vir ſanè præcipuus, qui à Verona non procul locum veluti præſidium incolebat, & Iuſtiniani Imperatoris ſtudioſiſſimus erat. Vnde Veronam Romanis prodere miro ſtudio nitebatur.

Marchianus prodere Romanis Veronã nititur.

Erat præterea illi ex portarum cuſtodibus quidam vnus à pueritia cognitus: ad hunc ex amicis nonnullos dimiſit, qui hominem pecunijs ſuadendo corrumperent, vt Imperatoris exercitum intra vrbem reciperet. Quod fermè vbi cuſtos ille ſe facturum promiſit, eoſdem nuncios Marchianus ad præfectos Romani exercitus mittit, conuenta vt his per ſe facta renunciarent, & ſecum vnà nocte vt inſequenti Veronam vrbem inirent cohortarentur. Viſum itaque demum præfectis illud conducere, vt eorum ex numero vnus cum paucis quibuſdam præcederet, & ſi cuſtos fores aduenientibus aperiret, his protinus occupatis exercitum inde ſecurius intra vrbem exciperent. Sed cùm ſubire nemo id diſcriminis vellet, Artabazes ſolus Armenius genere, & bello egregius, ad id rei conficiendum non inuitus ſe obtulit. Is verò Perſas quondam ductauerat, quos Beliſarius cum Bliſcane quodam è Perſia Byzantium paulo antè tranſmiſerat, Iſaurorum delecto præſidio. Is itaque ex vniuerſo exercitu viris centum delectis, nocte iam intempeſta, quamproximè muros acceſſit: & vbi cuſtos ex conuento portam aperuit, nonnullis ibi in cuſtodiam collocatis, exercitum ad ſe euocauit. muro deinde milites Romani inſcenſo, quos fortè deprehendunt cuſtodes, de improuiſo inuadentes obtruncant.

Romani Veronã ingrediuntur.

Quod malum Gothi vbi primùm vniuerſi ſenſere, per portas alias ab hac longè diuerſas fuga euadunt. Non procul Veronæ à muris rupes quædam eminentior extat, vnde quæ intra vrbem geruntur conſpici omnia veluti è ſpecula poſſunt, & hominum in ea numerus haud difficulter iniri, proſpectusq; longior ſubiectos in campos patet. Eo ſe Gothi cùm recepiſſent, nocte tota conquieuerunt. Romanorum verò exercitus, qui ſtadijs inde aberat quadraginta, haud dum vrbi progrediendo appropinquarat, Romanorum ducibus ipſis, de rebus vrbanis bonisque Veronenſium ciuium diripiendis inter ſe altercantibus. Vbi itaque dies illuxit, & Gothi à ſummo rupis, quam inſederant, vertice diligentius cognouiſſent, quoti nam hoſtium per vrbem diuagarentur, quantúm ve exercitus alius ab vrbe diſtaret, curſu citato per eaſdẽ portas, quibus prius euaſerant, repetunt vrbem. non enim ingreſſi antea hoſtes portas has occuparant.

Gothi Veronam recipiunt.

Romani itaque cognito Gothorum in vrbem iam reditu, pari omnes conſenſu in muri propugnacula fuga ſtatim ſe recepere, & ſuperuenientibus ingenti multitudine barbaris, cum hisq; conſerentibus bello manus, Romanorum ex agmine milites pleriq; & Artabazes ipſe mira de ſe opera ædendo, ac fortius decertando, hoſtes in ſe effusè ruentes validius impugnabant. Romani demum exercitus principes, Veronæ rebus, etſi haud

Romani de præda necdum parta litigant.

dum partis, inter ſe diſtributis, cum cæteris copijs Veronam eundum eſſe tandem decernunt: cuius portas cùm clauſas inueniſſent, & hoſtes ſimul ſe ſumma vi defendentes, celeri curſu mox retrocedere, profectionemque facere fugientibus ſimilem, tametſi ſuos conſpicarentur ſupra muros pugnantes, ſuppliciterque petentes, ne ſe deſtituerent, ſed ibidem tamdiu operirentur, quo ad ipſi fuga ſe ad eos & incolumes recepiſſent. Sed quia miſericordiam haudquaquam recipit timor, Romano iam abeunte exercitu, qui circa Artabazem erant, cum præ hoſtium multitudine, aperta vi pellerentur, ſuorum deſperatis iam auxilijs, è muro ſe ſtatim ſaltu præcipitant, & vtcunque his licuit, euaſere. Ex quibus qui fortè molli ac leni ſolo prolabebantur, corpore in offenſo, agmine vno Romanorum ſe ad caſtra recipiunt, quos inter & Artabazes fuit. Qui verò confragoſis in locis ceciderant, ad vnum omnes interiere. Romani deinde traiecto Eridano Fauétiam ſe receperunt, quæ vtique eſt Aemyliæ ciuitas, à Rauenna ſtadijs centum & viginti diſiuncta. Totilas verò, vbi ea, quę Veronæ geſta fuiſſent, perdidicit; Gothorum vim magnam ad ſe euocauit, qui cùm præſto fuiſſent, ad quinque milia hominum contracto exercitu in hoſtem ductauit. Qua de re certiores iam facti Romanorum præfecti, de rebus præſentibus conſultabant. Artabazes itaque cùm in medium prodijſſet, verba iſtiuſmodi fecit: Nemo veſtrûm, ò principes viri, hoſtes contemnendos iccirco nunc ducat, quia multitudine ſint nobis inferiores, vel quia cum deuictis à Beliſario ſit decertandùm, & in eos eundum, qui fracti iam animo ſint. Multi nanque falſa opinione decepti, ſeipſos ſæpius fefellerunt, & dum nil opportunè alios paruifaciunt, partas iam vires diſſoluere potuerunt. nam aliàs antehac res malè geſtæ, viros ſolent ad egregium aliquod facinus factitandum hortari, nimirum cum fortuna ipſa vel deſperatis iam rebus ad optima quæque & maxima audendum compellit. Et hæc equidem non aliqua veſtri ſuſpicione captus nunc diſſero, qui exercitum ducitis: ſed quia recens cum his decertaui, ſatis iſtorum iam hominum perdidici audaciam. Sed nemo hoſtium duxerit ſuis viribus aſcribendùm, ſi modicis cum copijs quis ſuperetur, quandoquidem vt præſtantium multitudine virtus, ita & ſuccumbentium innoteſcit. Reor itaque vobis potius id conducturum, ſi fluminis tranſitum aſſeruando, cum barbaris bellum tunc ineatis, cùm eorum pars amne dimidia ſuperato, in alterius ripæ regionem euaſerit, quàm cum iſtorum copijs vniuerſis & vnum in locum contractis manus denique conſeratis. hoc modo ſi vincimus, profectò nulli non id gloriam feret. gloriam nanque & ignominiam rerum ipſarum nuncupare exitus ſolet. Et victores ipſos efferre laudibus conſueuere mortales, dum quemadmodum ſit victoria parta, perquirunt. His Artabazes peroratis, dum Romani inter ſe præſides diuerſa ac repugnantia ſentiunt, nil opportunè exequebantur, ſed ibi diutius commorati, tempus in caſſum terebant. Iam vero Gothorum appropinquabat exercitus, cumque traijciendus his fluuius eſſet, ſuos ad ſe Totilas conuocatos his verbis cummonefecit: Cætera bella, ò viri, mihi propinquitate iuncti, eaſdē ferè de ſe exercitibus ſolent pugnas promittere, in certamen euntibus: nos verò fortuna haudquaquam cum hoſtibus pari, ſed longe diuerſa nunc vſi in id bellum prodimus. illi nanque deuicti, ſi ita contigerit, non longe pòſt aduerſum nos ſunt prælium integraturi; quandoquidem per Italiam paſſim, & in oppidorum præſidijs magna vis militum his reliqua ſit, ex Byzantioque exercitum alium his affuturum ſubſidio haudquaquam poſſit abſurdum videri: vobis verò ſi ipſum id patiamur, hoc duntaxat relinquetur, Gothorum nomen cum ſpe ſimul diſpereat: quippe qui ex hominum milibus centum, ad quinque milia redacti iam ſimus. Illud deinde vt ad memoriam reuocetis, non ab re

Fœda Rom. fuga

Artabazis ad Romanos oratio

Ducum perniciosa diſcordia.

Totilæ ad ſuos oratio.

ab re fore exiſtimauerim, cùm arma in Imperatorem efferre Ildibaldo duce antehac decreuiſtis, non maiores copias ſuperfuiſſe, quàm hominum mille, & in agro Piceno oppidum vnum vndequaque hoſtium locis obductum. Vobis tamen eo bello ſuperioribus factis non ſolùm militiam accreuiſſe ſat conſtat, ſed imperium propagando res melius proceſſiſſe. Nunc itaque ſi nauare vos operam vultis, bello (vti par eſt) proſperè ſuccedente, hoſtes omnino ſuperaturum me ſpero, quandoquidem qui numero ac viribus præualent, victores euadere plurimum ſolent. Veſtrûm quiſque enixè in hoſtem ac promptius eat: in quo ſi vos non nauiter ſtrenueque geſſeritis, nullo hi poterunt pacto de cætero expugnari. Agite itaque, ſpe optima freti cum hoſte nunc manus conſerite: nec ſecus iſtorum vel iniuſtitiæ ſatis confiſi imus in prælium, qui in ſubditos ita ſe habuere, vt ad noſtram vindicandam iniuriam, Italicenſibus ipſis pro eorum in Gothos audaci facinore ac ſimul proditione, non aliud vt inferatur ſupplicij genus ſit neceſſarium; adeò ſummatim vt dicam, his omnia mala ſunt per Romanos ingeſta, quos in fidem ſuſceperant. Quid enim hoc hoſtium genere captu facilius, apud quos nec diuina quidem, nec humana ſat iura valent? Accedit etiam, quod terror per nos iſtis iniectus, vt bene ſit nobis in ipſo certamine ſperandum, effecerit. non enim in alios nunc homines imus, quàm qui nuper cùm Veronam veniſſent, ea vrbe tam temerè deſtitura, nec vllo mortalium perſequente, tam turpiter ſe in fugam dedere. His Totilas ſuos hortatus, ex his qui ſe ſequebantur militibus, viros trecentos ſtadijs viginti trans amnem abire mox iuſſit, & in hoſtium terga ex improuiſo vt comparerent, cædendoq; hos acrius infeſtarent, vt turbati & pauefacti, nec roboris vllius reminiſcerentur, nec virium. Ipſe verò flumen confeſtim pertranſeundo rectà in hoſtem duxit. Romanis deinde huic obuiam prodeuntibus, & copijs vtrinque inſtructis, vir Gothus Vlaris nomine, corporis magnitudine præſtans, ita & viſu terribilis admodum, ac factis acer, belloque bonus, ex alteris caſtris equo medium in campum immiſſo, armatus galeatusque prodijt, & ad ſingulare Romanos certamen identidem prouocauit, conciuitque. Vnde cæteris pre formidine quieſcentibus, ſolus Artabazes aduerſus hunc ſtatim proceſſit. Itaq; vtrinque equis calcaribus concitatis, vbi inuicem eſt, & in proximo ventum, infeſtis ſe impetunt pilis. Sed prior Artabazes dextrum Vlari latus transfigit. tum barbarus letali excepto iam vulnere, ex equo ſupinus in terram prolabebatur, ni fortè quod geſtabat adhuc in manu telum & à tergo petræ inhæſerat, hunc labi nil ſineret. Tum verò Artabazes acrius inſiſtendo in hominis viſcera telum, ictus crebrius iterando, tamdiu adegit, quoaduſque tandem vulneribus confectum hunc crederet. Sed dum incautius conficere is hoſtem contendit, pili fortè tum ferrea cuſpis, quod Vlaris adhuc retinebat, vt erat ſubtecta, ſe ingerentis thorace ſenſim traiecto, cuteque leniter lacerata, ex inſperato inde ad fauces lapſa, arteriam huic interrupit, vnde ſanguine multo ſine vllo doloris ſenſu mox defluente, Artabazes Romanorum ad caſtra equum dum concitat, Vlaris Gothus moribundus in terram lapſus procubuit. Sed Artabazes ipſe ſanguinis profluuio nil penitus remittente, poſt tertium diem ex humanis exceſſit, ſuiq; deſiderium vel mortuus quidem Romanis reliquit. Exercitus deinde manus vtrique conſerere, & in inuicem fortiter decertare, in ipſoque pugnæ ardore barbari trecenti illi, quos ſuprà meminimus, Romanis poſt terga ex inſperato comparuere. Quibus hi viſis, maioremque eſſe multitudinem rati, pauore ingenti perculſi, ſeſe in fugam proripiunt: quos barbari inſectati, fœdè concidunt, & quos viuos cepiſſent in cuſtodijs habuere, ſignaque omnia, quod antea nunquam Romanis contigerat, adimunt. Romani verò exercitus duces, vt

Vlaris ad duellum prouocat.

Artabazes Vlarim duello vincit.

Artabazes victor fluxu ſanguinis extinguitur.

Succeſſus ſtrategematis Gothici.

cuiq; licuit, cum paucis quibuſdam iam fugam capeſſerant, & in quæ ſe fortè receperant oppida, vigilijs ſtatim & cuſtodibus firmant. Hoc Totilas bello peracto, non longe poſt aduerſus Iuſtinum & Florentiam vrbem copias miſit. Hisque * Vndellam Rodericumque & Vliarem bellicoſiſſimos viros præfecit: qui vbi eò demum venêre, circa muros mox conſidendo, obſidione hos cingunt.

** Beldam aliàs*

Obſidio Florentiæ.

Iuſtinus verò, quia nullos in vrbem conuexerat antehac commeatus, perturbatione affectus immodica, Rauennam ſtatim ad Romani exercitus principes miſit precatum, ſibi vt periclitanti opitulatum venirent. Noctu qui mittebatur fruſtratus hoſtem, Rauennam peruenit, resque pro ſtatu Florentiæ eſſent denunciauit. Tum verò Romanorum non parui momenti exercitus extemplò Florentiam Cyprianus & Ioannes duxere: de quorum aduentu per exploratores Gothi facti iam certiores, ſoluta obſidione, in locum qui Mucialla dicitur, & diei via à Florentia diſtat, ſecedunt. Poſtquam verò Romanus exercitus cum Iuſtini ſe copijs iunxit (is nanque pancis ad eius vrbis relictis in cuſtodiam, ſuis obuiam venerat) præfecti omnes in hoſtem duxere. Hisq; progredientibus perutile fore eſt viſum, vt ex omni exercitu lectiſſimi quique præcederent, ex incurſioneque cum hoſte repentius conſererent manus, eodemque & cæteræ copiæ ſenſim vadentes superuenirent. Sorte itaque in primores exercitus miſſa, fortunæ ſententiam ſinguli expectabant: & ea demum in Ioannem cadente, ſtatim is cogitur cum ſuis militibus præeundo in hoſtem ire. Barbari verò aduentu in ſe Romanorum præcognito, campo eodem, in quo tunc fortè habebant caſtra, præ formidine deſtituto, in vaſtiorem & proximum collem, qui ea prominet regione, effugium tumultuoſius habuere. Ioannis verò tum milites, vbi ad hoſtes venerunt, operæ in hos nauandæ incumbunt.

Pugna Rom. in hoſtes, initio felix.

Et barbaris viriliter ſe defendentibus, impulſione res acrius gerebatur, vnde permulti vtrinq; ſpecimen de ſe virtutis ædendo cadebant. Ioannes interea clamore ingenti ac turba in hoſtes dum impetum facit, ſuis è ſatellitibus quidam telo per barbaros ictus procubuit. Cuius ex caſu Romani parumper ſubmori, pedem iam referebant: ſuperuenientes deinde in campum Romanorum tunc copiæ, phalange facta ibidem quum conſtitiſſent, refugientes ad ſe Ioannis iam milites recipiebant: cum hisque ſimul prodibant in hoſtem, & ex ea retulere pugna victoriam, atque adeo, vt barbaros delere non difficulter potuerint, ni forte quadam per Romanorum caſtra falſus delatus rumor fuiſſet, Ioannem à ſuis armigeris eſſe eo prælio interfectum.

Falſus rumor rem Romanam perturbat.

Quæ fama vbi primùm ad principes ipſos peruenit, haudquaquam diutius ibi manendum duxere, ſed indecoram omnes diſceſſionem mox facere, incompoſitiq; abire, non turmatim aut ex ordine: ſed ſeorſum vt poterat quiſque, ſeſe in fugam proripere, in qua multi mortales inſectantibus barbaris interiere. Qui verò incolumes fortè euaſerant, multos iam dies nemine inſectante turpiter fugitabant. Demum ſe in præſidia vt licuit recipientes, præter Ioannis interitum falſo iam creditum, aliud nihil timoris fuiſſe ac fugæ cauſam compererunt. Qua ex re territi adeo fuerant, vt ne coëundum quidem inter ſe ducerent: ſed ſeorſum ſinguli intra muros ſe continebant, ac ſimul ad futuram omnia præparabant obſidionem, nimirum veriti, ne in ſe barbari irent.

Totilæ in captiuos humanitas.

Totilas interim quum in captiuos Romani exercitus ſtudij plurimum ac beneuolentiam præ ſe non mediocrem tuliſſet, eos tantopere ſibi conciliauir, vt volentes plerique apud ſe militarent. Iamque hyems hoc bello, quod Procopius ſcripſit, finiebatur. Cæſenæ deinde mox Totilas ac Petræ præſidia cepit, & paulo pòſt ſe in Thuſciam contulit, locisque in ea iam pertentaris, quum ad ſe nemo concederet, amne Tyberino tranſmiſſo, non tamen vrbis ingreſſus confinia, ad Campanos & Samnitas diuertit, Beneuen-

tum

tum inde munitiſſimum oppidum nullo in poteſtatem labore redegit, eiúſque muros ad ſolum mox diruit, ne fortè exercitus aliquis ex Byzantio eò ſe conferens, vt è loco munito, in Gothos impetum facto, negotium his exhiberet. Neapolitanos deinde obſidere decreuit, quandoquidem ſe intra vrbem recipere, & ſi pleraque qnidem & allicibilia prædicantem hi prorſus renuerent. Conon eam tunc vrbem cuſtodiebat, cum Iſauris Romaniſque mille. Sed Totilas ipſe cum maxima copiarum parte haud procul à mœnibus caſtris poſitis quieſcebat, parteque exercitus ad Cumas dimiſſa, cum his ſimul & alijs munitiſſimis locis potitur, pecuniarumque numero non mediocri. Fœminas verò quaſdam patritias, captis in oppidis per ſuos comprehenſas, nulla prorſus affecit iniuria, ſed ſumma cum diligentia liberè abire permiſit. Vnde factum, eius vt nomen vt ſapientiæ, ita & benignitatis celebre apud Romanos iam eſſet, ac maximi fieret. Quumque nuſpiam hoſtes ſibi obuiam irent, paucis è ſuo exercitu circummiſſis, res memoratu dignas gerebat. Brutios nanque, & Lucanos ſubegit: Apuliaque & Calabria ſimul potitus, publica tributa frequenter exigere, & omnium rerum prouentus rapiendo & fraudando ſibi habere, cætera haud ſecius factitare, ac Italiæ ſortitus iam eſſet imperium. Exercitibus autem Imperator ſuis, quia ſtatutis temporibus haudquaquam ſtipendia retuliſſent, magnam debebat pecuniam. Eamq; de cauſa Italos homines Romani milites bonis priuabant. Idq; quum frequentius facerent, magno omnes in luctu eſſe, & in vitæ bonorúmque diſcrimen venire. Itaque nec ducibus quidem obedientes milites erant & libentius longè in vrbibus, quàm in caſtris manebant. Conſtantianus nanq; Rauennam tenebat, Ioannes Romam, Spoletum Beſſas, Iuſtinus Florentiam, Peruſiam Cyprianus. & cæteri item omnes diuerſa, vti quemcunq; ex fuga ſalutis locum tunc nacti fuiſſent. Quibus de rebus certior Imperator iam factus, calamitatis loco hæc ducens, Maximinum prætoriorum Italiæ *eparchum creat, vt cæteris præfectis in bello præeſſet, & militibus neceſſaria, vt opus cuique erat, ſubminiſtraret: cum eoque claſſem miſit exercitibus plenã, ex Armenis & Thracibus comparatis. Cum his ſimul & Hunni pauci quidam nauigationem ſuſcipiunt. Maximinus igitur ex Byzantio cum vniuerſa Græciæ claſſe profectus, vt primùm in continentem venit, fruſtra tempus & diu terendo, vno quodam in loco ocioſus & torpens conſedit. Erat nimirum rei hic bellicæ imperitus, vnde & formidoloſus mirúmque in modum cunctator & negligens. Poſt hunc Imperator & Demetrium miſit, qui ſub Beliſario militarat, cohortiq; & pedeſtri militi præerat. Quum itaque in Siciliam Demetrius nauigaſſet, Cononemque accepiſſet & Neapolitanos arctius obſideri, in ſumma rerum omnium anguſtia eſſe: & ſi percupidus opem laborantibus ferre, viribus tamen quum nondum ſatis valeret, & quęque parui momenti copiæ ſequerentur, rem huiuſmodi vt faceret, animo agitauit. Ex vniuerſa Sicilia nauibus quammultis contractis, frumentoque & neceſſarijs alijs rebus completis, ex inſula ſoluit, hoſtibus ſpeciem præbens magnos exercitus tanta nauium copia deportari. Et ſanè ſic erat hoſtibus perſuaſum, vt qui magnas in ſe adduci iam copias crederent. nam & ingentem aduerſum ſe claſſem è Sicilia ſoluiſſe acceperant. Sed quum ea Demetrius nauium multitudine, & ſi Neapolim rectà contenderet, hoſtibus vt equidem reor, terrori vt eſſet, vrbique & Neapolitanis ſaluti: veritus tamen diſcrimen, Neapolim nauigatione tranſgreſſus, Romanum diuertit in portum, indeque contrahere milites ſummo ſtudio nitebatur: qui tamen perinde à barbaris debellati, & maximum in modum ab his ſibi timentes, Demetrium ſequi aduerſus Totilam Gothoſque nullo pacto tunc velle, nec duci ſe in prælium pati, vnde cum his ſolùm, qui ex Byzantio ſecum aduene-

Beneuenti a Totila muri diruti.

Totilas in ſexũ femineum non ſæuit.

Totilæ ſucceſſus

Militum ſtipendijs non ſolutis petulantia.

* *præfectum*

Maximinus P. P. Italiæ, vir ad res gerendas ineptus.

Demetrius bonum conſilium non exſequitur.

rant, ire Neapolim cogitur. Erat tum fortè Demetrius alter quidam genere Cephaleneus, nauta quondam maritimorum operum, & ſimul diſcriminum apprimè peritus. Is quippe in Lybiam Italiamque cum Beliſario nauigarat, ex eaque nauigandi longa conſuetudine rerum huiuſmodi peritiam ceperat. Vnde Neapolitanæ vrbis procuratorem Imperator hunc conſtituerat. Sed poſtquam barbari obſidione locum cœpere, vt erat is lingua immodicus, ea Totilam obſidione maledictis frequenter inceſſere, & ſimul conuitiari, atque adeo vt linguæ parcere nil videretur. Is itaque ex longa óbſidione nimium iam increbreſcentibus malis vehementer affectus, ex Cononis præfecti ſententia clam lembum conſcendit, & ad Demetrium, qui ex Byzantio venerat, animo ingenti nauigationem ſolus ſuſcepit. Vnde quum mirabiliter ad eum incolumis perueniſſet, ad rem gerendam quammaximè concitauit. Totilas verò de Romanæ in ſe claſſis aduentu iam certior factus, cum nauibus alijs & multis in ſtatione antea præparatis, dum hoſtes ad littus applicant claſſem, non procul ipſe à Neapoli de improuiſo aducniens, terrore primo ſtatim congreſſu iniecto, in fugam hoſtes auertit, in eaque multos obtruncat, viuos quamplurimos capit, ſolis his euadentibus, quibus in nauium lembos primo ipſo inſultu licuit deſilire, quos inter Demetrius fuit, claſſis eius præfectus: naues autem omnes cum ipſis oneribus viriſque barbari confeſtim cepere, cum hiſque & Demetrium illum, quem diximus, Cephaleneum comprehendunt, quem tamen non vita priuarunt, ſed lingua manibuſque præciſis, abire quò vellet denique permiſerunt. has tandem Demetrius luit ex ſua dicacitate pœnas. Demum & Maximinus cum omnibus nauibus Siciliam appulit, & Syracuſas profectus, pro belli formidine ibidem vt quieturus permanſit. Quod vbi Romani exercitus duces perdidicère, ingenti celeritate ac ſtudio ad eum miſerunt, qui ſuppliciter peterent, omni poſtpoſita mora ſibi vt auxilium ferret periclitantibus: & inter cæteros Conon, qui intra Neapolim vrbem à barbaris validiſſimè obſidebatur. iam enim ſibi ac ſuis defecerant neceſſaria. Maximinus verò pro innata ſibi ignauia pauoreque, Imperatoris veritus minas, ab alijsque item increpitus, & conuitijs demum affectus, iam ſui deſperans, Syracuſis manendum ſibi decernit, copias tamen omnes cum claſſe Erodiano Demetrioque ductandas ac Phaſſæ, media hyeme Neapolim mittit. Sed ea claſſis vbi prope Neapolim venit, & violentior mari ventus incubuiſſet, immenſaſque excitaret procellas, Demetrius ſecundis ſe fluctibus permittebat: iamque tempeſtas nauium deteſſerat remos, & nautis ad exequenda officia nil temporis permittebat, ita vt nec iubentium quidem & hortantium dicta exaudirent, præ vorticum ſonitu obturbati: ſed confusè omnia facere, dum perflantis ſpiritus vis intolerabilis quædam omnia ſuperaret, quæ vel inuitos eo in littore deturbauit, in quo hoſtes tum fortè ſtatiua haberent. Vnde mox barbari eiectas ad ſe naues ingreſſi, milites in his partim nemine repugnante obtruncant, partim demergunt, viuumque cum alijs Romanorum pleriſque præfectum claſſis Demetrium capiunt. Erodiano tamen & Phaſſæ fugam interea capeſſere licuit, quia non propinqui admodum hoſtium caſtris eiecti peruenerant. Totilas verò circumiecta collo Demetrij reſte, & ad Neapolis muros protractum, monere obſeſſos hunc iuſſit, ne de cætero vana ſpe falſi auxilia expectando ſeſe deperditum irent, ſed vrbem quantocyus dederent Gothis, & malis ſe ingentibus liberarent: quandoquidem poſthac Imperator nulla ſibi tranſmittere ſubſidia poſſet, & id entidem affirmare, ea cum claſſe omnes prorſus his vires ac ſpem deperiſſe. Tunc verò obſeſſi, quum neceſſariarum rerum inopia ac fame vltra, quàm eredi poteſt, opprimerentur: ad hæc conſpicati, quàm indigna Demetrius pateretur,

Pœna dicacis & effrenis linguæ.

Maximini vecordia.

Claſſis Romanæ calamitas.

tur,ſpe omni amiſſa, ad vlulatus & gemitus ſumma cum animi moleſtia reciderunt. vnde ciuitas omnis tumultu & comploratione repletur. Totilas demum,qui in propugnaculis erant,hoſtibus euocatis,verba huiuſmodi fecit. Nihil ipſi vel criminationis,vel cauſæ in vobis nacti, viri Neapolitani,ad vrbem hanc obſidendam conceſſimus, ſed vt ab infenſiſſimis omnium dominis, vos denique in libertatem vindicaremus, & cuique veſtrûm gratias quandoque poſſemus & pro arbitrio reddere, pro veſtris erga nos in bello hoc beneficijs, proq; his, quæ à Romano antehac hoſte perpeſſi fuiſtis. Soli nanque Italicenſium omnium maximè erga Gothorum hanc gentem beneuolentiam prætuliſtis,& compertum ſat habeo,in hoſtium vos ditionem vel inuitos quidem veniſſe:vnde quia cum illis vnà &vos obſidere nunc cogor, veſtræ erga nos fidei pudet, tametſi non Neapolitanorũ malo vrbem nunc obſidemus. non igitur quia obſidionis mala ægrè nunc fertis,odio Gothos habendos eſſe in præſentia cenſeatis: ſiquidem qui amicos afficere beneficijs conniruntur, nullo pacto ſunt per hos incuſandi, vel ſi per ea,quæ nonnunquam iniucũda forſitan ſunt, his gratiam facere videantur. hoſtium autem formido nulla vos ſubeat, nec præterita recenſendo, relaturos ex nobis illos victoriam exiſtimate. nam quæ in vita hac mirabiliter & fortuitò nonnunquam vel inſperatò contingunt, temporis proceſſu defluere ſolent ac labi. Nos igitur ea erga vos beneuolentia ſumus,vt veſtri ob gratiam vel Cononem præfectum ac milites cæteros malorum prorſus immunes abire quò velint, & ſuis cum rebus permuſſuri nunc ſimus, ſi nobis tradita vrbe hinc ſtatim abſceſſerint: pro his verò proque Neapolitanorum ſalute, nihil impediet, quo minus iuſiurandum fidemq; demus. Huiuſmodi Totilæ orationem tam ciues ipſi quàm Cononis milites comprobarunt. nimium nanq; iam famis neceſſitas degrauabat. Vt fidem tamen erga Imperatorem ſeruarent,& ſimul aliquid operiendo ſubſidij, triginta dierum ſpatio pollicentur vrbem ſe dedituros. Totilas verò ab Imperatore ſpem vt his omnem adimeret, trium menſium tempus ſe daturum promittit, ea conditione, vt & ipſi quæ pollicerentur,ſeruarent:quòd ſi aliter fecerint,impetum imprimis ſe in muros facturum confirmat, aperteq; ſe eos oppugnaturum. Hæc igitur ita vtrinque conuenta. Qui verò obſidebantur,non expectato tempore præſtituto, deficientibus præſertim neceſſarijs ad victum rebus, Totilam non longe pòſt ac barbaros ſimul in vrbem recipiunt. Iamq; hyems ſe circumegerat, & belli huius quod ſcripſit Procopius annus * ſextus finiebatur. Totilas igitur Neapoli capta, eam in captiuos præ ſe tulit benignitatem,quæ vtique nec barbaro, nec hoſti ſat conuenit. quippe qui Romanorum præ inedia affectorum imprimis curam ſuſcepit,nec ſecus & eorum, qui quum cibo diutius caruiſſent, imminuti viribus viderentur. Veritus itaque, ne ex repentino nimo cibo ad ſatietatem deſumpto,vti par erat, ingurgitati perirent, medendi hunc modum excogitauit. Cuſtodibus in portu portisque diſpoſitis imperauit, neminem eà abire permitterent. Tum ipſe omnibus moderatione prouida quadam,parciusq;,quàm pro ſingulorum appetentia cibos præbere,hosque eotenus quotidie fameſcentibus addere,quoad ne auctos quidem ingeſtosque ſibi ſentirent. Sic itaque viribus in his confirmatis,patentibus apertisque foribus, liberè, quò quiſque abire iam vellet, permiſit. Cononem verò, eiusq; milites, quibus manere apud ſe haudquaquam placebat,impoſitos nauibus nauigare, quò animus ferret,& pro arbitrio iuſſit. Tum illi ſi in Byzantium nauigationem ſuſciperent, probrò ſibi quod egerant fore & ignominiæ rati,Romam potius eundum decernunt. Sed aduerſo vento his obſiſtente, quum nulla eſſet nauigandi facultas, in ancipiti erant, & curis iam anxij verebantur, ne Totilam vt potitum victoria promiſ-

Totilas ad Neapolitanos oratio.

Neapolis deditio

**ſeptimus VIII anni principium.*

Totilæ ſingularis humanitas.

Altera Totilæ In hoſtes benignitas.

ſorum deniq; pœniteret, néue per eum ingẽti aliquo malo afficerẽtur. Quibus de rebus Totilas certior factus, vniuerſos ad ſe conuocatos, ſolando & confirmando, & integrata quam dederat fide, bonum animum habere hos iuſſit, & ſuo cum exercitu vt ſe immiſcerent, indeque neceſſaria ſibi coëmpta vt ab amicis deferrent. Deniq; quum ea vis venti rurſum & continenter ingrueret, ita vt temporis plurimum tereretur, equos & iumẽta his tribuens, inſuper & viaticum elargitus, per continentem Romam verſus iter vt facerent, imperauit; viæ ſimul comitibus datis Gothis & probatiſſimis viris, vt tutò abirent.

Neapolis muri diruti.

Neapolis interea muros ſolo æquare is cœperat, ne è loco munito impetum factitando, Gothis negocium exhiberent. Malebat is ſanè apertiore in campo cum Romanis & hoſtibus armis decernere, quàm dolo & fallacijs depugnare. Itaque quum eius muri maiorem demolitus iam partem fuiſſet, quod reliquum fuit, dimiſit intactum.

Gothus quidam de illato ſtupro accuſatur.

Per id tempus Græcus quidam & Calaber genere ad Totilam Neapolim venit, ex eius armigeris quendam incuſaturus, quòd eius filiam virginem per vim conſtupraſſet. Totilas verò id ægrè ferens, ſummo ſtudio nitebatur, vt qui delatum crimen patraſſe ſe minus negaret, commiſſi pœnas facinoris lueret. vnde comprehendi mox iuſſum in carcerem trudit. Huius vicem barbarorum primores quidam ſoliciti, (erat nimium vir ille acer, belloq; ſtrenuus) inter ſe coëuntes, Totilam ſtatim conueniunt, conuentumq́ue enixè precantur, miſſum illi crimen vt faceret. Tum ille, quæ dicebantur, benignius auditis, nec perturbatione vlla affectus, orationẽ apud ſuos huiuſmodi habuit.

Totilæ ad ſuos oratio de puniendis flagitijs.

Non equidem, ô viri commilitones, vel quia nimiæ ſim inhumanitati obnoxius, vel quòd propinquorum meorum calamitatem habeam voluptati, hæc vt facerem apud vos verba, conſtitui; ſed vt ne quid Gothis mali contingat. Non enim me præterit, magnas hominum turbas rerum nomina in contrarium vertere, vt qui humanitatem dicere improbitatem conſueuere: vnde & rectiora quæq; corrumpi ac perturbari contingit. Siniſtrum quippe, & planè improbum dixerim, qui leges velint ad verum acrius circumſcribere, vt earum nominibus pro velamentis ad impietatem & nequitiam vſi, peccare intrepidè queant, & prauitatem præ ſe tutius ferre: Sed vobis equidem conſulo, ne mortalium cuiquam id permittatis, vt cum veſtri ipſorum ſalute viri cuiuſpiam delicta commutet, nec quoquam pacto vos ſceleris, qui nulli iniuriam intuliſtis, participes reddat. Delinquere nanque, & in delinquentes inferenda ſupplicia intercipere, vt equidem reor, æquè ſe habent. Velim itaque ea vos mente, & ſic de præſentibus hiſce decernere, vt ſi vobis optio detur, è duobus alterum deligatis. aut enim vir iſte pro illata iniuria luiturus eſt pœnas, aut Gothorum eſt, vt non ſalua Reſpublica ſit neceſſarium, nec bello vt vſpiam victoria pariatur. Animaduertite, quanta antehac nobis in huius belli primordijs militum copia fuerit, vtq́ue in ſubeundis periculis quàm ſit clarior facta. Et paucis vt rem omnem abſoluam, pecuniarum vis quanta & innumerabilis, equorum præterea armorumq́ue quanta antehac vis, quot in Italia ipſa munitiones, quæ omnia haudquaquam pro inutili commeatu his eſſe videntur qui bella gerunt. Sed poſtquam Gothi ſub Theodato fuere, homine quidem qui æquitatem præ diuitiarum aſſequendarum cupiditate minoris feciſſet, quàm deum nobis minus propitium reddiderimus, quóve noſtra fortuna euaſerit noſtis, & à quibus quantisq́ue ſimus viris deuicti. Nunc verò à nobis Deus pro his, quæ deliquimus, tam ſatis pœnarum quum habeat, pro arbitrio rurſum dirigit vitam. Et breuiter vt rem omnem expediam, ſupra vota nobis rem adminiſtrat: quippe qui ſupra vires hoſtes iam ſuperauimus. Compleri itaque velle victoriæ cauſam, iuſtitiam exercendo, nobis profectò plus

longè

longè conduxerit, quàm huic aduerſando videri inuidiã nobiſipſis feciſſe. fieri enim non poteſt, vt qui vel iniuriam fecerit, vel vim fortè intulerit, in certaminibus ipſis probè ſe gerat, quandoquidem pro ſingulorum vitæ conditione regitur & belli fortuna. His Totilæ dictis Gothorum primores collaudatis; armigerum, qui virgini ſtuprum intulerat, de cætero haudquaquam repetere, ſed de eo & pro arbitrio vt Totilas ageret, permiſere. Tum ille morte affecto, qui virginem vitiarat, bona quoque eius, quæcunque fuere, vitiatæ mox tradit. Dum hæc interea Totilas peregiſſet, Romani exercitus principes, & ſimul milites ipſi res ſubditorum diripere, contumelijsque & ſceleribus nil reliquum facere, adamatasque habere in præſidijs fœminas, luxuique ac temulentiæ operam dare. Sed milites ipſi, quum ſe præfectis inobedientes contumacesq; exhiberent, in omnem abſurditatis & flagitij ſpeciem incidebant. Italicis præterea vniuerſis relinquebatur, vt ab vtroque exercitu grauiſſima paterentur. nam & agris ab hoſtibus priuabantur, & ſupellectile omni ab Imperatoris, vt dominantis, militibus. Ad hæc accedebat, quòd quum rerum neceſſariarum inopia premerentur, vt vapulare impunè hi poſſent, & planè deperdi. nam & Romanos milites ipſos, quum ſuos ab hoſte oppreſſos tueri nil quirent, ne ſuorum quidem tunc fœdè factorũ pudebat, ſed pro eorum ſceleribus deniq; effecere, barbarorum vt Itali deſiderio tenerentur. Quibus rebus Conſtantianus permotus, literas ad Imperatorem perſcripſit, hisq; apertè ſignificabat, nullo pacto ſe poſſe hoc bello Gothis obſiſtere. Cæterique item præfecti in eandem ſententiam concedentes, ſuam denunciabant, veluti expreſſa confeſſione, ad certamen ignauiam. Totilas interea Romanorum ſenatui literas in hanc ſententiam miſit. Quicunq; finitimis iniuriam inferunt, ſiue id ignorantia egerint, ſiue obliuione, meritò debent in eos ſe clementiores præſtare, qui ab ſe ſint mala perpeſſi. nam peccandi quæ inciderit fortuitò cauſa, maximam delicti his adimit partem, & deprecatur. Si quis verò præmeditatus iniuriam infert, huic certè nil reliquum fiet, quo eius facta excuſet: quippe quem non ſolum rei patratæ crimen, ſed voluntatis etiam culpam vt ferat, par erit. Quum igitur hæc ita ſe habeant, vobiſcum animis agitate, quo pacto ſint per vos excuſanda, quę in Gothos geſſeritis. Num'ne Theoderici & Amalaſſunthæ in vos beneficia ignorantis? an temporis diuturnitate & veſtra obliuione, nullius momenti fuiſſe ea ſunt viſa? tametſi iſtorum neutrum ſit. non enim leuibus & vanis quibuſdam in rebus, in maiores veſtros, in voſque nuper gratos quondam noſtri ſe principes oſtenderunt, ſed in grauibus quidem & neceſſarijs. Atqui in ſuæ ditionis homines quid nam virtutis exerceant Græci, vel auditione percepiſſe reor, vel experientia didiciſſe. Proinde Gothorum & Italicenſium bona iſtorum fore decernitis, quibus & vos inhæſiſſe exiſtimo. Sed quæ nam ab his ſitis hoſpitibus & amicis adepti, vos fortè non præterit, ſi qua ipſi in parte eorum nunc meminiſtis, quæ Alexander Romanorum præfectus facturum ſe animo deſtinarat, vt milites ipſos omittam, & militum duces, quorum beneuolentia & animi magnitudine fruebamini, & eorundem de cauſa ad id fortunæ res peruenere. Me verò veſtrum exiſtimet nemo, barbarorum vt principem, per iactantiam his verbis nunc vti. nam illud pro indubitato aſſeuerauerim, quempiam ab his eſſe facinoroſis pœnas denique exacturum. Quin potius quo pacto non fore id abſurdiſſimum videatur, quum deus ipſe pro illata tam multis iniuria, militibus iſtis præfectisque ſit ſupplicia denique illaturus; vos verò in iſtorum tam fœdè facta libentius concedatis, nec eximi malis vos patiamini, quæ à ſceleratis hominibus inferũtur. Occaſionem itaque aliquam præbetote, qua apud Gothos ipſos rem veſtram excuſatius tueamini, & ipſi vobis errati vt veniam demus. Sed ad hanc

Poena ſtupratoris.

Romanorum ducum & militum ſcelera.

Totilæ ad ſenatum Rom. literæ

conſequendam occaſionis eſtis tunc aliquid præbituri, ſi belli fine non expe
ctato, quum adhuc quippiam eſt reliquum ſpei, quæ potiora ſunt, delegeri-
tis; & emendatione denique facta, ea inſuper ſarciatis, quę per vos ſunt inde
centius geſta. Literas in hanc Totilas ſententiam ſcriptas ex captiuis cuidam
Ioannes Totilæ reſponderi vetat Romam deferendas, & ad Senatum mox tradit. Ioannes fortè in vrbe tunc
erat. is Senatoribus interdixit, ne Totilę quippiam reſponderent. Vnde Toti-
las iterato literas alias atque item alias ad Romanos perſcripſit, in quibus
grauiſſimo ſe iuramento apertè obſtrinxerat, nulli vnquam de cętero Roma-
norum mali quicquam Gothorum quempiam illaturum. Quis verò mortali-
um iteratas tabellas Romam pertulerit, nil equidem habeo, quod affirmare
ſat queam. nocte nanque intempeſta publicis illæ in locis affigebantur, & v-
bi iam illuxiſſet, innoteſcebant. Sed Romanorum præfecti, quum ſacratos
Ariani Roma eijciuntur. quoſdam, Arianæque ſectæ viros ſuſpectiores haberent, ex vrbe omnes pro
tinus eiecerūt. Quibus rebus Totilas cognitis, exercitus parte in Calabriam
miſſa, Hydruntis præſidium vt rentarent, iniunxit. Sed eius loci cuſtodes
quum haudquaquam vltrò ad Gothos concederent, Totilas ſuis mox impe-
rat, vt oppidum obſiderent. Ipſe verò cum maiori & reliqua exercitus parte
ad circumiecta vrbi Romanæ loca ductare ſtatim contendit. Cuius profe-
Initium anni X. Reditus in Italiam Beliſarij. ctione cognita Imperator, & ſi fortiſſimè adhuc ſibi inſiſtentibus Perſis, mit-
tere rurſum in Italiam Beliſarium cogitur. Iamque hyems ſe circumegerat,
nonusque belli huius annus exibat, quod ſcripſit Procopius. Beliſarius itaq;
ſecundo iam in Italiam venit, perpaucis admodum ex Byzantio abductis ſe-
cum militibus. nam quos antea is habuiſſet, ab exercitu, qui in Media erat,
nequaquam eduxerat: vnde militum apud ſe raritate compulſus, Thraciam
omnem circumeundo, pecuniamque effusè præbendo, iuniores & volunta-
rios quammultos contraxit. Huic ex Imperatoris permiſſu & Vitalius aderat
Illyricorum præfectus, qui ex Italia nuper redierar, vbi & Illyrios reliquerat
milites. Vtrique igitur, quum ad hominum milia quatuor contraxiſſent, Sa-
lonas ſe contulerunt, ea mente vt Rauennam inde & imprimis contende-
rent, ex eoque loco bellum Gothis, quoad liceret, inferrent. nam per Roma
num agrum nec tuto tranſire hi poterant, nec hoſtes fallere trāſeundo, quos
in Calabria Campaniaque caſtra habere acceperant: nec vim his quoquam
pacto inferre. non enim æquis aduerſus Gothos hi viribus ibanr. Interea,
qui in Hydrunte obſidebantur, Romanis, quum commeatus penitus defe-
ciſſent, cum obſidentibus barbaris ad colloquium conuenerunr, pactique
inter ſe ſunt, Gothis vt præſidium traderetur, & ad id peragendum vtrique
Beliſarius Hydruntem ſeruat. diem præfiniunt. Beliſarius interim commeatibus in naues impoſitis, ad an-
ni ſpatium ſuffecturis, cum his Valentinum iuſſit Hydruntem ocyus nauiga-
re, indeque primos ſtatim cuſtodes abducere, quos morbo & fame accepe-
rat contabuiſſe, aliosque ex his, qui ſecum tunc nauigarent, ad cuſtodiam lo
ci habendam ſufficere: quibus perfacilè foret, vt integris & vigentibus, & ab
unde ſuppetentibus rebus ad victum neceſſarijs, pręſidium tutius aſſeruare.
Valentinus itaque ſecundum nactus & validum ventum, nauigatione Hy-
druntem quarto ante præſtitutum dedendi oppidi diem peruenit, & ſine cu
ſtodijs portum deprehenſum mox occupat, præſidiumque nemine interpel
lante iniuit. Gothi nanque præſidiariorum militum promiſſis fidentes, nec
quicquam interea ſibi impedimento fore ad capiendum præſidium rati, ne-
gligentius ſe erga proxima Hydruntis loca habere, & in ſegnitiem quieſcen
do relabi. Quo factum, vt claſſe de improuiſo in ſe veniente conſpecta, trepi
di obſidionem mox ſoluerent, & procul inde facta diſceſſione, tranſlatiſq;
aliò caſtris, quæ ſibi iam obtigiſſent, ad Totilam perferunt. Valentini deinde
milites quidam, quos fortè cupido inceſſerat eius regionis loca depopulari,
incurſio-

incurſione inconſultius facta, ad maris littus quum hoſtes obuios habuiſſent, cum his manus conſeruere: quo prælio vt prorſus deuicti, non paruo numero fuga ſe in mare præcipitant. Vnde centum ſeptuaginta deſideratis, cæteri ſe Hydruntem ad præſidium receperunt. Valentinus verò veteribus eius præſidij affectis inedia inuentis cuſtodibus, & his inde abductis, ex Beliſarij ipſius imperio alios & recentes validioreſque primis ſubſtituit, & commeatibus ad integrum ſuffecturis annum, cum reliquis copijs Salonas venit. Vnde & Beliſarius cum claſſe vniuerſa mox ſoluens, Polam applicuit, vbi & moram exercitum diſponendo, aliquamdiu contraxit. Totilas interim, vbi eò Beliſarium applicuiſſe accepit, id eius cognoſcendi vires iam cupidus egit. Bonus nomine quidam, Ioannis nepos, Genuæ dux præſidij erat. huius nomine literas ipſe adulterinas ad Beliſarium ſcribit, enixius obſecrando, ad ſe vt maximo in diſcrimine laborantem celerrimè opitulatum venirent. Viris deinde cautioribus quibuſdam delectis, & vafredine probè imbutis, perferendas ad Beliſarium literas tradit, & ſimul commonefacit, eius vt vires aduertendo diligentius & ſpeculando cognoſcerent, & à Bono ſe Genuæ præſide miſſos diſſimulanter prætenderent. Quos Beliſarius, vbi in eius conſpectum venere, pro ſua conſuetudine beneuolè ac perbenignè ſuſcepit, & literis deinde perlectis, Bono præfecto vt renunciarent iniunxit, cum vniuerſo exercitu ſe non longe pòſt affuturum. Illi verò, vt fuerat per Totilam imperatum, rebus omnibus perluſtratis, & diligenter animaduerſis, quũ ſe ad Gothorum exercitum recepiſſent, non magni momenti Beliſarij eſſe copias affirmarunt. Totilas interim Tybur, quod Iſaurorum præſidio tenebatur, proditione hoc pacto cepit. Ex incolis quidam cum Iſauris portarum cuſtodibus, nullo ipſorum crimine pauloante iurgati, hoſtes, qui proximè caſtra habebant, noctu introduxere. Vnde Iſauri quum vrbem in hoſtium eſſe poteſtatem aduerterent, agmine vno inter ſe coëuntes, integri omnes ferè fuga euadunt. Tum Gothi ciuium nemini parcere, ſed cum vrbis * præſule occidione vniuerſos occidere, & cædibus tantopere in hos deſæuire, vt explicaturus has minimè ſim, ne inhumanitatis & ſæuitiæ monumenta poſteritati relinquam. Inter cæteros & Catelus interijt, vir ſanè inter Italos probus. Iamque & Tyberim barbari occuparant. Vnde factum, vt haudquaquam Romani de cætero poſſent flumine commeatus deuehere. nam & ſecus amnem ſitum id oppidum eſt, ſupra vrbem Romam ſtadijs centum & quinquaginta. Quod quum à Gothis iam teneretur, veluti è propugnaculo è regione ſiue per Anienem fluuium hi nauigantibus, ſiue terra iter habentibus infeſti erant. Beliſarius autem, vbi cum vniuerſa claſſe Rauennam peruenit, Gothis qui fortè tunc aderant, & ſimul Romanis in vnum contractis, orationem huiuſmodi habuit. Haudquaquam nunc primum, ô viri, id contigit, vt egregia virtutis probitatiſque opera per nequitiam & praua delerentur facinora. Iampridem enim humanis id rebus apertè inſitum eſt, & ſanè pleraque proborum hominum facta, deperdita peſſimorum quorundam prauitas intercidere ac corrumpere potuit. Quod vtique nunc & Imperatoris rem planè fefellit, cui tantopere, vt delicta caſtiget, eſt curæ; vt de Perſis parta ſat ac demum poſthabita, quæ in manibus erat, victoria; me rurſum ad vos per id temporis tranſmittendum cenſuerit, ea vt ſarciam, & ad ſanitatem reducam, quæ per præfectos & exercitus duces nil rectè antehac ſint, ſiue in milites, ſiue in Gothos, & vtcunque in cæteros facta. Enimuerò nil prorſus delinquere, nec humanum eſſe equidem reor, ſed præter mortalium ipſorum naturam. Delicta verò corrigere Imperatorem admodum decet. vt charos præterea, & amicos ſoletur, eius & dignitatis eſt, & prudentiæ: quo fiet, vt non ſolum nunc ipſi à moleſtijs quondam illatis & gra-

Totilas fraude vires hoſtis exploraт.

Tybur a Totila capitur.

* *forte, præſide.*

Beliſarij ad ſuos et Gothos oratio

uibus vindicemini,ſed ſtatim vt liceat Imperatoris beneuolentia frui,qua re
nil dignius afferri mortalibus poteſt. Quum itaque ad hæc exequenda præ-
ſto nunc ſun, veſtra intererit, totis eniti nunc viribus, futuris vt commodis
perfruamini.Vos igitur,vt cuique ſiue neceſſarij ſanguineq́ꝫ coniuncti,ſiue
amici beneuoliq́ue apud Totilam hoc tempore ſunt, eueſtigio reuocate. id
ſi egeritis,& pacis bona habituri propediem eſtis, & ab Imperatore non me
diocris ad vos eſt peruentura vtilitas.Ipſe verò,non vt belli huc cupidus ve-
ni,nec vt hoſtis Romanæ ditionis hominibus ſim. Quòd ſi non operæpreci-
um ipſi duxeritis,quæ potiora ſunt vobis,deligete, & nobis obuiam ire plo-
*nolint.
rique * velint,neceſſe erit omnino, vt vel inuiti pro hoſtibus habeamus, qui
contra nos arma deſumpſerint. Hac habita Beliſarius oratione, Teramun-
them armigerum,& ex his alios, qui ſe ſequebantur, nonnullos, cum Vita-
lio vnà,Illyricisq́ue militibus in Aemyliam miſit, eius regionis vt locos ten-
taret. Vitalius itaque ſuis cum copijs quum Bononiam perueniſſet, præſidi-
Illyrici domum ſe recipiunt.
js ſeſe tradentibus captis, quietum eo ſe in oppido continebat. Illyrici inte-
rea milites,quos eò traduxerat, nullis prorſus malis affecti, nec voce tenus,
quæ ſe offendiſſet, derepente & temere abeuntes domum ſe contulerunt,
miſſisq́ue ad Imperatorem legatis,veniam dari ſibi deprecabantur:quando
quidem non alia ſe domum de cauſa recepiſſent, niſi quia neceſſarijs, ac ſi-
mul ſtipendio fraudari ſe dicerent. his fermè reſpublica magnam debebat
pecuniam.Ad hæc accedebat,quòd & Hunnorum exercitus quum Illyriam
inuaſiſſet,eorundem liberos coniugesq́ue pauloante abduxerant, quibus Il
lyrici illi rebus compulſi,agmine vno abierant.Sed his imperator, & ſi tum
primum ſuccenſuiſſet,veniam tamen errati poſtea dedit. Vnde & Totilas co
gnita Illyriorum ſeceſſione,exercitum Bononiam miſit,Vitalium perinde ac
reliquos milites vt ſtatim inuolaturum. Vitalius tamen, ac ſimul Teramun-
thes hoſtium in ſe aduentu præcognito, locatis in aduentantes inſidijs, ma-
gno ex eis numero interfecto, cæteros auertere in fugam. Eo in prælio Na-
zares aderat,vir quidam egregius,natione Illyrius, & ex Illyria militũ quon
dam præfectus: cuius præter cæteros omnes ſingularis & admirabilis opera
fuit.Hac deinde pugna confecta,TeramunthesRauennam ad Beliſarium re
dit, qui alios ex ſuis armigeris ternos & delectos cum militibus mille Auxi-
mum Romanis ibi per Gothos obſeſſis ſuppetias miſit, qui fermè Totilam
cum copijs ſnis fruſtrati, Auximumq́ue ingreſſi, incurſiones in barbaros fa-
cere animo deſtinarant. Sed poſtera die circa meridiem certiores iam facti
hoſtium nonnullos in proximo eſſe, vrbe egrediuntur,vt his occurſuri. Ex-
ploratores tamen prius mittendos ad hoſtes eſſe decernunt, eorum vires di
ligentius ſpeculatum, ne temerè in barbaros & inconſideratius ruerent. Ri-
Recilas in temulentia temerarius occiditur.
cilas verò Beliſarij armiger, ſed tunc temporis temulentus, inuitis cæteris,
ſolus ipſe ad ſpeculandum equo in curſum acto celerrimè iter arripuit. Quũ
q́ue in Gothos tres incidiſſet,& loco præcipiti,primum quidem vt oppugna
turus hos conſtitit,& rem ſtrenuè gerit: ſed vbi hoſtium vim magnam perui-
dit in ſe vnum coortam deferri, in fugam ſtatim concitat equum, quo ex in-
ſperato & loco difficili procumbente, ingenti hoſtes clamore in hunc tela
conijciunt. Quam rem Romani ex ædito conſpicati,ſuo vt militi opem laturi
concurrunt. Ricilas interea pilis iam multis opertus emoritur. Teramunthis
verò tunc milites barbaris in fugam verſis,ſublatum ſui commilitonis cada-
uer in Auximum intulere,exitum vitæ ſortitum non ſua virtute dignum. Tũc
verò Sabinianus Teramunthesq́ue cum Magno ipſo eius pręſidij duce,com
municato conſilio,non vſui fore ſibi comperiebant,illic de cætero immora-
ri,id animo agitantes,hoſtibus nunquam pares fieri ſe poſſe. Et dum interea
obſeſſorum cibos abſumunt,eò celerius ſe effecturos, vt à barbaris præſidi-
um

um capiatur: quæ vtique vbi ſic fore ſunt viſa, ipſi quidem cum militibus mille ſe ad diſceſſum parare, & noctu iter aggredi velle. Qua re ſic cõſtituta, ex his ipſis militibus quidam occulta profectione & voluntaria ad hoſtium caſtra ſe contulit, denunciauitque, vti res ſe apud Romanos haberent. Vnde & Totilas ipſe cum delectis duobus milibus viris nocte inſequenti ſtadijs triginta ab Auximo itinera aſſeruando inſedit, eiusq; rei nulli præbuit ſenſum. Gothi interea hoſtes noctem circa mediam conſpicati pertranſeuntes, exertis hos enſibus de improuiſo adoriuntur incautos, ex hiſque ducentos interfecerunt. Sabinianus interim Teramunthesque cum reliquis, vt in tenebris delitescendo, Ariminum fuga contendunt. Gothi verò ſarcinarijs iumentis omnibus potiuntur, quæ commeatus & arma geſtabant. Ad littus Ionici ſinus oppida duo Piſaurum Fanumque inter Auximum & Rauennam ſunt ſita, quorum domibus in huius belli primordijs Vittiges concrematis, muros ad mediam partem deleuerat, ne fortè illis Romani præoccupatis Gothis ſe infeſtos præberent. His verò ex oppidis alterum, & id quidem Piſaurum, Beliſarius occupare decernit, vt cuius ager illi eſſet tum viſus equorum in pabula peridoneus. Miſſis itaque noctu ex amicis quibuſdam ad id peragendũ idoneis, qui portarum ſingularum latitudinem altitudinemque clam & diligentius metirentur: fores poſtremò ad eandem dimenſionem cõſtructas, & ferro munitas nauigio impoſitas Piſaurum miſit, iuſſitq; Sabiniani militibus vt eas portis mox coaptarent, ipſiq; intra muros manerent, ac vbi in tuto iam conſtitiſſent, quicquid è mœnibus dirutum collapſumúe fuerat, lapide vtcunque limoq; ſarcirent. Sed Totilas, quæ per hos gerebantur, præcognitis; non paruis cum copijs Piſaurum venit, & prẹſidio pertentato aliquandiu ibi moratus, quum capere illud non poſſet, re demum infecta ad Auximum reduxit exercitum. non enim Romanorum adhuc quiſquam in hoſtem exibat, ſed intra muros omnes ſe continebant. Beliſarius interim ſuis ex armigeris duos Romam tranſmiſit, vt ſimul cum Beſſa vrbis cuſtodias aſſeruarent, nec quoquam pacto exirent in hoſtem. Totilas deinde, & Gothorum exercitus, vbi Beliſarij copias accepere non ea multitudine eſſe, vt ſuis reſiſtere conatibus poſſent, locorum validiſſimas quaſque munitiones infeſtandas per ſe ac ſuos eſſe decernunt: vnde & in agro Piceno parte copiarum ad Firmium Aſculumque dimiſſa, poſitis caſtris ad hæc oppida obſidendum ſedulo conſtiterunt. Iamque & ſe circumegerat hyems, & annus huic decimus bello finiebatur, quod hiſtoriæ Procopius commendauit. Beliſarius verò cum obſeſſis auxilio eſſe non poſſet, Ioannem Vitaliani nepotem Byzantium miſit, grauiſſimoque iureiurando adegit, ad ſe enixè vt reditum, & quoad poſſet, acceleraret; Imperatoremque ſuo nomine precaretur, magnam vt ſibi pecuniam maioresque copias & arma inſuper mitteret. milites quippe deberi ſibi pecunias cauſando, ſeque omnium egentiſſimos eſſe, prælia detrectabát. Vnde & Imperatori in hanc ſententiam ſcripſit epiſtolam. In Italiam Imperator optime venimus, non viris, non armis, non pecunijs demum muniti: quæ vtique qui non ad neceſſitatem ſit conſecutus, bellum (vt reor) gerere nunquam ſat commodè poterit. Thraciam ipſi & Illyriam obeundo, milites non paucos demum contraximus, ſed miſerabiles quoſdam & planè inermes imbelleſque. Spectamus præterea & qui hic ſunt reliqui milites haudquaquam ſatis ad id bellum valere, & hoſtes reformidare quammaximè, vt qui ab his ſæpius victi animum ad ſeruitutem tranſtulerint. nec ſanè hi fruſtra hoſtem antehac veriti fugitabant, & equis dimiſſis, proiectis in terram armis turpi ſe dederant fugæ. Nec fieri præterea poteſt, pecuniarum prouentum vt ex Italia capiam, quippe quæ iterato per hoſtes priſtinos occupata nunc detinetur. Noſtri præterea milites quia contumaces iam red-

Proditur conſilium Rom.

Piſaurum Beliſarius munit.

XI annus belli Gothici.

Beliſarij ad Imp. epiſt.

diti ſunt, noſtro haudquaquam parent imperio: vnde nec iubere his aliquid poſſumus. Accedit etiam, quod debita illis pecunia imperandi nobis audaciam ſuſtulit. nec illud te lateat velim, maximam tuorum militum partem vltrò ad hoſtes ſe contuliſſe. Si igitur in Italiam duntaxat Beliſarium mittere animo inerat, bene habet: ſum namque in medijs ferè nunc Italis. At ſi libido eſt hoſtes peruincere, neceſſarium eſt, vt per te alia pleraque ad id præparentur. non enim fieri ſine adminiſtris poteſt rebus in bellicis imperator. Neceſſe eſt itaque, vt armigeri & ſatellites mei omnium primi ad me transmittãtur. Magno deinde qui Auximum ſeruat, Hunnorum barbarorumque aliorum non parua manus, hisq́; in ſtipendium vt pecuniæ dependantur. Ioannes verò quum plurimum temporis Byzantij contriuiſſet, nil prorſus eorum peregit, quorum ob gratiam per Beliſarium mittebatur. Sed virgine ex Demetrio Imperatoris nepote progenita in vxorẽ traducta, Veneri operam dabat. Totilas interea Firmium & Aſculum cepit: in Thuſcos inde profectus, Spoletum Aſiſiumque obſedit. Spoleti verò Erodianus cuſtodiæ præerat, Sifridus Aſiſij Gothus genere, aliàs tamen miri erga Romanos & Imperatoris res ſtudij. Sed Erodianus cum hoſtibus in colloquium venit, ab hisque dierum triginta inducias petijt, his tamen conditionibus, vt ſi nulla interea per Beliſarium auxilia mitterentur, cum militibus ciuitatem & incolas Gothis dediturum ſe diceret, filiumque pro futura deditione obſidem dedit. Poſtquam verò conſtitutum iam aderat tempus, nec aliunde Romanis ſubſidia ferebantur, Erodianus & cæteri, quibus fuerat præſidij cuſtodia credita, factis ex pactionibus ſe & Spoletum Totilæ dedunt. Ferunt nonnulli Erodianum, quia Beliſarium ipſum odiſſet, Gothis ſeſe Spoletumque prodidiſſe, vt cui vitæ factorumque rationem exacturum ab ſe Beliſarius minaretur. Sifridus autem cum ſuis militibus facta in hoſtes eruptione, è ſuis complures amiſit, & ipſe ſimul occubuit. Aſiſini deinde duce amiſſo in re præſenti conſilij inopes vrbem extemplo hoſtibus tradidere. Poſt hæc Totilas ad Cyprianum protinus miſit, & Peruſiam ſibi vt proderet, precabatur: poſt preces, & minas adiecit, ſi minus obtemperaret: varieque animum eius verſando, pecuniarum inſuper vim maximam ſe illi daturum pollicebatur ſi poſtulata perageret. Verùm vbi apud Cyprianum nec minis ſibi, nec precibus res ſuccedebat, ex illius armigeris Vliarum quempiam corrumpit pecunia, hominem vt dolo necaret. Tum ille Cyprianum ſolum conuentum, de improuiſo obtruncat, & fuga ad Gothos ſe recipit. His Totilas rebus peractis, Romam contendit, quam ſtatim vbi eſt proximè ventum, obſedit. Agrorum verò cultoribus per omnem Italiam mali nil quippiam intulit: ſed terram vt intrepidè colerent, nil ſecus ac anteà, imperauit; ſibique ac Reipublicæ tributa dependerent, & fructus dominis reportarent. Gothi verò, dum muris interea appropinquant, Artaſires Barbationque non paucos ſecum ducantes, & ſi improbante id Beſſa factum, eruptionem in eos fecerunt, & ſtatim compluribus interfectis reliquos in fugam vertere. Quibus quum diu inſiſterent, & ad plurimum viæ euecti inſectandi ſtudio eſſent, in hoſtium inſidias præcipitarunt, vbi maiore ſuorum parte amiſſa, vix duces ipſi euaſere. Quo factum, vt haudquaquam de cætero auderent hoſtibus obuiam ire ſibi vel acriter inſultantibus. Vehementior exinde fames Romanos vrgebat, quum nullas poſſent ex agris fruges inuehere, & rebus eſſent maritimis interclusi. Gothi nimirum Neapoli in poteſtatem redacta, minoribus varijsq́; nauigijs, circa eius regionis inſulas vltro citroq́; adnauigando diuagabantur, & diligentius obſeruabant, qui nam eà nauigationem haberent. Vnde vniuerſas è Sicilia naues, quæ Romanum ad portum curſum tenebant, eorum in manus cum nautis ipſis perueniebant. Totilas deinde in Aemyliam tranſmiſſo exercitu, Placen-

Ioannis negligẽtia in curandis rebus commiſſis.

Cypriani conſtãtia.

Indigna Cypriani cædes.

Romam Totilas obſidet.

Victores victi.

Annonæ caritas Romæ.

Placentiam ſiue vi,ſiue deditione ſuis,vt caperent,imperauit.Hæc fermè ciuitas inter cæteras Aemyliæ vrbes præſtantior eſt, & præſidium habet præualidum, ad flumenque Padum poſita eſt, ac ſola ex omnibus ea è regione oppidis Romanorum in ditione relinquebatur.Vbi verò Gothorum Placentiæ appropinquauit exercitus, oppidanos leniter compellando hortari & ſuadere, vrbem Totilæ ac Gothis pacificè traderent. Quibus vbi pro voto nil ſuccedebat, non procul ab vrbe poſitis caſtris, ad obſidionem ſe hi præparabant,& eo impenſius, quo & oppidanos præſenſerant neceſſarijs indigere.Per id tempus Imperatoris præfectos, qui Romæ tunc erant,proditionis ſuſpicio cepit, vt quibus Romanus vir Cethegus & inter ſenatores facilè princeps,ſuſpectior eſſet,qui ea ſtatim de cauſa Centumcellas ab vrbe diſcedens ſe contulit.Beliſarius interim vt vrbi Romæ,ita & ſummæ rerum quum non parum timeret, vt qui ex Rauenna aliò nil quicquam afferre ex tantulis præcipuè copijs ſubſidij poſſet, Romam inde proficiſci animo deſtinat, & circumiecta vrbi loca eueſtigio occupare, vt è propinquo ſuis laborantibus quiret præſidio eſſe. Iam enim,quod à principio Rauennam veniſſet, hunc pœnitebat: quod tamen Vitalio ſuadente & Magno præfectus cum Imperatoris incommodo fecerat.Nam vbi ſe primum intra Rauennam incluſerat,viſum eſt hoſtibus,ſe iam liberius poſſe,& pro arbitrio bella tractare.Beliſarius itaque Iuſtino cum paucis quibuſdam ad Rauennę cuſtodiam conſtituto, inde mox ſoluens,Dalmatiæ oram legens, eiuſque regionis loca iuxta adnauigando ſuis cum copijs Epidamnum deuehitur, vbi exercitum ex Byzantio expectando aliquandiu quieuit,perſcriptis primum ad Imperatorem literis, quibus & præſentem ad cætera rerum ſtatum ſignificabat.Ille vero non longe poſt Vitalij nepotem, Iſaacem Armenium Aratij & Narſetis germanum fratrem cum exercitu miſit ex barbaris Romaniſque contractum militibus, qui omnes Epidamnum deuecti, cum Beliſario ſe coniunxere. Imperator deinde Narſetem & hunc eunuchum ad Erulorum principes legat,vt his ſua deret,in Italiam traducerent copias,& cum ſuis vnà militarent.Vnde ex Erulis quammulti Narſetem ſecuti,in Thraciæ loca hybernatum venere, vt poſtea vere proximè ineunte ad Beliſarium inde tranſmitterentur.Aderat cum his & Ioannes,quem Fagam cognomine dictitabant. His itaque iter habentibus fortuna contigit quædam, quæ ingentibus bonis Romanos ex inſperato affecit. Magnæ nuper Sclauinorum hominum manus Hiſtrum flumen trajicientes,& eius regionis loca depopulati Romanorum vim maximam ceperant. Cum his Eruli inopinantes quum manus conſeruiſſent, & ſimul ſpem præter viciſſent,magno eorum numero interfecto,captiuos omnes per eoſdem abactos,abire ad propria permiſere. Sed Narſes interea quempiam nactus erat,qui Childibij nomen, clariſſimi quondam Romanorum præfecti, falſo ſibi ementiretur.Childibius enim quidã ex Iuſtiniani familia fuerat,de vir ſanè rebus in bellicis acer admodum atque induſtrius, contemptorque adeo pecuniarum,vt in re ſua familiari pro maximis opibus duceret, nil penitus poſſidere.Hunc Imperator quarto imperij anno Thraciæ vniuerſæ præfectum ad Hiſtrum tuendum conſtituerat flumen, & tam cautè aſſeruãdum, ne de cætero barbaris peruium eſſet: quandoquidem antehac ſæpe vt Hunni,ita & Antarum Sclauinorumque gentes flumine eodem traiecto, inſanabilibus malis Romanos affecerant. Sed Childibius poſthac adeo terrori barbaris fuit,vt per triennij ſpatium,& quamdiu eo præfecturæ hic munere fungebatur,barbarorum nemini vnquam id flumen licuerit Romanos inuadendi de cauſa pertranſire: quin potius in alteram continentis partem Romani Childibio duce ac ſæpe tranſuecti, barbarorum vim maximam trucidarant, & in ſeruitutem abduxerant. Poſt tertium tamen Childibius annum mo-

Placentiæ ſitus.

Cethegus proditionis ſuſpectus.

Subſidia Beliſario miſſa.

Eruli Narſetem ſequuntur.

Eruli Sclauinos cædunt.

Childibius.

Antarum natio, vnde cognomen Antici Iuſtiniano.

dicis Hiſtrum quum copijs traieciſſet, vniuerſam Sclauinorum gentem obuiam habuit: vnde inito fortiter prælio, cum Romanis permultis & Childibius cadit: quo mortuo barbari liberè Hiſtrum flumen traijcere, Romanorumque res ſæpius incurſare. Quo factum, vt vel vniuerſæ Romanæ tunc vires non ea in re vnius Childibij æquare virtutem potuerint. Antis deinde Sclauiniſque longo poſt tempore inter ſe diſſidentibus, & certamen deniq; ineuntibus, Antæ ab hoſtibus ſuperantur. Vir itaque quidam Sclauinus ex captiuis iuuenem nactus Childibium nomine, primum tum pubeſcentem, domum abduxit. Sed Childibius ipſe temporis progreſſu bellicis eſt in rebus induſtrius factus, & miræ erga dominum charitatis, vt qui eius tuendi gratia vitę ſæpe diſcrimen ſubierat, & bello ſe perſtrenuè geſſerat, quibus ex rebus ingentem retulit gloriam. Vnde non longe pôſt Antarum vis magna Thraciæ loca quum inuaſiſſet, depopularis ea è regione agris, Romanorūq; rebus direptis, multos mortalium demum cum cætera præda ad proprios lares quum ſe referrent, traducunt: his ex captiuis quempiam vnum in domini clementioris poteſtatem & perhumani fortuna deduxit. Erat nimirum captiuus ille vir ſagax, & ſanè verſutus, & qui facilè poſſet in negocio homines circumuenire ac fallere. Itaque quum magnopere cuperet Romanorum ad terras redire, nec vlla id arte aſſequi poſſet, rem excogitauit huiuſmodi. Dominum imprimis conuentum, pro eius humanitate, & in ſe diligentia mirificè laudat, & ſuæ probitatis ob gratiam ex deo pleraque ſibi bona fore affirmat, ſeque haudquaquam ingratum pro eius in ſe benignitate videri impoſterum poſſe: verum ſi ſibi optima conſulenti obſequi velit, non longo poſt temporis interuallo magnarum pecuniarum dominum ſe eum facturum ſtrenuè pollicetur. Eſſe nanq; apud Sclauinos ait Childibium, Romanorū quōdam præfectum, habitu nunc quidem ſeruili, ſed barbaris ipſis incognitum. Si igitur illi placeret, pro Childibio redimendo dependere precium, hominemq; Romanorum ad loca traducere, prò indubitato aſſeuerare, maximam à Romanis ſe gloriam relaturum, & ab Imperatore non paruas opes. His dictis, Romanus ille, & ſeruus, domino, quæ voluit, perſuaſit. nam & ſecum vnà ad Sclauinos contendit, cum hiſque, quia fama vtriq; innotuerant barbaris, mutuo ac tuto diuerſabantur. Pecunijs itaque multis Childibij domino perſolutis, hominem, quem petierant, coëmerunt. Inde profecti quum protinus abijſſent, & domum ſe iam recepiſſent, rogat mox hominem emptor ille & dominus, num ipſe Childibius eſſet Romanus ille præfectus. Tum ille nil dedignatus, quæ vera eſſent, ex certa confeſſione fateri. quemadmodum antehac ſecum actum ſit explicat, vt Antius & ipſe genere ſit, & quum aduerſus Sclauinos vnà cum ſuæ nationis hominibus pugnam iniſſet, ab hoſtium ſit quopiam captus: nunc verò quum in patriam venerit, liber & ipſe ſit ex lege futurus. Tum igitur, qui argentum perſoluerat, ne hiſcere quidem tunc primum, ſed mœrore mox affici, & ſuæ ſimul factæ iacturæ non mediocriter indoleſcere. Romanus verò, & ſeruus ille, qui dominū cōſolari, & quæ in vero eſſent, refellere vellet, ne qua ſibi res fortè in patriā reditum moraretur, hūc quidem virum Childibium eſſe identidem affirmare; ſed præ formidine, vt qui in medijs hoſtibus nunc diuerſetur, haudquaquam ex vero ſibi velle cūcta retegere: quòd ſi Romanorum ad terras peruenerit, non ſolum nihil omnino hūc veritum, occultaturum ſe eſſe qui ſit, ſed vti par eſt, gloriæ honoriq; id habiturū. Dum interea de huius viri nomine ea controuerſia fieret, vulgatus iam ſermo ad omnes perferri cœptus. Antarum gens itaq; eius rei ob gratiam quum adinuicem conueniſſent, cōmune decernunt id ſibi fore negotij, atq; adeo ex ea re ingentia quædam ſe habituros ſperabant, quandoquidem Romani exercitus principem redactum in poteſtatem haberent. Atqui Antarum

Childibij interitus.

Childibius alter, ſuppoſititius.

Hominis vafri verſutum conſilium.

tarum Sclauinorumq́; nationes,non ab homine aliquo vno reguntur:ſed ab
antiquo plebeia communiq́; libertate viuunt,& idcirco res omnes, quæ vel
vtiles ſint,vel fortè difficilès,in cõmune conſilium deducuntur.Cætera verò
omnia vtriq; ferè gẽti paria ſunt & ſimillima.His præterea barbaris lege cau
tum eſt,& à ſuis maioribus proditum, inter deos aliquem vnũ, qui fulminis
Eorundem religio & mores.
ſit fabricator,rerum omnium dominum ac ſolum eſſe vt credãt, illiq́; boues
& hoſtias cæteras mactent: fortunam verò nec ſciunt quidem , nèc alias vim
aliquam in homines habere fatentur:ſed poſtquã ſibi ſiue domi morbo cor-
reptis,ſiue in prælio cõſtitutis è propinquo mors imminet, iubentur quidẽ,
ſi incolumes fortè euaſeriñt,deo confeſtim pro anima ſacrificium facere.Vn
de quum primum mortis illud diſcrimen defugerint, ſacrificium ex voto ac
promiſſis abſoluunt,& putant fermè hoc pacto ſalutem ſibi per ſacrificia re-
demiſſe. Syluas præterea & Nymphas hi colunt,& dæmones alios ; hisq́; ſa-
crificia peragunt,& inter ſacrificandum vaticinantur. Habitant autem incon
dita quædam tuguria,& longo abinuicem interuallo,& ſinguli domicilij lo-
cum,vt ſæpe fit,mutant.In prælio autem pedeſtres pleriq; in hoſtem eũt,cly-
peum telaq́; in manu geſtantes,thoracem tamen non induunt: nõnulli verò
nec tritam quidem & obſoletam habent,dum interea bellum fit,veſtem;ſed
velamenta duntaxat quædam,ad fœmur vſq; tendentia. hunc in modum ad-
uerſus hoſtes conſiſtunt. porrò vna vtriſq; & barbara lingua. quinetiam nec
corporis ſpecie inter ſe differunt.nam & prolixiore ſtatura ſunt omnes, & vi
ribus plurimum valent.Corporum verò , & comarũ colore nec candido ad-
modum,nec rutilo prorſus,nec in nigredinem omnino vergente, ſed ſubru-
tili magnopere ſunt. Vitam verò vt duriorẽ, ita & planè incultam neglectãq́;
Maſſagetarum more ducunt,& quidem ſordibus,vt illi, cibo,ingurgitantur:
callidi tamen ſiue malefici minimè ſunt, ſed in populando ac rapiendo Hun
nicam ſeruant conſuetudinem. Et ſanè Sclauinis quondam Antisq́; vnum e-
rat ac ſimile cognomentũ,quippe quos Sporos priſci idcirco denominarunt;
Spori, vetus Antarum & Sclauinorũ appellatio.
quia,vt reor,diſperſi per tabernacula & ſeorſum ſinguli habitabãt: aſſatimq́;
terras habent, vt qui maximam in vlteriore Hiſtri fluminis ripa incolunt par
tem.Antæ itaq; iſti inter ſe tunc tẽporis coẽuntes,vt ad propoſita redeamus,
hominem identidem cogere,ſibi vt fateretur, Childibium ſe eſſe , & Roma-
norum præfectum:quod ſi inficias iret,ſupplicia ſe illaturos acrius commina
ri. Dum hæc agerentur, imperator Iuſtinianus miſſis ad barbaros hos orato-
ribus quammaximè hortabatur, vnum vt omnes incolerent locum, & veterẽ
præcipuè vrbem Turrim cognominatam,ſupra Hiſtrum ſitam,per Traianũ-
que quondam ædificatam, nunc tamen ex barbarorum direptione penitus
deſtitutam.Hanc igitur vrbem imperator Iuſtinianus, vt Romano attinẽtem
Turrim oppidũ Iuſtinianus Antis offert,et alia.
imperio, daturum ſe gratis his fatebatur , adniſurumq́; familiaritate eoſdem
ſibi,quoad poſſet,coniungere; & magna inſuper donaturum pecunia, vt cõ-
fœderati ſibi in poſterum eſſent, Hunnosq́; perpetuò infeſtarent, qui in Ro-
manorum vellent excurrere principatum. His barbari acceptis, probatisque
ſimul cõditionibus,facturos ſe omnia polliceri, ſi Childibium Romanorum
præfectum de integro conſtitutum,vt ſecum cohabitaret, permiſerit; identi-
dem affirmando,eum hauddubiè Childibium eſſe,quem apud ſe tunc deti-
nerent. Quibus ex rebus vir ille , quem Childibium barbari nuncupaſſent,
Childibij nomen ſuppoſiticius quidam accipit.
quamoptimè ſperando elatus,peruelle quidem,ac planè fateri,ſe Childibi-
um eſſe,qui Romanos quondam ductaſſet. Vnde quum ea de cauſa Byzanti-
um is mitteretur,eodem itinere Narſes obuiam veniẽtem offendit,& in col-
loquium venit. Sed vbi demum hominem hunc nebulonem quempiam eſſe
deprehendit,& Childibium ſe planè mentiri, tametſi Latinam vocem emit-
teret,Childibijq́; indicia de ſe non pauca æderet, vt quæ antea ſic didiciſſet,
Childibium Narſes carceri mandat.

H 2

vt ſatis iam poſſet ea diſſimulare, in carcerē ſtatim coniectum vera profari coëgit, Byzantiumq́; traducendum curauit. Sed iam vnde digreſſus ſum redeo.

Beliſarij conatus

Beliſarius interea Valentinum ex ſuis armigeris, alterum Focam nomine, & hunc quidem bello egregium, Romanum ad portum cum exercitu miſit, eius vt loci præſidium cum præſidiarijs militibus alijs, quibus Nocentius præerat, cuſtodirent, & quoad poſſent, crebris eruptionibus hoſtium copias infeſtarent.

Valētini & Phocæ temeritas.

Valentini itaque Focæq́; milites ex præfectorum permiſſu Romam clam mittunt, Beſſæ qui nunciarent, hoſtium ſtatim ſe caſtra de improuiſoq́; inuaſuros, & ſimul rogarent, ex militum numero, quos intra vrbem haberet, vt pugnaciſſimos quoſq́; delectos, quum primum factam per ſe incurſionem præſenſerit, quàm celerrimè ſibi ſubſidio mitteret, vt vtriq́; exercitus iuncti ingentem inferre iacturam barbaris poſſent. Id tamen Beſſæ præfecto haudquaquam vt fieret, placebat; tametſi militum tria milia ſecũ haberet. Quibus Valentinus & Focas confiſi, cum quingentis duntaxat hoſtium caſtra nil tale ſperantium de improuiſo quum inuaſiſſent, paucos quoſdam interfecerunt. Cuius tumultuariæ pugnæ, & ſi celeriter ſenſus ad obſeſſos peruenit, nemo tamen ex vrbe opem his allaturus prodibat. Tum illi iam ſuis diffiſi ad portũ integri omnes & nullo ſuorum deſiderato ſe receperũt. Rurſumq́; hi ad Beſſam nuncijs miſſis, ignauiæ hunc & formidinis incuſabant, nil opportunè ſe occupantis: affirmãtes præterea, paulopòſt in hoſtem ſe incurſuros, hũc hortabantur vt in tempore ſibi adeſſet, & cum omnibus copijs barbaros ipſos adoriretur. Beſſas verò negare identidem acie cum his decernendi ob gratiam in hoſtes ſe prodīturum. Valentinus interea & Focas maioribus in barbaros viribus impetum facere animo agitabant, iamq́ue ſe ad id præparabant.

Proditio.

Sed Nocentij quidam interim miles ſponte ad Totilam veniens nunciat, die proximè inſequenti futurum omnino ex portu in ſe inſultus vt fiat.

Valētini & Phocæ interitus.

Tum ille locis ad id opportunis homines bellicoſos in inſidijs locat, in quas demum quum Valentinus & Focas ſuis cum copijs incidiſſent, cum magna ſuorum iactura & ipſi mortem oppetiere, pauci ex his quum vix effugiſſent, in portum ſe receperũt.

Vigilius epiſcopus Romanus.

Per id tempus Vigilius vrbis Romanæ præſul, quum in Sicilia eſſet, magnum nauium numerum frumento complet, & Romam tranſmittit, ratus omnino vrbem tuto adire hos poſſe, qui onera nauibus importarent. Quę vtique quum Romanum ad portum curſum tenerent, hoſtes earum aduentu præcognito, pauloantè priores ipſi quum in portum veniſſent, intra muros delituerunt, vt eò naues iam deſcendentes nullo negocio caperent. Sed hos, qui in mœnibus erant, cuſtodes mox conſpicati, è propugnaculis veſte aliius agitata, ſignum nautis ad ſe nauigantibus dabant, ne vltra progrederentur, ſed aliò quocunque poſſent, verterent vela.

Frumentum a Gothis intercipitur.

Illi verò prodito ſigno non intellecto, ſed rati potius, qui in portu erant, Romanos, præ gaudio & ex ſuo aduentu alacres factos, id ſignum dediſſe, ſeq́ue ad portum ineundum hortari, proſpero ac præſenti afflante his vento intra portum celerrimè cum nauibus peruenerunt. In quibus Valentinus epiſcopus quidam, cum Romanis pleriſque alijs nauigabat. Tunc barbari ex inſidijs confeſtim exorti, naues omnes nemine defendente mox capiunt, epiſcopum cum Romanis comprehenſum ad Totilam ducunt, cæteros verò obtruncant, &

Epiſcopo præciſæ manus.

cum oneribus naues remulco trahentes eueſtigio abeunt. Totilas interea quum epiſcopum, quid ſibi nam vellet, rogaſſet; & mendacij apertius conuiciſſet; vtraſque illi manus præcidit. His ita peractis, iam hyems ſe circumegerat, & vndecimus belli huius ſe verterat annus, quod ſcripſit Procopius.

XII annus belli Gothici.

Vigilius interea Romanus antiſtes ab Imperatore ex Sicilia euocatus Byzantium venit. nam vt eò contenderent, diutinam ea in inſula hic traxerat moram. Eodem tempore & Romani in Placentia vrbe obſeſſi omnibus

iam neceſſarijs deficientibus, fame coacti cibi genere vtebantur mortalibus
inſueto, vt qui ſe inuicem eſitarent: quo factum vt ſe ac Placentiam hoſtibus *Placētia ad carnes humanas vētum.*
deditione tradiderint, ſalute pacta. Nec ſecus & in vrbe Roma obſeſſis ne-
ceſſaria omnia defecere. Erat tunc fortè inter Romanos & ſacros viros Pelá
gius quidam diaconus, qui diu Byzātij commoratus, maximam ſibi cum Im-
peratore conciliarat amicitiam. Vnde & pecuniarum vi maxima circumful- *Pelagius ad Totilam mittitur interceſſor.*
tus, Romam ſe paulo ante, quàm obſideretur, contulerat. In eaque deinde
obſidione neceſſarijs indigentibus, eius pecuniæ partem largiter imparti-
tus, quum vel antehac eſſet inter Italos omnes vir probus, maiorem vti par
erat, charitatis & in proximos quoſque beneuolentiæ gloriam retulit. Hunc
igitur quum præ fame indigna quædam Romani & difficillima paterētur, fa-
cilè ſuadent, conuentum vt Totilam precaretur, paucorum ſibi dierum indu
tias his conditionibus daret, vt ſi intra conſtitutum inter ſe tempus nemo ſi-
bi ſuppetias ex Byzantio venerit, ſine mora ſe ipſi vrbemq; barbaris prode-
rent. His cum mandatis vbi ad Totilam Pelagius venit, & ab eo eſt perbeni-
gnè ſuſceptus, prior Totilas ita exorſus eſt. Conſtat ſanè apud barbaros om *Totilæ ad Pelagium oratio.*
nes id lege cautum eſſe, oratores vt hi plurimum colant & venerentur. Mihi
verò, qui virtutis ſibi aliquid compararunt, qualis tu es, honorem deferre ſi-
mul & reuerentiam iampridem ſtudium fuit. Sed oratoribus delatos hono-
res, ſiue illatam his ignominiam, non perſonarum manſuetudine, ſiue verbo
rum tumiditate & elegantia diſcerni reor, ſed quum vera quædam fatentur,
vel non ſanis admodum verbis vtuntur. Oratori itaque illi honor deferri ma
ximè ſolet, qui veritate mox patefacta ad ſuos dimittitur: ſed is ignominia
præ cæteris affici, qui vbi commentitia quædam & ſubdola fecerit verba, ad
ſuos mox redeat. Cætera quidem Pelagi, quæ à nobis petieris, facilè conſe-
queris, tribus duntaxat exceptis: & vbi hæc caueris, vt planè ſubijcias, ma-
gis expediet, ne fortè maximam ipſe cauſam præbeas, quo minus eorum vel
peragas, quorum ob gratiam huc aduenisti, vel nos fortè ex re infecta incu-
ſes. Petere nanque, quæ præſentibus haudquaquam rebus conueniant, plu-
rimum proculdubio facit, nemo pro votis vt quippiam conſequatur. His au-
tem ſic interdico, ne quoquam pacto pro Siculis, vel vrbis mœnibus hiſce,
vel transfugis ſeruis verba nunc facias: quandoquidem fieri non poteſt, vt
aut Gothorum opera vti pro Siculis queas, aut murus vt iſte vrbis integer
maneat, vel ſerui ipſi, qui nobiſcum nunc militant, ſuis quondam de cætero
vt dominis ſeruiant. Verùm ne videantur hęc inconſiderata quadam per nos
prætendi ſententia, & cauſas ipſas explicaturi mox ſumus. Fuit olim Sicilia
inſula & priſcis quidem temporibus pecuniarum vt felix prouentu, ita & cu
iuſuis generis frugum in ea naſcentium, cæteris terris fœcunditate præſtan-
tior, atque vt non ſolum hæ incolis ſuppetant, ſed vel vobis Romanis indi-
dem ad vitam ſint neceſſaria per annos ſingulos exportantibus ſatis. Vnde
tunc primum Romani Theodericum deprecabantur, ne ea in inſula maius
aliquod Gothorum præſidium collocaret, ne ea res fortè ad cæteras proſpe
ritates eorum libertatem interpellaret. His ita peractis, hoſtium exercitus in
Siciliam nauigauit, qui fermè nec hominum multitudine, nec re alia vlla no
bis eſſent in bello pares. Siculi verò viſa hoſtium claſſe, non ad Gothos quic
quam denuntiare, nec ſe continere munitionibus, nec hoſtib. ſaltem cenſere
vtcunq; occurſandum tunc eſſe, promptiſſimè patefactis vrbium portis, ſupi
nis hoſtium exercitum manibus exceperunt, & haud ſecus egere, ac infidiſſi
ma ſeruitia ſolent, quæ diutius in carcere aſſeruata dum dominorum volunt
manus effugere, in nouos quoſdam & alienigenas ſtatim incidunt. Ea itaque
ex inſula hoſtes, vt è loco munito impetu facto, omni Italiæ ora ſine vllo po-
titi negocio ſunt: quin etiam vel vrbem hanc Romam cepere, ac tantum inde

frumenti numerum importarunt, vt vel obſeſſi in anni ſpatium queant Romanis obſiſtere. De Siculis hactenus, quibus per Gothos vt venia detur, fieri nullo pacto iam poterit, criminum magnitudine miſericordiam ab his adimente, qui affecti iniuria ſunt. Nunc verò intra hos muros hoſtes ſe exercendo in campum quidem deſcendere, & nobiſcum acie decertare minimè cenſent, dolis verò & deceptiunculis continenter & in ſingulos dies nos oppugnando, iniuſtè quidem noſtris hi rebus & planè abſurdius nunc potiuntur. Ne itaq; iterato hæc eadem patiamur prouidēdum iam ducimus. Qui enim præ ignorantia ſemel circumuenti falluntur, ſi rurſum in infortuniū recidāt, quia minus periclitando præuideāt conſuetam ſibi calamitatē, haudquaquā ex aduerſante fortuna id fieri videbitur, ſed quia ſe deliquiſſe planè ignorēt: vel illud quidem adiecerit quiſquam, & vobis omnibus maximè profuturū, vt vrbis hæc mœnia ſolo æquentur, ne cum alijs & ipſi demum coërciti, vel ab inſultātibus hoſtibus circumuallati, ſed malis excluſi alieno periculo nec vllo veſtro diſcrimine victoribus futuri ſitis in præmium. De ſeruis verò, qui vltrò ad nos conceſſerunt, dicturi hæc ſumus. Si enim qui nobiſcum fuere in hoſtem inſtructi, & à nobis deinde fidem noſtra ex confeſſione acceperūt, ne ſe vnquam veteribus dominis vtcunq; reſtituamus, veſtras in manus dedendos eſſe nunc cenſuerimus, profectò nec vobis quidem traditam fidem ſeruaturi quandoq; eſſemus. Non enim qui vel cum omnium miſerrimis pactiones factas neglexerit, erga alium quempiam firmiorem præ ſe ferre animū quiuerit. Quin potius veluti abſurdioris naturæ indicium ad omnes, qui ſecum verſantur, circumferre perfidiam videretur. Hæc Totilas. Pelagius verò ita reſpondit: Summum tibi, vir ſtrenuè, in dicendo ſtudium fuit, me ſimul & oratoris nomen extollere, & ſi aliàs in ſordidiſſima ſtatuiſti nos ſorte. Virum nanq; amicum & oratorem, non ſolum eum affeciſſe contumelia duxerim, qui vel caput illi percuſſerit, vel aliquouis in hunc deſæuiat modo, ſed vel qui re infecta dimiſerit ad ſe delegatum. nō enim homines oratoris munere idcirco funguntur, vt honorem ab his cōſequantur, qui ſuſcepturi ſe ſint: ſed quod vſui Reipublicæ impoſterum ſit peragendo, ad eos, qui ſe legauerunt, mox redeant. Fit igitur, vt vel affectis iniuria longè magis conducat eorū aliquid effeciſſe, quorum ob cauſam venerint, quàm principum verbis benignioribus auditis, nihil pro ſpe conſequutos ad ſuos redire. Deprecari autē haudquaquam ſat ſcirem, quæcunque præfatus nunc es. cur enim quiſquam ei moleſtum ſe præbeat, qui antequam poſtulatis reſpondeat, conuentiones facturum ſe neget? Sed illud equidem minimè ſubticebo, quod præ te facile feras, quantum erga Romanos, qui in te arma ſuſceperint, oſtenſurus benignitatis & beneuolentiæ ſis, qui in Siculos tibi nil aduerſatos immortale quoddam decernas effundere odium. Sed ipſe mea ad te omiſſa legatione, ad deum hanc transferam, qui ſupplicum contemptores odiſſe ſolet. His Pelagius dictis abſceſſit. Quem Romani vbi re infecta ad ſe redeuntem videre, eo acrius animo conflictari, quo & fames quotidie inualeſcendo inſanabiliter eos afficeret: militibus verò nondum neceſſaria deerant, ſed ſe adhuc ſuſtinebant. Vnde Romani Græcis immixti, exercituum præfectos Beſſam & Cononem adeuntes, lachrymabundi & multo cum gemitu profati huiuſmodi ſunt. Talem nobis præſentem eſſe fortunam ſpectamus, vt ſi vel impium aliquod aduerſum vos facinus patraſſemus, haudquaquam poſſet id meritò nobis in crimen aſcribi. Neceſſitatis ſiquidem magnitudo excuſationis in ſe plurimum habet. Nunc verò quum nobiſipſis ad opitulandum nil quicquam ſit virium, verbis oſtenſuri calamitatem ipſam hanc deploratum nunc ad vos venimus. Sed benignè, quæ dicturi nos ſumus, audiatis precamur, nec vlla dicendi audacia obturbari vos volumus, ſed malorū ex ea penſitate

Pelagij reſpōſio.

Romanorum ad præfectos oratio.

ſitare nunc magnitudinem: nam qui de ſalute cogitur deſperare, nec operè quidem, nec verbis decorum ſeruare de cætero poterit. Nos verò, ô principes, nec Romanos quidem, nec vobis conſanguineos ducitis, nec eorundem vel morum vel legum ſocios eſſe, ſed perinde rebelles, & qui Imperatoris non vltrò intra vrbem exercitum excepimus, ſed hoſtes potius ipſos in vos armis deſumptis. Nunc verò veluti acie victis captisque bello, vobiſque in ſeruitutem ex lege cedentibus, date veſtris mancipijs alimenta, non ad neceſſitudinem ſuffectura, ſed quæ ad tenuem ſaltem vitam ducendam ſint ſatis, vt & nos ſuperſtites facti, vobis contrà ſubminiſtremus, quæcunq; dominis ſerui par eſt vt miniſtrent. Quòd ſi id vobis non facilè placet, ſed dignum duxeritis, ſine vlla ope miſſos nos facere, id lucri eſtis denique habituri, quod in ſeruorum nihil operæ inſudabitis ſepulturam. At ſi ne id quidem de vobis ſperandum relinquitur, ſaltem nos obtruncate, nec morte honeſta nunc fraudetis, nec vitæ exitum nobis inuideatis, omnium proculdubio ſuauiſſimum, ſed vno facinore infinitis Romanos liberate difficultatibus. Præfecti itaque his auditis, omnicatus Romanis quos tribuant, nullos in præſentia eſſe reſpondent, ipſos verò necare ſe impium ducere, nec planè ſine diſcrimine fore, ſi ſic relinquantur, Beliſarium tamen, & ex Byzantio tranſmiſſos exercitus identidem affirmare, affuturos propediem eſſe. Denique his verbis Romanos ſolati dimittunt. Fames interea inualeſcendo in immenſum quum accreuiſſet, maximum in malum euaſit, vt quæ ciborum abſurdiora quædam ſuggereret genera, & naturæ excedentia terminos. Sed Beſſas Cononq; , vt vrbis præfecti cuſtodiæ, frumenti maximum numerum intra mœnia ſibi reconditum, ſua neceſſitate militibus fraudatis, Romanorum primoribus, & his quidem diuitibus, ingenti pecunia venditabant. Medimni ſiquidem, quod vtique menſuræ eſt genus, aurei ſeptem precium erat. Sed quibus non tantæ erant domeſticæ facultates, cibos tam delicatos vt poſſent, & tanti opulentiorum more abſumere, eius precij parte quarta depenſa, furfure medimnum complentes, pane inde ſordidiore confecto diueſcebantur, id cibi genus neceſſitate ipſa ſuauiſſimum faciente. Beſſas porrò, & eius armigeri, qui bouem haberent venalem, aureis quinquaginta vendebant. Ex Romanis verò, cui vel equus fortè obiiſſet, vel iſtiuſmodi aliquid demortuum erat, & putidum, inter fœdiſſimos habebatur, quia mortui animantis veſci carnibus poſſet: cætera hominum turba vrticas duntaxat edebat, quales circa vrbis pomerium & locis incultioribus paſſim affatim naſcuntur, quas tamen decoctas, ne vel ſapore, vel innatis offenderetur aculei, eſitabat. Quamdiu itaq; aureus fuit Romanis numus, frumentum (vt dictum eſt) & furfures coëmebant. Verùm vbi demum his defuit, domeſticam ſupellectilem omnem in forum inferre, & pro diurno hanc victu in eorum commutare iacturam. Sed vbi militibus frumenti nil reliquũ fuit, quod impartiri Romanis poſſent, ad vrticas vniuerſi iam circunſpicere. Quibus deficientibus, quum earum non magna his copia eſſet, atq; adeo ad ſaturitatem non omnes haberet, corpore extenuari deniq; cœperant, colorq; quũ in pallorem ſe paulatim & liuorẽ vertiſſet, ſimillimi idolis videbãtur: pleriq; verò vel incedentes, vel dentibus adhuc ipſis vrticas mandentibus, de improuiſo exanimati cadebant. Iamq; vel purgamentis in cibum & ſtercoribus vtebantur, nonnulli etiam fame nimium degrauati, manus ſibimet inferebant, quũ nec canes quidem, nec mures de cætero inuenirent, nec aliud vſquam demortuum animal, quibus vti in cibum poſſent. Erat inter cæteros Romanus vir quidam, liberorum quinque factus iam pater. hunc filij omnes circumſiſtendo, prehenſandoque vt aſſolent, cibum ſibi efflagitabant. Tum ille nec ingemiſcẽs quidem, nec vllo ædito turbationis indicio, ſe fortiſſimè dolore

Beſſæ & Cononis ſceleſta auaritia.

Grauiſſima Romæ fames.

diſſimulato,filios iuſſit ſe ſubſequi, vt cibum mox accepturos. Vbi verò ſupra Tyberis pontem peruenit,capite obuoluto,velatiſque oculis, in Tyberis aquas confeſtim deſiluit, ſpectantibus filijs, Romanisque cæteris,qui ea tunc fortè è regione conſtiterant. Vnde Imperatoris præfecti ex ea ciuium Romanorum deſperatione terrore perculſi, traditis, qui abire ex vrbe vellent,pecunijs;quocunque animus ferret,vt ſecederent,ſtatim iuſſere. Quo factum eſt, vt paucis admodum Romæ relictis,in fugam ſe omnes proriperent, & quò cuique licuit, diuerſim abirent:eorum tamen pars maxima areſcentibus præ inedia viribus, mortem paſſim obibat, nonnulli ab hoſtibus intercepti interiere. Cum Romanis itaque ſic,vt diximus,actum.

Ioannis de profectione conſiliũ.

Iſaacis interea, & Ioannis vbi tandem exercitus Epidamnum venit,ſeque cum Beliſario iunxit, Ioannes omnibus in continentem expoſitis copijs, eius regionis pedibus vt ſinum peruaderent, iuſſit: vt eandem cum vniuerſo exercitu ferrent fortunam.

Beliſarij conſiliũ melius.

Sed Beliſario id fore inutile viſum, quin potius ad circumiecta vrbi loca mox vnà nauigandum cunctis decernit. Et id quidem cenſebat longe plurimum rebus ſuis conducere, ſiquidem per continentem euntibus ſibi, & tempus eſſe longius conterendum rebatur, & aliquid ad interpellandum ſe occurſurum: poſſe tamen Ioannem aiebat,per Calabros & gentes finitimas alias progrediendo, perpaucos inde & reliquos barbaros propulſare, & intra ſinum Ionicum omnibus locis in poteſtatem redactis,coniungere ſe demum cum alijs circa vrbem affuturis tunc copijs, ad quam ipſe deſcendere cum altero exercitu animo agitabat, vt qui magnopere vereretur, ne ſi acerrimè demum obſiderentur Romani,vel paululam vtcunque interpoſitam moram plurimum poſſe publicis rebus officere, nauigantibus verò & vento ſecundo ac valido incidente, facilem ſibi fore Romanũ in portum deſcenſum : ſed pedeſtri exercitu ex Hydrunte ad vrbem proficiſcentibus quadraginta dierum ſpatium neceſſarium eſſe ad iter conficiendum. His Beliſarius Ioanne commonefacto,cum vniuerſa claſſe ex Epidamno ſoluit,nactusque proſperum ventum Hydruntem non longe pòſt appulit: cuius aduentu Gothi præcognito, quicunque ad obſidendum præſidium tunc fortè conſtiterant,ſoluta ſtatim obſidione ad Brundusium ferebantur, (quæ fermè ciuitas duorum dierum via ab Hydrunte abeſt,& ipſo in littore Ionici ſinus eſt ſita) Beliſarium rati ea è regione fretum mox traiecturum. Ad Totilam inde,quemadmodum præſentia ſe haberent, e veſtigio perferunt. Tum ille vniuerſum exercitum,vt iamiam hoſtibus occurſurus, parare; & Gothis iniungere, qui in Calabria eſſent,vt quoad poſſent,eà tranſitum cuſtodirẽt. Sed Beliſarius proſpero ſibi ad nauigationem afflante vento,ex Hydrunte Romam claſſe contendit. Et dum interea Gothi ſe negligentius gererent,nec diligentem in Calabris cuſtodiæ curam haberent,Totilas ipſe vel quieſcendo intentius adeo omnes in vrbem aditus obſeruabat, vt commeatus inferri nil poſſent. Supraque Tyberim eſt excogitando id machinatus. locum in primis ea deligit parte, qua flumen in anguſtum deſcendit, ſtadijs ab vrbe nouemdecim, trabes ibi prælongas in vtranque pertinentes fluminis ripam locauit, pontis in ſpeciem, ligneaſque excitauit vtrinque turres, in hiſque impoſuit pugnaciſſimorum virorum præſidium,ne lembis nauigijſque alijs ex portu productis,aditus in vrbem pateret.

Ioannis aduentus in Calabriã.

Beliſarius interim Romanum in portum inuehitur, & Ioannem ibi exercitu præſtolabatur. Sed in Calabriam ille,dum hæc gererentur,traiecerat; nil ſentientibus Gothis, qui Brundusij, vt diximus, erant; ex hiſq; cùm duos quoſdam intercepiſſet, qui exploratum aduenerant, alterum extemplò obtruncat,alterum verò,quia ſibi ad genu procubuiſſet,virum ſeruauit, & eo libentius, quo nec præfecto ipſi,nec exercitui inutilem ſe fore prædixerat.

xerat. Hunc Ioannes ſic ſciſcitando affatur: Quid enim ipſe, ſi incolumem miſſum te fecerim, mihi Romaniſque allaturus es commodi? Tum ille ſe polliceri facturum, vt Gothis nihil omnino huiuſmodi expectantibus de improuiſo inſiſtat. Ioannes verò fide illi ſalutis data, neceſſe fore reſpondit, vt & equorum, quos Gothi haberent, greges ſibi oſtenderet. Vbi itaque vel ad id operam ſe nauaturum profeſſus eſt barbarus, hunc ipſum ducem Ioannes ſecutus, hoſtium equos tum primùm paſcentes deprehendit, immiſſoque peditatu, qui multitudine præualeret & robore, hos ſtatim præoccupat: curſu deinde citato ad hoſtium caſtra mox ducit, in quibus barbarnrum quàm multi, quum dearmati imparatique eſſenr, re ſubita territi, ac priſtinæ ſimul virtutis obliti contrucidantur, pauci euadentes ad Totilam demum perueniunt. Ioannes deinde Calabros omnes ſolatus, eorumque animis delinitis, Imperatoris vt partes beneuolè tuerentur, effecit: ex eo permulta pollicitus, & Romanis ex copijs bona quandoque his fore. Ex Brunduſio poſtea quamcelerrimè potuit mouens, Canuſium venit, quæ ciuitas eſt inter medios Apulos ſita, dierum quinque à Brunduſio via, in occidentem & Romam verſus eunti diſtat: ab Canutio quinque & viginti ſtadijs haud procul & Cannæ ſunt vicus, ingenti illa Romanis illata per Annibalem clade nobilitatæ. Eo in loco Tullianus nomine quidam, Venantij filius, vir ſanè Romanus, in Brutijs & Lucanis non minus diuitijs quàm viribus pollens, Ioanni quum in conſpectum veniſſet, Imperatori id noxæ dabat, quòd in Italiam miſiſſet exercitum: qui Italicenſes grauiter affeciſſet: vnde pro indubitato aſſeuerabat, quòd ſi humanitate erga hos de cætero vterentur Romani, Brutios Lucanosque in poreſtatem ſe his traditurum, & Imperatori nil ſecus ac antea obedientes hos fore, tributaque depenſuros, vt qui non vltrò ad barbaros & Arianos conceſſerint, ſed quia vim ab hoſtibus paterentur, & ab Imperatoris exercitibus effecti grauiore iniuria ſint. Ioanne itaque curaturum ad nutum ſe omnia confirmante, & ſimul facturum, vt Italicis rectè cuncta ſuccedant, ſuas Tullianus mox copias Romanis exercitibus iunxit. Qua ex re milites ab Italis nihil impoſterum veriti, omnia ferè intra Ionicum ſinum amicitia cum eius regionis hominibus planè conciliata, Imperatori obedientia reddita ſunt. Quę vtlq; vbi Totilas demũ accepit, ex Gothis tercentum delectos Capuam miſit, & ſimul iniunxit, vt vbi Ioannis exercitum apertè vidiſſent inde Romam contendere, ita hunc ſequerentur, vt de ſe nullũ hoſtibus ſenſum prębeberent, ſibi verò curę cætera fore. Ioannes verò ne ab hoſte circumueniretur, ſat veritus, à Beliſario iter diuertens in Brutios & Lucanos ſecedit. Erat inter Gothos tunc temporis quidam *Recimundus barbarè vocitatus, vir ſanè probus. hunc Totilas ad Brutiorum cuſtodiam collocarat. habebat is apud ſe Gothorum Romanorumq; & Mauruſiorum transfugas quoſdam, cum hisq; Scyllæ & Charybdis fretum, & ea è regione Calabriæ littus ſeruabat, ne qui forte eo ex loco in inſulam transfretarent, neq; inde ad ſe nauigarent. Intrepidè hunc in exercitum ex inſperato quum incidiſſet Ioannes, derepente ita perterruit, vt nullius de cætero roboris recordati cõfeſtim in fugã auerterentur, & in montem ea è regione admodum prominenrem adituq; difficilem ac planè præruptum ſeſe ex fuga reciperent. Quos Ioannes ſtrenuè inſectatus, vbi cũ hoſtibns in eam montis accliuitatem & ſuis cum copijs euaſiſſet, inito cum barbaris pręlio qui loco difficili minus ſe fortiter continerent, quamplurimos Mauruſiorum Romanorumq; militum, ſed transfugarum, obtruncat validiſſimè repugnãtes, Recimundum & Gothos cum cæteris omnibus ſeſe dedenres mox cepit. His Ioannes peractis, ibi aliquandiu permanſit: quem Beliſarius opperiendo, dum Romano in portu ſe quietum teneret, non mediocriter incuſa-

Ioannis ſtratagema.

Calabria recepta

Tullianus Brutios & Lucanos Ioanni conciliat.

* Richimundus aliàs.

Recimundus a Ioanne capitur.

bat, quod nec in acie cum hoſtibus decertaret, nec cum trecentis illis bar-
baris, qui miſſi in Capuæ cuſtodiam fuerant, manus conſeruiſſet, neque hos
perſequi niteretur, cùm & ipſe barbaros ſecum haberet delectos. Ioannes
verò tranſitu ad vrbem iam deſperato, retrò in Apuliam ceſſit, & loco quo-
dam Cerbario vocitato, cum exercitu morá, vt quieturus, trahebat. Veritus
itaq; Beliſarius, ne Romani tamdiu obſeſſi, neceſſarijs ad vitá deficientibus,
facinus aliquod inſanabile aggrederétur, quouis modo in vrbem commea-
Beliſarij ſtrategema. tus inferre animo agitabat. Vnde cùm non pares hoſtibus vires haberet, vt
acie poſſet cum his in campo decernere, primùm id in flumine machinatur.
naues duas, quas Græci acatas dicunt, & has quidem patentiores inuicem
iungens, tignis reuincit. his deſuper ligneam inædificat & ea altitudine tur-
rim, vt turribus plurimum promineret, quas hoſtes in ponte antea excita-
rant. has nanque quorundam opera vſus, quas transfugarum ſub ſpecie ad
barbaros miſerat, dimenſus Beliſarius fuerat. naues deinde ducentas, quas
Græci Drodamas dicunt, in Tyberim iecit, ligneis circumuallatas muris, &
his quidem vndique perforatis, vt ex foraminibus ipſis hoſtem poſſent è tu-
to ferire: frumentíque multum, & neceſſaria cætera nauibus affatim impo-
nit, & bellicoſiſſimis has complet militibus: alios præterea pedites equitéſ-
que vtrinque & circa fluminis ripas conſtituit, hisque iniunctum, ſi qui for-
ſitan hoſtium in portum contenderent, aditu enixius prohiberent. Iſaace
deinde intra Portus ciuitatem relicto, vxorem illi & ſua cætera commenda-
uit, diſcedensque iuſſit, ne quo indidem pacto abſcederet, ſed eius ſemper
inſiſteret loci cuſtodiæ, vt ſi quid ſibi ipſi ac ſuis aduerſi accideret, haberent,
quò ſe cum ſalute reciperent. non enim id præter ad effugium aliud his erat
ea è regione præſidium, ſed omnia circumquaque hoſtilia. His itaque ſic
conſtitutis, nauem ipſe vnam ingreſſus præerat claſſi, quam eò vt traherent
è terra milites, imperauit; vbi & ligneam ipſe turrim conſtruxerat, in cuius
nauis faſtigio lembum impoſuit, pice ac ſulfure ſeuoque plenum, & eiuſmo
di cæteris, quæ ignis velociſſima ſunt nutrimenta. Ex altera ripæ fluminis
parte, Portuenſique via, pedeſtris exercitus ſubſidio veniebat, ad Beſſam
nuncio prius dimiſſo, qui ei iuberet, die vt inſequenti, magnis eductis ex vr-
Beſſæ vecordia & auaritia. be copijs hoſtium caſtra turbaret, quod illi vel antehac iuſſerat. Sed Beſſas
neque in ſuperioribus prælijs, neque in præſenti & futura hac pugna Beliſa-
rij imperata exequitur. non enim liberari obſidione volebat. adhuc nanque
ſibi ac ſoli rei frumentariæ erat aliquid reliquum: ſiquidem ex eo frumento,
quod antea principes ſibi Romam ex Sicilia miſerant, militibus ſimul ac po-
pulo ſuffecturum, per exiguam partem Romanis ciuibus impartitus, maio-
rem ſibi ſub militaris annonæ prætextu ſeruatat, quod poſtea ſenatorijs vi-
ris ingenti precio venditabat. Beliſarius igitur, Romanorumque claſſis in-
genti labore aduerſo flumine nauigátes, Gothis nullibi occurſantibus, ſed
in ſuis quieſcentibus caſtris, quum pontem propius perueniſſent, in hoſtium
incidunt cuſtodias: qui vtique ab vtroque fluminis latere in pontis tutelam
Succeſſus ſtrategematis Beliſariani. ferreas catenas iniecerant, quibus ad pontem procedere Romani prohibe-
bantur. Sed barbaris hi partim interfectis, partimque auerſis in fugam, ad
pontem ſuccedunt: quò denique vbi eſt ventum, enixè omnia agere, & o-
peram certatim nauando in hoſtes eniti, repugnantibus fortiter è turribus
barbaris. Quibus deinde remittentibus pugnam, confeſtim Romani ſupe-
riores exiſtunt, & curſu citatiore in pontem euadunt. Tunc Beliſarius naui-
bus ſtatim, in quibus eius imperio conſtructæ turres antea fuerant, ad ter-
ram viæ Portuenſis è regione ſubductis, ad pontis turrim & hoſtium machi-
nas applicatis, incendi lembos mox iubet, in ligneamque barbarorum ma-
teriam extemplò immitti. Eo itaque igne turris correpta incendio confla-
grauit,

grauit,cum eaq; & Gothorum bis centum arſere,& Oſdeus ſimul pręfectus, vir ſanè omnium pugnaciſſimus.Romani autem ex re benè geſta fidentiores iam redditi,quum ſuis opitulatum è caſtris veniſſent,acrius longè,quàm antea,barbaros vulnerare, & armis continenter inceſſere: ille vero ex his,quæ acciderant,iam pauefacti,terga vertentes,ſeſe in fugam dedere. iam enim & pontem turre incenſa Romani aggreſſi,eò peruenerant, vt hoc celerrimè demolito,Romam nemine obſiſtente liberè peruenirent,ni Romanis rebus inuidiſſet fortuna.nam dum interea,vt dictum eſt,ſic ſe haberent exercitus, rumor ad Portus vrbem perfertur, ſed in non paruam Romanorũ iacturam, viciſſe barbaros Beliſarium,catenamq; in flumine diſſoluiſſe,cum turriq; & pontem cremaſſe. Ea fama euectus Iſaaces,qui in Portus fuerat relictus cuſtodiam, quum ſe minimè continere iam poſſet, ſed eius gloriæ per alios partæ particeps fieri ſtuderet, Beliſarij non magnifacto imperio,in alteram fluminis ripam cum delectis equitibus centum mox traijcit, & ad hoſtium caſtra contendit.Quibus Roderichus fortè tunc pręerat,vir ſanè bello egregius.quumq; ea è regione de improuiſo barbaros inuaſiſſet,hos ſimul & Rodericum ſibi obuiam prodeuntes primo inſultu exterruit.Vnde mox Gothi caſtris relictis trepidi ſeceſſerunt, ſiue maiores ſubſequi copias ſuſpicati, ſiue vt fallerent hoſtes,falſosq;,vt factum eſt,caperent. Iſaacis interea milites etſi trepidanter barbarorum inuaſerant caſtra, argentum tamen & precioſam cæteram ſupellectilem,quæ paſſim iacebant,diripere,hisq; intenti eſſe. Sed Gothi interim dum celerrimè redijſſent,ex his compluribus cæſis,Iſaacem cum alijs paucis viuum cepere.Hac clade accepta, equites quidam,qui fortè euaſerãt,Beliſarium curſu quàm celeri adeuntes, quemadmodũ apud hoſtes ſit & Iſaacem actum,renunciant. Tum Beliſarius trepido nuncio obſtupefactus, nil ſciſcitatur, quoniam Iſaaces modò in hoſtium poteſtatẽ veniſſet,ſed ratus Portum cum vxore ſimul fuiſſe amiſſum,iacturamq; ſe omnium rerum feciſſe.nec aliud ſibi ſuiſq; rebus reliquum eſſe præſidium,quò ſe incolumes perditis in poſterũ rebus reciperent, ne hiſcere quidem tunc potuit.dolor nanque intercluſerat vocem,cùm antehac ſibi id nuſpiam contigiſſet.vnde quamcelerrimè reducto ad Portum exercitu iter accelerabat, vt hoſtes adhuc incompoſitos inuaſurus, & locum vtcunq; recuperaturus, quem amiſſum crediderat. Sic itaq; re infecta Romanus exercitus a ponte quem cœperat expugnare, abſceſſit. Beliſarius verò,cùm ad Portum veniſſet, Iſaacis cognita temeritate, ſe demum ſenſit non opportunè turbatum: quumq; aduerſæ fortunæ indoluiſſet, in ægritudinem incidit. febris nimirum derepente oborta, & longior, maiorem in modum hominem macerauit,& in mortis diſcrimen perduxit.Poſt biduum deinde Rodericus ille Gothus,vbi eam Romanis intulit cladem, è vita exceſſit: cuius iactura tunc Totilas, & dolore ſimul ingenti affectus, Iſaacem interfecit.Beſſas interea frumentum adhuc impenſius venditare, egentium neceſſitate precium augente: quumq; ſe prorſus & ſummo cum ſtudio in eam curã dediſſet, murorum cuſtodias facilè in primis negligere, nec vllam ad vrbis rei alterius ſecuritatem diligentiam adhibere. Tum verò mœnibus inſultari, & quidem licenter per hoſtes cœptum.pauci nanq; in muris cuſtodes erant,& hi quidem negligentius agere. nam quibus per vices cuſtodia eueniſſet, maxima erat dormitandi licentia, nemine præſidente, qui eius cuſtodiæ rationem haberet, nec muros quiſpiam obeundo inuiſeret, quidve cuſtodes agerent,percontaretur. Ad hæc accedebat, quòd Romanus incola nullus cum peregrinis cuſtodibus poterat vrbis mœnia obſeruare. Quum itaque perpauci,vt diximus,admodũ ad murorum cuſtodiam relinquerentur,& hi quidem iam fame confecti, quaterni cuſtodes quidam, & Iſauri genere, ad portam Aſina-

Iſaacis temeritas & ambitio.

Iſaaces a Gothis capitur.

Beliſarij nimia trepidatio, reipubl. & ipſi perniciosa.

Iſaaces interficitur.

Roma Totilæ proditur.

riam cuſtodias nacti, nocte concubia obſeruata, qua cæteros ſomnus oppreſſerat, demiſſa è pinnis ad terram reſte, & ea ſe demittentes, Totila inde adito, excepturos ſe Gothorum intra vrbem exercitum pollicentur, idque ſe nullo negocio facturos affirmant. Tum Totilas gratias illis ſe redditurum ingentes profeſſus, pecuniaque donaturum non parua, ſi ea, quæ obtuliſſent, peragerent; datos quoſdam ſuis è ſatellitibus cum his ſtatim dimittit, locum contemplaturos, vnde hi aditum affirmaſſent ſuis in vrbem fore. Qui vbi ad muros venêre, reſte comprehenſa in propugnacula ipſa nullo intertercpellante euadunt. Quò vbi eſt ventum, Iſauri barbaris omnia oſtentare, & nihil omnino edicere impedimenti vſpiam fore volentibus muros conſcendere, & item licentiæ plurimum, vbi iam conſcendiſſent, quia nemo obſiſteret. Proinde Gothi iuſſi Totilæ cuncta renunciare, quę viderant, eodem quo prius aſcenderant fune, protinus demittuntur. Quorum relatu omnibus Totilas cognitis, etſi eo fuiſſet ex nuncio lætitia non mediocri affectus, ſuſpicione tamen propter Iſauros captus, haud dum confidendum his nimium eſſe cenſebat. Non multos inde poſt dies ad Totilam Iſauri ijdem venêre, ad id facinus hortaturi. Tum ille alios duos cum his rurſum ire mox iuſſit, vt & ipſi diligentius omnibus & accuratè peruestigatis, viſa renunciarent. Qui vtique non longe pòſt ad Totilam reuertentes, priorum ſimillima referunt omnia. Interea verò Romani milites multi exploratum quid hoſtes agerent miſſi, non procul ab vrbe Gothis decem occurrunt, iter eà habentibus: quos ſtatim comprehenſos ab Beſſam deducunt, ſciſcitantique Beſſæ, quid nam Totilas animo agitaret: Gothi reſpondent, eum ſperare Iſauros quoſdam eius in poteſtatem vrbem daturos. Iam enim ad barbaros vt certior rumor is emanarat. Sed nihilominus Beſſas Cononque vrbis tunc præfides his auditis, negligenter ſe (vt cœperant) gerere, nec aliquam tantæ rei rationem habere. Vnde factum, vt tertiò demum Iſauri Totilæ quum in conſpectum veniſſent, ad aggrediendum id facinus incitarent. tum ille alios quoſdam cum Iſauris miſit, cum hiſque & ſanguine quendam ſibi propinquiorem. hi verò ad Totilam paulo pòſt redeuntes, ad rem peragendam confirmant. qui omnium certior factus, primis tenebris, vniuerſo armis inſtructo exercitu ad portam Aſinariam duxit, quaternoſque inde è Gothis prævalidos viros Iſauris ducibus per funem iubet in muros euadere. Qui nocte ſtatim eadem qua & Iſauris ipſis obuenerat per vices cuſtodia, dormitantibus cæteris ad fores Aſinarias aperiendas deſcendunt, præciſaq; lignea ſecuribus obice, refractiſque ferreis clauſtris, Gothis aditum patefaciunt, & patentibus portis, cum vniuerſo exercitu Totilam intra vrbem ad hoſtium arbitrium recipiunt. Sed ipſe vbi intrò eſt itum, vnum in locum copias omnes coëgit, nec abire diuerſim permiſit, hoſtium inſidias veritus. Verùm vbi (vti par erat) tumultuatum, & perturbatio inde, & timor, vt capta in vrbe, Romanos inuaſerant; militum Romanorum pars maxima cum ducibus ipſis, vt facilè cuique, fugam capeſſunt: pauci quidam Romanis cum ciuibus ſe immiſcentes in templo perfugium habuere: ſoli omnium ex patritijs viris Decius & Baſilius cum alijs nonnullis, quum pręparatos ad id equos haberent, cum Beſſa fugere potuerunt. Sed Maximus * Oliberiusque, & cum his ſimul Oreſtes, & alij quidam, in Petri apoſtoli ædem ſe fuga recipiunt. Conſtat ſanè è plebe tunc homines ad quingentos in vrbe reſides per id tempus fuiſſe, qui in diuorum ſe templa receperant. Cæteri omnes iam ex vrbe exceſſerant, & in alias ſe contulerant terras, vel (vt ſuprà iam diximus) lue abſumti perierant. Multi interea, & noctu quidem, de Beſſæ & hoſtium diſceſſione Totilam fecerant certiorem: quo affirmante, pergratam illos ſibi rem nunciare, neminem tamen ſuorum, fugientium inſiſtere veſtigijs ſiuit, nihil eſſe homini

Extrema Beſſæ & Cononis ſocordia.

Totilas vrbem noctu capit.

** Olybriuſque*

Totilas fugientes cur non perſecutus ſit.

hominî ſuauius dictitando, quàm terga ſibi vt hoſtes darent. Verùm vbi
primùm illuxit, nec vlla ad inſidias relinquebatur ſuſpicio, Totilas ipſe o-
randi gratia Petri apoſtoli templum ingreditur. Sed Gothi interea, quos
obuios habent, obtruncant. Vnde hoc pacto ex militibus quidem deſidera-
ti viginti duntaxat ſunt, ſexaginta è plebe homines. Ineunti itaque id Toti- *Totilæ cum Pelagio colloquiū.*
læ templum, Pelagius ipſe ſeſe obuium offert Chriſti in manibus euangelia
geſtans, ſupplexque omnibus factus, & genu procumbens: Parce, inquit, ô
princeps, tuis. Tum ille arridens, & ſanè profuſius, ita profatus eſt: Nunc
mihi ſupplicaturus aduenisti, Pelagi? Ita quidem, reſpondit, quandoquidem
tuum me ſeruum effecit deus: ſed ab his iam abſtine manus, qui tibi in ſerui-
tutem ceſſere. His itaque victus precibus Totilas, Gothis militibus edicto
mox imperat, Romanorum de cętero vt neminem obtruncarent, & ei in pri-
mis precioſiſſima quæque delecta ſeruarent, cætera ſibi haberent in præ-
dam. quàmmulta in patritiorum ædibus inuenta fuere: ſed omnium maxima
extitere, quæ Beſſas reliquerat, vt qui velut omnium perditiſſimus homo,
infauſtum illud diuenditi frumenti precium Totilæ ad cæteram prædam ac-
cumulaſſet. Sic itaque cum Romanis & patritijs viris tunc actum. Vnde vel
Ruſticianę Boëtij quondam vxori, & Symmachi filiæ, id reliquum fuit ad vi- *Ruſticianæ Boetij coniugis miſeria.*
tam, & miſeriarum ad cumulum, vt ab hoſtibus panem, vel neceſſarium a-
liud quicquam emendicando depoſceret, quæ facultates antehac ſuas egen
tibus impartiſſet, & ſeruilibus ipſa ruſticaniſque indumentis amiciretur.
Haud ſecus & Romanorum primores, amiſſis prorſus fortunæ bonis, do- *Magnorum hominum mendacitas.*
mos circumeundo, foreſque oppulſando, cibum dari ſibi ſuppliciter pre-
cabantur, nil prorſus his ignominiæ ea re afferente. Sed Gothi in Ruſticia-
næ mortem iam conſpirauerant, eius hanc noxæ inſimulantes, quòd tradi-
ta Romani exercitus ducibus non parua pecunia Theoderici ſtatuas diſtur-
baſſet, in Symmachi patris virique vindictam. Totilas tamen nulla hanc af- *Totilæ modeſtia*
fici iactura permiſit, ſed eam ac cæteras fœminas omnes, vt extra iniuriam
eſſent, ſeruauit; vel Gothis has ſibi maximè cupientibus coniugio iungi.
Quocirca factum, vt ex his nulla ſit per barbaros violata, qua ille ex re ma-
ximam retulit continentiæ laudem. Poſtero autem die Gothis omnibus
Totilas ad ſe conuocatis, verba huiuſmodi fecit: Non equidem nouum ali- *Totilæ ad ſuos oratio.*
quod, vel vobis incognitum monendi genus in præſenti facturus, ô viri com
militones, huc vos conuocaui, ſed eadē illa vel nunc diſſerturus, quæ apud
vos antehac ſæpè diſſerui. Vobiſcum verò, qui ea ex me accepiſtis, actum
quàmoptimè eſt, non igitur ita cōmonefactis in ſegniciem eſt relabendum.
nam & verborum, quæ ad felicitatem traducunt, nulla eſſe mortalibus ſatie
tas debet, vel ſi quos fortè inſcitia opprimat rationis, quandoquidem eo-
rum nullo ſunt pacto, quæ probè dicuntur, beneficia reſpuenda. Quorſum
hæc? Fuere quondam & Gothis militum milia centum bellicoſiſſimorum
in vnum tunc coëuntium, qui vtique maximum in modum ad gloriam opi-
bus vtebantur, & equorum armorumque ſumma his copia ſuppetebat.
Veteranorum præterea & prudentiſſimorum vis ingens, qui ſanè ipſis in
certaminibus conſtituti, noſtris rebus conducere plurimum videbantur, *Alioquin vtitur pro tamen.*
& alioqui à Græcorum militum milibus ſeptem hi omnes deuicti, imperio
primùm fuere, deinde & cæteris rebus priuati. Nunc verò nos, qui reli-
qui ſumus, & tanta præſertim paucitate, nudi quidem, ac planè calamitoſi,
& ignauiſſimi omnium, hoſtium vltra viginti milia vicimus, & ſummatim vt
dicam, quæ geſta fuere eiuſmodi ſunt, vt credi vix poſſint. Cauſas verò,
cur hæc ita nobis contigerint, ſtatim aperiam. Gothi tunc primùm præ cæte-
ris omnibus æquitate poſthabita, vt inter ſe inuicem, ita & in Romanos tunc
ſubditos indigna quædam patrabant: quibus vti par erat, permotus, & ira

ſuccenſus deus, pro hoſtibus & contra nos depugnabat: quo factum, vt etſi multitudine ac virtute cæteroque belli apparatu hoſtibus eſſemus maximo interuallo ſuperiores, vi quadam tamen occultiore ac planè diuina deuicti nos ſimus. Veſtra itaque intereſſe iam reor, quæ rectiora ſunt vt ſeruetis, id eſt, vt æquitatem de cætero tueamini. nam hanc peruertentibus vobis, vel diuina quidem ſubſidia infeſtiora mox erunt. non enim deus ſine vllo delectu vel temerè, humano generi, vel priuatæ cuiquam rationi ferre præſidium conſueuit, ſed his quammaximè fauet, apud quos æquitatis ratio habeatur: & illi quidem haudquaquam difficile eſt ad alios bona transferre, vt qui rerum omnium habeat poteſtatem. Illud itaque vobis perneceſſarium fore aſſeuerauerim, iuſticiam vt inuicem, & in ſubditos quoſque ſeruetis, hoc eſt, vt perpetuam vobis adipiſcamini felicitatem. Hęc

Totilas ſenatores obiurgat.

Totilas cùm apud Gothos diſſeruiſſet, ſenatorij ordinis ex vrbe viris ad ſe poſtmodum conuocatis, pleraque exprobrando indignandoque obijcere, & illud imprimis, quòd per Theodericum quammultis affecti ſint beneficijs, quodque in omnibus ſemper conſtituti vrbanis ſint per eum antehac magiſtratibus, & Rempubl. ipſi eius permiſſu adminiſtrauerint, vt ingentibus præterea fuerint muniti diuitijs, & alioquin in beneficos Gothos ingratiſſimos ſe præſtitiſſent, in quorum iacturam ad defectionem reſpexerint, ac Græculos ſimul inuexerint in patriam homines, ſuimet proditores tam ſubitò indecenterque facti. Sciſcitari deinde, num ipſi à Gothis mali iam eſſent quicquam perpeſſi: effarique item mox cogere, num boni adhuc quippiam ſibi à Iuſtiniano obuenerit: & ſingula deinceps enumerare, quemadmodum omnibus ferè magiſtratibus ſint per eum priuati, quòd ab exactoribus ſæpe antehac vapulauerint, quòd demum coacti ſint animum ad ea intendere, quæ aduerſus Gothos geſſiſſent, belloque preſſi publica non minus tributa Græcis dependere, ac ſi pacifici eſſent: & alia pleraque his dictis adiecit, quæ domini ſolent infenſiores ſubditis exprobrare, Erodianum Romanis oſtentans, & ſimul Iſauros, qui ſibi vrbem prodiderant: cùm ipſi vos, inquiens, Gothorum ſocij facti, ne locum quidem vel deſolatum ad hunc diem tradendum his cenſueritis: hi verò in vrbem nos Romam Spoletumq; receperunt. quocirca ſeruorum eſtis vos numero redditi, hi vt Gothis beneuoli, & noſtri meritò conſanguinei nobiſcum ſunt imperia habituri. Patritij igitur his auditis ſedulò conticere.

Pelagius Totilam mitigat.

Pelagius verò pro viris ſontibus, ita & infelicibus ſupplex Totilæ factus, non prius precari hunc deſijt, quàm ille clementiorem in omnes ſe fore pollicitus Romanos dimiſit.

Pelagius ad Imper. legatus.

His ita peractis, Pelagium Totilas & ex vrbis Rhetoribus præcipuum vnum, Theodorum nomine, ad Iuſtinianum Imperatorem legauit, arctius iureiurando adactos, ſuas vt partes amicè ac beneuolè tuerentur, & in Italiam reditum accelerarent. His deinde iniunxit, totis vt viribus niterentur pacem ſibi cum Imperatore & amicitiam conciliare, ne poſtmodum cogeretur, ſi pace infecta redirent, Romam ad ſolum diruere, interfectiſque patritijs viris in Illyrios bellum transferre. litteraſque Iuſtiniano conſcripſit. Iam enim & Imperator acceperat, quæ in Italia accidiſſent. Sed poſtquam ad ſe Totilæ oratores venêre, expoſitis primùm mandatis, & litteras tradiderunt, in hanc ſententiam ſcriptas:

Totilæ ad Iuſtinianum litteræ.

Quæ in vrbe Roma ad hunc diem contigerint, cum te fuiſſe edoctum iam putem, ſilentio prætereunda videntur. Ea verò, quorum de cauſa ad te oratores hos miſerim ſtatim intelliges. Bona pacis tute vt deligas, nobiſque tradas, imprimis depoſcimus. Quorum & ipſi monumenta quàm optima, & ſimul exempla Anaſtaſium & Theodericum habemus, qui paulo antè regnarunt, paceque & cæteris bonis ſua tempora compleuere. Si igitur hæc tibi placita erunt, meritò meus pater

vocabere,& belli nos ſocios,in quoſcunque libitum fuerit,habebis.His co-
gnitis Imperator mandatis,& oratoribus auditis, hos ſtatim reſponſo dato
dimiſit, Totilæque reſcripſit, Beliſarium bellicis rebus ſe præfeciſſe,& li-
beram habere hunc poteſtatem, quæ ad Totilam pertinent,pertractandi.
Dum interea oratores Byzantium mitterentur,& inde in Italiam iteratò ve-
nirent,in Lucanos ita ſe res habuere. Tullianus ea è regione contracta agre-
ſtium manu, ſaltum anguſtiorem quendam aſſeruando inſederat, ne ho-
ſtes detrimentum aliquod illaturi Lucaniæ loca peruaderent. cum Tulliano
vnà & Antarum ex natione trecentos ad eius ſaltus cuſtodiam Ioannes re-
liquerat: hi nanque præ cæteris barbaris ſunt in anguſtijs locorum bellige-
randi periti. Quæ omnia Totilas ipſe edoctus, Gothos quidem ad id bellum
deſcendere non vſui ſibi fore rebatur: vnde multitudine & ipſe ruſticorum
contracta, & Gothis vnà nonnullis dimiſſis, omnibus viribus imperat eas
anguſtias pertentare. Quò vbi demum eſt ventum,& cum Romanis bellum
Gothi conſeruere, crebræq; factæ vtrinque impulſiones, Antæ illi vt ſuapte
virtute, ita & loci difficultate ſe adiuuante, vnà cum ea agreſtium hominum
multitudine in fugā hoſtes mox auertere, non parua illata primū his clade.
Quibus cognitis Totilas rebus, Romam imprimis ad ſolum proſternere de- *Totilas abolere Romam cogitat, ſed poſtea conſilium mutat.*
cernit,& maiore exercitus parte ibidem relicta,cum reliqua aduerſus Ioan-
nem in Lucanos contendere. Sed muri tantùm,& diuerſis in locis, hic di-
ruit, quantum totius partem eſſe hanc tertiam coniectura quis conſequi po-
terat: pulchriora præterea magnificentioraque abſumere incendio ædificia
huic animo inerat,& vrbem Romam in ouium paſcua idoneam reddere.
Quibus de rebus Beliſarius certior factus, ſimul & litteras ad Totilam mi-
ſit: qui vbi illi in conſpectum venêre, & ſui aduentus cauſam explicarunt,
litteras tradidere in hanc ſententiam ſcriptas. Ad vrbium ornamenta, ædi- *Beliſarij ad Totilam literæ.*
ficia, quæ antea nulla fuiſſent, conſtruere; ſapientum fermè virorum inuen-
tiones fuere,& ciuiliter viuere percallentium: quæ verò ad pulchritudinem
extant delere, inſipientium proculdubio eſt,& quos minimè pudeat in ſuæ
malignioris naturæ argumentum monumenta poſteritati relinquere. Ro-
ma quidem ciuitatum omnium, quæ ſub ſole nunc ſunt, maxima & magni-
ficentiſſima eſſe facilè affirmatur. non enim eſt viri vnius virtute conſtructa,
nec breui quodam temporum ſpacio in tantam hæc magnitudinem & de-
corem euaſit: ſed Imperatorum multitudo,& maximi ſummorum virorum
cœtus, temporis diuturnitas ipſa, diuitiarumque & potentiæ magnitudo,
vt cætera omnia, ita ex vniuerſo terrarum orbe cogere hunc in locum opi-
fices potuere, qui vrbem hanc talem tantamque paulatim ædificando, om-
nium monumenta virtutum poſteris proderent. Fit itaque,* vt facta per te ** vt his illata*
in vrbem hæc comminatio, iure appareat totius ſeculi ſempiternam morta- *vis, iure &c. à*
libus ad iniuriam cedens: quandoquidem pro genitoribus ipſis virtutis me- *is τοῦτο ἰαίγνω.*
moria demeretur; poſteris verò operum tantorum ſpectaculum. His ita-
que ſe ita habentibus, rectè velim intelligas, è duobus alterum neceſſarium
fore. aut enim hoc bello victus ipſe ſuccumbes, aut ſi ita fortè contigerit,
nos ſuperabis. Quòd ſi viceris,& Romam demolieris, non alterius vrbem, ** & exiſtimatio-*
ſed tuam delebis: quam ſi ſeruaueris, ex poſſeſſione cæterarum omnium *nē apud omnes*
præſtantiſſima opulentior fies. Sin verò ad tuam deteriorem fortunam res *homines ipſo fa-*
nobis ſucceſſerint, Roma incolumi reſeruata, gratia tibi apud victorem con- *cto dignam me-*
ciliabitur, & non mediocris. Qua per te tum fortè deleta, nullus tibi de *rebere: nam qua-*
de cætero relinqueretur ad humanitatem conſequendam & clementiam *lia principum o-*
locus: nec facti vllus erit apud te vſus,* quin potius re per te malè geſta, non *pera fuerint, ta-*
indigna mortales omnes opinio ceperit, meritas pro demolita tam egre- *le neceſſe eſt ex*
gia vrbe luiſſe te pœnas. Nunc verò in vtramuis rem propenſior fueris, vel *ijs etiam nomen ferant. cætera redundant.*

Romam ſeruabis, vel demum deperdes, tametſi qualiacunque principum opera fuerint, ex his & nomen vt ferant, neceſſe eſt. His literis Totilas ſæpe perlectis, & vt bene monentibus magnifactis, ſuaſus demum vrbem in offenſam ſeruauit & integram, deq; eius in hanc voluntate certiorem per oratores Beliſarium fecit. Quibus dimiſſis, maiorem exercitus partem ab vrbe haud longius ſtadijs centum & quinquaginta * in Algedone, loco quodam ſic dicto, ad occidentem ſolem locauit, quietiq; vt manerent, indixit. Quod vtique egit, ne vlla prorſus Beliſarij militibus euagandi poteſtas fieret. Ipſe deinde cum reliquis copijs aduerſus Ioannem in Lucanos contendit, delectisq; Romanis patritijs ſecum vnà deducendis, cæteros omnes cum coniugibus ſimul & liberis ad Campaniæ loca tranſmiſit, nullo hominum in vrbe relicto, quam penitus deſtitutam dimiſerat. Ioannes interea vbi primùm accepit in ſe Totilam ire, in Apulia immorandum haudquaquam diutius duxit, ſed curſu citato cum copijs ſe ad Hydruntem recepit. Viri verò patritij illi, qui abducti per Totilam in Campaniam fuerant, in Lucanos ex familiaribus quoſdam, Totilæ permiſſu, ſuos ad villicos, qui ad inſidendum ſaltum acceſſerant, nuncios tranſmiſerunt: his imperando ab incœptis deſiſterent, & vt antè conſueuerant, ad excolendos agros redirent; bona his pleraque pollicendo, ſi dictis parerent. Tullianus interim cognito ſtatim Totilæ aduentu fugam capeſſit, & Antæ ter centum illi ad Ioannem ſe conferunt. Sic factum, vt omnia, quæ intra Ionicum ſinum ſunt loca, iteratò Gothis Totilæq; in poteſtatem conceſſerint. Tum verò fidentes iam barbari, & turmatim diſperſi, quacunq; animus ferret vagari, & intrepidè omnia circumire. Quod vtiq; vbi Ioannes aduertit, è ſuis militibus quammultos immiſit, qui hoſtes de improuiſo quum inuaſiſſent, eorum vim magnam obtruncant: ex eoq; tempore formidine Totilas captus, contractis ad ſe omnibus copijs, circa Garganum montem, qui in medijs Apuliæ prominet locis, vbi & Libycus Annibal quondam habuit caſtra, ſuis circumuallatis, quietum ſe diu tenuit. Dum hæc agerentur, Cononis miles quidam, & eorum ex numero, qui poſt captam per barbaros vrbem abſceſſerant, Martianus nomine, & genere Byzantinus ad Beliſarium veniens petijt, vt ſub transfugæ ſpecie ad hoſtes dimitteretur, magnis ſe bonis pollicitus affecturum Romanos. Vbi id demum eſt & Beliſario viſum, ad Gothos ſe contulit. Quem Totilas primùm vt vidit, ingenti affectus lætitia eſt. nam & in ſinguları certamine iuuenem egregiè ſe geſſiſſe & audierat ſæpe, & viderat: vnde cùm illius & liberi duo, & coniunx inter captiuos apud ſe eſſent, vxore quidem & ex liberis altero huic reſtitutis, alterum pro obſide tenuit. Spoletum deinde cum alijs nonnullis & hunc quidem tranſmiſit. Sed Gothi Spoletum per Erodianum his proditum quum primùm cepiſſent, ciuitatis muris ſolo æquatis, Amphitheatrum in vrbe extructum communiunt, eiusque aditus omnes diligentius obſtruunt, impoſito ibi ex Gothis Romanisque perfugis conflato præſidio, vt ea è regione loca ſeruarent. Martianus interea cum præſidiarijs nonnullis militibus inita ſocietate, conſpiratione que facta, hisque iam perſuaſis, vt grande aliquod facinus in barbaros auderent, vt & ipſi Romanorum ad caſtra egregiè nauata opera demum redirent, miſſis nonnullis Peruſiam ad eius præſidij ducem, hortatur Spoletum ſtatim vt copias mitteret, eique rei ſummam ſignificauit. Oldigam Hunnus tunc fortè poſt Cyprianum ſuorum dolo necatum, Peruſię ſuffectus præſidio præerat. Is igitur cum copijs eſt Spoletum ſtatim profectus: quas Martianus vbi ad ſe appropinquare præſenſit, cum militibus quindecim, quos ſibi conciliarat, de improuiſo præſidij ducem obtruncat, apertisque foribus Romanos omnes intra oppidum recipit: qui fermè hoſtium pleriſque necatis, Hunnos nonnullos

in Algido

Ioannes hoſtem vagum coercet.

Martiani ad Gothos transfugiũ.

Martianus Beliſario Spoletum recuperat.

inter

inter cæteros captos ad Beliſarium ducunt. Quem paulo pòſt cogitatio ſubijt Romam adire,& quónam illa ſortis veniſſet,perſpicere.Itaque cum mille delectis militibus ad vrbem contendit.De cuius aduentu Gothi,qui proximè caſtra habebant,certiores iam facti,locatis circa vrbem inſidijs de improuiſo exiſtunt,& in aduenientes Romanos impetum faciunt. Prælio itaq; fortiter geſto, pro eorum virtute Romani auerſis in fugam hoſtibus, & eorum parte maxima cæſa, ad Portum ſe protinus receperant. Eſt autem Calabrorum maritima Tarentum ciuitas, & ab Hydrunte dierum duorum iter abeſt,in Thurios & Rheginos eunti. Huc Ioannes cum Tarentinis nonnullis ſe introducentibus venit, militibus cæteris ad Hydruntis cuſtodiam conſtitutis: & vbi vrbem magnitudine præſtare, non tamen muris munitam perſpexit, impoſſibile fore omnino rebatur, ſe illam poſſe omni ex parte tueri: mare autem contemplatus vrbi contiguum, & Boream verſus circa locum quendam anguſtiorem vtrinque in ſinum longè porrectum, vbi & Tarentinorum eſt portus, iſthmumque non minus ſtadijs viginti protenſum, id eo in loco vt machinaretur,excogitauit. Præciſam quidem ab oppido iſthmi partem ab vno maris tunc latere ad alterum vſque ædificio cinxit,ac circa id foſſam perduxit, hoc ipſo in loco non ſolùm oppidanos ipſos & incolas, ſed qui ea è regione incolerent, ſtatim contraxit, hoſque non in parui momenti cuſtodiam ibidem reliquit. Hac via Calabri vniuerſi quum in tuto iam eſſent, vt à Gothis deſciſcerent, circumſpectare, ad idque intendere animum. Totilas interim quum apud Lucanos præſidium quoddam cepiſſet, & id munitiſſimum, in Calabriæ fines quamproximè ſitum, quod vtiq; * Acherontida incolæ vocant, in eo impoſita trecentorum virorum cuſtodia, ipſe cum reliquis copijs ire Rauennam pergit, barbaris relictis quibuſdam in ea Campaniæ loca, quæ per patricios viros incolebantur. Beliſarius interim audaciſſimum aggreditur facinus, quod fermè tunc primùm ſpectantibus & audientibus multis, furentis eſt viſum, non ſani hominis eſſe, cùm aliàs tamen egregium & excellentius eſſet. Paucis nanque in Portus cuſtodiam relictis militibus, ipſe cum cæteris Romam peruenit. hanc enim animo deſtinarat omni conatu in poteſtatem redigere. Cùm itaque minimè poſſet eam mœnium partem, quam Totilas diruerat, breui inſtaurare, lapides, qui in proximo erant, in vnum coaceruatos, nullo ordine componebat, nec vlla prorſus immixtos materia, vt cui cementi nil præſto eſſet, nec eiuſmodi aliud quippiam: ſed id duntaxat efficere nitebatur, vt ædificij ſaltem facies ſeruaretur: exteriori verò ex parte ingentem vim ſudium fixit. Ad hæc accedebat, quòd foſſam, & hanc quidem profundiorem circa muros produxerat: vnde totius exercitus incredibili promptitudine operantis, per dies continuos quindecim, quòd muri fuerat per Totilam diſturbatum, reficitur. Romani præterea, qui circumiecta vrbi incolerent loca, in patriam reduces cogebantur, deſiderio partim Romam rurſum inhabitandi, partim rerũ neceſſariarum inopia, cùm omnium in vrbe copiam inueniſſent, quam Beliſarius completis omni commeatus genere nauibus, & vrbem inuectis iam fecerat. Totilas interim his auditis profectus ſtatim cum vniuerſo exercitu aduerſus Beliſarium, ad vrbem peruenit. Nondum enim Beliſarius poterat, vt muris reficiendis intentus, præ opificum raritate portis fores imponere. Poſtquam verò barbarorum exercitus quamproximè vrbem acceſſit, poſitis caſtris ſecus Tyberim ſtationem habebat, ac poſtero die oriente iam ſole ira ſimul & indignatione abreptus murum liberè circumibat. Tum Beliſarius pugnaciſſimos quoſque delectos ad portas tuendas locauit, cæteris verò ſupernè in hoſtem, vt de muro pugnarent, iniunxit. Sed barbaris ſpes quidem tum erat clamoribus hoſtem ac muros ſe primo inſultu captu-

Ioannes Tarentum occupat, & munit.

** Archeruſium, aliàs.*

Beliſarius cum paucis Romam recuperat & reſtaurat.

Totilas Romam redit.

Beliſarius vrbem defendit.

ros. Romani tamen prævalidè repugnantes, dum rei accenduntur indignitate, indeſinenter inſiſtere, furore in audaciam præter vires hos incitante, vt qui ex inſperato belli diſcrimen id nacti, vt par erat, ad animi magnitudinem erigebantur, & plurimum audebant. Barbarorum itaque, quum ex prominenti & grauius accidentibus telis exciperent vulnera, cædes ingens tum facta. Sed labore vtrique afficiebantur & laſſitudine, bellumque quum à mane cœpiſſet, in noctem perducitur. Barbari demum, quum in caſtra ſe recepiſſent, ſaucios ex ſuis curando, quieti eam noctem egere. Romani verò in muris partim habere vigilias, partim qui præter cæteros ſe perſtrenuè gesſerant, per vices portas ſeruare tribulorum vi maxima extra portam per terram paſſim expoſita diſſeminataque, ne ex incurſione in ſe hoſtes venirent. Sed die poſtero Totilas cum copijs vniuerſis mœnia oppugnare decernit. At contra Romani ad ſe tuendum intenti, & * externo prælio facti ſuperiores, in hoſtem audentius ire, ac cedentibus barbaris, eorum nonnulli ſtudio inſectandi procul à mœnibus euehi, quos barbari erant confeſtim circumuenturi, ne ſe ad vrbem recipere de cætero poſſent, ne Beliſarius cognitis ſtatim, quæ gerebantur, dimiſſis è ſuis nonnullis ſubſidio, ab eo diſcrimine liberaſſet. Sic demum repulſi iam barbari ſeceſſerunt, facta ſuorum & bellicoſiſſimorum hominum non parua iactura, & compluribus ſaucijs in caſtra reductis mox quieuere, vulnera procurantes & arma ex parte diffracta, ac cætera præparantes, quæ vſui forent. Poſt multos deinde hi dies muros rurſum oppugnatum venêrre, quibus Romani protinus occurſando pugnam nauiter inierunt. Eo in prælio fortuna Totilæ quadam ſignifer letali ictus mox vulnere, præceps ex equo in terram dilabitur, ſoloq; ſignum illiſit. Tunc Romanorum, qui inter primos tunc fortè pugnabant, facta impreſſione in hoſtem ruunt, vt ſignum ſimul ac mortui cadauer aſportaturi: quos ſtatim barbari audentiſſimi quidam præueniendo, manum aureo & ingentis precij ornamento munitam ſecum aſportant, ne eo poſſent hoſtes potiri, vel vtcunque iactari, ex re ignominiam euitantes. Sed barbarorum exercitus indecoram demum in fugam auertitur. Romani verò mortui quæ reliqua fuerant, ſpolijs potiuntur, hoſtemque diutius inſectati quàm multos obtruncant, & magna peracta cæde ad vrbem omnes incolumes reuertuntur. Gothorum deinde primores Totilam adeuntes iurgari tum primùm, & temeritatem illi impudenter obijcere, quòd quum vrbem Romam cepiſſet, non totam prorſus ad ſolum deleuerit, ne capi de cætero ab hoſtibus poſſet, nec ipſe haberet in ea recuperanda negocium. adeò innatum mortalibus eſt, animi ſententiam ad rerum euentus dirigere, & mentem ad fortunæ fluxum accommodare, ex eoque verſatiles quaſdam & varias opinionis mutationes efficere. Vnde & Gothi Totilam in proſperis eius conatibus, vt deo parem demirabâtur, inexpugnabilem inuictumq; hunc vocitantes, cùm captarum vrbium muros in partem aliquam demoliri hos fineret. Verùm vbi ſua hic nonnunquam ſpe fallebatur, nec res proſperè cederent, contumelijs non indignum cenſebant, obliti prorſus eundem ſe & paulo antè laudibus extuliſſe, & aliter longè de eo ſentire, ac antea ſenſerant. Sed fieri non poteſt, in his & iſtiuſmodi cæteris ne ſemper homines peccent, quandoquidem natura ſit illis id inſitum. Totilas demum ſoluta obſidione, Tyburtum ſe cum barbaris contulit, omnibus ferè Tyberis pontibus demolitis, ne facilè inde Romani ſubſequêdo inuaderent, Miluio duntaxat ponte relicto, quem demoliri, vt vrbi propinquiorem, non poterat. Sed Tyburti de integro exędificare præſidium Gothi omni conatu decernunt, quod antehac ipſi deleuerant, in eoque oppido pecunia omni depoſita quieſcebant. Beliſarius interim foribus vbique ad portas impoſitis ferro

* *heſterno*

Secunda vrbis oppugnatio.

Pro vexillo pugnatur.

Euentus rerum mutant hominũ animos.

ferro contectis, claues iteratò Imperatori tranſmittit. In his hyems ſe circum egit, & anni duodecimi belli huius aderat finis, quod Procopius ipſe cõſcripſit. Totilas verò iam pridem copias Peruſiam miſerat, quæ poſitis circa mœnia caſtris Romanos acerrimè obſidebãt, & quia deficere his neceſſaria ſenſerant, ad Totilam mittunt precatũ, vt cum vniuerſo exercitu ad ſe confeſtim veniret. nam copijs iunctis facilius fore rebãtur, Peruſiam poſſe, Romanosq́; oppidi eius cuſtodes in poteſtatem venire. Totilas verò non admodũ promptos ad exequenda, quæ mandarentur, barbaros conſpicatus, cũ habere hos monitos vellet, omnibus ad concionem vocatis, verba iſtiuſmodi fecit. Cum vos videam, ô viri commilitones, erga me & id quidem iniuria animo eſſe inſenſiore, & grauiter ferre aduerſæ fortunæ caſus, veſtri nunc conuentũ hunc feci, vt dempta vobis praua opinione, mentem queam ad rectiora redigere, ne vel mihi non gratias agere, quod minimè decet, nunc videamini, vel erga deum præ inſipientia quadam ingratitudine vti. nam longe falli humana nonnunquam conſueuere. quicũq; enim mortalis quum ſit, & difficulter deinde appareat ad temerarios ſe habere fortunæ caſus, is ſanè vti par eſt, ruditatis & inſolentiæ arguatur neceſſe eſt, & nihilominus fortunæ ſubibit vel nolens neceſſitatem. Velim itaque præterita facta vobis commemorare, nõ magis vt rerum incidentium cauſas ſoluam, quàm vt eas rectius lõge, quàm neceſſarium ſit, nunc patefaciam. Vittiges nanque vel in huius belli principio dux conſtitutus, Fani Piſauriq́ue muros proſtrauit, Romam deinceps & alias Italiæ vrbes, ſine vlla rerum iactura dimiſit. Ex Fano quidem Piſauroq́ue nil Gothis mali obuenit. Apud vrbis autem muros, & alias ea è regione munitiones ita res cum Vittige Gothisq́ue ſe habuere, vt ipſimet noſtis. Ipſe verò quandoquidem tradentibus vobis id imperium cepi, animo deſtinaui in rebus gerendis, quæ potiora ſunt viſa, potius ſequi, quàm ex his, quæ factu facilia ſunt, detrimentum vobis ac iacturam afferre. Sed conſtat equidem mortales ipſos natura nil prorſus differre, experientia tamen rerum magiſtra, peritum aliquem imperito meliorem eſſe cuiuis patet. Nos ſiquidem Beneuentum vt cepimus, demolitiq́ue eius mœnia ſumus, extemplo & ciuitates alias in poteſtatem redegimus, quarum nil ſecus & muros deleuimus, ne fortè è loco munito hoſtium exercitus irrumpendo, protrahere bellum detrectareúe poſſet, ſed deſcendere vt cogeretur in campum, & nobiſcum manus conſerere. Vnde his fugientibus vrbes in ditionem redactas deleri iubebam. vos verò optimum meum conſilium admirati, noſtram ſententiam exequendo veſtrum eſſe id operis ducebatis. nam qui operantem collaudarit, non minus & ipſe vt geſtorum miniſter, non eius expers laudis fiet. Nunc verò, vt videre iam videor, à priſtina eſtis conſuetudine immutati, amantiſſimi Gothi, vbi fortè id contigit, vt Beliſarius temerarium facinus audendo, ſpem præter omnium, quæ aggreſſus eſt, vicerit: ex eoq́ue vos & viros perſtrenuos admiratio cepit, quandoquidem temerarij longe facilius audentes vocantur, quàm cauti & prudentes. Qui enim præter officium ſit quippiam auſus, ex aliorum beneuolentia, quibus fortè vir acer ſit viſus, honorem aſſequitur. Is verò, qui prudenter & cautè periculum ſubterfugerit, nec tamen pro votis rem geſſerit, incidentium proculdubio rerum ſubiturus eſt noxam, etſi quid eius ex animo ac ſententia egerit, nil prorſus de ſe feciſſe imperitis videbitur. Sed vt iſta omittam, nõnne vobiſcum animo reputatis, quorum de cauſa mihi negocium exhibetis? quum ex his per me vobis ſit potius ſuccenſendum. Quòd ſi nunc Beliſarius contra vos geſſiſſe rem proſperè iactat, & ab ſe, vt in fugam actos, bello deuictos inſoleſcendo exiſtimat, licuit tamen & ſæpe me duce in prælio, & vobiſcum vnà hunc ſuperare. Porrò ſi mea virtute ea vos geſſiſſe feliciter contigit, huius ſaltem

XIII belli Gothici annus.

Totilæ ad ſuos oratio.

verecũdia ducti, quæ geſta ſunt ſilentio premite, vt humanorum delictorum
non prorſus immemores, quandoquidem apud mortales eodem ſtatu per-
manere diu nil poteſt. Quòd ſi qua fortuna eam vobis victoriam compara-
uit, hanc potius colere, quam omnino exacerbare contulerit, ne per vos for
tè offenſam, benignitatem dediſcere compellatis. Quo præterea pacto non
procul eſſe ab optimis & modeſtiſſimis moribus hi videantur, qui pauloan-
te etſi ſæpe ac multum proſperis fuere fortunæ caſibus communiti, vbi pau-
lulum deliquere, tam prorſus animis concidant: quod ſanè nil aliud præfert,
quàm dedignari, ac planè negare ſe homines eſſe. nam nullo vnquam tem-
pote quempiam falli, diuinitatis eſt proprium. Neceſſarium ergo fore nunc
duxerim, cæteris vt rebus poſthabitis cum omni animi promptitudine, agmi
ne vno Peruſiam in hoſtem eatis: quem ſi redigere in poteſtatem poteritis,
rectè quidem & fortunanius nobiſcum agetur. Quod enim ſemel acciderit,
quo minus effectum iam ſit, ne vniuerſa quidem efficere ſecula poterunt. de
linquentibus ſiquidem, alijs in poſterum proſperè ſuccedentibus rebus, præ
** ſubleuari.* teritorum malorum ſolet recordatio * ſulleuari. Peruſia quidem ſine vllo ne
gocio potiemini. Nam Cyprianus, qui ei loco & Romanis tunc præerat, vt
ſua fortuna, ita & noſtro cõſilio ſublatus è medio eſt: reſtat ſine imperio mul-
titudo, cui ad cætera mala neceſſariarum rerum accedit inopia: vnde vt ſe
ſtrenuè gerant, fieri non poteſt. Nihil poſt terga præterea telinquendum,
quod nobis queat quoquam pacto officere. Nam & fluminis pontes iccirco
ſum demolitus, ne quid fortè ex hoſtium incurſione & de improuiſo incom
modi patiamur. Atqui Beliſarium Ioannemq́ue conſtat ſuſpectos inuicem
eſſe, quod vtique eorum ex geſtis perſpicuum eſt. Nam & diuerſa ſentire ex
eorum operibus arguuntur, vnde nec in vnum coire ad id temporis potue-
re. Nam mutua quædam ſuſpicio ab inuicem hos planè diſiungit, ad quam
accedere inuidia conſueuit & odium, quibus intercedentibus fieri nil po-
teſt, quod factu neceſſarium ſit. His Totilas petoratis, Peruſiam verſus edu-
xit exercitum. Quò vbi demum eſt ventum, barbari quàm proximè ad muros
caſtra metati, obſidione oppidum cingunt. Dum hæc interea agerentur, Io-
annem quum Acherontida præſidium obſideret, & ei ex voto nihil procede
Ioannes patricios Rom. liberare conatur. ret, cogitatio ſubijt rem audendi, qua Romanorum ſenatum ſeruaret, & ſibi
apud mortales gloriæ plurimum vendicaret & laudis. Totilam is cum Go-
thorum exercitu vrbis mœnia oppugnare acceperat. vnde cum probatiſſi-
mis & delectis equitibus, re nulla cuiquam cõmunicata, in Campanos, nec
noctu quidem, nec interdiu intetmiſſo itinere, proficiſcitur. Eódem fortè &
Totilas venerat, vt de improuiſo hoſtes inuadens eripere ac tueri viros ſena
torios poſſet. Et in locis præſertim nullis mœnibus communitis, per id tem-
poris accidit, quod & peractum vtique eſt, & Totilas admodum verebatur,
vt ne quis hoſtium ad captiuos accederet, malum his aliquod illaturus: vnde
equitum turmas in Campaniam miſit, qui vbi ad Minturnas venere, potius
fore viſum, vt maxima ſuorum ibi parte dimiſſa aliquandiu quieſcerent, &
equites defatigatos curarent. nam eo itinere magno hi fuerant labore affe-
cti. Præmiſſis deinde nonnullis Capuam exploratum, & ad circumiecta hu-
ic vrbi cætera loca, quæ ab ea trecentis ſtadijs abſunt. dum id viæ vt corpori-
bus integris & equis recentibus Gothi celerius emenſi fuiſſent, die vna eo-
Ioannis fortuna. demq́ue tempore contigit, vt Ioannis exercitus & barbari illi trecenti Ca-
puam peruenirent, quum neutri ſe conſenſerunt, & barbaris acie victis, eo-
rumq́ue maxima parte iam interfecta penes Romanos victoria fuit. ex illis
verò pauci quidam effugere potuerunt, qui omnes celeri curſu ad Mintur-
nas ſe contulere. hoc cæteri, qui intra oppidum erant, protinus conſpicati,
partim cruore aſperſos, partim adhuc ſagittis præfixos, & tacitos, vt qui nil
prorſus

proſus denunciarent quæ geſta fuiſſent, continuò equis inſcenſis fugã vnà capeſſunt, & ad Totilam quũ demum veniſſent, innumerabilem eſſe hoſtiũ nunciant multitudinem, hac arte fugæ turpitudine medicata. Erant in Campaniæ locis Romani ad ſeptuaginta tunc milites eorũ ex numero, qui ad Totilam vltrò conceſſerant. hi omnes ad Ioannem ſe contulere, qui tamen perpaucos ibi quoſdam ſenatorij ordinis viros inuenit, fœminas verò vniuerſas ferè. nam vrbe capta milites fugientes Romani ciues ſectati, in Portum ſe vrbem receperant, relictæ fœminæ in captiuitatem ceſſere. Ex viris verò Clementinus quidam patritius quum ad Romanum quempiam Campaniam incolentem effugium habuiſſet, Ioannis exercitum ſequi iccirco tergiuerſari eſt viſus, quia Imperatoris præſidium quoddam Neapoli proximum Gothis prodiderat. Oreſtes verò, vir conſularis, prę equorum inopia, vel nolens quidem eodem, quo primum erat in loco, permanſit. Ioannes interea patritios viros cum ſeptuaginta militibus, qui ad ſe pauloante conuenerant, in Siciliã miſit. Quibus de rebus certior Totilas factus mœrore afficiebatur, & grauiter id factum ferebat, & exigendi ex Ioanne vel ea de cauſa pœnas percupidus erat: vnde cum maiori exercitus parte aduerſus eum contendit, paruis relictis ad eius, in quo erat, loci cuſtodiam copijs. Sed in Lucanos tũc fortè Ioannes cum militib. mille ſeceſſerat, exercitumq́; ad ſe contrahebat, & ſpeculatores præmiſerat, qui omnibus itinerib. exploratis diligentiſſimè obſeruarent, necunde in ſe hoſtium aduectaret exercitus. Quod Totilas facturum Ioannem mox ſuſpicatus, conſuetis relictis tunc itineribus, per montes, qui ea è regione plurimi prærupti q́; & eminentiſſimi ſunt, in hoſtem ductabat, quà nemo venturum hunc poterat ſuſpicari. nam & inuij eſſe hi montes creduntur. Sed per Ioannem vel ea ex parte miſſi exploratores, quum hoſtium præſenſiſſent exercitum circa ea loca veniſſe, non tamen eius rei facti apertius certiores, agmine vno citatióreq́; curſu Romanorum ad caſtra contẽdunt: & accidit forte, vt eodem fere temporis pũcto, & noctu quidem, exploratores ipſi, & hoſtes Romanorum ad caſtra peruenerint. Sed Totilas improuidę furibundæq́; mentis veſania præoccupatus, nullum ſuo aduentu fructum recepit. is quippe longe maiores, quàm hoſtes ipſi, habebat apud ſe copias, & ex vſu vt venit, acrei bellicæ ars ipſa depoſcit, qui militum numero præſtat, plurimum longè conduxerit, ex aperto & interdiu bellum ſi geſſerit. vnde cum ineundum ſibi fuiſſet oriente iam ſole cum hoſtibus bellum, ne qui præ paucitate facilè vincerentur, deliteſcere in tenebris poſſent, & fugam, quò vellent, capeſſere: iræ is nimium indulgendo, nocte iam intempeſta hoſtium caſtra aggreditur. Qui maiore ex parte ſomno proſtrati, & præ tumultu denique experrecti, nullis ſe viribus renitendo tueri, ſed in proximos montes ſe ſtatim ex fuga conferre, quos inter Ioannes Romanorum præfectus profugit, non magna militum iactura accepta. nam ex Romanis centum deſiderati. Erat cum Ioanne Silacius nomine quidam, Armenius genere, perpaucorum ſuæ gentis dux factus, qui nec Græce loqui, nec Latine, nec Gothice noſſet, nec præter ſuam innatam vocem aliam ædere. In hunc Gothi & fugientem quum incidiſſent, identidem ſciſcitari, quis nam hominum eſſet. non enim hi animo deſtinarant obuios quoſque protinus obtruncare, ne & ſe inuicem, vt in bello nocturno, interficere cogerentur. Is verò reſpondere nil aliud quiuit, niſi Silacium præfectum ſe eſſe. Id nanque muneris quum ab Imperatore ante accepiſſet, vt ſæpius repetiti nomen didicerat. Ea ex voce tunc barbari proditum hoſtem quum viuum cepiſſent, paulopoſt obtruncarunt. Ioannes interea, eiusq́; cæteri milites quum enixius ſe in fugam dediſſent, curſu citato Hydruntem perueniunt. Gothi verò hoſtium caſtris direptis, retrocedentes mox abeunt. Dum hæc interea peraguntur, alium ad-

Erratum Totilæ

Ioannes fuga cũ ſuis euadit.

Silacius ſeipſum prodit.

Nouus ab imp. mittitur in Italiam exercitus.

verſus Gothos Totilamque Imperator, vt Beliſarij litteris diu iam fatigatus, transmiſit exercitum; & * Bacuuium imprimis quendam * Peranij, Sergiumque præfectos cum paucis miſit, qui in Italiam demum profecti cum altero ſe ſtatim exercitu coniunxere. Poſt hos autem & Verum nomine quempiam cum Erulis trecentis, Varazemque Armenium cum militibus octingentis ſummittit. Valerianum præterea Armeniorum præfectum cum haſtatis peltatisque vltra mille abire in Italiam iuſſit. Verus itaque omnium primus cum Hydruntem applicuiſſet, nauibus ibi dimiſſis, apud Ioannem eò in loco moram trahere diutius noluit, ſed equo vectus iter cum ſuis aggreditur. Erat nanque vir iſte haudquaquam induſtrius, ſed in temulentiæ morbum plurimum reſolutus: vnde & temeraria ſemper audacia tenebatur. Is poſtquam proximè Brunduſium venit, eódem & caſtrametatus manſit. Quod Totilas ſtatim edoctus: Verus hic, inquit vel magnis fretus eſt viribus, vel maiori dementia detinetur. imus ergo in eum celeriter, huius vt hominis vel vires periclitemur, vel ipſe vt ſuam veſaniam ſentiat. His Totilas dictis, magnis cum copijs in eum contendit. Eruli verò hoſtes adeſſe iam denique conſpicati, in ſyluam confugiunt proximam, ex quibus Gothi protinus circumuentis, vltra ducentos interfecere. Iamque in proximo erat, vt Verum præfectum, & qui reliqui fuerant ex hoſtibus, inter ſenticeta deliteſcentes comprehenderent. Sed fortuna hos quædam ex inſperato ſeruauit. Nam Barazes interim, & qui ſecum Armenij nauigabant, in littus deſcendunt, & ea forte è regione è qua Gothi Erulos inuaſerant: quos vtique Totilas conſpicatus, & maiorẽ fore, ac erat in vero, hoſtium exercitum ratus, ſublatis caſtris inde mox abijt. Tum verò Eruli, qui cladi ſuperfuere, & Verus ipſe libenter ac celeri curſu ad naues ſe conferunt. Barazes verò cum vltra nauigandum ſibi minimè eēſuiſſet, cum his vnà Tarentum terreſtri itinere venit, quò & Ioannes Vitaliani cum vniuerſis non longe poſt profectus eſt copijs. Tum Imperator litteras Beliſario ſcripſit, magnum ſe illi miſiſſe exercitum, & neceſſarium fore, cum eo ſe in Calabria iungeret, vnaque in hoſtem iret. Iamque & Valerianus iuxta ſinum Ionicum veniens, ea è regione ſi fretum traijceret, inutile ſibi fore rebatur. Satis nanquè præuiderat, non tamdiu militibus ipſis equiſque ſuffecturos eſſe, quos ſecum deuexerat, commeatus. nam & hybernum tempus iam aderat. Miſſis itaque è ſuis militibus ad Ioannem trecentis, ſignificauit primo ſe vere & poſt hyberna cum cæteris affuturum. Beliſarius interim litteris Imperatoris perlectis, noningentis, quos ſecum abduceret, ex exercitus robore ſtatim delectis, in quibus erant equites ſeptingenti, pedites verò ducenti, & cæteris Conone duce ad vrbis cuſtodiam conſtitutis, in Siciliam protinus nauigauit, vt inde Tarentum traijceret. Eſt autem Tarenti in hemicycli ſpeciem littus, quo plurimum recedente & mare ipſum perinde in ſinum, longiore ſpatio in continentem immittit. Sed huius littoris tranſmiſſus quidem mille protenditur ſtadijs; & vtrinque ad æſtus exitum oppida duo ſunt ſita, alterum Croto ad occidentem ſolem, alterum in orientem Tarentum, in medio autem littoris Thuriorum ciuitas iacet. Tempeſtate itaque aduerſante, ventorumque intumeſcentibus violentia fluctibus, Crotonis ad portum reiectus, eò cum ſuis Beliſarius appulit. Qui quum nullum ibi præſidium inueniſſet, nec vnde militibus neceſſaria importaret, ibidem ipſe cum vxore & peditibus manſit, vt ex Tarento euocatum ad ſe exercitum regeret: equitatum verò procedere iuſſit, & caſtra in proximi loci ſaltus locare, eique Hiberum * Fazam & Barbationem præfecit. Sic enim fore ſperabat, vt equites ſibi equiſque neceſſaria compararent, & hoſtes in anguſtias demum propelleret. Nam & Lucani montes vſque in Brutios pertinentes, in anguſtumque inuicem coëuntes, duos duntaxat hic aditus, & hos quidem anguſtiores

Bacurium imprimis quendã Peranij F.

Verus, homo temulentus & temerarius.

Totilas Erulos fundit.

Tarenti ſitus.

* *Phaſſam alias*

res

res efficiunt, quorum alter Petra ſanguinis dicitur, Lambulam alterum incolæ nuncupant. hoc loco ad littus Ruſcia eſt promontorium Thurinorum: ſupra id ſtadijs ſexaginta præſidium validiſſimum veteres cõſtruxere Romani, quod vtiq; Ioannes antehac ceperat, & quam optimè communierat. Beliſarij itaq; milites dum eò contenderent, in hoſtium copias inciderunt, per Totilam miſſas, vt proximum præſidium pertentarent, cum hisque vbi ad manus veniſſent, ſuapte virtute in fugam barbaros omnes auertunt, tametſi eſſent numero longe inferiores: quos denique inſectati vltra ducentos occidunt, reliqui ad Totilam adhuc trepidantes profecti, quæ ſibi acciderant, nunciarunt. Romani verò ibi poſitis caſtris manſere, & perinde ſine ducibus potiti victoria, intrepidè negligenterque agere. non enim in vnũ coëuntes hi quieſcebant, vel ſaltum inſidendo ſeruabant: ſed in ſocordiam reuoluti, ne ꝯ̃tu quidem longo abinuicem interuallo diſtantes, ſomno ſe dedere, & interdiu neceſſaria conquirendo licentius & incautè diuagari, ad ſe tuendos nil penitus in medium conſulentes. Totilas igitur de his certior factus, tria milia equitum ex vniuerſo delecta exercitu, in hoſtes extemplo duxit, eosq; de improuiſo aggreſſus terrore iniecto turbauit. Sed Fazas præfectus (nam in propinquo, & ea è regione tabernaculum tum fortè habebat, quà ſe hoſtes inuaſerant) irruentibus barbaris occurſando eximiæ virtutis de ſe ſpecimen dedit, vt qui ad fugam nonnullis ſpatium ſuo interuentu exhibuit, & ad audendum pleriſq; animos fecit. Sed ipſe demum cum ſuis omnibus præliãs cadit, ingens ſanè Romanis iactura. nam in his cæteri vt præſtantiſſimis bello viris ſpem ſitam habebant. Qui autem diffugere potuerunt, vt cuiq; licuit, in tutum ſe recepere. Primus omnium Barbation ille Beliſarij armiger cum duobus alijs effuſius fugiens Crotonem peruenit, & præſenti fortuna renunciata, adiecit ſe arbitrari iamiam Totilam affuturum. Beliſarius verò vbi ea accepit, deplorato ſuorum militum caſu, in naues ſtatim deſiluit, & cum eo cęteri omnes ſoluentes, ventum ſecundum nacti, eodem die ad *Medium Siciliæ locum applicuere, qui vtique ſeptingentis à Crotone ſtadijs abeſt, & Rheginis ex aduerſo poſitus eſt. Per id tempus Sclauinorum exercitus, flumine Hiſtro traiecto, Illyrios omnes adusq; Epidamnum malis ingentibus affecere, partimq; hos trucidando, & ſine vllo partim ętatis diſcrimine in ſeruitutem, quos licuit, abigendo; & eorũ bonis direptis, deſæuiebãt. Ad hæc & præſidia illis in locis non pauca, & quidem præualida occuparunt, circũuagatiq; omnia pro arbitrio ad rapinam quęq; ſcrutantur. Principes verò Illyriorũ quindecim milium hominum exercitu comparato, etſi hoſtes protinus inſecuti, appropinquare tamen nil audebant. Eadem pręterea tempeſtate, hybernoq; tempore, cum Byzantij, tum & in alijs locis terræmotus facti aſperiores quidã & maximi, noctuq; omnes, atq; adeo vt qui ea incolerent loca, ruinis iam iam ſuſpicati oppreſſum ſe iri, ingenti formidine tenerentur, cum aliàs nullo affecti ſint malo. Tunc item & fluuius Nilus vltra octodecim cubitos ſupra alueum ipſum ita elatus excreuit, vt ſua inundatione vniuerſam irrigarit Aegyptum. Quin etiam & in ſuperiori Thebaide ſubſidentes adeò recedẽtesq; aquas eam regionem colentibus præbuit, vt nec terram ſuis temporib. ſerere, nec cætera procurare pro priſtina conſuetudine poſſent: à ſuperioribus autem locis vbi primum leniter eſt ſuperfuſus, haudquaquam abſceſſit, eoq; & ſementis tempus omne interpellauit, cum id antea nunquam, nec vllo ſeculo accidiſſet. Extant pręterea & alia loca, in quibus vel aqua deficiẽte rurſum Nili id flumen nec longe poſt tantopere inundarit, vt quod ſatum fuiſſet penitus contabuerit. Cuius rei & calamitatis abſurditas, hominibus quidem ſtuporem, animantibus verò cæteris vt pabuli neceſſitate deficientibus exitium attulit. Per ipſum id tempus, & cete quidem marinus piſcis,

Beliſariani Totilanos fundunt.

Totilæ ſtratagema.

Fazæ præfecti virile facinus & obitus.

Beliſarij fuga.

**Meſſanã alias.*

Sclauini inuadũt Illyricum.

Terræmotus.

Inuſitata Nili exundatio.

Porphyrius cetus capitur. quem porphyrium Byzantini vocant, mirificè capitur. Hi ſanè circa annum
iam quinquageſimum vt Byzantinis ipſis, ita & finitimorum locorum tunc
incolis infeſtior fuerat, non continenter, ſed per temporis interualla. nam &
nauigia pleraque ad imum depreſſerat, multarumque nauium vectores ac
nautas turbando, & vim inferendo longius diſturbarat: quam beluam capi-
endi magnum Iuſtiniano ſtudium fuit, peragere tamen quod ei animo ine-
rat, nulla hic potuit arte. Sed quemadmodum in capturam hæc venerit, pau
Delphini cetum fugiunt. cis explicabo. Erat fortè ſumma in tranquillitate tunc mare, delphinorumq́;
grex ingens circa oſtium Euxini ponti vno agmine confluebat: qui ſubito ce
te illo conſpecto, quò cuique licuit, perfugium habuere, pars tamen maxi-
Sangaridis. ma ad * Sagaridis fluminis exitum ſeſe ex fuga recepit. Cete verò in eo tum
primum delphinorum aduentu nonnullos ex his, ſed improuidos quidem,
vorauit. Siue itaque fame tunc fortè detineretur, ſiue id ex certamine ageret
continenter & tandiu fugientes hos inſectatur, quoad tandem in continen-
tem ex incurſu delatus, nec volens quidem profundiore ſe limo immerſit.
Cetus ſeipſum in limum defigit. Vnde quibuſuis modis eruere ſe connitendo, nullo potuit pacto limoſo è lo
co exolui: ſed quo magis enitebatur, eo & acrius limo ſe immergebat. Quæ
res vbi ad circumiecti loci incolas eſt & paſſim perlata, concurſu vndique fa
cto, in cete mox irruunt, ſecuribusque vndequaque & crebris ictibus præci-
dendo, neque hoc pacto conficere beluam potuere: funibus demum præua
lidis colligatam, magna vi hominum extrahunt, & plauſtris deuehendam
Magnitudo ceti imponunt. Cuius magnitudinem cum cura emenſi, cubitis in longitudinem
triginta, in latitudinem decem hanc eſſe comperibant. Quam illi per coetus
partiti, vt cuique libuit, vel ſibi ſale conditam ſeruarunt, vel fortè depaſti
mox ſunt. Byzantini verò ſiue terræmotu, quem ſenſerant, pauefacti; ſiue flu-
minis Nili inundatione inſolita moti, ſiue cete prodigio ducti, futura ſtatim
animo præſagire, & quiſque prædicere, quæ de ſe fortè excogitarat. Solent
nanque mortales, dum rerum admiratione præſentium capiuntur, & plerun
que ſimul inſcitia, futura quædam prognoſticari, & dum moleſtijs opprimū-
Prodigij interpretatio. tur, temerè contemplando futura prædicere. Ipſe verò diutinam Nili ſupra
terram factam tunc moram, calamitatum multis cauſam fuiſſe crediderim,
cete verò illud abſumptum, à malis homines vindicari præferre. Sed iam ad
Rusciani obſidio. propoſita redeamus. Totilas igitur his demum peractis, quæ ſupra iam expli
cauimus, poſtquam Romanis in Ruſciani præſidio neceſſaria defuiſſe acce-
pit, potiturum hoc ſtatim ſe ratus, ſi commeatus inferri nil poſſent, poſitis
XIIII annus belli Gothici. quamproximè caſtris in obſidione conſedit. Et hyemis iam aderat finis, ter-
tiusque ac decimus ſe belli circumegerat annus, quod ſcripſit Procopius. Iu
ſtinianus interea Imperator & in Siciliam nauibus miſit, qui peditibus mili-
Antoninæ legatio. tiam facerent, & Valeriano iniunxit, ad Beliſarium vt iter acceleraret. Qui
freto traiecto, Hydruntem mox nauigat, vbi cum vxore Beliſarium præfectū
conuenit. Eadem hac tempeſtate Antonina Beliſarij coniunx Byzantium
Theodoræ Auguſtæ mors. mittitur, Iuſtiniani vxorem deprecatura, vt maioribus copijs bellum id para-
retur. Sed Theodora tunc Imperatrix morbo correpta iam ex humanis ex-
ceſſerat, cum annos vnum & viginti, menſemque tertium in imperio peregiſ
ſet. Dum hæc interea agerentur, qui in Ruſciani præſidio obſidebantur, ne-
ceſſariarum preſſi inopia rerum, in colloquium cum hoſte venerunt, aperte-
que polliciti ſunt, in medio ad ſummum meſſium tempore, ſe his præſidium
dedituros, niſi aliquod interea ſibi ſubſidium afferatur, ſeque inſuper his cō
ditionibus permiſſuros, vt integri omnes ſeruentur. Erant ex Italis in eo præ
ſidio multi delectique viri, & ex Romano exercitu Illyrij equites trecenti,
quos Ioannes ibi in cuſtodiam collocarat, Chalazaro his quodam genere
Maſſageta præpoſito, Godilaneque Thrace, præſtantibus bello viris: pedi-
tes

tes prӕterea centum ad eius prӕſidij cuſtodiam miſſi. Milites interea omnes, quos Beliſarius ad vrbis Romӕ tutelam reliquerat, Cononem eorum ducem obtruncant, id illi crimini dantes, quòd frumentum & cæteros commeatus cum eorum iactura coëmeret ſimul & venditaret. Sacratos deinde viros nõnullos ad Imperatorem mox legant, id ſedulo affirmãtes, niſi quamprimum effecerit, vt patrati per ſe in præfectum facinoris nulla de cætero recordatio fiat, nec noxæ id cuiquam detur, & debita ſibi ſtipendia non ſtatim dependerit, ad Totilam ſe & Gothos protinus conceſſuros. Id verò ab Imperatore facilè impetratum. Beliſarius interim Hydruntem ad ſe Ioanne celeriter euocato, cum eo & alijs ducibus maiore iam claſſe contracta, ad Ruſcianum celerrimè nauigat, id ſummo ſtudio niſus, vt obſeſſis ſubſidium ferret. Quam claſſem præſidiarij milites ex ædito conſpicati, iam bene ſperantes, haudquaquam de cætero ſeſe hoſtibus dedere animis deſtinant, tametſi pacta ad deditionem dies inſtaret. Sed præ nimia tempeſtate reiectæ naues, cum aliàs eſſet ea è regione littus importuoſum, & ab inuicem procul diſperſæ non eò curſum, quo cœperant, tenuere, ſed ad Crotoniacum portum delatæ, cũ in vnum iam omnes coiſſent, rurſum Romani ad Ruſcianum nauigationem intendunt. Quos barbari vt primùm videre, in equos ſtatim deſilientes ad littus perueniunt, hoſtibus in terram deſcenſum prohibituri. Totilas verò nauium proris patentiore per littus ſpatio ſuos obiecit, qui tela partim geſtarent, partim arcus intenderent: qua re Romani animaduerſa, animo mox conſternati, accedere propius nil audere, ſed aliquandiu nauibus à continenti procul in mare ſubtractis, quieti manere: vnde deſcenſu demum in terram iam deſperato, proris in altum verſis, euectique longius Crotone in portum iteratò deueniunt, ibique conſilio habito, ſatius fore eſt viſum, Beliſarius vt Romam contenderet, & diſpoſitis ibi quàmoptimè rebus neceſſaria in vrbem inferret, Ioannes vero ac Valerianus exercitus duces, vt militibus quisque in terram expoſitis, in Picentes mox irent, hoſtes perturbaturi, qui ea è regione oppida obſiderent. ſic enim fore ſperabant Totilam à Ruſciani obſidione ſubmotum ad ſe demum contrahere. Ioannes itaque cum militibus mille conſulta exequitur. Valerianus verò periculum veritus, ſinu Ionico nauibus circumito, rectà Anconam enauigat. Sic enim tuto in agrum Picenum ſe peruenturum ducebat, & cum Ioanne copias coniunctum. Sed ne hoc quidem Totilas pacto obſidionem ſoluere voluit, ſed eodẽ ipſe in loco perſtando, equitum duo milia ex omni exercitu ſtatim delecta in Picentes tranſmiſit: vt vbi ſe cum barbaris alijs coniunxiſſent, Ioannis Valerianique inde milites propulſarent. qui verò in Ruſciani præſidio obſidebantur, vbi his prorſus neceſſaria defuere, nec in Romanis quicquam ſpei reliquum eſſet, Gudilam Deoferumque ad Totilam mittunt, ſalutem ſibi imprimis precatum, & pro his, quæ geſſerant, veniam. Totilas verò in alium ſe neminem deſæuiturum eſſe reſpondit, niſi in Chalazarum ipſum, qui factas prius conuentiones peruerterit, cæteris verò remiſſurum ſe noxam. Sic itaque Totilas recepto per deditionem præſidio, Chalazarum manibus primo præciſis, deſectiſque inde virilibus confeſtim interficit: milites autem qui permanere in præſidio vellent, ſua ſibi habere iuſſi, pari ſorte cum Gothis futuri: quos verò non ea conditio oblectaret, abire nudos quò mallent permiſit, quia neminem vellet inuitum apud ſe militare. Octoginta igitur ſuis rebus relictis Crotonem venerunt, cæteri in præſidio ſine vlla ſuarum rerum iactura manſere. Cæterùm Antonina Beliſarij coniunx Theodora defuncta, cum Byzantium perueniſſet, ab Imperatore enixius depopoſcit, ex Italia ad ſe Beliſarium reuocaret, quod vtique facile impetratum. nam & Medorum ingruens bellum, id Iuſtinianum vt faceret, compellebat. Dum

Cono propter auariciam a ſuis occiſus.

Irritus Beliſarij conatus.

Aliud de obſeſſis ne ſoluenda conſilium.

Totilæ pertinacia.

Ruſciani deditio

hæc agerentur, fuere qui Imperatori de inſidijs comparandis inter ſe conſultarent. Sed quemadmodum per eos ſit ad id facinus ventum, paucis explicabo. Artabanem Imperatoris præfectum, Gonthare tyranno quodam deleto, ingens cupido inceſſit Preiĉtam, fœminam forma præſtantem, Imperatoris ex ſorore neptem, ſibi matrimonio iungere: quod vtique & ipſa permaximè cupiebat, non hominis amore ducta, ſed quia gratias ſe illi profiteretur debituram quammaximas, quod * Ariobinthi viri tunc ſui cædem perſtrenuè vindicaſſet, ſeque inſuper à Gontharis ſeruitute ac tyrannide liberaſſet, qui ſe vel inuitam vellet in vxorem traducere. Quum itaque vtriſque cordi hæc eſſent, vt nuptijs inter ſe iungerentur, Preiĉtam quidem Artabanes ad Imperatorem remiſit, ipſe verò, etſi Libyæ eſſet vniuerſæ præfectus, Imperatoris tamen ad eam rem conſequendam opera indigebat: vnde non ſanas admodum commentus eſt cauſas, vt ille ſe Byzantium reuocaret. ad id namque nuptiarum Preiĉtæ ſpes ſola induxerat, quæ complura ſibi ex his bona fore prætenderet, vt qui futurum ſe non longe poſt Imperatorem ſperaret, ſi Preiĉtam vxorem duxiſſet. Homines nanq;, qui temere cuiquam rei iccirco incumbũt, vt vitam deinceps per delicias ducant, haudquaquam hactenus quiuerint animos ſiſtere, ſed maiora quædam opperiuntur, ac bene ſperando continenter & tamdiu procedunt, quoaduſque tandem vel ea priuentur felicitate, quam conſecuti antehac fuerint. Imperator itaque Artabanis precibus fatigatus, eum ad ſe Byzantium reuocauit, altero ſibi in ea Libyæ pręfectura ſuffecto. Is itaque cum Byzantium ſe contuliſſet, admirationi tum primum omnibus eſſe, & aliorum in ſe facilè beneuolentiam promereri. erat nimirum ſtaturæ prolixioris, & mira corporis pulchritudine, moresque honeſtabant hunc liberales, & vt perpaucorum vir erat verborum, ita & factis præcipuus. Sed Imperator maximis hunc decorauit honoribus. nam & militibus, qui Byzantij erant, præfecit; fœderatorum deinde principem conſtitutum, ad conſularem denique dignitatem prouexit, haud tamen illi Preiĉtam neptem iungere coniugio potuit, vt qui alteram ſibi haberet & à primæua ætate matrimonio iunctam, quam vtique à ſe procul reiecerat, neſcio qua intercidente de cauſa, qua fœminæ ſolent cum viris iurgari. & hęc quidem quandiu Artabani nil proſperè res ſuccedebant, domi ocioſa reſederat, tacita ferens mala præſentia. Sed poſtquã Artabanes ex rebus egregiè geſtis eſt clarior factus, & adiuuante fortuna magnitudine præſtitit, cum de cætero fœmina nil prorſus repudij tuliſſet iniuriam, Byzantium venit, & ſupplex facta, vt virum reciperet precabatur. Tum imperatrix, cui erat innatum infelicibus fœminis aſſiduo indulgere, hanc vel cum inuito Artabane vt cohabitaret, percenſuit, Preiĉtam vero Ioanni cuidam, ſed conſulari, matrimonio iunxit. Quam rem cum calamitatis loco Artabanes duceret, & ægerrimè ferret, vel eum quidem ſe, qui beneficijs affeciſſet, iam oderat: vxorem verò, quam ipſe & volens deſtinãdo ſibi paraſſet, etſi eius percupidum, ductũrum tamen nemo exiſtimabat, ſed cum priore ſibi perpetuò coëundum, quæ ſibi eſſet omnium infenſiſſima: quod fermè hominem cruciabat. quo factum, vt non longo pòſt Artabanes tempore, vbi & Imperatrix ex humanis exceſſit, confeſtim & perlibenter priorem ab ſe vxorem propulerit. Borcudes interea, Germani cuiuſdam nomine frater, recens fortè vitam finierat, maxima parte pecuniarum fratri relicta, ac ſuis. Cumq; illi & vxor eſſet, & vnica filia, hanc quidem ſuis ex rebus tantũ ex teſtamento habere Borcudes iuſſit, quantum ipſa lex cogeret. Vnde & Imperator filiæ potius duxit opitulandũ, quod ſanè acrius Germanũ offendit. Erat tũ fortè Byzantij Arſaces nomine quidam Armenius genere, & Artabani propinquitate iunctus. Sed pauloante Rempublicã fraudaſſe deprehẽſus hic fuerat, & proditionis apertè

Marginalia: Inſidiæ imp. ſtruuntur. — * Areobindi. — Artabanis ambitio. — Artabanes dignitates varias adipiſcitur. — Theodora Augusta offendit Artabanem. — Arſacis proditoris pœna.

Arſacis proditoris poena.

apertè conuictus, vt qui ad Coſroem Perſarum regem per fraudem deſciſcē do, aduerſus Romanos res innouaſſet. Hunc Imperator camelo impoſitū, & alia nulla iactura affectum, circumduci per vrbem populo ſpectandum iniūxit: quam Arſaces ignominiam grauiſſimè ferens, in Imperatorem ſtatim moliri inſidias, ac dolos nectere animo deſtinat.

Arſaces corrūpit Artabanem.

Cumq; & Artabanem eius propinquum offenſum vidiſſet, eo acrius ad iram concire, & verborum inſidijs hominem occupando & deprimendo inceſſere, non die non nocte denique intermiſſa, quin de ſtrenuo effœminatum hunc factum identidem exprobraret, & alienis in malis antehac generoſum tyrannidem diſſoluiſſe, quandoquidem amicum & menſæ adhibitum Gontharem ſua manu comprehēſum nequiter & inter epulas obtruncaſſet, nunc verò formidoloſum ſe redditum dicere per ignauiam Byzātij reſediſſe, deſtituta ſine vlla cuſtodia patria, quæ ſe frequenter ſeruaſſet, tamdiu inſuetis emacerata tributis, patre amiſſo, & per cauſam conuentionis & fœderum interfecto, cæteraq; eius progenie in ſeruitutem abacta, & per Romani imperij diſperſa terras. Tum Artabanes ſatis id ſibi videri reſpondit, ſi Romanorum præfectus & conſularis vir diceretur. At ille: Mihi deinde, inquit, vt tuo propinquo, & indigna quædam perpeſſo nil indoleſcis? Sed duarum vxorum fortunæ me miſeret, quarum altera indecenter priuatus es, alteri vel inuitus cohabitare nunc cogeris. Atqui neminem decet, qui vel parumper prudentia valeat, Iuſtiniani cædem in aliud vt differat tempus, quæ vtique patrari ſpacio breuiore, & intrepide ac tuto poteſt. nam & incautus ſemper, & ſine cuſtodibus nugando & fabulando ad multam noctem hic ſedet, circumaſtantibus ſacratis quibuſdam & effœtæ ætatis viris, Chriſtianorum ſcriptis miro ſtudio reuoluendis intentus. Tum Artabanes; Num nemo, inquit, tibi id facinus molienti ex Iuſtiniani propinquis eſt occurſurus? Tum ille; iſtorum quidem Germanus omnium potentiſſimus eſt, & is fermè tibi ac lubens ſuis cum liberis ſubſidio erit: qui pro eorum iuuenili ætate, & ſimul inuidia, miris in eum odijs ardent, & hos equidem ſpero de ſe factis omnia confecturos. Nam & ab Imperatore affecti tanta iniuria ſunt, vt non ipſi ſimus maiori, nec Armenius quiſpiam vnquam.

Artabanis cum Arſace conſpiratio in caput imp.

Iſtiuſmodi Arſaces Artabanem eblandiendo demum illectum, vbi ſuis annuere votis cognouit, ad Perſarmenium alium quempiam, Chanarangem nomine, rē protinus detulit. Erat ſanè hic iunior & optima corporis valetudine, haud tamen rerum peritus, ſed puerilis admodum & inexpertus. Hunc itaque Arſaces vbi eadem cum Artabane ipſo ſentire effecit, & in colloquium vt inuicem conueniret, inde mox abijt, id modo præfatus, Germanum eiuſque liberos omnes aſſentiendo ad id facinus ſe aditurus. Et erat quidem Iuſtinus cæteris Germani liberis ætate prouectior, iuuenis tamen, & ante omnes pubeſcens, induſtrius præterea, & ad gerēdas res promptior, atq; adeo vt nondum annis maturus conſularem inſcenderit currum.

Arſaces Iuſtinū fruſtra tentat.

Huic Arſaces conuento in æde aliqua ſacra colloqui ſecum ſe velle prædixit, in quam vbi eſt denique ventum, à Iuſtino imprimis Arſaces petijt, vt iureiurando protinus confirmaret, ne quoquam pacto quæ inter ſe haberentur colloquia, niſi patri duntaxat hominum cuiquam aperiret. Hæc demum ſe iuranti facturum, exprobrare ſtatim ignauiam atque ſocordiam Arſaces cœpit, qui Imperatori quum ſit ſanguine iunctus, plebeios & gregarios homines quoſdam videret ſibi præferri, magiſtratusque gerere: ſe verò quum talis tantusque ſit, & ſui officij eſſet ac dignitatis res omnes adminiſtrare, non ſolùm Iuſtinianus contemneret, ſed vel eius parentem, qui ad ſummum virtutis euaſerit, nil ſecus ac eius fratrem non magnifaceret, ſed in priuata hunc forte viuere perpetuò ſinat. Ad hæc & illud adijcere, quòd nec auunculi quidem ſui patri bona omnia delegantis in hæreditatem ipſe ſucceſſe-

ſucceſſerit, quum hæres eſſet abundè illi ſuffectus: idque ſibi aſſeuerare ad ignominiam conceſſurum, quum futurū omnino eſſet, vt de cætero maximè cōtemnatur, & tunc præcipuè, quum ex Italia Beliſarius Byzantium venerit. iam enim in medios ille Illyrios eſſe nunciabatur. His Arſaces dictis ad parandas Imperatori inſidias, vt Iuſtinum impelleret, huic omnia aperit; quæ ad eam rem peragendam cum Artabane ſibi * Charangeque compoſita eſſent. His auditis Iuſtinus ex rei abſurditate exterritus adeo, vt ſui vix compos eſſet, Arſaci reſpondit, nec per ſe quidem, nec patrem ſuum Germanum patrari id ſceleris poſſe. Sic deinde à colloquio vtriſque digredientibus, Arſaces quæ geſſerat, Artabani ſtatim renuntiat. Iuſtinus ad patrem rem omnem protinus detulit. Is verò ex ordine cuncta Marcello mox explicat, regię aulæ præfidi. Sed dum viſum illi maturius ea de re conſultandum, vtrum ad Imperatorem deferenda tunc eſſet, an ſilentio ſupprimenda, tempus in longum extrahitur. Erat nimirum Marcellus ſuaptè natura vir ſanè grauiſſimus, & pleraque ſubticendo quamoptimè diſponebat, nec pecunia vlla corrūpi is poterat, nec ſales quidem ferebat, & ludicra riſum quoquam pacto mouētia, nec ſolutiore ſumebat ex vita lætitiam, vt quam grauem moderatioremque duceret, & à voluptate quauis penitus alienam, iuſtitiæ præterea acerrimè ſtudioſus, ac feruentiſſimus veri cultor is erat: vnde nec verba eiuſmodi ad Imperatorem referri ſinebat, excuſans eius ſe rei nuntium fieri non vſui fore, & ſimul illud ſubijciens. Si enim ſeorſum Imperatori renūtiare aliquid velim, Artabanis ipſius ſuſpicaturi ſtatim domeſtici familiareſque ſunt, de ſe aliquid delatum fuiſſe. Et Arſaces ipſe ſi mea de cauſa fugiens delitefcat, cū minis conuinci non poterit. Ipſe itaque ni diligenter ſim aliquid perſcrutatus, & id quidem compertū ſat habeam, nec de facili fidem præbere, nec ad Imperatorem deferre aliquid quiuerim. Reſtat igitur diligentet vt cures, hęc eadem vel præſens ipſe vt audiam, vel à probato dignoque fide viro accipiā. Tum verò Germanus filio imperat, Marcelli vt iuſſa mox exequatur. Arſaces autem ea de re Iuſtino nil prorſus de cætero communicare, quandoquidem ſemel ſe id facturum negarat. Charangem itaque rogat Iuſtinus, num ex Artabanis permiſſu Arſaces ſe conueniſſet. non enim arcani inquiens quicquam huic credere auſim: ſed ſi ipſe quippiam velis eorum, quæ factu neceſſaria ſint explicare, in medium poſtea conſulendo aliquid fortè & probè geſturi nos ſumus. Tum Charanges quæ Artabani prius communicaſſet, Iuſtino mox aperit. Quum itaque quæ Arſaces ſibi prædixerat, ſe peracturum Iuſtinus, ac patrem affuturum negocio fateretur, certus ad colloquium conſtituitur dies. Quibus rebus Iuſtinus Marcello renuntiatis, petijt ex amicis vt aliquem ad eam rem deſtinaret, qui per ſe audiret, quæ Charanges effaretur. Tum ille Leontium dedit, cui & curæ æquitas eſſet, & vera profari quammaximè noſſet. Hunc verò Germanus in domicilium introductum ſic condit, vt audire quæ dicerentur, facilè poſſet, non tamen videri. Eò quum Charanges ex inſtituto ſe contuliſſet, explicare ex ordine cœpit, quæ cum Artabane Arſaceq; conſultaſſet. Leontius interim interiore è loco, quæ dicebantur, apertius audire, & inter cætera ad ea, quæ deinceps Charanges dixit, aures enixè arrigere: quòd ſi vel Imperatorem occiderint, Beliſario tamen paulo pòſt Byzantium aduentante, haudquaquam ſibi proceſſurum conſiliū. nam ſi Germanus Imperator crearetur, affuturum mox Beliſarium affirmabat, cō tractoq; ex Thraciæ locis ingentibus copijs, impetum in ſe confeſtim facturum: vnde neceſſarium fore dicebat, vt rem in Beliſarij aduentum extraherent, & hunc vt primum in curiam venerit, ſtrenuè audendo cum Marcello vnà & Imperatore pugionibus trucidarent, & hoc pacto geri rem tutius poſſe. Marcellus interim vel de his omnibus certior per Leontium factus, tarditate

Charaſanges, ſupra.

Marcelli P. P. virtutes.

Iuſtinus conſpirationem pateſacit.

Leontius audit aperientem conſilia Charangem

Marcelli tarditas.

ditate immodica detineri, nec ex præpropero acceleratoq; nimium renunciandi hæc ſtudio, Artabani velle mortem inferre. Germanus verò ad Imperatoris diſcrimen moræ huius & dilationum impatiens, ad Buzen Conſtantianumque hæc eadem defert, veritus quod & factum poſtea eſt, ne ex diuturniore hac mora in ſuſpicionẽ & ipſe veniret. Sed Marcellus multos poſt dies, vbi & Beliſarius appropinquare Byzantium nunciabatur, dicta factaque omnia Imperatori aperuit. Qua re audita, Iuſtinianus cõijci in carcerem iubet Artabanis milites, ab hisque vt quæſtione verum eliceret, principibus nonnullis permiſit. Vbi verò detectæ inſidiæ ſunt, & in lucem venere exſcriptæ, omnes eoſdem ad ſe in conſilium principes ac ſenatorij ordinis cæteros vocat: his verò & palàm, quæ quæſtione expreſſerant, recitãtibus, in Germanum Iuſtinumque filium id etiam crimen conferri cœptum. Germanus tamen Marcello Leontioq; in eius excuſationem rem probè teſtantibus, proditionis ſuſpicione exoluitur. Ad hæc & Conſtantianus ipſe, ac Buzes iureiurando intrepidè confirmarunt, nullo ſe pacto Germanum condemnaturos, ſed omnia ita ſe habuiſſe, ac per Marcellum fuiſſent, & Leontium explicata. Vnde ſenatus ſententiam tulit, ne Germano ea res noxæ impoſterum aut fraudi foret, vt in Rempublicam nil quippiam delinquenti. Verùm vbi per ſenatores ad Imperatorem intus eſt itum, Iuſtinianus parari ſibi inſidias ægerrimè ferre, & Germano præcipuè acrius ſuccenſere, eiusque tarditatem longasq; moras ad denunciandum ſibi periculum identidem criminando. Dum interea Imperator ſic ira ſuccenditur, duo quidam ex ſenatoribus illi gratificando, rectè Iuſtinianum ſentire affeuerabant, & eam rem ferre moleſtius videbantur, atq; adeo vt Iuſtiniani iracundiam inſtigando in maius eueherent, homines nimirum quibus curæ id eſſet, vt ex aliena calamitate ſibi gratiam apud dominum quærerent. Cæteri verò, vt pauentes formidineque contracti, mox cõticere, & ad arbitrium Imperatori cuncta permittere, ne fortè obſiſtere viderentur. Solus Marcellus vera profatus Germano ſaluti fuit, & Imperatoris iram permulſit. Iuſtinianus igitur Artabanem exauctoratum impri mis, coniuratosque cæteros alijs nullis affectos malis, aſſeruari in carcerem iuſſit. Dum hęc gererentur, totius Occidentis barbari imperio potiuntur. Romani verò cum Gothis & ſi pauloantè, vt diximus, debellatis bellum dum integrant, pecuniarum hominumque iactura ingenti facta, & ſine vllo eorum commodo Italiam amiſere, cum hac ſimul Illyrios omnes; Thracesq;, quum à barbaris iam finitimis factis ſua omnia agerentur in prædam, & ipſi item fœdè deperderentur. Galliarum partem ſuæ quondam ditionis effectam; in huius belli principio Gothi Germanis tradiderant, quum minus ſe poſſe exiſtimarent Romanis ſimul ac Germanis reſiſtere. Id ſanè factum non ſolum nil prorſus Romani interpellarunt, ſed vt Gallias ſibi Germani haberent, Iuſtinianus vltrò permiſit. non enim illi has tutò ſe poſſeſſuros rebantur, niſi & Imperator vt ſuæ ditionis futuras perpetuò confirmaſſet. Quo factùm, vt eo ex tempore principes Germanorum Maſſyliam Focenſium quondam coloniam, & cætera circa id mare loca tenuerint, totiusque eius oræ maritimæ potiti imperio ſint, vnde & Arelate nunc reſident, ad eertaminls equeſtris ſpectaculum. aureum nummum natiuo è Galliarum metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris, vt cæteri ſolent, imagine; ſed ſua impreſſa. Perſarum ſiquidem Imperator, & ſi ad arbitrium argenteum numiſma facit, aureo tamen non illi fas eſt ſuam vt imponat effigiem, nec barbarorum princeps alius quiſquam id facere auſit. Sed de his hactenus. Franci interea pleraſque ſibi & nullo iure in Venetos occupant loca, quum nec Romani tueri ea iam poſſent, nec Gothis tantum virium eſſet, vt his vtriſque bellum inferrent. Gepedes inſuper Sirmium vrbem & Dalmatiæ alias ciuitates ma-

Germanus innocens venit in ſuſpicionem.

Iuſtinianus in Germanum iniuſtus.

Marcellus Germanũ conſeruat.

Iuſtinianus occidentem amittit.

Germanis Iuſtinianus Gallias conceſſit.

Francorũ reges ſoli numos aureos cum imagine ſua cudebant.

Gepidarum res geſta.

iorem in partem præoccupantes tenebant, quas Imperator proximè à Gothis receperat: & Romanos, quos ibi deprehendunt, captiuos abducunt, progrediendoque ſemper Romanum populabantur imperium. Eaque de cauſa, nulla his de cætero Iuſtinianus ſtipendia perſoluebat, quæ antehac à Romanis accipere conſueuerant. Longobardos interim Imperator Norico vrbe, & in Pannonia nonnullis præſidijs, & alijs locis pleriſque cum ingenti pecunia donat. Qua ex re Longobardi exciti, omnes à proprijs ſedibus abeuntes, ſupra Hiſtrum fluuium non procul à Gepedum natione conſidunt. Sed ipſi inſuper Dalmatiam omnem, & ſimul Illyrios adusque Epidamnum depopulati, in ſeruitutem, quos ceperant, abegere. Sed ex captiuis nonnulli ex fuga domum quum ſe recepiſſent, circumeuntes Romanorum imperium barbari, cum his perinde fœdere iuncti, quoſcunque nacti vbique fuiſſent, qui ab ſe pauloantè profugerant, & inuentos apertius noſcitarent, ſerui lem in modum comprehenſos vt fugitiuos, vel à parentibus ipſis abſtractos, nemine reſiſtente trahebant. Eruli præterea alia Dalmatiæ loca Imperatoris permiſſu & circa Sigidonum vrbem habebant, vbi vel ad id temporis habitant. Deinde Illyrios hi, & ſupra Thraciam omnia incurſantes, iampridem depopulantur & vaſtant. Sed longo poſt tempore Gepedes ipſi, Longobardique, vt proximè habitantes, hoſtes inuicem facti, & armis decernere controuerſias cupidi, ad pugnam tempus cõſtituunt. Sed Longobardi haudquaquam Gepedibus pares ſe fore & ſolos rati, (nam numero erant hoſtibus lõge inferiores) cum Romanis ſibi ineundum fœdus eſſe conſtituunt. vnde ad Imperatorem oratores dimittunt, ipſum id poſtulatum. haud ſecus & Gepedes faciunt. Choriſinus tunc temporis Gepedibus præerat, Longobardis * Abdinus. Imperator igitur aditurum vtroſque, ſeorſum tamē, ſe pollicetur. Longobardi itaque quum in Imperatoris conſpectum veniſſent, orationem huiuſmodi habuērunt. Nos quidem, ô Imperator, Gepedum facta abſurdiora maximum in modum & audaciam obſtupeſcimus, quòd quum ea & multitudine ſint, ac pariter magnitudine præſtent, quàm multaque nequiter in tuæ ditionis homines fecerint, & nobis item hoc tempore maximam iniuriam inferant, ad te iſti nunc veniant ſocietatem & amicitiam deprecatum, qui ſoli omnium finitimos extremis iniurijs affecere, quos ad iniuriam nouerāt opportunos, & ad fallendum perfaciles. & hi quidem ſuæ vecordiæ pœnas nunc luunt, qui affecti ſemel iniuria ad hos rurſum ſe conferunt. Sed illud imprimis aduertas, ô Imperator, depoſcimus; quo nam animo Gepedes iſti amicitias faciant. ſic enim peragere poteris, quæ Romano ſint imperio conductura. nam ex præteritis factis contemplari futura homines queunt, & in tuto eadem conſtituere. Enimuero ſi Gepedum mores quis velit, ingratitudinemq; ſimul & iniurias in omnes illatas oſtendere, longiore huic procul dubio opus oratione foret ac tempore, externisq; teſtimonijs. Verùm vt cętera in præſenti omittam, è recentioribus iſtorum factis exempla nunc capere poteris. Gothi quondam Dacarum terras vectigales habebāt. Gepedes omnes circa Hiſtrum vtrinque fluuium ſic habebant, vt veriti Gothorum tunc vires, ſuos excedere terminos ne attentare quidem potuerint. Nunc verò Romanorum confœderati, quorum & ſe ſtudioſiſſimos dicunt, ſub amicitiæ ſocietatisque nomine, in ſingulos annos vt à præteritis quondam Imperatoribus, ita & abs te nunc multa & egregia referunt dona. Sed hos equidem perlibenter rogauerim, quibus nam beneficijs pro tantis receptis muneribus Romanos affecerint? At nihil profectò habituri ſunt, nec minimum quidem, quod proferant. Quum cauſæ itaque nil prorſus his eſſet, quur vobis iniuriam facerent, non voluntate, ſed neceſſitate tunc quieſcebant. Vos nanq; Romani, quæ trans Hiſtrum fluuium ſunt, veſtræ facere ditionis non vultis:

Longobardi.

Eruli.

Longobardi & Gepidæ hoſtes facti.

**Alboinus.*

Longobardorum ad Imperatorem oratio.

vultis: hos verò, quæ citra ſunt, quo minus ſibi nunc vendicent, Gothorum formido coherceat. Quis enim non animi improbitatem in poſterum dixerit, vel quod nam amicitiæ fuerit ſtabilimentum, vbi peccandi licentia quęritur? Non ita res ea ſe habet, ô Imperatot, non ita. Potentia nimirum ipſa, hominis præcipuè præfert naturam, præ gerendarum rerum licentia ſuos emittentem in publicum mores. Nam vbi Gepedes ex vniuerſa Dalmatia eiectos Gothos videre, Romanos verò cum hoſtibus pacem & vbique terrarum habere, veſtras inuadere terras auſi ſunt omnium ſceleſtiſſimi. Quis enim verbis rei explicare abſurdiditatem nunc queat? Nónne Romanum aſpernati imperium ſunt? nónne fœderum fœderatorumque hi leges ſoluere? nónne in eos inquam cõtumelioſi fuerunt, in quos minus oportuit? nón ne deniq; regię maieſtati vim intuliſſe videntur? cuius vel ſeruitus perquam libẽter & meritò ſubeunda his eſſet, ſi quod fortè nunc vobis belli gerandę in hos ſtudium foret. Gepedes, Imperator, Sirmium habent, Romanos in ſeruitutẽ abducunt, & vniuerſam Dalmatiam ſui ſe iuris feciſſe iactant. Quod vnquam hi bellum pro vobis geſſere, vel vobiſcum vnà in aciem prodierunt, ni fortè contra voſipſos potiti victoria ſint? vel cuius nam in certaminis præmium, terram hanc ſuam fecere, tametſi mercennarij & veſtri milites ſint? Ad hæc accedit, quòd nullo vnquam antehac ſeculo ſceleſtius quippiam fuit hac & præſenti ipſorum legatione. Siquidem vbi ad inferendum vos ſibi bellum ardentiores videre, Byzantium venire auſi ſunt, in Imperatorisq; iam tanta per ſe affecti iniuria conſpectum prodire, & ea de cauſa vt pro innata his impudentia vos cohortentur, in nos bellum vt geratis, qui veſtri tam maximo ſtudio ac beneuolentia detinemur, vel fortè vt vltrò Romanis reſtituant, quæ indecenter inuaſerint, & negligentiæ Longobardos incuſent, ſuum apud eos vt facinus deprecentur, quorum formidine, inuita hac ſe, & fallaci, ſed ſera benignitate communiunt. Sed ei nimirum, qui ex neceſſitate gratiam fecerit, ſuccumbat neceſſarium eſt, qui affectus beneficio ſit. Quòd ſi nunc demum ab eorum nolint indecentibus factis deſiſtere, quid nam de cætero poterat tantam animorum malignitatem peruincere? Hæc igitur, ô Imperator, & ſi præ verborum barbarica quadam ineptitudine, pro rerum ipſarum dignitate non explicarim, tute tamen pro tua prudentia ſi quid fortè defectius, quàm neceſſitas ipſa depoſceret, enarraui; quę Romanis ſint Longobardisque tuis admodum profutura, vt viſum fuerit, peragito. Demum ad cætera te eius rei admonitum velim, nos cum Romanis de vera iuſticia, diuinoque cultu, eadem ſemper, & rectè ſenſiſſe: hos verò vt Arianæ hæreſeos ſectatores, nulla vobiſcum in re conuenturos. Hæc Longobardi quum denique peroraſſent, Gepedarum oratores Imperatorem poſtmodum adeuntes, dicere ita exorſi ſunt. Par equidem fore cenſemus, ô Imperator, vt qui pro ineunda ſocietate ad proximos veniunt, imprimis edoceant, iuſtiora quædam ſe deprecatũ veniſſe, & futuris vt ſocijs, ita & ſibi percommoda, & in eam ſententiam vt verba mox faciant. Sed quemadmodum à Longobardis priores ipſi affecti iniuria ſimus, ex eo quod inferetur, perſpicuum fiet. Nos quippe vt ex equo altercationes ſoluamus, ſummo ſtudio nitimur: & qui ſtare aliorum ſententię ſtudent, violari non ſine iniuria poſſunt. Gepedas vero & hominum multitudine, & virtute Longobardos præſtare, qui nam eorum, qui id probè percalleant, in explicando non longior fiat? Et ſanè eorũ qui ſapiant, neminẽ malle exiſtimauerim in promptius aliquod malum incidere, ſi cũ paucioribus iunctus certamen aliquod ineat: quandoquidem ei vel maximè liceat, cum validioribus in hoſtem ſocijs decertando, ſine periculo referre victoriam. Vobis itaq; in alios quoſcunque euntibus Gepedes ſeipſos & arma conſociabunt, vt qui vobis ob-

Gepedarum ad Imp. oratio.

noxij pro acceptis beneficijs ſint,& virium magnitudine veſtræ Reipublicæ victoriam vnà conſequentur. Ad hæc & illud maximè aduertendum, Longobardos iſtos Romanorum in amicitiam nuper veniſſe: Gepedas verò vobis confœderatos eſſe, & diu iam cognitos. Amicitia verò temporis diuturnitate conciliata, diſſolui non facilè poteſt. Fit itaque, vt belli ſocios non ſolùm fortes nacti vos ſitis, ſed ſtabiles ac planè perpetuos. Hæ ſanè iuſtæ ſunt nobis ad ineundam vobiſcum ſocietatem allicibiles cauſæ viſæ. Sed aduertite quales nam Longobardi moribus ſint. Controuerſias omnes inter nosipſos obortas, vel hortantibus vobis, ex æquitate diſſoluere minimè cenſuerunt, audacia quadam & temeritate detenti: & vbi iam bellum in manibus erat, tunc ipſi, vt præpoſteri quidam, ordine nullo ſeruato, & eorum vt palàm impotentia fieret, ad vos veniunt deprecatum Romanos, pro his vt indecenter certamen ſuſcipiatis. Proinde prædones iſti Sirmium oppidum & cætera Dalmatię loca belli vobis cauſam fore prætendunt: tametſi Imperatori tibi ciuitatum tantum & locorum ſuperſit, vt vel hominum nationes nonnullas perquiras, quibus imperij partem aliquam ad incolendum concedas, quemadmodum Francos, Erulorumq́ue gentem, vel iſtos inſuper Longobardos tot tantisque vel ciuitatibus, vel locis donaſti, vt ea vix quiſpiam queat enumerare. Nos verò ex tua amicitia fiduciam nacti, omnia vt tibi collibuit, egimus. nam qui alijs ſua prodiderit, potiore longè eſt ſorte, quàm qui ea dono acceperit. putat nanque donum ſe accepiſſe, qui id prior contulerit, ſi modò pro munere in alios fortè collato non aſſequatur iniuriam. Atqui amicitiæ tecum conciliatæ quiſpiam id confidentia fecerit, quod & Gepedes feciſſe erga Romanos ſunt viſi: quorum ipſi in nos beneficia recordati, quammaximè id ex fœdere ipſo depoſcimus, nobiſcum in Longobardos bellum geratis: ſin verò minus id placet, at ſaltem neutris noſtrûm fauendo, vt ſeórſum abſitís. Si rebus hoc pacto noſtris conſulueritis, quæ æquiora ſunt facturi vos eſtis, & pro Romani imperij dignitate. Hæc

Iuſtiniani cum Longobardis fœdus, & in Gepidas expeditio.

Gepedes. His auditis Iuſtinianus, conſilio habito, Gepedes quidem re infecta dimiſit: cum Longobardis verò belli ſocietate inita, iureiurandoq́ue confirmata, equitum vltra decem milia ad eos mox mittit. Romanis ducibus commonefactis, Gepedarum vt gente celerrimè debellata, maximo in Italiam ſtudio, cum equitatu omni contenderent. Hos inde ad Longobardos euntes, mille & quingenti duntaxat Eruli è ſocijs ſequebantur. nam cæteri omnes Romanis paulo antè deſertis, cum Gepedibus ipſis conuenerant. Sed Romanorum pars militum quædam dum ad Longobardos contendit, in Erulos quoſdam Aorto duce ex inſperato incidunt: inde pugna ſumma contentione & ſtrenuè facta, Romani victores euadunt, Aortumq́ue ducem, & Erulorum non paucos interficiunt. Gepedes interea cognito exercitus Romani aduentu, & hunc quidem appropinquare, omnes extemplò

Longobardorum perfidia.

cum Longobardis diſcordias ſoluunt, & fœderibus inuicem factis, in vnum vel Romanis inuitis mox coëunt. Quod vtique vbi Romanorum cognouit exercitus, vt dubius animi, conflictari hærereq́ue, quid nam in re præſenti eſſet, & periculoſa facturus. non enim vel progredi poterat, vel retrò iam cedere, præfectis verentibus, ne Gepedes Eruliq́ue incurſantes, Illyriorum loca popularentur. Eodem itaque, quo conſtiterat loco, poſitis caſtris quum expectandum deniq; cenſuiſſet, quemadmodem ſecum tunc ageretur, Imperatori ſignificauit. Sed de his hactenus. Ipſe verò vnde digreſſus ſum, redeo.

Beliſarius Byzantium redit inglorius.

Beliſarius interim nulla referens militiæ decora Byzantium venit, quum per quinquennium ex Italia nuſpiam abſceſſiſſet, nec potuiſſet per eam quoquam pacto vagari, ſed tacita fuga quadam deterritus, vt vitabundus, id omne tempus de loco ad locum migrando conſumpſit. Qua ex re

factum,

factum, vt vrbem Romam iteratò in ſeruitutem receperint Gothi, cum eaq; & cætera ferè Italiæ oppida. Peruſiam tamen in Thuſcia primatum facilè nactam Bellſarius quum arctius obſideret, diſcedens reliquit, & ex itinere per ſuos captam accepit. Byzantium demum quûm perueniſſet, ibi diutius commoratus, ex ocio viuere, & in delicijs affluentibus opibus agere, rebus antehac feliciter geſtis contentus.

Beliſarij vitæ mutatio.

Vigilius autem vrbis Romanæ præſul cum Italicenſibus alijs & primoribus viris, qui ſecum Byzantij erant, ab Imperatore ſuppliciter & enixius poſtulabant, Italiam omnibus in ſuam vt viribus redigeret poteſtatem. Sed Gothicus præ cæteris maximè vir ſanè patritius, ad ipſum id hunc crebrò impellere hortarique, vt qui ea de cauſa Byzantium ſe contuliſſet. Imperator verò Italiam ſibi curę fore reſpondit. Sed circa Chriſtianorum dogmata componenda nimis intentus, eorum altercationes vt rectà diſponeret, nitebatur.

De Ildige Longobardo.

Ildiges interea Longobardus vir quidam, eius rei ob gratiam ſe ad Sclauinos, & inde ad Gepedas cōtulit, quam explicaturus mox ſum. Ea tempeſtate, qua Longobardis Baces imperitabat, huic nepos erat Riſidulfus nomine, quē lex ad eam præfecturam, ſi Baces decederet, euocabat. Sed Baces ipſe dum filio proſpicit, & ad hunc vt principatus veniret, enixè curat, criminis Riſidulphum inſimulauit, noxę nil prorſus habentis, eoque hominem exilij iactura affecit, qui ſtatim è patria profugus factus, cum paucis quibuſdam ad Barnas ptofugit, liberis duobus dimiſſis. Sed Baces tradita non parua Batnis illis pecunia facilè ſuadet, Riſidulfum vt necarent: Ex Riſidulfi verò tunc liberis alter morbo interijt, alter & hic quidem Ildiges ſe in Sclauinos fuga recepit. Non longe pòſt Baces quum in ægritudinem incidiſſet, ex humanis abſceſſit. Hoc mortuo ad Baldarum Bacis tunc filium Longobardorum imperium venit, quumq; is puer admodum eſſet, * Abduinus tutor mox conſtitutus regnum adminiſtrabat, ex eoq; ſibi quammaximis viribus comparatis, imperiū non longò pòſt tempore & ipſe obtinuit, puero ex morbo protinus decedente.

** Albuinus, aliàs.*

Quum itaq; Gepedas inter & Longobardos bellum iam pararetur, Ildiges ſtatim Longobardis, qui ſe ſequebantur, & Sclauinorum compluribus ſecum eductis, ad Gepedas venit, ſatis ſperantes ſuæ gentis hunc principem fore. Quum itaq; Gepedes per fœderū cauſam iungendorū ad Longobardos veniſſent, Abduinus ab his ſtatim, vt ab amicis depoſcit, Ildigem ſibi in poteſtatem vt traderent. Tum Gepedes, quum hominem prodere nil prorſus decernunt, inde abire, quò vellet, Ildigem liberè permiſerunt. Tunc ille ſtatim & nulla interpoſita mora, cùm Gepedibus quibuſdam comitibus ſuis & voluntarijs, ad Sclauinos iteratò ſe confert, indeq; ad Gothos & Totilam venit, exercitum non minoris numeri ductans quàm militum ſexcentorū. in Venetosq; demū profectus, quum Romanos Lazaro quodam duce obuios habuiſſet, cū his acie ſtatim conflixit. Vnde Ildiges Romanis in fugam actis, & cōpluribus interfectis, non tamen ſuas cum Gothis copias iunxit, ſed flumine Hiſtro traiecto rurſum in Sclauinos ſeceſſit.

Ilaus ad Totilam deſciſcit.

Dum hæc interea gererentur, Beliſarij armiger quidā Ilaus nomine, genere barbarus, ſuapte natuta iracūdus & acer, per Gothos aliàs in Italia captus, ad Totilam, & ſi ad defectionē nil prorſus cauſę nactus, deſciuit. Hunc Totilas copijs magnis pręfectū ad Dalmatię loca cum claſſe tranſmiſit. Qui vbi ad locū Muchirum vocitatum peruenit, qui fermè maritimus eſt, & Salonis quamproximus, principio quidem cum eius regionis hominibus haud ſecus diuerſabatur, ac Beliſarium tam magnæ opinionis virum propinquitate contingeret. enſe deinde nudato, hortatusq; ſuos ad facinus, omnibus extemplò necatis, eorūq; rebus direptis, inde mox abijt, locumq; aliū quendam quem Laureatē vocant Romani, ad littus ſitum inuadit, & in continentē egreſſus, quos obuios habet obtruncat. Quod vbi

factum Claudianus reſciuit, qui Salonis tum præerat, exercitum nauibus, quas dromonas dicunt, impoſitum, aduerſus hunc miſit. Qui poſtquam Laureatem peruenit, maximo interuallo prælio vincitur, in fugamque verſi, vt licuit, per continentem capeſſunt, relictis in portu dromonibus, vbi & nauigia aliqua pleraque aderant, frumento & alijs commeatibus plena. Quibus omnibus Ilaus direptis, interfectiſque quos propè deprehendit, aliarum rerum ingenti cum præda ad Totilam redijt: Sic demum exacta iam hyeme, quartus & decimus annus belli huius exibat, quod literis Procopius commendauit. Totilas deinde copias vniuerſas Romam ductauit, hancque circumuallando obſedit. Dimiſerat ad vrbis cuſtodiam Beliſarius milia hominum tria fortiſſimorum, hiſque Diogenem haſtatorum ſuorum ducem & ſolum præfecit: qui vtique & ſapientia præſtabat & viribus, propterea que diuturna ea fuit obſeſſio. nam & obſeſſi ſuperante virtute, vniuerſis Gothorum reſiſtere poſſe copijs videbantur, & Diogenes diligentior ad vrbis cuſtodiam erat, ne mœnibus appropinquarent, frumentoque intra vrbem iam ſato, ne de cætero ſuis neceſſaria deeſſent, effecerat. Barbari verò, quũ oppugnare mœnia attentaſſent, reiecti mox ſunt, Romanis hos ſtrenuè repellentibus, Portu tamen ciuitate potiti, Romam enixius obſidebant. Imperator interim Beliſarium conſpicatus ad ſe Byzantium aduenisse, alterũ aduerſus Gothos præfectum non longe pòſt mittere animo deſtinat. quod vtique ſi denique peregiſſet, & milites ex Byzantio continenter in Italiam miſſi cum Romano exercitu ſe coniunxiſſenr, profectò nil ambigam, Romam eius in ditione manſuram fuiſſe, iriq; hoſtem facilè ſuperatum. ſed quum Liberium, & ſi Romanum & conſularẽ virum, ad Romanæ vrbis nunc deligit præfecturam, nunc alijs ſemet interpellat negocijs, cunctandoque inrerim, & rem prolatando prior illa animi promptitudo ſupprimitur; factum eſt, vt in longum extracta ſit ea vrbis obſidio, & Iſauri quidam, qui Capenam ad portam haberent cuſtodias, exemplo partim Iſaurorum aliàs Aſinariam portam Gothis prodentium ducti, partim etiam cauſati non debita ſibi ſtipendia ſolui, quamoccultiſſimè cum Totila in colloquium venerint, & vrbem illi prodituros ſe faterentur. Vnde conſtituta dies ad facinus eſt. quæ vbi demum aduenit, id rei Totilas machinatur. In Tyberim fluuium prima noctis vigilia naues longas duas immiſit, hiſque viros impoſuit ſtrenuos, & nonnullos tuba canendi gnaros, imprimis admonitos, flumine vt aduerſo remigantes procederent, & vbi quamproximè muros veniſſent, quanta vi poſſent, buccina clangorem eliderent. Ipſe interea hoſtem fruſtratus, Capenam ad portam paratum habebat exercitum: quumque animo agitaſſet multos militum Romanorum noctis beneficio euaſuros, habituróſque aliquod, vt in tenebris deliteſcendo, effugium; eiuſdẽ regione portæ fortiſſimos viros, & alijs nonnullis in locis in inſidijs locat, & ſimul iniungit, Romanos vt fugientes necarent. Qui itaque in nauibus erant, vbi proximè ad muros venerunt, vt imperatum his fuerat, ingenti clangere ſonitu cœpere. Romani verò rei nouitate obſtupefacti, maiorique perculſi formidine, ac derepente turbati, temerè relictis cuſtodijs eò omnes ſtatim concurrere, vbi datum fuerat buccina ſignum, eam muri partem hoſtes fuiſſe adortos rati. ſoli omnium proditores Iſauri in ſuis cuſtodijs perſtitere, & portis hoſtibus patefactis, hos intra vrbem excipiunt. Ingens eo in loco ſuperuenientium cædes facta, multi iam ex Romanis per alias, & ab hac diuerſiſſimas portas abibant: ſed qui Centumcellas petebant, in inſidiatores delati trucidabantur, vix paucis euadentibus, quos inter & Diogenem ferunt præfectum iam ſaucium in tutum ſe recepiſſe. Erat in Romano exercitu Paulus quidam genere Cilix, qui Beliſarij domui paulo antè præfuerat, & equitum deinde

X V annus belli Gothici.

Roma rurſus obſeſſa.

Diogenis præfecti ſingularis induſtria.

Iſauri Romani iterum produnt.

Paulus Cilix molem Adriani occupat.

deinde præfectus eſt turmæ, in Italiaq; vel antehac militauerat, & cum Diogene vnà denique fuerat ad vrbis cuſtodiam conſtitutus. Is itaque Roma iam capta cum equitibus quadringentis ad Adriani ſepulchrum confugit, ponte præoccupato, qui ad ſacram beati Petri fert ædem. Gothorum itaque copiæ prima luce hoc ipſo in ponte vbi cum his pugnam conſeruere, vel Romanis validiſſimè reſiſtentibus ſuperiores iam erant. Sed barbarorum, quia in anguſto ſuamet ipſi præ multitudine conferti nimis & preſſius dimicarent, magna vis cecidit. Quod vbi Totilas ipſe animaduertit, & magno ſuorum detrimento rem geri, ſigno receptui dato pugnam remiſit, Gothosque monuit, vt ex aduerſo hoſtium inſidendo quieſcerent, fame ratus Romanos ſe viros ocyus comprehenſurum. Paulus interea, & equites quadringenti, quũ inedia laborarent, eam noctem inſomnem egerunt. Inſequenti autem die inito conſilio, equos interficere ſtatuunt, & eorum carnibus quoad poſſent, de cetero veſci: ſed inſoliti cibi tędio ac nauſea capti, in ſerum diei rem differunt, tametſi acerrimè iam fame opprimerentur. Itaq; diu ſecum fluctuati animo, inuicem ad audax facinus ſe cohortando, longè ſibi melius fore decernunt, decenti potius aliquo mortis genere vitam finire, quàm fame turpiter indecenterque interire. In hoſtium igitur impetum & de improuiſo facere ſtatuunt, ex hisq; tam multos occidere, quantum cuiq; virium foret, ac ſtrenuè demum mortem obire: vnde ſe mutuò ac derepente complexi, deoſculatique mortis vitam gratanter mox ineunt, vt omnes vnà acſubitò perituri. Qua re Totilas cognita, veritus ne homines morti ſe deuouentes, deſperata ſalute, inſanabilibus Gothos malis affecturi mox eſſent, ad hos protinus miſit, qui alteram ex his optionem offerrent, vt aut equis dimiſſis, armisq; depoſitis, iureiurando dato, ne in Gothos de cætero militarent, integri omnes dimiſſi Byzantium irent: vel ſua ſibi habentes, æqua cum Gothis ſorte apud ſe militiam exercerent. Quibus conditionibus Romani libenter acceptis, tum primùm abire omnes Byzantium malle: deinde pedites & inermes abſcedere quum hos puduiſſet, & ad hæc veriti, ne in tam longo itinere in inſidias præcipitando perirent, & ſimul id incuſarent, longi temporis Romanam Rempublicam debere ſibi ſtipendia, Gothorum demum ſe copijs voluntarij omnes immiſcent. Paulus duntaxat, & Iſaurus Mindus Totilæ quum in conſpectum veniſſent, Byzantium dimitti ſe precabantur, filios affirmantes, vxoresque ſibi in ea patria eſſe, ſine quibus vitam ducere minimè poſſent. Quibus Totilas vt vera fatentibus, viatico condonatis, commeatuque dato, & qui ſe inſuper ducerent, liberam Byzantium abeundi poteſtatem permiſit. Cæteri deinde Romani, qui ad ſacras ædes confugerant, trecentorum ferè hominum numero, fide ſalutis accepta, extemplò ad Totilam conceſſerunt: cui vrbem Romam nec delere quidẽ animo inerat, nec penitus deſtituere, ſed ea de cauſa, quam explicaturus mox ſum, potius duxit, vt per Gothos Romanosq; ipſos incoleretur, & ſenatorios viros. Miſerat is pauloantè Francorum ad principem deprecatum, ſibi vt filiam in matrimonium daret: cuius ille repudiatis petitionibus, Italiæ eum nec eſſe Imperatorem in præſentia dixit, nec impoſterum fore, vt qui vrbe capta, nec eius quidem ſeruare poſſeſſionem potuerit, ſed per ſe in partẽ deletam, hoſtibus iterato habendam permiſerit. Quo reſponſo Totilas ipſe permotus, tunc ſtatim & ſedulò cõmeatus in vrbem importari, ſarciriq; omnia imperauit, quæ vel igne abſumpta fuiſſent, vel per ſe demolita: Romanosq; & patritios viros & cęteros omnes, quos in Campaniam antea emiſiſſet, in patriam reuocandos curauit. In vrbe deinde equeſtri certamine conſtituto, luſtrauit exercitũ, vt in Siciliam confeſtim ducturus. Haud ſecus & naues numero quadringentas naualem perinde in pugnam mox comparat, ratiumque aliarum vim

Deſperantium virile conſilium.

Romani ad Gothos accedunt.

Paulus & Mindus Totilam benignũ experiuntur.

Totilæ Francorum rex filiam negat vxorem.

Romam Totilas inſtaurat.

maximam, quas ex oriente per Imperatorem in Italiam miſſas, cum viris o-
Legatus Totilæ ad imp. neribusque per omne id belli tempus exceperat. Stephanum deinde Romanum virum ad Imperatorem delegat precatum, vt bellum id ſolueret, & ſibi ex fœdere iungeretur, Gothosque haberet ſocios, quum in alios eſſet hoſtes eundum. Sed Imperator neque in conſpectum quidem ſibi vt Totilæ legatus veniret, permiſit, nec eius mandata admodum magnifecit. Quæ
Imp. poſtulata Totilæ reijcit. omnia quum Totilæ fuiſſent per legatum renunciata, reintegrare bellum parabat, idque ſibi in commodum ceſſurum rebatur, ſi Centumcellis antea pertentatis, in Siciliam ſe denique conferret. Centumcellas verò Diogenes aſſeruabat, Beliſarij armiger, & magnas habebat apud ſe copias. Gothorum verò exercitus, vbi ad hanc vrbem peruenit, Romanorum ſtationem quamproximè poſitis caſtris in obſidionem conſedit. Totilas inde miſſis ad
Diogenem Totilas tentat, vt Centumcellas dedat. Diogenem oratoribus, primò ſi ſe dedere & oppidum vellet, tentauit: mox vbi fruſtra id factum vidit, milites ipſos ad prælium prouocauit, ſi fortè armis decernere mallent, rem vt ſtatim aggrederentur: & alioquin ſedulo hos demum admonuit, nil his ſpei reliquum fore, nec alias vnquam ab imperatore aſſuturas ſibi ſuppetias vires: hancq; identidem dicere, haudquaquam bellum de cætero cum Gothis geſturum, vt qui captam vrbem iam diu fuiſſe aduertat, nec vllam recuperandi eam ſpem habeat. Itaque optionem his obtulit, vt pro arbitrio hanc & ſtatim deligerent. aut enim paribus ſe cum Gothis conditionibus iungerent, aut inde quò vellent, abirent incolumes,
Diogenis animoſum & beneſicum reſponſum vel Byzantium ſe ſtatim reciperent. Tum verò Diogenes eiusque milites, non ſuæ voluntatis eſſe reſpondent pugna decernere, vel Gothorum ſe exercitibus intermiſcere, vt qui ſine liberis vxoribusque obſidum loco datis viuere nequeant: oppidum deinde, quod eorum in fidem cuſtodiendum acceperint, dedere ſe ſine decenti aliqua ratione non poſſe: ſi ſibi liceret ad Imperatorem nuntios mittere, eius fortè permiſſu id dedituros. rem itaque in tempus aliquod extraheret, precabantur, dum Iuſtiniano vtcunque ſignificarent, quo ſtatu res in præſentia eſſent: quòd ſi intra præſtitutum his per ſe diem nullum ſibi ex Byzantio auxilium venerit, abituros ſe ſtatim, tradi-
Conditiones futuræ deditionis. turosque vrbem. Hæ demum conditiones quum Totilæ placuiſſent, de die inter ſe conuenitur, qua ea, quæ dixerant, peragerentur. Viri deinde triginta vtrinque in obſides dati, Gothique obſidione ſoluta in Siciliam receſſerunt: qui vbi Rhegium peruenere, haudquaquam prius intermedium fretum traijciunt, quàm Rhegij præſidium pertentaſſent. Præerat tum eius lo-
Teremundus & Imereus alias. ci cuſtodię* Philimuth Huneriusque per Beliſarium præſides conſtituti: qui quum multos & fortiſſimos apud ſe milites tum fortè haberent, à mœnibus non ſolùm hoſtes erumpendo propellunt, ſed vel pugnam cum his conſerentes victoriam retulere. Verùm quum numero eſſent longe inferiores, intra muros quieti de cætero ſe continebant. Totilas verò exercitus ibi parte in obſidionem relicta, potiturum ſe fame præſidio, & Romanos ſimul opperiendo victurum ratus. Tarentum cętero exercitu miſſo, ſine vllo negocio præſidium capit. Gothi interea, quos ipſe in agro Piceno reliquerat,
Ariminum à Gothis captum. Ariminum proditione ceperunt. Quod vbi primùm Imperator accepit, Germanum ex ſorore nepotem bello aduerſus Totilam Gothosque præfecit: cuius in Italiam vbi demum aduentus perlata eſt fama, Gothi imprimis curis ingentibus affici, Germanumque nimis reformidare, vt cuius nomen apud omnes celeberrimum eſſet, eoque & Romani ſperare quamoptimè,
Iuſtinianus conſilia bona mutat cæterique Imperatoris in Italia milites ferre omnia tolerantius mala. Imperator tamen neſcio quo pacto quum eum pœnituiſſet, Liberium Romanũ, cuius iam ſuprà meminimus, ad id bellum gerendum Germani loco decernit: qui etiam quum ad iter ſe prępararet, & cum exercitu nauigaturum ſtatim ſe

tim ſe crederet. Imperatoris ſecundo iam pœnitentis iuſſu interpellatur. Dum hæc interea agerentur, Verus nomine quidam, & ſanè bellicoſiſſimus non magna ſuorum manu prælium cum Gothis à Rauenna non procul conſeruit, vnde militum non parua facta iactura, & ipſe ſimul moribundus occubuit. Sub id tempeſtatis & Sclauinorum exercitus non vltra tria milia hominum Hiſtrum nemine obſiſtente traiecit, eoq; non difficulter traiecto, diuerſi abinuicem abiere: quorum pars altera mille & quingentos viros habebat, totidem verò & altera. His cum vtriſque barbarorum cohortibus, ſeorſum tamen, Romani exercitus duces, in Illyria partim, partim in Thracia congreſſi vincuntur. Hisq; cadentibus, & ingenti accepta ſuorum clade, qui prælio fortè integri ſuperfuere, fuga in tutum ſe receperunt. Romanis itaq; ducibus per barbaros interfectis, numero impares, cum altera barbarorum cohorte & Asbadus Imperatoris antehac armiger, equitum deinde turmæ præfectus congreditur. Iſq; ſuis fugatis cæſiſq; viuus quum in hoſtium poteſtatem veniſſet, demptis primò à tergo loris, & per Sclauinos in ignem coniectus crematur. His ita peractis, omnia Illyriorum barbari Thracumq; loca depopulati, pleraque obſidione præſidia capiunt, non mœnibus primò (vt aſſolet) oppugnatis, non vllos in campos attentato deſcenſu, vt qui nec Romanorum terras excurrere niterentur, nec aliàs vnquã Hiſtrum pertranſire auſi ſint, niſi ſemel & ſuperiore quodam, quo diximus, tempore. Barbari igitur Asbado deuicto cæſoque ad mare vſque cuncta depopulantes, vrbem maritimam mœnibus expugnatis ceperunt, tametſi ea præualidum intra ſe haberet præſidium, & mari adiacentium vrbium Metropolis eſſet, quæ à Byzantio abeſt dierum duodecim iter: arte tamen hac eam vrbem cepere. Barbarorum pars maxima circa muros & locis difficilimis ſe fortè abdiderant, pauci quidam quum ad portas veniſſent in orientem verſas, qui in propugnaculis erant, Romanos acrius infeſtabant. Milites itaque qui in preſidio ſtabanr, non maiori numero barbaros eſſe rati, quàm quo viderentur ſe inuaſiſſe, deſumptis mox armis & eruptione facta, ex vrbe in hos impetum faciunt. Tum verò barbari retrò mox cedere, ac pedem referre, in ſe irruentibus fugæ ſpeciem ac formidinem præferentes. Romani verò ſtudio hos inſectandi euecti, quàm procul à muris receſſerant. Tunc barbari ex inſidijs confeſtim exiſtunt, & inſectantibus poſt terga Romanis comparuere, hisqne ad vrbem reditum intercludunt: qui verò fugere videbantur, ex inſperato quum ſe in hoſtem vertiſſent, dubijs Romanis mox redditis interclusiſque, & ad vnum denique omnibus interfectis muros aggrediuntur. Sed vrbis incolæ militum viribus deſtituti, vt prorſus conſilij inopes hoſtes ſe inuadentes hac arte oppugnant. Oleum pice multa immixtum & feruefactum in ſubeuntes ſupernè infundunt, ſaxorumq; in hos moles tam crebrò prouoluunt, vt non procul abeſſet quin periculum propulſarent. Sed barbari oppidanos aſſiduis telorum immiſſionibus quum a propugnaculis diſcedere ſumma vi coëgiſſent, admotis mœnibus ſcalis, vrbem primo impetu capiunt, & ad hominum quindecim milia interficiunt, rebúſque vniuerſis direptis, pueros ac fœminas in ſeruitutem abducunt, tametſi quum agrum Romanum inuadere tum primùm cœpiſſent, nulli ætati pepercerint, vt qui eos, in quos incidiſſent, ſine vllo delectu necarent, atq; adeò vt Illyriorum Thracumq; terra inſepultis cadauerib. repleretur: quos verò obuios habuiſſent, non enſe, non telo occidere, vel armorum genere aliquo conſueto, ſed acutiſſimos in terram palos figentes, ſumma vi miſeros ſuperimponere, ſummumque pali & id præ acutum per inferiorem pudendamq; partem trudendo, & per viſcera adigendo interiora excruciare. Conſtat his ſanè aliud tormenti genus excogitatum. nam & ad ſudes quernas &

Sclauinorũ excurſiones & victoria.

Sclauinorum ſtrategema.

Sclauinorum immanitas.

craſſiores altius in terram defixas, pedes manusq; captiuorum deligant, fuſte deinde caput diuerberantes, veluti in canes ſerpentésve, & eiuſmodi cætera deſæuiendo morte conficiunt. Alios verò cum bobus pecudibusq;, & id cæteris genus, quos abigere domum non ſatis commodè præ ſenio poſſunt, locis arctioribus coërcendo igne inclementius cremant. Hunc igitur in modum Sclauini quoſcunque offenderant, interfectis, coorti inter ſe demum, ac nimio profuſo iam ſanguine temulenti, captiuorum numero infinito, prædaq; ingenti abactis, ad priſtinos lares ſe receperunt. Gothi interea Rhegij adorti præſidium, id expugnare pertentant. Sed qui intus obſidebantur, fortiſſimè repugnantes, hos procul ab ſe perpulere. Totilas verò quum neceſſaria cognouiſſet obſeſſis deeſſe, dimiſſa ibi ad cuſtodiam exercitus parte, ne aliquid hoſtes inferrent, ſed commeatus inopia ſe dederent Gothis, ipſe cæteris traiectis in Siciliam copijs, Meſſanæ adortus eſt mœnia. cui mox Domentiolus, qui ei vrbi & Romanis militibus præerat, extra muros occurrens, certamine cum Gothis inito, bello non inferior fuit. Intra vrbem deinde quum ſe recepiſſet, eius intentus cuſtodiæ quieſcebat. Gothi verò nemine ſibi deinceps obuiam prodeunte, Siciliam ferè omnem depopulantur. Sed Romani in Rhegio circumſeſſi, quum ſibi neceſſaria penitus defuiſſent, ſe ſimul & oppidum hoſtibus tradidere. Quæ omnia vbi Imperator accepit, contracta mox nauium claſſe, & exercitu ex peditum cohortibus non parui momenti parato, nauibusque ſtatim impoſito, Liberium vniuerſis præfecit, & quamcelerrimè iuſſit vt in Siciliam nauigaret, eamque enixè ſeruaret periclitantem. Liberium tamen claſſi ſe præfeciſſe pœnituit, vt effœtæ ætatis iam virum, reique bellicæ imperitum. Vnde Artabanem delicti in ſe venia data. Thraciæ cohortibus ducem præfecit, & pauis cum copijs in Siciliam confeſtim tranſmiſit, iuſſitque vt Liberij, quem ad ſe reuocarat, claſſem reciperet. Summæ tamen totius aduerſus Gothos & Totilam belli, Germanum ex ſorore nepotem præpoſuit, cui non magnum exercitum tradidit, ſed ingenti pecunia data, ex Thracibus Illyriisque quammaximas vt cogeret copias imperauit, coactasque in Italiam celerius duceret. Sed magno Germanus ſtudio tenebatur, Gothis quandoque tandem deuictis, ingentem ex ea re ſibi laudem comparare, vt quemadmodum Libyam Romano imperio conſeruaſſet, ita & Italiam vendicaret. Stoza nanq in Libya tyrannidē exercente, & eius prouinciæ imperio occupato, Germanus ſtatim per Imperatorem eò tranſmiſſus, ſuperatis mirificè bello ſeditioſis nonnullis, & tyranno deleto, tyrannideque prorſus extincta, Romano Libyam recuperat imperio. Vnde vel Italiam in poteſtatem recipiendi magna illi ſpes erat: quandoquidem & Mathaſuntham Amalaſſunthæ filiam, Theodericique neptem nuper in vxorem traduxerat, Vittige mortuo, cui prius illa denupſerat, & Gothos Mathaſunthæ vxoris verecundia ductos, quam ſecum in expeditionem ducere conſtituerat, aduerſum ſe arma ſumere non auſuros fidebat, repetita præſertim Theoderici memoria, & ſimul Alarici, in ſe aliàs imperantium. Germanus itaque ingentem pecuniam, partim Imperatoris, partim ſuam, & hanc non minorem, effuſius prodigendo, ex bellicoſiſſimis viris quàm maximo contracto exercitu, breui non modicas conſequutus eſt vires. nam Romani egregij bello viri præfectis alijs faſtiditis, quorum ipſi haſtati peltatique milites extitiſſent, Germanum promptius ſequi, & ex Byzantio item ac Thraciæ locis Illyricisq; permulti, Germanique ipſius liberi in hanc ſecum expeditionem miro ſtudio ferri. Ex nonnullis præterea equitū turmis, qui in Thracia collocati iam antea fuerant, Imperatoris permiſſu delectus habitus eſt. barbarorum inſuper multi ad Hiſtrum flumen nec ſtationem habentium, tanti viri fama ac gloria ducti,

Totilas Siciliam ingreditur, obſeſſo prius Regio & Meſſana.

Regij deditio.

Artabanes in Siciliam mittitur.

Germanus bello præfectus cū poteſtate maxima.

Germani res in Africa geſtæ.

Mathaſuntha Germani vxor.

Magnitudo copiarū Germani.

ducti,non mediocri accepta pecunia Romano ſe exercitui adiunxere: haud ſecus & ex barbaris alij vndequaque terrarum contracti, ad hunc confluebant, Longobardorumque dux ipſe armatos mille, quos paratos habebat, produxit. His itaque & longe maioribus in Italia apparatibus nunciatis,qua lia ſolet fama progrediendo humanis in rebus efficere, Gothi ſtatim formidine capi,& in ancipiti eſſe, vtrum aduerſus Theoderici genus belligerandum ſibi iam eſſet,an minimè. Milites verò Romani, qui cum Gothis inuiti fortè tunc militabant,ad Germanum qui nunciaret miſerunt, vbi ſe primùm in Italiam aduentaſſe cognouerint,& in caſtris eius exercitum reſediſſe,nul la interpoſita mora ad eum ſe conuenturos. Imperatoris præterea exercitus milites,qui Rauennæ fuerant,& alijs in Italiæ locis relicti, vt ſpe optima con firmati,Iuſtiniano per ſe loca omnia diligenter ſeruanda duxere. Quin etiam & cæteri omnes, qui vbi cum hoſtibus manus conſeruiſſent, deuicti prælio eſſent,& ex fuga(vt licuit)diuerſim dilapſi ſuperfuere,poſtquam Germanum iter in Italiam facere acceperunt, agmine vno in Hiſtriam ſe conferentes,ibique Romanum exercitum præſtolando,quieti manebant. Ad hęc & Diogenes(iam enim conſtitutus pactuſque aderat dies) cùm ad ſe Totilas Centumcellas ex conuento vt dederet, nunciatum miſiſſet: reſpondit, haudquaquam in ſua tunc eſſe oppidum poteſtate, & audiſſe Germanum ſe interim ad bellum adminiſtrandum imperatorem creatum,& cum exercitu non procul inde abeſſe: veruntamen ni ſuos ſibi reddere obſides nolit, ſe derepente, quos ab ſe accepiſſet, interfecturum. Nuncio itaque cum his mandatis dimiſſo,ad tuendum oppidum ſuæ fidei traditum diligentius ſe comparabat, Germanum opperiens cum exercitu propediem affuturum. Dum hæc agerentur, exacta iam hyeme, quintus ac decimus annus huius belli finiebatur, quod ſcriptis Procopius demandauit. Germanus interea dum Sardis & in Ilyria exercitum cogit diſponitque, ac fortiſſimè cuncta ad futuri belli apparatum conſtituit, Sclauinorum vis ingens, & quanta non aliàs vnquam Hiſtro flumine pertranſito, ad* Narſum venit, quorum perpaucos quoſdam ab eorum exercitu ſeiunctos, errantesque, in ea circumuagatos iam loca, Romani nonnulli captos coërcent, quæſtioneque habita petunt, qua nam de cauſa Sclauinorum exercitus, quidve facturus Hiſtrum tranſierit. Tum illi ſedulò affirmare, Theſſalonicam vrbem, circumiectaque huic loca ad occupandum hos aduentaſſe. Quę vtiq; vbi Imperator accepit,periculi maguitudine magnopere territus, ad Germanum literas ſcripſit,in Italiam vt iter differret, Theſſalonicamque veniret, vt illi,ita & alijs eius regionis vrbibus opitulatum, Sclauinorum quanta vi poſſet inſultus propelleret. Vnde Germanus poſthabitis cæteris, eodem quo erat loco permanſit. Sclauini deinde ex captiuis facti iam certiores, Sardis Germanum eſſe, ingenti formidine percelluntur. Iam enim Germanus idcirco erat apud barbaros celeber, quia quum primùm Iuſtinianus eius auunculus imperio potiretur, Antarum gentes, quæ Sclauinis finitimæ ſunt, flumine Hiſtro traiecto magnis copijs agrum Romanum quum iam inuaſiſſent, Germanus idem, qui paulo antè præfectus Thraciæ fuerat, inito cum barbaris pręlio,& eorum exercitu debellato,ad internecionem hos tandem deleuit. Qua ex re tam proſperè geſta, magnam ſibi hic famæ & nominis peperit apud omnes mortales celebritatem, & apud barbaros iſtos præcipuæ laudis plurimum & autoritatis eſt conſequutus. Sclauini igitur Germani, vt diximus,formidine perciti, quum ingentes hunc copias ducturum exiſtimarent vt qui per Imperatorem aduerſus Totilam Gothosque in Italiam mitteretur, ab eo itinere, quod rectà Theſſalonicam ducit, aliò confeſtim diuertunt, nil auſi prorſus in campum deſcendere, ſed Illyricis montibus ſupe-

Fama rerum mutationem efficit.

XVI annus belli Gothici.

** Naiſſum*

Germanus propter Sclauinos reuocatur.

Germanus Antarum victor.

ratis,in Dalmatiam peruenere. Eorum itaque cura Germanus denique liberatus,vniuerſo mox exercitui imperat,ad iter ſe prępararet in Italiam poſt biduum eundum. Ipſe iurerim neſcio qua ſiniſtra fortuna, morbo nec longe pôſt capitur, & vitam cum morte repentius commutauit,momentoq; temporis Germanus ex humanis exceſſit,vir ſanè vt ſtrenuus, ita & bello imperator egregius. Iuſtinianus interea ex tanti viri iactura,vt decuit,dolore ingenti affectus, Ioannem iuſſit vnà cum Germani liberis, exercitui in Italiam eunti præeſſe. Hi verò in Dalmatiam ſtatim hybernaturi proficiſcuntur, quum factu impoſſibile iudicarent,vt eà ſinum circumeundo in Italiam peruenirent. Fretum nanq; traijcere,quum* mille his eſſent in præſentia naues, nil poterant. Liberius interea nondum certior factus Imperatorem pœnituiſſe,quòd ſe in Siciliam miſerat,Syracuſas applicuit,ab hoſtibus tunc fortè obſeſſas,impetuque in barbaros facto,in portum deſcendit,cum vniuerſaque claſſe muros ſubiuit. Artabanes deinde non longe pôſt, quum Cephaloniam veniſſet, vbi Liberium intellexit, ac ſuos inde ſoluiſſe,& Syracuſas aductos, hos ſubſequutus Adriatico mari prouehitur. Sed vbi demum Calabriæ appropinquauit,de improuiſo tempeſtate coorta,& ingentibus ex aduerſo violentiſſimis ventis ſic inuicem eius diſperſæ ſunt naues, vt in Calabriæ littus pleræq; delatæ,in hoſtium venerint poteſtatē: nonnullæ vero vi nimia ventorũ impulſę,& incredibilem in modum procellis coactæ, retrò curſum tenentes Peloponneſum, vnde profectæ erant,redirent: reliquæ omnes vel ſolutis compagibus periere,vel integræ, quocunq; tum licuit, euaſerunt. nauis tamen, qua præfectus claſſis Artabanes vehebatur, malo ex tempeſtate diffracto in id diſcriminis venit, & fluctibus ſic ferebatur, vt Meletum denique ſit applicando ſeruata. Quo factum, vt incolumis Artabanes ex inſperato euaſerit. Liberius interim, quum neque in hoſtes prodiret, nec pares hic eſſet, ad decertandum vires ſat nactus, nec commeatus haberet, ſuis diutius vt multitudine abundantibus ſuffecturos, è Syracuſis cum his, quos ducabat, profectus; & hoſtem fruſtratus,Panormum ſe contulit. Totilas verò Gothique omnibus ferè Siciliæ locis depopulatis, equorum pecorumque aliorum numero ingenti abacto, frumentoque & cuiuſuis generis frugibus ex inſula ipſa transuectis, & maioris precij rebus in naues impoſitis, inſulaque mox deſtituta, celeri Italiam nauigatione,Supino quodam percauto viro ad id hortante, mox repetunt. Ioannes vero, dum hæc agerentur, & Imperatoris exercitus in Dalmatiam perueniſſet, Salonis hybernare conſtituit, vt inde exacta iam hyeme, rectâ Rauennam contenderet. Sclauini verò,qui Imperatoris antehac terras inuaſerant,& gentis eius alij ſubſequuti, Hiſtro tranſmiſſo, cum ſuis ſtatim ſe iungunt,qui eam regionem paulo antè & licentius incurſarant, nonnullis exiſtimantibus Totilam ipſum, barbaros hos pecunia non parua corruptos, atque adeo perſuaſos, idcirco in eam Romanorum prouinciam immiſiſſe, vt Imperatori aduerſus Gothos nulla de cætero foret ex equo bellum adminiſtrandi facultas,quum in expugnandis barbaris vires intenderet ſuas. Siue igitur vt Totilæ gratificaturi, ſiue de ſe, nec vocati quidem Sclauini ſe eò contulerint,nil habeo quod pro certo affirmare ſat queam. Quum in tres itaque partes Sclauini partiti copias eſſent,diuerſim vagati, Europam malis inſanabilibus affecere: quippe qui non ex incurſione,vt aſſolent,agros populare ntur,in prædamq; omnia agerent:ſed perinde domi hyberna habentes,hoſtile nil prorſus reformidarent.Sed in hos demum egregium Imperator exercitum miſit, cui inter cæteros Conſtantianus, Aratius, Nazaresque præerant duces;Iuſtinus item,Ioannesq; præfecti,quibus omnibus Scholaſticum quendam præfecit,& hunc eunuchum. Is igitur Romanus exercitus

ſic

Germani obitus

**nullæ*

Artabanis claſſem tempeſtas diſijcit.

Gothi redeunt in Italiam.

Exercitus Sclauinis oppoſitus.

ſic comparatus, barbarorum partem circa Adrionapolim ſtatim adeptus eſt, quæ ciuitas in Thraciæ mediterraneis ſita, quinque à Byzantio abeſt dierum via. Sed progredi barbari non vſpiam poterant, vt qui hominum pecudumque, & ingeotis precij rerum abacturi ſimul prædas eſſeot: vnde eodem in loco maneotes prælium cum Romanis inire ſic nitebantur, vt eorum ab his haudquaquam præſentiretur incurſus. Sclauini itaque in colle caſtra, qui ea prominet regione, locarunt: Romani in campo, & non procul ab hoſtibus coosederunt. Dum itaque ſuis vtrique ſe cootinent ſtationibus, in eáque mora plurimum conteritur temporis, Romani milites vt tædio ſimul & indignatione affecti, rem ægerrimè ferre, præfectoſque acrius incuſare, quod quum ipſi commeatibus abundarent, vt Romani exercitus principes nullam haberent militum rationem, qui rerum neceſſariarum inopia premerentur. Quare velle ſe omnino prædicere, atque id ſedulò affirmare, eorum iniuſſu cum hoſte manus conſerere: vnde ſuorum pertinacia militum duces pugnam cum barbaris conſerunt. Fit itaq; fortiter prælium: vincuntur demum & fugantur Romani, ex hiſq; præliando quammulti & fortiſſimi quique occumbunt. Nec duces ipſi admodum abfuere, quin in hoſtium poteſtatem venirent, cum reliquis tamen fuſi fugatiq; tunc licuit, in tutum ſe recepernot. Barbari igitur Conſtantiani ſigno potiti, certatim procedunt, & aſtycum agrum ad id tempus intactum, liberè & pro arbitrio populãtur, ingénſque in eo præda inuenta. Omnibus itaq; Romanorum rebus direptis, ad longos muros perueniunt, qui diei iter vel paulò pluſculum à Byzantio abſunt. Non longe pôſt tamen Romanorum exercitus, vbi ſe ex fuga recepit, in vnũ contractus barbaros inſequutus, & de improuiſo iſtorum exercitus partem adeptus, impetu facto in fugam auertit fuditque, oon parua his clade illata, Romanorumque, quos hi antea ceperant, vi magna recuperata, Conſtantianique amiſſum ſignum inuentum recipiunt. Qui verò è barbaris ex ea cæde ſuperfuere, cum reliquis ſuæ gentis hominibus demum ſe protinus receperunt. Sed iam ad ea, quæ intermiſſa ſunt, redeamus. Beliſarium itaque quum ad ſe Imperator (vt diximus) reuocaſſet, maximo in honore habebat. haud dum tamen id curæ ſuſceperat, vt eum Germano ſuo iam fato defuncto, in Italiam rurſum tranſmitteret, ſed Orientis præfectum hunc fecit, ſuiſque corporis cuſtodum principem conſtitutum apud ſe detinebat. Erat itaque Beliſarius Romanis cæteris dignitate præſtantior, qui vel patritij fuerioe, vel antehac coosulares. Vnde & cæteri honorum huic & decorum primatum concedere, ſuumque ius, virtutis ob verecundiam, vel ſibi ex lege datum permittere. Ioannes interea eiuſque milites dum Salonis hybernant, & hos in Italia Romani exercitus duces ad ſe venturos opperiuntur, ocioſi omnes & imbelles manebant. Iamque hyemis aderat finis, ſextuſque & decimus belli huius aoous exibat, quod ſcriptis Procopius tradidit. Inſequenti autem anoo, & primo ineunte iam Vere, Ioannes ex Salonis mouere animo agitabat, & aduerſus Totilam Gothoſq; ductare. Sed eius profectio per Imperatorem interpellatur, iubentem eódem manere, & Narſetis eunuchi aduentum ad ſe præſtolari. hunc nanq; ei bello præficere iam animo deſtinarat. Narſes igitur non paruo exercitu & magna pecunia ab Imperatore acceptis, iter aggreditur. Vbi verò cum ſuis militibus mediam in Thraciam venit, Philippis Macedoniæ ciuitate ab incœpto itinere interclusus, aliquandiu ſe tenuit. Hunnorum oanq; exercitus quum Romanum ea è regione inuaſiſſet imperium, nemine obſiſtente agere omnia & peruaſtare,. Sed quum hi partim Theſſalonicam ſe contuliſſent, & partim Byzantium irent, e Philippis vix tandem egreſſus cœptum iter proſequitur. Vnde hac intermedia mora dum Ioannes Narſetem Salonis interea opperitur, & Narſes Hunno-

Milites ad dimicandum ſuos duces cogunt.

Romani ſuam ignominiam viciſſim abolent.

Beliſarius P. P. orientis.

XVII annus belli Gothici.

Narſes belli dux mittitur contra Gothos.

rum inſultu interpellatus iter tardius faceret, Totilas Narſetis expectan do exercitum res ita Romæ diſponit. Curam vrbis tuendæ patritijs nonnullis Romanis Gothisque tradit, cæteros quos fortè habebat ſuſpectiores, in Campaniam miſit, præ ſe proculdio ferens, eorum ſe denique pœnitere, quæ ad vrbis deſolationem molitus antehac eſſet. Trans Tyberim præterea ex Romanis pleroſque perinde ac ſeruitia ad habitandnm expoſuit, ademptis his primùm publicis ac priuatis pecunijs. Sed Romanos equidem præ cæteris reor mortalibus ſuæ patriæ ſtudioſiſſimos eſſe, patriosque ritus ornare & tueri magnopere poſſe, ne quid omnino ex vetuſto decore ac priſtino illo depereat. Totilas itaque rebus ita diſpoſitis, longas naues Gothis militibus complet, ireque in Græciam iubet, quoſcunque offenderent enixè prędatum. Sed ea claſſis non prius mali quippiam * eſt paſſa, quàm Phęacum ad terram, quæ Corcyra nunc dicitur, perueniſſet. Hanc nanque Gothi non ſolam primo ipſo appulſu diripiunt, ſed inſulas huic circumiectas deuaſtant. In continentem deinde pertranſeuntes, omnia circa Dodonem vrbem loca, & Nicopolim præcipuè, Anchialumque populantur: vbi incolæ ferunt, ſi credere dignum, Anchiſem Aeneæ patrem, capto iam bello, quum illuc denique cum filio appuliſſet, exceſſiſſe è vita, nomenque loco dediſſe. Maritimam deinde oram omnem ea è regione adnauigantes, Romanorum non in paruam vim nauium quum incidiſſent, cum ipſis oneribus ad vnam omnes mox capiunt, in quibus & rates fuiſſe ſat conſtat, quæ ipſa ex Græcia ad Romanum & Narſetis exercitum neceſſaria ferrent. Totilas interim in agrum Picenum iam copias miſerat, quibus & viros præfecerat rei bellicæ gnaros, Anconam vt oppidum caperent: hiſipſis & naues ſeptem & quadraginta attribuit, vt Anconæ præſidium terra marique enixius obſidendo, facilius & minori negocio in poteſtatem redigerent. Sed in ea obſidione quum temporis plurimum contritum fuiſſet, contigit fortè, vt qui intus obſidebantur, commeatus inopia premerentur. Quod vtique vbi Valerianus, qui Rauennæ tunc erat, perdidicit: quum de ſe minimè poſſet Romanis Anconæ obſeſſis ſubſidium ferre, Ioanni, qui Salonis erat, in hanc ſententiam literas ſcripſit. Solùm nobis Anconæ oppidum, vt tute noſti, intra hunc ſinum reliquum eſt, ſi modò ad id tempus relinquitur. Sic enim cum Romanis ibi præſidiarijs & per Gothos obſeſſis nunc agitur, vt admodum verear, niſi in præſenti his auxilio ſimus, ne omnino præpoſteri videamur noſtris rebus ſtudium impendiſſe. His literis Ioannes perlectis, & ſi inde abſcedere Imperatoris iuſſu prohiberetur, vltro tamen vrgente diſcrimine præponendam fortunæ neceſſitatem Iuſtiniani imperio ratus, delectis egregijs bello viris, hisque in octo & triginta naues impoſitis, ad nauigationem præceleres, & optimè ad bellum nauale inſtructas, ac quouis genere commeatus affatim inuecto, è Salonis eueſtigio ſoluens Romanam ad claſſem ſuam applicuit, ad quam cum nauibus duodecim & Valerianus non longe poſt venit. Vbi verò hi duces ſe inuicem coniunxere, communicatis denique rebus, quæ factu potiores ſunt viſæ, inde profecti in alteram continentis partem vnà omnes delati, eum in locum deſcendunt, quem Dyſim in Gallias Romani dicunt, ab Ancona non procul ſitum. Quorum aduentum vbi Gothorum principes accepere, naues confeſtim longas ſeptem & quadraginta, quæ præſto his erant, delecto milite complent, & reliquis copijs ad præſidij obſidionem relictis, rectà in hoſtes ducunt. Vbi verò in conſpectum venerunt, vtrique naues à curſu parumper continuere. Hisque demum in vnum contractis, & paucis monendi milites gratia vſi, Ioannes in primis ad ſuos orationem huiuſmodi habuit: Nemo veſtrûm, ô milites, pro Ancona duntaxat, proque in ea Romanorum præſidio obſeſſorum

Totilæ claſſis.

** forte, intulit*

Ioannes iniuſſu imp. cum claſſe ſoluit.

Ioannis ad ſuos exhortatio.

obſeſſorum ſeruando, præſens certamē id fore exiſtimet, nec eotenus decernendum nobis pugna hac eſſe: ſed ſummatim vt dicam, belli caput ibi conſiſtere, vbi & prælium id declinarit, & eum finem vt ſortiatur neceſſarium fore, quē fortuna ipſa obtulerit. Sed in præſenti ea vos ſubeat cogitatio velim, maximū in bello momentū, belliq; apparatum cōmeatus copiam eſſe. nam qui neceſſarijs ad vitam indigent rebus, vt ab hoſte vincantur neceſſariū eſt. Non enim fames ipſa ſat nouit cum virtute cohabitare, quum eſurire & ſtrenuè facere humana natura nil ferat. Hæc quum ita ſe habeāt, illud velim vos minimè fugiat, ex Hydrunte adusq; Rauennam præter id nullū relinqui præſidium, in quo nobis equisq; in eſcam perneceſſaria deponantur. Sic enim hoſtes terris his potiuntur, vt in hac maritima ora non aliquis ſit pacatior locus, vnde nobis vel minimos liceat commeatus parare. In Ancona ergo ſpes noſtra omnis nunc reſidet, vt ex Dalmatia, quę huic ex aduerſo eſt ſita, ſoluētibus noſtris applicare huc liceat, & ſe in tutum recipere. Quocirca ſi hodierna hac die ſtrenuè vos in nauali hac pugna geſſeritis, nō ſolum ſub Romano hanc vrbem confirmaturi vos eſtis imperio, ſed & de ſumma, aduerſus Gothos quod geritur, belli, ſpes nobis optima vt de cætero ſit, effeceritis. Quòd ſi forte, quod minus optem, in hoc certamine fallimur, & inferiores ipſi hoc prælio fueritis; vel illud vobis occurrat neceſſe eſt, has hoſtibus paſſim præoccupantibus terras, & mari inſuper præualentibus, vt nuſpiam ſit Romanis perfugium. Salutis ſpes igitur his eſt in dexteris ſita, & vt geſtæ res bello fuerint, ſic eſt proculdubio ſucceſſura. Agite ergo quantum viribus ipſi valetis, præſtate vos viros, & bellum ſtrenuè gerite, illud animo agitantes, victorib. vobis partam ob gloriam perpetuam fore felicitatem, victis verò poſtremū id in vita certamen. Gothorum deinde duces ita ſuos hortatos ferūt. Etſi hoſtes hi deteſtandi ex Italia eiecti antehac fuerint, haud ſat liquet, quum in reconditis & penitiſſimis antehac, & tam diu delituerint locis, ſiue in terris, ſiue in mari fuerint, vnde nunc demum emerſerint, nobiſcum inituri certamē. Sed neceſſarium eſt temeritatis & audaciæ hos vt aliquando tandem pœniteat, nil permittentibus nobis eorum dementiam in maius excreſcere: quæ vtique ſi principio non ſtatim reprimitur, in inſanabilem audentiam deſinat neceſſe eſt, & in ſuperuenientium nobis rerum calamitatem. Oſtendite ergo è veſtris egregiè factis Græculos hos homines eſſe & natura imbelles, vel victos aliàs, incautos nūc audere: nec quoquam pacto vos ſinite tentationem hanc iſtis procedere. nam paruifacta iſtorum ſtatim ignauia in maiorem eua det licentiam, quę paulatim progrediendo ſedula fit audacia. Nolite ſtrenuè pugnantib. vobis exiſtimare diu hos obſtituros. qui enim cum virib. non animum ſuū metitur, principio ſtatim pugnæ arguitur. nam ea inita defluere & ſimul flacceſcere conſueuit. Hæc itaq; quum ita ſe habeāt, meminiſſe vos velim, eos hoſtes hos eſſe, qui veſtra virtute ſępius pertentata in fugam ſe aliàs dederint. Conſiderate præterea, nil meliores nunc redditos contra vos aduentare, ſed vt præteritorum ſimillima audētes, ita & non abſimilem in præſenti habituros fortunam. His dictis Gothorum præfecti ſuos hortati, cū hoſtib. occurſando ſine mora conſerunt manus. Itaq; fortiter nec ſecus nauale vtrinq; geri certamen cœptum, ac pedeſtri pugna decertaretur. Nam hoſtes in ſe inuicem proras aduerſa fronte cōuerterant, ſagittasq; immittendo certabantur: & qui viribus præualebant, pede collato vt iam cohærentes inter ſe depugnabant, è tranſtris nil ſecius ac patenti in campo acie decernētes, gladijs ſe mutuò ac telis ferire. Sed barbari deinde incompoſiti & ſolutis ordinibus decertabant. nam partim quidem ſic naues diſiunxerant, vt hoſtibus ad expugnandum opportunas, vt eius pugnæ ignari, offerrent: partim verò inter ſe adeo coëuntes condenſauerant naues, vt ſibimet eſſent ad pugnam

Gothorum ducū oratio.

Romanorum & Gothorum pugna naualis.

impedimento. nam earum & malos contemplari quis poterat confertos adeo inter ſe extitiſſe, vt vel ſagittas ac tela facile interciperent in hoſtem immiſſa, nec armis vti ipſi iam poſſent, quum ſibi Romanos inſiſtere præuidiſſent: ſed clamore & impulſione nitendo ſe inuicem temerè offendebant, retroque naues & nullo ordine compellebant contis ſummotas, vt quarum in anguſtum proras agmine vno conferrent, nunc verò diuerſi abinuicem cum eorum iactura diſcederent, vel in proximos quiſque ſuos ingenti cum vlulatu impetum faceret potius quàm hortaretur in hoſtem. Vnde dum ſuæmet demum imperitiæ ſtudent, de ſe vt hoſtes referrent victoriam, effecere. Romani autem, quum viriliter ea in pugna ſe gererent, bellumque naualeſcitè nimium pertractarent, nauibus in frontè omnibus conſtitutis, & abinuicem non longè diſtantibus, nec vltra quam neceſſarium inter ſe coëuntibus, ſed ea moderatione & arte, vt in vnum ſe ſtatim cogere poſſent, & rurſum diſiungere: ſi quam fortè hoſtium nauem diuerſam à cæteris conſpicantur, nullo negocio inuadentes mox ſupprimũt; vbi verò tumultuari barbaros demum animaduertunt, crebra ſagittarum immiſſione hos eminus necant. Victi itaque, & deſperatis rebus iam Gothi, nec aduerſanti fortunæ poterant repugnare, nec ea ſarcire, quæ prælio deliquiſſent. non enim nauali hoc bello vt pedeſtri in pugna tranſtris inſiſtere norant, vel inde fortiter depugnare, ſed ſuo cum periculo certamine intermiſſo ita torpuerant, vt belli perinde euentu fortunæ permiſſo ad turpem deditionem & magna cum ignominia demũ ſe verterent, nec fugæ decentioris cuiuſpiam, nec virium vlla his recordatio fuerit, nec aliud quippiam ſuppeteret ad ſalutem: ſed inter hoſtium naues ſuis in diſſipatis quid facto opus tunc eſſet dubij & incerti conſtiterant. eorum tamen nonnulli cum nauibus vndecim fugam ceperunt, & hoſtes fruſtrati integri euaſere; cæteri omnes Romanorum in poteſtatem venerunt, quos e veſtigio partim hi interficiunt, partim cum nauibus ipſis demergunt, qui fortè reliqui fuerant viuos cepere. Ex Gothis verò, qui cum ratibus vndecim è pugna profugerant, quum in continentem iam deſcendiſſent, his ſtatim incenſis, ne in hoſtium ditionem venirent, ad ea caſtra pedibus feruntur, quæ Anconam tunc obſidebant, & omnibus explicatis, quæ ſibi iam accidiſſent, cum Gothorum exercitu & ipſi mox abeunt, deſertiſque caſtris, curſim ac ſimul tumultuantes ad Auximum propinquam his vrbem ſe receperunt. Romani interea Anconam profecti, hoſtium ſtatim caſtris direptis, illatiſque in præſidium commeatibus, inde ſoluerunt, Valerianus Rauennam Ioannes Salonas redit. Hæc fermè Totilæ pugna & Gothis ſimul animos fregit. Per id tempeſtatis Romanorum res in Sicilia ita ſe habuere, vt explicaturus mox ſum. Iam enim Liberius per Imperatorem Byzantium reuocatus redierat, & Artàbanes, vt Imperatori eſt viſum, Romanis tunc copijs imperabat. Is dum Gothos eius in inſulæ relictos præſidijs, & ſi perpaucos obſidet, deuictis tamen qui in pugnam exiſſent, & cæteris maximam in commeatus deductis neceſſitatem, in deditionem demum omnes recepit. Quibus rebus territi Gothi, ob bellique naualis iacturam dolore affecti, prælium detrectabant, quum de cætero ſibi nil proſperè ſucceſſurum ſperarent, & illud agitarent iam animis, quandoquidem recẽs ab hoſtibus ſuperati fuiſſent ac planè deperditi, ſi quod fortè ad breue Romanis ſubſidium aduentaret, ſe nullo his poſſe pacto reſiſtere, neque ad temporis quidem punctum ſperare in Italia ſe permanſuros, vel ab Imperatore impetraturos veniæ aut gratiæ quippiam, quum antehac Totilas ſæpe ad hunc nuncios miſerit ſignificatũ, maximam Francos Italiæ partem præoccupaſſe, quod reliquum terræ in ea eſſet, longe lateque vacare, deſertumque ab humano cultu iam eſſe, Sicilia verò, atque Dalmatia, quæ ſolæ integræ permanſiſſent, Romanis Gothos ceſſiſſe.

Gothi vincũtur.

Artabanes Gothos in Sicilia exterminat.

ceſſiſſe. Fateri præterea ſocietatem ſe velle cum eo inire, ſi modò ſibi id animo ſedeat, illiq; ſe in cæteris obſequi cupere: & Imperatorem ſatis cōſtaret, vt qui Gothorum eſſet nomen peroſus, atque adeo è Romano imperio propulſare hos animo deſtinaſſet, oratores inauditos ad Totilam remiſiſſe. Theudibertus interea Francorum dux moritur, & Cottias deinde (Liguriæ loca nonnulla) Alpes, Venetorumq́ue pleraque nullo ſibi iure ſtipendiaria fecit.

Francorum in Italia progreſſus.

Sed Franci bellantium inter ſe ſtudia, quum propriam ad res gerendas opportunitatem feciſſent, debellatorum ex bonis creuere, & eorundem ex opibus aucti ſunt. nam Gothis caſtella nonnulla in Venetos impartiti, & maritima quædam Romanis loca, cætera ſuæ ditionis fecere. Romanis itaque & Gothis, ſicut diximus, armis inter ſe decernentibus, nec nouos alios hoſtes nactis, Gothi quidem & Franci ad colloquium venere, in idq; conuentum, vt quoad Gothi prȩlio eſſent cum Romanis decertaturi, ſua vtriq; haberent, pacificeq́ue inter ſe viuerent, nec quippiam integraretur hoſtile. Quòd ſi vnquam contigerit, Iuſtinianum Totilam bello peruincere, tunc quidem vtriſque vt liceat ſua ſic moderari & regere, vt expedire fuerit ipſorum cuiq; viſum. Theudiberto deinde Theudibaldus filius in regno ſucceſſit, ad quem Imperator Leontium quendam legauit, conſulari ex gente virum, ſecum aduerſus Totilam Gothosq́; vt ſocietatem iniret, & Italiæ locis inſuper abſtineret, quæ ille nimio inuadendi & indecentius ſtudio tenebatur.

Theudibaldus rex Francorum.

Leontius itaque quum ad Theudibaldum veniſſet, dicere ita exorſus eſt: Alijs fortè nonnullis ſpem præter eueniſſe aliquid potuit, in Romanos verò quȩ per vos geſta fuere, nulli adhuc contigiſſe mortalium puto. Conſtat ſanè Iuſtinianum imperatorem non prius ſe ad id bellum aduerſus Gothos paraſſe, nec ſuſcipere antea peroptaſſe, quàm Franci ipſi ſub ſocietatis & amicitiȩ nomine ingenti ab ſe accepta pecunia, certamen id ſecum & ſe ſuſcepturos pollicerentur. Hi tamen non ſolum quæ polliciti ſunt, non exequenda duxere, ſed tanta Romanos affecere iniuria, quanta ne ſuſpicari quidem quiſpiam poſſit. Pater nimirum tuus Romanæ ditionis terras inuaſit, ad ſe nil penitus attinentes, vt quas vel abſentibus à ſuis conatibus Francis, in poteſtatem & maximo cum labore, ſummoq; belli diſcrimine Iuſtinianus redegerat: à quo nunc venio ad te delegatus, non peracta & iam præterita incuſaturus, ſed ea poſtulaturus moniturusq́ue, quæ tibi futura vtui ſunt, conſulturusq́ue denique tuam vt firmius ſerues felicitatem, & habere, quæ ſua ſunt, Romanos quādoque ſinas. nam & puſillæ rei plerunque iniuſta poſſeſſio, vel magnas vires iam conſequutos priuare præſentibus potuit bonis, vel maioribus antehac partis. nam & proſperior cum iniquitate fortuna coire nil ſolet. Nunc verò rurſum aduerſus Totilam bellum nobiſcum vt geras, hortamur, hoc pacto & patris exequi promiſſa nunc poteris, quum liberos omnium maximè deceat, parentum delicta ſarcire, ſi quid hos vſpiam deliquiſſe contigerit, & aliâs benefactis, quæ optimè geſſerint, confirmare: quando quidem ſapientiſſimis viris id ſit optandum quammaximè, ſuorum maiorum rectè facta vt imitentur, praua verò rectiora vt liberi faciant. Ad hæc accedit, quòd ne inuitatis quidem Francis, id vobis neceſſariò bellum eſſet contra Gothos cū Romanis ſuſcipiendum: ſiquidem cum barbaris iſtis iam diu vobis certamen eſt, qui à principio & hoſtes Francis fuere, ac ſuapte natura vt leues & infidi hoſtiliter & implacabilem in modum per omne vos æuum antehac oppugnarunt: nunc verò quandoquidem nos reformidant, haudquaquam indignum ſe ducunt vobis ſeruiliter adulari, quos fortè à nobis ſi vtcunque abducere poterunt, non longe pòſt quid in Francos animi habeant, patefecerint. Nam improbi homines nec in proſpera quidem, nec in aduerſa fortuna ſuos immutare mores ſat poſſunt: quos tamen dum aduerſi aliquid

patiuntur,occulere ſolent,& ita vt dum finitimorum opera indigent, cogente neceſſitate, vel ſuam quidem occultent improbitatem. Hæc ergo ipſi memoria repetendo,renouate cum Imperatore nunc fœdera, & in veteres hoſtes illatas quondam iniurias enixius vindicate. Hæc vbi Leontius perorauit,Theudibaldus ita reſpondit.Socios nos aduerſus Gothos nec rectè quidem,nec veſtro merito vos inuocatis.ſunt namque nobis hoc tempore Gothi amicitia iuncti: vnde ſi erga hos ſe inſtabiles præſtiterint Franci, nec vobis quidem fideles erunt. mens nanque, quæ in amicos prauitatis & inconſtantiæ ſemel arguitur, diuertere ab æquitatis via aſſiduò ſolet. Ad ea verò, quæ de occupatis per nos locis nunc meminiſtis,reſponſuri id ſumus, Patrē meum Theodibertum olim, nec finitimorum quempiam violandi ſtudium habuiſſe, nec alienam inuaſiſſe poſſeſſionem. cui rei argumento ipſe ſum ego,qui ex eius hæreditate nil ſim opulentior factus. non igitur ille hæc loca, vt Romanis ſublata,tenebat,ſed Totila ipſo tunc poſſidente ac palam prodēte accepit. Qua de re potius Iuſtinianū oportuit Francis congratulari, quandoquidem qui rerum ſuarum fraudatores perſpexerit re aliqua item per alios fraudari,lætari proculdubio poterit,haudquaquam immeritò pœnas luiſſe hos ratus:ni fortè his demum inuideat,qui illatam ſibi iniuriam vindicarint.nam hoſtium æquitatem ſuam feciſſe inuidiam, facere vt pleraque homines arbitrantur. Sed de his rebus cognitionem permittere iudicibus poſſumus, vt ſi qnid,quod Romanorum fuerit antehac ditionis, genitor meus abſtulerit, ſine vlla mora vel nolentes ipſi reſtituamus. De hiſque Byzantiū oratores per nos non longe pòſt tranſmittentur. Leontio igitur demum dimiſſo ad Imperatorem iam quartò Lendardum legauit. Totilas Gothorum interea primores quoſdam cum claſſe emiſit, qui primùm in Corſicam nauigantes,nemine reſiſtente in poteſtatem inſulam redegerunt. Sardinia deinde potiti, vtraſque Totilæ inſulas vectigales fecerunt. Quam rem Ioannes quū didiciſſet,qui in Libya tum fortè exercitui præerat, claſſem & ipſe mox nauium ac hominum copias in Sardiniam miſit:qui vbi Caralem vrbem propius peruenere, poſitis caſtris hanc obſidere animo agitabant. nam muros expugnare nil poterant,obſiſtentibus Gothis,qui validum ibi haberent præſidium.Barbari itaque cognito Romanorum aduentu, eruptione ex vrbe facta,quum hos repentius inuaſiſſent, nullo negocio multis iam interfectis in fugam vertunt. Demum qui prælio ſuperfuere fugientes ſe in naues recipiunt,ac paulopòſt inde ſoluentes Carthaginem cum vniuerſa claſſe peruenirunt,ibique in hybernis manſere, vt ineunte mox vere maiori cum apparatu in Corſicam ac Sardiniam exercitus ducerent. Atqui Corſicam veteres Cyrnum dixere.in ea ſimiæ ad hnmanam ferè naſcuntur effigiem, equorumque armenta paſſim vagantium,ſed paulo ſupra oues hi magnitudine ſunt. Sclauini præterea ingenti multitudine Illyrios inuadentes, malis inexplicabilibus affecere. Aduerſus quos Imperator exercitum miſit, qui quum hoſtium copijs eſſet longè inferior,haudquaquam cum his congredi potuit,ſed barbarorum ſequutus veſtigia poſtremos carpebat, vnde non paucos ex his interfecit. Qnos verò viuos cepiſſet, ad Imperatorem Byzantium miſit. Haud tamen prohiberi omnino barbari poterant, ne damna grauiora inferrent, ſed in ea populatione quum temporis plurimum hi contriuiſſent,itinera paſſim cadaueribus complent,& infinita hominum copia in ſeruitutem abacta, omnibus prouinciæ rebus direptis, neminè hic occurſante cum omni præda domum ſe tandem incolumes receperunt. non enim vel Hiſtrum flumen traijcientibus barbaris Romani moliri inſidias potuere, vel vim alia quauis arte inferre:quippe quos Gepedes excepiſſent mercede conducti, precio ab his non paruo exacto. Sed Imperator interim permoleſtè rem ferre, & grauiter angi,

Francorum reſponſio.

Corſicam & Sardiniam Totilas capit.

Sclauinorum incurſus.

angi, quum nullo pacto barbaros poſſet Hiſtri tranſitu prohibere, quem ic-circo traijciebant, vt Romanum deprædarentur Imperium, eaq; de cauſa Iuſtinianus fœdera iũgere cum Gepedum gente animo deſtinarat. Sed Gepedes interim Longobardiq; inter ſe bellum geſturi cupidius erãt, rurſus Gepedes Romanorum vires reformidantes, in nos hos prorſus cõtumaces eſſe exhiberent. Imperator tamen cum Longobardis belli fecit ſocietatem, iureiurando ac ſanctius cõfirmaram, ipſis primo ſtudentibus cum Romanis amicitiam & fœdus conciliare. Vnde & oratores confeſtim ad Imperatorem Byzantium mittunt, hunc enixius deprecatum, ſecum vt ſocietatem iniret: qua re ocyus impetrata, data vltro citroque fide Longobardorum oratoribus ipſis petentibus, duodeni ſenatorij ordinis viri iuramento facta omnia confirmarũt. Iuſtinianus deinde Longobardis ex fœdere id poſtulantibus, exercitum aduerſus Gepedas mittit. ex eo tamen, præter Amalafridam pręfectũ, eiuſque milites ad Longobardos nemo peruenit. nam cæteri Imperatoris iuſſu circa Vlpianam in Illyrios vrbem ſtationem habebant, ob ſeditionem ea de cauſa inter incolas ortam, qua Chriſtiani ſolent de fide ſolertius diſceptando inter ſe altercari. Longobardis itaque cum Amalafrida Romanorum duce vnà in Gepedas proficiſcentibus, vt bellum mox inituris, & illis in occurſum euntibus, prælio ſtrenuè geſto Gepedes ſuperantur, quorum pars maxima fertur in ea pugna occubuiſſe. qua demum peracta, * Abduinus Longobardorum tunc Imperator ad Iuſtinianũ è ſuis quoſdam legauit, qui rem feliciter geſtam, hoſteſque ſuperatos denunciarent, & item mox quererentur, haudquaquam ſibi iuncto ex fœdere Romanorum exercitum in tempore affuiſſe, cum aliâs ipſe immodica ſuæ gentis multitudine homines ad Narſetem aduerſus Gothos miſiſſet ſub eo militaturos. Per id autem temporis ingens terræ factus eſt motus, vt qui * Boëtiam omnem, & ſimul Achaiam, cæteraque circa ſinum Creſeum concuſſerit: loca inſuper alia quidem & infinita, octonaſque ciuitates ad ſolum proſtrauit, Coroniam præterea Coronamque: Petram item, & Naupactum deleuerit prorſus. Quorum in oppidorum excidio ingens hominum facta eſt conſternatio: terra verò nonnullis in locis cum maximum in chaos hiaſſet, in ſe ruſum ac priorem in ſtatum coibat: alibi tamen ſic interſciſſa permanſit, eius vt regionis tunc homines, niſi longiore circuitu, inuicem verſari nil poſſent. In freto autem, quod inter Theſſaliam eſſe & * Boëtiam conſtat, tantus derepente obortus eſt æſtus, vt circa vrbem, quam Echinorum appellant, & in * Boëtia ipſa Scafiam oppidum cum in continentem plurimùm deſcendiſſet, ac ea è regione ſic cæteras inundauerit loca, vt magna ruentium ædificiorum & hominum ſimul facta ſit ſtrages, in hiſque tandiu ea inundatio manſit, vt longiora tranſacta ſint temporis ſpatia, atque adeo vt vel ſupra id fretum inſulæ ipſæ, vnde aquarum illuuies illa exæſtuarat, ſic peruiæ ſint hominibus factæ, vt pedibus ad eas haud ſecus peruaderent, ac fluctibus deſtitutas, aliarum terrarum longe lateque ſuperficiem omnem ad montes vſque operientibus, qui ea prominent regione. Sed vbi mare in priſtinum ſe locum recepit, deſtituta in terram tanta & paſſim vis piſcium eſt, vt vel inſuetum antehac eius regionis hominibus piſcium genus portenti loco ſit viſum. In eo autem terræmotu, quia validius inciderat, maior longe hiſce in locis eſt facta, quàm in reliqua Græcia ſtrages, & in ludo præcipue quodam ac panegyrico, ad cuius ſpectaculum Græcorum magna conuenerat multitudo. Hac eadem tempeſtate Crotoniaræ vnà cum præſidiarijs militibus ipſis ad arcis cuſtodiam poſitis, acerbiſſimè per Gothos obſeſſi, quum neceſſariarum rerum inopia premerentur, ſpe hoſtes fruſtrati in Siciliam tranſmiſere, obteſtatique ſunt Romani exercitus duces, & Artabanem ipſum præcipuè, ni ce-

Fœdus Lõgobardorum.

Amalafrida mittitur, vt Longobardos iuuet.

** Albuinus.*

** Bœotiam.*

Terræmotus.

Hiatus terræ, ac inundationes.

** Bœotiam.*

** Bœotia.*

Crotonis obſidio.

lerrimè ſibi opitulatum venirent, etſi non ſponte, ſe tamẽ ipſos ac ſimul pręſidium hoſtibus non longe pòſt dedituros. Sed nemo his ſuppetias venit, cũ hyems exacta iam eſſet & ſeptimus decimus annus bellj huius exiret, quod

XVIII annus belli Gothici.

ſcripſit Procopius. Imperator verò de his iam certior factus, quæ Crotoni tunc gererentur, in Græciam miſit, qui Thermopylarum cuſtodibus imperarent, in Italiam confeſtim nauigationem ſuſciperent, opem his enixè laturi, qui Crotoni obſiderentur. Tum illi dicto audientes, inde ſtatim profecti, ac proſperum nacti ventum, de improuiſo ad Crotonis portum perueniunt. Barbari verò proſpecta hoſtium claſſe, & metu ingenti perculſi, tumultuoſius obſidione ſoluta Tarentinum in portum cum nauibus partim ſe receperunt, partim intra Scyllæ delati fretum mox abiere: quæ fermè res quum ſic

Regnaris et Morras aliâs.

accidiſſent, magnum in modum Gothorum animos ſubegere. Vnde & * Roganes inter Gothos vir impiger, qui Tarentino præſidio præerat, & * Morax

** Bacurio Peranij F.*

inſuper Gothus Acheruſiæ præfectus cuſtodijs, cum * Bacuuio Peranio in Hydrunte Romanorum duce ſuorum ex militum voluntate in colloquium ſtatim venere, proque eorum ſalute pacta ab Imperatore fidem quum accepiſſent, ſeſe ac ſuos Romanis dedunt, & ſimul munitiones, in quarum fuerãt cuſtodias conſtituti. Narſes interea ex Salonis profectus, aduerſus Totilam

Norſetis adparatus.

Gothosque cum vniuerſo & ingenti progrediebatur exercitu. iam enim magnas acceperat ab Imperatore pecunias, quibus is erat copias cõparaturus quàmmaximas, & alijs belli ſatisfacturus neceſſitatibus, & ſimul militibus, qui in Italia erant, integrè perſoluturus ſtipendia, eorumque animos largitionibus erigendo ad ſe demum reuocaturus, qui ad Totilam ſe vltrò contulerant. nam quum negligentius id antehac Imperator bellum geſſiſſet, maximi tandem momenti ad id exequendum fecerat apparatum, hortante Narſete, & operam ſimul ad ipſum id pollicente, vt qui quum in Italia ſibi eſſet acie decernendum, animi ferebat præ ſe magnitudinem præfectò dignam. Non enim aliter id bellum ſe adminiſtraturum pollicebatur, niſi & copias eſſet barbaris pares in prælium producturus. Factum itaque eſt, vt pecunias ſecum, virorumque robora, armaque pro Romani imperij dignitate ab Imperatore acceperit, & ipſe ſimul quum impigerrimam de ſe oſtendiſſet animi promptitudinem, maximum contraxit exercitum. Nam ex Byzantio Romanorum militum non paruas eduxerat copias, exque ipſis Thracię locis & ſimul Illyricis hominum vim magnam coëgerat. Ad hunc deinde ſuis cum copijs, & cætero, quem reliquerat Germanus, exercitu & Ioannes acceſſit. Auduſesque item Longobardorum dux magnis pecunijs vt ipſum id faceret perſuaſus, & ipſo ex fœdere, ac iuncta cum Romanis ſocietate, duo milia & quingentos ex ſuis delectos Narſeti in auxilium miſit, ſubſidiariosque alios milites ad trium milium numerum, & bellicoſos. Erulæ præterea gentis eqnitum vltra tria milia hos ſubſecuta, Hunnorumque ingens manus. Ioan-

Narſetis liberalitas.

nes deinceps Fagas Romanis præfectus cohortibus bello prævalidis. Cæterùm Narſes in largiendo profuſior erat, ad beneficiaque in indigentes conferenda promptiſſimus, & ad ea intrepidè exequenda, in quæ antehac fortè intenderat animum, miro ſtudio vtebatur. Qua ex innata liberalitate ſuperiore tempore plerique principum beneficio huius erga ſe vſi fuerant. Vnde aduerſus Totilam Gothosque Narſes vbi imperator eſt declaratus, libẽtius omnes ſub hoc militare iam velle, idque enixè ſatagere, partim ei pro veteribus in ſe beneficijs vt gratias redderent, partim vero quod (vti pàr erat) ſumma cum ſpe expectarent aliquod ſe ab eo inſigne beneficium accepturos. Sed præter cæteros omnes, Eruli ac barbari alij hunc beneuolentia proſequebantur, hique præcipuè, qui aliquo affecti antehac beneficio fuerant. Poſtquam autem Narſes Venetorum ad loca quàmproximè venit.

Francorum

Franci trãſitum Narſetis impedire volunt.

Francorum ad duces, qui ea è regione præſidijs præerant, nuncios miſit, qui ab ſe peterent, vt eorum permiſſu eà ſibi tranſire liceret. Tum illi nullo ſe pacto id permiſſuros reſpondent, nõ alia vlla apertius prodita cauſa, ſiue quia Francis ea res minus conduceret, ſiue quia Gothorum potius rebus ſtuderent: vtcunque tamen ad excuſationem demum id cauſæ prætendebant, nec iuſtæ quidem nec veriſimilis, quòd Longobardos ſcilicet infenſiſſimos Francis ſecum Narſes ductaret, & eum iccirco tranſitu ſe prohibere. Narſeti itaque, vt in re dubia, animo fluctuanti rogantique Italos, qui fortè tunc aderãt, quid nam eſſet in præſenti agendum, apertè illi denunciant, niſi Franci permiſerint, vt eà omnes pertranſeant, neque Rauennam ſe inde poſſe contendere, nec Veronam quoquam pacto diuertere; quum planè conſtaret, quod roboris in Gothorum exercitu eſſet, Totilam delegiſſe, ac Teiam in re militari præſtantiſſimum virum his copijs præfeciſſe, Veronamque tranſmiſiſſe, Gothorum ditionis tunc vrbem, vt quoad poſſet Romanum exercitum tranſitu prohiberet. Et ſanè hic Teias vbi Veronam peruenit, aditus hoſtibus omnes ea è regione obſtruxerat, locaque omnia circa Padum vndequaque imperuia fecit, infeſtaque hoſti & commeatibus reddidit, aditibus vndique interſeptis, ipſe deinde ita ſe ſuoſque pararat, vt inuaſurus ſtatim Romanos fuiſſet, ſicunde fortè tranſitum pertentaſſent. Sed Totilas hæc iccirco machinabatur, quia Romanos putabat per Ionici ſinus tunc littora facere iter non poſſe, quandoquidem intermedia flumina, quæ tranſiri nauibus antehac poterant, per id tempus tantopere inundaſſent, vt nemini tranſitus ea vtcunque è regione pateret: & ſatis callebat, non eam nauium his copiam eſſe, vt traiecturi ſimul omnes per pontum Ionicum exercitus eſſent. quòd ſi per vices transfretare & cum paucis vellent, cum reliquis Gothorum ſe copijs in dies ſingulos abeuntes illos nullo negocio repreſſurum. Sed Narſetem interea animi dubium Ioannes Vitaliani, vt eius regionis & locorum peritus, identidem admonere cum vniuerſo exercitu ſecundum mare iter vt faceret, cum ſuę ditionis homines eſſent, qui maritimam oram incolerent, nauiumque nonnullas iuberet ſe ſubſequi, & lemborum vim maximam, vt quum ad fluminum exitum exercitus perueniſſet, ex his ponte mox facto facilè pertranſiret. Narſes itaque his monitis perſuaſus quum ita egiſſet, cum omnibus copijs Rauennam peruenit, cum hiſque Valerianus Iuſtinuſque duces ſuos milites iungunt. Et dum Rauennæ interea dierum nouem conterunt tempus, Vſdrilas Gothus, vir bello clarus, qui Arimini cuſtodiæ præerat, ad Valerianum litteras huiuſmodi dedit. Omnia vos complexi rumoribus, & imaginatione vmbratili quadam Italia vniuerſa potiti, nec humanitus planè inſoleſcentes, terreri hac via Gothos poſſe exiſtimatis, perinde Rauennæ nunc conſediſtis, tanquam hoſtes falli ſic poſſe rati, & haud ſecus ac barbarorum ignauiſſimæ turbæ tempus in locis minus decentibus teritis. Sed agite dum, celerrimè omnes conſurgite, ac bellica quandoque tandem attingite opera, voſque Gothis oſtendite, neque ſpe longiore ſuſpenſos nos detinete, qui iam ſpectaculum id expectamus. Narſes verò vbi hæc ad ſe delata cognouit, irriſa barbari inſolentia, & Iuſtino in cuſtodia Rauennæ relicto, cum vniuerſo exercitu ſe ad exeundum parauit. Quum itaque Ariminum omnes quàmproximè iam perueniſſent, tranſitum eà haudquaquam facilè inuenere, quum Gothi non longè ante eorum aduentum pontem ea è regione interrupiſſent. Amnis nanque, qui iuxta Ariminum fluit, expedito cuiquam vni ac dearmato iter pedibus facienti vel nemine interpellantè vix ponte peruius eſt, ne dum cum militum copijs & armatorum, & barbaris præſertim ex aduerſo inſtantibus, eà quis tranſmittere queat. Narſes igitur quum ad pontem veniſſet, diu animo fluctuatus, vnde nam tranſitum

Teias cõtra Narſetẽ Veronæ ſubſiſtere iubetur.

Ioannis de profectione cõſilium.

Vſdrilas hoſtem literis prouocat.

inueniret.nam & Vſdrilas Gothus eódem iccirco peruenerat, non tamē ma
gna cum equitum turma, vt nulla ex parte, quæ gererentur, ſe præterirent.
Sed ex his quidam, qui Narſetem tunc ſequebantur, in hoſtes protinus ſa-
gittam immiſit,& ex equitibus quempiam vnum mox nactus interfecit: qua
re exterriti Gothorum tum equites fuga citatiore intra Ariminum ſe recepe
runt, & alijs ſtatim & recentibus ſecum eductis, per aliam portam aduerſus
Romanos deferebantur,vt ex improuiſo hos inuaſuri,& Narſetem ſimul ob
truncaturi,qui ex vtraque fluminis parte tranſitum ſuis copijs quæſitum ab-
ierat. Sed Eruli fortuna quadam quum Gothis in ſe venientibus obuiam
Vſdrilas interfi-citur. proceſſiſſent, Vſdrilam præfectum primo congreſſu occidunt: cui ſtatim per
Romanum quempiam cognito, præciſum caput, vt ad Narſetem deferrent,
quum ſuſtuliſſent, in caſtra perueniunt: vnde omnes ob nauatam per Erulos
Romanoſque egregiè operam & animi promptitudinem identidem affirma
re, Gothis deum eſſe infenſiorem. Narſes verò Vſdrila cæſo, ſuo cum exer-
citu procedebat. non enim ei animo inerat, quæ per Gothos tunc teneren-
tur, aliquo pacto præſidia infeſtare, ne quid interea temporis incaſſum con-
tereretur, vel quibus maximè intenderat animum moram aliquam faceret.
Hoſtibus itaque præfectò orbatis iam quieſcentibus, nec quoquam ſe pacto
interpellantibus, Narſes intrepidè flumine ponte conſtrato, & nullo nego-
cio traiecto exercitu, omiſſo Flaminiam verſus itinere, ad læuam diuertit.
nam ad dexteram Petra præſidium, ſuapte natura munitiſſimus locus, præ-
occupata ab hoſtibus fuerat, & omnia ea ex parte, quæ in Flaminiam defert,
Romanis omnino imperuia & planè infeſta effecerat. Narſes itaque via, quæ
breuior erat, dimiſſa; in eam contendit, qua tranſitus tutò patebat. Interea
Totilas factus de his, quæ in Venetos accidiſſent, iam certior, Teiam qui-
dem imprimis & eius copias præſtolando, Romanorum in locis quietus &
nuſpiam mouens ſe continebat. Vbi verò qui expectabantur denique af-
fuere, duoque equitum milia adhuc tamen deeſſent, his haudquaquam de
cætero expectatis, cum reliquo exercitu ſtatim profectus, idoneum in lo-
cum hoſtibus occurſurus contendit. Quo in itinere cum Vſdrilæ caſum per-
Totilas ad hoſtē contendit. didiciſſet, & hoſtes Ariminum præteriſſe, Thuſciam omnem hos conquiren
do emenſus, ad Apenninum montem peruenit, ibique caſtris locatis, vicum
quàmproximè conſtitit, quem Taginam vocant. Eódem & Romanorum ex-
ercitus duce Narſete non paruo poſt temporis interuallo adueniens, ſtati-
uis habitis procul ab hoſtium caſtris ſtadijs centum in ipſa planicie manſit,
ei loco propinqua, in quo Romanorum tradunt Imperatorem Camillum
potitum victoria Gallorum quondam innumeram multitudinem trucidaſ-
ſe: cuius illatæ ob memoriam cladis, vel ad noſtra hæc tempora Gallorum
buſta locus hic dicitur. nam & adhuc tumuli interfectorum viſuntur, & fre-
quentiſſimi. Narſes itaque viris ad Totilam idoneis miſſis, hominem com-
monefacerent imperauit, vt bello depoſito quandoque tandem de pace
conſuleret, ſecumque id reputaret, ſe quidem hominibus paucis quibuſdam
pręeſſe, recenſque & temerè in vnum contractis, nec vllo pacto diutius poſ-
ſe cum vniuerſo Romanorum imperio decertare. Ad cætera & illud iniun-
xit, quòd ſi belli cupidum eum viderent, iuberent ſtatim vt diem ad pugnam
Narſetis pruden-tia. ſtatueret. Legati igitur quum Totilæ in conſpectum veniſſent, Narſetis iuſſa
mox peragunt. Sed Totilas iam inſolens factus & iactabundus, pugnan-
dum omnino his eſſe reſpondit. Tum verò legati: O ſtrenue, inquiunt, cer-
tum aliquod pugnæ ſtatue tempus. at ille, octauum in diem prælio vnà de-
cernemus. Legati deinde quum in caſtra rediſſent, conuentum inter ſe
& Totilam ad pugnam diem Narſeti denunciant. Sed is Totilam ſuſpica-
tus dolos animo agitare, ſic ſe præparabat, vt in alterum diem dimicaturus:

nec ſanè hunc ſuſpicio ea fefellit. nam & poſtera Totilas die cum vniuerſo exercitu in conſpectum mox affuit. Iamque ex aduerſo vtrique cōſederant, nec ab inuicem longius, quàm ad ſagittæ duplicem iactum. Erat autem intermedius breuior collis, quem præoccupandi vtriſq; ſtudium fuerat, vt ſibi hunc fore peridoneum ratis, vnde à dextera poſſent hoſtem ferire: & loca quidem ea in parte (vt antea diximus) prominentia erant, atque adeo vt circumuenire à tergo hoſtem aliunde Romani non poſſent, niſi ex calle quodā colli propinquiore. Neceſſe itaque erat, vt maioris vtriq; hunc facerent collem, & præoccupare tentarent; Gothi quidem, vt hoſtes in pugna circumeūdo dubios redderent; Romani, ne dolo capi ſe paterentur. Sed Narſes præueniendo quinquaginta ex peditum cohorte delectos, nocte intempeſta eū in collem dimiſit, vt occupatum tenerent. Tum illi nullis ſe hoſtium prohibentibus, in collem quum deniq; euaſiſſent, taciti quieſcebant. Ad huius verò collis radices torrens præterfluit quidam, & ab eo non procul calle, cuius & nuper meminimus, ex aduerſoq; loci, in quo caſtra Gothi locauerant, labitur. Quinquaginta itaq; illi inter ſe & ex ordine cōglobati in phalangem, vt in anguſto, conſtiterant: Totilas verò vbi primum illuxit, hos conſpicatus, inde propellere ſummo ſtudio niti: vnde in eos ſtatim equitum turma immiſſa his imperat, vt de colle hoſtes extemplo reijcerent. Equites itaque Gothi tumultuoſius ac magnis clamoribus in quinquaginta illos ſic irruunt, perinde hos vocibus tantùm ac repentius ſublaturi. Sed illi in arctum ſeſe colligendo, ſcutiſque loco ex neceſſitate obſtructo vnà conſtitere: quos inde Gothi celerius inuadendo turbandoque inſectati, haudquaquam loco mouerunt, quum milites illi vmbonum impulſione, ac telorū crebro diuerberatu, ſuoque ordine ſtantes, in ſubeuntes validiſſimè depugnarent: nam & de induſtria ad terrorem clypeis concrepare territareque hac arte aſtuque equos, & lanceis viros inceſſere. Tum verò retrocedere præ pauore equos videres, vt loci difficultatibus, ita & clypeorum ſonitu perturbatos: quumque nuſpiam eſſet, qua poſſent pauefacti euadere, cum iis vt nil voci obtemperantibus & equites ipſi trucidabantur, qui cum Romanis tam benè munitis, & ne veſtigium quidem cedentibus dimicarent. Quo factum, vt in principio Gothi repulſi retrò iam cederent, rurſusque pugnam tentantes quum eadem paterētur, pedem protinus referebant, ac ſæpius demum ita refugientes fuſi fugatique ſunt: vnde his in caſtra ſe referentibus, alteram Totilas equitum alam ad eam rem peragēdam ſummiſit. Quibus nil ſecus ac primi refugientibus, alij tertiò ſummittuntur. Totilas itaq; quum turmas iam equitum multas aduerſus Romanos per vices ſic tranſmiſiſſet, & cum his omnibus nil penitus effeciſſet, deſperata re tandem ab incœpto mox deſtitit. Qua ex re Romani milites illi quinquaginta pro nauata tam impigrè opera gloriam retulere ingentem. His demum peractis, vtrique ſe ad acie decernendum parare. Sed Narſes anguſtiore in loco contracto exercitu, huiuſmodi verbis hunc cœpit ad rem gerendam hortari. Hoſtibus his quidem, ô milites, qui ex aduerſo ſunt ad certamen inſtructi, adhortatione forſitan maiore eſt opus, quæ ad animi promptitudinem excitet, quà ſibi victoriam referant: vobis vero, ô viri, quibus vt ob innatam virtutem, ita & belli ob decora, & ad hæc inſuper ob apparatum multitudinemq;, quādoquidem cum longè inferioribus pugna eſt ineunda, nil aliud reor neceſſarium fore, niſi deo vt ipſo propitio in aciem nunc prodeatis, continenterq; veſtris hunc pro meritis in ſocium nacti, de iſtis prædonibus maximo cum eorum contemptu victoriam referatis: qui magno Imperatori, etſi à principio ſeruitute obſtricti fuiſſent, fugitiui tamen effecti, tyranno ſibi è turba homine conſtituto, Romanum Imperium aliquandiu & furaciter perturbarunt: tametſi iſtos exiſtimauerit quiſpiam vtanimo

Narſetis ſtrategema.

Narſetis ad ſuos exhortatio.

decentiora verſantes, haudquaquam nobis in acie nunc occurſuros. Quòd ſi vt mortis cupidiores ex temeraria audacia aliqua & furibunda pręſe petulantiam tulerint, apertamq; & certiorem ſibi audeant mortem deligere, profectò his nihil euenit, quod ex fortunæ caſibus præſtolantur, ſed pro eorum vita factisq; diuino ipſo ex numine in ſupplicia adigentur, vt qui ſpõte ſe in tormenta proripiant, quibus fuerant iam pridem afficiendi. Cæterum vt iſta omittam, vos quidem pro æquitate proque Republica eſtis decertando in aciem prodituri: hi verò res innouando, vel ſuis quidem quum inter ſe legibus prorſus diffideant, & ad poſteros nihil ſe tranſmiſſuros expectent, deperituraq; ſecum omnia putent, ex Ariana conſuetudine ad dei vnius ſpem viuunt. Fit itaq; vt contemnendi permaximè ſint. nam quę nec legib. conſtant, nec optimis quibuſuis inſtitutis, ab omni virtute deſtituantur neceſſe eſt. His Narſes quum ſuos commonuiſſet, Totilas ipſe Romanorum copias admiratus, & ſuis ad ſe conuocatis orationẽ huiuſmodi habuit. Poſtremò vos nũc, ô viri commilitones, commoniturus hunc in locum vt conueniretis effeci. nam poſt id hodiernum certamen, nulla opus fore exhortatione de cætero duxerim: ſed vnus hic dies vniuerſum bellum decernet. adeo nanq; nos omnes Iuſtinianumq; Imperatorem debilitatos iam eſſe perſpicuum eſt, vireſq; nobis vtriſq; omnes continenter pugnando, & calamitatibus tandiu inſueſcendo ſic interciſas fuiſſe, vt ſi hoc prælio hoſtes vicerimus, haudquaquam repetituri nos aliàs ſint: ſin verò deuicti ſuccubuerimus, nulla erit redintegrãdi id bellum Gothis ſpes reliqua. Vtriq; tamen ſat ſumus ad iuſtam perinde quietis excuſationem victoriam habituri. mortales nanque cum ipſis ex reb. quæ deteriora ſunt, ſemel delegerint, ad ea redire haudquaquam de cætero audebunt, vel neceſſitate ad id impellente, cum voluntate hæc ipſa refugiãt, malorum recordatione animos territante. Hæc milites cum ex me acceperitis, enixè operam hoc bello nauate. non enim in aliud tempus animi differẽda eſt virtus, inſudate inquam enixius, nec in aliud id corpus diſcrimen vllũ ſeruate, non equis, non armis nunc parcite, vt vlli poſthac vobis vſui affuturis. Fortuna ſiquidem cæteris rebus protritis, ſpei duntaxat ſummam in hũc diem ſeruauit. Quocirca animi vobis exercenda eſt magnitudo, & ad audendum vos præparate. nam quibus ſpes dubia eſt, vt in præſentia vobis, nec breuiſſimum quidem momentum excidiſſe conduxerit. temporis ſiquidem vbi occaſio ipſa rei bene gerendæ præterijt, inutile proculdubio fit, quodcunque poſthac impenditur ſtudij, vel ſi id quidem permaximum fuerit, rerum natura ſuperuacaneam nil admittente virtutem. nam & prætereunte neceſſitate, vel ea quæ impoſterum fiunt, vana & inania ſint, & nil opportuna, neceſſarium eſt. Arbitror itaque vos perdecere, vt opportuniſſimo tempore, & impigrè factis certamen aggrediamini, vt bonis ex hoc prodeuntibus vti poſſitis. Sed illud interea ſcire vos velim, letiferam fugam omnibus fore. Fugere nanque iccirco homines ſolent, aciemque ac ſigna deſerere, vt eſſe ſuperſtites queant. Quòd ſi mortem, & hanc quidem conſpicuam illatura eſt fuga, profectò qui diſcrimen ſubierit, longe tutior erit, quàm qui fugam capeſſerit. Hoſtium contemnenda vobis erit hæc turba, ex varia hominum colluuione inuicem coëuntium facta, quæ vtique cum multis ex locis auxilia & ſocietates contraxerit, nec fide quidem, nec viribus valet, ſed vt nationibus eſt interſciſſa, ita & meritò diuiſa ſententijs. Non enim exiſtimetis Hunnos, Longobardoſque, & Erulos, quos Romani mercenarios habent, pecuniaque conductos, mortis diſcrimen pro his prælio ſubituros, vt quibus non tam parui anima ſit, vt argento inferior habeatur. Sed ipſe equidem iam ſatis intelligo, iſtorum tam varios milites, non vltro in nos impetum ac ſtatim facturos, vt videantur potius bellum geſturi,

Totila ad ſuos concio.

geſturi, quàm vel mercedem mereantur acceptam, vel ſuis vt pareant ducibus. nam & hominibus vel ea quidem, quæ ſuauiſſima ſunt, nedum hoſtilia dixerim, ni ſponte ſua vltroque geſſerint, ſed inuiti fortè coactique operam precio locent, haudquaquam ſunt voluptati futura, ſed laborioſa potius videbuntur, dũ cogit neceſſitas. Hac igitur rerum recordatione, & animi promptitudine imus in hoſtem. Hæc vbi Totilas perorauit, ad pugnam vtrinq; cogebantur exercitus, & hunc in modum inſtructæ copiæ conſtitere. verſa in inuicem facie acies vtræque ſtabant. profundiſſimam duces phalangem effecerant, fronte ipſa extenuatam oblongamq;. Sed lęuum Romanorum cornu Narſes Ioannesq; circa collem tenebant, & cum his ſimul quicquid erat in Romano exercitu roboris iungebatur. Sequebantur deinde pręter barbaros Hunnos, haſtati alij, peltatiq; milites, & delectorum virorum vis ingens. Dextro in cornu Valerianus, Ioannesque Fagas, & Dagiſteus cum cæteris Romanis conſtiterant, pedites ſagittarij vtrinque à lateribus erant: In phalange autem media Narſes Longobardos Erulorumq; gentem, ac cæteros barbaros collocarat, ex equis deſcendere iuſſos, & peditum loco manere, ne fortè ipſo in prælio vel formidine caperentur, vel vltrò timorem diſſimularēt, ſed ad obtemperandum vt paratiores efficeret. In læuo autem cornu poſtrema Narſes ipſe tenebat, & Romani poſiti in fronte erant, equitum in ea quinq; milibus conſtitutis; è quibus mille & quingentos præmonuit, Romanis vt ſtatim auxilio eſſent, ſi quos fortè terga vertere contigiſſet: reliquis verò iniunxit, quum primum rem aggredi hoſtium peditatus cœpiſſet, poſt terga his protinus comparerent, & dubios redderent. Eundem in modum & Totilas in hoſtes copias omnes inſtructas produxit, ſuasque acies obeundo ad audendum milites ſuos hortari, & animos his vultu verbisque facere: id ipſum & Narſes ſatagere, diuerſa futuræ victoriæ præmia haſtilibus imponendo, & ad ſubeundum belli diſcrimen incitamenta omnibus oſtentare. Sed aliquandiu cum ex aduerſo hi conſtitiſſent, neutra ex parte cœptum eſt prælium, vtriſque per hoſtem in ſe primo impetum fieri opperientibus. Vnus deinde quidam è Gothorum exercitu, Docas nomine, bellicę induſtriæ famam adeptus, equo in hoſtem adacto, quàm proximè Romanorum ad caſtra peruenit & ad ſingulare certamen ſtrenuè prouocat, qui ſecum velit armis confligere. Fuerat is autem Docas ex eo militum numero, qui ex Romano exercitu omnium primi ad Totilam vltrò conceſſerant. Tum illi è Narſetis haſtatis militibus quidam ſtatim occurrit Armenius genere, equo & ipſe vectus. At Docas in hoſtem aduerſus ſe venientem prior proceſſit, ventrem illi vt lancea percuſſurus: ſed Armenius ille in alteram partem equo ſubducto, periculum declinauit, & in ſe irruentis ſuperuacaneum impetum fecit: ipſe verò in hoſtem conuerſus, dexterum illi in latus telum adegit. Quo ex vulnere Gothus ex equo moribundus prolabitur, proſtratusque iacuit. Ingens deinde per Romanum exercitum ex re bene geſta clamor attollitur. Rebus igitur ita peractis, à neutris tamen adhuc pugnę initium fieri. Sed ſolus Totilas medium in campum prodire, non ſingulare initurus certamē, ſed vt tempus extraheret. Gothorum nanque duo milia equitum, qui ad ſe haud dum venerant, quum appropinquare iam accepiſſet, in eorum aduentum protrahere prælium nitebatur, & aliâs haudquaquam ſe indignum putabat, hoſtibus ſe oſtentare, qualis quantusque eſſet. nam ad cætera ornamenta armis indutus proceſſerat auro abunde celatis, ex equique vt ornatiſſimis phaleris, ita & pilo ac lancea noſcitabatur, purpureaque & regia veſte, & ex equo ipſo præcipue, quo ille miræ magnitudinis vehebatur: in medio autem campo vt bellicæ artis peritus ac ludibundus proceſſerat, equum diuerſim calcaribus concitando in orbem frenis agiliter agere, obequitandoque telum in au-

Acies Narſetis.

Docas ad duellū Rom. prouocat.

Prouocator occiditur.

Totilas equeſtris rei peritiam hoſtibus demōſtrat

rás ſurſum verſus aptè diuerberare, & ipſum id rurſum ad terram delatū im-
pigrè excipere, momentoq; temporis exceptum vibrare, & eodem alternis
per manus translato, gloriæ id artis plurimū ducere, ſupinandoq; ſe deſuper
equum, inclinandoque vtrinq; ad terram & viciſſim in latera, vt qui à pueris
fuiſſet deſultandi ac tripudiandi artem edoctus, & ludicra hæc peragendo, à
prima luce ad multum diei hic tempus extraxerat; vt qui longiores vellet ad
pugnandum moras producere. Vnde & ad Romanorum caſtra tranſmiſit qui
nunciaret, colloqui cum præfecto ſe velle prius, quàm prælium iniretur. Nar
ſes verò ludificari ſe hunc affirmabat, & fallacijs agere, quandoquidem prin
cipio ſtatim, quū acie ſecū confligere cuperet, ad colloquendum loci ſatis fu-
iſſet: nunc verò vbi in medium prodijt campum, ad colloquia tandem deſcē
derit. Dum hæc interea peraguntur, ad Totilam equitum duo milia expecta-
ta tandiu venere, quorum ipſe aduentum quum cognouiſſet, cibū omnes vt
caperent, imperauit. Id ipſum & Romani acie reſoluta, & ſigno receptui dato
mox faciunt. Sed Totilas vbi ſe in ſtatiua recepit, duob. milibus equitū pran-
dere etiam iuſſis, vt ad huc erat armis indutus, & ſuis hominib. militum more
armatis aſtantibus, extemplo in hoſtem educit exercitum, incautos improui
ſosq; ſe inuaſurum Romanos ratus, quos tamen ne hac quidem arte impara
Narſetis circumſpectio. tos deprehēdit. Narſes nanq; iam antea veritus, quod demum euenit, ne de
improuiſo ſe hoſtes aggrederentur, ſuis omnibus iubendo denunciarat, nul
lo pacto vel prandium ſumerent, vel ſomnum capeſſerent, vel arma prorſus
deponerent, vel equis remitterent frenos. Hos tamen haudquaquam omni-
no impaſtos dimiſit, ſed vt instructi paratiq; erant, cibum vt caperent, iuſſit
continenterq; in hoſtes intenti illorum opperirentur inſultum. Haud tamen
eodem hi ordine conſtitere, quo antea fuerant inſtructi. Romani nanque, in
quibus ſagittariorum quaterna milia erant, in ſemilunaris circuli ſeſe cōtra-
xerant ſpeciem. Gothi verò poſt equites locati omnes aſtabāt, vt ſi fortè qui
ex equis pugnabant, ab hoſtibus fugarentur, ad peditatum ſtatim refugiētes
ſeſe in tutum reciperent, vnaq; rurſum in hoſtem procederent. Prædictū au-
Erratū Totilæ. tem Gothis per Totilam fuerat, ne quoquam pacto ſagittis, vel alio telorum
genere, præterquam pilo, in prælio vterenrentur. Qua ex re Totilam cōſtat
contra militarem id diſciplinam, & inconſultè feciſſe, vt qui in pugna hac in
eunda, neſcio quo nam perſuaſu inductus, hoſtibus ſuas copias præbuit, nec
armis quidem, nec ordine, nec vlla re alia pares, quum Romani ipſi quouis
armorum genere, vt erat cuiq; opportunum, in prælio vterentur, ſiue ſagittis
feriēdus hoſtis eſſet, ſiue telo reijciēdus, ſiue necandus enſe, ſiue aliud quip
piam exequendum. Ad hæc accedebat, quòd Romanorum equites ipſi ac pe
dites in aciem conſtituti, vt erat neceſſe, in vnum coibant, & ita, vt alibi à ter-
go hoſtem circumuenirent, alibi verò in ſe venientem excipiendo & reſiſtē-
do clypeis propulſarent impreſſionem. Gothorum verò equitatus ſuis poſt
terga relictis, confiſus peditibus, & pilorum fiducia audendo, temerè quum
ſe in hoſtem inferret, mediaq; in acie verſaretur, ſuæ temeritatis pœnas mox
luit. Hi nanq;, quum ſe confertos in hoſtes proripiunt, dum inconſideratius
in aciem ruunt, nil prorſus aduertunt, intra octo milium hominum pedita-
tum ſe perueniſſe, vnde ſagittis quum vndique peterentur, ſui iam deſperan-
tes, vt ab vtroque ſagittariorum cornu inter ſe coëuntium circumuenti pau-
cis euadentibus cadunt. multos mortalium hoc prelio Gothi, equorūq; vim
maximam amiſerunt. tametſi vbi cum hoſte vix dum manus conſeruiſſent,
& iam eſſent inſanabilibus malis affecti, vix tandem perpauci quidam ad in-
Alacritas omniū in exercitu Narſetis. ſtructas ſuorum peditum acies penetrarint. Sed hoc equidem prælio
Romanorum'ne aliquos, an ſociorum & barbarorum ex re nauiter geſta
magis demirer incertum eſt, quum ſatis conſtet, vnam omnium ac ſimilem

animi

animi promptitudinem & virtutem fuiſſe, idemque certaminis ſtudium, quandoquidem ſinguli hoſtium ſe inuadentium impetus fortiſſimè repugnando retuderint. Iamque ſerum diei erat, & derepente vtrique loco moti exercitus ſunt, Gothorum quidem in fugam, Romanorum verò vt fugientes inſectarentur. non enim Gothi Romanis ſe inſectantibus quoquam pacto conando, fugamve ſiſtendo obnitebantur, vel vim propulſabant, ſed ſe inuadentibus cedere, & effusè in fugam verti, ſuaque met multitudine impediti, turbationeve territi, ad vires, quibus ſe tuerentur, haudquaquam reſpicere, quin potius vmbris perinde inquietati ac pauefacti, fugam capeſſere. Gothorum itaque equites quum ad ſuos ſe pedites retuliſſent, fugam pauoremque auxere, non enim ex ordine diſceſſione tunc facta ad ſuos ſe inſectantes aggrediebantur, vel pugnę ſaltem præ ſe ſpeciem ferre; ſed temerè trepidanterque omnia exequi, ordinesque ſuos turbare: vnde factum, vt eorum plerique ab hoſtium equitatu oppreſſi ceciderint, & pedites ipſi nec ſuos ad ſe receperint equites, nec agmine conſtiterint vno, vt hos tuerentur, ſalutique forent: ſed cum equitibus ſimul & ipſi curſu effuſo, ſe ita in fugam proripuere, vt in nocturno veluti concurſu ſua met omnes impreſſione eo in prælio perderentur. Romani præterea milites fugientium pauore freti, inclementius trucidabant, quos nacti è propinquo fuiſſent: quum illi quidem nec ſe tuerentur, nec ex aduerſo victorem in hoſtem attollere oculos auderent, ſed his potius ſe exhiberent, vt pro arbitrio vterentur. adeo illos vel occupauerat pauor, vel terror inſederat. Gothorum itaq; eo in prælio ſex milia ceciderunt, multi ſe hoſtibus dedidere: qui fortè viui in poteſtatem capti peruenerant, paulopòſt ad vnum omnes necantur: nec Gothi ſolùm peribant, ſed ex veteribus & Romanis militibus plurimi, qui fortè ad Gothos vltrò transfugerant. Cæteri verò è Gothorum exercitu, qui bello ſuperfuere, delitescendo vel fugiendo euadunt, vt quiſq; fuerat vel equũ celerem nactus, vel pedibus valuit, vel fortuna. Hunc igitur id prælium habuit finem, iamq; & nox ſuperueniens vniuerſa obtenebrarat. tunc demũ & Totilas cum quinque duntaxat militibus fugit. Sed hunc fugientem Romanorũ nonnulli inſectabantur, ignari prorſus eum Totilã eſſe, quos inter & Asbadus aderat Gepes, qui ſtatim Totilam è propinquo adeptus, vt telo feriret, inuaſit. in eo inſultu adoleſcentulus ex Totilæ fortè familia quidam, præſentẽ ægrè domini ferens fortunã, fugientem ſubſequebatur. Vt primùm Asbadum aduertit in Totilam irruentem: Quid canis, inquit inclamitans, irruis dominum percuſſurus nunc meum? At ille nil territus qãnta vi maxima potuit in Totilam telum intorſit, ipſe verò à Scipuardo, qui Totilæ fugienti aderat comes, in pedem ictus perſequi non vltra hunc potuit, ſed Scipuardus & ipſe ab hoſte ſe inſectante percuſſus mox conſtitit. milites verò quaterni, qui cum Asbado hoſtes inſequebantur, hunc vt ſaluum in caſtra reducerent, Gothos de cætero inſectari deſiſtunt, qui tamen Romanos adhuc ſe inſequi rati, curſum tenebant, & Totilam letali affectum iam vulnere, & animam ferè exhalantem abducere celerius cogebantur. Stadijs itaque quatuor & octoginta fugiendo peractis, ad locum Capras nomine veniunt, vbi à fuga deniq; quieſcentes, Totilæ vulnus curabant. ex quo paulo pòſt morientem funere procurato terræ recondunt, ipſiq; inde mox abeunt. Is itaque Totilæ fuit & imperij ac vitæ finis, cum Gothis annos vndecim præfuiſſet. nec ſanè rebus per eum primùm tam feliciter geſtis par exitus fuit. Sed in hoc verò fortuna, quàm humana hæc ſæpe extollat, ac deprimat rurſum, quantúmve in ſe habeat temeritatis & inconſtantiæ, præ ſe facilè tulit. quippe quæ Totilæ vt leui de cauſa diutinam contulit vltrò felicitatem, ita temerario ſuo quodam impulſu pauorem ſimul ac mortem iniecit. Sed Totilam è vita iam exceſſiſſe quum Romanos lateret, fœmina his quædam, & Gothicæ gentis, om-

Gothorum fuga turpiſſima.

Maxima Gothorum clades.

Totilæ fuga.

Totilas ab Asbado letale vulnus accipit.

Totilas moritur

Totilas exemplum viciſſitudinis rerum humanarum.

nium prima denunciauit, locumque ſimul, in quo defoſſus iam fuerat, oſtenſuram ſe dixit. Tum illi quum id accepiſſent, nil ſani ineſſe fœminæ dictis tunc rati, eum ad locum confeſtim perueniunt, impigreque humo effoſſa, Totilam inde mortuum efferunt: quo ſatis ſuperque iam cognito, expletaque ex eius ſpectaculo hoſtili cupiditate, in terram iterato recondunt, ad Narſetemque rem deferunt omnem. Alij tamen haudquaquam hoc pacto Totilam interijſſe affirmant, ſed modo alio quodam, quem in præſenti deſcribere non abſurdum fore exiſtimaui. Feruntnanque nil temerè Gothorum exercitum fugæ ſe commendaſſe, ſed immittentibus ſagittas Romanis, ex his alteram item atq; alteram non tam ſagittantis prudentia, quàm caſu delatam in Totilam incidiſſe, vt qui in gregarij militis ſpeciem armatus inſtructusque, eo in loco conſtiterat, vbi phalangis pars erat neglectior, quum nollet ab hoſtibus noſcitari, illum tamen mortifero affectum vulnere, præ dolore ingenti acie exceſſiſſe, cum paucis quibuſdam ſe ſubſequentibus equo auectum, ad Capras (id loco nomen) veniſſe, ibique vulnus curantem obijſſe non longe poſt mortem. Gothorum deinde exercitum, etſi bello hoſtibus imparem, duce amiſſo, plurimum fuiſſe id demiratos, ſi non Totilam hoſtes per inſidias occidiſſent. vnde perterritos, & planè exanimes factos, turpem in fugam ſe denique conieciſſe. Narſes itaque ex re bene geſta lætior factus, id omne deo acceptum, vt erat in vero, indeſinenter referre. Conuerſus deinde ad ea, quæ proxima erant, adminiſtrandum; Longobardorum in primis nefanda facinora ſe in expeditionem ſequentium, vindicare ſimul & expiare curauit. Illi nanque ad cæteram vitæ factorumque impietatem & ſcelus, vel ædificia ipſa, in quæ fortè diuerterant, iniuſſi cremabant, ſtuprumque fœminis, & vim inferebant, ſacras in ædes refugientibus. Vnde magna pecunia hos primùm donatos ad proprios redire penates permiſit, Valeriano Damianoque ſuis cum copijs ducibus traditis, qui eos tamdin deducerent, quoad in Romanorum confinia perueniſſent, & illis iniunctum, vt ſine aliorum iniuria pertranſirent. Longobardis itaque Romanæ ditionis excedentibus terras, Valerianus circa Veronam, & hanc obſeſſurus redacturusque Romanorum in poteſtatem, caſtra locauit. Gothi verò, qui in eius loci præſidio erant, hoſtium ex inſperato aduentu perterrefacti, cum Valeriano in colloquium veniunt, & ſimul huic pollicentur, vrbem ſe illi, ac ſuos non longe pòſt dedituros. Quam rem Franci cùm accepiſſent, præſidia, quæcunque in Venetos Gothi, & loca haberent, præoccupare; conuentaque omnia inter hos facta de Verona vrbe tradenda promptius impedire, eaque terra Romanos, vt ſibi debita, enixè, & dignum denique ducere, per ſe hanc eſſe recuperandam. Vnde Valerianus re inde infecta diſcedere cogitur. Ex Totilæ autem copijs, qui nuper è prælio integri euaſere, flumine Pado traiecto, cum his, qui in Picentibus & ea è regione loca tenerent, Teiam ſibi in ducem conſtituunt, qui inuentis pecunijs omnibus per Totilam paulo antè in Picente depoſitis, in belli ſocietatem Francos aſciſcere animo agitabat, & Gothos interea vndequaque moderando ornandoque contrahere ad ſe ſatagebat. Quod vbi primùm Narſes accepit, iuſſo Valeriano ſuis cum copijs Padum vt fluuium cuſtodiret, ne pro arbitrio Gothi & licentius inter ſe conuenirent, ipſe cum cætero exercitu Romam contendit. Cumque in Thuſciam perueniſſet, Narniam Spoletumque deditione mox cepit. Quæ oppida quum ſine mœnibus eſſent, præſidio ibi relicto edicit, ocyus vt muri tantundem extruerent, quantum antehac Gothi proſtrauerant. Peruſiam deinde tranſmiſit, qui præſidium pertentarent. Cui tum * Melidius Vliſiusque præerant, à Romanis ad Gothos transfugæ aliàs facti: quorum alter, & is quidem Vliſius quum Cypriani miles fuiſſet, à Totila

Alia interitum Totilæ narratio

Narſetis pietas.

Longobardi propter admiſſa ſcelera exauctorati

Franci res imp. impediunt.

Teias rex Gothorum.

Narſes victor multa recuperat

** Meligedius & Vliſbus aliàs.*

Totila pleraque pollicente ſuaſus, Cyprianum paulo antè præſid.j eiuſdem præfectum per fraudem obtruncarat. Melidius verò Narſetis poſtulationi aſſenſus, de Peruſia Romanis prodenda, ſuis cū militibus conſultabat. Tunc itaque & qui ſub Vliſio erant, cognitis ſtatim, quæ querebantur, apertè ſe ad Melidium conferunt, & Vliſius inde cum paucis beneficiarijs ſuis ab his interficitur. Tunc demum Melidius Romanis Peruſiam tradit. Sed Vliſio diuinitus ea illata eſt mortis pœna. Nam & eodem interijt loco, quo & Cyprianum antea obtruncarat. Gothi autem, qui Romam cuſtodiebant, vbi Narſetem & Romanorum exercitum acceperunt in ſe aduentare, & in propinquo iam eſſe, ſtrenuè ſe præparabant, his vt pro viribus occurſarent. Sed quum demum hi animo agitaſſent, ad eam ſe paucitatem redactos, vt haudquaquam vrbis mœnia vniuerſa cuſtodire ſat commodè poſſent, breui admodum ædificio circa Adriani molem complexi, eodemque priori muro annexo in præſidij formam mox redigunt, ibiq; precioſiſſimis rebus depoſitis, diligentiſſimè præſidium id aſſeruabant, vrbis mœnibus cæteriſq; deſtitutis ac planè neglectis. Sed inuadentium hoſtium facturi periculum, paucis ad eius præſidij relictis cuſtodiam, murorum in propugnacula ſe contulerunt, mœniumque tamen ambitum omnem præ longitudine nimia, nec inuadentes quidem Romani poterant circumire, nec Gothi ſeruare: vnde factum, vt quum Romani mœnia vrbis ſparſim, & vt cuique licuit, aggrederentur, Gothi ipſi obſiſtendo pro viribus defenſarent. Sed Narſes ſagittariorum vi magna producta, mœnium dum partem vnam oppugnat, alteram Ioannes inuadit, ad aliam deinceps Erulis ſe ſubſequentibus, & nauantibus operam, Philimuth ſuccedit. Hos inde cæteri inſecuti longoque interuallo diſtantes, muros viriliter impugnabant. Tum verò barbari per ſe inuicem coëundo impetum Romanorum excipere ac ſtrenuè repugnare. Itaque dum eà ingruunt Gothi, quà & Romani muros adorirentur, relinqnebatur ſine vllo præſidio muri pars quædam, & cuſtodibus vacua: ad quam Dagiſteus præfectus, Narſetis imperio inferri ſigna mox iuſſit, copiaſque ductauit, & numero ſcalis ingenti admotis, nemine defendente in muros euadit, & nullo negocio cum ſuis militibus vrbem ingreditur, proq; arbitrio aperit portas. Quod vbi Gothi factum ſenſere, ſine vllo priſtinæ virtutis reſpectu, fugam quocunque tum licuit, vniuerſi capeſſunt, partimque intra præſidium ſe receperunt, partim ad Portum vrbem contendunt. Hæc me narrantem cogitatio ſubit, quo nam modo humana hæc & præſentia fortuna ipſa variando eludat, cum haudquaquam eadem ſe ſemper mortalibus præbeat, nec æquis hos oculis conſpicetur, ſed pro tempore ſimul immutetur & cauſis, hiſque ludificari appareat calamitoſorum hominum dignitatem, hanc ſæpius commutando. Beſſas ſiquidem nobis primùm vrbe Roma deperdita, paulo pòſt in Lazico agro Petram oppidum amiſſum recuperauit. Contrà verò Dagiſteus cùm Petram eandem hanc hoſtibus permiſiſſet, momento temporis paruo, Romam Imperatori reſtituit. Sed hæc quidem vel à mundi ſunt primordijs facta, & vt fiant ſemper neceſſe eſt, quoad fortunæ nutibus mortales reguntur. Tunc igitur Narſes cum vniuerſo exercitu expugnaturus barbarorum præſidium prodijt. cuius terrore barbari capti, fide pro eorum pacta ſalute accepta, ſeipſos ſtatim & Adriani molis præſidium dedunt, quarto & vigeſimo Iuſtiniani imperij anno, quum annum antehac quintum, quo is ceperat imperare, capta vrbs Roma à barbaris ſit. Narſes inde recepto vrbis præſidio, claues extemplò ad Imperatorem Byzantium miſit. Vrbe Roma recuperata, apertiſſimum fuit mortalibus argumentum, hiſce hominibus, quibus cùm malè agi occœptum eſſet, neceſſarium fore aduerſa ſemper contingere: & quæ feliciora fuere, in perni-

Exemplum pænæ diuinæ.

Romam Narſes accedit.

Romam Narſes capit.

Viciſſitudines rerum humanarum.

Claues vrbis tertiò miſſæ ad imper.

ciem vetti. Plerique nimirum, poſt adeptam ex voto iam libertatem, & poſt declinata pericula, vel cum eadem fortunæ ſæpius indulgentia diſperditum eunt. In Romanos nanque, vt ſenatorios, ita & è plebe tunc homines, parta

Sæuitum in ciues Rom. & patricios.

hæc per Narſetem victoria, liuoris & odij maior longe cauſa fuit. Gothi nanque iam fugientes recuperandæ Italiæ ſpe deſtituti, iter incaſſum quum facerent, quos ex Romanis obuios habuere, deſæuiendo obtruncant: & è Romano exercitu quos in primo ipſo vrbis per ſe captæ ingreſſu fortè offenderant, pro hoſtibus vſi interfecerunt. Ad hæc præterea & illud acceſſit, quòd patritij viri plerique, qui Totilæ ipſius imperio poſt redactam in poteſtatem vrbem, in Campaniæ loca ſeceſſerant, vbi vrbem teneri per Romanum exercitum cognouere, & è Campania ſe domum referrent, Gothi ipſi re cognita, qui per id tempus in proximis præſidijs erant, patritios paſſim ea regione & diligentius conquiſitos interficere; quos inter & Maximus fuit, cuius & ſuprà meminimus. Iam enim & antea Totilas, quum ex vrbe occurſurus Narſeti prodiret, primorum quorundam contractis ad ſe ciuium liberis, ex hisque trecentorum ad numerum pro voluntate quibuſque delectis, quos egregia eſſe corporis ſpecie viderat, & parentibus compellatis vitæ comites ſe hos habiturum, obſidũ loco detinuit, & trans Padum abire mox iuſſit, quos inde Teias ea è regione conuentos, ad vnũ omnes necauit. * Ra-

** Roganes ſup.*
† Bacurio Peranio.

gnares verò vir Gothus, qui Tarentino præſidio præerat, & à †Pacurio Romano Hydrunti præfecto pro Imperatoris arbitrio fide accepta ad Romanos ſe conceſſurum promiſerat, dediturumque vrbem, vt ſuprà iam diximus, & ea de cauſa ſenos Romanis Gothos obſides dederat, poſtquam Teiam accepit Imperatorem Gothis creatum, Francosque hunc eius in auxilium traducturum, ac eum vniuerſo velle exercitu in hoſtes contendere; exequi quæ pollicitus fuerat, de cætero noluit: quumque ſtudio obſides ſuos recuperandi nimio teneretur, & ei rei intenderet animum, id doli excogitauit, Ad Pacurium Romanum mox mittit, qui ſuo nomine peteret, Romano-

Ragnaris dolus, pro recuperandis obſidibus.

rum aliquot ſibi vt militum deſtinaret, quibus cùm Hydruntem ſe tutò tranſferret, indeque Ionico ſinu tranſmiſſo Byzantium deferretur. Pacurius verò, quid alias ſibi Gothus vir vellet, prorſus ignarus, è ſuis militibus quinquaginta ad Ragnarem mittit, quos ille intra præſidium ſtatim admiſſos, in arcto coërcuit, Pacurioque ipſi ſignificauit, ſi ſuos ad ſe miſſos redimere milites velit, neceſſarium fore, Gothos ſibi, quos obſides haberet, reſtituat. His auditis Pacurius, paucis quibuſdam ad cuſtodiam Hydrunti dimiſſis,

Ragnaris immanitas.

cum cæteris copijs extemplò aduerſus hoſtem contendit. Ragnares verò nulla interpoſita mora quinquaginta illis Romanis militibus interfectis, hoſtibus occurſurus ex Tarento Gothos eduxit. Vbi verò manus conſeruere, victis prælio Gothis Ragnares ipſe non parua accepta ſuorum iactura, cum reliquis curſu citato elabitur: quumque ſe Tarentum recipere nullo pacto iam poſſet, circumſiſtentibus vndequaque Romanis, Acherontidam venit. Romani verò Narſete duce, vt iam Roma potiti, Portum non longe pòſt obſidendo in poteſtatem recipiunt, & in Thuſciam ſimul præſidium, quod Ne-

Teias Francos allicere ad defenſionẽ ſui nititur.

petes dicitur. Teias interea, vt qui ſuas Romanis non pares bello fore copias duceret, ad Theudibaldum Francorum principem miſit, qui magnam ſe illi daturum pecuniam polliceretur, ſi ſecum arma hoc aduerſus Romanos bello conſociaret. Franci tamen, vt reor, quum rebus ſuis perquam bene conſulerent, ne pro Gothorum quidem, Romanorúmve libertate ſubire mortis diſcrimen velle, ſed ſibi Italiam vendicare ſummopere niti, ob eámque & bella ſuſcipere malle. Sed Totilas vim pecuniarum ingentem in Picene, & loco munito condiderat, pars tamen maior in validiſſimo Cumarum præſidio, & Campaniæ oppido per hunc depoſita antehac fuerat, in eo

custo-

cuſtodibus conſtitutis,quibus eius in primis germanũ fratrem cum Erodia-
no præfecerat.His Narſes pecunijs potiundi percupidus,exercitus partem
Cumas obſeſſum miſit, ipſe verò Romam inſtaurandi ornandiq́; hanc cauſa
manſit: & aliam paulo pòſt Centumcellas emittit militum manum, vt vel
hanc obſiderent. Teias verò Cumarum cuſtodibus, & ſimul pecuniæ ti-
mens, Francorum deſperatis iam auxilijs, ſic ſuos inſtruxit,perinde ac eſſet
protinus in hoſtem ducturus. Qua re Narſes accepta, Ioannem Vitaliani,
Philimuthq́ue ſuis cum copijs in Thuſciæ loca abire mox iuſſit, ibiq́; ſtatio-
nem habere; ea hoſtes via prohibituros, quæ in Campaniam ducit; vt qui
Cumas tunc eius imperio obſiderent, fidentius vel vi, vel deditione has
caperent.Teias verò breuioribus ſæpe omiſſis ad dexteram,conſuetisq́; iti- *Teiæ ſtrategema.*
neribus,longis circuitionibus,& ingentibus ſpacijs vias obeundo emenſus
per maritimam oram Ionici ſinus,hoſtes fruſtratus in Campaniam venit.De
cuius aduentu Narſes certior factus,militibus ad ſe reuocatis,qui cum Ioan
ne Philimuthq́ue in Thuſciam Teię tranſitum prohibituri conceſſerant,Va-
lerianiq́; copijs,quę Petram præſidium ceperát,ad ſe redire mox iuſſis,con-
tractis inſuper vndequaque iam viribus, cum vniuerſo & ipſe exercitu,vt ad
bellum inſtructo,in Campaniam ducit. Eſt autem in Campania mons Ve- *Montis Veſuuij miracula.*
ſuuius dictus. Is plerunque mugienti ſonitum non abſimilem ædit,qui fer-
mè cùm fit, ingens vis cinerum ſubſequitur ſtatim & feruentium eructatio.
Huius autem montis haud ſecus atque in Siculos Aethnæ,media omnia ab-
ruptaque ſunt, & in profundum tendentia, pari ab imo ad ſummum faſti-
gium dimenſione, in infimo verò ſic ignis exæſtuat, & in tantam deſcendit
vacuitas ea profunditatem, vt ſi quis fortè ſummo ipſo in culmine montis
conſtiterit;procumbensq́;,ſi modò id auſit,oculos deorſum intendat,haud-
quaquam ei exorta ex igne flamma compareat. Cùm igitur ea,vt diximus,
cinerum eructatio fit,præciſos ab imis penetralibus lapides,exuſtosq́; flam-
ma,ſublimes ac varios violentior ſpiritus agit,ad ſummumq́ue propellit fa-
ſtigium,expulſosq́ue inde diſpergit ac temerè. Ex ipſo præterea montis cul
mine in Aetnæ morem fluidus ignis deſcendens, magna illuuie ad radices
vſque pertendit, fluentiq́ue aquæ ſimilis, quà fortè defertur,vniuerſa abſu-
mit. huius montis ad infima potabilis aquæ ſunt fontes, à quibus & amnis
Dracon nomine quidam deriuat, qui iuxta Nuceram labitur. Is verò Dra- *Draco fluuius ortus è Veſuuio.*
con leni quodam & breui curſu defertur, haud tamen pediti equitive per-
uius eſt, nimirum qui in anguſtiorem ſe cogit defluxum, præciſaq́, vndique
terra,ripas vtrinque perinde præruptas erectioresq́ue reddit. Huius itaque
fluminis Gothi ponte præoccupato (nam & proximè caſtra habebant) tur-
ribus ligneis in eo impoſitis, machinis ſtatim, tormentisve locum commu-
niunt, hoſtes vt inde infeſtiores ferirent. Nam flumine intermedio,vt pede
collato prælium iniretur,fieri non poterat:crebris tamen è ripis vtrinque ſa-
gittarum immiſſionibus ſe inuicem inceſſebant.Gerebatur & ſingulare non
nunquam certamen,Gotho viro Romanum ad prȩlium prouocante,& pon
tem pertranſeunte.& in his quidem contritum exercitibus eſt duorum men
ſium tempus.Sed eo in loco vt maritimo plurimùm poterant Gothi.nam &
nauibus neceſſaria tranſuehendo præſtabant, vt qui non procul à mari ca-
ſtra locaſſent:quas naues Romani, Gothi hominis & claſſis totius præfecti
proditione ceperunt, & aliæ item ex Sicilia & alijs Romani Imperij locis
in auxilium, & infinita ferè multitudine,conuenere. Ad hæc accedebat,
quòd Narſes turres contabulatas ſupra fluminis ripas conſtruxerat, vnde
Gothorum ſic fregerat animos,vt rerum neceſſariarũ demum inopia territi,
in proximum montem confugerint, quem Lacteum Itali dicunt. Hos ve-
rò Romani, cùm eò ſe recepiſſent, haudquaquam præ loci iniquitate inſe-

Gothorum in deſperatione pugna.

qui potuerunt: ſed barbaros eum in montem ſe confugiſſe iam pœnitebat, vt qui commeatus penuria ſic premerentur, vt nec ſibi quidem, nec equis arte vlla miniſtrare neceſſaria poſſent. Itaque vitam cum morte ex prælio commutare, fore longè potius rati, vno agmine omnes, & de improuiſo in hoſtem erumpunt. Tum verò Romani, vt in re ſnbita, ac præſenti fortuna mox licnit, barbaro impugnando conſiſtunt. nondum enim per principes inſtructæ acies erant, non equitum turmæ diſpoſitæ, non vlli ex antepræparato in inſidias collocati, non ordine ſuo milites diſtributi; ſed pro ſe quiſque, vt in re trepida, hoſtibus enixè occurrere, nec impetum in ſe factum pro viribus coërcere. Gothi igitur equis dimiſſis, facie in hoſtes verſi, in denſiorem phalangem ſtatim ſe colligunt. quos conſpicati Romani, & ipſi ſe equis amotis, globoque facto mox inſtruunt.

Pugnæ poſtremæ in his libris deſcriptio.

Mihi verò hoc loco operæprecium eſt hanc poſtremò pugnam deſcribere, quæ ob præſtantem viri vnius virtuté quammaximi eſt proculdubio facienda, & ſanè heroum quondam nullius certamine hæc vt inferior per me litteris commendabitur: in qua Teias mirum de ſe fortitudinis ſpecimen dedit. Et Gothos quidem ad optimè audendum præſentis fortunæ deſperatio compellebat: Romanos verò in hos confligendi ſecum tam auidos, vt non ſtatim impetum facere, ita & deterioribus cedere iam ſatis pudebat. Vtrique igitur infenſiſſimis animis, & ira ſimul incenſi, appropinquantem in hoſtem eunt; hi quidem mortis contemptum, virtutem illi præ ſe ferre percupidi.

Teiæ virtus ſingularis.

Et prælium quidem oriente ſole incœptum. in eo Teias omnibus conſpicuus factus, prælato clypeo vibratoque telo, paucis ſe ex phalange ſequentibus, primus omnium ante aciem conſtitit: quem vt primùm Romani viderunt, hauddubiè rati, ſi Teias hic caderet, Gothorum diſſolui aciem poſſe, extemplò aduerſus hunc coëuntes, vt quiſque ſibi virtutis quicquam & virium vendicarat, magno virorum agmine irruunt, eundemque vniuerſi telis partim inuadendo, partim miſſilia iaculando laceſſunt. Teias interea clypeo ſe protegendo, excipiendoque hoc ipſo immiſſa in ſe omnia tela, in Romanos impetu facto quammultos obtruncat.

Teias clipeos aliquoties mutat.

Quumque præfixum vndique telis clypeum, quem geſtabat, vidiſſet, hoc proximo ſtatim ſatelliti tradito, alterum arripit. ſic ille ad tertiam diei partem ſtrenuè prælians, duodena iam ſcuto pila cum affixa geſtaret, nec mouere id quidem, quò vellet, ſat poſſet, nec hoſtem in ſe inſultantem propellere, ex armigeris demum quodam ad ſe euocato, non loco motus ne ad veſtigij ſpatium, nec retrocedens, vel hoſtibus progrediendi locum permittens, vel ad ſuos fortè conuerſus, nec ſcuto incumbens, ſed ſolo perinde affixus, eodem ſe veſtigio tenuit, dextera quidem obuios obtruncando, læua ſtrenuè repellendo in ſe venientes, & identidem accerſendo, qui ſcutum ſibi aliud ferret. Quo demum allato, quod telis præfixum degrauabatur, mox reddit.

Indigna mors Teiæ regis.

Sed contigit fortè, vt dum breui temporis puncto hæc factitaret, pars pedis inferior illi denudaretur, ad quam fortuna quadam, & temerè delatum telum mox accidit. Quo ſtatim ictus, moribundus prolabitur: cuius deinde caput Romanorum nonnulli præciſum, haſtæque impoſitnm, vt cunctis conſpectius fieret, exercitibus vtriſque circumeundo oſtentant, vt Romani fidentiores de cætero eſſent, & Gothi de ſumma rerum vt iam deſperantes prælium ſoluerent, victique abirent.

Gothorum animoſa facinora.

Hi verò neque hac quidem iactura perterriti pugnare deſiſtunt, ſed ad noctem vſque ſtrenuè præliantur, etſi ſatis iam ſcirent regem ſibi hoc prælio cecidiſſe. Verùm vbi tandem terras operuerant tenebræ, bello dirempto, in armorum vtrique apparatibus noctem eam egere: die autem poſtera & luce prima, eundem in modum in acie inſtructi mox prodeunt, pugnatumque ad veſperum eſt, nec tamen adhuc ab inuicem inde diſceſſum, nec quoquam

pacto

pacto verſa hoſtibus terga, etſi magnam vtrique cladem iam accepiſſent: ſed crudelius inter ſe efferati enitendo inſiſtere, Gothis optimè percallentibus, vltimum id ſe cum hoſte bellum geſturos; Romanis ſe indignum exiſtimantibus, ſi ab his non relata prorſus victoria diſceſſiſſent. Sed barbari tandem ſe victos profeſſi, primoribus Gothorum nonnullis ad Narſetem dimiſſis, perdidiciſſe ſe affirmabant, cum deo ſibi certamen fuiſſe, idque ex oppoſitis præſenſiſſe viribus, & ex his, quæ ſibi acciderant, malis facilè coniectari, ac de cætero ſecum ipſos armis malle confligere, quàm cum Romanis certare, hiſque conditionibus & bella prorſus ſe relicturos, vt liberi cum barbaris cæteris viuant: orare interea pacificum ſibi Romani commeatum vt darent, & ſimul permitterent abeundi liberè facultatem: nec ſibi id voluntatis ac moderationis inuideant: ſe verò firmius polliceri pecuniam omnem perinde ad commeatum his in præſentia donaturis, quamcunque in Italiæ præſidijs antehac condidiſſent. Narſetem itaque ea de re conſultantem Ioannes Vitaliani identidem commonere, barbarorum vt poſtulata admitteret, ne de cætero eſſet prælium initurus cum deuotis morti hominibus, nec periclitari audaciam vellet, quæ in vitæ deſperatione exoritur, & vt ex ea nitentibus, ita & his obuiam prodeuntibus perniciem demum ſit allatura, ſatiſque dicere fore ad gloriam viris prudentibus victoriam ex hoſtibus retuliſſe: nimia autem velle, cuique poſſe vel in iacturam conuerti. Narſete itaque his monitis nec inuito quidem acquieſcente, in id tandem conuentum, vt barbarorum, qui reliqui eſſent, ſuis omnibus rebus ſecum auectis ex vniuerſa Italia confeſtim abſcederent, bellumque cum Romanis nulla occaſione, nec quauis de cauſa in poſterum gererent. Dum hæc interea agerentur, barbari ſuis è caſtris mille numero abeuntes Ticinum ad vrbem loca que cætera huic circumiecta trans Padum flumen agmine vno contendunt. Cæteri iureiurando adacti, fideque data, conuenta omnia confirmarunt, executique ſunt. Sic Cumis demum Romani & alijs nonnullis potiti præſidijs ſunt, duoque de viginti belli huius anni exacti, quod Orator Procopius, qui & rebus hiſce interfuit, cum fide præſcripſit.

Gothi ſe tamedem victos fatentur.

Quibus conditionibus dimiſſi Gothi.

Procopij de bello Gothorum libri tertij ac vltimi finis.

PROCOPII RHETORIS ET HISTORICI DE IVSTINIANI CAESARIS ædificijs* Orationes ſex,

* rectius, libri.

ARNOLDO VESALIENSI interprete.

*ORATIO PRIMA.

* Liber I.

NON virtutis oſtentatio, non ſermonis facultas, non locorum regionumque experientia, ad hanc hiſtoriam deſcribendam me compulit, quandoquidem nihil in me agnoſco, quo in hanc fiduciam pertrahar: ſed quia ſæpe ea mihi cogitatio incidit, qualia quantaque bona ciuitatibus afferre conſueuit hiſtoria, quæ eorum, quæ prius facta ſunt, memoriam tranſmittit ad poſteros, & reſiſtit tempori egregia facinora obſcurare ac in obliuionem perducere conanti. Cuius autem gratia iſthæc præfatus ſum, mox oſtendam. Noſtro ſæculo Iuſtinianus rex adeptus curam reipublicæ per varios errores commotæ, non ſolum illam maiorem & ſplendidiorem effecit, quemadmodum * à nobis, tametſi humili ſermone, in prioribus libris dictum eſt, verumetiam innumeras ciuitates quæ prius non erant conſtruxit, opinionem de deo erroneam & in multa diſtrahenrem correxit, euerſisque vijs omnibus in errorem ducentibus, in ſolidæ fidei vnico fundamento ſtare procurauit. Optimum planè regem Cyrum Perſam fuiſſe * aiunt, ſed illum auditu, non viſu cognoſcimus. ſi quoque talis Cyrus ille fuerit, qualis à Xenophonte Athenienſi inſtituitur, ſcire non poſſum, fortaſſis dexteritas ſcribentis, & exuberans ſermonis elegantia efficere potuerunt, vt plus æquo exornata opera viderentur. Præcipuam regis noſtri clementiam illi indicant, qui regi ad mortem vſque, ſtructis inſidijs, manifeſtè deprehenſi, non ſolùm non ſuperſunt adhuc, & ſua bona liberè poſſidenr, ſed etiam Romano exercitui præſident, & conſulari dignitate honorantur.

* nobis particulatim hæc tractantibus.

* aiunt, ex regibus ijs, de quibus auditione accepimus.

DE SACRA SOPHIA.

* VIRI gregarij olim & ſordida turba, templum Chriſtianorum cremare auſi ſunt, templum inquam, quod Byzantini Sophiam vocant, oportuno imprimis nomine excogitato. Permiſit deus impium opus fieri, præuidens nimirum in quantam olim elegantiam templum reſtitui deberet. Etenim totum templum in cineres redactum Iuſtinianus, quamquam multo pòſt, ita reparauit & expoliuit, vt quiſquis de priori templo audiuerit, is, monſtrata præſenti venuſtate, optare poſſit, illud iam dudū periſſe, vt in præſentem faciem mutatum cernat. †Opifices ex omni terra aduocauit, Anthemiū Trallianum, mechanicę artis peritia nobiliſſimū, nō inter eos ſolū, qui nunc viuunt, ſed alios etiā, qui nos præceſſerunt, * ſi ſtudiū animaduertas in diſponendis emetiendisq; operibus. Et qui nos ſequētur in ex ſculpēdis celandisq; ſimulachris. accerſiuit quoq; Iſidorū Mileſium artificē egregium.

* Viles quidam & vulgi fax

† Artifices

* alius ſenſus horum.

egregium. Extructa igitur Eccleſia eſt in ſpectaculum planè pulcherrimum:
ijs quidẽ, quos videre contigit, ſtupendum; illis verò, qui audiunt, incredibi
le prorſus. aſſurgit enim in altitudinem caeli, & tanquam alijs ædificijs
præeminens impendet † alteri ſubiectæ ciuitati, quam perinde exornat, at- *† reliquæ incum bens*
que ſi in ipſa templum eſſet: in tantum ſurrigitur templum, vt hinc exor-
netur, & veluti à ſpecula proſpiciatur ciuitas. Longitudo & latitudo tem-
pli tanto ſtudio compoſita ſunt, vt & longum & omnino latum, non incon-
cinnè tamen dici poterit, elegantia inenarrabili decoratum, mole politum
& menſura; nihil, quod abundet, nihil, quod deſit, continens. [quandoqui- *Hæc omiſerat interpres.*
dem & conſueto more magnificentius eſt, & immoderatum mediocri ele-
gantia ſuperat.] Lumine & Solis ſplendoribus mirificè abundat. Diceres
locum illum non externo ſole illuminari, ſed fulgorem in ipſo templo ena-
ſci. tanta copia luminis templo affunditur. Et hæc eſt templi facies. Ea au-
tem, quæ ad ſolem orientem vergunt, vbi deo ſacra † peraguntur, hoc modo *† ſacra ineffabi lia*
ędificata ſunt. ſtructura quædam, dimidia parte in rotundum procurrens,
quam, harum rerum periti, ſemicylindrum vocant, in altitudinem præcipi-
tem erecta eſt. huius faſtigium in ſphæras per quatuor partes diſtinctum eſt,
& deſuper alia quædam ſtructura huic finitima lunæ figuram tenens, orna-
tu & decentia admirabilis, infirma (vt apparet) compage terrorem incu-
tiens. Etenim non in ſolido ſuſpenſa, ſed in diſcrimen & periculum eorum,
qui illic diuerſantur, ſubuecta in altum eſſe videtur, quanquam ſingulari
quodam artificio, ſecuram ſoliditatem habeat. huic enim ſtructuræ vtrim-
libet columnæ à pauimento ſubditæ ſunt, & tumuli ingentibus ſaxis, aptè
congeſti, ſciteque ab opificibus inter ſe compoſiti in altitudinem magnam
penetrant. Aſſimilare eos poteris ſcopulis montium præruptis. Poſt hos
quattuor fornices à quattuor lateribus aſſurgunt, quorum duo † aduerſus no *† ad liberũ aerã*
uum aera extructi ſunt ad ſolem ſcilicet orientem & occidentem, reliqui
ſtructuram quandam & ſubtus columnas quaſdam ſuſtinent; ſuprà verò,
circulare ædificium in orbem erectum eſt, vnde primùm dies illuceſcit.
Nam hoc ab alia ſtructura diſcretum, ſequaci lumine abundat. Iſthæc arbi-
tror linguam balbucientem & prætenuis ſoni explicare non poſſe. Videri
cuiquam poteſt hoc ædificium, eò quòd ab alia ſtructura ſeparetur, non in
terra ſtare, ſed veluti aurea cathena è cœlo eſſe ſuſpenſum: neque ſpectato-
res dicere queunt, quidnam præ cæteris magis intueri debeant, ſed mente
paſſim hebetata, & palpebris nutantibus & reflexis, artificium capere non
poſſunt. quinetiam poteſtate aſpiciundi ædificij negata, mox viſum auer-
tunt. Puto enim auro faſtigium intectum † nitori ſtridorem admiſcet. Vin- *† elegantiæ faſtum admiſcet*
cit tamen lapidum ſplendor ex aduerſo auro affulgurans. ſunt autem duæ
vtrinque porticus, quas faſtigiata teſtudo & aurum venuſtant. harum vna
viros orantes, altera mulieres admittit, aliâs nulla re differentes. Quis tabu-
lata, in quibus verſantur mulieres, exponet? quis numeroſas porticus enar-
rabit? quis columnis firmatas aulas, quibus templum obcingitur? quis ſa-
xorum & columnarũ ornamenta, quibus templum decoratur, enumerabit?
Prato ſe quiſpiam ineſſe putabit floribus ameno, demirariq; florũ colorem
aliorum purpureum, quorundam viridem, & quibus ceruleus rubor aut ful-
gidus albor adeſt. Inſuper quos natura perinde ac pictor aliquis, contrarijs
etiam coloribus variegauit. Templi huius * theſaurum & commodiſſima va- ** κειμήλια*
ſa ex argento lapidibusque precioſis detornata, quæ rex hic depoſuit, ne-
mo exactè ſatis enarrare poteſt, ex vno cætera penſiculandá coniectandá-
que relinquo. Locus ille templi & imprimis purus & ſolis ſacerdotibus per-
uius, † quattuor myriadas cælati argenti habuiſſe fertur. Quædam ex teſtu- *† quadraginta millia librarum argenti habet.*
dinibus, quas opifices Loros vocant, ad orientem ſolem vergens, nondum

abſoluta, ſua mole ſubiectos talos degrauabat, qui non ferentes molem, † ſubitò rupti, longo etiam tempore diſſolui non potuiſſe videbantur. Hi * qui tum Arthemio & Iſidoro aderant, ex ijs quæ acciderant, conſternati; rem ipſam ad regem perferunt, nihil artificio plus confidentes. Mox rex diuinitùs actus, teſtudinem hanc in finem vſque operis differri iuſſit. quandoquidem futurum, vt ſubiectis talis in ſeſe concluſa teſtudo non egeat. Itaque teſtudo tota ſecurè erecta, experimento * intelligentiæ veritatem indicauit. Et id quidem hîc peractum. Alijs autem teſtudinibus, quæ ad meridiem vergunt, & borealem ventum, eiuſcemodi quiddam accidiſſe relatum eſt. Teſtudines, quas Loros vocant, templo acclinatæ, in altum erigebantur, his inferna fundamenta degrauabantur omnia, adeò vt columnæ hîc ſtantes, quaſi parua lapillorum rudera veluti raſæ demitterent. qua re rurſus percuſſi artifices, præſentem iacturam regi nunciarunt. Mox rex hiſce occurrit. Nempe teſtudinum nutantium ſummas partes retegi iuſſit, retectasque diſpargi, atque multo pòſt imponi. * Poſtquam enim humor teſtudinibus extractus eſt, ex illis aptè concinnatis, ſtructura deinceps firma & ſecura permanſit.

† alia verborum ſentẽtia in græco

** rectius, Et Anthemius atq; Iſidorus ex ijs, &c.*

** conſilij veritatem.*

** aliter iſta verti debuere.*

DE AVGVSTAEO.

IN loco, quem Auguſtæum vocant, [ſiue Macello] columna ſtabat, præcipua magnitudine admiranda, non tamen ſimplex & vniformis, ſed grandibus in circuitu lapidibus compoſita. hanc æs optimum in tabulis & verticibus circumfuſum, vndique veſtit, lapides ipſos ſuo robore vinciens & ornatu tegens, colore quidem auro puro obſcuris, * dignitate verò non multò inferius, par planè & æquiparandum argento. In huius columnæ vertice ſtabat prægrandis equus ære conflatus, verſus ad auroram, admiratione dignus, ſimilis ituro, & ante ſe pulchrè proclinato. Nam inter priores pedes ſiniſtrum ſcilicet leuat tanquam terram pulſaturus, alter pes lapidi, ſuper quem graditurus eſt, infixus hæret, poſteriores verò pedes ita contrahit, vt ſi ſtare prohibeatur, in parato ſint. Huic equo inſidet æreum regis ſimulachrum, † ſtatuæ perſimile. Achillem vocant propter figuram, quam refert. Etenim ſoleas ſubligatas habet abſque ocreis. Pectus heroica thorace munitum eſt, & caput galea, perinde ac concuteretur, opinionem præbent. Splendorem quendam proijcit, ſpectans ad orientem ſolem, iter (vt opinor) arrepturus ad Perſas. Gerit ſiniſtra manu * vrbem, quo nimirum cælator innuit, terram & vniuerſum mare illius ſeruitio ſubdita eſſe. Nihil armorum tenet, neq; enſem, neq; haſtam, ſed * ſolam crucem, per quam regnum & belli victoria illi obuenit. Dextram manum ad orientem ſolem extendit, & porrectis digitis iubet, vt barbari illic commorantes domi conſideant, neq; vltra progrediantur. Iſthæc hoc modo habent. Erat hoſpitale, in quod recipiebãtur languidi & infirmi, ſuperioribus annis à religioſo quodam viro, cui Samſon nomen erat, exſtructum. † reſtabant quædam veſtigia neque gregariis militibus ſatis commoda, cætera perierant vnà cum templo exuſta, & collapſa. inſtaurauit iſtud hoſpitale Iuſtinianus, ſtructuræ ſplendore magnificentius & manſionum multitudine multo amplius. Locupletauitque magnæ pecuniæ annuo cenſu, ita vt plures pauperes excipere poſſit. Porrò nulla honorandi dei ſatietas illum cœpit, quamobrem duo hoſpitalia huic oppoſita, in domibus, quæ Iſidori & Arcadij vocantur, extruxit; cœptum adiuuante regina eius Theodora. Alia templa, quæ Chriſto hic rex repoſuit, tot ſunt multitudine, & tanta mole, vt † tenui ſermone explicari nequeant. Nunc ad Chriſti matrẽ nobis eundũ eſt. Etenim dei genitrici paſſim per Romanum imperium multas ædes Iuſtinianus conſecrauit, adeo planè magni-

Hoc in Græco deeſt.

** pretio*

† coloſſo

** πόλον, orbem.*

** crux tantũ orbi eſt impoſita.*

† locus corruptus

† particulatim explicari.

magnificas & præſtantes, tamque ingenti pecuniarum aceruo conſtructas, vt ſi quis vnam duntaxat ædem conſpexerit, hoc ſolum opus ab ipſo elaboratum exiſtimabit, & in eo perficiundo omne regni ſui tempus conteciſſe. Vnam profectò ædem dei genitrici extruxit ante vrbis mœnia, in eo loco, quem vocant Blachernas, mari finitimam, ſacratiſſimam planè & admodum auguſtam. Mirabitur quiſpiam in templo exiſtens, magnitudinem, citra caſus ſuſpicionem, collocatam, & magnificentiam ab indecoro vindicatã. Altera ædes diuæ virgini repoſita cernitur in loco qui * fons vocatur, vbi lucus opacus eſt cypreſſis abundans, pratum mollibus floſculis vernans, paradiſus pulchra & iucunda abundè proferens, fons citra ſtrepitum effundens placidam aquam & potabilem, & omnia, quemadmodum ſacris conuenit, decenter inſtructa. Hanc faciem locus habet templum circundans. ipſum templum non eſt facile neque dignis nominibus complecti, neque cogitatu adumbrare, aut ſermone etiam * ebalbutire. Id ſolùm dixiſſe ſufficiat, quòd plurima templa elegantia ſuperet ac magnitudine. Hæc templa ante murum vrbis erecta ſunt. Vnum quidem, vbi murus incipit apud littus maris, alterum verò prope aureas (vt vocant) portas, * quæ propugnaculo vicinæ, inexpugnabilia ſunt ciuitatis munimenta. In Heræo tamen, quod nunc Hierium vocant, dei genitrici ædem, quæ facilè explicari non poſſit, conſecrauit. In † eo vrbis loco, qui ſecundus cognominatur decoram planè & auguſtam ędem conſtruxit Diuæ Annæ, quam fuiſſe quidam opinantur matrem dei genitricis & auiam Chriſti. Deus enim, quatenus voluit, homo factus, parentum ex triplici gradu, ſucceſſionem ſuſtinet, & genealogiam matris ſecundum hominis ſimilitudinem. Non multo ſupra in † extremo ciuitatis itinere † Zæ martyri venerandam admodum ædem extruxit. Michaelis Archangeli templum, quod in Byzantio reperit * breue admodum & tenebricoſum, minimeque dignum Archangelo, † à patricio viro olim erectum, in eam formam, qua nunc apparet, tranſtulit. Quam erga Chriſti Apoſtolos fidem habuit, hoc modo declarauit. Principiò Diuis Petro & Paulo templum extruit iuxta regiam aulam, ab Hormiſda olim agnominatam, vbi priuſquam imperaret, domicilium fouebat. Deinde aliud templum huic ex obliquo finitimum illuſtribus Diuis Sergio & Baccho collocauit. Inter hæc duo templa neutrum altero eſt neq; excellentius, neq; inferius, ſiue elegantiam, ſiue magnitudinem, ſiue aliud quidpiam exiſtimabis. Vtrumque fulgore lapillorum ſolem vincit: auri copia vndique ſatiat & exornat * ſimulachris. vno tamen diſcernuntur. Vni enim longitudo in rectum eſt elaborata, alteri columnæ in ſemicirculo vt plurimum ſubiectæ ſunt. Tanta autem eſt horum templorum magnificentia, vt non ſolùm totius vrbis, ſed ipſarum etiam regiarum præcipuum ornamentum eſſe videantur. Erat antiqua apud Byzantium ædes Apoſtolis conſecrata, longitudine temporis iam emota, & quæ (vt † ſuſpicabatur) amplius ſtare non poterat. hanc inſtaurauit * pro dignitate. Vbi latomi & artifices, effoſſo fundamento, inuenerunt ligneas arcas tres, inſculptis literis indicantes: trium ſcilicet Apoſtolorum eſſe corpora, Andreæ, Lucæ, & Timothei, quæ Rex ipſe & omnes Chriſtiani maximo cum feruore conſpexerunt, & conſpecta rurſus terra occuluerunt, non negligentes locum, & vicinis orbatum relinquentes, ſed Apoſtolorum corporibus dedicatũ cum pietate conſtituentes. † Conſtat autẽ quòd apoſtoli beneficiorũ memores, ad regis honorem nunc hominibus apparuerint, regis inquã pij & religioſi. Neq; enim ab humanis negocijs recedũt diuina, ſed admiſceri percupiũt & hominũ conuerſatione oblectantur. Quis Acacij templũ ſilentio pręterire poterit? quod collapſum à fundamẽtis reſtituit, admiratione planè dignũ, tale ac tantũ ſplendore, vt eã de ſe

* Pege
* decantare
* non rectè reddidit.
† ea vrbis regione, quæ ſecunda.
† extrema regione
† Zoe
* paruum
† à Senatore patricio
* donarijs.
† exiſtimabatur
* maiorem ad dignitatem.
† perſpicuum eſt autem, quòd apoſtoli habitum ſibi honorem à principe compenſantes nũc, &c. nam quum rex pius eſt, nec ab humanus, &c.

opinionem præbeat, quaſi totum niuibus perfluat. Præterijſſem fermè monumentum illud, quod ſancto * Platoni poſuit, magnificum imprimis & auguſtum valde. Præterea templum Mocio martyri conſecratum magnitudine ſua etiam cætera templa ſuperans. Inſuper ædem Thyrſo martyri ſacram, & templum Sancti Theodori ante vrbem exædificatum, in loco qui Reſſius appellatur. Templum quoque Theclæ martyris, vrbis portui vicinum & ſanctæ Theodotæ in ſuburbio, *cui Septimo nomen eſt. Hæc omnia hic rex † Diuo Iuſtino imperante ex fundamentis erexit, quæ verbo quidem explicari facilè non eſt, viſu & oculis pro dignitate perluſtrari, impoſſibile. *Prægrauat ſermonem Sancti Agathonici templum, & * tardat vocem, quando neque rebus idonea nomina aptare poſſimus. Quocirca id nobis dixiſſe ſufficiat: quod ſcilicet huius templi pulchritudinem & magnificentiam alijs enarrare permittimus, quibus & floridior ſermo, & ad omnia magis paratus fuerit. De reliquis mox dicam, interim declaraturus, quónam modo Byzantium exornet mare pręter alias commoditates & fortunas. Habet mare aptè diſpoſitum, nempe circum ſe in maximum ſinum curuatum, deinde in magnum pelagus effuſum, præbens ipſi vrbi pulchrum admodum aſpectum, & nautis ſtationem quietam. Duo maria vicina ſunt vrbi, Aegæum & Euxinum. Confluunt ad orientalem plagam vrbis, & confluxu mixta, vrbem per circuitum exornant. Quæ ad ſinum maris pertinent, eiuſcemodi ſunt. Iuſtinianus rex ſinus elegantiam ædificijs & ſtructuris ſplendidiorem reddidit. In læua parte ſinus ſancti Laurentij monumentum, obſcurum antè exiſtens, in eam figuram, qua nunc cernitur, traduxit. Et ante hoc, Diuæ dei genitrici templum, in loco, qui Blachernæ dicitur, tale exſtruxit, quale nuper à nobis deſcriptum eſt. Deinde Diuis Priſco & Nicolao nouum templum extruxit, vbi iam Byzantini vt plurimum demorantur diuerſanturq́; *publicos illos diuos & opitulatores venerantes & obſtupeſcentes. Circa ſinus terminum in arduo ſatis & ædito loco Sanctis Coſmæ & Damiano olim templum dedicatum eſt. Vbi Iuſtinianum grauiter ægrotantem, & iam morituri ſpeciem præbentem, nempe à medicis deſperatum, & inter cadauera iacentem, iſti diui per ſomnum & viſum apparentes curauerunt. Cuius beneficij memor, priſtinam ſtructuram permutans, impoſitam planè & indignam tantis cœlitibus, elegantia, magnitudine & fulgore luminis templum illuſtrauit. Ab altera parte ſinus monumentum ædificauit, quod antè non fuit, in honorem Anthimi martyris prope littus maris vſque adeo, vt littus marginem templi, qui maris fluxu alluitur, tueatur & defendat. Illud aſpectu ſatis iucundum, quòd vnda intumeſcens citra fragorem & impetum ſaxis illis illiditur, quodq́ue citra magnum ſonitum & ſpumæ ſpeciem tacitè profluit, & quietè terram pulſat. Intus templum in quadrangularem altitudinem aſſurgit lapidum præſtantia & auro circumfuſo decoratum. Tantum autem diſtat à latitudine ipſa latitudo, quantum locus ille purus, in quo ſecreta ſacra peraguntur, à latere ad ſolem orientem verſo excurrit. Hæc igitur ſic habent. Deinde iuxta * orificium ſinus Irenes martyris templum fundatum eſt tanta magnificentia, vt ſatis enarrare non poſſim. hîc aſſeruantur ex antiquo reliquiæ ſanctorum virorum non minus quàm quattuor, qui in Romano exercitu æra merentes, militabant in duodecima legione, apud Melitenem, vrbem Armeniæ olim collocata. Etenim latomi effoſſa humo inuenerunt arculam litteris indicantem, eſſe ſcilicet reliquias horum virorum. Quod deus latere voluit, donec manifeſtari congruum foret. * Porrò Iuſtinianus corpore erat malè affecto. vehemens enim fluxus in genua delapſus, virum dolore confecit, cui tamen ipſemet occaſionem pręſtitit. Nempe omnibus illis diebus, qui Paſchalem ſolennitatem præcedunt, ieiunio

* martyri Platoni
* apud Hebdomum dicitur.
† auunculo
* Trahit ad ſe
* hæc malè reddita.
* indigetatos illos ſanctos venerantes.
* oſtium.
* Quippe

ieiunio addictus, duram quandam vitam egit, nedum regi alienam, ſed neq; priuato ciui aliquo modo acceptabilē. Per duos dies cibis abſtinebat. Summo mane identidem è lecto ſurgens, reipublicæ inuigilauit, cuius negocia verbo & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impendit. Nam in ſeram noctem lectum petens, mox ſurrexit, quaſi plumarum pertæſus. Cibi appetens, vinum, panem, & id genus alia cibaria abeſſe voluit, * braſſicam ſolum & agreſtes herbas, longo tempore ſale & aceto emaceratas edebat. Potus aqua erat ſola. Neq; ijs ad ſaturitatem vtebatur, ſed petitum cibum paulisper deguſtatum, mox dimiſit, non eo ſumpto, qui naturæ erat ſatis. Hinc igitur morbus ſuccreſcens, medicorum operam euicit. Interim audiens inuentas eſſe reliquias, relicta ope humana, ad has fidem conuertit, & vera opinione in ijs, quæ maximè neceſſaria erant, vſus eſt. Poſtquam enim * lapidem reliquiarum ſacerdotes genu regis impoſuerunt, euanuit dolor, corporibus quæ deo ſeruierunt, cedens. Quòd profecto deus nolens eſſe dubium, magnum ſignum oſtendit eorum, quæ acta erant. Nam ex ſanctis illis reliquijs ſubito oleum manauit, & arculam perfundens, pedes & totam purpuream veſtem regis imbuit & humectauit, quamobrem veſtis hoc modo humectata, aſſeruatur in regijs receptaculis, in eorum quæ tum facta ſunt, teſtimonium. * ſubſcriptum enim eſt Iuſtiniano Regi repoſitum eſſe cornu, Litora inſigni quadam venuſtate extructa ſunt in hunc modum. Duo templa Archangelo Michaeli conſecrata, ex aduerſo vtrimlibet portum occupant, Vnum in loco, qui Anaplus dicitur, ad læuam ſitum ei, qui Euxinum mare ingreditur: alterum in oppoſito termino. Antiqui litus Proochthus vocabant, quod fermè promineat hac parte litoris. Hæc templa vetuſtate collapſa, vt nihil prioris ſpurcitiæ & fœditatis relinqueretur, funditus euerſa mirabili artificio reparauit. quibus ædes illa, quam Rex Ioanni Baptiſtæ poſuit, in loco qui appellatur Hebdomos, perquamſimilis eſt, quanquam hæc non ſit vicina mari. In oppoſito litore olim regiæ erant ſpectatu dignæ. Has deo in hunc modum conſecrauit. Apud Byzantium cōuentus erat mulierum in lupanari Veneri ſeruientium, non quidem ſponte, ſed vrgenti paupertate. à lenone victum accipientes, cogebātur ſubinde per ſingulos dies corpora vulgare, & viris ignotis, quos caſus ferebat, admiſceri. Olim enim hic erat lenonum copioſa familia, quippe qui ex libidinis officina lucrum aucupabantur, in foro publicè alienam pulchritudinem venditātes, & illaqueantes caſtitatem. Rex autem Iuſtinianus, & Theodora regina inuicem pietate moti, ſceleſtum lupanaris conuentum expurgarunt, & expūcto lenonum nomine, mulieres paupertate oppreſſas, ab intemperantia ſeruili liberarunt, dato illis libero victu, & caſtitate libera. * Hæc igitur Rex adminiſtrauit in litore, quod in dextra occurrit ingredienti Euxinum mare. Priores regias in celebre monaſterium commutauit, in receptaculum ſcilicet mulierum, quæ propter vitam male actam pœnitentiam agunt. quapropter hoc mulierum conuenticulum ob rei ſimilitudinem cognominabant. Pœnitentiam. Multis pecuniarum prouentibus Reges ipſi hoc monaſterium locupletarunt. multa præterea, venuſtate & ſumptibus inprimis excellentia ad conſolandas mulieres ędificarunt, ne ad ſeruanda caſtitatis munia quoquomodo ſegniores fiant. Hęc quidem hoc loco ſic habent. Euxinum mare hinc intranti occurrit alta quædam rupes, iuxta litus * portui pręteſa, in qua * ſancti Panteleemonis templum ſitum eſt, principio quidem negligenter conſtructum & diuturnitate tempore fatiſcens, quod euerſum Rex inter ea quæ nunc hic viſuntur templa, magnificentiſſimè reparauit, ſeruato martyris honore, & * portus elegantia. Ante hoc templum in loco, qui Argyronius vocatur, pauperum olim erat receptaculum, quos * morbus incurabilis peruaſe-

* braſſicæ nulla in Græco eſt mētio.

* δίσκος, lancem.

* In hunc modū exornatum eſt a Iuſtiniano principe Ceras ſiue cornu, & ſinus.

* iſta heic corrupta ſunt.

† freto.

† ſancti martyris Ioannis, qui Panteleemō dicitur.

* freti.

* lepra.

rat.hoc vetuſtate collapſum,tandem omni alacritate inſtauratum eſt, futurū miſeris hominibus refrigerium. Iuxta aulam, cui Mocharion nomen, vicinam loco, qui * Ieron nominatur, aliud templum Archangelo erexit vehementer elegans. Tryphoni martyri ædem collocauit in vrbis via,multo labore & tempore in venuſtatem inexplicabilem deornatam. Præterea in Hebdomo Menæ & Menaeo Martyribus ſacellum ſtatuit. In ſiniſtra autem parte,qua itur ad aureas portas, Sanctæ * Ias templum inuentum ruinoſum magnifico ſumptu renouauit. Quę igitur Iuſtinianus egit in reficiundis templis, eiuſcemodi ſunt. Quæ per totum Romanorum imperium elaborauit, ſingulatim recenſere difficile eſt, quinetiam ſermone complecti prorſus impoſſibile. Sed quid dico per totum Romanorum imperium? quando nec aliorum ædificiorum, quæ hic perfecit, vnumquodque enarrare facile ſit. Vt autem ſummatim dicam, quæ in alijs vrbibus & regijs in honeſtiorem ſpeciem traduxit, tametſi relatu ſint digniſſima, non tamen enumerari neceſſarium eſſe duco; cum ſint à nobis in hiſtoria de bellis diligēter declarata omnia. Vnum duntaxat nunc ſcribam. Regiarum ſcilicet veſtibula, & * porticum, quæ vocatur Xalce, vſque ad domum Ateææ, deinde ex regijs balneum, quod Zeuxippus dicitur, magnas porticus, & deinceps vtrimlibet omnia, vſque ad forum Conſtantini nomen referens, huius regis eſſe opera. Præterea domum ab Hormiſda cognominatam, regijs proximam, permutauit; & ſplendidius transformatam, decenterque regijs aptatam, palatio impoſuit. Eſt forum ante regias columnis circummunitum, Auguſtæum vocant Byzantij. in hoc, ad auroram, curia, ſeu prætorium extructum eſt, Iuſtiniani regis opus, quo Romanorum ſenatus conueniens in principio anni, ſolemnem feſtiuitatem peragit. ab hoc etiam foro non longe abeſt Regis domicilium. Quemadmodum ferunt leonem ex vnguibus æſtimandum, ſic quoque regiarum præſtātiam, qui iſthæc legerint, ex veſtibulo cognoſcent. Tale eſt veſtibulum, quod Chalcen vocant. Quattuor parietes in cœli altitudinem erectos, & in quadrangulum diſpoſitos, lapidum quorundam aptè ſculptorum moles ſuſtentat per ſingulos angulos, adeo vt à fundamento vſque ad ſummitatem muris acclinetur, non tamen loci pulchritudinem violans, ſed etiam aliquid ſimilis artificij & commenſurationis afferens. Supra parietes octo fornices ſuſpenſi ſunt, teſtudinem totius operis in medio ad ſublimitatem ſphæricam arctatam continentes. faſtigium picturis expolitum eſt, non liquenti cera & diffluenti materia coactum, ſed concinnatum exiguis tenuibusque lapillis & vario colore nitentibus. Imitantur cum alia, tum homines. Qualis autem pictura ſit, indicabo. Pugna eſt & bellum. diripiuntur multæ vrbes, hinc Italiæ, inde Libyæ. vincit Iuſtinianus, duce Beliſario. Accedit ad regem dux integrum habens exercitum, tradit ſpolia, reges, & regna, & quæ ab hominibus deſiderari poſſunt. Stant in medio Rex & regina Theodora lætis ſimiles, & ob victoriam ferias agentibus. Vandilorum & Gotthorum reges adueniunt victi & captiui, circumſtat Romanorum ſenatus, omnes ferias agentes. Hoc lapilli hilari plane & florida facie oſtentant. geſtiunt omnes & adblandiuntur regi, diuinos honores illi propter geſtorum magnitudinem impartientes. Et hæc quidem ſic habent. Ex proponticle ad orientalem plagam vrbis nauiganti occurrit publicum balneum, quòd Arcadianæ dicitur, Conſtantini vrbem aliàs variam exornans. Hic * atrium rex extruxit, quod vrbi prętenditur, & leniter alluitur mari, vt qui hic deambulant prætematigantibus loqui poſſint. Hæc igitur in confinio maris in prædicto atrio ſic habent. Eſt enim atrium aſpectu pulchrum, quod lenes venti perflant, cuius inferna pauimenta, columnarum & marmorum præcipua venuſtate integuntur. Tantum enim ſplendorem effundunt, vt ſolis radijs certare videantur. Multa quoque

*ſacer.

*vox corrupta.

*portam, quæ vocatur Aerea,

*aulam.

ſimulacra atrium exornant, partim ænea, partim lapide cælata, præbentia mehercules ſpectaculum multa ratione dignum, diceres à Phidia Athenienſi, aut Lyſippo Sicyonio, vel Praxitele illa eſſe elaborata. Hic Theodora regina in alta columna cernitur, quam ciuitas conſtructum atrium illi acceptum referēs, poſuit. Eſt effigies facie decora, ſed reginæ venuſtate inferior. Nam illius elegantiam ſermone complecti, & effigie imitari, homini prorſus impoſſibile * eſt. Purpureum colorem habet columna, & quod reginam ferat, ex cęlatura liquido oſtendit. Quidnam hic rex effecerit ad habendam aquæ copiā, iam nunc referam. Aeſtate enim regia ciuitas aquis egebat. Nam ſiccitate eo tempore prænalente, fontes minus aquarum, quàm alijs * horis effundentes, riuorū ductus tardiores vrbi prębebant. Quapropter rex iſthęc excogitauit. Circa Regis porticum, vbi iam rhetores, * aduocati, & alij quib. hæc res curæ eſt, exercentur, & ſententias concipiunt, ingens quædam aula eſt, oblonga & ſatis ampla, columnis in quadrato latere fulta, non in terreſtri pauimento, ſed petra cōſtructa. hanc in magnam altitudinem ſuffoſſam, aptum receptaculum aquarum pro æſtiuo tempore effecit. hæc etenim receptacula, ſcaturientium riuorum influxum excipientia, opportunam indigentibus copiam præſtant. Sic itaque Iuſtinianus curauit, vt Byzantini aquis potabilibus non indigeant. Regias alibi inſtaurauit, in * heraio, in Iucundianis * (vt vocant) locis, qnarum magnificentiam cum artificij ſubtilitate, & magnitudinem cum decora ratione, ego ſatis eloqui non poſſum. dixiſſe ſufficiat, regia eſſe opera, à Iuſtiniano peracta præſente, artificium dirigente, nihil non perluſtranti, & pecunijs non parcente. Hæc enim fieri non poteſt, vt ſermone explicentur. Hic * tectum etiam, quod ante fuit, expolitum eſt. Inuentum enim litus vtrimlibet ventis & vndis expoſitum, nauigantibus ſalutare conſtituit. Arcis enim (vt vocant) innumeris & ingentibus conſtructis, & deiecta vtrinque litoris compage, prioribus arcis deſuper alias ſubinde imponens, obliquos muros inuicem oppoſitos erexit, duos planè ex profundo in ſummitatem vſque aquarum, quibus pręrupta ſaxa ſuperſtruxit, à quib. dum vnda reijcitur, impetus ſedatur, & duro vento hibernis horis ingraueſcente, quæ intra murum ſunt, quieta manent omnia, vno duntaxat aditu relicto nauibus, qua interim portum ingrediantur. Hic quoque ſacræ ædes collocatæ ſunt, quemadmodum ante retulimus, porticus, publicæ viæ, & balnea, & id genus alia, quæ fermè omnia eiuſcemodi ſunt, vt regijs, quas vrbs habet, nō cedant. Portum etiam alium ſtruxit in aduerſo cōtinenti, in ijs puidem locis, quæ Eutropij nomen ferunt, non procul ab ipſo Hæreo. Quæ igitur Inſtinianus in regia vrbe fabricauit, (vt paucis dicam) hæc ſunt. Quod autem * à nobis hic omiſſum eſt, mox exponam. Ex vniuerſo orbe fit hominum in hanc vrbem concurſus. Accedit vnuſquiſque allectus aut opere quopiam, aut ſpe, aut etiam fortuna. multi quoq; quorum negocia domi non bene habent, * regem oraturi, hic demorantur, propter violentiam quandam, quæ vel premit, vel inſtat. Quibus, pręter alia incommoda, hoſpitia denegantur, * & qui ſatis lucri & mercedis, vt vitam hic tranſigant, habere nequeunt, ijs hanc moleſtiam Iuſtinianus & Theodora regina ademerunt. In loco enim mari proximo, qui nūc Stadium vocatur, (certaminibus enim quibuſdam opinor locū olim dedicatum) ampla Xenodochia extruxerunt, huiuſcemodi hominum cum paupertate & miſeria conflictantium oportuna habitacula.

** erat.* — ** anni temporibus.* — ** ἀναγωγῶν.* — ** ἡραίῳ.* — ** quas vocant.* — ** ἰκρίων.* — ** ſolum a nobis.* — ** principi preces oblaturi.* — ** quum penſionē ædium præſtare nequeant,*

* ORATIO SECVNDA.

** liber II.*

QVotquot templa in Cōſtantini vrbe Iuſtinianus, aut noua erexit, aut vetuſtate collapſa reparanit, quotquot pręterea alia ædificia hic iā extru-

it,in priori * ſermone declaratum eſt:reſtat,vt ad munimenta, quibus * extremas Romanorum regiones vallauit,procedamus. Hic ex ſermonis humilitate & defectu laboremus,neceſſe eſt. Non enim pyramidas,eorum,qui in Aegypto regnarunt,monumenta referemus,rem quidem famigeratam,ſed plane inutilem,& in fauorem & adulationem effictam, ſed arces & propugnacula recitabimus omnia,quibus hic rex regnum ſeruauit, & obſepſit, atque barbaris viam præcluſit,qua Romanis inſultarent ac inſidiarentur. A [a] Medicis promontorijs narrationẽ ordiri, non abſurdum fore mihi videtur. [b] quandoquidem Medi è Romanorum terra profecti ſunt, Anaſtaſius olim rex in confinio Perſicorum montium,pagum quondam ante ignobilem,cui nomẽ [c] Doras, diligenter muro cinxit, vt aduerſus hoſtes foret propugnaculum. Et [d] cum fœderis tempore extructum eſſet, quod Theodoſius quõdam rex cum Perſis pepigerat,vt neutri ſcilicet in ſuo [e] loco, alterorum promontorijs finitimo,nouum aliquod propugnaculum moliretur; Perſæ pacis [f] conditionibus adherentes, à negocijs ſuis impediti ſunt. Et quamuis Hunnico bello premerentur: Romani tamen illos imparatos animaduertentes,citius alacriusq́ue ædificium occuparunt & communierunt, magno ſtudio illos præuenire cogitantes, priuſquam in ipſos irruerent. Et [g] ſubinde ſecum mente reputantes,nequid fortaſſis impedimenti intercideret, non exactè ſtructurã erexerunt, feſtinantia diligentiam remorãte. Nunquam enim feſtinato cum ſecuro conuenire ſolet, & celeritatem diligentia non ſequitur. Sic igitur tumultuario propugnaculum inſtaurant, non quaſi ab hoſtibus expugnari nõ poſſit, ſed in iuſtam altitudinem ſubuectum, non ſaxis commodis obuallarunt,non ſaxorum compagem,prout oportuit,adglutinauerunt, neque * terræ aggerem pro menſuræ modo adhibuerunt. Quo factum eſt, vt ne breui quidem tempore turres imbribus,niui,& ſolis feruori,propter fragilem ædificij ſtructuram reſiſtere valentes, diſrumpi & collabi quàmplurimas contigerit. Hoc modo priora mœnia in vrbe * Doras reparata ſunt. Cum Iuſtinianus animaduerteret,* Perſas non diſpicere, eam ſtructuram contra ipſos à Romanis iactam eſſe,ſed arbitrari, iccirco obcinctam, vt locupletiori habitatione exornaretur, inacceſſum prorſus locum iſtum & inexpugnabilem hoſtibus effecit. Etenim antiqua mœnia ſaxis collectis impoſitis in anguſtũ contraxit,ſolis feneſtris relictis quæ illorum veſtigia referrent. iecit quoque ſolidiora fundamenta, ne moles impoſita degrauaret, & iactura operi contingeretur. Deinde extra turres, quas ruinoſas diximus, vt euerti minimè poſſent, (obſeruantibus ſemper opportunitatem hoſtibus & perueſtigantibus,ſicubi partem propugnaculi muro non obſeptam offenderent) ædificium aliud quadratum extruxit,& foſſa iuſtæ latitudinis & profunditatis in lõgum protẽſa,perinde ac vallo,ædificij terminos communiuit, & ſic hoſtibus inſidias ad murum præcluſit. Aquarum quoque receptacula elaborauit, * hac,;inter vallum & propugnaculum, * inde ad ſolem occidentem propè templum Bartholomæo Apoſtolo cõſecratum. Profluit fluuius ex ſuburbio, cui Cordes nomen eſt,dirimente vrbem duobus ſignis,quorum vtrilibet imminet ſcopulus admodum præceps & durus. deduxit autem fluuium in vrbem hoc pacto. Opifices aquæductum ex propugnaculo inſtruunt,& ferreis clauis obducto fiſtulæ ore, denſis & craſſiſſimis meatibus, his quidem reiectis, illis vero obliquis aquæ exceptæ viam in vrbem parauerunt. Hac ratione fluuius vrbem ingreſſus,oppletis aquarum receptaculis, alia vrbis parte elabitur, effecta facilitate ad obſidendam vrbem. Illic enim propter aquarũ copiam,hoſtilem exercitum conſiſtere non foret difficile: quod vt minus fieret, excogitauit rex huic rei oportunum remedium. Deus id,quod regi impoſſibile factu videbatur, curans; facile peregit, & nulla data opera vrbem

ſerua-

*libro.
*limites.
a Medicis firmibus.
b Quum Medi Romanorum ſolo exceſſiſſet, &c.
c Daras.
d quia in fœdere expreſſum fuiſſet,
e ſolo, limitib. alterutrum finitimo,
f cõditiones prætexentes, opus illud impediebãt, quamuis &c.
g quumq́ue hoſtiles impreſſiones ſemper exſpectarent, ſtructuram accuratè non abſoluebant.
*corrupta.
*Daras.
*totus hic locus eſt male verſus.
*partim.
*partim.

ſeruauit,idque hoc modo. Erat ex ijs, qui in exercitu æra merebant, quidam inter opifices & ædificiorum magiſtros longo tempore diuerſatus. hic, ſiue per viſum admonitus, ſiue caſu in hoc pertractus, foſſam ſeu puteũ fieri iuſſit intra propugnaculum, indeq; aquam potui commodam ex intimis terræ venis emanaturam prædixit. Puteum itaq; rotundũ in altiſſimam profunditatẽ effoderunt, quę res vrbi ſalutaris fuit. Imbrium enim magno impetu coorto, fluuius, cuius meminimus, ante propugnaculum ſubferueſcens, vehementer intumuit, & muro adlapſus, hinc ſtagnat: inde reflexus atq; inundans, pulſato iam muro & refractis portis, vrbem occupans omnia peruagatur; deinde ingenti colluuie facta, in foſſam delapſus diſparuit. Et deinceps in vrbe media copioſis aquarum receptaculis effectis, fluuius per meatus apte fabricatos vrbem elabitur, quemadmodum iampridem relatum eſt. Poſtquam hoſtilis exercitus vrbem obſeſſurus adgreditur, tum meatus ferreis clauis ac vectibus obſtruunt, & fluuium reſilire ac curſum mutare coactum neceſſitate quadã manufacta, in foſſam & puteum circũducunt. Quare oppreſſi hoſtes propter aquarum raritatem & penuriam, obſidionem diſſoluere coguntur. Hæc in vrbe Daras Iuſtinianus conſtruxit. Quid autem fecerit, vt nihil deinceps huiuſcemodi ipſa vrbs à fluuio pateretur, nunc declarabo. Erat quidam ingenioſus artifex, patria Alexandrinus, Chryſes nomine, qui Regi in cõſtruendis ædificijs operam ſuam frequenter locauerat. hic tum aberat, cum vrbs à fluuio periclitaretur. Poſt vbi ea, quæ acciderant, audiuiſſet: dolore percitus, & in lectum ſecedens, per ſomnum huiuſmodi viſum vidit. Quidam ingenti ſtatura, & planè eminentiori quàm vt hominis eſſe putetur, illum per ſomnum admonuit, & artem quandam docuit, ad impetum fluuij compeſcẽdum ſatis idoneam. Mox ille diuinam rem ſuſpicatus, artem & inſomnium regi nũciauit, adumbrata inſtructione, quam per ſomnum acceperat. Multo iam ante rex audiuerat, vehementer dolens ſuper ijs, quæ contigerant, & ea Iſidoro atq; Anthemio, quorum ante meminimus, ad ſe accerſitis expoſuit: & velut numine quodam afflatus, præter omnem opinionem per ſe ipſe meditabatur & delineabat illud ipſum, quod ſomni effigies præ ſe ferebat, non dum Chryſę literis viſis. Nam regi adhuc animi ſuſpenſo, quidã literas Chryſæ reddidit, inſomnij ſpeciem definientes. Mox rex ad ſe vocatis artificibus, vt ad memoriam reuocarent, quæ ipſis de opere viſa erant, iuſſit. Illi memoriter ex ordine referebant omnia, quæcunq; rex ſibi ipſe indulgens demandauit fieri. Tum rex protulit litteras Chryſę, & illos ingenti admiratione * percidit, cogitantes deum eſſe, qui regi patrocinaretur in illis peragendis, quę reipublicæ forent comoda. Vicit itaq; regis ordinatio, cedente artificũ prudentia & arte, & Chryſes in vrbe Daras operi pręficitur à Rege, vt omni cura perficiat, quæ ei præſcripta ſunt. Hoc igitur pacto, quæ ei mandata ſunt, perfecit. Inter vtrumq; ſcopulum, qua medius defluit amnis, munimẽtum collocauit iuſtæ altitudinis & latitudinis, cuius extremitates vtrumq; colliculum ita cõtingebant, vt fluuio nuſquã eſſent peruiæ. Huiuſcemodi ſtructuram harũ rerum periti phracten ſeu arida vocant. Ianuas in munimẽto diſpoſuit, qua ſtatim fluuius inundans deflueret, non impetu quodam, ſed ſenſim effluxũ breuem abũdantis molis demitteret. Portas etiam, quas ante fluuius impeditus repente perfregerat, vndiq; circundans, ingentibus ſaxis priorem illarum locum obſtruxit, & in accliui loco ſecũdum propugnaculi præcipitium portas ordinauit, qua fluuio curſus non patebat. Et iſthæc quidem ſic habent. Erat autem aquarum in vrbe magna penuria. non enim habebant fontium ſcaturigines, ſed iuxta quos fluuius ferebatur alueo ſuo, hi egrè aquam hauriẽtes bibebãt: qui verò longius à defluxu amnis habitabant, illos è duob. alterum pati neceſſe erat, aut extrema oppreſſos experiri, aut ſiti euictos interire. Ce

* perculit.

terùm rex ingentem ductum fabricauit, per quem aqua iam vndiq; circum vrbem deriuata, à penuria illic habitantes liberauit. Et duo templa extruxit, vnum, quam magnam eccleſiam vocant: alterum, Diuo Bartholomæo apoſtolo ſacrum. Præterea gregarijs militibus ampla hoſpitia inſtituit, ne illic habitantibus moleſti eſſent & inſultarent. Amidæ quoque vrbis muros & ᵃ vallum, quæ ruinæ proxima videbantur, noua quadam ſtructura comprehendit, & vrbi ſecuritatem reſtituit. Quæcunque in ᵇ præſidijs, in ᶜ promontorijs horũ ſitis, rex geſſerit, iam dicã. Eunti ex Daras vrbe in Perſarum terram, regio quædã à ſiniſtris eſt, ᵈ nullos prorſus equos, nulla plauſtra vel currus habens, protenſa in eam longitudinem, vt viro robuſto duobus diebus ſit permeabilis, deſinens in locum obliquum & præruptum, cui Rabdios nomen eſt. Habitatur autem Rabdios in petris omnino præruptis & rigidis, intusq; locum continet, quem Romanorum agrum vocant, à principio (vt arbitror) ᵉ grauiter ferentes incolæ, quòd in mediullio regionum Perſicarum locus ſitus ad Romanos pertineret, depreſſus & ſupinus, ſed bonarum frugum admodum ferax: quod ex his facile quiſpiam conijciet, quoniam hunc locum vndique Perſarum ᶠ montes cingunt. Apud Perſas oppidulum ſatis illuſtre, cui nomen Siſauranon, quod olim Iuſtinianus euerſum ſolo æquauit, vt magnam equitum turbam illinc captiuam adduceret, abeſt ab vrbe Daras itinere duorum dierum, à Rabdios verò, tribus maximè ᵍ ſignis. Hi, qui agrum, cuius ſatis meminimus, colebant, quotannis exoluebant Perſis quinquaginta aureos, vt ſua ipſorum quiete poſſiderent, & fructus illic enatos poſſent diuendere. Effecit Iuſtinianus rex, vt omnia ipſis agricolis naſcerentur. Cinxit Rabdios muro ad petrarum, quæ illic aſſurgunt, altitudinem; & reddidit locum hoſtibus inacceſſum. Cum illic habitantes laborarent inopia aquarum, nullo exiſtente fonte in ſcopulorum cacumine, duo reſeruacula aquarum extruxit, & paſſim perforatis petris amplos pluuialium aquarum theſauros excogitauit. Alias arces & præſidia omnia, quæ in monte poſita, hinc ex Daras in Amidam eunti occurrunt, & quæcunque hic olim in deridiculam quandam ſpeciem * faſtigiata erant, reparauit, & in eam elegantiam quæ nunc apparet, ac tutum munimentum tranſpoſita in firmiſſimum Romanorum terræ propugnaculum conſtituit. Hic mons in cœlum aſſurgens impendet, præceps adeo, vt conſcendi nequeat. in ſubiecta planicie locus eſt commodæ admodum & mollis terræ, vtilis aratro, vtilis pecoribus, abunde herbas & gramina fundens. Hic frequentes pagos ad radicem montis extructos homines habitant, neceſſarijs quidem facultatibus felices, ſed crebris incurſionibus expoſiti. Quod ne amplius fieret, Iuſtinianus rex emendauit, erecta in vertice montis arce, quo precioſam maximè ſupellectilem conueherent, & irruentibus hoſtibus, curſu & fuga ſeruarentur. Regalem arcem vocant. Arces Amidæ vrbi vicinas, cœno & luto obcinctas & hoſt. bus peruias vndique exactiſſimè inſtaurauit. Omnia ſigillatim & exquiſitè deſcribere facilè non eſt. In ſumma vniuerſa enarraui. Nam quæ prius inſidiatoribus erãt expoſita, ea nunc inexpugnabilia fecit. Meſopotamiam Perſarum generi, manifeſtè inuiam reddidit. Non eſt ſilentio prætereundum id, quod in arce Baros excogitauit. Arx in præcipitio alti montis poſita eſt, intus omnino aquis carens, extra imprimis abſurdum ac inutile eſſe videtur, ad radicem mõtis arcem muro circumdare, ne ſcilicet ea pars in decliui loco ſita facilis captu foret. Excogitabat autem hæc, iubens ea quæ intra murum, perfodi, donec ad planiciem iam pertingerent. quod vbi factum eſt, mox hinc tanquam ex fonte præter opinionem aqua ebulliens apparuit. quocirca arx iam in tuto poſita, & aquarum beneficio non indigere videtur. Eodem modo, Theodoſij vrbis, quæ ad Aboram fluuium ſita eſt, muro reparato, quem diuturnitas

ᵃ προτείχισμα

ᵇ caſtellis

ᶜ finibus barum vrbium.

ᵈ qua nec equis, nec curribus iri poteſt,

ᵉ delectatis incolis, ἀγαπῶντες.

ᶠ limites.

ᵍ σημείοις, miliaribus.

** ſepta & munita erant,*

tas temporis labefactauerat, cum primis hic rex Perſarũ excurſiones in Meſopotamiam prohibere diligenter curauit. Qualia in Conſtantina demõſtrauerit, dignum eſſe arbitror, vt referatur. Erat prius Conſtantinæ murus, ſi altitudinem ſpectes, ſcala ſuperabilis, ſi aliam ſtructuram * penetrabilis admodum, tanto interuallo turres diſtabant, vt ſi qui irruẽtes in medium locũ procurriſſent, non poterant hi, qui in turribus ſtabãt, illos vllo modo propellere. Vrbi propugnaculũ aderat, ſed eiuſcemodi, qualis murus eſſe videbatur, infernè * duro lapide erectũ parumper, ſupernè, albo lapide, fragili prorſus & molli, vt iam leui impendio ab irruentibus hoſtibus occupari poſſet. Iuſtinianus rex paſſim * in duas turres aliam collocauit, vt ſic omnes ſibi ipſæ quã propinquiſſimæ vrbem obcingerent: toti verò muro, & omnibus mœnib. tãtam altitudinem impoſuit, vt ab hoſtibus expugnari nequirent. Atq; vrbis nedum faſtigia communiuit, ſed & abditos aſcenſus in turres cõſtituit, triplicia tecta lapidum iniectu diſpoſuit, teſtudines incuruauit, vnumquodq; ipſorũ Pyrgocaſtellum ſeu turritã arcem & eſſe & vocari fecit. Caſtella enim arces Latina voce appellant. Patiebatur etiam Conſtantina circa aquarũ inopiam ea, quæ emendari non poterant. Extra vrbem ad vnius * ſigni ſpacium fontes ſunt aquarum potui commodarum, deinde quoq; ſaltus ſatis magnus altiſſimis arboribus conſitus. Intra tamen vrbem, vbi iam nõ in plano, ſed in accliui viaṣ eſſe contingit, olim aquarum erat penuria. Iuſtinianus autẽ rex aquarum riuis intra murum deductis, perpetuis quoq; fontibus vrbẽ exornauit, quare haud iniuria ipſorum * inſtaurator appellari poterit. Habebant Romani in extremis Meſopotamię finib.* arcem propè Euphratem fluuium, à Diocletiano rege priſcis temporibus extructam. Nomen arci Circeſion, hanc Iuſtinianus nunc regnans, temporis diuturnitate collapſam, neglectam & incuſtoditam inueniens, in munitionem firmiſſimam cõſtituit, vrbemq; fundauit magnitudine & elegantia claram. Diocletianus cum hanc arcem extrueret non totam in orbem muro circundedit, ſed vſq; ad Euphratem muri ſtructuram extendit, cõſtructa vtrimlibet extrema turre, & relicto altero latere abſque muro, arbitratus fluminis vndam illinc munitionis & propugnaculi loco fore. Procedente autem tempore, extremã turrim ad Auſtrum verſam, fluminis vnda continuè radens concuſſit totam, vt manifeſtum iam caſum minaretur, niſi quis quamcelerrimè ſuccurreret. Viſus eſt Iuſtinianus ad eã dignitatem à deo euectus, vt totum Romanorum imperũ repararet, qui iam non ſolum ruinoſam turrim molari & duro lapide inſtaurauit, ſed eam etiam arcis partem, quæ muro carebat, firmiſſimo muro circundedit, duplici munimine vrbem defendẽs, fluminis ſcilicet adlapſu, & ambitu propugnaculi. Quæ ad Circeſiũ pertinent, hoc modo reformauit.* arces, quæ vrbi à Theodoſio nomen ſortitæ adiacent, partim muris carentes, partim luto, & deridicula compage, ſepum more obcinctas, formidabiles nunc & omnino irruentib. hoſtibus inacceſſas effecit. Erat hic quidã locus, in quem excurrere Sarraceni facile poterant, & per amplam ac denſam ſiluam in monte ſitã diſpergi atq; dilabi, & Romanos illic habitãtes, crebris incurſionibus intrepidè moleſtare. Cæterùm Iuſtinianus, excogitato aduerſus hoſtes obice, ingentẽ turrim exſtruens, hoſtiũ incurſus prohibuit. Iſthæc à Iuſtiniano rege in Meſopotamia peracta ſunt. Neceſſe eſt hoc loco Edeſſæ quoq; meminiſſe. Erãt Edeſſæ murus & vallum diuturnitate temporis ruinoſa. quapropter ambo reparata, noua conſtituit, & multo ſolito munitiora. Quin & * Caron & Callinici vrbis muros & valla, æui intercurrentis longitudine collapſa ſubuertit, & inexpugnabilia effecit. Arcem præterea, quæ in Batnis erat, neglecta & muris non obcincta, munitiſſimis mœnibus circundedit, in eum, qui nunc apparet, ornatum traductam.* In antiqua regione Comagene, quæ nũc Euphrateſia eſt,

* *acceſſu facilis.*
* *in μονήτω, ex ſilice.*
* *inter duas.*
* *miliaris.*
* *κτίστης, vrbis cõditor.*
* *caſtellum.*
* *eodem modo et caſtella, quæ vrbi.*
* *Carrarum.*
* *in regione quæ olim Comagena nunc.*

Romani & Perſę prope ſe non habitabāt.locus enim ſterilis & deſertus vtro rūq; fines longiſſimè diſterminat. Iccirco arces ædificabant vtriq; ſuis terris finitimas,nulla data opera,ex crudis lateribus,quandoquidē non habebant cui hoſtes inſidiarētur. Diocletianus rex hoc modo treis illic arces extruxit, inter quas vnā,cui Mambri nomē,longo tempore dirutā Iuſtinianus renoua

† miliaribus.

uit. Quinq; * ſignis ab hac arce verſus Romanorū ſedes Zenobia olim vxor Odonathi Sarracenorū regis,vrbē locauit priſcis tēporibus,à ſe(vt par erat) appellatam. Huius mœnia deinde longū tempus interfluēs ruinoſa cōſtituit, adeo vt Perſis facultas eſſet in medios Romanos diuagandi: Iuſtinianus effe cit,vt mœnia inſtaurata,Romanis eſſent propugnaculū, & terriculamentum Perſis. Multo enim munitiorē inſtituit,quàm ante erat. ſcopuli quampropinquiſſimè cingunt mœnia,à quib. eos, qui vrbem tuebantur, licuit hoſtibus à vertice proijcere. Quam rē diligenter repellens & emendās, alteram quandam ſtructurā mœnia excedentem,vbi ſcopuli maximè propinquabant, ere xit: Alā vocant eiuſcemodi ſtructurā,quòd à muro ſcilicet ſuſpenſa videatur. Præterfluit Zenobiam ad orientē ſolem Euphrates fluuius, murū quam propinquiſſimè radens,qui imbribus coortis exundat,& afluſus muro,ſtatim nō

† pinnas.

ſolum fundamenta,ſed * faſtigia quoq; obruit,& ſaxorum compaginationes cōfundit, relicta fragili & incerta ſaxorū compoſitione. ſed ingens admodū ſaxum molaris generis,muro æquali longitudine adſtruxit, ſicq; murum ab omninocumento liberum ac tutum Iuſtinianus reliquit,etiā ſi in magnam al titudinē fluuius exęſtuet. Non ſolum vrbē ſecuram & tutam hic rex reddidit,

† militarium ſignorum domos.

ſed etiam templa in vrbe fundauit,& * gregariorū militum habitationes. præ terea balnea, & publicos porticus. Vltra Zenobiā Surum eſt oppidulū in ripa Euphratis fluuij ſitum,muro cinctum tam deſpicabili, vt olim Chofroæ ir

† mox eadem hora ſit.

ruēti,ne horæ quidem dimidio reſiſtere potuerit, ſed * recto itinere à Perſis occupatum. Hoc oppidulum totum perinde atq; Callinicum inſtaurauit,muroq; & vallo obfirmans effecit,vt amplius irruentib. hoſtibus non cedat. Eſt prętererea templum Sergio dicatum apud Euphrateſiam illuſtri diuo,quē priſci homines colentes,Sergiopolim locum appellarunt, circundantes * bre

† pertenui.

uiſſimo muro,vt illic habitantes Sarracenos propellere poſſent,& ab incur

† uani ad muros oppugnandos.

ſu locum tueri. * Aduerſum muros pugnare ſuapte natura Sarraceni impotentes ſunt & inepti. Murus quamlibet paruus & fragilis, illorum impetum ſiſtit. Tandem hoc templum donariorum acceſſione opulentū & nobile om nino factum eſt. quam rem Iuſtinianus ſecū reputans, curauit vt nobiliſſimo muro cingeretur: extruxitq; aquarū receptacula, præterea domus, porticus, & alia ædificia loco impoſuit, inſuper & militum præſidia. Simili cura oppidula & omnes arces in vltimis Euphrateſiæ * collibus ſitas reparauit. Ad hęc

† limitibus.
† Hierapolim, nomen proprium eſt.
† inutili ambitu ſublato.

animaduertens * ſacram vrbem inſidiari volentib. expoſitam, prouida mēte liberauit, † occulto ambitu ipſam defendens, & in anguſtiorem ſecuritatem murum coarctans. Erant & alia in Euphrateſia loca, nomine quidem vrbes referentia,muris verò circundata ſepum more,quę Iuſtinianus veris mu

† effecit vt iure appellentur opida, & validiora ſint.

ris cingens,& alio apparatu firmans, † vrbes inſtituit, quæ & iuſtè appellentur,& pręſtantiores ſint,quàm vt hoſtium inſidijs pateant. Sed & vrbes,quas Choſroes occupauerat (hic enim barbarus, oportunitate accepta, propter

† occidente.

Romanorum exercitum in † Heſperia relictum, clam irruit in Romanorum terram) ita ſecuras conſtituit & politas, vt nunc multo feliciores eſſe videantur,quàm prius; & amplius non formident barbarorum, qui mala minantur, incurſus. In primis Antiochiam, quæ nunc Theopolis dicitur, exornauit & muniuit multo præclarius, quàm prius ornari contigit. Orontem fluuium, qui vrbem alluit, per circuitus & ambages deerrans, tranſuerſum compulit muro propinquare. Quo ductu curſum ſuum quampropinquiſſimè vrbi circumflexit,

cumflexit, & eatenus partem vrbis, quæ munita * per indiſpoſitionem non erat, erexit, & ex Oronte tutiorem reddidit. Intra muros locus erat, totus fermè deſertus, * & feculentus, & graueolens. Petræ excelſæ & ſpecus inuij locum occupabant, nullam ſemitam facientes illac. * Arbitratus igitur petram illam, tametſi plurimũ oble&amenti præſtaret in vicino muro poſita, perniciosam eſſe, nempe per quam vrbs non obſcurè capi poſſet, locum illum intra murũ olim pręcipitem & cliuoſum planũ effecit, & illac itinera diſpoſuit, quà non ſolũ pedites irent, ſed & equites proficiſcerẽtur, ducerenturq́; curtus & plauſtra. Balnea quoq;, & aquarum reſeruacula in hiſce montibus extruxit. Intra muros apud quamlibet turrim puteum effodit, vrbi, quæ prius aquis egebat, pluuijs vndis ſuccurens. Hæc circa muros Antiochiæ a Iuſtiniano rege perącta ſunt. Vniuerſam vrbem ab hoſtibus exuſtam ipſe reparauit, purgaris carbonibus & cineribus, liberum aera reddidit. Pauimenta vrbis vbiq; grauib. ſaxis inſtrauit, diſtinxit vrbẽ porticibus & foris, biuia angiportis diſcriminauit, conſtitutis fontibus, & aquarum fluxibus, & du&ibus. Et quibus vrbes exornantur, theatris, balneis, & alijs ædificijs decorauit, quibus vrbis felicitas illuſtrari conſueuit: & vt facilè & citra laborem incolæ ſuas ipſorum domos extruant, pręſtitit. Hoc modo Antiochiam nunc illuſtriorem eſſe, quàm prius, contigit. Hic etiam dei genitrici ingens templum dedicauit, cuius ſplendorem & magnificentiam oratione æquare impoſſibile eſt. Pręterea Michaeli archangelo magnam admodum ędem conſecrauit. Prouidit & pauperibus ægrotis, diligenter & domo, & ijs, quæ ad curam & infirmitatum mutationem pertinent, ordinatis; ſeorſum viris & ſeorſum mulieribus. Nihilominus prouidit & peregrinis ex oportunitate fa&is hic inquilinis. Chalcidos etiam vrbis murum vetuſtate collapſum, vnà cum vallo reparauit, & multò conſtituit munitiorem. Erat in Syria oppidulum vehementer negle&um, Cyros nomine, à Iudęis olim extru&um. Nam Iudęi ex Paleſtina à Medorum exercitu in Aſſyriam captiui abdu&i, & longo poſt tempore, à Cyro Rege dimiſſi, vt qualemcunq; gratiam benefa&ori referrent, locum illũ Cyrum appellarunt. Iuſtinianus rex * prouidentiam reipublicæ adminiſtrandæ perſcrutans, & in primis diuos colens Coſmam & Damianum, quorum corpora prope vſq; ad mea tempora requieſcunt, Cyrum vrbem felicem reddidit, muri ſecuritate, * cuſtodiarum multitudine, & magnitudine publicorum ædificiorum. Hac ratione Syriam Iuſtinianus tutam ſeruauit. In Phœnicia Libano propinqua, oppidum, cui Palmyra nomen, vetuſtate fermè deſertum, munimentis firmauit, & aquarum copia, coercito Sarracenorum incurſu.

*propter immoderatam magnitudinem non erat, ſecuriorem fecit.

* & acceſſu difficilis rupes & valles inuiæ.

* corrupit iſta interpres.

* partim reipublicæ commodis proſpiciens, partim diuos.

* præſidiariorũ.

* ORATIO TERTIA.

* liber III.

ORientalem plagam Iuſtinianus hoc pa&o firmauit. Nunc mihi eundum eſt ad Armenios, qui ab vrbe Amida, ad alteram vſq; Theodoſiopolim loca habitãt Perſis finitima. Armenijs * præerat rex eiuſdem gentis. Poſtquàm verò Alexander Macedo Perſarum regem euicit, Perſæ in ſeruitutem reda&i, quietè degebant: Parthi autem Macedonibus reſiſtentes, & bello ſuperiores, expulerunt eos, & omnia vſq; ad Tigrim fluuium occuparunt. Quo fa&um eſt, vt Perſarum res deinceps quingentos annos Parthis ſubie&æ ſint, donec Romanis Alexander Mameas imperaret. tunc enim quidam Parthorum rex fratrẽ ſuum Arſacen nomine Armenijs regem præfecit. Perdurauit itaq; pax per hanc cognationem quingẽtis annis. Reſidebat autem Armeniorum rex in magna Armenia, Romanorũ imperatori ex antiquo ſubie&us. Poſteriori ſæculo, cuidam Armeniorũ Regi Arſaci, duo fuerunt filij, Tigranes & Arſaces. Hic morti vicinus, condito te-

* olim præerat.

ſtamēto, ambos filios regni ſucceſſores inſtituit, nō definita vtrilibet æquali potentia, ſed Tigrani relicta quadruplici parte. Et ſic adminiſtrato regno pater è viuis exceſſit. Arſaces filius grauiter ferens, ſe fraudatū eſſe, rem ad Romanorum imperatorem detulit. Theodoſius Arcadij filius * adhuc iuuenis, Romanos tum ingenuè rexit. Tigranes timens, ne data pœna regno pelleretur, tradito Perſis imperio, ſibi ipſe manum intulit. Quocirca ſuborto eſt diſſidium inter Romanos & Perſas propter Armeniorum regionem tandem inter eos cōuenit, vt Tigrani partem, Perſæ; Arſacis, Romani haberent. Deinde vtrimlibet fœdere pacto, Romanorum rex Armenijs ſemper regem & dominum præfecit. Sed quoniam huiuſcemodi regnum hoſtiles incurſus propulſare nō potuit, carens militari exercitu, Iuſtinianus rex animaduertēs Armeniam identidem ſine ordine ferri & gubernari, regni nomen extinxit, præſide inſtituto, & militaris exercitus deſcripta multitudine. Hæc in magna Armenia ſic adminiſtrauit. In Armenia, quę *Sophanice dicitur, vrbs eſt Martyropolis nomine, ad Nymphium fluuium Romanorum & Perſarum fines diſterminantem ſita, * è cuius fluuij regione locus habitatur Arpane dictus, olim Perſis obtemperans. Deniq; Cabades Perſarum rex Anaſtaſio regnante, ingreſſus eſt Romanorum terram, & tanquam itineris * compendium aliquod excogitans, relictā vrbem cœpit, non quaſſatis muris, nō facta obſidione, ſed hoc ſolum oſtenſo, quòd iam illuc acceſſiſſet. Incolæ vrbis perpendentes, ſeſe non poſſe neque ad breue quidem temporis momentum exercitui obſiſtere, Cabadi occurrerunt, ſe ſuaque & Martyropolim ipſi tradentes, tributaque publica duorum annorum in manibus habentes. Quibus oblectatus, vrbem & totam regionem, perinde ac ad Perſarum regnum * accedētem vſurpauit, & homines indēnes dimiſit. deinde promoto exercitu, & Amida(ab) obſidione capta, ad Perſarum fines redijt. Huius Martyropoleos muros, in latitudine quatuor, in altitudine viginti pedes habuit, adeo vt hoſtes murum facile permearent, & omnino ſaltu tranſmitterent. Quapropter Iuſtinianus rex extra murū, aliud extruxit propugnaculū, & vallum * multa ratione dignum, aliaq; omnia, quibus iam vrbis munimentū ſeruari poſſit. Martyropoli ad ſolem occidentem locus adiacet Phiſon appellatus. ſupra hunc locum ad duo maximè * ſigna, prærupti montes ſunt, nuſquam peruij, qui inter ſe congredientes, duo flumina non longe diſtantia effundunt, quę Cleiſuras appellare conſueuerunt. In his anguſtis locis Iuſtinianus munitiones ſpectatu dignas iecit, & conſtitura militum cuſtodia inexpugnabili, locum illū barbaris omnino præcluſit. In Citharīſi loco, arcem non habenti, eximiam quādam arcem, & perpolitam, & ſcirè inexpugnabilem, in loco edito ſeu colle conſtruxit, vt qui habitant illic, partim Romanis, partim Perſis ſubditi, nullo amplius inter ſe pauore concutiantur, nullam inſidiarum inter ſe ſuſpicionē habeant, ſed nuptias inter ſe contrahant, nundinas rerum commodarum agant, & quæ ad agriculturam pertinent, exerceant. Alium locum, cui Artaleſon nomen, firmiſſimo muro obcinctum, arcem cum primis inſuperabilem effecit, collocato inibi delectu militum, quibus iam vt * princeps præeſſet, quem Romani Latina voce ducem vocant, ordinauit. Hęc quidem à rege hic peracta ſunt. Quęcunq; verò in alia Armenia elaborauit, nunc dicam. Satala hic vrbs ſtabat modicæ olim ſpei. Nō enim longe aberat ab hoſtiū terra, & in humili loco ſita, ſub multis collibus circum ipſam aſſurgentib. latebat. ad huiuſmodi loci naturā accedebant infirmę inprimis, & dubię munitiones, tum à principio male inſtructæ, tum etiam longo iam tempore collapſæ. Rex ipſe vniuerſo loco ſubruto, nouum hic murum exædificauit, tanta quidem altitudine, vt vicinos colles ſupergredi videretur, ea verò latitudine, quæ firmæ & ſecuræ ſtationi ſufficeret. Propugnaculo etiam * multa ratione digno,

in

* adhuc iuuenis Romanis imperabat Tigranes amiſſionem regni timentis, Perſis ſe dedidit, regno tradito.

† Sophoſena, & Sophena.

* cuius ad vtranque ripam habitatur Arxane regio.

† hic ab interprete multa corrupta.

* pertinentem.

* non contemnēdam.

* miliaria.

* magiſtratus.

* magni momenti.

in circulum diſpoſito hoſtes perterruit, & arcem valde munitam non longe *in loco qui Oroenon dicitur, extruxit. Erat etiam in hac terra arx quædam in vertice percipitis montis poſita, quam olim Pompeius dux Romani exercitus, bello hanc terram ſuperans, captam, & paulo pòſt munitam, Coloniam nominauit. Hanc arcem vetuſtate fatiſcentem Iuſtinianus rex omni poteſtate reſtituit. Quin & Sebaſtiæ & Nicopoleos Armeniæ oppidorum muros, quoniam longitudine temporis corrupti ruinam minabantur, inſtauratos, nouos effecit. Extruxit quoque hic templorum & monaſteriorum ædificia. In vrbe Theodoſij templum dei genitrici fundauit. In Nicopoli quadragintaquinque diuis monaſterium. In Byzanis Georgio martyri templum dedicauit. Prope vrbem Theodoſij, monaſterium, quod quadraginta Martyrum cognominatur, renouauit. Erat * quidam locus apud Armenios, non procul ab Euphrate, in quo Romanorum militum * cohors reſidebat, * locus Melitene, cohors legio appellabatur. Hic ſuperioribus annis in loco ſupino & decliui propugnaculum quadrangulum Romani extruxerant, quod deinde Traiano imperatori viſum eſt, vt in vrbis munimentum verteretur, & * parua vrbs genti conſtitueretur. Procurrente itaque tempore factum eſt, vt Melitenorum vrbs creſceret, fieretque populoſa, adeo vt intra propugnaculum habitationes non ſufficerent. nam anguſtus locus erat. collocarũt ergo in vrbis area & campo, templa, * principum hoſpitia, forum, tabernas mercatorias, publicas vias, porticus, balnea, theatra, & ſi quid aliud eſt, quod ad ornatum magnæ vrbis facit. Quocirca hoc modo Melitenam muro non obcingi contigit Anaſtaſius rex vniuerſam muro circundare cæpit, ſed morte preuentus, voluntatem implere non potuit. Iuſtinianus verò rex vndique muro vrbem obcingens, * egit, vt Melitena ſit Armenijs magnum & munimentum & ornamentum. Hæc igitur in Armenia, quæ ad dextram Euphratæ fluuij eſt, peregit. Quæcunque autem ab ipſo in Armenia magna geſta ſunt, dicam. Theodoſiopoleos olim murus facilis erat captu & expugnatu, quippe quem non defendebat neque vallum, neque foſſa, & cui imminebat locus quidam ad vrbem propinquiſſimè deducens. Iccirco Iuſtinianus ex aduerſo iſthæc machinatus eſt. Primum quam profundiſſimam foſſam in circuitu effoſſam, ſpecubus præruptorum montium ſimilimam conſtruxit; deinde loco, qui vrbi imminebat, deſecto, naturam illius in cauernas & hiatus, qui tranſiri & penetrari nequeunt, tranſmutauit; fecitq; murum auctiorem, vt iam inſigniter altus, & prorſus inexpugnabilis eſſet, ſi quis irrueret. In Byzana nihil conſtructum eſt à Rege propter hanc cauſam. locus enim planus eſt, campos habẽs equitibus peruios, & multos lacus corruptos aquæ ſtagnantis. Quo fit, vt hoſtibus ſit facilimus expugnatu, & peſtilentiſſimus habitatoribus. quo perſpecto, alibi vrbem erexit, digniſſimam planè quæ ipſius Regis nomen referret, in loco ſcilicet, qui * Tzouinina vocatur. quæ igitur in Armenia geſta ſunt, ſic habent. Vt hic autem Tzanorum gentes iam deſcribã, mihi non videtur eſſe alienum à ratione. ſunt enim Armenijs finitimè. Tzani ſuis legibus ſine rege ex antiquo degunt, beluinam vitam agentes. Deos quidem lucos, volucres & alia animalia arbitrantur, & colunt In altiſſimis montibus, & opacis totam ætatem conſumunt, terram nequaquam colentes, ſed identidem furtis & latrocinijs viuentes, negligentes terram exercere. Vbi montibus præruptis non cinguntur, locus eſt collibus & tumulis abundans: vbi tumuli, ibi quæ terræ imminent, talia non ſunt, vt fruges afferant, ſi colantur. Valde enim aſpera ſunt & ſupra modum dura, nullarum penitus frugum feracia. Quamobrem fieri non poteſt, vt hic vel terram ares, vel campum ſegetum demetas, vel pratum inuenias. Floret autem arboribus Tzanica, ſed infrugiferis, & omnino ſterilibus. Quoniam vt plurimum nulla eſt hic temporum recipro-

in regione, quæ Oſroenorum.

* *quædam regio.*
* *turma.*
* *regio.*
* *metropolis legere debuit, non μικρόπολις*
* *Magiſtratuũ.*
* *perfecit,*
* *Tzumus.*

catio & viciſſitudo, vt nunc ſcilicet frigidis & humidis horis occupetur terra, nunc verò iuuetur calore ſolis; ſed perpetua hieme oppreſſa eſt, & aſſiduis niuibus irrigatur. Propter hæc ex antiquo ſuis legibus viuunt Tzani, Iuſtiniano verò imperante, à Romanis pugna victi, & iam amplius certamini non fidentes, ſtatim ſeſe omnes dediderunt, magis eligentes quietam ſeruitutem, quàm libertatem periculoſam; & mutata religionis opinione, omnes Chriſtiani facti ſunt & vitam humaniorem amplexati, dimiſſis latrocinijs, Romanos in ſuos hoſtes progredientes ſemper comitati ſunt. Iuſtinianus ipſis eccleſiam conſtruxit in loco, qui Camalinichon dicitur, effecitque, vt ſacra obirent, accederent ad myſteria, ſacrificijs deum placarent, & alijs quoque rebus ſacrarentur, intelligentes tandem, ſe homines eſſe. ſtructis etiam arcibus, paſſim per regionem Romanorum militum præſidia hic collocauit, atque Tzanos commercium cum cæteris hominibus habere inſtituit. Eunti hinc ad ſolem orientem, pręceps vallis occurrit, procurrens vſque ad terram boreæ vento ſubiectam. Hic in infima parte vallis, caulæ ſunt, quibus Tzanorum boues ſtabulantur, ad colendam terram educati. Inertes autem laborum ſunt omnino Tzani, & ruſticorum operum ignari, perpetuò lac mulgentes, & victitantes carnibus. Vltra montis radicem loca quidem ſunt, non tamen vacua, in plana terra; deinde à ſiniſtris ad Boream locus quidem eſt, quem vocant incolæ Longini foſſatum, quoniam priſcis temporibus Longinus Romani exercitus dux, patria & genere Iſaurus, ducto aduerſus Tzanos exercitu, illic caſtra fixerit. Hoc loco arcē Iuſtinianus rex extruxit, cui nomen Burguſnoce, diei itinere à Siſiliſon diſtans. Siſiliſon quoq; arx eſt ab ipſo rege ædificata firmiſſimè. Hæc igitur à Iuſtiniano rege apud Tzanos peracta ſunt. In Amoria multa templa longo tempore diruta renouauit. Poſt Trapezontinorum terminos locus eſt, Riſæum appellatus, quē ipſe inſtauratum in munimētum ſepſit præſtantius, quàm vel verbo explicari, vel auribus percipi poſſit. Apud Lazos Chriſtianorū eccleſiam vetuſtam & ſtructura putidam & emarcidam reparauit. Sebaſtopolim, quę olim arx erat, muro & alijs munimentis facilis captu, publicis vijs & alijs ædificijs adornatam, in vrbem inter præſtantiſſimas etiam, elegantia & magnitudine imprimis famigeratam redegit. Boſpori etiam, ac Cherſonis, vrbium in illo litore maritimarum, poſt * ſtagnum ſcilicet Mæotidē, poſt Tauros & Tauroſcythas, in vltimis Romani imperij finibus habitantes, muros penitus collapſos inueniens, in magnam quandam elegantiæ & ſecuritatis admirationem reſtituit. Hæc igitur ſic habent. Vrbem etiam quandam Thraces habitant mari finitimam in litore Euxini ponti, Anchiolum nomine, vbi non procul ab vrbe, aquæ natura calidæ ſcaturiunt, incolis imparata balnea præſtantes. Hunc locum, olim muro non munitum neglexerant priſci reges, quamuis vicina loca barbara gens habitaret. frequentabant locum ipſum ægroti, cum periculo alleuamen inquirentes. Iuſtinianus igitur nunc muro vallauit, effecitq;, vt citra periculum infirmis remedium contingat. Hæc igitur munimenta à Iuſtiniano rege conſtructa ſunt, in oriente, in Armenia, in Tzanica regione, & circa pontum Euxinum. Nunc hinc nobis eundem eſt ad ædificia, quæ in Europa extruxit.

* paludem.

*Liber IIII.

* ORATIO QVARTA.

SI is pelagus ſulcet, qui ad gubernādam naniculā inſtructus nō eſt, pernicioſam rē eſſe puto, magnorum diſcriminū impē ſe plenam. idē dixero, ſiquis Iuſtiniani Regis ædificia, ſordidiſſima oratione emetiri

emetiri velit. Animi enim magnitudine hic rex alia(†vt ita dicã)omnia,&quę *† prope dixerim*
ad ædificia non minus,multo præſtantiora perfecit,quàm vt oratione expli-
cari queant. In Europa, curans miniſteriũ applicare neceſſitatis poſtulatio-
ni,opera abſoluit, quæ narratu facilia non ſunt, aut etiam prompta ad con-
ſcribendum. Vrgebat enim neceſſitas in confinio Iſtri fluminis,& deinceps
propter adhabitantes huic loco barbaros. Nam vicina eſt gens Hunnorum,
Gothorum, Taurorũ,Scytharum, † Sclabenorum,& eorum qui cum Sauro- *† Sclauinorum*
matis in plauſtris degentibus bella gerunt, & ſi quod aliud beluinum ge-
nus hominum eſt, hic morari & ſedes figere conſuetum. His iam inceſſan-
ter bella mouentibus occurrere cogitanti Iuſtiniano regi neceſſarium erat,
innumera propugnacula iacere, militum inenarrabiles cuſtodias conſtitue-
re,& alia, quæcunque hoſtibus forent impedimento ad promouenda do-
minia. Cæterùm quod de hiſtoria reſtat, proſequemur. Operis enim in-
choati, quocunque modo ad finem peruenire magis conueniet,quàm reli-
cto imperfecto retrorſum ire. Conſtituentes itaque huius regis ædificia,quę
in Europa conſtruxit enumerare: pauca quædam huius regionis præfari di-
gnum duximus. E mari, quod Adriaticum dicitur,influxus quidam ab alio
mari decurrens, Epirum ingreditur, fermè terram diuidens,Ionium ſinum
efficit, in dextra Epirotas & illius regionis gentes, in ſiniſtra Calabros ha-
bens. ſupra quos è regione maris defluit Iſter fluuius. Hic multa ædificia re-
latu digniſſima Iuſtinianus rex conſtruxit. Totam enim Europam obual-
lans,barbaris, qui Iſtri fluuij accolæ iam erant, inacceſſam reddidit. Sed à
patria regis mihi ordiundum eſſe arbitror. Hanc enim ſolam decet extolli,
diuulgari,venerari,quæ talem regem enutriuit,talem Romanis præſtitit; cu-
ius opera verbis enarrare, & litteris commendare impoſſibile eſt. Apud
Dardanos Europæ, qui iam poſt Epidamniorum terminos habitant, locus
eſt Taureſium nomine. Hinc Iuſtinianus rex orbis reparator oriundus erat.
Hunc locum muro circundans quadrangula figura, ſingulis angulis turrim
impoſuit, effecitque, vt & eſſet, & vocaretur Quadriturrita. Iuxta hunc lo-
cum vrbem nobiliſſimam condidit,quam Iuſtinianam Latina voce appella-
uit, atque hoc modo nutricationis officium altrici patriæ rependit. Fabri-
cauit etiam canales aquarum, vt vrbs aquis abundaret, & multa alia narra-
tu digna. Non eſt facilè enumerare deo conſecrata templa, verbis com-
prehendere † principum habitacula, ingentes porticus, nitida fora, fon- *† magiſtratuum*
tes, vias, balnea,loca vbi res venum exponuntur. Magna planè vrbs eſt,
& totius regionis metropolis Illyricorum, archiepiſcopum ſortita; alijs vr-
bibus ipſi, tanquam magnitudine præſtanti, cedentibus. Quo fit, vt e-
tiam honorem regi rependat. Vt enim ipſa vrbs rege † honoratur, tan- *† ſe iactat,*
quam alumno, ita è diuerſo rex * locum illum in vrbem euehere curauit. Et ** honori ſibi du-*
tantum de hac re dixiſſe ſat erit. nam omnia diligenti ſubtilitate perſequi *cit, quòd vrbem*
impoſſibile eſt. Nam ſi ad regis præſtantiam vrbs quoque acceſſerit, ne- *ædificauerit.*
ceſſe eſt omnem orationem deficere, & ipſam re inferiorem fieri. Erat o-
lim apud Dardanos vrbs, Vlpiana nomine. huius murum deiectum (e-
rat enim totus inutilis) in præſentem nitorem permutauit, appellauitque
vrbem Iuſtinianam ſecundam. Prope quam & aliam quandam vrbem,quæ
prius non erat, condidit; & Iuſtinopolim vocauit,auunculo cognominem.
Sardicæ quoque & Naiſupoleos, præterea Garmaæ & Pantaliæ muros,qui
vetuſtate dirupti erat, in ſecuritatem reparauit, & hoſtibus inexpugnabiles
effecit,& inter has oppidula à fundamentis reſtituit,firmiſſimum etiam pro-
pugnaculum horum, & totius Europæ, Iſtrum fluuium facturus, † validis *† crebris muni-*
denſiſque munimentis fluminis ripas cingit, paſſim per ripas diſpoſitis mi- *tionibus flumi-*
litum præſidijs, ne barbari agris cuſtode carentibus ſemper inſidiarentur, *nis.*

ne homines cuiuſuis ætatis captiuos abducerent, & vniuerſam ſupelle&ilem atque pecuniam prædarentur. Erat hic quædam antiqua vrbs abundans aquis, nomen à natura loci adepta. Euroea enim ab origine dicebatur. Ab hac non procul * mare diffuſum inſulam in medio tenet, colle inſignem. Huc Euroeæ incolis traductis rex infirmiſſimam vrbem erectam muro ſepſit. Poſt totam Epirum, Aetolos, Acarnanas, † nunc Criſſæus ſinus, nunc Iſthmos, nunc Corinthus, nunc denique alia Græciæ loca, huius regis prouidentiam liquidò teſtantur. quapropter nemo contenderit, * per omnem ætatem fuiſſe quempiam ex omnibus hominibus Iuſtiniano rege magis prouidum, & accuratiorem, cui difficile non fuit, mare montibus alliſum, circumfuſum, vnda efferuens, & arena fluidum, iactis fundamentis frenare & firmare; atque ijs, quæ vel maximè inter ſe diſſident, applicare & connectere, vt artificio hominum conueniant, & cedant cogentibus. Hic etiam rex ſaltus & lucos copulauit, adaptauitque montibus mare. * Atque vniuerſam Græciam munimentis obſeptam reliquit, ſedata ſubditorũ diligentia. Arces etiam multas intra muros extruxit, conſulẽs humanæ fortunæ, cui nihil ſatis firmum & conſtans, nihil inexpugnabile eſt; vt ſi muros quocunq; modo aut tempore capi contingeret, in arcibus præſidia ſeruarẽtur. Vbiq; * res frumentarias, & aquarum raſeruacula in tuto diſpoſuit, ordinauitque milites cuſtodes. Sic per Græciam Iuſtinianus arces & propugnacula firmauit. In Heraclea hæc facta ſunt. Ex Illyricis in Græciam eunti occurrunt duo montes plurimum diſtantes, ſed tandem inter ſe quàm propinquiſſimè conuenientes, anguſtum reddentes interſitum locum. fons per medium fertur, æſtiuis horis aquam placidam, & potui non incommodam effundens ex montibus iſtac aſſurgentibus, in breuem deinde riuum cõtractus. ſed poſtquam pluit, torrentem exundans altum vehementer, & ſatis immanem, ex ſcopulis & ſaltibus ingentem fluxum congregat. Ex vtraque parte anguſti loci duo erant olim munimenta. hinc Hereclea vrbs, cuius ſufficienter meminimus, inde Myropolum non parua intercapedine diſtans. Ambo munimenta ruinæ proxima Iuſtinianus rex reparauit, & validiſſimo muro anguſtum locum circundans, barbaris tranſitum præcluſit. Omnes Græciæ vrbes, quæ Thermopylis includuntur, vt in tuto eſſent, effecit, renouatis omnibus muris. Conciderant enim multo antè in Corintho, ex vehementi terræ motu, Athenis, Platæis, & in Bœotiæ terminis, vetuſtate corrupti. Nihil autem expugnabile, nihil incuſtoditum reliquit. Poſtquam ipſe Iuſtinianus ſaluti ſubditorum inuigilans animaduertit, barbaros mali aliquid eſſe machinaturos, Græciam paſſim mutis & mœnibus vallauit, vt iam neceſſarium foret hoſtibus, ſingulas vrbes ſeparatim obſidere. Atque hæc effecit, quoniam expectario minimum producta, miſeriam non patitur, & ſemper prorogata auxilium non petit, ſed inſtantem fortunam propter tarditatem & dilationem abijcit. In Peloponeſo etiam, vbi reſciuiſſe omnes vrbes muris carere, ne multum temporis attereretur in ſingulis curandis reſtituendisque, vniuerſum mare ſecurum reddidit, erectis arcibus, & conſtitutis præſidijs. Atque hæc ſic proceſſerunt. Vrbs quædam erat Theſſaliæ Diocletianopolis nomine, à barbaris * occupata, & longo tempore ab habitatoribus deſerta, vicinum habens ſtagnũ, & inſulam in medio ſtagni aquis circumfuſam. Quapropter hic rex vrbis † explorato loco, quoniam facilè penetrari poterat, firmiſſimam vrbem in inſula ædificauit, dimiſſo (vt par erat) priori nomine. In Echinæo, Thebis, Pharſalo, & alijs vrbibus maritimis omnibus propugnacula renouata aptè confirmauit. Sed quoniam in Theſſaliam peruenimus, ſermo in Pelium montem & Peneum fluuium pergat. Ex Pelio monte Peneus placido lapſu defertur, mox ſuo allapſu vrbem Lariſſam decorans.

Margin notes:

** palus diffuſa*

† tum Criſſæus ſinus, tum Iſthmus. & ſic deinceps.

** ab omni æuo*

** Alius ſenſus in Græcis.*

** borrea*

** euerſa*

† neglecto

Nam

Nam Phthia hic amplius non eſt. defluit autem hic fluuius admodum leniter in mare, finitimam regionem feracem reddens omnigenorum fructuum & potabilibus aquis abundantem. Quos planè fructus qui illic habitãt, vendere non poſſunt, formidantes ſubinde barbarorum incurſus & moleſtias. Nuſquam enim hæc loca munimentũ habent, quo ſeſe incolæ conferentes ſeruentur, ſed Lariſſam & Saream, collapſis iam mœnibus, muris fermè ſpoliatas eſſe contigit. Rex igitur Iuſtinianus ambas vrbes muris obcingens, regionem illam in legitima & natiua felicitate conſeruauit. Inde non procul montes aſſurgũt prȩrupti, altiſſimis arboribus abundantes, & Tauris peruij. In hac terra Lapitharũ aduerſus Centauros flagrauit pugna, quemadmodũ fabulæ nobis aſſeuerant, temerè perſuadentes, fuiſſe ſcilicet priſcis temporibus genus hominum extraneum, & ex animalium natura quadam perperam mixtum. Reliquerunt fabulæ teſtimonium vetuſta tempora in appellatione. Nam ſtructæ in montibus arcis locus Centauropolis in hanc vſque ætatem vocatur, cuius murum dirutum Iuſtinianus rex inſtaurauit & obfirmauit. Multas preterea arces in Theſſalia renouauit, quarum nomina nõ multò pòſt à me perſcribentur. Sed nunc ad Euboiam inſulam eundũ eſt, quoniam Athenis & Marathoni propinquiſſima eſt. *Euboia in mari obiecta eſt Græciæ, videtur autem olim abrupta eſſe. Quandoquidem prius vna erat terra, quæ pòſt freto eſt diuulſa. maris vndoſo fluxu hic circa Chalcidem vrbem, continentem perrumpente, & quod à terra defectum eſt, in inſulam redigente, fretũ Euripus dicitur. Euboia igitur huiuſmodi exiſtens inſula, vna etiam trabe ſinui maris ſuperpoſita, terrȩ & continenti iungitur, quam incolȩ, quoties libitũ ſit, imponentes, *Epirotæ videntur eſſe, pedibus in oppoſitam terram progredientes, quam rurſus deponẽtes, nauibus traijciunt, inſulani iam facti. Itaq; vnius ligni & trabis impoſitu & depoſitione ſeu ablatione, pedites fiunt aut nautæ. Hanc Euboiam Iuſtinianus rex penitus inexpugnabilem & inuictam reddidit. Non procul à Theſſalonica fluuius decurrit Rechius nomine, qui bonam planè terram & frugiferam circumiens, in vicinũ mare exonerat, & leni defluxu placidam & potabilem aquã effundit. Hic plana terra, * multa profert odoramenta, & paludem pabuloſam; hac quidẽ parte felix, ſed barbarorum incurſu miſera. eſt enim facilis acceſſu. quocirca Iuſtinianus rex in litore maris, quà Rechius exonerat, validiſſimam arcem extruxit, quam Artemiſium appellauit. Et hæc quidem hactenus. Quo autem modo ripas Iſtri fluminis firmauerit, nunc exponam. Romani olim imperatores, vt barbaris vltra fluuium habitantibus tranſitum præcluderent, vniuerſam ripam huius fluminis propugnaculis vallarũt, propugnaculis inquam non ea quidem ratione extructis, vt ab irruentibus expugnari nequirent, & forent inacceſſa; ſed vt ripa fluminis virorum cuſtodia non vacaret, quod tum ſatis erat ad deterrendos barbaros, vt cauerent ab incurſu in Romanos. Poſteriori ſȩculo Attila cum ingenti exercitu ingreſſus, nullo fermè labore propugnacula euertit, quæ deinde euerſa Iuſtinianus rex reparauit, non quidem qualia prius erant; ſed validiſſima, hic præſertim vbique reſtituit, amittente iam ſecuritatem Romanorum imperio. Quæ quomodo facta ſint, exponam. Oritur in Celtarum, qui nunc Galli vocantur, confinio Iſter fluuius; circumfluit autem multas regiones vt plurimum deſertas, alicubi barbaros accolas habẽs, beluinis moribus, & nulla ſocietate alijs hominibus deuinctos. Poſtubi Daciam attigerit, hic iam diſterminare videtur barbaros, ſiniſtram partem occupãtes, à Romanorũ terra ad dextram ſita. Vrbem igitur in hac parte litoris Iuſtinianus ędificauit firmiſſimo muro cinctã, *ſpectatu planè dignam eam reddidit. Aliam item nouam arcẽ erexit, impenſè munitam, ab hac vrbe octo maximè * ſignis diſtantem. Ante quam vrbs antiqua erat Viminacium

Eubœa.

terræ continentis habitatores.

frequentes agrorum culturæ, palus paſcua.

Attila rex Hunnorum.

Ortus Iſtri fluminis.

maximi ſanè momenti.

miliaribus

** exhibuit.* — ** pons* — ** Qua verò de cauſſa iam locus ille Pons ſit appellatus, & cur huc*

quam rex reparatam penitus nouam* eſſe oſtendit. In oppoſito ſigno, alias mulras arces ab vltimis fundamentis ædificauit, & deinceps oppidulum antiquo nomine Zanes, à quo non longe abeſt arx, cui* Pontes nomen. Hic fluuius effluens, & modicum litoris ſpàcium euagatus, mox in ſuum alueum reuertitur. facit id non ſuapte natura, ſed hominum induſtria coactus,* propter quod iam locus ille Pontus appellatur. Cur autem huc deducentes coactum Iſtrum, Danubium vocent, dicam. Romanorum Imperator Traianus ferox & ſtrenuus, quaſi indignè ferens regnum ſibi ceſſiſſe finitum, & Iſtro fluuio terminari atque concludi, fluminis ripas ponte diligenter iunxit, vt iam penetrare poſſet, & amplius ipſi impedimento non foret, in barbaros vltra flumen habitantes progredienti. Quomodo pontem hunc extruxit, mihi planè curæ non ſit,* expendat autem Apollodorus Damaſcus totius operis præcipuus artifex. nullam tamen vtilitatem inde ſenſerunt Romani, ſed pontem Iſter exundans poſtea, & tempus intercurrens euerterunt. Erexit autem Traianus ex vtralibet fluminis ripa, arcem, hanc quidem Theodoram nomine, illam verò in Dacia ex oppoſita regione, Pontem, operi* cognomen.

** ſed exponat eũ Apollodorus Damaſcenus,* — ** cognominem*

Sed quoniam fluuium naues pertranſire non poterant, propter rudera & fundamenta pontis hìc poſita, cogunt fluuium aliâ traducere curſum, & rurſus tranſitum ſuum deflectere, vt iam nauigari queat. Ambas arces corrumpi contigit, collapſas vetuſtate temporum & barbarorum incurſu. Iuſtinianus rex Pontem, arcem in dextra fluminis parte collocatam, inexpugnabili ædificio renouatam, Illyrijs ſecurum propugnaculum conſtituit: alteram verò in oppoſita parte ſitam, cui Theodoræ nomen erat, tanquam barbaris illic habitantibus incumbentem, nequaquam curandam eſſe putauit. Alias quoque arces poſt Pontem extructas renouauit, & alia plurima, quæ ſermone complecti impoſſibile. Igitur Illyricorum arces iuxta fluuium Iſtrum ſic habent. Ad Thraciam nunc eundum eſt, enumerandæque ſunt arces hìc in ripis à Iuſtiniano rege exædificatæ. Primùm igitur hinc ad Myſos progrediamur, quos bellaces Poetæ vocant, Illyrijs conterminos. Poſt locum, quem Burgum appellant, Securiſcam arcem Iuſtinianus renouauit.* præterea quæ Quintodemi tempore diruta ſunt, reſtituit. Deinde vrbem, quæ antè non fuit, erexit, à Reginæ nomine Theodoropolim appellatam.

** Vlterius & Quintodemi faſtiſcentia refecit.*

Inſuper Quintorum arcem fundauit, poſt quam Triſmacarias propugnaculum; è cuius regione in oppoſito continenti Conſtantinus quondam Romanorum rex arcem non contemnendam conſtruxit, Daphnen nomine, nô inutile fore arbitratus, ſi hac via vtrimlibet fluuius cuſtodiretur. Hanc arcem procedente tempore à barbaris funditùs euerſam, Iuſtinianus ex fundamentis reparauit. Sunt in ripa Iſtri tria propugnacula, in quibus ea, quę collapſa erant, non indiligenter correxit. Sic ergo apud Myſos in ripa Iſtri & locis vicinis arces ſunt diſpoſitæ. Ad Scythas tandẽ progrediar. Hic prima arx Sancto Cyrillo cognominis eſt, in qua quæ corruerant, Iuſtinianus non ſegniter reſtituit. Deinde propugnaculum ex fundamento conſtruens, loca illa tuta reddidit Sclauenorum incurſu atq; inſidijs. Eſt etiam hìc Ibeda vrbs, cuius propugnaculi magnam partem collapſam reparauit, & nullo quaſi labore validiſſimã effecit, extructa noua arce, Aegiſtum appellata. Quæcunq; igitur apud Dardanos, Epirotas, Macedonas, & Illyricas gentes, præterea in Græcia, & iuxta Iſtrum fluuium ædificia conſtruxerit, iam à me explicatum eſt, reſtat vt in Thraciam progrediamur, iacto optimo ſermonis fundamẽto à locis Byzantio finitimis. Hæc enim vrbs non ſolùm potentia, ſed etiam ſitu & natura cæteris locis Thraciæ præſtat, veluti in Europæ arcem quandã exurgens, & terminos illius maris, quod Europam ab Aſia diſpeſcit,* obruens. Vniuerſas vrbis ſtructuras, & quicquid templorum ſiue intra, ſiue extra

** obſtruens.*

muros

muros Conſtantinopoleos expoliuerit, antè declaraui: iam quæ ſequuntur, dicturus adgredior. Arx eſt in ſuburbio, quem * Stroggylon ſeu rotundam à figura & compoſitionis diſpoſitione vocant. Hinc via, quę in Regium procurrit, admodum inæquabilis & ſalebroſa eſt, & decidentibus fortè pluuijs, lutoſa efficitur, & prorſus inuia illac tranſeuntibus. Hanc vaſtis lapidibus ſubſtraram Iuſtinianus rex, peruiam & omnino viatori facilem reddidit. Longitudo huius viæ, ad Regium vſque protenditur, latitudo tantundem patet, vt citra compreſſionem, binos currus inuicem occurrentes excipiat. Lapides admodum aſperi ſunr, & in ridiculam figuram defixi, vt non ſe contingere, non ſubtili artificio ſe mutuo integere, ſed cognati arque concreti eſſe videantur. Et hæc quidem huiuſcemodi ſunt. Stagnum Regio vicinum eſt, in quod fluuij ex ſupernis locis defluentes exonerant, in mare vſque diffuſum, adeo vt vno litore cum mari copuletur, quamquam in anguſto admodum loco, vnde & Myrmecis ſeu formicę nomen accepit. Hic olim traiectus mare cum ſtagno (vt dictum eſt) copulans, ligneo ponte permeabatur non ſine maximo diſcrimine, ſiquando (vt fit) ligna computruiſſent. Ar Iuſtinianus pontem ſaxis concinnè deiectis in fornicem erexit, & rem profectò magnam, tranſitum ſcilicer ſine vllo periculo compendioſum conſtituit. Supra Regium vrbs eſt Athyras nomine, cuius cùm incolas vehementiſſima ſiti oppreſſos inueniſſet, penuriam diſſoluit, ſtructo illic aquarum receptaculo, renouatisq; muris iam fatiſcentibus. Vltra Athyram locus quidam eſt, quem indigetes Epiſcopea vocant; quem poſtquam Iuſtinianus rex animaduertit hoſtium incurſibus expoſitum, quippe qui nullo propugnaculo munitus eſſer, arcem hic ædificauit mœnibus & turribus cinctam; non, quo conſueuit, ſed hoc modo eminebat quędā ex vallo ſtructura à principio anguſta, & ſenſim in amplam latitudinem deſinens, turribus munita. per hanc fieri non poterat, vt hoſtes muro appropiarent, quandoquidem intra vallum exiſtentes inter medias turres, facillimè à mœnibus propelluntur, & à cuſtodibus iugulantur. Hic etiā portas non conſueto more inter cætera opera collocauit, ſed ex obliquo, in anguſto ſcilicet loco prominenti ante murū, vt ſic ab hoſtibus non cernerentur, ſed laterent à tergo. Hic conatum Regis adiuuit Theodorus † olim Silentiares, vir admodum ſagax & prudens. Talis itaq; arx hîc extructa. Priuſquam hinc * ad alia progrediamur, dignum fore duximus, vt pauca præfaremur. Mare, quod ex Oceano & Hiſpania profluens, Europam à ſiniſtris habet, ad Thraciam vſq; procurrit deinde ad orientem deflectens, ſcinditur; † inde orientalem plagam, hinc paulatim incuruatum, Euxinū fretum efficit, atq; Byzantium deproperans, perinde ac à repagulo quodam repulſum, decurrit ad eam vrbis partem, quę aurorę ſubeſt, & iam in multo vaſtiorem curuaturam retortum, portus anguſtia concluditur, & Iſthmum (vt par eſt) ex ijs, quæ partim ſupra, partim infra Thraciam ſunt, relinquit: non quòd in duos effluxus hic partiatur mare, quemadmodum in alijs iſthmis fieri conſueuit: ſed quod admirabili quodam modo reflectatur, & vtrimlibet obcingat cùm alias Thraciæ partes, tum Byzantij ſuburbana loca. Aedificant autem hic homines, * & domos conſtruunt, non ad neceſſitatem, ſed ad iniuriam & delicias termino carentes, & ad id genus alia, quęcunque diuitiarum affluentia hominibus obueniens parit. Collocant hic ingentem ſupellectilem, & creberrima exercitia habenr. Cùm igitur inopinati hoſtes per Romanorum terram diſcurrere cœperint, damnum patitur hic locus non conferendum cum alijs regionibus, quandoquidem malis irremediabilibus hanc terram opprimi contingit. Quod Anaſtaſius Rex impedire conatus ſummo ſtudio, longos muros extruxit in loco non minus quadraginta * ſignis à Byzantio diſtanti, & ambo maris litora itinere

** Strongylum*

† dignitate, ſilentiarius, vir, &c.

** ad Longos muros, progrediamur,*

† & partim tendit ad orientalē plagam, partim factum paulatim obliquius, Pontum, qui Euxinus dicitur, efficit: & Byzantium accedens, velut ad metam quamdam inflectit ſeſe ad eam vrbis, &c.

** & ornant ſuburbana, non ad neceſſitatē, ſed ad inſolentiam.*

** milliaribus*

duorum dierum inter ſe diuulſa coniunxit,ſicq; arbitratus eſt,quæ intra muri ſepta continebantur,omnia in tuto fore. At ſtructura illa maiorum incommoditatum † fomentum erat. neque enim fieri potuit, tantam molem, aut turò perfici, aut perfectam diligenter cuſtodiri. Poſtquam enim partem quandam longorum murorum hoſtes expugnaſſent,tum ſubiugatis * cuſtodibus,in alios inopinati proruebant, & mala operabantur non facilia enarratu. Cæterùm Iuſtinianus rex ijs,quæ confracta erant reparatis;& quæ dubia erant ac infirma, validiſſimè communitis, propter cuſtodes has ſtructuras prioribus adhibuit. Exitus viarum,qui ex ſingulis rurribus in vicina loca procurrebant, obſtruxit omnes, vno dunraxat relicto acceſſu, quem oportunè munientes cuſtodes, etiam inrra vallum exiſtenres hoſtes contemnebant: quoniam ſingulæ turres cuſtodibus ſufficiebant * cùm ad ſecuritatem,tum ad manſiones.* quęcunque iam erant muris finitima,tuta eſſe procurauir,& alia quoq; loca (quemadmodum nuper à me dictum eſt) ad meridiem vrbis ſita renouauit cum ijs, quæcunque intra vallum collapſa erant. Iſthæc igitur à Iuſtiniano rege peracta ſunt apud longos muros. Heraclia vrbs, quæ * & Paralia, & à vicinis Perinthus dicitur,(cui olim primas Europæ tulerunt, nunc autem poſt Conſtantinopolim ſecundas ſedes præbent) ſitibunda & nimia olim ſiccitare premebatur: non quòd proximus locus aquis careret, aur huius rei negligentes fuiſſent ij, qui olim vrbem condiderunt,quoniam Europa fontibus affluit,& vetuſtis hominibus curæ fuit aquarum riuos per canales deducere; ſed quòd rempus conſueto more vrbi canales abſtulit,aut vetuſtate † collapſis ædificijs inuidens,aut in perniciem & interitũ perducens,eò quòd Heracleorę harum rerũ curam non habuiſſent, ſicq; breui tempore Heraclia ab incolis deſerta eſt. * Hoc ipſum iam effecit tempus,& quęcunq; illic regio munere atq; adeo ſpectaru digna erant labefactauit. Iuſtinianus rex non obiter,ſed quemadmodũ imprimis regem decuit,conſpectam vrbem,potui commodis & pellucidis aquis irrigauit,& omnibus reparatis, non eſt paſſus vrbem * regijs dignitatibus & ornamentis depriuari. Ab Heraclia, vnius diei itinere abeſt locus maritimus Rędeſtus nomine,nauibus per Helleſpontũ traijciendis valde oportunus. Quippe qui aptum portum habeat operis in mari exercendis idoneum, ſiue merces ſuas nautæ ſubducere, & naues leniter exonerare velint;ſiue rurſum nullo quaſi labore naues onerare ac deducere. Cæterùm hic locus barbaris expoſitus erat,illac,ſi ſic ſors tuliſſet, decurrentibùs & graſſantibus:eò quòd neq; arte obuallatus,neq; natura munitus aut difficilis acceſſu eſſet. Quapropter mercatoribus ob metũ periculi ſuſpectus,à paucis colebatur. Iuſtinianus rex locum nõ modò tutum reddidit, ſed & omnes vicinos ſeruauit,erecto ſcilicet Rædeſto in vrbem & muro potentem, & magnirudine inſigniter amplam, quo iam barbaris irruentibus, vicini omnes cõmodè ſuffugientes vnà cum ſuis rebus ſeruantur. Quæ à Iuſtiniano rege in Rædeſto acta ſunt ſic habent. Sed quæ in Cherſoneſo elaborata ſunt nunc dicam. † Cherſoneſus Thraciæ hic omnibus paret. procurrit enim in mare,& quaſi priori loco continua ſit, iam in Aſiam videtur protendi. litus eius iuxta vrbem Eleuntem prominens, mare in duas partes dirimit,quarũ altera,vehementi impetu à continenre diuulſa,& profluenri freto cedens,* pontũ efficit,quem Nigrum vocãt; reliqua verò penè inſula fit, idoneum ab eo quod factum eſt, nomen tenens. Cherſoneſus enim (vt par eſt) dicitur, breui iſthmo impedita,ne ſit omnino inſula. Hic antiqui homines negligenrer ſatis & citra omuem curam, conſtruebant propugnaculũ ſcalis expugnabile: quandoquidem arbitrantes ſeſe hortum quempiã ſepibus obcincturos,exile prorſus & parumper exurgens conſtruxerant. Iuxta mare verò ex vtraq; parte Iſthmi,† breuibus quibuſdam neq; ſa-

Marginal notes:

† *origo*

* *præſidiarijs.*

* *ſeorſum ad ſecuritatem.*

† *horum ergo murorum munitionem celerrimè perfecit,& quum alia fatiſcentia, (ſicut aiebã modò) tum vrbis Meſembria corrupta moenia refecit.*

* *& maritima, & vicina eſt, ipſa Perinthus ſcilicet,*

† *collapſum ædificium negligens*

* *Idẽ et eius loci palatio perquam ſpectabili diuturnitate temporis acciderat.*

* *ſplendore palatij egere.*

† *Cherſoneſus inſtar muri finitimæ ſibi Thraciæ toti eſt.*

* *ſinum*

† *exiguis.*

ſatis idoneis munimentis fabricatis, locum inter vndas & propugnaculum obſtruxerant: non vt illac inſidiatores propulſarent, ſed ad ingreſſum magis prouocarent. Sic iam prorſus deſpicabile, & ijs qui rem tentare volebant, opus facile captu moliti erant. Nam hoſtes Thraciæ regionem percurrentes, perinde atq; periculum facturi, huc quoq; per litus ingredi tentarunt, & territis cuſtodibus propugnaculum tranſilierunt nullo planè labore, tanquam ludo quopiam ſeſe exhilarantes. Pro ſalute igitur ſubditorum multa excogitans Iuſtinianus, hæc effecit. Primum, vetuſti & eius quidem exilis muri veſtigijs relictis, alterum in ipſo loco erexit propugnaculum abundè latum & altum, ac deſuper in mœnibus teſtudinem conſtruxit in modũ porticus, cuius faſtigio integebantur, qui ex propugnaculo præliabantur. Qui ſub teſtudine propugnant, illis qui muros quatiunt, prælium duplicant. Sed & foſſæ extra propugnaculum exiſtenti, continua opera ſuffoſſæ, ingentem quandã vaſtitatem latitudinis & profunditatis impoſuit. Hæc autem ſic muniuit & tuta reddidit. ijs nihilominus, qui intus habitant, munimenta ędificauit, vt in tuto eſſent, qui Cherſoneſum colunt, tametſi longius quàm par eſt, abeſſent ab longis muris. Vrbem enim Aphrodiſiadem validiſſimo vallo cinxit, olim muro carentem. Cyberim vrbem ſolo fermè ęquatam, rurſus muro circundatam, habitabilem effecit. Vbi & balnea, & hoſpitia conſtruxit, ac quæcunq; ad ſplendorem & ornamentum vrbis pertinent. Sed & Calupolim firmiſſimo muro ſepſit, quam prior ętas muro cingere neglexit, longis muris confiſa. Vbi iam & *cauponas, & cellas vinarias conſtruxit. Eſt quædam contra Abydum vrbs antiqua, Seſtus nomine, non tuto ſatis loco olim condita, quippe cui vaſtus quidã & præruptus collis impendet. Hic iam arcem in acceſſam conſtruxit, & expugnatu, ſiquis conetur, non facilem. Non procul à Seſto Elęus eſt. Hic petra à mari prærupta in cœlũ aſſurgit, & ſummum verticem in muri naturam attollit, vbi Iuſtinianus arcem locauit difficilem aditu & irruentibus penitùs inuiam.* fundauit etiam arcem in Enthelco ab altera parte longi muri valido munimento firmatam. Vndiq; igitur Cherſoneſi incolas tutos ipſe reddidit. Poſt Cherſoneſum vrbs habitatur à conditore appellata. Hic Aeneas fuit (vt ferunt) Anchiſæ filius. huius murus facilè capi ac ſuperari poterat. Etenim humilis erat, & aditu facto, mari vicinus, ab vndis aliquo modo pulſabatur. Sed Iuſtinianus rex murum in altum euexit, vt iam non ſolùm non capi, ſed ne tentari quidem poſſit,* & ſubductis impedimentis, ac vndiq; obſtructis lacunis inexpugnabilem prorſus conſtituit, vt vrbs in tuto ſit poſita. facile autem erat barbaris per regionem diſcurrere ac graſſari, quoniam Rodope raras ex antiquo munitiones habebat. Erat autem pagus quidã Bellurus nomine, diuitiarum potentia & hominum multitudine vrbi æqualis; quia tamen muro obſeptus non fuit, prædatoribus barbaris crebrò patebat. Hunc rex ipſe in vrbem erexit, & circundedit muro ſtructuram ſe dignam relinquens. Alias quoq; vrbes in Rodope ſitas temporis malignitate dirutas, omni diligentia & ſtudio inſtaurauit. Iſthæc igitur hoc loco elaborauit. Anaſtaſiopolis hîc ſita, quamquã muris cingebatur, maritima tamen exiſtens, litus habebat hac parte cuſtodibus non munitũ. quo factum, vt ſæpenumero naues hic videlicet applicantes barbari, Hunni interciperent. Iuſtinianus rex muro vniuerſam partem mari finitimam circundans, tam naues, quàm inſulanos in tuto ſeruauit. Eſt in Rodope antiqua vrbs Toperus nomine, præcipitem colliculum ſibi impendentem habens, per quem non multo antè à barbaris. Sclauenis iam capta erat. Iuſtinianus murum in tantam altitudinem euexit, vt hoc iam colliculo eſſet ſuperior, quo prius inferior erat: turres autem ſingulas in firmas arces expoliuit. Hæc igitur à Iuſtiniano rege hic peracta ſunt. quæcunq; verò monumẽta extruxerit per aliam

*borrea

*Itidẽ in Thesco caſtellum ſtruxit

* nec adire cum copijs. Vſq; adeo Æuum obſtructam prorſus inexpugnabile reddidit. Et ita quidem vrbis ſecuritati conſultum fuit. Regio verò barbarorum incurſionibus expoſita manſit, quoniã Rhodope

nauigationem ſe præparant. Nam in patriam reuerſi, cùm oportunum deinde eſſe contingit, vt ad Byzantium nauigent, alijs nauibus ex Tenedo frumentũ perferunt ij, quibus hæc* ſunt. Eſt apud Bithynos Helene vrbs, Conſtantini regis matri cognominis. nam ex hac Helenam oriundam aiunt, vico olim ignobili, cui Conſtantinus nutricationis officiũ exoluens, hunc locum nomine & dignitate vrbis decorauit: nihil tamen regium, nihil magnificum in ea extruxit, ſed in apparatu prioris fortunæ permanentẽ, ſolius vrbis nomenclatura, & Helenę alumnæ cognomento honeſtauit. Rex autẽ noſter, tanquam ingratudinem ſui in regno prędeceſſoris† offuſcaturus, primũ animaduertens vrbem ipſam ex aquarum penuria laborare, mirabilem aquæ ductũ rudi principio effinxit, qui aquam adminiſtrat, oculis nõ conſpicuam, ſed tamen iſtic hominibus ſufficientem, nedum ad bibendum, ſed ad lauandum etiam, & quæcunq; alia, in quibus homines ad ſatietatem vſq; propter aquarum copiam deliciantur, & voluptatem capiunt. Pręterea publicum balneum quod prius non erat, instituit: & alterũ illic poſitum, propter raritatem aquarum & incuriam collapſum reparauit. Quin & templa, & regias, & porticus, & hoſpitia* principum hic exædificauit. Decurrit prope hanc vrbem flumen, quod à figura & diſpoſitione Draconem vocãt incolæ. Circumfluit enim in vtramq; partem ſe flectens, & ex aduerſo contrarias ſibi vertigines agens, obliquo impetu, hàc in dextram, illac in ſiniſtram fertur, vt ſcilicet iſtac tranſeuntibus neceſſe ſit, ſupta quam vicies flumen traijcere, & multos deperire contigerit†. Ad hæc aquarum abundantia, & calamorum, qui hic enaſcuntur, magna vbertas, fluuium retardant & illigant, quò ſegnius & difficilius ex iſtis regionibus in mare exoneret. Igitur non multo nec longo ante tempore propter immenſos imbres ſtagnans fluuius, &* in gyrũ contortus in magnũ terræ ſpaclum ſe effudit, & irremediabilia mala operatus, maximis diuexationibus inquilinos attriuit. quos miſeratus Iuſtinianus rex, iſthæc effecit. Nam† colliculis expurgatis, & euulſis exciſiſq; *calamis, liberum in mare excurſum fluuio parauit: & montibus, qui per illa loca aſſurgebant, deiectis, viam qua plauſtrum veheretur, inſtruxit; & duobus pontibus admodum latis flumini, curauit, vt deinceps citra periculum omnes iſtac tranſeant. Qualia autem bona apud Nicęam Bithyniæ egerit, dignum planè eſt, vt dicamus. Primò renouatis vniuerſis aquarum canalibus paſſim corruptis, vrbem aquis exſaturauit: deinde templa & monaſteria ædificauit, hæc quidẽ feminis, illa verò viris. Regias domos quadam ex parte iam collapſas accuratè reparauit. Præterea balneum in diuerſorio *Beredariων, olim dirutum. In hanc vrbem, qua ſolem occidentem conſpicit, quampropinquiſſimè torrens vehementer irruere tentat. hîc conſtruxerãt pontem, qui deſęuientem torrentis impetum neutiquã ferens, vndarum violentiæ ceſſit, & ruptus vnà cum torrente defluxit. Rex Iuſtinianus hic alterum pontem fundauit, in tantam altitudinem ac latitudinem excurrentem, vt & prior pons huius neque milleſima pars eſſe videatur, &* torrens nimio æſtu inudans, in tuto ſeruet hàc euntes. Ingens fluuius, quem nunc Sangarin vocant, fluxu adeo impetuoſo decurrit, vt in medio fundum non habeat, & latitudine mare æquiparet. hunc ex quo homines eſſe cœperunt, nemo auſus eſt ponte attingere, ſed nauium multitudine colligata, & ſportarum more inter ſe concinnata, conati ſunt pedites tranſmeare, quemadmodum aliquando Medorum exercitus ob metum Xerxis. Cæterùm id citra perniciem ipſorum non contigit. Nam ſæpenumerò fluuius vniuerſas rates vnà cum vinculis conuellens, meatum illac tranſeuntibus interclusit. Supra fluuium autem Iuſtinianus rex conatus eſt pontem erigere, nunc ſolùm inchoato opere, ad quod perficiundũ multa ſecum reputauit, & quòd (bene ſcio) non multo pòſt abſoluet. Experitur

* *impoſita ſunt.*

† *excuſans,*

* *magiſtratibus.*

† *flumine præter morem & ſubitò exundante. ad hæc aqua ſiluis vtrinq; obſita, & arundinum, quæ*

* *intumeſcens*

† *ſiluis*

* *arundinibus*

* *Veredariorum, qui vocãtur, iam olim corruptũ.*

* *torrente nimio æſtu inundante,*

enim deum eſſe, qui ei in omnibus operibus peragendis auxiliatur & ſuccurrit. Quare in hoc vſq; tempus nihil excogitauit, quod imperfectum permanſit, quamquã ab initio plurima conari viſus eſt. Apud Bythynos via quædam eſt, hinc euntem ad Phrygas deducẽs, vbi ingens multitudo tum hominum, rum animantium* hibernis horis diſperire ſolet.

** biberno tempore*

Eſt enim ſupra modum terraceus locus, qui non ſolùm ex vehementibus imbribus, cœlo eruptis, aut magna niue ſuperfuſa, & tandem diſſoluta, ſed etiam ex paruis aquarum guttis, ſi fortè irrigetur, in profundum lutum ſubſidit, & vias cœnoſas efficiens, illac iter agentes ſuffocar. Hoc periculo rex magnanimitate ſua, & regina Theodora, viatores eripuerunt. † Nam via, cuius dimidium robuſtus vir per diem tranſit, vaſtiſſimis ſaxis intecta, effecerunt; vt ſolidum iter percurrant illac tranſeuntes. Iſthæc á Iuſtiniano rege hic peracta ſunt.

† Nam quãtum viæ dimidio die expeditus confiſcere poteſt, ea vaſtiſſimis

Aquas ſuapte natura calidas apud Bithynos fontes effundunt in loco, quem incolæ Pythia vocant, has in ſolatium [& refrigerium] habent cùm multi alij, tum imprimis Byzantini. Hic magnificẽtiam rege dignam Iuſtinianus oſtendit, ſtructis regijs domibus, quæ prius non fuerunt, ædificatis in publico lauacris calidarũ aquarum illic ſcaturientium; & deductis per canales in hunc locũ fontibus potabilium aquarum, vt vnicuiq; ſcatetent, priorem terræ ſqualorẽ atq; ſiccitatem abſtulit & deterſit. Quin & Archangeli templum, & infirmantium refocillatorium multò maiora ac ſplendidiora effecit. Apud Galatas fluuius eſt, quem indigeres Tiberim dicunt, qui ſæpe repentino incremento vehemẽter exundans multos illac iter agentium abſorbuit. Qua re nunciata rex conſternatus, huiuſcemodi dẽ cętero malũ prohibuit. Etenim firmo opere per fluuium * tranſitũ apparauit, ad orientem, pontes figura & ſpecie, muro in aggere collocato, quem harum rerũ periti aggerem ſeu ſcopulũ vocant. Templum quoq; hic fundauit occidentem verſus ijs, qui hàc prætereunt, hibernis horis ſalutare futurum. Heliopoleos mœnia fluuius, qui ad occidentem vrbem alluit, rurbauerat ac diruerat, quẽ & hic quoq; rex intercluſit, ante mœnia iacto munimento latitudine pedũ non minus quingentorum. In Cappadocia hæc peregit.

** pontẽ ſtruxit, alio quodã muro inſtar ſublicæ, ad orientalẽ pontis partẽ ducto, qualem periti rerum iſtarũ ſublicam vocant.*

Hîc Cæſarea vrbs eſt maxima & populoſa ex antiquo cincta quidẽ muro, ſed qui propter † inertem menſurã, facilè expugnari, nulla ratione cuſtodiri, & ab inſidiantibus citò penetrari poſſit. Is enim, qui vrbẽ condidit, altos colles, qui hîc aſſurgunt, intra muri ambitũ comprehendere curauit, & ſecuritatis nomine, ne ſcilicet aduerſus vrbem hoſtibus propugnaculũ eſſent, opus infirmum extruxit. Nam multos campos, hortos, ſcopulos, & paſcua muro incluſit. † Neq; cuſtodias ſecundũ rationem muri, vt loca magis periculoſa contingerent, obſeruauit. Verùm huius tantę rei curam habere non poterant homines illius ſeculi. Porrò qui muris carere videbanrur, hi continuè trepidabant. At Iuſtinianus rex deiectis muri partibus non neceſſarijs, ſecuro propugnaculo vrbem cingens, inexpugnabile munimentum extruxit, & ſic Cæſarienſes aſſeruit in ſecuritatem.

† nimiam magnitudinem.

† nec ſtudiũ adhibuit, vt excubiarum loca pro murorum ambitus ratione adliꝰ tus pertingerẽt: nec eius loci homines murũ tantæ magnitudines ſartum tectũ ſeruare poterãt. ideoq; cen nullis viderentur cincti mœnibus, perpetuo in metu verſabantur.

Eſt apud Cappadocas arx Muciſſus nomine, in plano ſita, quam emarcidam rex Iuſtinianus diruit, & ad occidentem arcis murum valde magnum erexit in loco accliui & admodum arduo, vt etiam ſi quis conetur, accedere nequeat. Vbi iam ſacra templa multa, peregrinorum receptacula, & publica balnea inſtituit, inſuper quæcunque felicem [& auguſtam] vrbem declarant. ex quo iam in Metropoleos dignitatem euecta eſt. Apud Cappadocas igitur huiuſcemodi opera facta ſunt. Ex Autiochena vrbe, quæ nunc Theopolis appellatur, in Ciliciam eunti ſemita occurrit ex antiquo ſtricta, propter prætenſos in anguſtum montes, quę etiam ex imbribus longo tempore illic ſtagnantibus fermè * obruta, periculoſum tranſitum præbebat viatoribus. Quod Iuſtinianus rex prouida mente reuoluẽs, ſtatim huic malo remedium

** nimis acciſa*

inuenit

inuenit. *Nam magnum exigens cenſum, montes illos in longum valde ſpacium aſſurgentes excidit omnes, ac ſuperatis ijs, quæ videbantur impoſſibilia, locum qui prius non citra admirationem præceps erat, adeo humilem reddidit & ſupinum, vt plauſtris & curribus pateat [luculenter] nimirum oſtendens nihil eſſe, quod homo prouidentia mentis & contemptu pecuniarum penetrare non poſſit. Iſtuc igitur hic factum eſt. Apud Cilicas vrbs eſt *Mopſoueſtia, antiqui illius vatis (vt aiunt) opus. hanc præterfluit Pyramus amnis, ſolo ponte permeabilis: longo autem tempore intercedente, magna pars ipſius pontis *defecit, & propter eorũ, qui præerant negligentiam, iam caſui & ruinæ proxima videbatur. Rex noſter ijs, quæ diruta erant, diligẽter reparatis omnibus, pontem tranſeuntes tutos ſeruauit & amœnam vrbem oſtendit, quippe quam fluuius citra periculum exornaret. Vltra hanc Adana vrbs eſt, ad cuius orientalem plagam fluuius fertur Sarus, ab Armeniæ montibus deſcendens, nauium capax, pedeſtribus viris neutiquã [patens ac] peruius. Hic ex antiquo conſtructus pons erat eximius planè & admiratione dignus. Hunc, cùm iam immenſo tempore, veluti crebris aquarum incurſibus certaſſet, in plurimis locis euaſtari contigit, adeò vt breui in fluuium caſurus videretur. Sed Iuſtinianus rex per alterum alueum effoſſum, oportunè fluuium deferri coëgit, & citra aquarũ impedimentum, ſtructuram exorſus, quę collapſa erant, nulla quaſi cura reparauit, ac deinde fluuiũ ad priorem viam, quam Alueum vocant, reduxit. Cydnus fluuius Tarſum vrbem mediam interluit, qui quanquã aliàs nihil ingratum feciſſe videtur, ſemel tamen incurabile damnum attulit ex huiuſmodi cauſa. Tempus erat circa *vernas Solis verſiones, quando vehemens Notus ſubitò exortus, reſoluit omnes niues, quibus per hiemem delapſis vniuerſus fermè Taurus mons integebatur. Riui itaq; aquarũ vndiq; ex illis ſcopulis confluebant, & lacus omnes effundebant torrentes, vt iam tam vertices quàm radices Taurinorũ montium aquis ſcaterent. His aquis Cydnus propinquus inundauit, quoniam in illum exonerabant, & ſimul crebri imbres decidebant. Omnia igitur Tarſenſium ſuburbana loca, quę meridiem reſpiciunt, aquis obruens, penitus deuaſtauit, & exæſtuans vrbem ingreditur, & deiectis *breuibus aliquot pontibus, omnia fora occupauit, vias †translapſus eſt, & edita loca ſupernatans in immenſum excreuit. Noctem atq; diem totam vrbs in periculo degebat. eiuſcemodi fluuius ſenſim decreſcens, in ſolitum rurſus locum recubuit. Quod poſtquam rex Iuſtinianus audiuiſſet, talia excogitauit. Primò alium alueum flumini ante vrbem aptauit, per quem ſeſe diuidat, & curſum aliundè partiatur, vt dimidiatus Tarſum ingrediatur. Deinde pontes multò ampliores conſtruxit, atque præſtantiores, quàm vt ab inundanti Cydno dimoueri poſſent. Hac ratione effecit, vt abſque metu & periculo vrbs perpetuò habitetur. Quæ igitur apud Cilicas Iuſtinianus rex egerit, hoc modo habent. In Hieroſolymis templum dei genitrici locauit, quod nullum planè aliud æquiparare poteſt. Nouam eccleſiam incolę vocant. quod quale ſit, ipſe declarabo, tantum pręfatus, quòd hæc ſcilicet vrbs fermè tota collibus abundet, collibus inquam non glebaceis, ſed aſperis, duris, ac præcipitibus, per quos biuia ac ſemitæ ad graduum ſimilitudinem ex arduo in decliue protenduntur. Cætera igitur vrbis ædificia vniuerſa in vno loco conſtructa ſunt, in colle videlicet, aut in plano, ſecundum terræ aperturam. Solum templum hac ratione non exurgit. Mandauit enim Iuſtinianus rex illud fieri in radice collium, præter cætera quoq; declarans, quantã fore oporteret templi latitudinẽ & longitudinem. Non ſufficiebat itaq; collis, regis mandato & operis inchoandi neceſſitati. Nempe ad meridiem & ſolem orientẽ, vbi ſacerdotes ſacra obire conuenit, quarta pats templi defectura videbatur. Quapropter ij, quibus opus com-

*nam expenſa vi pecuniæ innumerabili.

*Mopſiveſta,

*nutabat,

*vernum æquinoctium, quando vehemẽs auſter.

*exiguis

†inundauit, per gulas ædium ſupernatans,

miſſum erat, iſthæc excogitauerunt. ſuper fundamenta in extremas partes ſubiectæ terræ deiecta, ſtructuram erexerunt in altitudinē ſcopuli aſſurgentem, deinde in ſummo vertice murorum teſtudinibus collocatis, ædificium applicant alij terræ pauimento. Hac ratione templū, hinc in ſolida petra firmatur, inde in ſublime erectū eſt, dum regis potentia colli aliam molem artificio impoſuit: Huius autem ſtructuræ ſaxa hæc quidem . . . illa verò magnitudine, qualia nouimus. Etenim huius operis artifices, cum indole loci certantes, & molem altitudine ſcopulum æquantem ex aduerſo ſtatuentes; omnibus, quibus vti conſueti erant, deſtituti, in admiranda & prorſus ignota ſtudia & molimina ſe conuerterunt. Nam vaſta & ingentia ſaxa, ex montibus, qui in longum ante vrbem aſſurgūt, deſecta & ſcitè expolita, hoc modo huc deuexerunt. Saxis magnitudine æquales affinxerunt currus, & ſingulis curribus ſingula impoſita ſaxa, electiſſimi boues quadraginta, à rege ſubſtituti protraxerunt. Sed cùm per vias, quæ in vrbem ducunt, currus perferri nequirent, exectos pleroſq; montes, perducendis curribus aptarunt, & ſic templum oblongum extruxerunt, quemadmodum rex voluit, cui quoq; latitudinem adhibuerunt ſecundum menſuræ rationem: templo autem tectum imponere minimè poterant. Proinde nemora, & loca ſiluoſa perambulantes, ſicubi audiuiſſent locum ſublimibus arboribus conſitū; inuenerunt ſiluam quandam cedris abundantem, cedris ſcilicet *in tantam altitudinem ſubnatis, quanta finiri poſſibile eſt. Ex his iam tectum templo indiderunt, ſecundum menſurę rationē ſubuecta altitudine. Hæc igitur poteſtate humana & arte rex Iuſtinianus effecit. Creuit autem religionis ſpes, quę & regi honorem rependit, & hoc ſtudiū adiuuit ac promouit. Templo vndiq; opus erat columnis, * quarū tamen ſpecies & magnitudines ſumi non oportuit ab externa elegantia, ſed vt iam molem ipſis impoſitā ſuſtinerent. Regio autem in medio terræ ſita longe à mari aberat, vndiq; præruptis quibuſdam montibus vallata, quemadmodum dictum eſt. Addubitabant ergo opifices, qua ſcilicet aliundè poſſent columnæ inferri. quod cùm rex propter operis difficultatem moleſtè ferret, deus in proximis montibus lapidis naturam indicauit, huic operi ſatis congruam, qui planè lapis, aut prius exiſtens hic deliuit, aut nunc primùm conditus eſt. Vtriq; probabilis ratio adeſt, quæ cauſam in deū referat. Nos humana poteſtate omnia metientes, multa arbitramur impoſſibilia. Deo nihil omnium neq; anceps, neq; impoſſibile. Hinc igitur ingentium columnarum, & ignis flammam quandā colore imitantium, magna copia vndiq; ſuffulciunt templum: partim ſupernè, partim infernè, ad porticus quoq; totum fermè templum obeuntes præterquam ad latus aurorę obuerſum. Imprimis tamen excellentes duæ columnæ ſtant ante fores templi, nullis fortaſſe columnis totius orbis ſecundæ. Deinde altera quædam porticus excurrit, à ferula (vt opinor) nomen habens, quod ſcilicet in latum non protendatur. Poſt hanc atriū ſimilibus columnis in quadrangulo exurgens. Atrij fores adeo magnificæ ſunt & decentes, vt ijs, qui extra vagantur & deambulant, palam ſignificent, quale ſpectaculum ſint adituri. Veſtibula inde admirationis plena. Nempe veluti fornix quidā, duabus columnis euectus, immenſam atq; inexplicabilem altitudinem procul accedenti oſtentans, & duo hemicycla aduerſas inter ſe facies habētia. In via, qua ad templum itur. ſtant * hoſpitia vtrinlibet duo, vno hoſpites peregrini excipiuntur, altero requieſcunt ac refocillantur pauperes ægroti. Hoc templum dei genitrici conſecratū, Iuſtinianus rex magnarum pecuniarum * acceſſione honorauit. Quę igitur Hieroſolymis à Iuſtiniano rege acta ſunt, ſic habent. Eſt in Palæſtina vrbs Neapolis nomine, prope quam mons altus exurgit, quem Garizin vocant. Hunc olim Samaritani tenuerunt, in cuius verticem, tanquam o-

raturi

** altitudinē tantùm non infinitam tendētibus. Ex his iam*

** quārum & forma templi elegantiæ reſponderet, et ea magnitudo foret, quæ molem impoſitā ſibi ſuſtineret.*

** Xenones*

** reditu*

raturi conſcendebāt, nullo etiam tempore neglecto, non quòd templū illic ædificaſſent, ſed quòd ſummitatem ipſam venerantes præ omnibus admirarentur. Quando enim Ieſus dei filius in corpore apparens, cum hominibus inibi habitantibus conuerſaretur, loquereturq; cum muliere quadam illius regionis, interroganti de monte reſpondit, olim futurum, vt in hoc monte, non Samaritani adoraturi eſſent, ſed hic veri adoratores ipſum eſſent adoraturi, Chriſtianos ſignificans. Poſtero enim tempore factum eſt, vt prædictio ſit effectum ſortita. Neq; enim fieri poteſt, vt qui deus eſt, fallat aut mētiatur. factum eſt autem hoc modo. Tempore Zenonis regis, Samaritani ſubito tumultuantes irruerunt in Neapolim, & multos ex Chriſtianis Pentecoſtes ſolemnitatem in eccleſia agentibus, trucidarunt; & epiſcopum Terebinthium nomine, ſacræ menſæ aſtantem, obeuntemq; ſacra, gladijs percuſſum vulnerant, defectis manuum digitis, atq; ita myſterijs iniuriam intulerunt, quemadmodum Samaritanis quidem facere collibuit, nobis verò ſilentio præterire. Mox ſacerdos hic Byzantiū profectus, & regis conſpectui ſeſe inſinuans, ijs quæ commiſſa erant, enarratis, vulnera ſua oſtendit, atq; prædictionis Chriſti mentione habita, vltorem ac vindicem in omnibus ipſum regem fore petebat. Zenon rex conſternatus, eos qui nefanda patrarunt, digna pœna affecit. Nihil enim moratus, Garizin montem, pulſis Samaritanis, mox Chriſtianis reſtituit, & in vertice ſtructam eccleſiam, deique genitrici dedicatam, ea ſolum ratione muro vallauit, vt reuera cinxiſſe videatur, collocato inibi militum præſidio. Quam rem ægre ferentes vehementer excanduerunt, ſed tamen ob metum regis, iram ſilentio deuorabant. Poſtero tempore cum Anaſtaſius imperaret, tale quiddam contigit. Quidam ex Samaritanis à muliere perſuaſi, verticem & præcipitium montis conſcendunt præter opinionem, & templum ingreſſi, illic conſtitutos cuſtodes trucidant, elataque vehementer voce, eos qui in vrbe adhuc erant Samaritanos aduocant, hi milites formidantes, ijs qui tantum nefas auſi ſunt, nequaquam opitulari voluerunt. Non multo poſt, is qui regionem illam gubernabat, vir diſertus, Procopius nomine, ex Edeſſa vrbe, tam diri ſceleris auctores comprehenſos occidit. Nulla tamen ratio aut prouidentia munitionis tunc à rege facta eſt, ſed nunc Iuſtinianus rex Samaritanis vt plurimum Chriſtianis effectis, vetuſtum in monte Garizin templi propugnaculum obcinctum reliquit, quemadmodum diximus, ſed externo quodam altero muro circundans, prorſus inexpugnabile conſtituit, & quinque hic templa, à Samaritanis olim exuſta, reparauit. Iſthæc igitur hic peracta ſunt. In regione, quæ olim Arabia, nunc Palæſtina tertia vocatur, locus quidam deſertus in longum protenditur, non fructuum, non aquarum, nec vllius boni ferax, montem habens præcipitem, & vehementer aſperum, ſuſpenſum procumbentemq; in mare, quod rubrū dicunt, Sina nomine. Cæterùm non oportet hæc me loca, & quæ finitima ſunt, ſermone complecti, quandoquidem omnia, quæ rubro mari adiacent, & quæ vicina ſunt Arabico ponto, Aethiopibus, Auxomitis, & conterminorum Sarracenorum generibus, in ijs * orationibus quas de * bello conſcripſi diligenter enarraui. Vbi & hoc quoque à me relatum eſt, quonam modo Iuſtinianus rex Palmetum Romanorum imperio addiderit. Quocirca iſthæc iam memorare deſino, ne inſolentiæ vitium opinionemque incurram. Montem Sina monachi colunt, quorum vita ſedula quædam meditatio mortis eſt, ſolitudine ſibi gratiſſima liberius perfruuntur. hiſce monachis, poſtquàm nihil habuit Iuſtinianus rex, quod optarent, (nempe humana omnia contemnentes, nihil poſſidere, non curare corpora, nulla re oblectari ſtudebant) templum extruxit, extructumq; dei genitrici conſecrauit, vt hic iam liceat ipſis preces effundere, obire ſacra, & vitam degere. templum iſtud

*libris, quos
*bellu.

non in montis ambitu ædificauit,ſed infernè ad radicem. Nam in vertice homo pernoctare non poteſt,propter aſſiduos ſtrepitus,& fragores, aliaq; terriculamenta quædam diuiniora, quæ nocturnis horis illic exaudiuntur, humanam mentem & ſenſum percellentia.Hic quondam Moſen aiunt acceptã à deo legem,ád montis veſtibulum protuliſſe. Firmiſſimum præſidium rex hic conſtituit,& militum cuſtodiam famigeratiſſimam, vt hinc tanquam ſterili & deſerta,vt dictum eſt,regione,non poſſent barbari,Sarraceni, irrumpere in Palæſtinæ loca.Hæc igitur hic peracta ſunt. Quæcunque autem in monaſterijs,quæ vel hic,vel ad aliam orientis regionem ſita ſunt,effecerit,mox à me veluti in ſumma perſcribentur: Renouauit templum ſancti Thalelæi, ſancti Gregorij,ſancti Panteleemonis in eremo Iordanis, conſtruxit hoſpitale in Hiericho,& templum dei genetrici in eodem loco fundauit. Iberorũ templum in Hieroſolymis,& Lazorum in Hieroſolymorum eremo,[ſanctæ Mariæ in monte oliuarum,fontis ſancti Eliſſæi Hieroſolymorum]item Siletheon, abbatis Romani in Bethlehem,ſimiliter & Ioannis abbatis in Bethlehem muros inſtaurauit.Puteos & aquarum receptacula hoc modo exędificauit. Ad templum ſancti Samuelis, puteum & murum; ad templum abbatis Zachariæ,puteum;ad Soſannæ puteum;item puteum ad Aphelij,ad ſancti Ioannis in Iordane,ad ſancti Sergij in monte, quem Ciſſæronem vocant. Item murum Tiberiadis,& pauperum hoſpitium in Boſtra fundauit.In Porphyreone Phœniciæ ſacram ædem genitrici dei collocauit, & monaſterium ſancti Phocæ in monte.In Ptolemaide ędem diuo Sergio ſacram.In Damaſco, diuo Leontio.* In Apamia pauperum hoſpitium ſancti Romani reparauit, & murum beati Maronis.* In Theopoli templum Daphnes inſtaurauit.In Laodicea, ſancti Ioannis, in Meſopotamia monaſterium ſancti Ioannis reſtituit. Monaſterium Telphrachæ,Zibyni,Theodoti,Ioannis Sarmathæ, Cyrini, Begadæi.Monaſterium ad Apadnas in Iſauria;vrbis Curici balneum,& hoſpitale renouauit.Pauperum receptaculum ſancti Cononis,& aquæductum eius in Cypro:ædem conſecratam diuis Coſmæ & Damiano,in Pamphylia, hoſpital: ſancti Michaelis in loco rerum venalium,cognomento Epenij, apud vrbem Pamphyliæ Pergen.

Supra Apamiã.

Supra Theopolim.

Liber VI.

* ORATIO SEXTA.

HAec quidem à Iuſtiniano imperatore in hoc loco peracta ſunt. In Alexandria verò eiuſcemodi. Nilus fluuius ad Alexandriam vſq; non decurrit,ſed oppidulum quoddam, quod Cheræum vocant alluens, in ſiniſtram deinceps fertur, relictis Alexandrinorum * promontorijs. Quamobrem antiqui habitatores,ne fluuij commoditate vrbs omnino careret, egeſta * profunda foſſa quadam, anguſtum fluminis meatum ad vrbem perduxerunt,in quem alij quoq; effluxus è ſtagno, quòd Maria dicitur, exonerant. Hæc foſſa magnarum nauium * patiens non eſt, ſed lembis Aegypti fruges ex Cheræo transferentes, ad vrbem conuehunt, qua per foſſam fluminis ope iam propinquare poſſunt; atque fruges exponuntur in locum quem Phialen Alexandrini vocant. Sed * cum populum ſeditione & diſcordia ſæpe flagrantem, fruges deſtituiſſe contigerit, Iuſtinianus rex locum hunc propugnaculo obcingens,diripiendis frugibus inſidias remouit. Poſtquam verò ab Aegypto in Libyæ conterminam regionem nũc oratio nos pertraxit,* eia deſcribamus iam & quæcunque hic acta ſint à * Iuſtiniano. Poſtubi vniuerſam Libyam Barbaris ſubiectam hic rex inuenit,alteri imperio Romanorum ſcilicet adiunxit, Nilus fluuius ab Indis in Aegyptũ decurrens,finitimam terram vſque ad mare in duas partes dirimit,quæ diré-

finibus.

inde vſq; a Cheræo profunda.

capax.

quod populo ſæpius in ſeditionẽ cõcitato, factum eſſet, vt frumentum diſperderetur.

age.

Iuſtiniano,poſteaquam is Africam quoq; totã, quam barbarorũ ditionis inuenerat, reliquo imperio Rom. coniunxit. Nilus.

pta,

pta,binis hincinde nominibus ſecernitur.Nam quæ ad dextram ſita eſt,Aſia
dicitur,vſq; ad Phaſin,qui Aſiam ab Europa diſterminat,aut vſque* Cume- *ad traiectum
rium traiectum & Tanain fluuium (nam ſuper hac re variant ſcriptores iſta- Cimmerium.
rum rerum periti) quæ verò ad ſiniſtram eſt Nili, Libya appellata eſt vſque
ad Oceanum,qui ſub occidenti ſole vtramq; * Epirum dirimit,effluxũ quen- * continentem.
dam emittens, & mare iſtud conſtituens. Vniuerſa igitur Libya, ſecundum
vnamquamq; regionem,alia atque alia nomina quædam ſortita eſt,ab indi-
genis(quemadmodum par eſt)agnominata.Quæ ab Alexandriæ* promõto *finibus.
rijs vſq; ad Cyrenem vrbem protenditur,in Pentapoleos diſtrictu,hoc dũta-
xat nomine iam Libya dicta eſt.Hic vrbs eſt diei itinere ab Alexãdria diſtãs,
Taphoſiris nomine,vbi Aegyptiorum deum Oſirin ſepultum aiunt.in hac vr
be præter alia multa,&* regum domicilia,& balnea Iuſtinianus rex extruxit. *magiſtratuum hoſpitia.
Huius Libyæ pleraq; loca deſerta ſunt. ne quid autem pateretur ab incurſu
Mauruſiorum finitimarum gentium, duo hic propugnacula atque præſidia
rex noſter prouida mente ac vigilantia collocauit, quorum vnum Paratoni-
um nominant,alterum Antipurgon,non procul à Pentapoli. Eſt autem Pen
tapolis ab Alexandria diſſita itinere,quod* robuſtus vir decem diebus con- *expeditus
ficere poteſt.In Pentapoli Teuchiriam vrbem validiſſimo muro cinxit,atque
Bernices vallum ex fundamentis reſtituit, vbi & balneum ad publicam vr-
bis neceſſitatem extruxit. In finibus Pentapoleos, duo monaſteria propu-
gnaculis vallauit,ad propellendos illinc barbaros,ne clam excurrentes, ſu-
bitò irruerent in terram Romanorum. Eſt hîc vrbs Ptolemais olim felix &
populoſa,ſed progreſſu temporis propter magnam aquarum penuriam,pau
cis admodum habitata. Incolarum ingens turba ſiti multo ante oppreſſa,
hinc demigrantes,aliò profecti ſunt, quò vnicuique poſſibile erat. At rex,
reparatis in vrbe aquarum ductibus ac canalibus, priſtinam felicitatis ſpe-
ciem vrbi reddidit. Vltima Pentapoleos vrbs Boreum, vbi montes inter ſe
concurrentes, & anguſtia viarum obſtructi, hoſtibus ingreſſum occludunt.
Hanc vrbem muris carentem firmiſſimo propugnaculo rex cinxit, & iam tu
tam conſtituit. Habitantur etiam duæ vrbes cognomines. vtraque enim
Aegila dicta eſt,quæ à Boreo abſunt itinere, quantum robuſtus vir quattuor
diebus conficere poteſt. Vetuſtæ profectò vrbes, & ad notum ventum ver-
ſæ,incolarum antiquos mores ac ſtudia referentes,omnes enim mea adhuc
ætate errabant, capti religione multorum deorum. Olim Ammoni & Ale-
xandro Macedoni hîc ædes poſitæ erant,quibus vſque ad Iuſtiniani imperi-
um hoſtias mactabant indigenę.Erat autem eorum,qui ſacris ſeruiebant,in-
gens turba. Cæterùm hic rex non tam ſubiectorum corpora tueri ſatagens,
quàm animas ſeruare procurans, hominibus hîc commorantibus omni dili
gentia prouidit,non vt impenſe alia corrigeret, ſed vt veram religionis opi-
nionem doceret,per ſingulas familias Chriſtianos factos, & trãſmutatos ab
obſcænis patriæ moribus.apud quos templum dei genitrici ædificauit.Iſthęc
igitur ſic habent.Boreion vrbs Manruſijs barbaris vicina, in hæc vſque tem-
pora ab exoluendo tributo libera fuit,neqne vnquam, ex quo homines eſſe
cœperunt, ad illam peruenerunt publicani aut tributi exactores.Prope eam
Iudęi olim morabantur, vetuſti templi,quod imprimis venerabantur, poſ-
ſeſſores; quos omnes Chriſtianos Iuſtinianus rex efficiens, templum in ec-
cleſiæ ſpeciem transformauit. Poſt hos Syrtes ſunt, quas magnas appella-
runt.Cuius autem diſpoſitionis ac figurę ſint,vndeq; nomen ſortiantur, ego
declarabo.Prominet hîc littus quoddam,quod maris affluxu ruptum,& vn-
darum impetu diſiectum diſcedere videtur,ac dum per ſemetipſum ſuffugi-
ens retro labitur, in longiſſimũ ſinum lunaris figuræ cõuerſum eſt. inchoãtis
lateris penetratio in quadringenta protenditur ſtadia.Lunaris figuræ ambi-

tus in ſex dierum iter excurrit. hic mare interiori * epiro compreſſum, ſinum facit, in quem cum nauis vel vētis, vel vndis impulſa, intrauerit; nequaquam illinc remeare poteſt. Nam ſubinde protrahi videtur, & ſemper in anteriora loca propelli. Ab hoc (vt ego quidem arbitror) euentu, & nauium periculoſo protractu, vetuſti homines locum iſtum Syrtes appellarunt. neque nauigio li tori applicare poſſunt propter petras & ſcopulos eam ſinus partem, quę nauigari poſſet, occupantes; ſed in breuibus hærentes naues lacerāt. Solis lembis hoc mare ſulcantes ſeruari poſſunt, ſi fortuna volet, cum periculis penetrantes. Tripoleos hic promontoria ſunt, habitantq́; Maurusij, barbara gens, ex Phœnicibus oriunda, & Romanis antiquo fœdere iuncta. Hij omnes à Iuſtiniano rege perſuaſi, Chriſtianorum dogma ſponte amplexati ſunt, vocanturque nunc Pacati, quòd Romanis ſemper confœderati ſint, à pace Latino rum vocula. A Pentapoli Tripolis abeſt itinere, quantum viginti diebus robuſtus vir poſſit conficere. Inde vrbs eſt * Leptimagna, olim plane ingens & populoſa, poſtero tempore propter infrequentiam deſerta. huius propugna culum & murum ex fundamentis noſter rex reparauit, & præter quattuor alias, quas ſtruxit eccleſias, magnificum & inſigne templum dei genitrici col locauit. præterea reſtituit * baſilicas olim hic fabricatas & iam collapſas Seueri Regis hinc oriundi. Sed cum huc me ſermo pertraxit, neutiquam ſilentio pretereundum eſt, id quod in Letimagna, noſtro ſæculo contigit. Iuſtinianus cum iam imperium adeptus, nondum Vandilicum bellum confeciſſet, Maurusij barbari Leucathæ cognominati, Vandilis Libyæ tunc dominis congreſſi, Leptimagnam, vt hominibus deſolaretur, omnino effece runt. In colliculis enim & ſaltibus non procul à Leptimagna, vnà cum ducibus ſuis agentes, ſubito in medio vrbis coortam ignis flammam proſpiciunt, & hoſtes irruiſſe arbitrati, magno curſu ſuppetias ferre contendunt. nemine autem inuento, totum negocium in vates referunt, qui de eo, quod accidit, præſagientes, Leptimagnam non diu habitatum iri prædixerant. non multo poſt regis exercitus illuc perueniens, Libyam aliam & Tripolim obtinuit, Vandilis Maurusijsq́; bello ſuperatis. Sed nunc vnde digreſſus ſum, reuertor. In hac vrbe Iuſtinianus rex lauacra inſtituit, reparato ex infimis fundamentis vrbis muro, & conterminos barbaros, qui Gadabitani dicuntur, in ea vſque tempora, Græcorum impietati deum perneganti, nimium addictos, Chriſtianos effecit. Hi etiam Sabathram vrbem muro cinxit, extructo in ea templo * multa ratione digno. In poſtrema parte huius regionis, duæ ſunt vr bes, Çapa & Girgis, in quarum medio Syrtes paruæ ſunt, vbi ſingulis diebus res contingit admiranda. Mare in anguſto compreſſum Lunaris figuræ ſinū efficit, quemadmodum de alijs quoque ſyrtibus dictum eſt. Excurrit in * Epirum longius, quàm vel vno die robuſtus vir permeare poſſit. Ad veſperam iterum recurrit, ſicco littore ad modum aliarum riparum relicto. Nautæ in Epirum perlati, oportunum mare intra diem præter conſuetum quàm longiſſimè penetrant. Cæterùm cum miſer eos veſper pręuertit, tanquam in terra hærentes conſiſtunt, interim longos contos, quos in parato habent, expedientes. poſtquàm enim aquarum quaſi redeuntium procellas ſenſerint, in ordinem digeſtis contis impigrè deſiliunt naui, primum natantes, deinde ſtantes vbi faciem vnda non ſuperauerit, ex alto contos in terram iam ſiccam vel mox exſiccandam demiſſos, nauibus ſubijciunt, ac erigentes rectos conſtituunt, ne in alterutram partem naues proclinantes rumpantur. Atque ita poſtridie, dum * profundo ad huc mane Epirus mari inundante obducta cō trahitur, ſubleuatæ naues fluitant, & nautę rurſum, contis commodiſſimè extractis, nauigationem perficiunt. Nullam huius operis intermiſſionem fieri contingit, ſed ſingulis diebus horum elementorum fit ſucceſſio. Poſt Tripolim

* continente.

* Leptis magna.

* palatium.

* magni æſtimādo.

* continentem.

* primo diluculo continens mari veſtita tumore fluctuum tegitur.

lim & Syrtes, ad Libyam aliam tranſeamus, vbi à Carthagine nobis inchoandum eſt omnium vrbium quæ hic ſitæ ſunt, maxima. tantum præfatum eſſe ſufficit, quòd cum Gizerichus & Vandili Libyam occupaſſent, pernicioſam planè, ſed quæ barbaros decuit, * exiſtimationem habuerunt. Nam ſua negocia meliora fore arbitrati ſunt, ſi loca illa ſine munitionibus ac propugnaculis eſſent; ne Romani, illis recuperatis, mali quidpiam intentare poſſent aduerſus Vandalos. Omnes muros igitur, omnia propugnacula ſolo repentè æquarunt. Barbari enim omnes (vt plurimum) in perniciem Romanorum conſultant quamacerrimè, & perficiunt quamcelerrimè, quæcunque ijs viſa ſunt. Solum * Carthaginis pauca quędam in antiqua ſpecie manſerant, & ipſa quoque diuturnitate temporis iam collapſa. Iuſtinianus autem rex, nemine quidem rem approbante, ſed omnibus exhorreſcentibus, ſolo autem duce deo, auſpice & opitulatore, miſſo cum exercitu in Libyam Beliſario, Gelimerem & Vandilorum potentiam contriuit, & omnia propugnacula, quæ paſſim diruta erant, reparauit; & renouatis multis alijs, in aliam ſpeciem extruxit. Primum Carthaginis * vallum diſpactum reparauit totum; foſſa, quæ antè non fuit, egeſta. poſuit quoque ſacra templa dei genitrici, & in palatio cuidam indigenarum ſanctę Primæ: præterea ab vtraque parte fori, quod Martimi dicitur, porticus extruxit. Inſigne inſuper in publico balneum, reginæ cognomine Theodorianum. Intra * vallum etiam monaſterium ædificauit mari vicinum, quod firmiſſimo munimento cinctum, in * cuſtodiam, quæ expugnari nequeat, erexit. Hæc igitur in Carthagine noua Iuſtinianus peregit. In regione contermina vrbs eſt muris carens Baga nomine, non barbarorum incurſu, ſed ſorte quadam facilè expugnabilis. Hac validiſſimo propugnaculo vallata, incolas in tuto ſeruauit, qui iam gratiam referentes, in honorem Reginæ vrbem Theodoriadem vocant. In Byzacio vrbs eſt maritima Adramyttus dicta, magna olim & populoſa, & ob id Metropoleos nomen & dignitatem ſortita. Huic murum ingentem circundedit Iuſtinianus, & neceſſaria hic conſtituta cuſtodia, effecit vt incolę deinceps hoſtiles incurſus non curent. Quapropter iam vrbem Iuſtinianam vocant, hanc ſolum aſſertionis & ſalutis mercedem regi exoluentes, ſolaque nominis tranſpoſitione gratitudinem animi declarantes: poſtquàm nulla re alia Regis benificium neque ipſi compenſare poterant, neque rex ipſe, vt compenſarent, volebat. Erat in maritimis Byzacij locis regiuncula quædam, ab incolis & indigenis Capudbada appellata. Huc primum Regis claſſis appulit, & Libyæ terram ingreſſa, aduerſus Gelimerem & Vandilos exercitum duxit: vbi iam admirabile illud, & maius, quàm ratio excogitare poteſt, donum ac munus in Regem deus oſtendit. Nam cum locus ille aquis careret, ac magna aquarum penuria Romanorum exercitus premeretur, tellus tametſi aridiſſima eſſet prius, fontem tamen emiſit, quem milites aggere concludentes, deinde foderunt. fons autem ebulliens, terram, naturali ſiccitate abiecta & mutata natura, aquis potui commodis humectauit: vnde hic dein exercitus fixit tentoria, & poſtridie tanquam ad pugnam inſtructus (vt ea quæ in medio, conſtringam) Libyam obtinuit. Diuini igitur doni vero teſtimonio comprobatus Iuſtinianus rex, ſtatim * conſuluit, vt locus ille in vrbem transferretur, muro firmatam, & alio apparatu in felicis vrbis cumulum deſcriptam. Atque mox conſilium Regis in opus exijt. Nam murus exædificatur, & ciuitas, mutata repente agri fortuna, & agreſtes homines abiecta ſtiua, ciuilem vitam amplectuntur, non agreſtem diætam, ſed vrbanam obſeruantes, omniaque agentes, quæ ad ciuilem dignitatem pertinent. Hæc in Byzacio mari vicino peracta ſunt. In meditullio, quod ad regionis extrema vergit, vbi iam Mauruſij barbari habitant, munitiones validiſſimas extruxit, ac vrbes hic

* *cogitationem conceperunt.*

* *Carthagine.*

* *murum collapſum.*

* *murum.*

* *caſtellum quod*

* *id conſilij cepit,*

in confinijs ſitas, firmis propugnaculis cinxit, arcibus ſtructis, & militum pręſidijs conſtitutis. Hoc quoque pacto Numidiæ fines propugnaculis & militum cuſtodia tutos reddidit, quorum ſingula iam dicturus adgredior. Mons eſt in Numidia, quem * Abraſium cognominant, qualem alibi in terra habitabili non contingit eſſe, in cæli ſublimitatem præceps aſſurgit, cómprehenſo itinere trium dierum in ambitu, accedenti inacceſſus, nullũ aſcenſum niſi per præcipitium habens, in vertice prata ſunt & plani campi, amœnæ viæ, paſcua fertilia, loca arboribus conſita, aromata omnigena, & fontes è ſcopulis ſcaturientes, aquæ tranquillæ, & fluuij vndarum copia verticoſi, & quod omnium vel maximè eſt admirandum, ſegetes & arbores in hoc monre, fructus proferunt duplo maiores, quàm in alijs Libyæ partibus. Quæ ad * Abraſium montem pertinent, hoc modo habent. Vandili à principio montem poſſederunt, quibus iam pulſis Mauruſij occuparunt, quos hinc Iuſtinianus rex eductos alij Romanorum imperio adiunxit; prouidens nimirum, ne deinceps barbari hinc excurrentes, rurſum alijs damna inferrent. Vrbes, quas prope montem inuenit deſolatas, & muris carentes, muro vallauit. Præterea duabus arcibus, & ſufficienti militum præſidio hîc conſtitutis, nullam ſpem * in Abraſium excurrendi barbaris hîc commorantibus reliquit. In vrbibus quoque * alterius Numidiæ inexpugnabilia propugnacula collocauit. In Sardo inſula, quam nunc Sardiniam vocãt, vrbs eſt à Romanis * arx Traiani appellata. hanc muro & mœnibus, quibus antè carebat, Iuſtinianus cinxit. Apud * Gadiros in altera parte columnarum Herculis, in dextra, ad litus Libyæ, arx olim erat * Septon nomine, à Romanis ſuperiori ætate conſtructa, & propter Vandilorum incuriam, vetuſtate collapſa, hanc muro firmauit rex Iuſtinianus & præſidio validam reliquit, vbi & templum ſpectatu dignum dei genitrici poſuit. Nam cum ab hac inchoaret politiæ procemia, effecit, vt nulli prorſus hominum generi ſit hæc arx expugnabilis. Et hęc quidem eiuſcemodi ſunt. Nulli autem dubium ſed omnibus hominibus liquidò patuit, ex orientis * promonrorijs vſque in occidentem ſolem, quibus terminatur Romanum imperium, nõ ſolũm munitionibus, ſed & militum præſidijs ac cuſtodijs politiam Iuſtinianum Regem confirmaſſe. Quæcunque igitur Iuſtiniani ædificia noſſe potui, aut ipſe ſpectator factus, aut ſpectatorum auditor, quanta vi potui, ſermone percurri. Scio me inter dicendum multa alia præterijſſe, quæ vel in obſcuro latent, vel prorſus ignota manent. Quare ſiquis conatus fuerit diligenter omnia perſcrurari, atque * oratione complecti, is planè rem decoram faciet, & * honeſtam conſequetur gloriam.

* Auraſium.
* Auraſium.
* occupandi Auraſij.
* reliquiæ.
* caſtellum.
* Gades.
* Septum.
* limitibus.
* huic libro inſerere.
* induſtrij laudẽ feret.

FINIS.

AGATHIAE VITA EX SVIDA.

AGathias Scholaſticus Smyrnæus fuit, qui ſcripſit hiſtoriam illam poſt Procopium Cæſarienſem, ea videlicet quæ ſub Beliſario acciderunt, et in Italia atque Libya geſta ſunt, hoc eſt, quæ ſub Narſete, in Italia ac Lazorum regione atque Byzantio contigere. Hic compoſuit alios quoque libros & metricos, & oratione ſoluta, tum illa quæ vacantur Daphnica, & Orbem nouorũ epigrammatum, quæ ipſe coegit ex poetis iuxta tempus. Floruit autem cum Paulo Silentiario, atque Macedonio conſule, ac Tribuniano, Iuſtiniani temporibus.

AGATHIAE SMYRNÆI
DE BELLO GOTHORVM· ET ALIIS PEREGRINIS HISTORIIS, LIBRI V. PER
Chriſtophorum Perſonam Romanum, priorem ſanctæ Balbinæ, à Græco in Latinum traducti.

PROOEMIVM.

OPERAEPRECIVM in bello victoriæ ſunt, trophæa, *Præfatio in laudem hiſtoriæ.*
vrbiumque exędificationes, & ornamenta, cuncta denique, quæ vel magnitudine præſtent, vel digna ſint laude. hæc fermè & iſtiuſmodi cætera adeptis iam & gloriam afferunt, & voluptatem: mortuos verò, & ad vitam aliam abeuntes, haudquaquam ſequi facile volunt, quin potius obliuio mox interueniens, occultando auertit veros rerum geſtarum euentus, & vbi è vita exceſſerint, qui eas nouerunt, abſcedit ſimul, & fugit vnà oblitterata cognitio. ſic fit, vt nuda recordatio quædam & ſimplex, inutilis ſit, & planè inconſtans, ita vt nequeat prorſus in longum extendi tẽpus. Ipſe verò haudquaquam exiſtimauerim vllos hominum, aut pro patria ſubijſſe pericula, aut alios ſuſcepiſſe labores, quum eſſent non neſcij, quòd ſi vel maximas geſſerint, deperituram ſecum vnà quandoq; & gloriam eſſe, defluxuramq; breui, vt quæ eorum duntaxat vitæ curriculo dimenſa ſit, niſi quis (vt apparet) prouidentia quadam diuina naturæ obfirmante fragilitatẽ, quæ hiſtoriæ inſunt, quæúe ex ea ſperantur, ſuperinduxerit bona. Non enim coronæ ob gratiam, quæ ex oleaſtro,* ſelinoúe conſtet, Olympionicę athle- ** vel apio.*
tæ in palæſtris exuebantur: nec bello boni decertatores exuuiarum de cauſa aſſequendarum, & futuri mox lucri auiditate, in prompta ſeſe & aperta diſcrimina ingerunt: ſed ob firmiorem immortalemque gloriam, qua frui haud ſanè aliter queunt, niſi accedat hiſtoria, quæ ipſos faciat immortales: non vt Zamolxidis inſtituta, & Getica deſipientia faciunt, ſed modo quodam diuino & immortali, & quo ſolo mortalia iſta viuere perpetuò poſſunt. Non igi- *Hiſtoria ciuili philoſophiæ par.*
tur facilè fuerit omnia explicare, aut enumerare, quot bonis hiſtoria humanam expleat vitam; & ſummatim vt dicam, ciuili philoſophia haud longè inferiorem hanc duxerim, ni fortè plus aliquid conferat. Siquidem hæc ipſa hiſtoria haud ſecus ac domina, nec nutabunda quidem, nec adulatrix, iubet plerumque & planè conſtituit, quibus nam ſit inhærendum, quæúe ſint fugienda; & perinde neceſſitatem perſuadendo immiſcet, in animos ſe dum inſinuat, virtutemque collocat, vbi plurimum allicibili vtitur oratione, vel exemplorum varietate, veluti condimentis, quæ narrantur, excolit; ea dicendo confirmans, in quibus homines rectiore conſilio vſi, vel æquitate probatiores ſint redditi, vel fortè pro cuiuſquam ſententia, ſiue fortuna duce & hac aduerſante falſi quandoque à recto decoroque aberrauerint. nam mortalium animis eſt illud præcipuè inſitum, vt ad virtutem inclinent, & vltrò hanc appetant. Ipſe igitur hæc iampridem animaduertens, & admiranda *Agathiæ prima ſtudia.*
eſſe maximum in modum ratus, collaudandos exiſtimaui, vt in omnes beneficos, qui tale aliquid ſcribendo elaborarunt. ſed mihi haudquaquam antehac viſum, id vt laboris aggrederer, vel à principio attentarem. fueram nan-

que vel in primæua illa mea ætatula heroicis modulationibus apprime deditus, & poëticæ artis ſuauitudinibus delectabar, atque adeo, vt in hexametro breuia poëmata quædam ediderim, quæ Daphnica nuncupantur, amatorijs fabulis variata nonnullis, & eiuſcemodi plena deceptiunculis. Et ſanè tum primum dignum id laude videbatur, & nihil ingratum, ſi ea, quæ apud quoſdam recens conſcripta eſſent, nec in apertum à nonnullis vt muſſitantibus ederentur, in vnum, vtcunque liceret, colligerem; & ſingula quæque ordine ſuo diſtincta perſcriberem: & id quidem mihi ſedulo factitatum. Hic igitur noſtra ætāte, vbi magna vndequaque terrarum bella ex inſperato contigerit erupiſſe, exciriq́ue ſedibus ſuis barbarorum nationes non paucas, & rerum geſtarum fidem vix capientium, abſurdiores conſtet fuiſſe euentus, temerariosq́;, & diuerſos fortunæ caſus, generationes præterea ad internecionem attritas, & vrbes captas, traductosq́; aliò incolas, atque adeo, vt cómota omnia ſint, timor inceſſit animum, ne fortè haudquaquam par ſit ea facta, quę vt ingentia ſunt & miranda, ita & poſteris profutura, inexplicata relinquere, ac ſilentio præterire. Quocirca non indecens fore exiſtimaui, vtcunque illa periclitando perſcribere, ne omnis vita in fabulis & ſuperuacaneo quodam labore conſumeretur. & quamnis haud prius me ad hiſtoriam conſcribendam contulerim, quàm Iuſtinus ipſe, & iunior, Iuſtiniano ſuo iam fato perfuncto imperium gubernaret, recurram tamen ad tempora ipſa ſuperiora, ita vt quæ alius nemo ſcribendo elaborauit, proprium opus facturus ſim: tametſi pleraque Iuſtiniani tempore geſta, quæ Procopius Cæſarienſis rhetor diligenter conſcripſit, prætereunda nunc videantur, vt per eum ſufficienter iam explicata: quæ verò deinceps ſunt ſubſequuta, pro viribus mihi narranda deſumpſi. Cæterùm Procopius ab Arcadij morte exorſus hiſtoriam eſt, qui Iſdigerti Perſarum regi & imperij procurationem, & * Theodori filij curam reliquit; & ab his inſuper, quæ Vrbano Perozoq́ue accidere. Narrat præterea, quemadmodum * Cauades Imperator creatus regno priuatus ſit, quod ſtatim recuperauit. Vtq́ue & Amidam Anaſtaſius Romanorum rex ceperit, & poſt hunc item Iuſtinus Imperator & ſenior, eadem in re vt plurimum inſudarit. Poſt hæc Perſarum prælia explicat, & quæ Iuſtinianus Imperator aduerſus Cauadem Coſroemq́ue reges circa Syriam Armeniamq́ue, & * per Pelaſgorum confinia geſſerit, vtq́ue Vandalorum Gelimer, id loco eſt nomen, * Carchedonq́ue vrbs, & Afrorum regio omnis per Bonifacium Geſericumq́ue præfectos poſt defectionem multis poſt annis Iuſtiniano in ſeruitutem conceſſerint, quum aliâs quondam ſub Romanorum fuiſſent imperio, delectisq́; Vandalis, quæ nam gens illa ſiue intulerit, ſiue perpeſſa ſit mala, quũ in Libya & multis in locis contra Romanos acie inſtructa proceſſerit; vtq́; Stozas ille & Gontharis, & ſi partium Romanorum fuiſſent, tyranni tamen iam facti ingentium calamitatum & ſeditionum Libys cauſam præbuere. nec prius ſedata ſint mala, quàm viri iſti deperderentur. Ciuilem præterea ſcribit Byzātij aduerſus Imperatorem ſeditionem exortam, maximum proceſſiſſe in malum, & damno Rempubl. affeciſſe, factasq́ue per Hunnos incurſiones, qui ea tempeſtate Hiſtrum flumen tranſgreſſi Romanum imperium acerbiſſimè deuaſtarint, Illyrios, Theſſalosq́ue, & Europæ alia pleraque depopulati, & Aſiæ partem nonnullam, in Helleſpontum tranſierint: Surorumq́ue vrbem in Syria Berrhœaq́ue, & ad Orontem fluuium Antiochiam hoſtiliter fuiſſe à Coſroe Perſarum rege deletas, Edeſſamq́ue ciuitatem obſeſſam, à qua poſtmodum depulſus abſceſſerit. Poterunt igitur ex Procopij ſcriptis, non ſolum hæc noſcitari: ſed Aethiopum Hòmeritarumq́ue acies peruideri, & cauſa ſimul, quur vtræque hæ gentes ad inimicitias venerint. Quammulta ille de morbo peſtilentiſſimo diſſerit, qui tunc temporis in ge-

nus

Agathiæ Daphnica.

Cauſſæ, cur ad hiſtoriam ſcribendam animũ adiecerit.

Initium hiſtoriæ Agathianæ.

Procopiana ſe cõtinuaturum promittit.

** Theodoſij.*

** Idem qui ſupra Cabades.*

** per Abaſgorũ.*

** Carthagoq́.*

Epitome Procopianæ hiſtoriæ.

nus humanum irrepſerat, & quam abſurda cum eo ſimul inuaſerint. Poterit deinceps ex eodem ipſo Procopio colligi, quemadmodum multa & ſtrenuè Romanus exercitus circa* Alazorum caſtella, & Petræ præſidium aduerſus Chorianem, & Mermeroëm, Perſarumq; multitudinem geſſerit. Porro trãſgreſſus ad Occidentis plagam, haudquaquam prætierijt, Theodericum Gothorum regem exceſſiſſe è vita, eiusq; * filium Aminundam per Theodatum quendam * occiſum, vnde & Gothicum bellum eruperit. Nec planè omiſit Vittigem quempiam, qui poſt Theodatum Gothorũ potitus imperio eſt, per Beliſarium pręfectum poſt multa certamina bello fuiſſe deuictum, Byzantiumq; demum ad Imperatorem tranſmiſſum; Siciliamq;, & Romã, & vniuerſam Italiam barbaris peregrinis eiectis, iteratò patrium & priſtinum decus recuperaſſe; Narſetemq; eunuchum liberæ mox poteſtatis præfectum, aduerſus Totilam Gothorum imperatorem creatũ egregiè bella geſſiſſe. Poſt hunc * Phredigerni Teiam, Gothorum ſuſcepto imperio, fuiſſe haud longè pòſt interfectum. Hęc omnia ad annum vſq; vigeſimumſextum imperij Iuſtiniani ſunt geſta. Deniq; Procopius Rhetor in his finem hiſtorię fecit. Ipſe verò ad ea, quæ ex his ipſis dependent, & ſubſecuta poſtmodũm ſunt, explicanda accedam, hincq; mihi initium hiſtoriæ ſumam.

** Lazorum.*

** filium Amalafuntam.*

** occiſum.*

** Fredigerni filium Teiam.*

AGATHIAE HISTORIARVM LIBER I.

TEIAS poſt Totilam Gothorum dux factus, in vnum cõtractis iam exercitibus, aduerſus Narſetem Romanosque vniuerſis viribus bellum parauit, in eoque ad internecionem deuictus proelians cadit. Qui vero ex prælio & ſi non multi, ſuperfuere; Romanis inſtantibus, nec fugæ ſpacium permittentibus, crebris tamen oppreſſi incurſionibus, vbi in loca aridiora ſe coëgiſſent, à Narſete has pacis accepere conditiones, vt ſuas terras liberè & ſine formidine regerent, Romanorum tamen Imperatori obedienter tributa dependerent. Quum itaq; hiſce in locis res proſperè cederent, viſum eſt omnibus, belli finem Italiam de cætero habituram: quũ id alioquin alterius belli principium eſſet, atq; adeo vt planè autumem, nunquã noſtrũ id ſeculum mala huiuſmodi relictura, ſed permanſura perpetuò, & in maius hęc ſemper auctum iri, quoad humana hæc natura perſtiterit: quandoquidẽ vel à principio, vt ita dixerim, cum vita ſimul mortalium inuecta ſint prælia: & ſanè poëtica omnis, & quæuis hiſtoria bellorum ſunt plenæ, nec aliud es in his cõperturus vberius proditum. Cuius rei cauſam haudquaquam, vt volunt pleriq;, aſtrorum eſſe decurſus, vel fatum, vel abſurdas quaſdam neceſſitates crediderim. Nam ſi fortuna in omnibus ſuperaret, demereturq; & mortalibus arbitrari, & velle, profectò inſtructiones omnes, & artes diſciplinasq; vanas, & planè inutiles iudicaremus, deperdereturq; & euaneſceret, infructuoſaq; foret ſpes rectè viuentium. Haud tamen ita ſe habet. non enim deum, qui mihi cognitionis ſit cauſa, præliorũ ducem eſſe & cædium cõuenit. cum nãq;, qui & ſummæ ſit bonitatis, & malorum abactor, homicidam eſſe, & prælijs delectari, nec affirmanti quidem fidem ſum præbiturus. Sed in cupiditates & iniuſticias animi hominum ſponte labuntur, diſcordijsq; & perturbationibus omnia complent. Hinc nimirum pernicies affatim occurrit, nationesq; diripiuntur mortaliũ, & mortes infinitæ exoriuntur. Hunc igitur in modũ ea tempeſtate & Gothi, ictis cum Romanis fœderibus, diuerſi mox abiere. Siquidẽ qui infra Padum loca incolerent, in Thuſciam Liguriamq;, quocũq; animus

Pacis cõditiones Gothis datæ.

Bella perpetua.

Bellorum continuorum cauſæ.

ferret, vel fortè ſinguli inſueuiſſent, mox abſceſſere. Alij verò Pado traiecto circa Venetiam per caſtella & oppida diſpergebantur, in quibus antea permanſiſſent. Quũ igitur Gothorũ hoc ſtatu res eſſent, perdecuiſſet hos haudbiè re ipſa & factis vt confirmarent, quæ iureiurando ſanxiſſent, ſuaq; ſecurius iam poſſidentes à diuturnis periculis vindicarent, vt aliquando tandem à malis reſpirarent præteritis. At contrà hi quum ſe ad breue continuiſſent, res nouandi percupidi, vel denuò aggredi bellum parabant. ſuis tamen hi viribus parum confiſi, quum ſe pares Romanis minus exiſtimarent, confeſtim ad Francos ſe contulerunt, longè melius præſentia proceſſura ſibi hoc pacto rati, vtilitatemq́ue ex eo eſſe ad omnia ſuffecturam, ſi cum finitimis propinquisq; ciuitatibus belli ſocietatem inirent, ſic fore vt hoſtes ocyus debellarent. Eſt autem Francorum hæc natio Italiæ proxima, & terminis iuncta. Veteres tamen hos eſſe Germanos dixere, quod vtiq; ex eo ſat liquet. nam circa Rhenum hi habitant, & huic propinquas incolũt terras, Galliarumq́; maximam poſſident partem, non propriam, ſed vi & in poſterum occupatã. Habent præterea Maſſiliam vrbem, Ionum olim coloniam. Hanc enim Phocenſes quondam per Medos ſedibus ſuis abacti incoluere, Dario * Idaſpis filio rege Perſarum regnante: nunc verò Græca ex vrbe, reddita iam barbara eſt. Nam patrio illo reiecto & priſco viuendi modo, imperantium vtitur inſtitutis: tametſi hoc tempore videatur nõ admodum priſtina dignitate defectior: nimirum quum Germani haudquaquam ſint, vt plurimi barbarorum, paſtores: ſed Romanorum politia & alijs inſtitutis, & multis vtuntur, hiſdemq; legibus viuunt, & cæteris item, vt in conuentibus faciendis, & nuptijs, medelisq; eadem ſtatuunt. Sunt quippe omnes hi Chriſtiani, & rectiſſimæ inter cęteros omneis opinionis. Habent præterea per ciuitates antiſtites, ſacerdotesq́ue. feſtos inſuper haud ſecus ac ipſi nos peragunt dies. Et ſanè hi mihi, & ſi cætera barbari, moribus tamẽ videntur quàm optimis præditi, & maximum in modum ciuiles, nec quicquam habere, quod à nobis hos faciat alienos, præter veſtitus barbariem, & vocis innatæ ſonum linguæq́ue: quos equidem cum ob eorum virtutes, tum ob in cæteros æquitatem, inter ſeq́ue concordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus proſequor & magnifacio. Nam & ſi antehac ſæpè, & noſtris his quidem temporibus, in principes tres pluresúe eorum ſit partitum imperium, nunquam tamen in inuicem bella ſuſcepiſſe hos conſtat, nec ciuili patriam ſanguine inquinaſſe. Quum alioquin vbi magni eſſe videntur, & non impares, aut dubij potentatus, ibidem & neceſſarium ſit omnino & multis de cauſis inflatiores animos fieri, honorumq; exoriri & primatus cupiditates, & infinitos alios animorum affectus, vt perturbationis ita & ſeditionum pleniſſimos. Apud hos tamen, & ſi diuiſa imperia ſint, nil prorſus effertur huiuſmodi. Sed ſi qua fortè de re inter principes oriatur contentio, cæteri omnes ad bellum ſe parant, vt armis decertaturi, & ita inſtructi ſimul procedunt. quibus conſpectis, vtrinque diffidentium principum copiæ, depoſitis eueſtigio odijs, in gratiam redeunt, iuſſiq́ue parent, vt iure potius ea, de quibus ambigitur, quàm armis decernant: aliàs verò ſi pergant, ſuo ſe malo ſcirent decertaturos, perinde haudquaquam par foret, nec patria id fineret conſuetudo, vt pro priuatis inimicitijs detrimentum Reſpublica ruinamúe patiatur. His moniti phalangas mox ſoluunt, & arma deponunt. hoc pacto pace conciliata placantur, ex tutoque acceſſus & mutuo fiunt, vnaq́ue verſantur, & odia abſceſſere. Sic fit, vt inferiores & ſubditi iuſticiam ſimul ac patriam colant: Principes verò, vbi opportunum eſt, & benignos ſe præbeant, & facilè obſequantur. Vnde & vires quum habeant hi firmiores, & legibus hiſdem vtantur, nulla rerum ſuarum facta iactura, quammulta ſibi & ſedulò vendicant. Iuſticia nanque & charitas vbicunque

Gothorum noui motus.

De Francis, qui & Germani.

** Hyſtaſpis.*

Maſſilia.

Francorum mores laudati.

Concordia Francorum.

cunque inter mortales fouentur, felicem proculdubio Rempublicam reddunt, ſtabilemque atque adeo diu manſuram efficiunt, nec facilè iniuriæ opportunam, vt capi ab hoſtibus queat. Franci igitur quum optimum degant id vitæ genus, ſeipſos imprimis, & proximos quoſque peruincunt, & ex parentibus filij regna ſuſcipiunt. His verò per id temporis, quo ad ſe Gothi oratores miſiſſent, reges tres erant. Sed haudquaquam ab re fore exiſtimauerim, ſi iſtorum genus paulo altius repetendo, & breuiter enarrando quæ his antea contigiſſent, in eos ſit tranſgreſſio noſtra hæc deſitura, qui nam ea Gothorum tempeſtate imperio potirētur. Conſtat ſanè Childebertum, Clotharium, Clodamirum, ac Theodericum germanos fratres fuiſſe. Hi itaq; patre defuncto, in partes quatuor partiti imperium, quantum cognitione capere potui, æquam ſinguli partem ciuitatū & gentium accepere. Clodamirus verò haud longè pòſt aduerſus Burgundiones, qui & Gothicæ ſunt nationis, duxauit exercitum: qui quum ſuaptè natura & inſolenter eſſet ad res bellicas promptior, pectus telo tranſuerberatus occiditur: eo cadente mox Burgundiones coma animaduerſa profuſiore, quæ illi ad tergū protendebatur, ſenſere hoſtium ducem ſe occidiſſe. Neq; enim fas erat Francorum imperatoribus comam tondere, ſed à pueris intonſi manēt, atq; adeo, vt à tergo his defluant crines. nam à fronte diſcriminati vtrinq; feruntur. Nec ſanè Turcorum more, barbarorumq;, impexi & ſqualidi ſordidioreſque capilli his ſunt, vel aliâs calamiſtrati, & indecenter perplexi; ſed varia his ſuperinfundunt vnguenta, & diligenter pectendo expoliunt. Idq; perinde præcipuum & regium decus conſtitutum eſt, ſolis vt regibus permittatur. nam ſubditi circumtonſi ſunt omnes, nec prolixior his coma conceditur. Burgundiones igitur Clodamiri præciſum mox caput hoſtium exercitibus oſtenduntur: vnde deſperare hi de ſumma rerum iam cœperunt, & ignauiter adeo eorū diffracti ſunt animi, in eamq; trepidationem iam venerunt, vt de cætero inire prælium recuſarent. Quo factum eſt, vt victores, vti his viſum eſt, datis conditionibus, & pro arbitrio pacti, bello ſe liberarint. Frācorum copiæ, quia incolumes & integri omnes dimitterentur, volentes ad ſuos ſe receperunt. Sic itaq; Clodamiro occiſo, quia nondum liberos ſuſcepiſſet, eius ſtatim imperium inter ſe partiti ſunt fratres. Theodericus verò haud multo pòſt tempore morbo correptus interijt, Theodiberto filio inter cætera bona præfecturę etiam dignitate relicta; qui paterno ſuſcepto iam regno, & Alemannos bello proſtrauit, & gentes alias viciniores peruicit. nam & audaciſſimus erat, & turbulentiſſimus, ac præter modum cupidius diſcrimē omne adibat. Vnde in ipſo belli ardore, quod aduerſus Totilam Gothorum ducem Romani ſuſceperāt, id Theodibertus animo agitabat, & curabat enixius, vt dum interea Narſes in Italia & Romani ſimul exercitus labore & ſollicitudine tenerētur, ipſe quàm maximis poſſet, fortiſſimiſque & bellicoſiſſimis copijs in vnum coactis, ad Thraciæ regionem ductaret, ibique omnibus deuaſtatis, Byzantium regiam vrbem bellum transferret: atque adeo id conſilij reipſa & factis exequebatur, apparatumque ſuperbiorem & præpotētem inſuper factitabat, vt vel ad Gepedas, Longobardoſque, & finitimas alias nationes quoſdam legarit, vt ſecum hi omnes bellum ſuſciperent. non enim ferendum eſſe exiſtimabat, Iuſtinianum Imperatorem ſuis & imperatorijs præſcriptionibus, titulisque Latine, Alemannice, Gepediceque, & Longobardice, & eiuſmodi nuncupationibus prædicaſſe, ſe gentes has omnes & nationes ſubactas habere, & quemadmodum ipſe hanc grauiter ferret iniuriam, ita & cæteros vt moleſtius tolerarent orabat, vt ſecum vnà contumeliam paſſos. Ipſe verò ſi expeditionem hanc ille feciſſet, non in bonum audaciam ſibi ceſſuram crediderim. nam ſiue in Thraciam, ſiue in Illyrios ille ductaſſet, quandoquidem v-

Francorum tres reges.

Clodamirus a Burgūdionibus occiditur.

Cæſaries regum Francicorum.

Theodiberti virtus.

Theodiberti conſilium arduum.

Tituli, quibus Iuſtinianus vtebatur.

trobique omnino & neceſſariò erat futurum, vt Romanas incideret copias,
cum ignominia hauddubiè erat delendus. Quòd ſi hæc ille animo deman-
daſſet, deinde id voluiſſet, aut optaſſet, vniuerſaque & pro votis de ſe perfe-
ciſſet, expediebat tamen ſeſe vt audaciæ & temeritatis argueret, qui furo-
rem atque dementiam fortitudinem duceret. Nam ſi haudquaquam e-
ius vitæ finis rem quam animo deſtinarat mox præueniſſet, iter fortè aggreſ-

Venatio Theodiberti.

ſus foret. Sed quum interea venatum is iſſet, miræ magnitudinis taurus
porrectis in altum cornibus, ei obuiam venit. erat autem is non ex puſillis

Tauri ſilueſtres

hiſce, qui terram aratro ſcindunt, ſed ſilueſtris, montanus, feruſque & cor-
nupeta, & magna corporis mole. vnde quodcumque obuium habet, obte-
rendo occidit. iſtiuſmodi multi in his terris aluntur, vmbroſæ nanq; ibi ſunt
ſyluæ, denſi montes, locaque ipſa frigidiora: his omnibus ſuaptè natura ani-
mal id delectatur. Hunc namque taurum Theodibertus quum è loco ſupe-
riore in ſe ruentem vidiſſet, mox conſtitit, vt venabulum obiecturus: tum ille
vbi in proximo fuit, curſu delatus, impetu & arborem, haud ſanè magnam,
fronte & cornibus impetit, quæ ſtatim omnis concuſſa procubuit, ſimulque
ex ea ingens diffractus ramus, & ſolo violēter impactus, Theodiberti caput
afflixit. tum ille, quum letifera eſſet & incurabili plaga affectus, ſupinus mox
cecidit, & vixdum domum delatus, die eadem è vita exceſſit. Theodobaldus
itaque filius regnum ſuſcepit, quem & ſi iuuenis admodum eſſet, & ſub pæ-
dagogo adhuc nutriretur, lex tamen patria ad paternum regnum vocabat.
Eo igitur tempore, quo Teias ſuo perfunctus eſt fato, & Gothicis rebus pe-

Theodibaldus filius Theodiberti

regrina erant pernéceſſaria auxilia, apud Francos Theodobaldus, & is qui-
dem adoleſcentulus, Childebertuſque & Clotharius reges, Theodobaldi
coniunctiſſima, iuxta leges Romanas, cognatione patrui erant: ad hos tamē,

Gothi auxilia Francorum implorant.

quia longius aberant, haudquaquam eundum Gothi exiſtimarunt, non ta-
men ex vniuerſæ gentis conſenſu, ſed eorum, qui iuxta Padum tunc habita-
rent. nam cæteris Gothis hauddubiè erat rerum hæc innouatio voluptati,
& ſtatus firmioris turbatio. percellebantur tamen futuri prænotione, &
fortunæ inæquabilitatem extimeſcebant: ſiquidem ſuſpenſis hi animis, &
dubijs eſſent, expectando & rogitando quæ interea fierent, quum alio-

Francorum ad Gothos oratio.

quin eius ſententiæ eſſent, victoribus in ditionem vt cederent. Gothorum
itaque oratores vbi regi in conſpectum venere, & magiſtratibus cæteris
coram adſtitere, ne ſe deſpicerent, precabantur, à Romanis oppreſſos; ſed
ſecum vnà aduerſus hos certamen ſuſciperent, gentemque vt finitimam,
ita & beneuolentia coniunctiſſimam ſubleuarent, quæ ne euerteretur in
diſcrimine eſſet. Monebant præterea, non minus & illis permaximè id
profuturum, ſi Romanis nil ceſſerint, ad tam magnas vires euectis, ſed e-
nixè nunc, ne vltra proueherentur, coërceant. nam ſi Gothorum genus om-
ne procul abegerint, haud longe pòſt vel aduerſus Francos venturos hos
eſſe aſſeuerabant, inſtauraturosq; priſtina bella; nec fore, vt honeſtior ali-
qua cauſa ad auariciæ prouocationem his deſit, quin potius iure hi videhun-
tur & vos attentaſſe, dum Marios, & Camillos, & Cæſarum pleroſque com-
memorabunt, vt qui bella quondam priſcis Germanis intulerint, & trans
Rhenum occupauerint vniuerſa. hac via, non vim intuliſſe hi videbun-
tur, ſed iure exercitus immiſiſſe, vt nil alienum repetituri. poſſeſſionem
nec abſimilem quidem, contra nos aliâs quondam ad inuenta occaſio-
ne, perinde Theodericus, qui Gothis poſt vndeuigeſimum regem tunc im-
perabat, & nouas his ſedes pararat, indecenter Italiam occupaſſet, noſtra
omnia diripere, ac noſtræ gentis maiori parte occiſa, felicium tunc homi-
num & primorum vxores liberoſque indecentius abduxere: tametſi non
vi Theodericus cepiſſet Italiam, ſed Zenonis eorum imperatoris permiſſu
ſuæ

ſuæ feciſſet hanc ditionis, quum nil prorſus ademiſſet Romanis, quippe qui Italia priuati iam eſſent. quin potius Odoagro, aduentitio & peregrino, ſtrenuè debellato tyranno, belli iure, quæ illius fuerant, obtinuit. At hi vbi vim inferre iam poterant, nihil ex equo mox agere, ſed Theodato primùm Amalaſſunthę ob gratiam infeſtiores eſſe, idque belli principium & cauſam facere, atque adeo vt ne vel ad id tempeſtatis bellum id intermiſerint; ſed violenter omnia agunt & rapiunt. Iſti ergo ſapientes haberi volunt, & acerrimi deorum cultores, vt qui ſoli in terris iuſtè ſe viuere iactent. Ne itaque nos, qui iſta nunc patimur, negligentiæ demum & nil opportunè pœniteat, vel erit ab hoſtibus his præcauendum, nec præſens id tempus intermittendum, quo minus exercitum in hos bellicoſum mox immittamus, atq; adeo è veſtris imperatoribus quempiam belli peritũ, qui prælio aduerſus Romanos optimè geſto, hinc eos confeſtim propellat, & quamcelerrimè ſaluas nobis terras has faciat. Si ita egeritis, & Gothicæ genti rem gratam facturi eſtis, vt quibus ſalutis eritis autores propulſatoresq; malorum: & veſtra ſimul in tuto conſtituetis, vel ſi nobis aliud nihil, qui Romanis infenſiſſimi ſumus, ex veſtra propinquitate vtilitatis accederet. Ad hæc autem & pecuniæ nobis innumeræ non modò Romanorum res populantibus, ſed aliæ per nos dependentur. Vbi verò legati dicendi finẽ fecere, Theodobaldus vt erat adoleſcentulus, abiectior quidem & plauè imbellis, ac iam morbidus factus, vt qui corpore eſſet inualido, legatis haud multũ fauebat; nec fermè dignum exiſtimabat, pro alienis calamitatibus proprios vt ſibi labores inſumeret. Leutharis tamen, Bultinusque, & ſi res ea regi minus placeret, cum his fœdera inierunt. erant hi duo germani fratres, genere Alemanni, ſed apud Francos vires quammaximas conſequuti, ita vt ſuæ genti Theodobaldi permiſſu præeſſent. Alemanni autem, ſi Aſinio Quadrato viro Italicenſi fides præſtanda eſt, qui res Germanorum diligenter perſcripſit, aduentitij ſunt, & ex varia hominum colluuione, quod ſanè eorum cognomento præfertur. hos nimirum Theodericus, olim Gothorum rex, quum totius Italiæ poriretur imperio, tributarios fecerat, & gentem hanc ſubegerat vniuerſam. Vbi vero is humanis exceſſit, & Iuſtinianus Romanorum Imperator, & Gothi bella inter ſe vel acerrima gererent; Gothi ipſi, quum Francis interea adulando gererent morem, & enixè quauis arte machinarentur, vt amicos hos ſibi, & beneuolos conciliarent, quammaximè vel ex alijs pluribus ſuis eiecti ſunt locis, iamque Alemannorum gentem reliquerant. nam vndequaque cogendas ſibi tunc vires eſſe exiſtimabant, & ſubditos omnes, quos ſuperuacaneos ducerent, & nil opportunos, mox omittendos; perinde haudquaquam iam de imperio & gloria decertaturi, proque ipſa Italia, ne ad internecionem deperderentur, propulſaturi diſcrimen. vnde quum futuri temporis periculum animo percepiſſent, voluntariam fecerant neceſſitatem. Sic itaq; Alemnnorum gentem, per Gothos dimiſſam, Theodibertus in ditionem accepit: quo mortuo, (vt ſuprà iam diximus) ad Theodobaldum filium cum cæteris & hi ſimul in poteſtatẽ ceſſere. Huic genti legitima quædam & patria ſunt inſtituta, ſiquidem in Rebuſpublicis adminiſtrandis, & magiſtratibus, Francorũ politiam ſectantur, & leges; in his tamen, quæ ad religionem ac deum ſpectant, ab his longè diſſentiunt: nimirum qui arbores quaſdam adorent propicientq;, nec ſecus & fluminum aquas, collesq; & ſaltus: quibus perinde religioſè id agant, equos & boues, & infinita huiuſmodi pecora deſectis ceruicibus immolant. Sed cũ Francis aſſidua conuerſatio maximum his in modum conducit, & ornamenti plurimũ affert, ad ſeq; quotidie trahit, qui ſui compotes ſint; & ſpero fore, vt non longo pòſt temporis interuallo iſtorum peruictura ſit peruicaciam. Nam & prauæ opinionis

Alemannorum origo & inſtituta.

abſurditas ipſa atque veſania vel vtentibus ipſis innoteſcent quandoque, & facilè vanitatis coarguentur, reſtringíq; haud magna vi poterunt, ni fortè omnino dementiant & efferantur. Sed hi profectò miſericordia potius ſunt, quàm odio digni, vt omnes veniam aſſequantur, quocunque à vero aberrant. non enim hi vel captantur, vel labuntur volentes, ſed boni forſitan ducti cupiditate; & ſi alioquin iudicio falſi, conceptis opinionibus, qualeſcunque ſint, pertinacius hærent. Ipſe verò huic ſacrificiorum immanitati, & infelici deorum cultui, haudquaquã intelligo, vtrum mederi verbis quis poſſit, ſiue in ſyluis hęc peragantur & lucis, vt apud barbaros, ſiue legitimis fiant priſcorum dijs, vt apud Græcos, & quondam gentiles. Sed nil equidem aris ineſſe reor, quod iocundius ſit, ſanguine inquinatis, & violentiſſima beſtiarum pernicie. Quin potius ad iſtiuſmodi quodcunque conceſſerit, nec bonum omnino futurum eſt, nec manſuetum, ſed ferum magis, & furibundum, qualem Pauorem Timoremque fingunt poëtæ, Bellonamque quandam, iacturam inſuper, ac indefeſſam vt perhibent iſti contentionem, adde ſi velis vel apud Perſas Anininem quempiam vocitatum, & ex inferis * phantaſmatibus, quæcunque malefica ſint ac ſanguinaria. Sed hæc forſitan videri cuiquam poterunt non admodum noſtræ hiſtoriæ conuenire, quin potius ſuperuacanea eſſe, & ab his aliena, ad quæ ipſi contendimus. Me verò iuuat in medium cuncta producere, quæ cognita ſunt, & quæ rectiora fuerint, collaudare; apertiusque improbare quæ non iſtiuſmodi ſint, & perinde inutilia coarguere. Nam ſi haud ita ſe haberent hiſtoriæ, vt hoc pacto diuariatæ meliores delectabilioresq; efficerentur, & vitæ magis conducerent, ſed ſola fieret rerum geſtarum ſimplex & diligens quædam narratio, in diſcrimen hę fortè apud nonnullos venirent, ſi dictum id ſit non admodum graue, ne haud multum viderentur præſtantiores, ac decantatæ in opere muliebri ſint fabulæ. Verùm de his, vt lubet, ſentiat quiſque; mihi verò ad ea quæ cœperam, progrediendum. Leutharis itaque, Bultinusque, vbi ſe primùm aduerſus Romanos ductare exercitus impetus cœpit, inflati ac ſpei pleni, nec ſua ſorte contenti, Narſetem Romanorum præfectum, nec primam quidem incurſionem laturum exiſtimabant; ſibi verò Italiam omnem in poſſeſſionem ceſſuram, & ſe ſimul in poteſtatem Siciliam redacturos, mirariq; ſe Gothos iactabãt, qui homuncionem cubili aſſuetum, & vmbræ delicijs deditum, & planè effœminatum reformidarent. Hi itaque dum ita ſentirent, fremendo & acies magnificando ſuas, ex Alemannis Germaniſque exercitu ad duo & ſeptuaginta milia fortiorum virorum coacto, ſeſe ad bellum parabant, vt iamiam Italiam inuaſuri. Narſes verò Romanorum præfectus, & ſi ea, quæ apud hos gererentur, haud ſatis calleret; prouidentia tamen fretus maxima, vt qui mallet ſemper hoſtium impetus præuenire, intellexit caſtella quædam in Thuſcia per Gothos iam occupata, ſumma vi communiri. Is ſanè vir nec victoria præter modum vel indecenter efferebatur, nec poſt labores ad delicias declinabat & luxum, vt alij ſolent plerique, ſed confeſtim exercitu moto ad Cumas ductabat. eſt autem oppidum id in colle ſitum, aditu difficili præruptoque, & in Tyrrheni maris proſpectum: & quoniam ſupra littus ſic imminet collis, vt ad inferiorem partem ingenti cum ſtrepitu diffracti fluctus illidant, & loco ſuperiore validis circumcingitur muris, turribus & propugnaculis firmius elaboratis, idcirco eo in oppido, perinde tutiſſimo, per Totilam Teiamq;, qui inter Gothos priores regnarant, quæcunque vel precioſa, vel admiranda his erant, recondebantur. Eòdem igitur Narſes vbi ventum iam eſt, quammaxime faciebat, vt celerius oppido & pecunijs poti-retur; ne de cætero Gothi locum haberent, vnde inſultus tutò & pro arbitrio factitarent, & ipſe tandem victoriæ finem enixè ſatagendo & operando aſſe-

Margin notes: * ſpectris. — Leutharis & Bultinus contra Narſetẽ Gothis militant. — Narſetis ingenium. — Cumarum ſitus, & ibidem theſauris regius. — Cumarũ obſidio.

aſſequeretur. Fuerat Aligernus Teiæ Gothorum ducis germanus frater. is intra oppidum erat, exercitumque circa ſe, quoad licuit, maiorem coëgerat, nec pacificum quicquam animo agitabat; tum quia Teias in bello ceciderat, tum etiam quia Gothorum res iam declinaſſent, & diſſolutum has iri pro indubitato acceperat. ſed alioquin nec animo angebatur, nec allatam & præſentem fortunam extimeſcebat, ſed loco confiſus, & rerum neceſſariarum vbertati & copiæ, audentior erat, & ea animi magnitudine, vt in hos videretur. qui ſe vtcunque aggrederentur, vindicaturus. Tunc Narſes iubendo copias ſtatim oppido applicauit. Romani verò vbi non paruo labore in collem proximum euaſere, tela mox cominus in hoſtes iaculabantur, qui in propugnaculis comparebant; & crebra ſagitiarum emiſſione ſtridorem arcus edebant, fundisque lapides ſublimes deferebantur, admouebanturque & bellica cætera inſtrumenta, quæcunque ad murorum oppugnationem parari ſolent. Contrà verò, qui circa Aligernum milites erant, è turribus coëuntes haud ſegnius iaculando, ſagittasque emittendo præliabantur, è muroque magnæ molis ſaxa manibus prouoluebant, ſudes ſecuresque demittebant in ſubeuntes, armorumque genus omne, quod ab ea videretur neceſſitate non alienum; hoſtesque oppugnando ſeque tuendo, tormentis & machinis vtebantur; ita vt nihil omnino ſit intermiſſum, quod ad ſe tuendos valeret. Sed imprimis Aligerni ducis ſagittationes Romanis præcipuè noſcitabantur. Nam & ſtridore multo per hunc emiſſæ ſagittæ, & velocitate non ſegni deferebantur; atque adeo, vt ſi in lapidem incidiſſent, ſiue aliud quippiam durius, præ velocitate & impetus violentia mox prorſus illiſæ perfringerentur. Vnde Palladium, qui apud Narſetem non inter ſegues locum tunc obtineret, ſed copijs præeſſet Romanis, & inter primores præfectus eſſet, vbi Aligernus ferro & thorace armatum, animoque ingenti & celeritate nimia inuadentem aduertit, ſagitta in eum ex prominenti immiſſa cum thorace ſimul & ſcuto transfodit: tantopere viribus multos hic anteibat, & tam illi validæ erant, dum arcum inflecteret, manus. Sic multis deinceps diebus pugnatum leuibus prælijs, neutrisque ex ſpe votoque res procedebant. Romanis quidem turpis diſceſſio videbatur, niſi prius in poteſtatem oppidum redigiſſent, & Gothos iam ſatis conſtabat obſidioni nil conceſſuros. Narſes verò præfectus fluctuanti animo angebatur quammaximè, ægerrimeque ferebat, ſi tempus eſſet longius in expugnando tam perexiguo oppidulo conterendum. Verſanti hæc animo, ac ſingula meditanti, viſum eſt tandem hoc pacto præſidium experiri. Sub ea collis & ſuperimpoſiti præſidij parte, quæ ad orientem ſolem vergebat, ſpelunca erat vtrinq; patentior & profunda, penitiſſimisque & ampliſſimis penetralibus, voraginibusque immenſis in abruptum deſcenderat. hanc ferunt Sibyllam Italicenſem illam & magnam incoluiſſe, quæ Phœbo capta, & ſpiritu diuino inſtincta, petentibus futura prædiceret. Siquidẽ Aeneæ, Anchiſæ filio, tradunt ſe adeunti omnia prædixiſſe, quæ illi eſſent in poſterum occurſura. Et ſpeluncæ caſtelli pars quædam innitebatur, quam vt dirueret Narſes, ſecũ tacitus verſando præcogitarat, & hunc in modũ peregit. Magnam vim hominum in ſpeluncæ concauitates immiſit, iuſſitq; vt dolabra & inſtrumenta eiuſmodi cætera ad lapides excindẽdos, murosq; demoliendos accommoda, ſecũ deferrent, ſenſimq; ſpeluncę faſtigiũ ea ex parte pręciderẽt, qua pręſidij fundamenta obfirmarentur. Quo factũ eſt, vt eotenus excindẽdo, ędificij hi baſem purgarẽt, vt prima ipſa fundamenta denudarẽtur: quibus nudatis, erecta ex ordine tigna ſubijciunt, quibus muri innixa moles ſuſtinebatur, ne ſtatim rueret, vel compages ipſa diſſolueretur; vel Gothi, quæ gererentur, celerius præſentirent. nam aliàs principio ſtatim ſarcita iactura ſuis mox rebus

Aligernus Teiæ frater.

Aligerni peritia ſagittandi.

Aligerni robur.

Antrũ Sibyllæ.

Narſetis ſtrategema.

opem tuliſſent, de cæteroq́ne firmiſſimis cuſtodijs omnia aſſeruaſſent. ne itaq; omnino, quæ fierent, his innoteſcerent;néve deciſorum & cadentium lapidum fragor exaudiretur;ex altera ſuperiore caſtelli parte,quammaximè licuit,Romanus inferebatur exercitus, ita vt conclamantibus vniuerſis & ex adhortatione mutua perſtrepentibus, perturbatio quidem iniecta hoſtibus ſit,& obſidio horridior reddita. Verùm vbi iam murus eo ſpacio,quo ſupra ſpecum porrigebatur,pendulus totus & ſublimis eſt factus,ita vt lignis duntaxat incumberet, quæ erecta ex ordine ſolo collocabantur,aridiore & vndequaque collecta materia ac tignis ſuppoſita, igne iniecto confeſtim ipſi ſpecu ex infimo prodiere. Flamma igitur non longe pòſt excitata,ſubſtentacula ſtatim igne correpta perfringebantur, & impoſito ponderi conceſſere: præſidij autem pars omnis,quæ tignis ſubleuata detinebatur,in vacuum collabendo ſubſedit; turresq́ue ea è regione & propugnacula celerrimè à compage diuulſa,in decliue deferebantur. Fores præterea portis arctiſſimè inhærentes, quæ vt in hoſtium conſpectu ſitæ clauſtris per cuſtodes obſeruatæ validius occludebantur; cum vectibus ipſis obicibusq́ue, vadoſum in littus & ſaxa extantia excutiuntur. His geſtis Romani aditu facilè oppidum iam fore rebantur, & hoſtes de cætero contemnendos. Sed falſa hi ſpe ducebantur. ſiquidem abruptæ iam foueæ,& infra collem ipſum præcipitia & patentia loca, vt ſubſidente iam ſolo fiunt, eum locum nil minus præruptum & aſcenſu difficilem oſtendebant. Sed Narſes iteratò pręſidium oppugnando aggreditur, vt celerrimè direpturus: Gothis tamen in vnum iam coëuntibus, enixeq́ue depugnantibus,re infecta repellitur. Tum Narſes,vbi nec bello, neqne incurſionibus expugnari oppidum poterat, nec vlla vi capi, ſtatuit non omnibus copijs tantum hîc laboris inſumere: ſed Florentiam Centumcellasq́ue, parua tunc Thuſciæ oppida,ſe ſtatim conferre, ibiq́ue omnibus pro tempore conſtitutis, hoſtium præuenire aduentum. Iam enim Leutarim Bultinumq́ue cum Francorum Alemannorumq́ue exercitibus infra Padum eſſe nunciabatur,vnde quam concitatiſſimè maximā exercitus partem eò ductabat. Interea verò Philimuth ſequentinm ſe Erulorum præfectus, non multis antè diebus morbo correptus obierat, vnde qnum eſſet neceſſe, vt ſub altero & ſuæ gentis præfecto hi militarent, Fulcarem mox eis præfecit,Phanicei nepotem; iuſſitq́ue vt cum Ioanne * Bataliani, Valerianoq́ue,& Artabane, & alijs nonnullis præfectis ac ducibus, & exercitus maiori & bellicoſiſſima parte,Alpium monte, qui Thuſciæ Aemyliæq́ue intermedius prominet, circumito, circa Padum ſe flumen reciperet, ibiq; belligerando, & loca præoccupando munitiora, hoſtium propulſaret inſultus & coërceret ea conditione, vt ſi abigere prorſus hos quiret,gratias haberet fortunę:ſin verò præ multitudine vim pateretur,idq; exequi nequeat,illorum ſaltem vt iter moretur, indicit; nec ſinat, vt fidenter & intrepidè progrediantur,ſed quammaximè illos perterrendo & inſultando quamlongiſſimè abigat,quoad ipſe in proximo omnia,quemadmodū geri velit,conſtituat. Tum illi ſic moniti abiere. Narſes verò ad Cumarum oppidum,quod oppugnare occœperat,exercitum non contemnendum reliquit,vt ſedendo & cohibendo hoſtes contra oppidū contineret, & longa obſidione hoc deniq; potiretur. vnde foſſa Romani circumducta exitus aſſeruabant,ſi quem fortè pabulatum euntem comprehenderent. rebantur nanq;, ſi per annum obſiderentur,omnia his defutura. Narſes autem ciuitates aggrediendo maiorem in partem nullo labore in poteſtatem recipiebat. Florentini nanque obuiam illi & pacificè prodeundo, fide accepta,ne quid hoſtile paterentur, ſpontè ſeſe ſuaq; omnia tradiderunt. Centumcellenſes deinceps id ipſum fecere, Volaterraniq; item hos ſubſecuti,nec ſecus Lucenſes Piſaniq;. Hoc

Supra, Vitaliani.

Vrbes Narſeti deditæ. Florentia. Centumcellæ. Volaterra. Luca. Piſa.

pacto

pacto Narſeti proſperè & ex voto omnia procedebant, atque adeo, vt vel iter agendo proxima quæque reciperet: ſoli Lucenſes ciuitatis deditionem differre tentàbant, nec illi ſe permittebant, tametſi pactionibus factis, & obſidibus datis iureiurando id confirmaſſent, quòd ſi infra dies triginta nemo ſibi ſuppetias miſerit, nec auxilia ferar, quibus apertè bello tutari ſe queant, & non è turribus mœnibúſve depugnando, ſed pede collato manus conſerere; eueſtigiò vrbem, ſeque tradituros. ſperabant nanque, non longe pòſt Francorum exercitum ſibi prȩſidio affuturum: vnde his illi confiſi, huiuſmodi cum Narſete fecerant pactiones. Iamque conuentum exierat tempus, Franci verò nondum his opitulatum aduenerant. Lucenſes itaque cùm *Lucæ obſidio.* perinde conuenta & paruifacere, & renuere vellent; illuſus Narſes, vt par erat, quum moleſtè id ferret, ad expugnanda mœnia ſe comparabat: quũ interea è ſuis plerique decernerent, à Lucenſibus accepti vt obſides necarentur, & hoc pacto ingenti ciues dolore affecti perfidiæ luerent pœnas. Sed Narſes, qui prudẽter omnia factitabat, ne iræ frenos laxaret, haudquaquam *Narſetis egregiũ calliduṁque facinus.* ad id crudelitatis enaſit, vt eos necaret, qui nulla ſe iniuria affeciſſent, præſertim cùm alij innoxij eſſent: ſed arte hac vſus, obſides quamprimùm produxit in medium, manibus poſt terga reuinctis, capiteque ad terram demiſſo, ſuiſque hos ciuibus tam calamitosè affectos ſpectaculum præbuit; comminabaturque ſe iamiam hos necaturum, ni Lucenſes ipſi, quæ iuraſſent, exequerentur. obſidibus autem à tergo ad collum lignum ſummittebatur, pannis opertum, ne hoſtes poſſent vel è longinquo dolum proſpicere. his vbi ne hoc quidem modo productis, ciues parêrent; iuſſit omnes ex ordine capite luere truncarique. tum ſtatim ſtrictis milites gladijs violentiſſimè feriebant perinde ceruices his præciſuri, ſed illata plaga ſine illorum pernicie ligno infligebatur: obſides tamen, vt erant inſtructi, proni in terram vt moribundi prolabebantur, pedibuſque identidem calcitrando ſimulabant ſe morte affectos. Tunc verò qui in ciuitate erant, vbi tam atrox facinus proſpectaſſent, vt ſæpe fit, quum minus poſſent tam longo ex interuallo vera proſpicere, comploratione mox facta, calamitoſa ſibi exiſtimabant, quæ patrata iam eſſent. erant nanque obſides illi non vulgares quidam, & ſordidi generis, ſed inſignes & nobiles. Quo factum eſt, quum ſuis ſe Lucenſes priuatos putarent, vt exortus mox mulriplex fletus circumſonaret, vlnlatuſque frequens, & flebiliter lamentabiles voces, fœminarumque cœtus percutientium pectora laceratis veſtibus in propugnaculis vagarentur, ſiue matres hæ eſſent, quæ de ſe natos mortuos crederent, ſiue ſanguine propinquiores, ſiue aliàs vtcunque illis afficerentur. Iamque omnes Narſeti apertius ingerere contumelias, inſolentiamque exprobrare, & vanitatem; & re quidem hunc violentum eſſe, & ſanguinarium dicere, quum alioquin pium ſe fruſtrà iactaret, & dei cultorem. Hæc his inclamantibus, Narſes reſpondit; Nónne vos iſtis exitij cauſam præbuiſtis, quorum nulla apud *Narſetis ad obſeſſos concio.* vos ſit habita ratio? quandoquidem & hos proditos per vos eſſe ſat conſtat, ac vobis ipſis videmini nil rectè conſuluiſſe, qui iurando & peierando, fractis conuentionibus, & ſacris contemptis, prodideritis fidem. Verùm ſi placet iteratò perdiſcere, quȩ vobis ſint profutura, & factis conuenta peragere; nihilo eſtis à me minora impetraturi. Nam & obſides ipſi ad vitam redibũt, & ciuitatem hanc veſtram inoffenſam tuebor: ſin minus, neceſſe erit omnino, vt malefactis demum indoleatis. nunc verò quid facturi ſitis, conſiderate; ne & vos omnes eadẽ hæc patiamini. Hæc vbi acceperunt Lucenſes, eludere & ſe irridere præfectum rebantur, quia reuicturos mortuos diceret: & erant proculdubio pro eorũ captu ludibria, quæ dicebantur, haud tamen eò tendebant. Sed alioquin tunc rurſum promptiſſimè fatebantur, & iuramen- *Mira mortuorũ reſuſcitatio.*

to aſſeuerabant, ſeipſos Narſeti ac ciuitatem, vt pro arbitrio vteretur, mox dedituros; ſi obſides ſuperſtites cernerent, tanquam quum impoſſibile factu id videretur, ad ſe demum æquitatem transferrent. Tunc Narſes extemplò omnes ſimul exiſtere iuſſit, ac ſatis ſpectandos exhibuit, integros quidem, & nil imminutos. Quibus hi viſis, vti par erat, ſpectaculi nouitate obſtupuere; haud tamen idcirco omnes obſeruandum eſſe iuſiurandū cenſebant, ſed erant, qui promiſſis obſiſterent. nam vbi & ſuos viuere certiores ſunt facti, & quod moleſtum animis fuerat, ſeq; angebat, quammaximè in ſpem bonam euaſit; rurſum, vt vulgus ſolet, ad ingenium redibant, & fraudem perfidiaq; apud eos ſuperior erat. Demum vbi ad id eſt dementiæ ventum, Narſes præfectus magnitudine animi fretus obſides omnes ad ſuos remiſit, nulla in redimendis vel accepta pecunia, vel à ciuitate expreſſa confeſſione. Lucenſibus itaque ſtupore affectis, & cuius rei ob gratiam id Narſes egiſſet, addubitantes: non ſuæ eſſe conſuetudinis dixit, vana quædam, & ſpem lubricam aliquam gloriæ ducere: ſed vel nullis acceptis obſidibus ſe omnino facturum, niſi ſe ocyus dedant, vt his armis (gladios oſtentando) in poteſtatem venirent. Obſides verò, qui dimiſſi ad ſuos iam fuerant, ciuibus ſuis immixti cœtus hominum obeuntes Narſetem laudibus ferre, & identidem memorare, apud eum ſe comiter & amicè, non hoſtiliter habitos, perhumanúmque Narſetem eſſe, & popularem, & cum iuſticia hunc coniunctam habere animi magnitudinem vbique muſſitabatur: vnde futurum erat, vt vulgatus hic ſermo maiora efficeret non longe pòſt effecturus, quàm arma; nimirum quum obſides multitudinem contentioſam & inconſtantem facilè volutarent, & pluribus ſuaderent, Romanorum vt partes ſuſciperent. Narſes verò, quum Lucam adhuc obſideret, vbi alterius exercitus, quem in Aemyliam miſerat, acceptum detrimentum intellexit; perturbatione affectus, vt decuit, animi mœrore ingenti capiebatur. Siquidem poſtquam eò, quò mittebatur exercitus ille, peruenit; conſultius omnes omnia factitabant. in hoſtili nanque, ſiue in vicos prædatum, ſiue in oppida eundum erat, compoſiti omnes admodum procedebant; nec temerè agebant prædas, etſi diuerſi abiſſent, non diſſipati palanteſque vagabantur; ſed ordines ſuos ſeruabant, cuſtodijs opportunis in locis ad omnem neceſſitatem locatis, & agmine quadrato incedendo in medium prędam recipiebant, vt eam firmiſſimè tuerentur. Sic itaque tum primùm depopulatis hoſtium agris, paucis pòſt diebus vniuerſa, quæ geſſerant, euanuere. Fulcaris nanque, Herulorum præfectus, etſi cætera ſtrenuus adeo, vt hoſtile nil quippiam extimeſceret, quum audax eſſet & turbulentus, & nil opportunè vires tum nactus, (imperatoris nanque & præfecti non modò phalangem ordine ſuo diſponere peritiam eſſe ſibi arbitrabatur, ſed vbi in aciem iam produxiſſet, & furibundè medios inſiluiſſet in hoſtes, rem vt mox bellicam exerceret, hæc ille fremendo iactandoque gloriabatur.) tunc itaque inſolentia magnum in modum elatus, incurſionem in Parmam vrbem extemplò fecit (erat autem hæc ſub Francorum tunc temporis poteſtate) quum potius hunc decuiſſet, vt dimiſſis primò ſpeculatoribus, quid ſibi hoſtes vellent, perdiſceret; deinceps ad præcognita ſe ſtatim offerret. At ille peruicacia ductus, impetuoſeque ſatis & temeraria audacia fidens, Herulorum ſine vllo ordine copias in hoſtem duxit, & proſequentibus Romano ex agmine multis concitatius iter habebat. Hæc verò vbi Bultinus Francorum princeps accepit, (habebat enim ad amphitheatrum per id temporis ſtationem haud longè à ciuitate ſitum, quod viiq; his erat extructum qui cum beſtijs populo inſpectante certarent) habito ſtatim eorum delectu, qui ex ſuo exercitu & audacia plurimum, & bello valerent, hiſque in clandeſtinas inſidias collocatis, expectabat ſimul, & obſeruabat

Narſes Lucenſibus obſeſſis ſponte reddit obſides

Fulcaris Herulorum tribunus.

uabat bene gerendæ rei occaſionem. Sed poſtquam Fulcaris Heruliq́ue in medios hoſtes ſeſe contulere, dato tunc ſigno impreſſioneq́; facta, Franci omnes vno agmine hos inuadunt ſegniter & temerè prodeuntes, extemplóque qui tam turpiter in manus veniſſent, ſubito & inopinato caſu perterrefactos, & retibus perinde comprehenſos gladijs cædunt. vix tamen iſtorum pars maior, vbi tandem, quò calamitatis veniſſent, non ignorarent; ignobilem & turpiſſimam maluerunt ſalutem. nam terga hoſtibus dantes, celerrimè in fugam ſe coniecere, priſtinæ prorſus virtutis obliti, & diuturnæ in periculis adeundis ſolertiæ.

Herulos adoriuntur Franci.

Sic itaq; deleto exercitu, Fulcaris Herulorum præfectus ſolus cum ſatellitibus & beneficiarijs ſuis nonnullis relictus, haudquaquam ſe dignum exiſtimauit, vt cum cæteris ſimul fugam capeſſeret; ſed longe melius ſibi, & conſultius fore, ſi cum gloria obeat mortem, quàm vitam per ignominiam duceret. vnde & conſtitit, vt licuit tutius, ac proximo munimento tergo innixus, ex hoſtibus plures bellando occidit; quum nunc hoſtem inuaderet, nunc facie aduerſa ſe ſenſim reduceret, & cùm ei licuiſſet, vel facillima quidem fuga ſalutem peteret, ſuiq́; id vt facerent, hortarentur: Et quonam pacto, reſpondit, Narſetis linguam poſtea tulerim, me temeritatis inſimulantem? Criminationem itaq;, vt videbatur, magis hic veritus alienam, quàm gladios, diutius obſiſtendo haudquaquam pugnam intermittebat, quouſque tandem multitudine circumfuſa, & multis telorum ictibus pectore iam aperto exceptis, ſecuriq́ue capite interciſo, vix demum vt moribundus ſupra ſcutum procubuit.

Fulcaris virtus ſingularis.

Fulcaris mors.

Super hunc & cæteri ad vnum omnes, quos circa ſe habuiſſet, ſiue ſponte, ſiue inuiti, vt ab hoſte coacti, contrucidãtur. Præfectus itaq; hoc modo occiſus, nec diu honoribus fretus, ſed breui proſpera vſus fortuna, haud ſecus ac ſomniantis læticia, celerem habuit præfecturæ & vitæ finem. Id igitur Romanis iacturæ perpeſſis, Francorum animi magnum in modum intumeſcebant, confirmabanturq́;: & Gothi, qui Aemyliam, Liguriam, locaq́; illa propinquiora incolerent, etſi prius diſſimulanter quidem, nec liberè pacem alioquin, & formidine potius quàm voluntate cum Romanis ſocietatem iniſſent; reſumptis tamen iam animis, fidentius & apertè ruptis fœderibus quamprimùm ad barbaros, & ſui ſimiles ſe contulere. Romanorum verò exercitus, quem Ioannes Vitaliani, vt diximus, & Artabanes præfecti ductabant, Herulorumq́ue copiarum reliquiæ, quæ fortè fuga integræ iam euaſerant, Fauentiam confeſtim ſe receperunt. Præfecti nanq; haudquaquam eorum referre arbitrabantur, circa Parmam vrbem tempus diutius terere, præſertim hoſtium coëunte iam multitudne, quæ pro rerũ ſucceſſu in delicijs ageret, nec proſperam ferret moderatè fortunam: ſiquidem ad eos Gothorum ciuitates affatim iam conuolabant, ita vt validioribus receptis in poteſtatem præſidijs, ſatis illos conſtaret omnibus viribus in ſe incurſuros: quo metu perculſi, quamproximè poſſunt, Rauennam ſe recipere ſtatuunt, vt hac via hoſtes vitarent, quibus ſe bello haudquaquam pares fore rebantur. His rebus Narſeti renuntiatis, acerrimè angebatur, & barbarorũ vt inſolentiam, ita & Fulcarem tam ſubitò interiſſe moleſtè ferebat, virum ſanè nec ignobilem quidem, neq; obſcurum, ſed bello egregium, & factis clarum, victorijsq́; ornatum multis, & qualem nec bello capi ab hoſtibus potuiſſe crediderim, ſi coniunctum cum fortitudine conſilium habuiſſet.

Fulcaris laus, vna cum vitio coniuncta.

Ob hæc igitur decora Narſes & dolore afficiebatur ingenti, & tanti viri interitum deplorabat; haud tamen, vt quidam in aduerſis conſueuere, perterrebatur. Interea tamen apud exercitum, qui circa ſe erat, pro re ſubita & clade accepta, animi conſternatione perculſum, qualem eſſet habiturus orationem, non ignorabat; vt ad bene ſperandum hunc reuocaret, & formidine captis iam mederetur. Erat nimirum Narſes ſui admo-

Virtutes Narſetis inſignes.

R

dum compos, induſtriaque pollebat ac factis, & incidenti fortunæ aptare ſe percallebat, tametſi non magnam haberet literarum peritiam, nec eloquentiæ ſtuduiſſet; ſed naturæ dexteritate in his tam clarus euaſerat, vt vel confirmare cum ratione ſat poſſet, quæ in conſultationem veniſſent, etſi apud principes fuiſſet per delicias enutritus. Erat autem ſtatura is corporis breui exiliq́;, ſed alioquin eam fuerat ſtrenuitatem, & in rebus gerendis magnitudinem animi iam conſecutus, vt credi vix poſſet: vnde ſat liquet, cui animus inſit liber ac ſtrenuus, nil prorſus impedimento fore, quo minus quauis in re plurimum valeat. Narſes igitur vbi in medium prodijt, ad milites verba iſtiuſmodi fecit; Exiſtimo equidem, qui quotidie hoſtes vincere conſueuerunt, & continenter res proſperas experiri, ſi quid forte vel ad breue præter vota acciderit, dempturum extemplo id ei ex re præterita & bene geſta lætitiam, & ſpem omnẽ hebetaturum. Enimuero decere ſapientes nil ambigo, ne cum fortuna ſimul ſecundis in rebus ſe efferant, ſed quemadmodum facilè præſentia hæc immutantur, ita & animum ad varios velim hi præparent caſus. nam his quidem, qui hoc pacto ſe habent, ſuauiſſima apparebit felicitas; non tamen moleſtum, ſi qua in re præter eorum ſententiam vtcunque fallantur. Nunc verò, ô viri, animaduerto vos longe plus angi, quàm recens hic exigat caſus, & conſtat id planè non aliundè vos pati, niſi ex nimia gloria & vincendi conſuetudine: tum quia in animum induxiſtis, nulla in re aut falli, aut peccare vos poſſe. quòd ſi opinione hac ipſa depoſita, rem geſtã duntaxat ſpectabitis, haudquaquã id tam graue videbitur, ac ipſi vos fruſtrà exiſtimatis. Nam ſi Fulcaris pręfectus, vt barbarus, petulanter & temerè in tantas ſe hoſtium copias periclitando ingeſſit; profectò iam habet, quæ ſe vt ſequerentur, par erat: haud tamen vobis iccirco vel præſentia negligenda hæc ſunt, vel imposterum, quæ præcognita ſunt, differenda. Nam ſi Gothi vel eorum gente deperdita, qui reliqui ſunt, belli ſocios ſibi aſciſcunt, & maiores excitant nobis labores, nec tamen prorſus in aduerſis deſperant: turpe proculdubio fuerit, ſi hac ſola de cauſa victos nos eſſe duxerimus, quia non ipſi ſtrenuè vicimus, & hoc pacto præteritarum rerum gloriam negligamus, animi amiſſa iam promptitudine: quum deceat potius pro te malè geſta vt alacritate afficiamur. in ea nanque fuiſſe reor felicitas magnitudinem caſtigatam, nosque hoc pacto inuidiam declinaſſe, atque adeo vt de cætero liceat animo eſſe fidentiore, ex ea iactura iteratò nos poſſe & detrimentum ſarcire, & certamina vincere. Nam etſi hoſtes multitudinẽ iactent, ordine tamen & prouidentia, ſi modò ſapimus, ſuperaturi hoc ſumus. eſt nanq; cum aduenis nobis ſuſceptum certamen, & cum his quidem, qui in aliena neceſſatijs indigent, quum alias ipſi nos omnibus abundemus; quandoquidem & præſidia multa, & ciuitates ſecuritatem nobis neceſſitas cogat, præſtabunt; quũ illis nulla ſint vſpiam ad receptum loca. Quin etiam omnia nobis veri dei cultoribus pro æquitate, pro patria, pro liberis & propinquis pugnantibus præſidio erunt, quum illi aliena depopulentur. Fit itaq; vt abſurdius videatur, ſi non vndequaq; quamoptime ſperandum duxeritis, ne dicam timore percelli quoquam pacto vos poſſe. Nunc vero Lucenſibus iſtis ne reſpirangi quidem locum obſidendo iam demus, ad belliq́ue finem ſe quiſque veſtrûm enixè & promptius paret. His Narſes dictis & exercitum ad meliora ſperandum erexit, & Lucenſes acrius obſidione vrgebat. Illis verò, quos emiſſis iam præfecerat copijs, ſuccenſebat; quia locis opportunioribus derelictis Fauentiam paulo antè ſe recepiſſent, & res aliter longè procederent, atq; ipſe pro eius prouidentia iniunxiſſet. Siquidem circa Parmam præſidij & obicis loco ſtatuendas eſſe copias illas rebatur, quæ hoſtes, ne vltra progrederentur, arctius coërcerent, vt ipſe paulo pòſt in Thuſcia rectè omnibus

Narſetis ad milites concio.

bus conſtitutis aduerſus eos confeſtim duċtaret. Nunc verò relinquebatur, Romani vt milites, qui circa Narſetem tunc erant, Lucenſi omiſſa obſidione, & procul ab hoſtibus abſcedendo, omninm primi Francis obuiam irent: vnde quum haudquaquam ferendum id Narſes cenſeret, extemplò ad præfectos peridoneum virum legauit, cui Stephanus nomen erat, ex Epidamno ortum, caſtello Illyrico, vt hos caſtigando timoris & fugæ inſimularet, & plane argueret, deprehenſos hos eſſe Rempublicam prodidiſſe, ni iteratò, quæ dimiſiſſent loca, repeterent. Tum Stephanus equitibus ducentis & bellicoſiſſimis ſecum deductis, apprimeq; armis inſtructis, concitatiſſimè iter aggreſſus eſt: ſed multo cum labore vigilijsq; cautior illa profectio erat. Franci nimirum cum exercitus parte per proximos campos, vt pabuli, ita & prædæ gratia vagabantur, quam ex agris auceherent. Vnde Romani noctu potius, quàm interdiu acie inſtructa progrediebantur. Exaudiebatur itaque agreſtium eiulatus, & abactorum mugitus boum, ſonitusq; præciſæ materiæ, & fragores huiuſmodi aures circumſonabant, ita vt vix tandem Fauentiam ad exercitum equites peruenerunt. Legatus verò vbi in conſpectu aſtitit præfectorum; Quod malum, inquit, vos cepit, ô viri? vbi nam rerum quondam geſtarum nunc gloria, & tantorum trophæorum commemoratio? Quo nam pacto Lucenſes ceperit Narſes, & quæ infra Alpes ſunt, omnia eſt ſubacturus, ſi vos hoſtibus tranſitum perinde confœderati dederitis, hosque ſiueritis pro arbitrio, quò velint, abſcedere? Sed ipſe equidem nil prorſus, quod vos vrgeat malum, dicturus in præſentia fuerim: erit fortè qui dicat, mollitiem rem iſtam præferre, & eorum ignauiam, qui Rempublicam iuuent. Sed vnum illud vos monitos velim, niſi quamprimùm redeundo Parmam vos contuleritis, haudquaquam ſuccenſere vobis, nec iniuria deſiturus eſt Narſes, pro futurorum euentu veſtram inertiam cauſando, ſi quid fortè inferatur hoſtile. cauendum præterea, ne & vos oderit Imperator. His auditis præfecti non neſcij Narſetis hæc eſſe mandata, nec quicquam haberent, quo iniuſtius ſe inſimulari arguerent, argumenta quædam & cauſas præferebant, vt coacti neceſſitate diſceſſerint, perinde non potuiſſent ex circumiectis Parmæ oppidulis tantum commeatus habere, quod ſatis exercitibus eſſet. Nec Antiochum ſibi eparchum in tempore affuiſſe, cui ea cura demandabatur. Quinetiam nec pecuniam in ſtipendium conſuetum ſibi depenſam fuiſſe. Tum Stephanus celerrimè Rauennam ſe conferens, & eparchum ad præfectos perduxit, & ambiguis omnibus, quoad licuit, iam medicatis, his perſuaſit, vt Parmam repeterent, eodemque vt ſtationem haberent. His omnibus breui peractis Lucam reuertit, Narſetemq; iuſſit bono animo eſſe, & promptiore rem exequi, vt minus verendum, hoſtes ſibi impedimento fore, ſed eorum coërceri iam impetus, Romanis exercitibus his opportunè inſtantibus. Narſes igitur quum haudquaquam ferendum eſſe iam duceret, quòd Lucenſes obſeſſi remiſſius, tamdiu ſibi repugnando obſtiterint, mœnibus ipſis admouit exercitum. iamque & machinationes tormentaque ad diruendam vrbem muris applicabantur, ad locaque eminentiora cum igne emittebantur ſagittæ, ſimulque qui in turribus comparebant, feriebantur, ſubruebanturque nonnulla in parte & mœnia, atque adeo vt quæuis ſpecies mali vrbem iam circumſiſteret. Tunc qui prius obſides fuerant, oblata occaſione, Romanam rem enixè ciuibus optimè conſulendo iuuabant, & quantum in eis erat, ciuitas ad deditionem mox inclinaſſet, ni Francorum legati, qui intus conſtituti ad vrbis cuſtodiam fuerant, mox obſtitiſſent, & quàm acerrimè alios ad prælium concitaſſent, armisq; propulſaſſent obſidionem. Vnde extemplò factum, vt apertis & diſpatentibus portis eruptione repentius facta, impreſſionem in Romanos hi facerent, hac via exiſtimantes ſe fo-

Legati ad Rom. oratio.

Induſtria Stephani.

Lucæ oppugnatio.

re ſuperiores. Sed parum hoſtibus obfuerunt,ſibi verò quammaximè. Nam
pleriq; Lucenſium his planè confiſi, quæ in vrbe iam gererentur,vltrò præ-
liabantur. Verùm vbi ſæpe iam tentata fortuna ſpes nulla procederet, ſed
ſuorum iacturam maximam facerent, turpiterque & per ignauiam fugam
eapeſſerent, & intra vrbem ſæpe reiecti ita coërcerentur, vt nulla his eſſet
de cætero in hoſtem prodeundi facultas: tunc vniuerſi,quandoquidem alia
Lucæ deditio.
nulla iam eſſet ad ſalutem via, compulſi ad pacem animum induxerunt. Ita
demum à Narſete fide accepta, vt ſibi pro præteritis factis nil ſuccenſeret,
ciuitate tradita libenter exercitum intra mœnia exceperunt, tertium iam
menſem obſeſſi.ſic iteratò Lucenſes Romanorum in ditionem venere.Nar-
ſes verò poſt eam Lucæ obſidionem, quandoquidem nec hoſtile aliquid
reliquum eſſet, ibidem moram vt diutius traheret, neceſſarium fore nil ra-
tus,tamdiu immorandum cenſebat, quoad reſpirare milites à laboribus ſi-
neret. Relicto itaque ibi Bono, id illi erat nomen,præfecto ex Myſia oriun-
do ad Hiſtrum flumen apposita,viro ſanè qui & mirificè ſaperet,ac domi fo-
riſque maximum in modum valebat, traditaq; ei magna militum copia,qua
hos facilè poſſet,ſi quam fortè rem innouarent,& vincere,& cohibere;hiſq;
ſic conſtitutis, rectà ire Rauennam pergit, ibique exercitum in hibernis di-
Francis tempus hibernũ ad pugnandum idoneum.
miſit. Nam quum autumni finis adeſſet, & tempus iam in hyemem verge-
ret,haudquaquam per id tempeſtatis belligerandum eſſe Narſeti eſt viſum.
Id nanque Francis, quibus æſtus infenſior eſt, & moleſtiæ plurimum affert,
quammaximè conduxiſſet, vt qui haudquaquam volentes per æſtatem in-
eunt pugnã, ſed in ipſis algoribus, dum maximè rigent, validiſſimi fiunt,&
labores perlibenter inſumunt. Sunt enim frigoribus aſſueti, vt qui gelidam
ſint patriam nacti,&algere perinde his ingenitum eſt.Hiſce de cauſis Narſes
rem extrahere nitebatur, & ad Neota oppidum bellum transferre: vnde
cum centurionibus tribuniſque militum partito exercitu, circa finitima ca-
ſtella & loca ſic hibernare iniunxit,vt Veris principio ſtatim Romam omnes
aduentando ſe cogerent, vt inde cum vniuerſis copijs ductarentur. His illi
iuſſis in hiberna iam abſceſſere. Narſes verò ſe Rauennam recipiens,fami-
liares & ſatellites priuatos quoſdam ſecum reduxit, & alios nonnullos,qui
ſibi in magiſtratu famularentur, nec ſecus & qui eius dignitatem curæ ha-
berent, ne pro arbitrio ſe adeundi poteſtas omnibus fieret. Hunc præ-
terea Zandilas præfectus eorum, qui domi nutriebantur, & domeſtici cæ-
teri ſunt ſecuti, eunuchique item cubiculares. hoc trecentorum is homi-
Aligerni de futuris conſultatio
num comitatu Rauennam peruenit. Interea verò Fridigerni filius Aliger-
nus, Teiæ germanus frater, cuius & ſuprà in Cumarum obſidione memi-
nimus, vbi Franci iam in Italiam adueniſſent, Gothiq; omnes ad eos tranſ-
irent;ſolus viſus eſt noſſe, quod ſibi in rem fore exiſtimaſſet, & contempla-
tus futura, deque præſentibus conſultando, ad eam peruenit cognitionem,
vt ſatis iam animo præuideret, Francos ſub nominis prætextu decenti quo-
dam, & ſimulatione ineundæ cum Gothis ſocietatis, perinde ac ſi acciti ve-
niſſent,& aliud ſibi vellent, ac præ ſe ferrent,nec fore omnino vel Romanis
deuictis, vt hi Italia Gothis decedant, ſed hos potius, quibus verbo,non re
ſupetias ferre venerint, confeſtim vt ſubigant, & cum imperio ſimul ſubla-
Aligernus Narſeti ſe dedit.
tis prorſus patrijs legibus, his ipſis vt Francos præficiant. Hæc igitur Aliger-
nus quum animo frequenter verſaret, obſidioneq; ſimul coërceretur; fore
id longe ſatius iudicauit, Narſeti vt oppidũ eum pecunijs traderet,ac de cę-
tero Romanis vt viueret moribus,ab omniq; diſcrimine & barbarico cultu
procul abeſſet.par nanq; fore cẽſebat,non amplius Italia Gothos potiri,ſed
veteres vt eam habitatores & priſtini duces recuperarẽt,vt terrę aſſueti & ge
niti,& ſuis nõ perpetuò rebus fraudarẽtur.Hęc ipſe de ſe exequi &priuatim
decer-

decernit, vt cæteris ſuæ gentis exemplo foret. Vnde obſidentibus Romanis ſignificauit, ſe velle, ſi eorum permiſſu liceat, præfectum mox conuenire. Permiſſus ille ad Claſſis caſtellum, & in Rauennate agro ſitum, vbi Narſetem morari didicerat, venit: ibique vbi coram aſtitiſſet, præſidij claues illi in manus tradit, proque ſua virili beneuolè miniſtraturum ei de ſe omnia, nauaturumque operam pollicetur. Tum Narſes aduenientem benignè ſuſcepit, & maioribus bonis id ſe beneficij compenſaturum aſſeuerabat: deinde eam exercitus partem, quæ Cumas obſederat, inire præſidium iuſſit, cum eaque ſimul vt pecuniam omnem reciperent, in tutoque omnia conſeruarent: quod reliquum eius exercitus fuit, ſecedere in alia caſtella iniunxit, ibidemq; hibernare. Sic Narſes egregiè rem omnem ad id tempus confecit. Verùm quũ Herulorum iam copię iteratò fuiſſent ſuo duce orbatæ, duo quidem inter hos erant viri inſignes, quorum ſtudio diuerſim plebs ipſa detinebatur: interſciſſa tamen ſententijs rem in dubium euocabat. nam pars altera Aruth maximi faciebat, & omnia ſibi proceſſura in melius arbitrabatur, ſi ad hunc eſſet præfectura delata. Alteri verò placebat Oſindual, vt ſtrenuus factiſque clarus. Hunc Narſes aſſentiendo Herulis præfecit, emiſitque vbi commodius hibernaret. Aligernum verò ad Caſſiam vrbem ire iuſſit, monitum vt vbi eò ſe contuliſſet, murum conſcenderet, illique ſic apertè incumberet, vt quis eſſet, ab omnibus facilè noſcitaretur. Hæc autem illi iccirco mandauerat, vt Franci (nam eà erant pertranſituri) eum viderent, qui ſponte ad ſe conceſſiſſet, deſperarentque per Cumas ſe iter facturos, vel pecunias habituros eódem reconditas, vel fortè vt de ſumma belli, opportunis iam locis omnibus præoccupatis, nihil his eſſet in poſterum ſpei. At Aligernus, vbi Francos illac tranſeuntes ex eminenti vidiſſet, irridere hos ſimul & increpare, fruſtrà ſe tandem, & tam ſerò veniſſe, & rebus perfectis: quandoquidem Gothorum opes cum ducibus ipſis Romani ſibi iam vendicarint, ita vt ſi quis inter Gothos compareat imperator, neminem habeat, cui vel cognitus, vel honoratior ſit, ſed militarem is vt induat veſtem ſit omnino futurum, & ex habitu ipſo priuatus vt viuat. Tum Franci hunc probris afficere, & inceſſere contumelijs, ſuæque gentis proditorem identidem nuncupare: vnde factum eſt, vt pro præſentium rerum conditione in ambiguo his animus verſaretur, atque adeo, vt vtrum bellum gerendum eſſet, inter ſe conſultarent. vicit tamen ea ſententia, ne cœptæ iam rei hos pœniteret, ſed ad ea quæ aggreſſi iam eſſent, progrederentur. Narſes vero dum hęc agerentur, Rauennæ quum eſſet, ibidemque cum manentibus copijs verſaretur, ſuo ex ordine omnibus conſtitutis, ſe Ariminum contulit: deducto, quem ſecum habuerat, comitatu. Vacarus interim Burnus genere paulo antè è vita exceſſerat, vir ſanè grauis & bellicoſus. Huius Theudibaldus filius, qui cum Burnis ſuis ſequacibus Imperatori Romano ſtatim acceſſit, Arimini aderat, vt Narſetem iam conuenturus, cuius gratia eò contenderat. itaque auro donatis liberaliter omnibus, firmiſſimam cum Romanis iniuit ſocietatem. Quum itaque hæc Theudibaldus ageret, Francorum milites ad duo milia peditum equitibus intermixti, qui prædatum in agrum Ariminenſem aduenerant, à ſuis præfectis dimiſſi, quum ciuitati appropinquaſſent, agro depopulato arantium boum prædam agebant, impudenterque omnia peruaſtabant. Quæ Narſes vbi ex edito ædificij loco ſpectaſſet, vnde in campum erat proſpectus, indecorum eſſe ex malis præſentibus iudicauit, non ſtatim vim & iniuriam vindicare. itaque equo inſcenſo ductu perfacili ſuperbioreque, qui non modò agilius proſilire & deſultare non indecenter, ſed incurſiones inſuper facere, & media in acie aptè verſari experientia & exercitatione perdidiciſſet, iuſſiſque omnibus, qui non omnino certaminis

eſſent ignari, confeſtim ſe ſequi, vrbem egreditur, in hoſtesq́ue ducit. tum illi mox equis inſcenſis (erant enim viri trecenti) decem vnà ſequebantur, & curſu citato rectà hoſtes petebant. Tum hi, quum in ſe iri vidiſſent, non diſperſi, vt prius, populabantur. neque enim hos prædę duxerim opportunos. equites quippe ac pedites in vnum protinus coiere, & ſe in phalangem coegerant, haud tamen hanc denſiorem. quî enim fieri id poterat, cum prædatum non multi prodiſſent? ſed validam alioquin, quia communi defenſione & coëuntibus cornibus ex ordine ſe tuebantur. Romani verò vbi ad ſagittæ iactum ad hoſtes veniſſent, cum his tam bene inſtructis manus conſerere & præliari haudquam in rem fore duxerunt, ſagittando tamen & iaculando, qui primi bellando ſtarent, fallere pertentabant, & à fronte denſitatem perrumpere. Sed illi ſcutis optimè communiti ſtabiles permanebant, & planè immoti, aciemq́ue tam bene denſatam nuſpiam auellebant, & cominus, quo & ſpiſſiorem ſyluam tunc nacti pro munitione arboribus vterentur, iamque telorum iaculatione ſe tuebantur. Verùm vbi nihil inferri iacturæ his poterat, omnibus Narſes animo agitatis, belligerandi genus quoddam & barbarum excogitandum machinabatur, Hunnorum gentibus primum tunc adinuentum. Iuſſit nanque qui circa ſe eſſent, vt hoſtibus terga dando quamprimum retrò ſe verterent, tanquam timore in fugam actos, & hoſtes inſuper a ſyluis ad nudos expeditosq́ue campos, quàm poſſent longius, auocarent; ſibi vero reliqua curæ fore. Militibus itaque imperia exequendo fugam iam capeſſentibus, Franci hac fuga illuſi, & veram eſſe formidinem rati, intrepidè phalange ſoluta, & ſiluis relictis, ad hos inſectandos enixè incubuere; ac primi quidem equites cucurrerunt, hos pedites ſequebantur, qui & fortiſſimi eſſent & perniciſſimi, ita vt fugientibus effusè omnes inſiſterent, perinde Narſetem ipſum viuum capturi, & exiguo cum labore impoſituri bello optatum iamdiu finem. Sed hi quidem militaris diſciplinæ prorſus obliti, effuſius & incautè procedebant, alacres & bona ſpe freti. Romani verò laxatis habenis Ariminum verſus deferebantur. Diceres illos certiore captos formidine quadam fugam iniſſe, adeo hi ad verũ quamproximè timorem diſſimulant,. & vbi nudo in campo erant iam barbari diſſipati, & à nemore quamlongè diuulſi, tunc Romani Narſetis ſignificatione & iuſſu, equis conuerſis, ex aduerſoq́ue ſeſe explicantes, perſequentibus hoſtibus obuiam his in frontem eundo ſe obtulerunt, & omnes re ſubita conſternatos inclementer vrgebant, ita vt qui fugere videbantur, e veſtigio hoſtes inſectarentur. Barbarorum igitur equites, vbi inſtans periculum præſenſiſſent, celerrimo curſu exercitui ad ſiluam reducto ſaluti fuere, pedites tamen relicti fœdè & paſſim iam cædebantur; atque adeo, vt torpentes iam redditi ne manus quidem mouerent. erant nimirum ex ſubita rerum immutatione obſtupefacti, & quaſi ſui nil compotes, vnde pecudum more proſtrati per campos iacebant. His itaque ſupra noningentos iam cæſis, cæteri abſceſſere, & ad ſuos ſic ſe recepere duces, vt non aliàs ſe in tuto fore exiſtimarent, quàm à cæteris copijs adgregati. Narſes igitur Rauennam repetens, omnibus ibi egregiè diſpoſitis rebus, Romam ſe demum hibernandi cauſa contulit .·.

Narſetis Hunnicum ſtrategema.

AGATHIAE HISTORIARM.

LIBER SECVNDVS.

Exercet inarmis ſuos Narſes.

VERE autem iam ineunte, vti edictum per Narſetem antea fuerat, ad vrbem Romam magna vis militum ſe conferebat, & non parui cogebantur exercitus: quos Narſes magnum in modum, vt in bellicis ſimulachris exercerentur, iniunxit; ſic militantium animos aſſidua exercitatione firmabat.* Nam & decurrere eos cogebat, & in equum agiliter deſilire, armatosque tripudijs agitari, & tuba claſſicum perſonante obtundi,* ne fortè ex longa hibernorum quiete & ocio, belli prorſus obliti in veris prælijs remolleſcerent. Interea barbari dum liberius vagarentur, quæ in promptu erant, populabantur & peruaſtabant, ab vrbe tamen Roma, & locis vrbi proximè circumiectis iter quamlongè habentes progrediebantur, ita vt ad dexteram Tyrrhenum mare haberent, vtrinque verò Ionici ſinus littora protendebantur. Sed vbi in agrum Samnitem venere, hinc inde diuiſi ab inuicem principes abiere. Bultinus nanque cum maiori copiarum parte per Tyrrhenum littus tendebat, & quàm multa Campaniæ loca deprædabatur: Nam & Lucanos tranſgreſſus eſt, & ad Brutios deinde diuertit, ad fretumque demum peruenit, quod Siciliam inſulam & Italiæ dirimit fines. Leuthares verò, quod reliquum erat exercitus ductans, Apuliam & Calabriam petit, & aduſque Hydruntem vrbem proceſſit, quæ ſupra littus inſidet Adriatici maris: vnde Ionicus incipit ſinus. Eo vbi ventum iam eſt, Franci omnes, qui locis hiſce ante inſueuiſſent, erga ſacra pietate & reuerentia vtebantur, vt qui ad potiores leges tanquam veræ fidei cultores conceſſerant, vt ſuprà iam diximus, & haud ſecus ac Romani ſacrificarent.

**facies eos in orbe decurrere, & in equis decēter velitari, et in ſpeciem armatæ cuiuſdam pyrrichæ circumuehi, & confeſtim tuba claſſicum canente ad ſigna turmatim cogi* ex Hadriano Iunio lib. 1. Animadu. cap. 4.*

Alemanorū militum impietas.

Sed Alemanorum exercitus omnis (nam aliter longè hi ſentiunt) ſine vllo delectu & per impietatem templa diripiebant ſimul & deformabant, ſacraque ex auro vaſa, & ad peragendam rem diuinam parata, precioſamque cæteram ſupellectilem quum ſuſtuliſſent, in poſſeſſionem turpiter vendicabant: quumque ea patraſſent, necdum malefactis exatiati, vel vrnas ipſas, quibus templorum ſtructores recondebantur, frangebant euertebantq; pauimenta, & cruore templa fœdabant, prædaque omnis conſpurcabatur, quum mortuos inſepultos diſijcerent. haud tamen diuina longe poſt ira, quæ ob tanta hæc ſcelera inferebatur, hos pœnis affecit: quandoquidem bello partim, partim morbo interiere, ita vt eorum nemo quippiam ſit ex priſtina rapiendi ſpe conſecutus. Iniuſticia nanque, & erga deum impietas, vt fugienda permaximè ſunt, ita & prodeſſe nil poterunt, & in ipſo præſertim bello. Nam patriæ opem ferre, ac patrias leges tueri, & has deuaſtantibus ſe minus permittere, ſed enixius hos impugnare, æquum proculdubio fuerit & generoſum. Qui verò lucri & auaritiæ gratia odijque, nulla ratione ſubnixi, quum nullum criminandi ius habeant, ſi velint in aliena irrumpere, & eos inceſſere, qui iniuriæ nihil intulerint, profectò inſolentes hi ſunt & planè inſaniunt, neq; quid ius faſq; ſit norunt, nec magni id faciunt, ſi maleficis ſit infenſior deus. Quo fit, vt acriora his inferantur ſupplicia, & ad inſanabilem calamitatem qui prauè geſſerint, recidant; etſi ad breue felices exiſtimētur. Leuthari itaq; Bultinoq; iſtiuſmodi euenere. Nam vbi ea tam ſceleſtè patrarunt, manubiarumque & prædæ ingenti ſe copia obduxere, & iam Veris tempus & frumenta in proximo erant, vt demeterentur matura: Leuthares interea

rent mutationem, quandoquidem ex aſſidua belli exercitatione, longisque itineribus ad ocium & delitias diuertiſſent. morbi tamen principium, & calamitatis neceſſitatem non admodum pernoſcebant. Iniuſticia nanque, & rebus ſacris humanisque legibus illata iniuria, exitij cauſa his (vt equidem reor) fuere: cui rei vel princeps ipſe argumento ſat fuit, quem ex deo ingeſta ſupplicia diuexabant, quippe qui demens iam factus in apertam eſt rabiem verſus, vt amentes ſolent & furibundi. vertigo præterea crebrior quędã eum excepit, eiulatusq; edebat horribiles, cernuusque nonnunquam, vel vtrunque in latus ſe proruendo illiſus ſolo volutabatur, abundantiq; ſpuma os ipſum proluebatur: tamen oculi horribiles viſu inuerſiq; erant, & eo iam miſer veſaniæ venerat, vt vel propria membra deſæuiendo guſtaret. brachijs ſiquidem vbi iam mordicus inhæſiſſet, dentibus carne dilacerata in feræ beſtiæ morem his veſcebatur, defluentemq; lingebat cruorem. ſic demum ſuo exſatiatus, & paulatim deperditus miſerrimè ex humanis exceſſit: cæteri verò paſſim moriebantur, nil penitus remittẽte malo, quouſq; tandem vniuerſi interiere. quin etiam vel febre maior pars degrauata mortem obibat, nõnullos apoplexiæ morbus acerrimus inuadebat, alij capitis dolore peribant, & mentis exceſſu quidam. Itaq; dum variè omnes afficerentur, in perniciẽ morbi ipſi cedebant. Cum Leuthare igitur, & cæteris omnibus, qui ſe ſequebantur, ſic actum, & hunc ea expeditio habuit finem. Vnde quum Venetiæ ſe res ita haberent, Bultinus interea alter Francorum præfectus oppidis caſtellisq; omnibus ad Siculum vſq; fretum ferè deuaſtatis, extemplo Campaniam verſus, vrbemq; Romã redibat. intellexerat nanq; Narſetem & Imperatoris exercitus eódem iam conueniſſe. vnde inerat animo, illis in locis nec morã diutius trahere, nec aliâs diuagari; ſed cum omnibus copijs acie decertare, & ſummę rerum periculum facere, quandoquidem ſui exercitus pars non exigua interiret morbo correpta. iam enim æſtas finierat, & autumno mox ſubeunte vineæ fructibus abundabant, quos tamen Narſetis milites, quum ſumma rerum his eſſet omnium copia, continentiſſimè iam præripuerant. Bultini tamen copiæ omnes, direptis vuis, & manu compreſſis, noui ſe odoris muſto ingurgitabant: vnde intumefactus his venter diſrumpebatur, atque adeo, vt eueſtigio interirent nonnulli, quidam verò morbi vim ſuperarent. Sed Bultinus ipſe prius, quàm omnes hic morbus peruinceret, belligerandum eſſe percenſuit, vtcunque belli futurus eſſet euentus. Quocirca quum ſe in Campaniam contuliſſet, haud longe à Capua caſtrametatus eſt, & in ipſa Caſilini fluminis ripa, quòd ex Apennino defluens monte, per proximos circumagens ſe campos in Tyrrhenum mare defertur. Hic itaq; quum locaſſet exercitum, foſſaque & vallo firmiſſimo communiſſet, ei loco ſatis fidebat. ab læua namque pro munitione eſſe proximum flumen exiſtimabat, ne quis ea ex parte liberè inſultaret: & è curribus rotas, quos ſecum affatim deduxerat, inuicem iunctas in terram ad axem vſque ita defixit, vt supernè ſemicirculus duntaxat exraret. his ille & magna ſtipitum vi exercitu communito, exitum quendam non ſatis amplum nec vallo obductum reliquit, vt eà facilè ire dum vellent ſui, in hoſtem poſſent incurſus recurſusque facere. quin etiam ne ſupra flumen pons ſibi incuſtoditus relinqueretur, neúe ex eo iacturam acciperet, hunc ſtatim præoccupat, & lignea turri deſuper ſtructa, in ea viros imponit, vt pugnaciſſimos, ita & armis optimè communitos; quum vt è tecto præliarentur, tum vt hoſtes tranſitu prohiberent, ſi tranſire forſitan pertentaſſent. His itaque ſingulis hoc pacto diſpoſitis, viſum eſt opportunè ſe omnia præparaſſe, ita vt vel dormienti ſibi liceret iam bellum inferre, nec quoquam pacto ſibi id contrà poſſet inuito inferri. Quæ autem fratri apud Venetiam accidiſſent, nondum intellexerat: admiratione ta-

Leutharis immorbo amentia, triſtesq; cruciatus.

Bultinus proelio decernẽdum ſtatuit.

Bultini caſtrorũ munitio.

men capiebatur,cur ſibi,vti inter ſe fortè conuenerant,nondum ille miſiſſet exercitum:nec deerat,quin in ſuſpicionem veniret, haudquaquam eum moræ id tamdiu traxiſſe, niſi aliqua ſibi & grauia occurriſſent. Sed alioquin vel ſine fratris præſidio ſuperaturum ſe hoſtes ſperabat,vt qui maiores,quàm illi,haberet apud ſe copias.nimirum quod reliquum ſibi exercitus fuit,ad triginta milia virorum fortium accedebat; quum Romanis vix duo de viginti milia eſſent:vnde quammaximè confidebat, ſe rem bene geſturum. Itaque vniuerſum exercitum pro imperio hortabatur, vt ſcirent nō paruis de rebus

Bultini ad ſuos concio.

præſens id fore certamen.nam aut Italiam poſſeſſuri,inquit,nos ſumus, cuius rei huc gratia venimus:vel planè id relinquetur, vt omnes hic per ignauiam moriamur. Quocirca,ô viri fortiſſimi,illud potius,quàm hoc velle debemus; quum ſatis conſtet, ſi bello boni futuri ſumus, ea nos conſequi poſſe, quæ diu optauimus. Bultinus itaque his multitudinem commonefacere nihil intermittebat. Milites vero,vt ſpei iam pleni,confirmabantur; & vtcunq; viſum,arma parabant:ſiquidem alibi ſecures acuebantur,hic patria tela,quę

Arma Germanorum id temporis

illi anconas dicunt,illic verò fracta reſarciebantur eiuſmodi cætera. Huic nationi tenuis eſt & neglectior armatura,& quæ non varia ad ornatum indigeat opificum arte,niſi eorum qui ea vtuntur, ſi quid forte (vt fit) corrumpatur.non enim thoraces hi, vel ocreas norunt. pleriſque in bello detecta ſunt capita,perpauci caſſide operti,armis decernunt;ſed pectore nudato, & tergis ad infimos renes amiculo præterea lineo partim,partim è corio ſuccincti & tibias contegunt,equis haudquaquam vtuntur,præter paucos admodum vt qui patrio more pedeſtri in pugna coaluerūt, itaque exerciti egregiè ſunt. enſis à fœmore læuo,ex latere ſcutum dependet.arcus, funda, & tormenta

Anconæ Germanorum nunc Haken vocamus.ita que ſcribendum videretur, Haconæ.

eiuſmodi cætera tela ſaxaúe torquentia inſueta his ſunt,ſed dolabra ſecuresúe ancipites geſtant, & breuia pro patria conſuetudine tela, quæ ipſi anconas(vt diximus) vocitant, & quibus res magnas, quum opus eſt, gerunt; ac tunc præſertim, quum pede collato decertant, aut in hoſtem incurrunt. huius teli pars maior ferro obducta eſt,ita vt ex haſta parum aliquid,præter capulum totum, vix proferatur: in ſuperiori autem parte circa ferri aciē ipſam recuruæ extant vtrinque,tanquam hami, laminulæ quædam coarcuatæ peracutæque, & ad ipſius teli partem inferiorem deuergunt. id teli genus in i-

Varius vſus baconarum.

pſo congreſſu emittunt,ita vt ſi altius fortè inhæſerit corpori,ſubeat mox(vti par eſt)& acies ipſa hamata: vnde nec qui vulnus exceperit, nec alius quiſpiam queat id telum auellere. vrget namque recurua acies illa ceruice latius hærens,doloresq́ue affert acerbiores,atque adeo,vt ſi non aliàs hoſtis letali ſit vulnere ictus,ex eo tamen emoritur: quòd ſi impactum clypeo telum id fuerit,ex eo mox pendulum hæret & circunfertur,per ſolumq́ue trahitur. vnde ea eſt Francorum conſuetudo, vt vbi affixum ſcuto telum id viderint, impetu facto ac pede capulo conculcato hoſtis ſcutum vmbone quaſſatum perfringant: quo fit, vt & geſtantis manu depreſſa, caput illi nudetur & pectus.hoc pacto hoſtem nactus nulla parte munitum, ſiue frontem ſecuri percutiat,ſiue gulam ferro traijciat,confeſtim obtruncat. Iſtiuſmodi igitur Francis ſunt arma,& in prælium ituri hoc ſe armatu communiebant. Narſes vero Romanorum præfectus vbi Francorum in ſe aduentare exercitum comperit,extemplo omnibus eductis ex vrbe copijs, tam longè ab hoſtibus caſtra locat,vt & audire ſtrepitum poſſet, & vallum proſpicere. Sic itaque duo exercitus quum ad inuicem in conſpectum veniſſent, dum interea acies vtrinque inſtrueretur, & locarentur præſidia, vigiliæq́ue frequentes iam fierent, ac duces ſpectando copias circumirent; ſpes quidem & timor mutuus erat, & affectus huiuſmodi cæteri,quibus affici ſolent, qui magnis de rebus contendunt,viciſſim hos inuadebant:nec ſecus & Italiæ oppida vniuerſa ſuſpen-

ſa

ſa quidem & nutantia erant, & ad quos nam accederẽt, dubia. Franci interea
proximos vicos depopulati, neceſſaria apertius importabant. Quod Narſes
vbi primùm aduertit, ſibi quidem, ſi id pateretur, indecorum fore arbitraba-
tur; & aliâs animo haud ſatis æquo ferebat, ſi aduerſus onera geſtantes exeũ
dum iam eſſet, qui tam liberè & quamproximè vagarentur, perinde ac in re
pacata hoſtile nihil ſpectarent. Itaq; viſum eſt tandem, haudquaquam de cæ
tero tantum his licentię permittendum, ſed inhibendos enixius eſſe. Charã-
ges vir quidam Armenius erat, vt corpore validiſſimus, ita & prudentia miri
ficè præditus, & quum res poſceret, adire pericula aſſuetus. huic itaq; (fuerat
namq; in vltimis caſtris hoſtibus imminens ex aduerſo locatus) iniunxit Nar
ſes, vt in eos, qui vehicula ducerent, confeſtim irrumperet, & quamcunq; his
poſſet iacturam inferret, ne vltra hi auderent pabula tam licenter inuehere.
At Charanges equo inſcenſo cum paucis ſuæ turmę militibus carpenta par-
tim hoſtibus demit, ductores partim obtruncat. Vnum fortè arido & ſilueſtri
onuſtum fœno ad turrim, quam Franci ſupra pontem & ligneam fabricarãt,
quamproximè applicat, & igne immiſſo, flammaque ingenti ocyus excitata,
machina omnis illa contabulata corripitur. Tunc barbari, qui in eo fuerant
præſidio collocati, quum ſe ac turrim tueri nil poſſent, relinquere locum
decernunt, & vix quum ſe ex alto præcipitaſſent, ad Francorum exercitum
fuga ſe receperunt, & Romani ponte eueſtigio potiuntur. His igitur ita per-
actis, Franci quamprimum (vti par erat) turbati, tumultus & trepidationis
omnia complent, frementesque, ac ira ſuccenſi, & rabidi ad arma capeſſen-
da procedunt; ita vt animum cõtinere nil poſſent, ſed præter modum omnia
auderent, & ea confidentia eſſent, vt nec quieſcendum ſibi amplius eſſe cen
ſerent, nec belli tempus aliud expectandum, ſed die eadem in aciem prode-
undum: tametſi his Alemanicæ vates prædixerant, ne eo die bellum ſuſcipe-
rent: quod ſi feciſſent, ſcirẽt ſe omnes ad internecionẽ interituros. Ipſe verò
nil ambigo, ſiue in alterum diem, ſiue in aliũ item, atq; alium vtcunq; fuiſſet
prælio decertatũ, eundem euentũ hos habituros fuiſſe, qui & tunc fuit. Non
enim diei hæc immutatio his ſatis fuiſſet, ne impietatis & ſcelerũ luerent pœ
nas. Siue igitur ob eorum facinora id ita euenerit, ſiue pro ſuarum vatũ ora-
culo, prædicentium vtcunq; futura; haud tamen vel vanum fuiſſe id vaticini-
um, vel non finem ſortitum, vt multis iam viſum fuerat, ſat cõſtat. Nunc verò
quemadmodum res geſta hæc ſit, ad verum iam explicemus. Franci quuũ eo
animi impetu eſſent, & iam arma tractarent, Narſes armari ſuos mox iuſſit, &
in eum locum eduxit exercitum, vbi in phalangem erat hic militẽ inſtructu-
rus. Dum interea mouetur exercitus, & præfectus equum inſcenderet, inter
uenit qui nunciaret, Herulum quempiam, nec apud ſuos vulgarem, neq; ob-
ſcurum, ſed clarum & primariũ virum, domeſticum ſeruum & delinquẽtem
miſerrimè occidiſſe. Tunc Narſes inhibito frenis equo, deduci in medium iu
bet, qui hominem occidiſſet, perinde haudquaquam par eſſet prius in præli
um ire, quàm abolitum eſſet & expurgatum ſcelus. Eo igitur factum id per-
contante, fatebatur barbarus, nec inficias ibat, & licere dominis aſſerebat,
pro arbitrio ſeruos necare, vt eiuſmodi ſortis & cæteri ſcirent, eadem ſe, ni
ſapiant, perpeſſuros. At Narſes vbi hominem vidit commiſſi facinoris nil
pœnitere, ſed audaciam adhuc præ ſe & inſolentiam ferre, & prudentiæ ſi-
bi nimium vendicare; lictoribus iubet, in eum iure vt agerent, & necarẽt, vn-
de mox ilia enſe transfoſſus occubuit. Herulorum tamen turma omnis, vt
barbara, id ægrè factum ferebat, & acerrimè angebatur. Tum Narſes cædis
iam ſcelere expiato, & Herulorum non magna habita ratione, in aciem ſta-
tim proceſſit, ingenti voce id clamitans; Quicunque victoriæ vult ſe partici-
pem fieri, me ſequatur. ea hic erat animi magnitudine, atq; adeo diuino, prę-

Charanges a pabulatione iubetur hoſtem arcere.

Alemanicæ vates pugnare vetant.

Verior cauſſa, Franci victi.

Iuſticia Narſetis.

Narſetis animi magnitudo.

ſidio confidebat,& ad rem procedebat longè ante præcognitam. Sindual autem Herulorum præfectus,& turpe ſimul,nec planè ingenuum fore rebatur, ſi in tanta belli mole quum ipſe, tum Herulorũ exercitus defectionis & perfidiæ arguerentur:& re quidem appareret ſe hoſtes reformidare,& alioquin ſub prætextu quodam in mortuum beneuolentiæ conceptam animo formidinem occultarent. Igitur quum non vltra interpoſitam iam moram tuliſſet, Narſeti ſignificauit,ſe vt ſtatim cum exercitu venturum opperiretur; etſi aliâs vnquam,nunc tamen quammaximè opem laturum. Tum ille expectandi tempus non eſſe reſpondit, curaturum ſe tamen, vt & hi ordine ſuo locẽtur, ſi vel paulo ſerius ad ſe aduentarint. Heruli itaque armis quamoptimè communiti & inſtructi ſenſim progrediebantur. Narſes verò vbi ad locum peruenit,quo erat acie decernendum, exercitum extemplò in phalangem inſtruxit. Equites vtrinque diſpoſiti erant,poſtremi peltati haſtatique, quiuе gladios præacutos,& ſariſſas geſtarent. Narſes ipſe in dextro conſtitit cornu. Zandalas deinceps,familiæ & domeſticorum præfectus,non tamen imbellium, hunc ſequebatur: è duobus lateribus Valeriani & Artabanis milites erant, his imperatum,in denſiorẽ ſe ſiluæ partem occulerent, & vbi in congreſſionem hoſtes veniſſent,de improuiſo aggrederentur, terroremque illis incuterent. pedites deinde,quicquid erat intermedium loci, tenebant. In fronte præterea principes ſtabant, quibus ad bellum erat cum Romanis inita ſocietas, thoraces oblongos induti, & ſolidiſſimos caſſides capitibus geſtantes: poſt hos & alij denſiores ſibi inuicem incumbebant, ſic ad poſtremos vſque agmen claudebatur. Leuis inſuper armaturę omnes,& ſagittatores,poſt hos collocauit, ſagittandi tempus opperientes. Fuerat Herulis locus in phalangis medio ſeorſumque deſtinatus, iſque adhuc vacuus erat. nondum enim

Heruli duo trãsfugæ. aduenerant. Interea ex Herulis duo, vbi iam adueniſſent, ſua ſponte ad hoſtes ſe paulo ante contulerant ignari tamen,quid poſtea Sindual eorum præfecto animi eſſet: Francoſque concitarunt, vt quamcelerrimè in Romanos irruerent. fore nanque hi affirmauerant, vt Romanos turbatos territoſque, & ſine ordine vllo deprenderent, quandoquidem Herulorum exercitus his meritò ſuccenſeret,negaretque pro his ſe bellum geſturos,vnde & pro iſtorum defectione cæteram eſſe multitudinem territam. Tunc Bultinus his facilè perſuaſus,vt qui ita rem fore quammaximè cupiebat, confeſtim in hoſtes copias duxit, rectaque & animi non mediocri cum promptitudine barbari in Romanos prodibant non quieti neque ex ordine, ſed pro Herulorum & transfugarum dictis rapidi & volitantes,barbarico cum vlulatu,turbido quidem & petulanti,perinde clamoribus reuoluturi quodcunque obuium fieret.

Acies Francorũ. Erat autem barbarici agminis ſpecies triangularis, & Δ litteræ ſimilis: frons ipſa anterior,quæ in acutum claudebatur, frequens quidem & denſior erat, quia circunquaque ſcutis obſtruebatur. dixeris ſanè ſuis hos caput, ex ea inſtructi agminis ſerie, figuraſſe. Alæ autem vtrinque per turmas & agmina condenſatæ,& quammaximè introrſus protenſæ,placidè ab inuicem dirimebantur,in progreſſuque in vaſtam terminabantur hæ latitudinem; ita vt in medio vacuus locus relinqueretur, è quo terga nudata ex ordine comparerent.

Narſetis prœliũ contra Francos. Nã terga tergis inuicem verterant,vt facie verſi in hoſtem eſſent, è tutoque & ſcutis prælatis certarent: poſteriora verò oppoſita erant,vt ſe acrius tuerentur. Narſeti verò,vt proſperam fortunam iam nacto,& his,quæ gerenda eſſent, quamoptimè arte & prudentia præparatis, cuncta in rem ſucceſſere. nam poſtquam barbari cum clamore ingenti & vlulatu,citatoq; curſu vadentes impetum in Romanos fecere, extemplo qui in fronte principes erant,circa vacuum locum Herulis relictum irruendo mouerunt. mox primi ex barbaris agminum denſitate perfracta, & ſtrage haud ſanè magna tunc

ædita, ad poſtremam aciem peruaſerunt: nonnulli etiam impetu facto hanc præteruecti pertranſierunt, vt Romanum prorſus exercitum ſublaturi. Tunc Narſes inflexo ſenſim porrectoq; cornu, phalange facta, equitibus ſagittarijs iuſſit, vtrinq; in hoſtium terga ſagittas immitterent. At illi iuſſa exequebantur. ex equis nanq; pedites barbaros diſtantes diſperſoſq;, & ex ædito ferire quamfacillimè poterant, & quum non procul ea ex parte hi ab equitibus eſſent, qui tunc extrema tenerent, hoſtes haudquaquam longè aſtantes & ea è regione, qua & ipſi bellarēt, ſagittis erat minus difficile ſuperare, & qui ſe ex aduerſo offerrent, ferire. Vndequaq; igitur Francis terga traijciebantur, quū interea à dextro cornu Romani ex ea regione hoſtes vaſtarent, & alios, vti qui vtrinq; pugnarent: quo factum eſt, vt quum non ex ordine Romani, ſed alterni in hoſtes ferrentur, & obuium quodcunq; fieret, deperderent: barbaros prorſus lateret quemadmodum ſe tuerentur, nec vnde nam ictus exciperent, ſatis conſiderarent. nam quū in Romanos verſi hi aſtitiſſent, & ſibi quiſque duntaxat intenderet, cum armatiſq;, qui in conſpectu eſſent, manus conſererent, ſagittarios equites à ſe prorſus auerſos inſtructoſq; nondum conſpicati, quandoquidem non pectore cæderentur, ſed tergo, quò malorū veniſſent, noſſe nil poterant: tametſi multis, vt hoc animo agitarent, nec locus quidem daretur ſubſequente mox vulnus morte. Nam primis, qui in fronte præliarentur, affatim cadentibus: alij, qui in interiorem aciem erant, prodibant: quumq; continenter id fieret, conſumebantur his copiæ, & magna vis hominum interibat, & ad paucitatem redigebātur. Interea Sindual Heruliq; quum è proximo pugnæ interveniſſent, hoſtibus obuiam fiunt, qui acie iam excedebant. cum his ſtatim vbi ad manus veniſſent, rem enixè gerebant: tamen illi re ſubita cōſternati, inſidias veriti, extemplo in fugam verſi, Herulos transfugas proditionis inſimulabant. Sindual verò agmine toto in hoſtē immiſſo, tēporis nihil intermittendo tamdiu fugientibus inſtitit, quoad partim proſtraſſet, partim in fluuium impegiſſet. His peractis, vbi in aciē reducti hi conſtitiſſent, locus ille & vacuus in phalange relictus oppletur. Franci itaq; perinde retibus inuoluti, vndiq; cędebantur. nam & ordo ipſe diſſolutus his penitus erat, & ſe paſſim & temere confuſi inuicem adglomerabant, quum ſibi quid agendum eſſet, vt in re trepida, nil internoſcerent. Tum Romani nō ſolum hos ſagittis necabant, ſed vnà omnes, qui vel armis cōtegebantur, vel leuioris armaturæ milites eſſent, acrius his inſiſtebant, iaculandoq; & ſudes diuerberando turbatos inſectabantur, & gladijs obtruncabant: haud ſecus & equites cornu altero facto in medium hoſtes excipiebāt, & ſi qui fortè gladios declinaſſent, præcipites his inſectantibus in flumen deferebātur, & gurgitibus hauſti interibant. vnde & barbarorum continens eiulatus vbiq; miſerrimè morientium audiebatur. demum & Bultinus ipſe Francorum præfectus cum vniuerſo exercitu ad internecionem occiſo occumbit, ita vt Francorum nemo ſe ad proprios lares receperit, præter homines quinq;, qui vtcunq; euaſerunt. inter hos & Heruli duo illi & transfugæ cecidere. Quo igitur pacto non perſpicuum fuerit, luiſſe hos ſcelerum pœnas, & maiorē vim aliquam hos affeciſſe? quandoquidem infinita illa Francorum Alemanorūq; multitudo, & cæteri omnes, qui hos conſectati bella geſſerunt, ſublati funditus ſint: Romanorum verò octoginta duntaxat deſiderati, qui primam hoſtiū impreſſionem ſuſceperant. In hoc prælio egregiè ſe geſſere Romani agminis ferè omnes: ſed barbarorū, qui ſimul belligeraſſent, Aligernus Gothus, qui & pugnę interfuit, Sindualq; Herulorum præfectus, & hic nemini inferior factus. Narſetem tamen omnes laudibus ferre & demirari, quòd eius prudentia fuerint ad gloriam ingentem eue cti. Ipſe verò victoriam tam claram & celebrem, non alteri cuiquam antehac duxerim exercitui contigiſſe: etſi quos

Herulorum aduentus.

Bultinus ad internicionem cū ſuis cæditur.

Huius victoriæ magnitudo. forte quondam comperens non abſimilem fuiſſe cladem perpeſſos, quam & Franci hoc prælio tulerint, ob iniuſticiā tamē inuenies hos interiſſe. Datis olim Darij præfectus & ſatrapes, vbi cum Perſarum exercitu Marathonem ſe contuliſſet, euertendam Atticam eſſe cenſebat, cum hac ſimul & Græciā vniuerſam. Cauſa eius aduentus quidem nec iuſta, ſed vti apparet, quum Darii totius Aſiæ nō caperet magnitudo, moleſtè ferebat, niſi & Europam inſuper occupaſſet: vnde per Miltiadem deuicti cum Date ipſo & principe, & debellati ſunt Medi. Fuere nanq; tam multi eo prælio cæſi, vt Athenienſes ferant nonnulli, antequam ad bellum inirent, pro interfectis hoſtibus parem hircorum numerum ſe Dianæ immolaturos comminatos fuiſſe, & in eam neceſſitatem redactos, vt deficientibus hircis, quum nequirent voti compotes fieri, nec promiſſa perſoluere, vel capras inſuper immolarint, nec tamē ad numerum has ſuffeciſſe. Xerzes præterea ille & magnus, cum ſuis mirandis eodem modo deuictus à Græcis eſt, ſiue quia inſolens eſſet & nebulo, & ſubacturus venerit qui nil deliquiſſent, multitudini duntaxat confiſus, armorumq; apparatibus, rectiore conſilio non admodum vtebatur. Sed iuſtè pieq; Athenienſes fecerunt, qui pro libertate pugnarent, & nihil pro viribus omittēdo, quæ in rem eſſent & conſultarent & gererent. Lacedæmonij præterea Gylippi aduerſus Athenienſes trophæa, *Niceæque & Demoſthenis internecionem, & mala cætera, quæ apud Syracuſas perpeſſi hi fuerant, num ob aliam cauſam facta fuiſſe comperturus eſt quiſpiam, niſi ex temeritate & iniuſtitia? Quid enim ſibi in aliena Athenienſes volebant, qui hoſtibus omiſſis, qui pro foribus eſſent, quamlongiſſimè à domo vt ducterent exercitus, & pro Sicilia aſſequenda iactura afficerentur? Poſſet quiſpiam & eiuſmodi alias temeritatis & iniuſticiæ origines recenſere, & quemadmodum hæc autoribus ipſis obſtecerint plurimum. Sed de his hactenus. Hoc bello peracto, debellatiſque Francis, quum tempus iam eſſet, vt in patriam ſe quiſque reciperet; Romani ſuis, qui in bello ceciderant, pro eorum more rituque ſepultis, lectiſque ex occiſis hoſtibus ſpolijs, facto inſuper ingenti armorum cumulo, & eorum pecunia omni auerſa, direptiſque rebus cæteris, ac præda onuſti, pæana canentes, læti & alacres coronatique ante præfectum ordine incedentes Romam venerunt. Poterat circa Capuam quiſque campos ſpectare cruore ac ſanie diutius inundaſſe, & proximum flumen exceſſiſſe iam ripas; quia vltra quàm ferre poſſet, hoſtium cadaueribus repleretur. Mihi verò ex incolis quidam nonnulla elegia recitauit in vrnam inſculpta lapideam, ſub Caſilini fluminis ripas locatam, quæ huiuſmodi ſunt; *Aquas Caſilini fluminis mortuis grauatas ſuſcepit Tyrrheni maris littus, quando Francorum gentem occidit Auſonius enſis, vbi miſero hæc geſſit morem Bultino. felix etiam iſte fluctus, & erit barbarico pro trophæo diutine eructans ſanguinem.* Id epigramma ſiue in vero lapide fuerit inſculptum, ſiue aliàs vtcunque celebre ſit, ad me peruenit: haud tamen diffido fuiſſe hoc modo inſcriptum. erat nimirum eorum forte in monumentum, nec ſanè ingratum, qui in ea congreſſione & bello fuere. Interea Romanis renunciatur, quemadmodum Venetiæ cum Leutharis ſuiſque omnibus actum fuiſſet: vnde quum ciues ipſi, tum & exercitus tripudia paſſim & panegyricos ludos præ voluptate agebant, perinde nihil his eſſet hoſtile de cætero occurſurum; ſed futurum, vt pacificè in poſterum, & per quietem ducerent vitam, quandoquidem vbique deperditis Italiæ inuaſoribus, minus putarent alios ſe de integro inuaſuros. & vulgo quidem hoc animo hi agitabant, vt qui vera contemplari haud ſat noſſent, ſed delicijs inuoluti ad voluptatem omnia & pro arbitrio iudicarent. Narſeti verò ex æquo omnia meditanti, vt rerum imperiti & planè deſipientes hi videbantur, qui non vltra neceſſarium ducerent, alios ſibi ſubeundos eſſe

Athenienſium votum ante pugnam Marathoniam.

*Niciaque.

Epigramma repertum de clade Francorum.

Vulgi poſt victoriam ſecordia.

eſſe labores,ſed ad vitæ mollitiem potius relabendum.relinquebatur ergo, vt arbitror,pro vini vt amphora ſcutum & caſſidem darent.adeo hi ſuperuacanea & inutilia in poſtetum arma fore rebantur. Narſes tamen,qui decenter cuncta calleret, iteratò ſibi cum Francis ſuſcipiendum omninò bellum exiſtimabat. vnde quammaximè verebatur, ne Romanorum ocium iners corrumperet animos ita, vt ſi ruſum eſſet in aciem prodeundum, ſegnitie marcentes pericula declinarent, quod ſanè haud longe pòſt erat futurum. idcirco ſtatim exercitu cõuocato, ad continentiam & fortitudinem militum animos transferendum, inſolentiamq; immodicam præcidendam, orationem huiuſmodi præcipuam habuit & elegantem. Qui temerè & nõn aliàs quondam felicitatis participarunt, non indecenter hos duxerim ad rerum imperitiam declinare, inſuetudineque perterreri,& tunc maximè,quum de improuiſo,& præter dignitatem ſe aliquid offerat. Vos verò,ô viri,quam excuſationem aut prætextum oppoſituri iam eſtis, ſi quis vos forſitan inconſtantiæ & leuitatis inſimularit? num illud dicturi,quia nunc primùm victoriam deguſtaſtis,non antehac vincere aſſueti? Vos tamen Totilam Teiamq; præfectos,& vniuerſam Gothicam nationem quamlongiſſimè propulſaſtis: nunc verò ſupra vires fortunam periclitamini.Quęnam enim felicitatis magnitudo cum Romana poterit gloria comparari? Eſt ſanè nobis innatum & patrium, hoſtes continenter peruincere. Vincite ergo,& non minus,quàm veſtra ad vincendum dignitas poſtulat, nec præter decus, rerum experientiam imminutam præſtate. horum nanq; vos decorum participes facti iam eſtis,non ex ocio aut voluptatibus, ſed labore continuo,& ſudore,& in adeundis periculis ſtudio & exercitatione. Quocirca inſiſtendum his erit,quibus antea inſueuiſtis; nec ſolùm oportet præſentibus delectari, ſed futura proſpicere,vt vel ea pari felicitate ſequantur. Iſta vero haudquaquam conſiderantibus, nec firmior erit rerum proſperitas, ſed fortuna in contrarium verſa,vt ſæpe aliàs contigit,mox immutabitur. Et Franci ipſi ex his,quæ ſunt recens perpeſſi,vobis ſint documento; quibus deuictis non iniuria vos gloriamini. Hi namq;,eorum rebus rectè agentibus,in inſolentiam verſi,bellũ aduerſum nos ſuſceperunt; quũ nil præuiderent, quàm falli ſpes ſolet. ſunt enim ſua potius temeritate,quàm noſtris armis deperditi. Indecorum igitur vos viros Romanos his ipſis affici malis, quibus & barbari; & non magis ſapientia hos ſuperare,quàm robore. Non enim quis veſtrûm exiſtimet,nihil impoſterum hoſtile nos inuaſurum,vniuerſis iam hoſtibus trucidatis. Quod ſanè etſi ita ſe habeat,haud tamen idcirco mores ſunt immutandi,nec decus priſtinum omittendum.accedit etiam,quòd veſtræ opinioni præſentium rerum naturam conuenire poſſe comperturus eſt nemo. Francorum namque id genus, & vi hominum ingenti abundat, & latè diffunditur, in rebusque bellicis eſt probè exercitatum: iſtorum pars quædam,& paucula,quos vicimus,ſunt;adeo vt illorum iactura nõ iſtos perterreat, ſed in iram potius concitarit:vnde haudquaquam futurum eſt,vt quieſcant,vel acceptam iniuriam vt tacitam ferãt;ſed maiores in nos ducturi ſunt copias, & bellum haud longe poſt illaturi. Nunc itaque ſi id fore videtur,reiecta ſecordia ad bella gerenda acrius longe,quàm antehac,animos reuocate; & eo magis,quo longe maiora,quàm præterita fuerint, futura ſint expectanda. vobis nanque ita agentibus,ſi illi quamprimùm irruperint,paratos aggredientur,& eo in ſtatu, vt ad cogitandum, quæ in rem ſint,nulla mora indigeatis. quod ſi fortè ceſſauerint,(nam dictum eſſe vtrunque velim) noſtra ſunt tamen in tuto manſura,& quamoptimè videbimini vobis rebusq; veſtris conſuluiſſe. His Narſes Romanos commonefecit. cepit mox omnem exercitum pudor, furoris priſtini pœnitentem:quo factum eſt, vt negligentia prorſus eiecta,& depul-

Boni ducis poſt victoriam cogitationes.

Narſetis ad milites concio.

ſis, quæ prauè iam ſenſerant, ad patriæ conſuetudinis decus redierint.

Motus reliquiarum Gothicarũ.

Gothorum autem agmen ad hominum milia ſeptem bellicoſorum, qui pleriſq; in locis Francos bello adiuuerant, quum Romanos crederent haudquaquã ſe miſſos facturos, ſed non longe pòſt incurſuros; confeſtim in Capſum oppidum ſe receperunt. Erat ſanè validus hic & munitiſſimus locus, vt in ædito & præcipiti ſitus, præciſiſque vndique & extantibus ſaxis protenditur, ita vt hoſtibus ſit haud facilè peruius. huc Gothi quum ſe recepiſſent, in tuto ſe fore rebantur. non enim his quoquam pacto animo inerat Romanis ſe dedere, ſed totis viribus impugnare, ſi qui fortè contra ſe irent. & hos quidem vir barbarus concitabat eorum dux factus, Regnares huic nomen, haud tamen

Britones Hunnica natio.

Gothicæ gentis, nimirum qui Brito eſſet, (Hunnica natio Britones ſunt) ſed alioquin vir acer is erat & vafer: & vtcunque vires iam nactus agmini præerat. renouandi aduerſus Romanos hunc bellum cupido inceſſerat, vt ex eo celeber fieret. Extemplo itaque Narſes cum vniuerſo exercitu ad hos oppugnandum proceſſit: quumq; minimè poſſet caſtello ex incurſu appropinquare, & loco nollet difficili bellum is gerere, in obſidionem mox circumſedit, diſpoſitis circũquaq; cuſtodijs, ne quid inueheretur, neúe quò libitum eſſet, illi abſcederent. Ex his tamen haud magno afficiebantur barbari detrimẽto, quum in oppidum neceſſaria omnia & magnam vim pecudum iam antea importaſſent: ſed alioquin moleſtè ferebant Romanorum obſidionem, indecorumq; fore rebantur, ſi moram ibi hi diutius traherẽt, & ipſi in mediocri præſidio coërcerentur. eruptiones tamen crebras hi factitabant, ſi inde poſſent Romanos propellere, ſed nihil memoratu dignum geſſere. Interea tranſacta iam hieme, & vere incipiente, barbarorum præfectus colloquendum de pręſentibus rebus cum Narſete neceſſarium duxit. permiſſum itaq;, vt cum paucis ad deſtinatum colloquio locum veniret. vbi eò cõuentum, pleriſq; de rebus diſceptatione iam facta, vbi Narſes iactari iam & inſoleſcere barbarum vidit, & magnificis verbis nimium ſua efferre; conuentum mox ſoluit, de cæteroq; ne ſe adiret prohibuit, illumque ad ſuos re infecta dimiſit, in ſua & priori conditione manſurum.

Ragnares fraude Narſetem traijcere nititur.

Tum barbarus vbi in collem euaſit, nec longè ab oppidi muris abeſſet, grauiter ferens quòd nihil ſibi pro ſpe ſucceſſiſſet; ſenſim & clam arcum intendit, & in hoſtem verſus ſagittam in Narſetem immiſit: qua aliò ſpem præter delata, & neminem offendente. conſecuta eſt ſtatim barbari hominis nequitiam pœna. Siquidem qui circa Narſetem tũc temporis erãt ſatellites, illi ob audaciam ira ſuccenſi, contorti ſagittis letali vulnere miſerum affecere. quo enim pacto non erat id perpeſſurus, qui tàm audax facinus, & tam nequiter admiſiſſet? Vix itaque ille in caſtellum per ſuos relatus, & biduo viuens inglorius è vita exceſſit, & hunc barbarus habuit te-

Gothi ſe dedunt.

meritatis & perfidiæ exitum. Hoc mortuo Gothi, (non enim de cętero ſe obſidionem laturos exiſtimabant) Narſetem precibus fatigarunt, vt fide data incolumes ſe abire permitteret: qua re iureiurando firmata, ſeipſos & oppidum tradidere. Tunc Narſes integros omnes ſeruauit, & quia facturum ſe ita iurauerat, nec æquum fore decerneret, victos crudelius trucidari, ne tamen iterato res innouarent, Byzantium omnes ad Imperatorem tranſmiſit. Dum hæc agerentur, Theodobaldus adoleſcens, qui Francis Italiæ proximis imperitabat, vt ſuprà diximus, miſerrimè iam ex humanis exceſſerat:

Francorum fratrum diſcordia.

morbo, quo afficiebatur, confectus: Childebertum verò, Clothariumque, vt generis propinquitate quàmproximos, ad hæreditatem leges vocabant. hos inter tam grauis contentio nata, vt non multum abeſſet, quin tota natio deleretur. Childebertus grandis iam natu erat, ſenioque & ægritudine tenebatur, atque adeo, vt emaceratum haberet & tabidum corpus: liberos mares nullos ſuſceperat, qui ſibi eſſent in imperio ſucceſſuri, ſed ad

filias

filias redijſſet hæreditas. Clotharius verò adhuc validior erat, & non multũ ætate prouectus, ſed rugare tamen primùm ei facies cœperat, iuuenes huic filij erant, & ad omne facinus promptiores, & qui rem aggredi iam incœpiſſent, apertiusque inter ſe conſultarent, patrique identidem dicerent, haudquaquã Theodobaldi bona eſſe per ſe omittenda; præſertim quum vel Childeberti ipſius imperium, quia exactæ ætatis iam ſit, ad ſe ſuosque liberos eſſet haud longe poſt recaſurum. Haud tamen ſpes eos fefellit. nam ſenex ille ſua ſponte his regno ceſſit. verebatur nimirum, vt arbitror, alterius vires, & & declinare inimicitias cupiebat. ipſe tamen paulopòſt vita exceſſit. vnde Francorum imperium ad Clotharium integrè ſtatim peruenit. Italorum itaque Francorumque res ita ſe tunc habuere. Tempeſtate hac ipſa, maturis iam frugibus Byzantij & alijs plerisque in locis terra vehementius mouit; atque adeo, vt ciuitates quammultæ tam inſulares, quàm continentis derepente quaſſatæ euerterentur, habitatoresque funditùs interierint. vnde Berytos ciuitas illa pulcherrima, Phœniciæ maximum ornamentum, prorſus dehoneſtata proſtratur, & inclyta illa & celeberrima mira varietate antehac ędificia corruere; ita vt præter pauimenta nihil ferè ſit reliqnum factum. multi mortales vt incolæ, ita & perigrini ruentium ædificiorum mole oppreſſi occubuere: haud ſecus & iuuenes alienigenæ quidam, & ſanè ingenui, & quamoptimè eruditi, qui perdiſcendarum legum de cauſa Romanarum ea in vrbe commorabantur; cui id patrium erat, & perinde munus præcipuum, legum apud ſe vt haberet ſtudia conſtituta. Hac ciuitate deleta, qui leges docebant & cladi ſuperfuere, Sidonem propinquam vrbem ſe tranſtulerunt, quouſque * Beryton exædificata iteratò iam ſtaret. inſtaurata tamen haudquaquam prioris ſpecimen præber, tametſi recognoſci ſat queat, priſtinam illam hanc eſſe * Berytos. Per id temporis & in vaſta illa Alexandriæ vrbe, quæ ad Nilum flumen eſt ſita, ſenſus quidã eius turbinis fuit, breuis tamen & pauculus, nec omnibus cognitus: vnde incolæ omnes, & præcipuè iam ætate prouectiores, pro ingenti miraculo quod contigit habuere, quũ ibi antehac nunquam terræmotus fuerit: præ formidine tamen omnes re mira & ſubita conſternati, in publicum ſe effundebant: & me ſimul, qui ibi tunc legum & eruditionis gratia aderam, etſi parui motus terror inuaſit, & eo magis, quia mecum tacitus cogitarem, Alexandriæ ædificia nec firmiora eſſe, nec ſatis ampla, nec poſſe vel ad breue cõmota ſubſiſtere, nimirũ quum extenuata hæc ſint, & ſub vno lapidum contextu extructa: qui timor haud ſanè ſuperuacaneus videbatur, quũ vel viri literatiſſimi eodem pauore, non præteritæ adeo concuſſionis de cauſa, quàm futuræ detinebantur. hi nanq; exhalationes quaſdam eſſe aſſeuerabant, inflatiores quidem & ſiccas, infra terræ concauitate coërcitas; & quia non facilè euaporarent, in interiorem terræ has partem violentius conuolutas vniuerſa ſuperſtantia commouere, quoſq; tandem impetu violento compreſſionis in apertum ferãtur. Hi preterea, qui pro rerum natura iſta ediſſerunt, Aegypti terram affirmant ſuapte natura nil poſſe, vt humilem quidem & planam, nec confragoſam, inflari ſpiritibus, eoſdemq; præ eius fragilitate crebrius eructare, ſi hos fortè admiſerit. Sed quum opinatio iſta, etſi nõ fortè iniquior eſſe deprehenderetur, arguebatur tamen haud ſatis iam firmitatis: vnde non iniuria cæteri verebantur, ne in contrarium, vt aiunt, his cederet titulus, & in diſcrimine forent, vt non ſolùm Aegiochum Iouem experirentur, ſed & terram quatientem Neptunum. Sed ſi fortè Aegypti pars quatiatur, profectò non deerunt, qui eius motus & cauſam ſatis percalleant, nec aliæ defuturæ ſunt rationes, quibus quæ de terræ vaporibus hi ſenſerint, confirmentur. Mihi verò videntur, quantum homini ſpectare licet, argumentis freto, vt recondita interno-

Terræmotus grauiſs.

Beryti ruina.

Berytus, ſchola iuris ciuilis Rom.

** Berytus.*

** Berytum.*

Alexandrina legum Academia.

Procopij metus.

De terræ motib. Aegypti diſputatio.

Procopij de cauſis terræmotuũ ſententia. ſcat, non omnino à veriſimili decentiq́ue hi aberrare, à verò tamen quammaximè. Quî enim ad verum nouerit quiſpiam, quæ minus videntur, & ſuperna eſſe ſat conſtet? Nos verò contenti erimus, ſi cognitione euſque pro uehimur, vt non ignoremus, diuino quodam & potiori conſilio fuiſſe omnia inſtituta, ſed naturæ principia ſimul & motus, & ſingulorum quæ fiunt, cauſas contemplari, & ratione quadam ſcrutari, & ſi non omnino inutile, haud tamen ingratum fore exiſtimandum eſt. At opinari, & pro indubitato habere, quemadmodùm attingi, quæ vera ſunt, poſſint; vereor vt inſolentia ea res ſit, & rudior longe, quàm duplex ſit ignorantia. Sed de his ſatis: & iam redeat vnde digreſſa paululum oratio eſt. *Terræmotus in inſula Co.* Eodem igitur tempore & Coi inſulæ in Aegæi maris terminis ſitæ, terræmotu concuſſæ, pars minima quædam ſeruata eſt, cætera ſolo proſtrata. varijs nanque & fidem ferè excedentibus affecta eſt malis. mare ſiquidem in immenſum euectum, proxima littori ædificia merſit proſtrauitq́ue, cum hominibus ipſis, & rebus: tum magnitudo ebullientium fluctuum, hiſq́ue in altum euectis, vbi redire in ſe non poterant vortices, vniuerſa protinus diruendo ſternebat: ciues verò & incolæ omnes, ſiue in templa hi confugiſſent, ſiue domi manerent, ſiue alibi in vnum coiſſent, ſeruatis paucis, interiere. Mihi nanque ex Alexandria Byzantium tunc temporis nauiganti, in eàm inſulam fortè delato (eſt nanque in eo tranſmiſſu ſita) miſerum id ſpectaculum fuit, atque adeo vt verbis explicari haud ſat poſſit. nam ciuitas omnis in terræ cumulum & ſanè immenſum redacta iam erat, lapides diſperſi paſſim iacebant, itemq́ue columnæ diffractę, tignaq́ue præciſa, & pulueris vis tanta supernè deferebatur, vt aërem ſic obſcuraret, vt ne vel publica loca & viæ internoſci facilè poſſent. domus tamen perpaucæ integræ ſtabant, non calce & lapide, vel eiuſmodi materia ſtructæ; ſed crudo, puroq́ue, & argillaceo latere fabricatæ: perrari homines comparebant, & hi mœrorem præ ſe ferentes, & ſummiſſis in terram capitibus, vt qui de vita iam deſperaſſent: & quod ad cætera mala acceſſerat, dulces & potabiles aquæ ſua & puriore natura priuatæ, ſalſiores iam redditæ erant & impotabiles. cætera verò ita ſolo proſtrata, vt ciuitati ad ornamentum nil reliquum eſſet, præter inditum illud Aſclepiadum nomen, & quod de Hippocrate incolæ gloriantur. *Aeſculapidarum in Co familia.* Iſta igitur commiſerari, non alienum ab humana natura videtur: mirari verò atque adeo perterreri, hominum foret, vetera haud ſatis callentium, & qui nec planè intelligant loca iſta inferiora ſuapte natura varia in ſe mala continenter ſuſcipere, quandoquidem & ſæpe aliâs quondam ſic terræmotu ciuitates deletæ penitus ſint, vt veteribus colonis amiſſis, per alios fuerint habitatores denique reſtitutæ. *Tralles.* Tralles ciuitas olim in Aſia, quæ Chora nunc dicitur, iuxta flumen Mæandrum ſita, Paphlagonum quondam colonia fuit. hæc Auguſti Cæſaris tempore terræmotu quaſſata euerſaq́ue funditus eſt, ita vt ei nil integrum relinqueretur. *Tralles euerſa terræmotu.* Hoc modo calamitoſius ciuitate iacente, hominem quempiam ferunt ex his, qui ſuo labore terram excolunt, Chæremon illi erat nomen, magnum in modum eius ex caſu mœrore affectum, quum non diutius illius ruinam tuliſſet, rem ſanè miſeram & incredibilem peregiſſe; *Chæremon pro patria longum iter ſuſcipit.* quandoquidem ne longitudine viæ, nec rei magnitudine, quam eſſet à principe petiturus, nec periculis ſubeundis abſterritus, (præſertim quum eſſet pro incerta fortuna, domeſtica relicturus) à cœptis hic deſtitit, vel aliud quicquam, vt homines ſolent, animo agitabat, quo ſententiam immutaret, quum illi non iam Romam eundum tunc eſſet, ſed Cantabrorum circa mare Oceanum petenda loca, (eò nanque Auguſtus contenderat, gentes alias debellaturus) vt illi, quæ iam contigiſſent, renunciaret: *Auguſtus Tralles inſtaurat.* vnde Imperatoris animum dicunt ita perſuadendo cepiſſe, vt protinus ſeptem delectis ex vrbe conſularibus

laribus & primoribus viris, iuſſiſque cum magna vi hominum in Coloniam ire terræ motu excuſſam, tradita his ingenti pecunia, vrbem iteratò extruxerit, ita vt vel ad id temporis exædificatæ forma ſeruetur. Nunc itaq; eius vrbis ciues haudquaquam Pelaſgi, vt olim, de cætero ſunt; ſed Romani potius nuncupandi, tametſi vocis ſonus in Græcum ſit, & hunc Atticum, verſus. qui enim aliter fieri id poterat, quum finitimi Ionum ſint? Hæc autem ita ſe habuiſſe, argumēto ſunt ciuitatis annales, nec ſecus & titulus, quem ipſe equidem, quum eò fortè me contuliſſem, perlegi; & in agello quodam vrbi propinquo, vnde oriundus erat Chæremon, Sidirus eſt loco nomen, ara erat & vetuſtiſſima collocata, in qua olim (vti apparet) Chæremonis ſtatua inſidebat, nunc tamen in ea nil prorſus videtur impoſitum. Erat præterea elegion aræ adhuc his verbis inſculptum; *Fracta terramotu iam patria, Cantabriam Charemon mox aduolauit, aduolutus pedibus glorioſam excitauit Trallim, olim ſic vocitatam, pro quibus hanc illi ſtatuam fecere propinqui, vt are merito aſtructam hanc referant gratiam.* Trallianorum res hoc pacto habuiſſe ſe creditur. Haud ſecus & alias in Aſia ciuitates, vt Ionicas, ita & Aeolidas per id temporis quàm multa fuiſſe ex terræ cōcuſſione perpeſſas, ſat conſtat. Sed ea mihi nunc omittenda, & proſequenda quæ dicere cœperamus, ad Perſarumque prælia cum Romanis in Lazico agro eodem hoc tempore geſta tranſeundum. Nam inter Romanos & Perſas iampridem maxima ſunt bella inita, ita vt crebris incurſionibus alternis agros popularentur & deuaſtarēt, nunc repentinos machinando inſultus, nunc copioſo exercitu in aciem apertius prodeundo, ita vt etſi paulo antè feciſſe inducias viderentur, haud tamen omnino pacifici erant, neque vbique bella ceſſabant, niſi Orientem verſus, & circa Armeniæ fines, vbi vtriſque ſancita pax erat firmior; circa Colchos verò prælia gerebantur. Lazi quondam Colchi dicebantur, & hos illos eſſe perſpicuum eſt, deque his ambigit nemo, qui Phaſidem fluuium & Caucaſum montem aduertat, & accolas effusè his circumiectos. Ferunt autem Colchos Aegyptiorum fuiſſe coloniam, ſiquidem longe prius, quàm Iaſonis & eorum eo nauigatio fieret, & antequam Aſſyrij potirentur imperio, anteque Nini & Semiramidis, Seſoſtrem quempiam tradunt Aegyptiorum regem, ingenti ſuorum coacto exercitu, vniuerſam Aſiam peruagatum: vbi eam euertit, ad id loci veniſſe, eódemque reliquiſſe agminum partem, vnde Colchorum id genus deriuet. idipſum Diodorus Siculus aſſerit, & alij multi, qui res geſtas veterum conſcripſerunt. Hi igitur ſiue Lazi, ſiue Colchij, ſiue Aegyptij in aliena locati, noſtra ætate bellis vndique diuexantur, & multa ipſi iniere certamina, eorumque de cauſa oppida nonnulla ſolo æquata ſunt. Choſroi nanque Perſarum regi opportunioribus quibuſdam ea è regione Colchorum locis præoccupatis, haudquaquam eſt viſum ſemel armis parta relinquere, ſed potius Colchidis quæ reliqua eſſent, ſurripere animo inerat. Iuſtinianus autem Romanorum tunc Imperator Gobazem Lazorum regem, gentemque omnem, vt ſibi obedientem atque beneuolam, ita & de deo ſecum eadem ſentientem, vt volenti cuique diripiendam iam proderet, nec ferendū quidem, nec æquum fore cenſebat; ſed longe magis enitebatur, vniuerſis vt viribus hoſtes inde propelleret. Ac illud animo agitabat, atque adeo verebatur, ne ſi bello fortè vincerent Perſæ, regionemque omnem ſuæ facerent ditionis, nihil his foret impedimento, quo minus in Euxinum pontum intrepidè nauigent, interioraque omnia imperij Romani percurrant: vnde ingentes & bellicoſiſſimas copias circa Colchos conſtituit, hisq; & duces præfecit quam optimos. Beſſas nimirum Martinusq;, & Buzes eas ductabāt, viri vt ſummi, ita & bello exercitatiſſimi, cum his & Iuſtinum *Germanicum iuuenem admodum miſit, ſed rei bellicę non imperitum. Nunc verò quæ Mermeroës Perſarum pręfectus antehac geſſe-

Bella Perſica.

Lazi quondam Colchi.

Perſicus rex Lazorū loca quædam occupat.

Cur Lazos Iuſtinianus defenderit.

* *Germani filiũ.*

rit, quum de his ad id vſque loci Procopius rhetor ſatis perſcripſerit, prætereunda videntur. Sed quum præſentis hiſtoriæ hinc mihi initium ſim deſumpturus, decentius erunt, quæ ſubſequuntur, his coaptanda.

Initium ſuæ hiſtoriæ vnde ſumat Agathias.

Muchiriſim itaq; præfectus Perſarũ Mermeroës & Coataiſim oppida petit, ea mente, vt locorum difficultate ſuperata, ſe in infra Phaſidem amnem reciperet, vtre ſubita Romanis perterrefactis, tentaret ſi qua poſſet caſtella in poteſtatem redigere, quod tamẽ quũ palàm incederet, & in hoſtem veniret, fieri non poterat. Martinus nanque præfectus cùm ſuo exercitu ad Teleſim ſtationem habebat, (eſt autem Teleſis oppidum validum quidem & munitiſſimum) ibique ſaltus diligentiſſimè aſſeruabat.

Teleſis.

Erat prætereà locus ille aditu difficilis, & qui è proximo peti non poſſet. nam & præruptæ illi ſunt rupes, & ſaxa vndequaque præciſa, inuicemque in ſeipſa vergentia, ita vt anguſtiſſimam ſubiectam ſemitam redderent, aliundeque oppidum, niſi hàc, adiri non poterat. nam & circumiecti campi paluſtres nimium ſunt & limoſi, ex altera parte denſiores ſiluæ arbuſtaque extantia, vt vel expedito nulli hàc pateat iter, nedum armatis agminibus.

Mermerois Perſæ conſilium.

Romani verò quum laboris nil intermitterent, ſicubi fortè locum immunitum & peruium inueniſſent, ſtipitibus & ſaxis reficiebant, & enixè huic operi inſudabant. Interea Mermeroës meditabundus & dubius hiſce in rebus, quid opus facto nam eſſet, quum diu ſecum verſaret; ſubijt animum cogitatio, quòd ſi vtcunque Romanorum præſidium ſolueret, & ſenſim propelleret, non omnino eſſe non ſe perfecturum, quæ ad demoliendum clauſum iter paraſſet. nam hoſtibus ſaltus continentiſſimè inſidentibus fieri non poſſe exiſtimabat, vt hos ſuperaret, & illos peruinceret: ſed ſi fortè abſceſſerint, id ſolum relinqui, vt locorum iniquitatibus mederetur, & difficiles itinerum aditus vt peruios redderet, quod vtique non impoſſibile factu fore rebatur. Sperabat nanque, nauante multitudine operam, & præciſa materia, repurgatiſque ſaltibus, & excuſſis ſublatiſque demum obicibus, non difficulter ſe tranſiturum.

Mermeroes morbum ſimulat.

Verùm vt iam perficeret, quæ animo agitarat, hanc excogitauit fallaciam. graui & inſanabili morbo ſe teneri diſſimulauit, cuius vt impotens mox lecto decubuit, & perinde grauiter ferens hunc caſum, flebiliter querebatur. Huius rei fama totum perſuaſit exercitum, præfectum grauiter ægrotare, atq; adeò, vt in proximo illi ſit moriendum. Id tamen, vt in re erat, haudquaquam his creditum eſt, qui quæſtui haberent ſuorum proditionem, & hoſtibus occultè omnia aperirent, quæ gererentur. Sed præfectus, quid ſibi vellet, pertinaciſſimè occulebat, atq; adeo, vt ne ad amiciſſimos quoſq; illud adueneri. nam qui Romanis id rei ſignificarunt, ædita & ſola in vulgus fama facilè fallebantur, & Romani ipſi facilius his fidem præſtabant, neque adeo nuncijs mouebantur, quàm quia ſic fore peruellent. vnde remiſſa fortiore illa & diligenti cura, ſegnius cuſtodias faciebant. paucis pòſt diebus Mermeroëm obiſſe mortem his nunciatur.

Mermeroes fraudulenter de morte ſua famã ſpargi curat.

Nam interea in domicilio quodam ſic delituerat, vt vel apud familiariſſimos, qui rei diſſimulatæ eſſent nil conſcij, mortis ſuæ opinio vicerit. Tum demum Romanis ſuperuacaneum fore eſt viſum, ad ſaltus tutandos multum de cætero vigilare, vel labores ſuſcipere: vnde relictis quos iam obſtruxerant locis, & ſimul in his inſudatis operibus, omnem ſolertiam in ſegnitiem commutarunt; quandoquidem noctibus ſomnus æquando, locis immorando amœnioribus, nec exploratores præmitterent, nec quæ in rem eſſent exequerentur: nimirum quia Perſas exiſtimarent, vt antehac rei bellicæ imperitos, in ſe nunquam ituros; ſed ab ſe procul potius abituros.

Rom. ſegnities.

Mermeroes reuiuiſcit.

His omnibus Mermeroës cognitis, rem aliquandiu diſſimulatam præter ſpem omnium patefacit, ac Perſis viſendum ſe talem præbet, qualis antehac fuerat, confeſtimque copijs omnibus quanta potuit celeritate

leritate motis, itinerum difficultatibus (vt antea cogitarat) perquam bene diſpoſitis, oppido appropinquauit: & iam proximus erat, Romanis pro rei miraculo animo conſternatis, nimirum quum de improuiſo oppreſſi tutari ſe minimè poſſent. Tunc igitur Martinus deſerere prius locũ decreuit, quàm ad ſe Mermeroës penitùs peruaſiſſet, & ingenti malo, quos deprehendiſſet, Romanos afficeret. Quo enim hi pacto, quum perpauci eſſent, tantam hoſtium multitudinem ſuſtinuiſſent, & non ſtatim obruti potius deperiſſent? Hac itaque arte deuicti à barbaris turpiter diſceſſione facta Romani ad ſuos ſe receperunt, qui cum Beſſa & Iuſtino tunc eſſent haud longè à Teleſe poſitis in campo caſtris. nam inde ſeptem ſtadijs aberant. quo in loco præter venales ollas nihil operis exercetur, è quibus & loco eſt inditum nomen. nam Ollaria dicunt Latini, nos Chytropolia. Sed quum ad exercitus quammulti fuga prærepta Martinum iam præueniſſent, denunciaſſentq́; hoſtium celerem & futurum aduentum, ſeque in tuto iam recepiſſent; præfecti omnes communi conſilio decreuerunt, hoſtes expectandos ibidem eſſe, inſtruendasque acies, & his ſtrenuè obſiſtendum, ſi progredi pergant. Erat inter duces exercitus vir ſanè clariſſimus Theodorus, qui Zanus genere, ſed apud Romanos nutritus, barbaricos mores, quos è patria ceperat, iam planè depoſitos, dexteritate quadam ornauerat. Is igitur ſuo cum agmine (non enim minori numero, quàm hominum quingentorum, & ſuæ gentis hunc milites ſequebantur) circa Teleſim ſtationem habebat, per Martinum iam iuſſus, ne prius inde abſcederet, quàm hoſtes vidiſſet iam irrupiſſe, & quoad fieri poſſet, numerum imaginando complecteretur; ac demum cognoſceret, quidnam his virium, quidve animi eſſet. Tum ille, vt ad omnia audax & induſtrius erat: iuſſa exequebatur, & hoſtium copias intra præſidium adeſſe iam conſpicatus, ſatis gnarus non eotenus ſtaturum hoſtem, ſed bellandi percupidum fore, confeſtim loco abſceſſit. in ipſo itinere quũ Romanos non paucos deprehendiſſet, non rectà ad Chytropolia contendentes, vti erat iniunctum, ſed in Lazorum domicilia impetu facto, ordeum & alia id genus diripientes, vt eos abduceret, nitebatur; & iſtorum temeritati obuiam iret, qui planè neſcirent, quibuſnam in malis tunc eſſent. Itaq; qui gulæ erant non admodum dediti, nec omnino deperditi homines, vbi potiora moniti didiciſſent; Theodorum mox ſequebãtur, & ſenſim ſe referebant. Interea Perſæ de improuiſo ſuperuenerunt, & Romanorum nonnullos militum ex inſperato obtruncant, cæteri curſu citato in fugam verſi abibant, derepenteque in ſuorum caſtra cum trepidatione & eiulatu irrumpunt; atque adeo, vt omnes re ſubita pauefacti, & præ formidine tumultuati præter modum, ſic trepidi conſurrexerint, vt vno agmine caſtris excederent. Tunc præfecti (nondum enim inſtruxerant copias) veriti ne ſibi & imparatis inſiſterent barbari; ſpreta priori ſententia, (non enim in re trepida, quid acturi iam eſſent, offerebatur; quandoquidem de pręſentibus conſultare nec tempus ipſum permitteret, præſertim omnibus animo conſternatis) motis confeſtim è campo caſtris, coactisq́; in vnũ iam copijs, inſtrenuè, incompoſitiq́; ac pro arbitrio ferebantur, & a continente curſu nõ prius hi deſtitere, quàm ad inſulam perueniſſent. abeſt autem hæc à Teleſe inſula quinq; ſummũ paraſanges. nam tantũ viæ perſtrenui illi vna die emenſi ſunt & fuga celerrima. Paraſganges autẽ, vt Herodoto & Xenophonti videtur, triginta ſtadia ſunt: iuxtà Iudęos verò & Perſas, vno & viginti ſtadijs terminatur. Et ipſum id ſentiunt Lazi, & iure, vt arbitror. nam & apud hos baiuli, vbi ſingulos paraſganges pertranſiere; & onera, quę geſtant, deponũt; & ipſi parumper quieſcunt, alijs in ferendo viciſſim onere ſuccedentibus: idq́; quoties tactitant, eodem ſpatio itinera metiuntur & interrumpunt. Vtcunq; tum paraſanges dicãtur,

Martini fuga.

Theodorus Zanus natione.

Romanorũ turpis fuga.

Paraſanga quantũ habeat ſpatij.

ſtadijs centum & quinquaginta diſiungitur hæc ab oppido inſula. Eſt autem huius inſulæ locus placidè munitus & peruius, amniumque aquis fluentibus circumactus: ſiquidem Phaſis & Decorus flumina è Caucaſo monte diſiunctim fluentia, & à principio magno diſtantia interuallo, locorum cogente ſitu, ſenſim proxima fiunt adeo, vt abinnicem non longè ferantur. In ea intercapedine molientibus foſſam Romanis, & Phaſidis aquis in Deconi alueum demum transfuſis, ex ea inſulæ parte, quæ in Orientem vergit, amnes vtrique in vnum coeunt, & locum cingunt. Proin rurſum quum vario diuerſoque curſu ſe inſinuando inflectunt, haud ſanè parua terrarum ſpatia complectuntur. Deſcendendo verò ad occidentem ſolem, & prolabendo ſponte conueniunt & commiſcentur, ita vt omne, quod ab his intercipitur, inſula fiat. Hic igitur coeuntes Romani immorabantur. Mermeroes verò, vbi ad Ollaria tandem peruenit, abſentium hoſtium cum obiectis etiam contumelijs irriſa diu ignauia, ſtatuit non vltra ſibi progrediendum, nec inuadendam inſulam eſſe; quandoquidem in hoſtili nec tantis exercitibus ſubminiſtrare neceſſaria poſſet, nec aliàs obſidionem parare: vnde retrò ad Teleſim, & eas locorum iniquitates redeundum haudquaquam cenſebat. Itaque paruis nauigijs ad id ipſum paratis, cratibus pluteiſque ſuperimpoſitis

Mermeroes Phaſidem ponte iungit. Phaſidis ripas conſternit iungitque, & ponte perinde facto, intrepidè & nemine obſiſtente exercitum traijcit. & Perſas quidem, quos in Onogori locauerat oppido, quod ipſe in loco Archæopoli circumiecto aduerſus Romanos vt propugnaculum ſtruxerat, magno vt animo eſſent hortatur, & aliud huic præſidium addit, omnibuſque ibi, quoad fieri potuit, communinitis; retrò ſe ad Cotaiſim & Muchiriſim caſtella recepit. tum derepente morbo correptus grauiſſimo, maiori exercitus parte & validiſſima ſuis ibi rebus relicta præſidio, ſe in hiberna tranſtulit, ad vrbemque Miſchitam (id vrbi nomen) vix tandem delatus, quum vim morbi pati non poſſet, ibidem

Mermerois mors. tunc demum Mermeroës obijt mortem; vir ſanè apud Perſas, vt præſtantiſſimus, ita & honoris apud ſuos plurimum conſequutus. valebat nanque ma-

Eiuſdem virtus. ximum in modum conſilio, reique bellicæ peritiſſimus erat, & animi præſtabat is magnitudine. nimirum & ſi effœtæ ętatis iam eſſet, & iam pridem duobus pedibus captus, nec vehi equo iam poſſet, in laboribus tamen haud ſecus ac robuſtiſſimus iuuenis verſabatur. neque hos quidem refugiebat, ſed impetu facto prodibat in aciem, ita vt hoſtes turbaret, ſuoſque vt fortiter facerent, admoneret; hortando iubendoque, quæ in rem eſſent quamoptimè diſponebat, referebatque laudis plurimum hoſtes vincendo: vnde perſpici poteſt, non magis corporis robore, quàm conſilio & prudentia bella geri.

Sepultura Perſica. Tunc demum Mermerois demortuum corpus qui circa ſe erant elatum, & extra vrbem deſtinato in loco depoſitum, ſolum nudumque reliquerunt, canibus ſimul, & auibus, vel eiuſmodi cæteris obſcœnis & * ſarcouoris animantibus laniandum & abſumendum. Hunc ex lege ſeruant Perſæ ſepulturę ritum, nudata vt carnibus oſſa per campos diſperſa iaceant, velint. apud hos nanque in arcam vrnámve mortuos condere, vel terra obruere, haudquaquam fas eſt. Cadauer verò, ad quod non ſtatim dilacerandum aduolent aues, aut canes accedant, hominis fuiſſe affirmant, qui inquinatis moribus fuerit, iniquiorisque animi, & dignus planè, qui in barathrum detrudatur, in prauique dæmonis ditionem vt veniat. & propinqui mortuum tunc maximè deflent, vt cui nihil putent ſpei reliquum eſſe, nec * Parcæ melioris participes fore. Quòd ſi quamcelerrimè mortuus deuoretur, beatum hunc & felicem dicunt, huiuſque animam & demirantur quammaximè, & deo ſimilem faciunt, & dignam omnino, quæ in campos Elyſios deferatur. Accedit etiam, quòd ſi obſcuriores quidam & infimæ ſortis interea, dum rem militarem

** carniuoris.*

**fati,*

Immanis mos Perſicus.

litarem exercent, grauiſſimo morbo acrius vrgeantur, vt vel ſpirantes adhuc & ſobrios efferant, & quodam depoſitis loco panis fruſtum & aquam baculumque iuxta apponant, vt quamdiu cibum poterunt deguſtare, & virium aliquid his relinquatur, eo ſe baculo à beluis tueantur, & conuiuas hoc abigant ad ſe venientes. Sin verò vel ſpirantes adhuc vis morbi peruicerit, atque adeo, vt manus mouere nil queant; tum miſeros illos & ſemimortuos, incipientesq́; animam exhalare, aues canesq́; deuorant, & vitæ ſpem demunt, ſi qua tunc fortè fuiſſet. qui verò ea ex ægritudine conualeſcunt, & ſe domum receperint, haud ſecus viſi alijs ſunt, vt in * Tragœdiis fit tabernaculis, ac ſi tenebrarum è foribus prodijſſent, & extenuati prorſus, orisq́; colore alienato, obuijs timorem incuterent: vnde vniuerſi hos auerſantur, & perinde omnium ſceleratiſſimos confeſtim defugiunt, & tanquam apud inferos adhuc fortè agentes declinant, nec priſtinis & conſuetis ad vitam muneribus frui prius hos ſinunt, quàm per Magos admiſſa in ſe inquinatio expurgetur, quam perinde ex mortuis expectatione contraxerant, & quaſi vt viuere poſſint, poteſtatem recipiant.

** tragicis.*

Liquet ſanè homines, & ſingulas nationes eas leges ſanctiores cæteris ducere, & potiores; quibus diu inſueuerunt, atque adeo, vt ſi quid præter illarum inſtituta geratur, fugiendum his eſſe & planè ridiculum videatur, & eiuſmodi demum, vt prorſus nil fidei faciat.

Sui quibuſq; populi mores probantur.

Adinuentæ ſunt tamen mortalibus diuerſæ quidem pro legibus ſuis tuendis rationes & cauſæ, partim forſitan veriores, partim quæ ad perſuadendum ſic valeant comparatæ. Vnde nec mirum arbitror fore, ſi Perſæ ſuorum morum & vitæ conſuetudinis redditis rationibus, ſuos adnitantur arguere præſtare cæteris ritus. Et ſanè admiratione ingenti afficior, vetuſtiſſimos eius terræ habitatores, ſiue Aſſyrij, ſiue Chaldæi, ſiue Medi hi fuerint, non eadem cum Perſis iſtis ſenſiſſe: ſiquidem circa Niniuen vrbem Babyloniæque terras, & Mediam tumuli extant, arcæque adhuc permanent obfirmatæ, quibus priſci illi & mortui reconduntur; ita vt non alienos, ſed noſtros videantur ritus ſeruare. Quòd ſiue cadauera, ſiue cineres Græcorum more exuſtos illa contineant, haud tamen cum his aliquid habent, quæ Perſæ hi factitant, ſimilitudinis: nec ſolùm in ſepulturis & mortuis, ſed ne & & nuptiarum quidem, & rebus Venereis flagitioſiſſimis ritibus, prò quibus præſentes & huius temporis Perſæ ſceleratius ac deperditè luxuriantur, qui non ſolùm cum ſororibus ſuis & conſobrinis impudenter congrediuntur; ſed cum filiabus vel genitores (proh ſcelus) miſcentur, & quod omnium eſt impijſſimum (ô natura, ô leges) cum matribus filij.

Flagitioſi Perſarum inceſtus.

Perſis autem fuiſſe nuper id ſceleris adinuentum, ex eo, quod narraturi mox ſumus, noſſe quis poterit. Feruntquondam magnam Semiramidem illam & Aſſyriam fuiſſe eò temeritatis euectam, vt cum Nino filio habere congreſſum voluerit, iuuenémque pertentaſſe; huncque renuentem concubitum, remque permoleſtè ferentem, pergentem ad facinus matrem protinus occidiſſe, patrareq́; id maluiſſe, quàm ſcelus committere.

Ninus matrem ob inceſtus adoſitum occidit.

Non enim ſi id lege permittebatur, Ninum duxerim ad id crudelitatis veniſſe. Sed quid eſt opus nimium vetuſta repetere? Pauloantè, quàm Macedones tantas res gererent, & Perſæ deſtruerentur, Artaxerxem Darij ferunt Pariſatidem matrem, quum eodem malo afficeretur, quo & Semiramis, & ſecum rem habere percuperet, haudquaquam necaſſe, ſed eieciſſe iracundius, & propulſaſſe, quia nec pium id eſſet, nec patrium, nec in vita hominum conſuetum.

Artaxerxes ab inceſtu abhorruit.

Sed huius temporis Perſæ priſcos mores omnes ferè omiſere, & perinde iam euerterunt, alienisque legibus tanquam adulterinis vtuntur, ex Zoroaſtri deſumptis Orimaſdei diſciplinis Is autem Zoroaſter ſiue Zarades, nam duplici vocitatur cognomine, quo tempore in principatu floruerit, & tuleritleges, ſatis clarè internoſci non

Zoroaſter princeps Perſarum.

*Hyſtaſpis
*Hyſtaſpes

poteſt. Perſæ nanque noſtræ huius ætatis * Idaſpis temporibus, ſimpliciter tamen hunc fuiſſe affirmant; ita vt in ambiguo ſit, nec planè ſatis dignoſci queat, vtrum Darij pater, an alius quiſpiam is fuerit * Idaſpes. Sed quouis ille floruerit tempore, magiſter tamen & Perſis fuit, & magici ſceleris adinuentór, qui priſco ſacrorum ritu mutato, promiſcuas quaſdam & varias opiniones induxit. Siquidem vetuſtiores illi Iouem, Saturnum, & huiuſmodi cæteros, apud Græcos quondam percelebres, vt deos venerabantur, quum alioquin cognomenta minus ſeruarent: nam Iouem Belum dicebant, Herculem Sandem, Anaitida Venerem, & alios item aliter vocitabant, quemadmodum Beroſus Babylonius, & Athenocles Symmachus, qui Aſſyriorum Medorumque res antiquiſſimas conſcripſerunt, hiſtoria produnt. Nunc verò maiorem in partem cum Manichæis Perſæ conueniunt, & in eo præcipuè, quòd duo illi & prima inducunt principia, alterum quidem vt bonum, ita & optima quæque parturiens, alterum quod penitus vtriſque his aduerſetur: nomina verò iſtis imponunt & barbara, & pro eorum lingua compoſita. bonum nanque ſiue deum, ſiue creatorem, Hornuſdatim dicunt: Arimanes pernicioſo ac peſſimo dæmoni eſt apud hos nomen. Feſtum autem omnium apud ſe celeberrimum, quod vitiorum vocant interitum, peragunt, in quo & ſerpentium pleraque, & quorumuis animantium, quæ fera & ſolitaria ſunt, interficiunt; & magicis offerunt, perinde inſigne aliquod pietatis argumentum. hac via ſe arbitrantur ei, quod bonum dicunt, gratam operam inſudare; moleſtiam verò, & perniciem Arimani illi inferre. Venerantur autem quammaximè aquam, atq; adeo, vt ne hac quidem faciem abluant, nec eam quoquam pacto attingant, ſiue potandi gratia, ſiue arbores irrigandi, ſiue vt aliaſcunque. Quin etiam deos alios pleroſque hi nuncupant, & Græco ritu propitiantur. Vtuntur præterea ſacrificijs, purgationibus, oraculisq; & his quidem Græcorum more. Porrò ignis his precioſus videtur, & planè ſanctiſſimus. vnde in ædiculis quibuſdam, vt ſacris ſemotisque, ignem hunc Magi perrennem ſeruant, eundemque dum intenti cuſtodiunt arcana peragunt ſacra; & de futuris interrogant. Hæc autem inſtituta ſiue à Chaldęo, ſiue à quouis hominum genere cœperint (non enim multis hæc congruunt) ita tamen hi ſentiunt, & pertinacius hanc tenent opinionem, è plurimis nationibus hauſtam: quo fit, vt quemuariè compoſita ſit. Et ſanè id mihi non ab re factum videtur. nondum enim aliam Rempublicam vidi in ſpecies varias formasque mutatam, quæ diu conſiſteret. ſed quoniam multarum gentium dominatum hi admiſerunt, idcirco & vna ſpecie legum cognitionem nunc ſeruant. Primos omnium Syrios ferunt vniuerſam Aſiam occupaſſe, præter Indos, qui ſupra Gangem ſiti ſunt fluuium. Nam Ninus videtur tunc primùm hîc imperium obfirmaſſe, poſt hunc Semiramis illa: & huius deinceps poſteritas omnis ad vſque Belum Decortari cognomento, in quo Semiramidis & regnum habuit finem, & genus: Belitaras deinde quidam ſic vocitatus, plantarum quondam inſertor, & regiorum hortorum magiſter, mirum ſibi in modum imperium vendicauit, ad ſuosque bene plantatum tranſmiſit, quemadmodum Bion & Alexander ſcripſere, ita vt ad vſque Sardanapalum, vt ijdem affirmant, ſucceſſio iſta peruenerit: ſub quo hebeſcente iam principatu, Arbaces Medus, & Beleſis Babylonius ab Aſſyrijs rege deperdito ſublatum ad Medos tranſtulerunt imperium, quum anni mille, ſexque & trecenti, aut paulò pluſculum pertranſiſſent, ex eo tempore, quo Ninus tunc primùm eas res tenuit. Sic enim Cteſias Gnidius, cui & Diodorus Siculus aſſentitur, de his temporib. ſcripſit. Medi deinde ſic rurſum hoc potiti imperio ſunt, vt omnia pro horum legibus ſtatuerentur: deinde per annos ccc. his in principatu agentibus, Cyrus Cambyſi Aſtyage deuicto, ad

Perſæ Manichæorum ſectæ imbuti.

Vetuſtiſſima regna, & eorum ſucceſſiones. Aſſyrij.

Finis Aſſyrij regni.

Medorũ regnũ.

Perſas traduxit imperium. qui enim non id erat facturus cum Perſa is eſſet, & Perſiæ inſuetus, pro geſtoque cum Aſtyage bello oderit Medos? Vbi vero & Perſici reges per annos ducentos additis octo & viginti regnaſſent, vel iſtorum deniq; regnum defluxit peregrino exercitu, & à rege alienigena diſſolutum. ſiquidem per Alexandrum Philippi Dario Arſamiiam interfecto, vniuerſaq; Perſide in poteſtatē redacta, ad Macedonicos mores res tranſiere. Nam adeo rebus quammaximis geſtis hic valuit, vt vel eius poſt mortem Macedones viri alienam & peregrinam diu tenuerint, & ad multum prouecti virium ſint. & ſanè crediderim, vi quadam perceptæ apud homines de Alexandro opinionis, vel ad id temporis fuiſſe hos regnaturos, niſi inter ſe inuicem diffidendo, atque vt in ſeipſos, ita & in Romanos exercitus comparendo, plura habendi ducti cupiditate, ſuas ipſimet vires ſoluiſſent: quo factum eſt, vt non de cætero capi non poſſe ſint finitimis viſi, tametſi non minori hi tempore, vel ſummum annis ſeptem minus, quàm Medi, regnauerint. Vnde his tamdiu potitis imperio, Parthorum gens alterius ditionis iamdiu facta, nec olim admodum celebris, Macedones regno priuarunt, ipſique Aſiæ totius, præter Aegyptum, imperium ſuſceperunt, Arſace tum primum defectionis autore. vnde eius vel poſteri Arſacidæ dicti. Inter Arſacem & Artabanum regem anni ducenti interceſſere. Eodem autem tempore, quo res Græcorum per Alexandrum *Mammeam adoleſcentem adminiſtrabantur, & Choſrois apud nos cæpit genus regnare: ex quo præfecto inſtituta & mores, qui apud Perſas ad id temporis obſeruantur, ortum cœpere perinde prima ſtabilimenta. ſiquidem Artaxerxes quidam vir Perſa, inglorius imprimis & obſcuriſſimus, aliàs tamen factis ſat potens, & ſanè induſtrius peridoneusque poſſe conſtituta mouere, & obturbare pacata, coniuratorum manu mox facta, Artabanum regem obtruncat, & tiara, regio inſigni ſibi impoſita, Parthorumque viribus debilitatis, denuò Perſis priſtinum regnum reſtituit. Erat is ſanè ex magica arte ſacrorum peritus, de ſeque arcana confecit: vnde & Maiorum gens omnis ex eo validior facta & inſolens, iampridem id nominis ſeruat. haud dum tamen ad id honoris faſtigium, in quo nunc ſunt, venerantneque eò licentię proueheba̅tur, ſed plerunque principibus contemptui erant. quod vtique ex eo apertius liquet. Non enim Perſæ, qui circa Darium erant, Smerde quodam & Mago poſt Cambyſem Cyri imperium ſubtrahente, id factum calamitatis loco duxiſſent, Smerdemque obtruncaſſent, & alios tanti facinoris conſcios; quia haudquaquam fas eſſe exiſtimaſſent, Magos homines regiæ inſidentes ſellæ ornari. vnde his obtruncatis tantopere eam cædem nullius momenti facere, atque adeo nec ſcelus ex ea ſe admiſiſſe rebantur, ſed dignum potius memoratu patraſſe ſe facinus, vt eius ſeditionis ob gratiam in patratęq; cædis memoriam, feſtos quoſdam & celebres ſtatuerint dies, quos Magophonios nuncuparunt, & ſacrificia fecerint ob victoriam dijs. Nunc vero Magos huius temporis Perſæ & honorant quammaximè, & venera̅tur, vt quorum conſilio publica omnia & prædictionibus adminiſtrentur, ſeorſumq; quid quiſq; præmij pro re bene geſta promereatur, quidve ſupplicij, qui flagitium fecerit, præſidendo & cognoſcendo decernunt. nec ſanè Perſis vel legitimum aliquid fore, vel æquū videbitur, quod Magorum non ſit ſententia confirmatum. Ferunt quondam Artaxerxis matrem Paueco cuidam nupſiſſe, infimæ ſortis viro, & coriariam exercenti, qui tamen ſiderum decurſus calleret, & ſcientiſſimus eſſet perquam facilè poſſe futura proſpicere. apud hunc ſemel *Sannum quempiam & militerem per Caduſiorum agrum iter habentem, in tugurium diuertiſſe. tunc & Pauecum perinde vatem, vtcunque hoſpitis ſemen & maximum fore & celeberrimum præuidentem, & euaſurū quandoque ad ſummam felicita-

Perſicū regnum.

Imperium Macedonum.

Parthorū regnū

** Mammaea filium*

Perſæ regnum recuperant.

Magophonia.

** Zanum*

Sannus Artaxerxis pater, lenocinio Pauci.

T

tem, affectum primò mœrore fuiſſe, ac flebiliter queſtum, quòd ſibi nec filia eſſet, nec ſoror, nec fœmineum denique aliquid, quod ſe propinquitate contingeret, vt cum Sanno illo & hoſpite neceſſitudine iungeretur. Sic demum illi & noctu vxore appoſita toro ceſſiſſe, ſpreta perſtrenuè verecundia, & breui cum nota futura, & optima commutata fortuna: quo ex nocturno congreſſu Artaxerxem natum, ſub Pauecoq; educatum, ad iuuenilesq; annos prouectum fortiſſimè ſibi imperium comparaſſe. vnde inter Sannum Pauecumq; ortam fuiſſe contentionem, dum eorum quiſq; iam vellet puerum ex ſe filium dici, & vix tandem in id conueniſſe, vt puer Paueci filius diceretur, ſed alioquin ex Sanni ſemine ortus. Hoc pacto dum Artaxerxis genealogiam repetunt Perſæ, vera fuiſſe, quæ de eo traduntur, affirmant; vt in regum ſuorum annalibus literis prodita. Nos verò poſterorũ omnium nomina, qui poſt hunc in imperio ſucceſſerunt, paulo poſt explicabimus, nec ſecus & quamdiu eorum quiſq; regnauerit: quod tamen ad id temporis eſt ab his intermiſſum, qui annales conſcripſerant, nec magni fecerunt iſta perquirere. Nam qui de imperatoribus Romanis ſcripſere, à Romulo, ſiue quum altius repetunt, ab Aenea Anchiſæ filio initium ſumunt, & ad Anaſtaſium vſq;, Iuſtinumq; ſeniorem illos recenſent. Perſarum verò reges, hos ipſos dico, qui poſt deletos Parthos regnarunt, haud æquè annis ſua ſerie explicatis perueſtigando enumerarunt ſcriptores, quum fieri ſic decuiſſet. Mihi tamen de regibus iſtis Perſicis, ipſorum ex ſcriptis certiora omnia & vera collecta accuratius ſunt, & reor equidem præſenti hiſtoriæ plurimum conuenire, iſtorum omnium meminiſſe. Itaq; quum opus fore exiſtimauerim, hæc ſuo loco commemorabo, tametſi iſtorum nomina varia ſint, & ea quidẽ barbarica recenſenda, & quorundã pleraq;, qui memoratu dignũ nil geſſerint. Sed illud in præſentia, vt res apertius pateant, & plurimũ conferant, ſum dicturus; trecentorum & vndeuiginti annorum, ad annum hunc vſq; quintum Choſrois imperij, finem adeſſe, quo & bella in agro Colchico gerebãt, & Mermeroës eſt ſuo fato defunctus, Iuſtiniani verò Romanorum Imperatoris annos octo & viginti. Nunc autẽ vbi de Choſroe, perpauca explicarim, confeſtim ad ea me referam, quę narrare iam cœpi. Non enim hunc Perſæ ſolùm vltra, quàm decet, laudibus ferunt & demirãtur; ſed Romanorũ pleriq;, vt eloquentię ſtudioſum, & qui ad noſtræ philoſophię ſummã peruenerit notionem, & Græca opera in Perſicam linguam nonnulla tranſtulerit:* [addunt tamen & ſtagiretem, id eſt, vini amphoram longè melius perpotaſſe, quàm rhetor pęanicus olori perſcripſerit fabulam.] quinetiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atq; adeo, vt ne Timæus hunc quidem prætereat, tametſi lineari ſpeculatione diuarietur, & naturæ rimetur motus. nec Phædon ipſe, neq; Gorgias, vel dialogorũ autor alius quiſquam, vt Parmenides, & cæteri item, quibus varia ſententiarum profunditate ſunt multa cõſcripta. Ipſe verò non egregiè adeo hunc eruditum fuiſſe exiſtimauerim, vt ſummam diſciplinarũ teneret. Quî enim fieri id poterat, veram illam & liberam vt veterum nominum pronunciationem, ita & rebus ipſis maximè congruentem, lingua quędam vt agreſtis, & rudior, & à Muſis penitùs aliena ſeruaret? quo inquam pacto vir regio faſtu ex immodicis adulationibus ab ineunte ætate illectus, ac viuendi conſuetudinem nactus ſupra modum barbaricam, & qui bella ſemper & acies animo agitarit, exerceri in his poterat diſciplinis, ex hiſque ſibi fructus aliquid vendicare? Quòd ſi quis idcirco hunc laudet, quia quum rex eſſet, & Perſa, tantarumq; gentium & maximarum rerum curam haberet, vtcunque tamen deguſtare artes literarias voluiſſet, ex eaq; vt gloriam, ita & animi capere voluptatem, profectò & [ipſe hunc] laudarem, perinde præ cæteris barbaris admirandum. Sed qui hunc nimium ſapientem appellant, &

Contentio inter Artaxerxis patres.

Annus xxviij imperij Iuſtiniani.

Adulatores Agathias, & imperitos hiſtoricos taxat.

** Quocirca dictitãt, quòd totum, Stagiriten melius deuorarit, quàm Olori filiũ Pæanienſis orator. Ex Adriano Iunio lib. 1. Animaduerſ. cap. 4.*

Modica laus doctrinæ principibus tribuenda.

& quaſi philoſophos cæteros preſtitiſſet, omnium artium diſciplinarumque cauſas noſſe affirmant, & qualem fortaſſe peripatetici maximè eruditum præfiniunt: deprehenderetur is hauddubiè nihil prorſus ea, quę vera ſunt, peruidiſſe; ſed vulgi duntaxat famam ſectari. Vir quidam genere Syrus, Vranius vocitatus, dum Byzantij verſaretur, artem quidem medicam profitebatur; ſed Ariſtotelicæ diſciplinę prorſus ignarus, nil deniq; vera cognitione tenebat; fremebundus tamen & inſolens quammulta ſe percallere iactabat: & quum fortè inter cœtus hominū verſaretur, vt erat ſuapte natura contentioſior, ſæpe etiam pro regijs porticibus ipſis aſtabat, plerunq; in librariorum tabernis venalitijs aſſidebat, & ad hominū turmas ſe eôdem cogētium, verba magnifica perinde mirabundus & ſtupidus factitabat, conſueta quædam de deo, longis verborum ambagibus. his, qui ſe circumſiſterent poſtulantibus, qualis nam ſcilicet eſſet illi natura, quæ nam ſubſtantia, vtrum afficiatur, vtrum curæ ſit expers, & alia quædam eiuſmodi. qui verò iſta profitebatur, ne grammaticum quidem adijſſe vnquam crediderim, nec vitam fortè rectiorem egiſſe. Proinde putent hi facile aliquid eſſe & planè promptiſſimum, aut cuique peruium, quod vulgò fertur, pedem porrige, & Theologiam attinge: quum hanc conſtet rem eſſe & probatam, & inexplicabilem, & longe ſuperiorem, quàm vt eam aſſequi cogitatio queat imperitorum, qui ignorando hanc demirentur. Sunt namque, qui veſperi ex ipſa ſtatim ebrietate & crapula impediti quammulta deblaterent, deque excellentiſſimis rebus illis, diuiniſque quęſtionibus ſermones indecenter incœptent, & in eiuſmodi nugando delitent, & haud ſecus ac qui aleam ludunt, rixentur. Hiſce in rebus principatum nactus Vranius, perinde Homericus ille Therſites alios arguebat, extrahereque in longum ſermones minimè deſiſtebat, & ſi aliàs de deo haud ſatis rectè ſentiret: nec ſanè diſceptationem ſinebat iamdiu occœptam, ordine ſaltem ſuo procedere; ſed apertiora potius confundebat, & quæſitæ rei propulſabat inuentionem. Volebat hic forſitan Platonis Pythonem, Sextumq; deniq; imitari, & eorum more reſponſiones vt fierent, vt finis eſſet nil obturbari, quia id animo præſumptum iam eſſet, nihil eſſe penitùs conſtitutum. Sed Platonica iſta haud ſatis ille didicerat, ni fortè alicunde venatus perpauca collegiſſet, quibus poſſet ineruditos iam fallere. Et quemadmodum literarum erat is re ignarus, ita & bonorum morum omnium expers. iſtiuſmodi quum eſſet Vranius, ad Perſas ſe contulit, per Areobindum Perſam, & regis tunc oratorem, vt cothurnus & nebulo ductus, nimirum qui ea ſibi ornamenta ſtolidè vendicaſſet, quibus omnino careret, palliumque protinus induit, quod diſciplinarum magiſtri geſtare apud nos ſolent. Sic itaque obſtipa ſuperbaque facie Choſroem adiuit. tum ille inopinato miraculo percitus, & ſacrum aliquid eſſe imaginatus, ſuſpicatusq; verum hunc eſſe philoſophum, (nam & ita apud Perſas vocitabatur) eundem hunc & libēs vidit, ac benignè ſuſcepit. Magos deinde ad ſe conuocatos, cum nouo philoſopho vt ſermones conferrent, conſtituit; deq; rerū ortu naturaq; vt diſceptatio haberetur, iniūxit; & vtrum id omne, quod viſitur, finem ſit habiturum; numúe vnum eſſe omnium rerum principiū putandum ſit. Tum Vranius, quod ad rem faceret, nil opportunè reſpondens, qui nec reſponſurum quidem ſe à principio cogitarat, ſola audacia & dicacitate, vt in Gorgia Socrates, inter ignaros ignarus peruicit. Quo factum eſt, vt vanus ille & demens regem ſic ceperit, vt non ſolum pecunia ab eo ſit, & non parua, donatus; ſed regiæ menſæ admiſſus, & eo honore dignatus, vt rex ipſe & prior pateram huic prælibarit, quod vtique nondum in alios factitaſſet, & iureiurando dixerit, alias nunquam ſe talem virum vidiſſe, tametſi antehac ſummos in vero vidiſſet philoſophos, qui hinc ad ſe conceſſiſ-

Vranij vanitas.

Rerum diuinarum ſumma diffi cultas.

Vranius ad Perſas ſe confert.

Ineptum homi nem rex ineptus admiratur.

Philoſophi Choſroem multi adeunt, propter paginæ religionis ſtudium.

ſent. nam paulo antè Damaſcius Syrus, Sympliciusque è Cilicia, & Eulamius Phryx, Priſaniusque Lydus, Hermias præterea, & Diogenes ex Phœnicia, Iſidorusque Gazæus in Perſiam ſe ad regem hunc viſendum contulerant, qui omnes facilè hac noſtrā ætate omniū erant philoſophantium principes. hi quidem quū minus placerent, quæ de deo Romani rectius ſentiunt, & multorum relatu perſuaſi iam eſſent, Perſarum inſtituta & mores cæteris longè præſtare; in Perſiam ad regem, vt in ea victuri, vnà conceſſerunt, & eo libentius, quòd regem in primis iuſtiſſimum continētiſſimumq; eſſe acceperant, & qualem vult Plato, vt philoſophia ſit cum imperio iuncta: ſubditos verò pollere virtutibus, quandoquidem nec fures apud hos eſſent, neque prædones, nec deniq; qui iniuſtiora cætera facerent, atque adeo vt precioſiſſima quæque vel in ſolitudine quauis relicta qui fortè inuenerit, haudquaquam ſit ſublaturus, ſed relinquenti vtcunque domino integra omnia

Philoſophi leuitatis crimen incurrunt.

àduſque reditum maneant. Vbi tamen eò eſt tandem peruentum, quum omnia aliter longè, ac ipſi acceperant, ſeſe habere iam comperiſſent, & omnem ſcelerum apud hos ſpeciem exerceri; ipſiq; hæc moleſtiſſimè ferrent; inconſtantiæ & leuitatis ſe ſtatim inſimularunt, & mutati loci cœpit hos pœnitere. vnde & ſi Choſroes eos & beneuolentia perſequeretur, & vt apud ſe manerent, precibus fatigaſſet: confeſtim tamen ad priſtina loca, è quibus exceſſerant, ſe receperunt; extimantes longè ſibi potius fore, inijs mox Romanorum confinibus mortem, ſi fortè contingat, obire; quàm apud Perſas mo-

Philoſophi pagani è Perſia redeunt.

rando, maiora ſibi præmia comparare. Sic demum omnes ad priſtinas ſedes reducti, barbarica deteſtabantur hoſpitia. Sed quum interea iter hi facerent, mirandum quiddam his ferunt, & dignum memoria contigiſſe. nam quum in agrum quendam & Perſicum philoſophi diuertiſſent, hominis eiectum cadauer viderunt recèns demortui inhumatum. tum hi legis barbaricæ prauitatem commiſerari, quandoquidem nec par fore exiſtimarāt, vt vel in partem aliam natura iniuriam pateretur, cadauer illud per ſeruos elatum terra, vt licuit, obruerunt: noctu verò his quieſcentibus, vnus quidam eo ex comi-

Viſum quoddam philoſophi, qui ſepeliuerat inceſtu pollutum.

tatu, (non enim nomen ſat calleo) obuerſari ſibi ſpeciem vidit hominis ſenioris, ſibique incogniti, aliàs tamen grauis & venerandi, & qui philoſophię ſtudenti, vt pallio, ita & barba promiſſiore nihil eſſet abſimilis, ſibique perinde iubendo, monendoque, huiuſmodi inclamaſſe; Noli inhumatum humare, permitte canibus lacerandum. Terra vniuerſorum mater, matris corruptorem hominem non ſuſcipit. Tum ille quamprimùm præ formidine experrectus, alijs ſomnium ſtatim renunciauit. At illi tum primùm dubij animi erant, quò nam eſſet id ſomnium euaſurum: antelucano autem tempore ſurgentes progrediuntur, quò erat iter occœptum, agrum eundem carpen-

Inceſtuoſi cadauer reiectum à terra.

do, cogente ad id loci ſitu, in quo pridie mortui cadauer ſuffoderant. Nudum illum iteratò inueniunt, in agri ſuperficie iacentem, tanquam ſponte ſua in apertum remittente terra, nec tolerante non à beſtijs abſumptum ſeruare. illi igitur rei miraculo obſtupefacti, iter proſequebantur, omiſſo humanitatis officio, quod ſibi ex lege iniungebatur: ſomnium tamen quum interea ſermonibus agitarent, ex eo facilè fatebantur, pœnas luere Perſas pro impudico & materno concubitu, eoque & inſepultos manere, & non iniu-

Choſroes Vranium ſuum deamare pergit.

ria per canes dilacerari. Choſroes igitur, & ſi tantorum philoſophorum periculum fecerat, Vranium tamen longè plurimum & mirabatur, & beneuolentia proſequutus eſt: cuius rei cauſam inſitam puto humanæ naturæ, qua ducimur omnes, vt noſtra noſtriq; ſimillima gratiora ducamus, & planè omnium maxima repuremus, declinemus[tamen] quod eſt alienum, & ſi præſtantius ſit. Choſrois igitur erga Vranium beneuolentiæ, argumento literæ

ſunt

ſunt & grauiſſimæ per eum ad hunc poſt eius ad nos reditum miſſæ, in quibus Vranium præceptorem appellat. Quo factum eſt, vt Vranius iſte non vltra videretur ferendus, ex regia amicitia iam inſolens factus; atque adeo, vt æquè in ſympoſijs atque conuentibus his verbis vniuerſos obtunderet, quod ſe honoraſſet Choſroes, quod apud hunc pleraque diſputaſſet, ita vt ſiniſterior longè ſtrenuus ad nos ſe receperit, quàm antea fuerit, perinde ac eius rei duntaxat de cauſa, tantum itineris ſit emenſus. Sed alioquin, vt mendaciſſimus eſt, & perridiculus, quum ſæpe barbarum hunc laudaſſet, multis tamen quammaximè perſuaſit, Choſroem eſſe apprimè eruditum. Et ſane ex vſu euenire id ſolet, vt qui ad omnes accedant, & res miras atque adeo fortè abſurdiores intenti hianteſque audiant, haud difficulter per eum fallantur, qui & ſua iactare ſit ſolitus, & ad gratiam aliena perinde ingentia explicare, quum minus intelligitur, qualis nam ſit, qui vel ſuas, vel alienas laudes canat, & quotus ſit ille qui laudatur, vel cuius rei gratia laudetur. Sed in exercitibus comparandis, exornandiſque armis, & bellandi exercitatione quadam aſſidua, iure forſitan Choſroem quis demiretur, vt qui nec præ ignauia labori ſuccumbat nec ſenectutis debilitate: in eloquentia vero, & philoſophia, talis erit exiſtimandus; qualis eſſe non indecenter arguitur, qui & amicus, & auditor Vranij ſit. ∴

Vranius à doctrina Choſroem laudat.

Mutuum muli ſcabunt.

AGATHIÆ HISTORIARVM
LIBER III.

QVAE apud Perſas legitima ſuut, & varia quædam vitæ & conſuetudinis immutatio, & alia quæuis, quæ de Choſroe, eiuſque gente dicenda eſſe neceſſario duximus, & ſi prolixius fortè ſunt explicata, ita vt à ſuperioribus non multum dependeant; haud tamen vel ſuperuacanea videbuntur, vel inutilia, ſed ad noſtram opininionem delectationem cum vtilitate complexa. Ipſe vero perquammaximè vellem, ſi in me foret, & id plurimi facerem, muſis (vt aiunt) gratias immiſcere, tametſi alio me diſtrahunt curæ, nec volens quidem vel ſequar, vel ſubeam circumagentem neceſſitatem. nam & ſcribendi id munus, opus ſanè egregium, vt lyra Bœotica dixit, occupationibus quibuſuis excellentius, præter occœptum mihi, detritumq; iter exigitur. non enim mihi fas eſt in his vitam vt ducam, quæ maximum in modum oblectant. ſiquidem quammaximè opus foret, vt imitationis gratia priſcorum illorum & ſapientium ſcripta repeterem, & per ocium lectitarem, vt vniuerſa quæ vbiq; literis prodita ſunt, & in rem facerent, ſcrutata diligentius noſſem, animumque his rebus intentum, & ſolutum cæteris curis haberē: ipſe verò aliter longè facere cogor. nam in porticibus regijs libellos multos forenſium cauſarum & negociorum repletos à mane ad occidentem ſolem contemplor & verſo, & obſtrepētibus alijs nimium grauor, & angor rurſum, niſi & obſtrepant, vt qui nequeam ſine labore atq; moleſtia neceſſarijs ſatis expleri. Sed neq; hoc pacto, quod ad me attinet, ſum relicturus, nec planè ab incœptis deſiſtam, quoad mea hæc me cupiditas duxerit: ni fortè quiſpiam mihi ſuccenſeat perinde maiora, quàm vires ſint, cupienti; & in dolio, vt aiunt, * regulam operanti. Quód ſi cui mea ſcripta adulterina in vero & leuia videbuntur, & perinde ex animo prodeuntia in multa diſtractio: ne tamen forſitan oblectabo, vt ſolent canentium quidam inſuauiſſimi. Veruntamen ne de cætero ad alia item atq; alia cundo & tranſgrediendo, in

Agathias ſeſe ob ſcriptionem inelaboratā excuſat

Occupationes Agathiæ.

Agathias cauſſarum patronus, vnde ſcholaſtici nomen habuit.

* *figulinam.*

rem videar Indecoram deferri, iam mihi reſumenda certamina ſunt, & ad
præpoſita redeundum. Tunc igitur, quum Choſroi eſſet renunciatum, mor-
tem obijſſe Mermeroem; dolore (vt decuit) pro accepto iam detrimento af-
fectus, maximè angebatur: vnde ne in Lazieo agro exercitus duce orbati ſi-
Narcheragas Mermeroi ſuffectus. nc pręſide eſſent, Nachoragan protinus præfectũ creauit, virum ſanè & elo-
quentem, & celeberrimum, qui commeatibus præparatis, ad exercitum ſe
conferebat. Dum hæc interea agerentur, mira quædam & planè nefanda in
agro Colchico obtigere. Nam poſtquam Romani, vt diximus, ignominioſiſſi
mam fugam inierant, rebus ipſis in partem hoſtibus & in prædam relictis,
Gubazes apud imp. duces accuſat. Gubazes Lazorum tunc imperator, quum minus ferendum aceeptum dede
cus duceret, veritus ne in maius delictum res ea prodiret Iuſtiniano mox ſin-
gula detulit, præfectos maximè cauſatus, & eorum dementiæ, quod aceidiſ-
ſet, aſcribens; Beſſam tamen acrius incuſauit, poſt hunc Martinum, & Ruſti-
cum. Ex Galata oriundus is erat, & Græcus; in exercitu verò nec ducis, nec
Ruſtici officium & auctoritas. præfecti munere fungebatur, nec miles quidem, quæſtor alioquin, & regiæ
pecuniæ cuſtos, haud tamen earum, quæ militibus in ſtipendium pendeban
tur: (nam alteri erat cura hæc demandata) ſed quæ ex Imperatoris ærario ad
exercitum his & in præmium mittebantur, qui inſigne aliquod facinus in bel
lo geſſiſſent: qua ex re non obſcurus is erat, ſed præporens factus, atque ad-
eò vt arcanorum eſſet inter cęteros particeps, ita vt firmitatis tum plurimum
& fidei principum dicta viderentur habere, quum illi placerent. Iuſtinia-
nus verò & ſi Beſſę antea ſuccenſebat, quia Petram præſidium ante Merme-
rois aduentum in poteſtatem redactum amiſerat, quum è regione Hiberiæ
fauces omnes fuiſſent huic ex præfecturæ officio obſtruendæ, loci præſer-
tim adiuuante natura, & Lazici agri montes inuij barbaris faciendi: id tamen
præ ignauia facere intermiſit, ſed tempus incaſſam terens ciuitates obibat
Beſſas à Iuſtiniano proſcriptus. ſuæ traditas poteſtati. Quorum omnium Imperator nihil oblitus, & recen-
tibus malefactis facilè perſuaſus, Beſſam confeſtim exautoratum, priua-
tumque omnibus bonis in * Asbaſcos exterminauit, ibi tamdiu manſiurum,
** Abaſgos* quoad de eo aliud decerneretur. Martino autem & ſi erat infenſior, permiſit
tamen præfecturæ primatum; ita vt inter præfectos primus is eſſet, & ſecun-
dum locum Iuſtinus teneret: poſt hunc Buzes, deinceps item & cæteri ſigil-
latim ſubſequerētur. Martinus tamen & Ruſticus vel antehac Gubazi erant
infenſiores, cum eoq; inimicitiæ interceſſerant grauiores, ita tamen, vt ad-
huc latitarent, ex inuidia alioquin haud longè antea cœptæ, præq; aſſidua &
inconſiderata ſuſpicione maximum in modum excreuerant. vnde quicquid
Simultates inter Gubazem et duces. per Gubazem gerebatur, ex affecti animi libidine ſcrutabantur: & quum ni-
mium ex odio hi angerentur, reuocatam moleſtiam confirmabant. Gubazes
igitur illorum in ſe animaduerſa maleuolentia, vicem vt redderet, verbis in-
ceſſendo prouectus, ignauiæ illos & inſolentię ſæpe inſimularat, vt quibus
curæ nil eſſent, quæ gerenda neceſſario viderētur, atq; adeo vel in ipſis ſym-
poſijs, vel fortè conuentibus odiſſe hos pręſe tulerit. vnde nec oratores fini-
Ducũ in Gubazem conſultatio timarum gentium, hos vt adirent, is permittebat. Quæ ſanè quum hi minimè
ferrent, & ex delatis paulo antè aduerſum ſe ad Imperatorē criminibus iam
ſatis callerent, nō hunc deſiturũ de cætero ſe criminari, vtcũq; fortè delique
rint; mutuo inter ſe inibant conſilia quemadmodũ Gubazem procul ab ſe
propulſarent, & in præſenti ex eo pœnas exigerent, & in futurũ hunc minus
formidarēt. Vbi igitur diu eſt inter hos conſultatum, ei ſtetere ſententię, non
prius Gubazē obtruncare, quàm imperatorē tentaſſent. Mittunt itaq; Byzan
tium Ioannē Ruſtici fratrē, Imperatori qui nunciaret, Gubazē Perſarum par
Calumnia contra Gubazem. tes tutari fuiſſe deprehēſum. Ioannes itaq; ſeorſum Imperatorē alloquitur &
Gubazē defectionis inſimulat, abiturũq; mox dicit ad Perſas, ſeq; his paulo

pòſt

poſt ac ſua omnia proditurum, niſi extéplo coërceatur. Imperator igitur rei abſurditate obſtupefactus, nondum tamen ita rem fore omnino crediderat. Age, inquit, curate ad nos ille vt veniat, tum Ioannes veritus, ne illo aduenié te detegerētur inſidiæ: quid ergo, ſubdit, ſi ſponte is veniendum nō duxerit? num erit cogendus vt veniat? Imperator itaq; Quum noſtræ ſit is ditionis, re ſpondit, quauis eſt arte mittēdus. Ioannes verò ad ea ſubiecit; Si coactus ob ſtiterit, quid deinceps agendum? Quid aliud, inquit, niſi vt quæ pati tyranni ſolent, ea hic patiatur, & peſſimis deperdatur modis? nil ergo, Ioannes ait, ei erit verendū, qui hunc obtruncauerit? minimè, inquit, ſi obſiſtendo & minus obtemperando, vt hoſtis, diſpereat. Hæc ferè eadem Imperator ad præfectos perſcripſit. Ioannes verò quum ſatis hæc fore ad ea, quæ ab Imperatore quæ ſierat, duceret rurſum ſe ad Colchos cū literis recepit: quibus perlectis, Martinus & Ruſticus inſtructum decentius dolum comperientes, ad patrandum facinus protinus proceſſerunt. Iuſtino itaque & Buze ad ſe conuocatis, conſilio occultato, ad Gubazem eſſe dicunt quamcelerrimè contendendum, cum eoque conſultandum, quo pacto ad Onogorim Perſas inuaderent. Tum illi his præſtita fide, vnà iter arripuerunt. ſequebatur hos pars non magna exercitus. Gubazes verò, vbi ad ſe ire præfectos cognouit, hoſtile nil ſuſpicatus, circa Cobum amnem his obuiam miſer incautus quidem & fidens procedit cum paucis, & his quidem inermibus, nec ad bellum paratis. quur enim non ita veniſſet ad amicos & familiares, ac terræ cuſtodes, & qui ſe ac ſua à peregrinis hoſtibus liberaſſent? Itaque omnes vbi in vnum conuentum eſt, equis adhuc inſidentes inter ſe diſſerebant, quemadmodum eſſet res præſens adminiſtranda. Tum Ruſticus; Age, inquit, ô Gubazes, cura nobis aduerſus Perſas euntibus opem ſimul vt feras, & laborem inſumas. Perſis nanque Onogorim inſidentibus indecorum videtur tamdiu vt permittatur, intrepidè vt noſtra poſſideant, præſertim quum pauci ſint & imbelles. Tum Gubazes; Vobis, inquit, ô ſtrenui, hac erit in re præcipuè contendendum, qui ſoli eorum, quæ proximè obtigere, cauſam præbuiſtis. nam ſi in rebus gerendis capti non ea deſidia fuiſſetis & animi puſillitate, haudquaquam hoc tempore noſtris ceruicibus præſidium id immineret, neque ignobiliter adeo fœdeque fugam cepiſſetis, nec demum eorum aliquid accidiſſet, quæ minus decerent. Nunc itaque, ô viri optimi, ſi gloriæ amatores vos eſſe fatemini, & animo principe non indigno nunc gloriamini, recuperanda ſunt vobis, quæ per negligentiam amiſiſtis: ipſe verò nec vos antea ſequor, nec prius bellum ſum initurus, quàm ea vos omnia in integrum ſarciatis, quæ iam deliquiſtis. Tunc Ioannes perinde qnæ reſponderat Gubazes, ſatis iam eſſent ad præmeditatæ defectionis & tyrannidis argumentum, vt fuerat antea malorum prænuncius, euaginato clam pugione, Gubazi pectus mox ferit, ſed non letale illi inflixerat vulnus. tum Gubazes, vt erat eques, & appoſito fortè pede equi ceruicibus inſidebat, protinus corruit; non adeo, vt reor, ex manu inflicta iam plaga, quàm re ſubita conſternatus. Interea dum Iolo is volutatur, dum aſſurgere nititur, adſtitit Ruſtici iuſſu confeſtim ſatelles, & enſe caput diuerberando Gubazem confeſtim obtruncat. Iuſtinus verò & Buzes pro re geſta angebantur quammaximè, & ægerrimè id ſcelus ferebant: quieti tamen manſere, Imperatorem rati prudenter eam licentiam repreſſurum. Lazorum tamen exercitus omnis perturbatione ingēti affectus, acriter adeo ob regem amiſſum indignabatur, vt neque ſe intermiſcere Romanis in poſterum vellet, nec bella gerere: ſed mortui interea pro eorum ritu procuratis funeribus, tanquam ſine bello futuri, à Romanis ſeceſſerant, vt qui graui affectos ſe contumelia crederent, & patriam amiſiſſe iam dignitatem. Et ſanè Lazorum gens maxima eſt, & natura inflatior.

Ioannes aſtutem agit.

Martini & Ruſtici ducum fraudes.

Gubazes vulneratur.

Gubazes occiditur.

Lazis innata quædam animorum elatio.

nam & in alios imperium habent,qui pari magnitudine præſtent, veteriq́ue Colchorum nomine iactabundi ſupra quàm decens eſt gloriantur, & fortè non temere admodum: ſiquidem inter gentes, quæ ſub alieno imperio ſint conſtitutæ, nuſquam equidem nationem aliam viderim inclytam adeo atq; felicem,& ampliſſimis diuitijs, ſubditorumq́ue multitudine celebrem, opportunioribus inſuper locis, neceſſariarumq́ue rerum abundantia, & optimorum denique morum ornatu & dexteritate tam nobilem. Iſtorum maiores Colchi illi & priſci habitatores,prius quidem maritimorum bonorum erant prorſus ignari, vt apud quos non antea fuiſſet celebre aliquod fanum, quàm ad ſe Argonautæ perueniſſent.Sed huius temporis Colchi ſedulo nauigant,& mercaturæ referunt lucra:quo fit vt nullo pacto ſint barbari,nec ſanè barbarè viuunt,ſed ad cultiorem viuendi modum ſe tranſtulerũt,pro Romanorum aſſidua conſuetudine:ita vt ſi quis æneis pedibus tauros demat, & prodeuntium è terra gigantum, & alia plæraque portentuoſa & fidem vix ſacientia,quæ Aeetis cuiuſdam poëmate iactitantur, proculdubio comperturus præſentia ſis longè plurimum prioribus potiora. Iſtiuſmodi itaque Lazi iſti quum ſint, non iniuria ſe intoleranda quædam perpeſſos arbitrabantur, vt qui ſuo eſſent imperatore nulla ratione priuati. Martino interea ad id concitante,confeſtim Romani vniuerſis viribus ducebantur, Perſas ad Onogorim præſidium inuaſuri. Onogoris verò hic locus ab antiquo id cognomenti ſortitus eſt. Hunnorum nanque antea fuerat, qui & Onoguri dicebantur: & quia ibi cum Colchis prælio decertaſſent, deuictiq́ue ſint,in eius rei memoriam,& trophæi in ſignum, id loco inditum nomen: nunc verò apud multos non id nominis tenet, ſiquidem quum beatiſſimi Stephani, quem pro optima Chriſtianorum opinione omnium primum ob Chriſti nomen certamen iniſſe,& ab aduerſarijs obrutum lapidibus ferunt, eódem templum inædificatum fuiſſet, eius ex nomine vocitari & locum inſtituerunt. nobis verò nil fore impedimento exiſtimauerim, ſi ad loci cognitionem vetuſtiſſima & ſua appellatione vtemur. nam & hiſtoriæ longè magis id nominis conuenit. Romanorum igitur copiæ omnes ad iter ſe præparabant, vt Onogorim ſtatim contenderent. nam & ſceleris autores in id incumbebant,ſpei iam pleni, diruere ſe præſidium poſſe,& hac via fore credebant Imperatorem, vel ſi id reſciſceret doli,quem ipſi ſceleratius commiſiſſent, vt ſibi non acrius ſuccenſeret. Præfecti igitur omnes cum vniuerſo exercitu in Archæopolis campo, caſtris iam communitis,teſtudines,vineas,baliſtaſq́ue & alia tormentorum genera machinabantur. Eſt autem teſtudo viminibus intertexta, concamerataq́ue,& in tecti ſpeciem facta firmior quidem præ denſitate, & ipſo curuamine eodem contextu latera habet ad ſolum vſque demiſſa & protegentia ſubeuntes,ne à latere feriantur. coria deſuper vndequaque ſuperiniecta & obfirmata integunt machinam,vt maiori ſint munimento, ſagittarumq́ue & iaculorum ictus excutiant. intus milites ſunt in tuto deliteſcentes, qui machinam trahunt, & quacunque volunt, deportant; vbi verò vel turri vel mœnibus hæc applicatur, tunc maiori ex parte milites adiacentem terram amoliuntur, qua frequenter auecta fundamenta mox nudant. vectibus deinde & dolabris continenter incuſſis, ædificium quatiunt, & demum demoliuntur. Interea verò per Iuſtini ſatellites Perſa vir quidam comprehenditur, qui circa præſidium vagabatur. is in caſtra confeſtim delatus, quæſtione habita cogitur vera profari,& ſibi quid vellent hoſtes,edicere. Tortus itaque, Nachoragam dixit in Hiberiam iam perueniſſe, ſe autem miſſum,vt qui in præſidio eſſent,bona ſpe confirmaret,ſignificaretq́ue & præfectum ocyus affuturum. Referebat præterea & Perſas,qui ad Muchiriſim eſſent, & Cotaiſim collocati,dixiſſe:non longè poſt & ſe ſuppetias aduenturos, quum certiores eſſent de

Lazorum opes.

Onogorim Romani recipere conantur.

Onoguri quoque dicti Hunni.

Onogoris obſidio

Teſtudo bellica.

Explorator capitur.

deRomanorũ in ſe aduentu iam facti. His verbis quæſtione extortis, Roma-
ni de rebus præſentibus ſedulò conſultabant: ſed Buzes eius ſententiæ erat; *Buzis conſilium*
vt cum vniuerſo exercitu hoſtibus in ſe aduentantibus mox obuiam irent:
quibus erat neceſſe propter paucitatem deuictis, vt id ſequeretur, vt Perſæ
qui in præſidio eſſent, iam deſtituti quamprimùm ſe dederent: quòd ſi vel for
tè obſtiterint, paruo hos momento deperdi poſſe rebatur. Placebant hęc di-
cta Vlilago Herulorum præfecto. vnde is vſurpatum prouerbium, & ſi barba *prouerbium barbarum.*
rum & parui momenti, vtile tamen & alicuius energiæ identidem prædica-
bat, primum abigendas apes eſſe, deinde & mel ſubtrahendum. Tum Ruſti-
cus, vt audax iam & violentior factus, perindeq; ex nefario ſcelere fremens;
& cum Martino per flagitium inita concordia, Buzem & ſi optimè conſulen- *Ruſticus Buzis*
tem infeſtius & contumelioſe coarguebat, vt minus quæ in rem forent ani- *cõſilio repugnat.*
mo agitantem: ſed longè potius fore aſſeuerabat, vt ſuperuacaneo labore
exercitum minus defatigarent, ſed eueſtigio applicarent præſidio copias;
quibus id dirui facilè poſſit, & auxilia aduentantia præuenire, ac paucos his
obuiam mittere, qui eos morentur, ne fortè ex improuiſo in ſe impetum fa-
cerent. Buzis tum vt pro rei natura, ita & optima belligerandi arte, longè me *Vincit conſilium*
lius conſilium erat, & facta ſimul cum ſecuritate præbebat. Sed quum om- *peius.*
nis multitudo patrati ſceleris vt particeps facta, ſceleſti facinoris autores
principes ſequeretur; deterior & planè inutilis ſentẽtia vicit, vt extemplo hi
luerent pœnas. In Perſas igitur, qui ex Muchiriſe veniebant, equites ſexcen-
ti mittuntur, quos Dabragezas & Vſigardus ductabant barbari genere, Ro-
manorum tamen cohortium duces: cæteri omnes cum ipſis præfectis præſi-
dium ſtatim operam nouando aggrediuntur. nam machinis & operibus cõ
feſtim admotis, portas amoliri tentabãt, mœniaque celeriter obeundò, vn-
dique tela in hoſtem iaculabantur. Perſæ verò (nam & hi quidem ex propu-
gnaculis excurrentes, vtcunque licebat, ſeſe ex inſtantibus tuebantur) cre-
brius ſagittando, exterioraque defendendo. linteos nanque, & culcitras ex
ſummo ſuſpenderant, quibus & ictus hebetiores reddebant, & vbi primùm
inflicti eſſent, inuoluebantur. Summa itaque cum diligentia & animi prom-
ptitudine bellum vtrinq; & inuicem gerebatur, & ſpectari iam poterat acie
magis quàm obſidione de ſumma rerum decerni. tantus ex vtraq; parte tu-
multus excitabatur, & in rebus gerendis ardor & oſtentatio, his quidem pro
ſalute pugnantibus, vt non mediocri inſtante diſcrimine; illis enixè iam faci
entibus, quia indecorum admodum videretur, ſi re infecta in præſenti abſce
derent, & iteratò eſſet ad hos redeundum, vel non ſtatim præſidium cape-
rent, & huius propinquitate Archæopolim liberarent. Perſæ interea ad equi *Perſæ cæſi.*
tum tria milia & bellicoſi, acie inſtructa, ex Cotaiſe Muchiriſeque mouerũt,
Onogorim petituri. hi quum incautius fortè progrederentur, perinde hoſti-
le nil veriti, in Drauagezam & Vſigardum præfectos derepente incidunt,
quos hi ex inſperato turbatos extemplo in fugam verterunt. Qua re Ro-
manis renunciata, audacius ex re bene geſta & mox impetu facto, de præſi-
dio pendentia vela ſubtrahere, & perinde omnia direpturi, & hoſtibus in
fugam actis, ac nemine repugnante, paſſim per muros diſijcere. Dum hæc
peraguntur, equites illi, qui ſuis auxilio veniebant, vbi certiores ſunt fa-
cti, non vniuerſum Romanorum exercitum, quod prius crediderant, in
ſe irrupiſſe; ſed perpaucos quoſdam, tanquam exploratores potius, quàm
bellatores reliquos eſſe; confeſtim ſeſe in hoſtes barbarico & maximo v- *Victi perſequẽtes*
lulatu ex fuga conuertunt, quorum quum impetum & ſubitam rei immu- *ſe perſequuntur.*
tationem Romani minus tuliſſent, retrocedere ſtatim coguntur, & ma-
gna celeritate fugam capeſſere, inſectantibus quamproximè Perſis, atque
adeo vt vnà deferrentur, quum hi hoſtes vt caperent, illi vt fugiendo euade-

rent niterentur. quo factum eſt, vt tam inſectantes quàm fugientes ad Romanorum alia caſtra mixti peruenerint: vbi tumultu, vti par erat, protinus excitato, Romanorum copiæ omnes contempta obſidione, & proxima præſidij euerſione nil magni facta, cum præfectis ipſis abibant: & præcipites adeo, vt ne tamdiu ſint fugam morati, quoad ſaltem reſciſcerent, quid nā eſſet, quod gerebatur: quotúe hi forent, à quibus tam turpiter fugarentur; ſed irreuerſim deferebantur, perinde limphatici & pauore ſubito perciti tumultuabantur. Perſæ verò audentiores iam facti, acrius Romanos inſectabantur. acceſſerat & præſidiarij militis manus, quæ quum ex ædito quæ gererentur, ſpectaſſet, ex præſidio mox prodeundo ſuis ſe immiſcuerat. vnde alterna exhortatione hoſtes in fugam apertius compulere. Quo factum eſt, vt Romanorū iam equitatus facile extra iactum ſagittarum effuſo curſu eueheretur: pedites tamen quammulti cadebant, in Cithari fluminis ponte nimium coarctati, vnde tranſeundum omnino his erat: vbi quum præ loci anguſtijs euadere non multi poſſent, concutiendo ſe inuicem, alternisque compellendo, in vndas partim præcipitabantur, partim quum retro ſe verterent, vt quà venerant redituri, in manus hoſtium ventitabant, & erant paſſim mala malis immixta. Et ſanè nil ambigo fuiſſe ad internecionem omnes caſuros, ni Buzes præfectus vociferantibus & ingemiſcentibus ſuis, cognita periculi magnitudine, ſe cum familiaribus copijs conuertiſſet, ac barbaris obſiſtendo ſenſim inſectationem intercidiſſet, quouſque ſui ponte tranſgreſſo in tuto, vbi & cęteri, conſtitiſſent. nam & ad alia caſtra, quæ proximè Archæopolim metati iam fuerāt, nemo ſe nec vnus quidem à fuga recepit, ſed præ formidine hæc prætergreſſi, in intima loca incolumes profugerunt, relictis omnibus, quæ in caſtra fuerant antea per ſe importata, ſiue victui neceſſaria, ſiue alia & cariora maiorisque precij: vnde non ſolum glorioſam & ſuperabam, ſed vberem & lucroſam hoſtibus victoriam conceſſere: qui quum campos hominibus vacuos comperiſſent, ſolutis munitionibus, & omnibus quæ intus eſſent, in prædam actis, læti & alacres redierunt, & prioribus ſunt locis potiti. Veruntamen quur non perſpicuum fuerit, diuinam iram pro ſanguine tam impiè fuſo, Romanorum copias fefelliſſe, ne ea, quæ in rem eſſent, viderent; quum peiora ſibi conſuluiſſent? Siquidem quum ad hominum quinquaginta milia eſſent, à milibus tribus Perſarum fugati tam ignauiter ſunt, & cum magna ſuorum iactura, quum alioquin & hi, qui fœdi eſſent facinoris autores, & ſanguine ſe inquinauerint, haud longe pòſt pœnas dederunt, vt in progreſſu ſumus explicaturi. Hyeme igitur iam ſubeunte, per caſtella atque pręſidia vniuerſus exercitus diſpergebatur, vt cuique erat, vbi iam hibernaret, iniunctum. Interea verò Colchorum res in ambiguo erant, & magnum in modum obturbabantur, quum principes omnes dubij animi eſſent, quorum nam fierent, aut quorſum ſe verterent: vnde & in quoſdam ſub Caucaſo monte ſeceſſus, in occulto gente vniuerſa coacta, ne Romanis de quibus conſultaretur, notiora forſitan fierent, in concilio propoſitum eſt, vtrum eſſet ad Perſas deficiendum, an de cætero apud Romanos manēdum. Tum multa in vtramque partem dici iam cœpta. Alijs itaque atque alijs in diuerſa hortantibus, confuſius & turbulenter concilium inibatur, quum nemo vel proderet nomen, vel quid diceretur, intelligere apertius poſſet. Tunc verò qui inter hos potentiſſimi erant, multitudini indicto ſilentio edixerunt, vt qui dicere aliquid vellet, ex ordine confeſtim prodiret, & agenda quæ viderentur, diſſereret; quicunque is eſſet vir. Itaque perfacundus quidam, cui nomen Aeetes erat, perquamgrauiſſimè præ cęteris omnibus, quod contigiſſet ferebat: quū aliàs eſſet Romanis infenſior, & Perſis ſemper accederet: vnde & eo magis cauſæ æquitate abuſus, in maius ſemper rem geſtam extollere, & pręter modum

Buzes ſuos ſeruat.

Pœna diuina, propter cædem Gubazæ.

Conſultatio Colchorum.

dum adnitebatur, nec præſentibus in rebus opus conſulto fore dictabat, ſed ad defectionem extemplo progrediēdum. Obſtantib. alijs, & affirmantibus, haudquaquam prius eſſe de tota vita deliberandum, quàm ſibi maturius cõ ſuleretur, quid nam ſit factũ potius viſum: Aeetes demum vbi in medium & turbulentius proſiluiſſet, tanquam in liberi populi concione, orationē habuit & hanc luculentam. erat nanq; ſuapte natura ad dicendum hic promptior, quàm barbarorũ ferat conſuetudo, vt qui ex ſententijs videretur naturæ dexteritate ex arte loqui. dicere itaque hoc modo exorſus eſt. Si verbis nos qui offendiſſent Romani, verbis item & nos in eos agendũ exiſtimaremus. nunc *Aeetis ad Colchos oratio.* verò tolerari quo pacto id poteſt, quum ipſi quibuſuis nos & grauiſſimis malis affecerint? nobis verò id temporis ad reddendam vicem opportunè oblatum, differendo & conſultando iam defluat. neq; enim affirmari id poteſt, & ſi hoſtes hi ſunt, haud tamen re ipſa hoſtiliter in nos ſe geſſiſſe iſtos deprehēdi. nam & coniectura id percipi poterat, ſi modò vel animo id voluiſſent: & ſanè qui ſi rem geſtam velint pro certo iam confirmare, haudquaquam argumenta ſunt ei commemoranda, quibus inſidiæ latentes pateſcerent. Gubazes noſter ille & tantus tam miſerè nuper deperditus eſt, ac quiuis poſſet è turba neglectior homo deperdi. Euanuit Colchorum vetus dignitas illa, nec de cætero nobis, vt alijs imperemus, eſt annitendum; ſed gratiæ loco habendum, ſi modò liceat ab his non multum imminui, quos olim in poteſtate habuimus. Quo igitur pacto non abſurdũ maximè id videatur, ſi ſedendo nunc de his conſulteinus, quibus noſtra coërceantur, & vtrum Romani amici, an inimici habendi ſint, iudicemus? Enimuerò vos eſſe non neſcios decet, Romanorum audaciam non eotenus ſtaturam. quod ſi patratum id crimen nos his relinquamus, haudquaquam à cœptis deſituri hi ſunt, ſed vel quietos impudentius perdent. ſunt nanq; neſcio quo pacto nimium in ſubditos audentes, & aſſueti qui ni ſibi geſſerint morem contemnere. habent iſti & imperatorem nequiſſimum, & quem plurimum iuuet aſſidua rerum pręſentiũ commutatio. quo factum eſt, vt extemplo cædis ſit ſcelus admiſſum, illo quidem ſuperbè iubente, his promptius iuſſa adminiſtrantibus. Et iam prorſus euertimur, quum nec priores ipſi iniuriam intulerimus, nec aliâs odia interceſſerint, ſed ea qua prius nitebantur conſuetudine, teneri hi ad id tempus videntur. nam omnium ſceleſtiſſima commiſerunt, vt qui tam ſubitò crudelitate, odio, furijs ſint & eiuſmodi cæteris ingurgitati. Haud tamen iſtiuſmodi Perſarum ſunt mores, ſed plurimum differunt. hos nanque, quibus cum amicitiam ſemel conciliarunt, conſeruare firmius adnituntur, & iram in hoſtes tamdiu exercent, quamdiu ſunt hoſtes. Sed vellem equidem priſtinas Colchorum Reipublicæ nunc vires adeſſe, ita vt nec peregrinis & aduentitijs quoquam pacto præſidijs indigeret, ſed in omnes de ſe tam bello, quàm pace ſufficeret. Veruntamen vbi vel temporum varietate, vel aduerſante fortuna, vel vtriſque ſimul vrgentibus, ad id tandem impotentiæ venimus, vt ſub aliorum ditione nunc ſimus; longè potius Perſas duxerim adeundos, qui & modeſtiores videntur, & erga ſuos ſe beneuolos exhibent, & firmius tenent, quod ſemel ſanxerunt. hac via & de hoſtibus certiorem victoriam referemus. quia nõ omnino impunitum id facinus relinquetur: & in poſterum quæ profutura ſunt, ſi comparabimus, vt in tuto conſtituantur. Nam iſti, qui verſutis ſunt & ſubdolis moribus, & falſam pręſe ferunt benignitatem, verbiſque ex arte delinientibus credulos fallunt, inutiles proculdubio ſunt. His tamen de cætero vti nos minimè poterunt, quandoquidem intercedentibus inimicitijs, nulla nobis cum his ſit futura conſuetudo, ſed ſeorſum erimus & palam diſiuncti. Quòd ſi nos fortè oppugnare tentauerint, vbi omnino cum Perſis & Lazis his ſit ineundum certamen, & in hoſtili præſertim, profectò

noſtrorum nec primum quidem hl impetum ferent. nam & nuper vniuerſis eductis in prælium copijs, vbi cum tantula Perſarum parte manus cõſeruiſſent, in fugam turpiſſimam verſi, & ingenti accepta clade, præcipites abierei atque adeo, vt vel ad id tempus ex accelerato itinere ſpiritum trahant, & quum omnibus ſint imminuti, ſola celeritate ſe inſectantes vicerunt: cuius rei perſpicuam & promptiſſimam cauſam, eorum ignauiam fuiſſe quis dixerit, & praua conſilia. Iſtiuſmodi dedecora familiaria profectò his ſunt & innata, ad quorum naturæ ingenita mala patratum ad recens ſcelus acceſſit, & infortunium duplicauit: ſiquidem à prouidentia illa diuina ob admiſſum flagitium exciderunt. victoria nanque non armis adeo, ac pietate paratur. non enim reor bonitatis illius & ſummæ præſidio frui, prauos quoſdam & nefarios viros: vnde nec iſtorum quidem, ſi ſapimus, habenda ratio eſt, quibus nec bona mens inſit, & planè ſit ille infenſior, qui vniuerſis afterre ſalutem queat. Quòd autem facilè nobis res ſint proceſſuræ conducturæque plurimum, ac deo ſint ipſi acceptiores, ex factis potius liquet, quàm verbis: quin potius nec iniuriam videbimur intuliſſe, nec quoquam pacto perfidiæ arguemur. Perſæpe nos & ſi ante hac affecti per Romanos contumelia ſimus, in officio tamen permanendum cenſuimus, fore vaniſſimum iudicantes, leuiter adeo & quibuſuis de cauſis immutari, vel ſi fortè grauiſſimæ fuerint, & tolerabiles tamen, & non omnino abſurdæ. At ingentia detrimenta & inſanabilia pati, continenterque & ſine moleſtia ferre, reque nulla vel indecenti vel abſurdiſſima commoueri, non ſapientis eſſe aſſeuerauerim; ſed calamitoſi & timidi, & eius denique, qui ſub imperitię nomine deſidiam in Rebuſpublicis velit. Hoc verò cædis facinore nullum atrocius duxerim vſpiam gentium fuiſſe patratum, neque antehac factum videri poſſe: vnde nec illud quidem per nos contemnendum, quibus omnino futurum ignominiæ eſt, ſi Imperatoris videbimur nil reminiſci, vel occiſoribus eblandiri. Si enim liceret nunc ei adeſſe, quibuſuis modis nos increparet, & acrius noſtram animi incuſaret ignauiam: iſti verò omnium ſceleſtiſſimi pro commiſſo in regem tam atroci facinore, eius in terris nunc immorantur, è quibus pauloantè eiecti ſunt. Sed quoniam neque affuturus eſt ille, neque apud nos verba facturus: vos tamen hunc virum animis veſtris verſate, ac perinde in hoc noſtro conuentu aſtantem cogitando & imaginando conſpicite, intuemini oſtẽtantem exceptum ſub pectore vulnus, & caput, orantemque ſuæ gentis homines, de hoſtibus pœnas vt exigant. Proinde quis vos tolerabiles ducat, aut collaudet dubios tamdiu & conſultantes, vtrum par ſit à Colchis vt Gubazes id cõſequatur, vt ſcilicet ſui miſereantur? Nobis verò verendum erit, ſi deo placet, ne defectionis perinde indecentiam dum interea extimeſcimus, patrati ſceleris participes ſimus, ſi mortuo ſumendas pœnas relinquimus. quin potius vel ex eo perfidiæ arguemur, ſi eius duntaxat ex vita noſtram erga ſe metiendo beneuolentiam, illius memoria perfruamur. nam rebus proſperè ſuccedentibus, maioris demẽtiæ fuerit præcognita velle iteratò perdiſcere: rebus verò aduerſa fortuna delatis, inutile duxerim, non protinus ſe caſibus coaptare. eſt nanque firmitas omnis in his iudicanda, quæ ratione nitantur. præſentibus verò inſiſtere, haudquaquam ſemper eſt laudabile, niſi accedat cũ rebus ipſis & ſapientia. Quum autem illud contigerit, ea vt nos contemnamus, quæ opus eſt meminiſſe, & minus decentibus inhærendum ducamus, qui ad priora acceſſerit & ſemel contempta, magis eſt incuſandus, quàm qui ſe ad alia transferat. Si itaque Perſæ his auditis & cognitis, nos iure admittant & tueantur, quum bonitate hi, & animi magnitudine præſtent, & peridonei ſint finitimorum poſſe animos contemplari, & in terram hanc noſtram tam maximè opportunam, exercitusque hos ipſos ſatis percalleant, quos facilè

cilè multis pecunijs potiores hi duxerint, & eo magis, quo & volentes in ſocietatem ſint admiſſuri: quid aliud lubet præter id cogitare, niſi vt quàmprimum rem ipſam aggrediamur? & quid diu animo agitamus? hoc pacto & laudem conſequemur non mediocrem; & æquiora quædam ſumus facturi, & ad vtilitatem inuenta. Hæc vbi Aeetes denique perorauit, extemplo multitudo omnis elata, magnis clamoribus concitabatur, ne ſecus ac die eadem ad defectionem ituri; tametſi nec Perſas quidem ea de re certiores feciſſēt, nec alios ſuis in locis conſtituiſſent, per quos res tanta occuleretur, & prohiberentur Romani, ſi ſe fortè oppugnatum venirent, nec futura cætera his erāt præmeditata, nec planè præuiſum, quò eis eſſet cœptum id opus denique euaſurum. vnde confuſi omnes, & ſine ordine ferebātur. & ſanè id omni multitudini natura inſitum eſt, vt rerum nouitate & immutatione lætetur. Colchij tamen acerrimè concitabantur, non ſolum & barbarè, ſed quia æquiorem ſibi defectionis cauſam oblatam eſſe arbitrabantur. itaque Aeetis orationem quàmmaximi faciebant, & mirabantur. His igitur ira tumultuātibus, vir quidam Pharazes nomine, qui apud Colchios & autoritate valebat, & gratia, prudens quidem & popularis, iſtorum impetum retardauit, ardoremque fregit, deprecatus ne prius ad facta prodirent, quàm ſe audiſſent pauca diſſerturum. Vix tandem ſuis ob verecundiam his perſuaſis, & ſuo loco manentibus, Pharazes ipſe in medium prodeundo verba iſtiuſmodi fecit. Iuſtiòra quædam perpeſſi eſtis, ô Cholchij, qui vi quadam excultæ & nimium exintumeſcentis orationis eſtis iam animis obturbāti. Eſt ſanè eloquentia ipſa res quædam difficilis oppugnatu, quippe quæ vniuerſos mortales & capere, & perterrefacere queat, & eos præcipuè; qui haud dum fuerint quid de ſe oratio valeat, periclitati. Sed non omnino prudenti hæc animo, & ex rerum pendenti iudicio non peruincibilis eſt. Nolim igitur vos, quæ per Aeetem ſunt explicata, oblectent; conſiderantes ſola temeritate & conſuetudine hæc fidem feciſſe. Sed noſſe vos velim, quòd ſi vel grata hæc vobis admodum videantur, deligi tamen etiam alia poſſe, quæ longè ſint his potiora, & quibus perſuaderi vobis facilius liceat. Illud verò deceptionis perſpicuum vobis ſit argumentum, quòd qui falſa velit perſuadere, maiori quodam verborum ornatu & varietate is indiget, vnde delinimentis vtatur, quibus deſipientes pelliciat: eundem & ipſi in modum Aeete deceptiunculas proponente, etſi aliâs allicibiles quaſdam & planè abſurdiores, haudquaquam noſtis per vnū hunc vos ſeduci & falli. nam etſi aliud nihil, illud tamen in promptu poſitum quiuis inuenerit fallaciæ argumentum. nam in orationis principio aliud quiddam exorſus eſt, longè plurimum ab his alienum, quæ in præſentia agimus: ſiquidem perinde nobis omnibus, quæ obtigerunt, nil eſſe grauia aſſerentibus, nec eam cædem vt iniuſtam abſurdamque incuſantibus, & illud duntaxat conſiderantibus, num deliquiſſent, qui Gubazem occiderint, hos quidem criminari iam deſijt, quum alioquin de his, quæ cognita ſunt, quàmplurimis egit. Ipſe vt abominandos fore hos duxerim & infelices, & quos lubens viderim morte deperdi omnium atrociſſima, nec percuſſores ſolum, & qui illatis manibus cædem fecerunt, ſed & cæteros omnes, qui quum cohibere hos poſſent, pro arbitrio tamen agere permiſerunt, & eos inſuper quibus ſic voluptati cædes hæc fuit, vt non plurimum indoluerint: haud tamen, etſi ita afficior, ad Perſas ire expediret. neque id eam in partem quis ceperit, perinde par ſit æquitatem ipſam id ſibi congruens ſubſequatur, vt ſi alij nequiter egerint, & nobis neceſſe ſit patrias leges relinquere, & non potius eorundem odiſſe perfidiam, ſed in ſimilem opinionem concedere. Nunc verò quandoquidem quod ſemel euenit peractumque eſt, quo minus effectum ſit, natura haudquaquam admiſerit; cauendum erit

Vulgi noxia mutabilitas.

Pharazis ad Colchos oratio.

omnino, ne fortè dum per iram & animo conceptam moleſtiam conſultando obliuiſcimur noſtri, iudicium confundamus, omiſſa potiorum inuentione:ſed eotenus ſubtrahenda hæc eſt animi perturbatio,ne videamur id facinus neglexiſſe, & rebus ipſis in poſterum ita prouideamus, vt quamoptimè conſtituantur.Atqui deſipientium eſt,malis præteritis continenter indoluiſſe & angi:ſapientium verò,temerarios fortunæ caſus prænoſſe, & rerum viciſſitudine nil commoueri,nec cum his ſimul,quibus priuati iam ſumus, vel futurorum ſpem omnem amittere.Sed Aeetes iſte tam bonus conſultor, etſi antehac cum Perſis ſentiret,ad hosq; vos ſimul transferre cupidior ſit,proinde pueros nos nititur pauefacere,quum Romanos dixit nō his deinceps ſtaturos,quæ iam auſi ſint,ſed maiora nobis exhibituros negocia,& Imperatorem nouarum eſſe rerum percupidum, eumq; vt Gubazes occideretur,mandaſſe;vt iampridem id procuratum,decretumq; fuerit: & eiuſmodi narrans, effert laudibus Perſas,& demiratur, perſuaſurum ſe ratus,vt infenſiſſimis natura hominibus vltrò in ſeruitutem nos concedamus, volentesq; ad hos deſciſcamus.ad id nanque eius omnis contendit oratio,ipſumq; id etſi diu parturit,nūc machinatur,eius vt cogitata factis iam ad exitum proueha:& dum temere,indiſcuſſisq; rebus ad ea vos concitat,conſultandi ordinem confundit & turbat,ad idq́ue quod inutile eſt, demum traducit. Conſultatio nanq; ſemper pręcedere conſueuit,obſcuraq́ue & ambigua opportunè caſtigat:vbi verò mox cōſultando, quid ſit agendum,apertè dignoſcitur;tunc demum eſt vt adſit neceſſe,& conſequi velle,& peroptare,quæ placita ſunt.Iſte verò ex epilogo exordium facit, & prius eligit decernitq́ue, quàm rem apertius contempletur.Quid igitur ex conſilio ſequetur vtilitatis,ſi ea,quę prius ſunt decernenda,poſtremo conſtituantur?Vobis itaque,ô viri Colchij,præoccupatis re aliqua animis,finemq; vnum aliquem iam deſtinatum conſiderantibus,ad ea,quæ in rem faciant,& conquirenda,& conſultanda prodeundum eſt.Poſſunt nanque neſcio quo pacto violari rerum euentus,& ad animi voluptatem traduci:quum contrà vt fieret decentius eſſet,vt eas in res ſimplex quædam & libera cogitatio ita immitteretur,vt caſus maturius decernendo, ad ea denique perueniret,quæ profutura omnibus eſſent.Sic itaque conſultantibus nobis protinus videretur,neque ex Romanis agminibus, neque ex omnium præfectorum conſenſu,& eo minus nec Imperatoris Romani, Gubazi comparatas fuiſſe inſidias:ſiquidem apud hos celeberrimum ſit, & planè indubitatum, Ruſticum & Martinum noſtro regi ob eius felicitatem magnopere inuidiſſe,vnde & in voluntariam præcipitaſſe infelicitatem; quum ſatis conſtet, præfectos alios nullam his opem in nefario ſcelere attuliſſe, ſed præ ſe potius rem ægrè tuliſſe. quocirca iniquum pariter atque inutile duxerim,vt vno quodam,vel altero delinquente,in omnes ſimus & communes leges iniuriam illaturi, quas vtique per nos obſeruandas ſtatuimus, Rempublicamq́ue vniuerſam, & conuerſationem diutinam & peramicam proditurì nūc ſimus,& demum tam leuiter euerſuri, vt eos inſuper prodidiſſe coarguamur,qui has terras tuentur, diſcriminaq; & multa ſuſceperint, vt ipſi tot bonis affecti viuere tutius valeamus; & quod omnium impijſſimum

* μυστηρίων, ſacramentorum.

foret, vt rectiorem ad dei cultum opinionem, ita & ſacrorum & * arcanorum videamur venerationem ſpreuiſſe.quî enim non id agere nos videremur,ſi ad eos,qui deo ſunt infenſiſſimi,conceſſerimus? Qoud ſi prohibituri nos fuerint,ne in noſtro hoc cultu de cætero maneamus, in ſuumq; fortè auerterint; quid ea re eſſet grauius toleratu, quandoquidem vel viuentibus nobis eſſet mors obeunda? Quid enim ex eo eſſet emolumenti futurúm, ſi Perſidem vniuerſam (ita vt dixerim) conſecuti, animæ iactura afficeremur? Qui ſi fortè vel noſtris nos ritibus viuere ſint permiſſuri, haud tamen ſtabili bene-

beneuolentia proſequentur,ſed falſa & ſimulatā,& neceſsitati admenſa.qui enim varia ſenſerint,verſari ſimul nil poſſunt:& ſanè nec timore intercedente, nec beneficio duce fides in his ſtabilis manet, ni fortè eadem & rectius ſenſerint.ſic enim nobis & cognatione iungerentur, & fide. ſin verò defore hæc viderentur, nominetenus familiaritatem prætenderent, factis verò alieniſſimos ſe exhiberent. Sed qua nam bonorum ſpe ducti, ad Perſas ſumus nos tranſituri?qui vtcunque nobis futuri ſunt hoſtes,nec plus aliquid ſumus ab his habituri, quàm nunc habemus, niſi quòd eo facilius affici per hos iactura & maiore quadam poterimus,quo ex occulto poſſit minus caueri,quā ex aperto.Sed concedatur,neque iniquius fore id facinus,nec indecorum,ſi ad hos deſciſcamus: fateamur præterea Perſarum mores & ſtabiles eſſe, & fidos,& qui ſemper in pactis & conuentionibus perſenerent; velim etiam nihil ſint nobis impedimento futuri. At virium nobis ſatis non erit, quo enim pacto ad alios ſumus nos conceſſuri, Romanis inſtantibus tanta hominum copia fortiſſimorum, & tot peritiſſimis præfectis illas ductantibus? vel quouis modo non pœnas denique luituri, quum Perſæ ipſi, qui nobis opem eſſent forſitan allaturi, procul hinc in Hiberia commorentur; Romani verò, qui nos affecturi ſupplicijs ſint,terras has omnes iam occuparint, & noſtras inhabitent ciuitates?Porrò vir iſte perſtrenuus, nec noſtrum quidem impetum Romanos dixit laturos,cuius rei in argumentum his vtitur, quæ pauloantè in bello his obtigerunt. Sed quis nam ignoret belli viciſſitudines non certa neceſſitate accidere,nec eos,qui nunc fortè falluntur,eandem ſemper ſortiri fortunam,ſed aliter longè, vt pleraque, euenire: ſiquidem compertum iam ſit,ad victos ſæpè redire victoriam,& calamitoſos fortunam plerunque iuuare.Non igitur vobis eſt ſupraquàm deceat, his confidendum,quòd Romanis ſit conſuetum in omnibus certaminibus vinci. nam ſi ea ſolum de cauſa ſunt hi ſuperati, quia quæ in rem eſſent, non rectè ſatis conſuluiſſent; cauendum nobis eſt potius iſtorum exemplo, & ex prauis conſilijs præcauenda pericula. non enim ſat liquet, vtrum hos ſitis tam facilè ſuperaturi. par nanque eſt,qui prius iam deliquere, vt experientia moniti, quæ vitanda his ſint,de cætero non ignorent,& olim neglecta futuris in rebus adhibita diligentia ſarciant.Quòd ſi his deus infenſior eſt,quia tam prauum admiſerint facinus,& iccirco his malis afficiuntur: quid opus & vos deo adeſſe, & operam ſimul inſumere,perinde haudquaquam de ſe ſatis is valeat, quæ æquiora ſunt exercere,ſed veſtra ad id exequendum indigeat ope? Cæteris verò quid relinquetur impietatis,ſi pietatis apud nos præcipuum bonum non honoratius ſit ad Perſas deficiendo futurum? quod ſanè vel quieſcentibus nobis decenter opitulatur. Sed nemo veſtrum mortuum producat in medium Gubazem,verbis perinde inſtrenuè admodum & flebiliter quiritantem, ac ſuos,dum ſe cæſum oſtentat,orantem vt ſui miſereantur:quod vtique prauis ignauiſque animis potius forſitan congruit. non enim regi & Lazorum præcipuè,& Gubazi ipſi deploranda hæc fuerint.nam ſi nunc ille adeſſet, profectò vt dei vir amantiſſimus prudensque,iſtiuſmodi vos velle inſimularet, iuberetque bono animo eſſe, nec adeo emolliri, vt ſeruiniorum more fugam capeſſeretis; quin potius Colchia illa & libera reſumpta iam animo fortitudine, occurrendum eſſe calamitatibus duceret, neque ad facinus turpius aliquod prodeundum,& patrijs indignum legibus; ſed præſentibus inſiſtendum rebus,parendumque,& bene ſperandum, haudquaquam deum Lazorum gentem paruifacturum. Proinde quo pacto non abſurdum id fuerit, vt is,qui violenta morte occubuit, tam decenter hæc cenſeat; nos verò, qui erga hunc beneuolentiam fortè ſimulamus,aliter longè,ac ipſe ſentiat, ſentiamus?Sed vereor equidem, ne ea & ſola de cauſa,quia hæc animo agitaui-

mus, quàmmaxima ſimus ſupplicia ſubituri. nam ſi dubijs in rebus, ſpeq́; ambigua ad Perſas defectionem animo verſaremus, eſſet vel id fortè moleſtius, in rerum tantarum motu à fortuna dependere; ſed licuiſſet forſitan eos, qui ad Perſas deficiendum eſſe prædixerant, intrepidè obiurgare. Verùm quum vndequaq; apertè id malum eſſe arguitur, quo pacto non hi digni odio ſint, qui in eam vos cogitationem induxerint? Quemadmodũ igitur vobis ſit ab his deſiſtendum, mediocriter iam explicauimus: nunc verò quę geſta ſunt, vt Imperatori renunciētur, decerno; vt quamiuſtiſſimè ſceleris puniat autores. Quòd ſi illi id agere animo inerit, deſinent tandem aduerſus Romanos noſtra iam odia, & cum his rurſum & bella gerere, & in expeditionem ire poterimus, ac priſtinæ conſuetudinis participes fieri. Sin minus, erit tunc denuò conſultandum, vtrum aliò diuertere cõferat. Si ita egeritis, nec mortui regis oblitos nos fuiſſe conſtabit, nec petulanter potius, quàm prudenter res noſtras geſſiſſe. His dictis Colchi in aliam ſunt ſententiam verſi, ad idq́; præcipuè ea inducti formidine, ne ſi ad Perſas deſciſcerent, paterentur ſimul diuinj & optimi cultus iacturam. Poſtquam igitur Pharazis ſentẽtia vicit, extemplo ex gente primores quidam & nobiles, Iuſtiniano Imperatori, quæ in Gubazem patrata iam eſſent, renunciarunt omnemq́; illi fallaciam aperuere, & ſedulò confirmarunt; nec illum cum Perſis ſenſiſſe, nec deprehenſum fuiſſe aduerſus Romanos aliquid conſultaſſe: ſed mortis eam ſibi fuiſſe occaſionem, quia Martinum & Ruſticum, eorumque ſimul familiares in delicijs potius degentes, quàm gerentes bella, & pleriſque in rebus per deſidiam delinquentes, ignauiæ coarguiſſet, nec iniuria his ſuccenſeret. vnde & illos eam in Gubazem criminationem non ſolum commentos fuiſſe, ſed vel innoxium obtruncaſſe. orabant igitur, vt defuncti iam animæ id ſaltem gratiæ fieret, vt tantùm id facinus non impunè omitteretur, ſibiq́; nouum * Imperatorem præficeret, nõ peregrinum vel aduenticium quempiam, ſed Zatem Gubazis germanum fratrem iuniorem, qui tũc fortè Byzantij verſabatur: demũ vt leges his patriæ ſeruarentur, ex regioque & priſco genere principes. Iuſtinianus igitur vbi ęquiora eſſe poſtulata ſunt viſa, Athanaſium protinus iuſſit, conſultiſſimum virum, & primorem locum in conſilio nactum, ad exercitum ire, & patrati iam ſceleris veritate inſpecta, pro Romanis legibus noxios condemnaret. Vbi eò peruentum eſt, Ruſticum Apſaruntham oppidum confeſtim tranſmiſit, vbi in carcerem detruſus aſſeruabatur: Ioanni verò, qui & Imperatorem deceperat, & cædem patrarat, quum ſe clam ſubtraxiſſet, & fuga ſibi ſalutem parere niteretur, ex inſperato obuiam fit Metrianus regius miles, qui ad ipſum id mittebatur, vt ea in re Athanaſio miniſtraret, facturus quæ is iudicaſſet. Is itaque Ioannem comprehenſum, & ex fuga retractum ad Athanaſium duxit; quem ille eundem ad locum deduci Apſaruntham iniunxit, in arctoque & compedibus aſſeruari, quouſque de vniuerſa cauſa decerneretur. Vere autem incipiente, Nachoragan Muchiriſim venit, exercitusque diligenter cogebat, & præparabat quæ ad bellum fore neceſſaria duceret. Haud ſecus & Romani quum ad inſulam vndique conuenirent, ſuis reb. proſpiciebant, ita vt factu prius nihil exiſtimarent, quàm vt ordinem bello ſeruarent. Interea tamen de ſontibus, vt par erat, decernebatur. Iamque & Zates vnà cum Sotire præfecto à Byzantio ad caſtra peruenerat, paterno regno & ſimul inſignibus ab Imperatore, vt erat ex priſca conſuetudine inſtitutum, receptis: quæ vtique erant, corona aurea precioſis diſtincta lapidibus, veſtis deaurata oblongaque, rubri calcei, mitraque item auro & lapillis diuariata: chlamydem verò porphyream haudquaquam fas erat Lazorum regem geſtare, ſed albam duntaxat, haud tamen admodum communem & tritam; in medio tamen auro vtrinque intertextam & ſplendidam. fimbriæ

Colchi propter religionem à Perſis abhorrent.

Colchi Martinũ & Ruſticum accuſant, aliumque principẽ ab imp. petunt.

** regem.*

Ruſticus & Ioãnes fratres Apſaruntham deportantur.

Zathes rex Lazorum fratri ſuccedit.

Inſignia regni, quæ regib. imp. tradebat pro inueſtitura.

briæ verò pendulis & precioſis lapidibus ſunt, & alio apparatu inſignes. Zatem igitur per ſua iam incedentem, regia ſtola ornatum quamprimum præfecti & Romanus exercitus omnis excipientes efferenteſque laudibus, armati ornatique & equis inuecti præibant. Lazi deinceps lætiores iam redditi, vix tandem dolore depoſito, hunc ſequebantur, tubæque clangentes dulcem elidebant ſonum, ſignaque erecta deferebantur. Et erat ſanè hæc pompa vt barbara, clara nimis & elegans, & amplior longè, quàm Lazici regni dignitas ferret. Zates igitur in regno iam conſtitutus, ſingula ſuo ordine diſponebat, & gentem omnem pro ſuo exornabat arbitrio, vtque mos patrius cõſulebat. Sotiris verò præfectus deſtinatum mox iter aggreſſus, argentum ab imperatore collatum ſecum ferebat, quod ex initæ ſocietatis coniunctione, inter finitimos erat barbaros partiturus, conſuetum iampridem in annos his ſingulos tribui. Sequebantur hunc ex filijs duo maiores natu, Philagrius, Romulusque, vt è domo profecti, labori inſueſcendo decenter inſtruerentur. nam vtrique iam ad ætatis florem peruenerant, ita vt laboris eſſent non impotentes. Ex tribus quos hic ſuſceperat liberis, tertius Eſtratius relictus Byzantij fuerat, quum puer admodum eſſet, etſi aliàs corpore validus. Sotiris itaque in Miſianorum agrum peruenit, qui vtique ſub Colchorum ſunt ditione, nec ſecus atque Abſilij, etſi lingua ab his alieni & legibus, ac magis ſub boream ſiti, & ad orientem ſolem paululum verſi. Hunc vbi eò eſt ventum, mox cogitatio ſubijt, præſidium quoddam in Lazorum confinio ſitum, quod Buchium incolæ vocant, Alanis ea ratione vt proderet, vt gentium oratores, quæ longius habitarent, eódem conuenientes tributa deferrent, nec de cætero foret neceſſe, vt qui pecunias detuliſſet, ſubiectos circumiret Caucaſo monti fines, nec ipſe ire ad barbaros cogeretur. Qua re cognita Miſiani, ſiue his fortè ſuſpecta, viros duos è ſuis Chadium & Thiannem ſanè facundos, ad præfectum miſere: quo iuxta præſidium illud ſtationem habente conuento, eoque confirmata validius ſuſpicione: Non iuſtè, inquiunt, agis Sotires. noſtra nanque vel auferre volentibus alijs, vt id exequi poſſent, haudquaquam eſſet per te permittendum, nedum ipſe id agere velis. quòd ſi à noſtris abſtinere non libet, age hinc confeſtim abſcedito, & in alienum agrum hinc abi commoraturus. neque enim tibi defectura ſunt neceſſaria, quippe quæ ipſi mox deferemus. hic nullo pacto traxeris moram. non enim ipſi laturi iam ſumus te diutius hic immorantem, vtcunque fueris alia item atque alia cauſatus. Hos itaque tam licenter dicere auſos, haudquaquam præfectus ferendos ratus, vt Colchorum ſubditicijs viris, aduerſus Romanos, qui & Colchos in ditione haberent, & magiſtratus præcipuè, tantum audaciæ eſſet, ſequentibus ſe nonnullis iniungit, vt fuſtibus, quos fortè ſecum ad eam rem detuliſſent, Miſianorum oratores percuterent. Tum illi iuſſi intrepidè inruunt, ſemineceſque illos ad ſua dimittunt. Quibus peractis, Sotiris ab his nihil hoſtile de cætero veritus, ſed domeſticorum potius ſeruitiorum in morem plagis eos affectos fuiſſe ratus, eodem in loco manſit. Inſequenti autem nocte Sotiris intrepidus quidem & ſine vigilijs quieſcebat, ſic item & filij, ſatellitesque, & familiares cæteri omnes, ſiue liberi, ſiue ſerui, eadem negligentia tenebantur, perinde non in hoſtili iam conſtitiſſent. Miſiani interea quum acceptam nil prorſus iniuriam ferrent, armis quamoprimè præmuniti, domicilium confeſtim inuadunt, vbi præfectus iam obdormierat: extemploque ſeruis proximè accubantibus obtruncatis, & tumultu (vti par erat) iam excitato, malorum iam imminentium ſenſus ad Sotirem ipſum & cæteros, qui circa ſe erant, peruenerat. tunc ſubitò excitati è lecto ſe illi proripere, ſomno adhuc degrauati, nec ſatis exciti repugnare, nec tamen ab ingruentibus tueri ſe poterant, quum par-

Pompa inaugurationis regiæ.

Buchium Sotiris alienare Miſianis inuitis ſtatuit.

Legatorũ libertas.

Legati fuſtibus caeſi.

Miſiani ſe vindicant.

tim veſte oblonga mox præpediti ab inceſſu coërcerentur, partim ad arma capienda proruerent, vix prælio attentato, quum bellandi ſpeciem potius, quàm præ ſe bellum tuliſſent, miſerrimè errabundi diuagabantur, vt in tenebris dubij & parietes inuadentes, ac prorſus obliti, vbi nam arma depoſuiſſent: partim verò quum denique caperentur, ſpe omni amiſſa nihil in hoſtes machinabantur, ſed comploratione facta vociferabantur enixius, quum nihil haberent quo ſe tuerentur. Sic itaque obſtupefactos quum barbari inuaſiſſent, extemplo Sotirem ipſum obtruncant, cum eoque ſimul & liberos, cęterosque omnes occidunt, ni fortè per portam impetu facto quis euaſiſſet, vel vt aliâſcunque delitefcendo ſibi ſalutem peperiſſet. Hæc quum ſceleſti illi patraſſent, mortuos ſpoliabant, direptis ſimul cum Imperatoris pecunia & rebus cæteris, eódem delatis, tanquam veris hoſtibus, non amicis & ducibus interfectis. Verùm vbi peracta eſt tanta hæc cædes, & animi indignatio iraque cecidit, & exſatiata cupiditas ſedari iam cœperat, quum demum intellexiſſent, quantas iam excitauerint turbas; agitabant animo, & ſatis callebant, qualem iactaſſent iam aleam, & Romanos quàmproximè de ſe pœnas ſumpturos, nec fore quoquam ſe pacto vt ferant. apertè demum à Romanis ad Perſas deſciſcunt, ad hosque legatos poſtulatum miſerunt, ſe vt ſuſciperent, & vt ſubiectis præſidio eſſent. Qua re præfectis renunciata, etſi Miſianis iam eſſent infenſiores, & rem grauiter ferrent; derepente tamen in eos animaduertere, maiori ingruente neceſſitate, nil poterant. iam enim Nachoragan Perſarum præfectus virorum fortium milia ſexaginta in Romanos duxerat, & ad inſulam iter habebat, vbi Martinus Iuſtinusque cum vniuerſo coacto exercitu ſtationem habebant, adiunctis auxiliarijs copijs, quarum pars Hunnorum milites erant mercede conducti, pars Sabyri ad hominum milia duo, quos Bamalch Cupilſesque & Lager ducebant, viri ſanè apud hos celeberrimi. Sabyri tamen circa Archæopolim, & ea è regione campos Martini iuſſu caſtra habebant, vt hoſtes (nam illàc erant pertranſituri) quacunque poſſent, iactura afficerent, difficiliusque his & infeſtum redderent iter. Nachoragan verò vbi Sabyros ibi ad id conſtitutos fuiſſe accepit, ex Dilimnitis auxiliarijs hominum tria milia delecta in hos extemplo immiſit, iniunxitque, vt erat is inſolens atque adeo iactabundus, vt omnes ſtatim delerent; ne fortè ſibi, quum acie decerneretur, vt in terga hærentes, inſidias machinaturi relinquerentur. Dilimnitarum autem maxima omnium natio eſt, qui infra Pigritum flumen ea incolunt loca, & maximum in modum bellicoſiſſima, ſagittandi tamen non ſatis perita, vt ſunt Medorum plerique. lanceas nanque & ſariſſas hi geſtant, enſem que pendentem ab humero, pugionem præterea breuiorem læuo brachio circumligatum: ſcutibus plerique muniuntur. dixeris ſanè neque leuis omnino armaturæ hos milites eſſe, neque armis nimium degrauatos, nec qui pede collato prælia inire queant, quippe qui è longinquo & iaculantur, & è proximo bella manibus gerunt, ſatis idonei & in acie impetum facere, & impulſione condenſatos perrumpere cuneos, ad motumque agiles caſibus ſe coaptare, & è loco inferiore in eminentem excurrere. ſic loca opportuniora præoccupant, & quamuelociſſimè, quum opus eſt, fugam * accipiunt, inſiſtuntque acrius hoſtium tergis, vbi hos in fugam auerterint. vnde dum omnem belli ſpeciem pertractatam exercitatamque habent, hoſtibus maiorem in modum officiunt, vt iampridem cum Perſis bella gerere aſſueti. haud tamen vt ſubditi in expeditionem ire coguntur, nimirum qui ſuis legibus viuant & libertate fruantur, nec eius naturæ ſunt, vt à quouis hominum poſſint precibus duci. Iſtorum igitur Dilimnitarum pars quædam quum iam primùm adueſperaſceret, aduerſus Sabyros, vt his erat iniunctum, prodibat; fo-

Sotiris & liberorum eius cædes.

Miſiani ad Perſas deſciſcunt.

Dilimnitarum natio.

**arripiunt.*

Dilimnitæ alijs inſidiantes ruũt in inſidias.

re

re ſatius rati quieſcentes inuadere, & eo tempore hos poſſe facilius cædi.&
ſanè reor nõ falſa ſpe ductos fuiſſe,niſi fortuna incautos fefelliſſet. His nan-
que aduerſus Sabyros tendentibus, vir quidam & Colchus nocte concubia
& ſubobſcura in ſolitudine obuiam ex inſperato offertur, quem ſtatim com
prehenſum, vt ad Sabyros duceret, cogunt. tum ille iuſſa promptius exe-
quendo, hos præcedebat. ſed vbi primùm denſiorem ſyluam eſt nactus,
ſenſim ſubſedit,latitandoque ſequentes ſe ſubterfugit, & curſu citato ad Sa-
byros peruenit:quos quum negligentius quieſcentes ſtertentesq́ue depre-
hendiſſet,ingenti edita voce; O miſeri,inquit,vobis iam pereundum eſt. His
demum vix excitatis, & reuocatis ad vigilantiam hoſtes in propinquo adeſ-
ſe denunciat:tum illi tumultuoſius ſurgunt,ſeque armis circundant,& extra
vallum proripiunt proni, hinc inde diuiſi clam in inſidias locant,aditu ſine
cuſtodijs in caſtra relicto,& caſis item deſertis ſylueſtri materia ſtructis. Di-
limnitæ igitur multos iam calles locorum inſcitia emenſi, vbi ſub obſcuro
adhuc Sabyrorũ caſtra tandem perueniſſent,in ea mox audacter & cum ſuo
ingenti malo irrumpunt: ingreſſi verò vbi nec crepitus quidem,nec vox au-
ditur, perinde hoſtes eorum aduentum nihil præſenſiſſent, nec experrecti
iam forent, in latibula ſenſim inq; tuguria iaculabantur, vt dormientes ob-
truncaturi,& iam perfeciſſe rem ſe omnem arbitrabantur. Sabyri interea ex
inſidijs vtrinq; exiliunt, & impetu facto hos de improuiſo inuadunt.tum illi
re ſubita conſternati, & aliter longè,ac ipſi ſperaſſenr, iam circumacti, dum
quid agendum his eſſet haud ſatis conſtaret,perturbabantur. neq; enim an-
guſto in loco coactis fuga facilis erat, nec hoſtes ſat poterant internoſſe,vt
in bello nocturno & trepidi. Paſſim ergo per Sabyros cæduntur, quum ten- *Dilimnitæ cæduntur.*
tato vix prælio ſe tuerentur: vnde in caſtris homines ex his octingenti occu-
buere,cæteri vix euadentes, diſperſi tamen & palantes capiebantur, neſcij
prorſus quò ſe conferrent:ita vt quum ſæpe fugam capeſſiſſe ſint viſi,eodem
in loco circumacti inuoluerentur,in hoſteſque incidebant. Hoc pacto nox
ea tranſacta. Quum iam verò diluculareт,[&] apparenre iam die, Dilimni-
tarum ſi qui fortè euaſerant,per notos calles ad Perſarum caſtra quamcon-
citatiſſimè contendebant,Sabyris ſemper in terga inſtantibus. Babas inte-
rim Romanorum quorundam præfectus,qui iam pridem in Colchidem fue-
rant in præſidium collocati, quum per id temporis Archæopoli pernoctaſ-
ſet, & per eam noctem vndequaq; circumſonuiſſent clamoribus aures, vbi
primùm diluxiſſet, & ſol montium verticibus affulxiſſet, quæ geſta fuerant
apertè peruidit,& quum Sabyros ſpectaret Dilimnitas adhuc inſectari,con
feſtim ex oppido ſuo & præſenti cum agmine decucurrit,& non exiguam ex
his partem occidit:atq; adeo,vt tanta ex multitudine vix mille ad Nachora-
gan ſe præfectum receperint. Qui vbi ea,quæ recèns tentauerat,aliter eue-
niſſe cognouit:extemplò ſe ad inſulam contulit,& iuxta Romanos caſtrame
tatus,Martinũ ad ſe,in colloquium vt veniret,exciuit. Vbi verò coram aſtite-
runt:O Martine,inquit,quũ tantum ingenio & ſapientia valeas,& apud Ro- *Nacharagan cũ Martino colloquium.*
manos potentiſſimus ſis,númne iam vis meum ac tuum Imperatorem labo-
re & odio liberare,quum hos ſciueris tamdiu ſua mutuo deuaſtare? Igitur
ſi tibi nunc animo ſedet in gratiam nobiſcum redire, & fœdera iungere, age
Trapezuntiũ Ponticam vrbem traducas exercitũ, nos verò hîc manebimus
Perſæ.ſic fiet,vt per fidos alternoſq; internuncios pacem celeriter ineamus.
Quód ſi haud ſpontè exercitum hinc aſportaueris, intelligas te neceſſitate
hinc & vi abiturum.nam certiſſimam victoriam habeo,& ea haud difficilius,
quàm re iſta abducor,anulum oſtendens,quem manu geſtabat. Ad hec Mar
tinus ſubiecit: Mihi vero pax & peroptabilis eſt, & maximi fit, offerenti- *Reſponſio Martini.*
que tibi & confirmanti non deero: ſed longè melius facturos iſta nos di-

xerim, ſi mox in Hiberiam exercitus ipſe traduxeris, ego me ad Muchiri-
ſim referam. ſic ſanè rebus his noſtris rectè & breuiter conſuletur. De his
autem, quæ ad victoriam pertinent, liceat tibi, vt lubet, verbis iactari, & inſo-
leſcere, proq; vilibus & partu facillimis ducere: ipſe verò aſſeuerauerim, dei
arbitrio expendi victoriam, neque ad inſolentiſſimos quoſque illam acce-
dere, ſed ad eos duntaxat, ad quos conditor ille rerum & moderator ire ad-
nuerit. Hæc Martinus quum perſtrenuè iuſtiſſimeque reſpondiſſet, peroſus
barbari inſolentiam, pace infecta abſceſſit, ſeque ad inſulam contulit. Na-
choragan verò ad exercitum redijt, & quum eodem non diutius duceret im-
Phaſidis oppidi ſitus. morandum, Phaſin oppidum repetere animo agitabat, eoque ad bellum
Romanos excire. nam facilè expugnari id præſidium poſſe arbitrabatur, vt
quod è lignis eſſet ædificatum, & ſubiectos campos exæquatos & patentio-
res haberet, ac peridoneos, in quibus ipſe caſtrametari poſſet. Quemad-
modum autem ſit Phaſis oppidū ſitum, multis (vt reor) perſpicuum eſt, vtpote
ex amne nomen accepit quamproximo perfluente, & circa ſe in Euxinum
immittente pontum. nam extremo in littore, & fluminis exitu poſitum id op-
pidum eſt; diſtat autem ab inſula ad ſummum ſtadijs centum in occidentem
ſolem. Nachoragan igitur lembis, quos plauſtris & noctu deuexerat, in flu-
men extemplò immiſſis, de improuiſo deſuper ponte contabulato firma-
toq; totum exercitum inſcijs Romanis traiecit. Huic verò inerat animo op-
pidi partem copias ducere, quæ ad auſtrum vergit, vnde fluminis vortices
haudquaquam ſibi impedimento forent, quin derepente applicare ſe mœ-
**arctum* nibus poſſet. Nam amnis pars quędam in *arcturum defluit tenditque, pars
verò circa orientem confragoſo ex littore in mare defertur, & inſula longo
interuallo relicta in anteriora prouehitur. Romani itaque vix demum ex ab-
undanti multitudine hoſtium cognita tranſitione, trepidi rerum ſuarum tu-
multuabantur, & maximi faciebant hoſtes poſſe ad oppidum præuenire. e-
ueſtigiò namque cum triaconteris triremes, quæ fortè in portu his aderant,
armatis complent, & ſecundo fluminis adiuuante curſu concitatiſſimè defe-
runtur. Iam verò Nachoragan ad locum, qui circa oppidum & inſulam in-
termedius erat, peruenerat; & vniuerſam illam vorticum latitudinem lignis
lembisque obſtruxerat, retrò elephantorum oppoſita multitudine, quan-
tum his licuit pro ingenti corporis mole ſuccedere: quod ſanè claſſis Ro-
mana longiùs contemplata, confeſtim remulco ceſſim abibat, aduerſoque
fluminis impetu, quoad vires ſufficerent, remigando & enitendo reduces o-
mnes ſe recepere, duobus tantùm amiſſis nauigijs epibatis vacuis. Nam ho-
mines, qui naues has defenſuri conuehebantur, in vndas ſe audacius dede-
re præcipites, & pro maiore & certo diſcrimine, quod minus erat, protinus
elegerunt, & id ſubire potius maluere, quàm fortunæ incertitudinem peri-
clitari: vnde leuiſſimè in aquas deſiliendo immerſi, & loci plurimum ſubna-
tantes, vix demum ſunt ad ſuos delati. Romani itaque Buzæ præfecto in in-
ſula cum exercitu ſuo relicto, curam ei omnium permiſerūt, vt dubijs rebus
(vt opus foret) ſuccurreret, cæteri verò medio flumine traijcientes per con-
tinentem tranſuerſo itinere, ne eádem & ipſi, quà hoſtes irent, progrede-
Romani Phaſidem præſidio ingreſſi muniunt. rentur; ad oppidum Phaſidem veniunt, & portas ingreſſi quamprimùm præ-
fecti cuſtodiam inter ſe mœnium partiuntur. non enim viribus pares Perſis
fore ſe arbitrabantur, ſi pede collato acie decernere niterentur. Primus igi-
tur Iuſtinus ipſe ſuo cum agmine ſuperiori in parte, & in mare vergente lo-
catur. Paulò longius & Martinus præfectus aſtabat, & huius copiæ omnes:
medium autem Aggilas tenebat, qui Auriſijs haſtatis peltatisque præerat:
Theodorus deinceps, qui Zannos ductabat armatos: poſt hunc Philoma-
thius, quem Iſauri funditores iaculatoresque ſequebantur: haud procul ab

his

his Longobardorum Herulorumque portio poſita in cuſtodia erat, vtroſq; Gibrus ductabat. Muri verò pars reliqua orientalibus erat agminibus curæ, ſub Valeriano præfecto tunc conſtitutis. Hunc in modum in præſidio tutando ex ordine aſtabat Romanus exercitus. erat autem ex anteriori oppidi parte lorica validiſſimè facta, ita vt confeſtim inde obſiſtere primis hoſtium incurſionibus Romani poſſent, & propugnaculi loco mœnibus inhærere, quibus & non iniuria, vt ligno conſtructis, haud ſatis confiderent, & aliàs præ vetuſtate nonnulla in parte labentibus: ipſi deinde foſſam latè patentem effodiendo oppido circunducunt & aquis complent, atque adeo vt ſupra foſſæ labra excreſcerent, & his pali occultarentur in ea defixi & conſpiſſati, nimirum quum paludem, quam puſillum mare vocitãt incolæ, & in Euxinum pontum fluxu deferatur, in eam foſſam hi diuertiſſent. onerarias prætere mira magnitudinis naues in ipſis fluctibus, inque Phaſidis fluminis exitu quamproximè oppidum ancoris obfirmarunt, ita vt ſublatis altè dolonibus ſuſpenſas geſtarent acates ad ſummum vſque mali euectas, quæ vtiq; magno interuallo turres oppidi ſuperarent ſubirentque: deſuper milites aſtabant, & nautæ ſimul, qui audacia plurimum & bello valebant. his arcus erant, & fundæ tormentaque, quæ his procul impoſita deturbarent, iam antea ad id preparata. erant & naues his aliæ per flumen diſpoſitæ, & ad vtrunque aderant latus ſimili munimento inſtructæ, vt vtrinque hoſtes à peritiſſimis icti propulſarentur, ſi appropinquare munitionibus cuperent. cæterùm ne naues hæ à quouis hoſtium detrimento affici in flumine poſſent, Darragetas vir quidam & Hunnus Elmigerus, qui primores ordines ducerent, per præfectos iubentur, vt ſpeculatoria nauigia & biproras decem ſuis è turmis armatis complerent, flumenque vigilantius tuerentur. tunc illi tranſitus omnes in medio nunc fluminis curſu, nunc circa ripas adnauigando, circumſpectabant. Interea ridiculum quidpiam & volupe accidit, vt in bello & acie iam instructa pergratum. In Romanorum triaconteris ſupra iam memoratis, hominibus vacuis, & per Perſas exceptis, Medi erant, & in flumine funibus ad palum deligatis ſe continebant. primo autem veſpere his quieſcentibus, præ nimia fluminis rapiditate & naues ſimul [ſe] ob grauedinem ſubtrahente, diſtractis iam funibus vincula vnius ſubitò diſrumpuntur. hanc ſolutam & liberam vortices ſtatim excipientes, quum neque remigio teneretur, nec gubernaculis aliò inuerti poſſet, quamcelerrimè flumine ſecundo deuectam ad Romanos, quibus Dabracezes præerat, deferunt: qui ex inſperato oblatam conſpicati venationem, volentes quidem & alacres acceperunt, & fortunæ gratulabantur, quòd quum ea nauis vacua ab ſe receſſiſſet, hominibus ad ſe repleta rediſſet. Dum hæc agerentur, Nachoragan cum omnibus viribus è caſtris mouit, & oppido appropinquabat, ſagittisq; ſumma præſidij petere animo inerat, & Romanorũ periculum facere, vtrum exire obuiam vellent. hac via ſe appertiſſimè cogniturum rebatur, quemadmodum ſibi de cætero eſſet belli ratio ineunda. Perſæ itaque vbi ad ſagittæ iactum venerunt, vt aſſolent, quamprimùm in hoſtes ſagittas emittunt. vnde cùm ex Romanis non pauci vulnerarentur, partim obſiſtebant bellando, partim bello mox excedebant. Aggilas verò, & Philomathius, & eorum ex cohortibus viri ferè ducenti, tametſi per Martinum præfectum antea iuſſi, quiſq; ſuo vt loco maneret, è tutoq; præliaretur, ex ea porta, quæ his proxima erat, quamcelerrimè euolarunt, in hoſteſq; ferebantur. Theodorus tamen Zannici agminis præfectus repreſſit quidem primũ iſtorum tunc impetum, & increpita petulantia intercidit. Poſtquam verò haud ſatis parebant, & ipſe ſimul, etſi non ſponte, cum cæteris ferebatur, ne timoris argueretur & hoc ſolo rectioris præ ſe conſilij decorem tulit, quum alioquin haudqua-

Romani nauim amiſſam vacuã, plenam hoſtibus recuperant.

Rom. quorundã alacritas inſperatò proſpera.

quam placerent, quę gererentur, eorum tamen ſe participem fieri vtcunque ferebat, quemuis res eſſet exitum habitura: & ſanè in ea congreſſione ad vnum omnes occubuiſſent, niſi rectior aliqua ex deo confirmata ſententia his ſaluti fuiſſet. iam enim & Dilimnitæ, qui ea fortè è regione conſtiterant, phalange facta, & hoſtium ſpreta paucitate hos ſenſim opperiendo ſuſpiciebant: vbi verò iam propius aſſuere, extemplò hi cornua paulatim inſinuantes, vniuerſos obducunt, infraque circulum vnum & validiſſimum cogunt. tunc fermè Romanis vndique circumactis, in hoſtes quid agerent, nihil de cætero ſuccurrebat. vnum tamen peroptabile his videbatur, ſed factu propemodum incredibile, vt per medios hoſtes euaderent: vnde cuneo facto, in vnumque coëuntes, oppoſitis telis in hoſtem impetum faciunt, qui è regione vrbis in acie locum tenebat. tum Perſæ vbi Romanos videre ingenti in ſe impreſſione, vt deſperata ſalute, deferri; hominibus morti iam deſtinatis, & omnia vt in extremo periculo audentibus, euadendi locum dedere. ſic itaque cedentibus Perſis, Romani vbi iam euaſiſſent, perquàm libenter iteratò ſe infrà mœnia recepere. eò nimirum hi diſcriminis venerant, quum re alia nulla victoriam retuliſſent, niſi quia petiſſent ex fuga ſalutem. Perſæ interea iamdiu geſtandis oneribus fatigati foſſam implerunt, atque adeo, vt quod interruptum diſiunctumque antea fuerat, exæquatum iam ita & peruium eſſet; vt milites oppidum oppugnaturi machinas omnes, quibus vrbes delentur, traducere & mœnibus admouere iam facilè poſſent. tametſi plus temporis in his contriuiſſent, quàm tantam operantium multitudinem decuiſſet; haud tamen quæ in obſidionem ſat forent, ſumminiſtrabant, lignorum præſertim non præſenti materia, quam vtique è procul diſtantibus ſiluis cædere deferreque cogebantur. nam Romani iam pridem agros oppido circumiectos igne immiſſo incenderant, & cætera ſimul eâ iter habentium diuerſoria, ſiue propinquiora alia domicilia deuaſtarant, ne ex his hoſtes in promptu materiam nacti, facilius opera machinarentur. ea igitur die nil aliud geſtum memoratu dignum. nocte autem inſequenti Nachoragan cum omnibus copijs ſe in caſtra recepit. Martinus interea, dum ſuorum vellet animos confirmare, & hoſtem terrere, vniuerſumque Romanorum coëgiſſet exercitum, vt de præſentibus aliquid conſulturus; ſuperuenit vir quidam (id enim ipſe fuerat antea machinatus) haud ſat cognitus, puluere circumſperſus, ita vt dignoſci facilè poſſet, longius iter emenſum ad ſe aduentaſſe, qui diceret ex Byzantio ſe ſtatim veniſſe, literaſque ad exercitum ab Imperatore deferre. Præfectus itaque hunc quum humaniſſimè ſuſcepiſſet literarum vincula vniuerſo aſtante exercitu ſoluit, eaſque non tacitus legit, ſed voce tam edita, vt audire omnes facilè poſſent. Quæ autem ſcribebantur, hæc erant. Miſimus ad te exercitum non eo inferiorem, qui apud te eſt. quòd ſi numero vos hoſtes excedant, haud tamen tantùm vos ſunt multitudine ſuperaturi, quantum ipſi hos fortitudine. quo fit, vt omnino id fit occurſurum, vt vel paucitas ipſa, vel numeroſitas æquè ſe habeant. veruntamen ne hoſtes multitudine glorientur, alterum hunc exercitum accipe, gloriæ & oſtentationis potius gratiâ, quàm neceſſariò ad te miſſum. Eſtote ergo fidenti iam animo, & rebus gerendis incumbite. Nos verò quæ vobis vſui ſunt futura, neglecturi nil ſumus. Nuncius verò quum mox rogaretur, vbi nam nouus iſte exercitus eſſet, reſpondit non longius ſtadijs octoginta abeſſe, ſeq; circa Neognum flumen hunc reliquiſſe ſtationem habentem. Tamen Martinus iracundiam facie præferēs ſimulatam; Abeant retrò quamcelerrimè, inquit, & domum iam redeant. non enim hos vnquam permiſerim huc ad nos veniant. eſſet namque id permoleſtum, quum hi viri iamdiu ſub me militauerint, & maximis ſint multos iam annos affecti laboribus, & cum hoſte ſæpius ac-

Stratagema Martini.

acie decertarint, nunc verò haud procul ſint, vt hoſtes propulſent, atq; adeo vt vltima palma ornentur, alij poſtmodum, nec neceſſarij quidem, vt nunc ſuppetias veniant, & vix dum periculis deguſtatis parem cum meis hiſce & veteranis militibus referant gloriam, ac demum confecto bello impoſitus finis nouis his aſcribatur; & quod omnium iniquius foret, & præmia æqua portione ſurripiant. Velim tamen illos eodem vt maneant loco, quouſq; ad iter ſe parent. ſatis nanque nobis eſt virium, vt quamoptimè finire bellum poſſimus. His dictis ad multitudinem ſe ſtatim conuertens; Num & vobis, inquit, ô milites, eadem iſta videntur? at illi clamoribus præfecti ſententiam comprobantes, iuſta eſſe vociferabantur, quæ ipſe in præſenti conſuluiſſet. *Suos Martinus confirmat.* Quo factum, vt hi fidentiores ſint redditi, perinde non alieno indigerent pręſidio: hos tamen præcipuè prædę ſpes mouit, & quòd non longè poſt crederent ſe omnia, vt deletis iam hoſtibus, aſportaturos; & nil aliud curę haberent, quàm quo pacto prædas inter ſe partirentur. Martini itaq; ex ſententia *Hoſtes territat.* id vtcunq; euenit. ſiquidem ea fama in vulgus elapſa, & quàq; iam diuagata, vel ad ipſos demũ Perſas peruenit, exercitum alterum Romanorũ ad Neognũ flumen veniſſe, in propinquoq; fore, vt alteri ſe ſtatim exercitui iungat. quocirca defixerat Perſas cum admiratione pauor, quammaximè veritos, ne ſibi tam multis attritis laboribus cum recenti florenteque hoſte dimicandum iam eſſet. Nachoragan verò nulla interpoſita mora mediocrem quandam equitum turmam ex agmine vniuerſo Perſarum ad eum ſaltum tranſmiſit, vnde rebatur (vt fama deceptus) hoſtes pertranſituros. *Perſici ducis terror.* Equites verò, vbi eò eſt demum peruentum, ſtudio & vigilantia in re prorſus ſuperuacanea vtebantur: ſiquidem locis opportunioribus occupatis, occulti hoſtium aduentum opperiebãtur, qui venturi non erant, & ea mente, vt in eos temerè forſitan progredientes de improuiſo impetum facerent; vt eorum tamdiu interpellarent vię celeritatem, quoad obſidione hoſtes in oppido vincerentur: qua ex re haud modicè Perſis vires & in caſſum deceſſerãt. Nachoragan itaq; raptim è caſtris educto exercitu, eos præuenire iam cupidus, qui affuturi nuſpiam eſſent, ſuperbè admodum aduerſus Romanos proceſſit, aperteq; fremens & mirabundus ſeſe iureiurando adegit, eodem die vrbem cum hominibus crematurum; oblitus (ſicuti apparebat) præ inſolentia fanaticus homo, vtrum ad bellum procederet, rem ſanè dubiam & incerti euentus, & quòd momenta reciperet in vtramque partem repentina, alternaſque vices, & quòd omnium maximè è diuina quadam & ſuperna neceſſitate penderet, ac nihil eſſet vel minimum quidem in hac vita mortali, quod eodem ſemper ſtatu permaneat: ſed nationes hominum infinitæ, ciuitateſque multæ, vitaque mortalium vniuerſa, eodem (vt ita dicam) curſu feruntur & perturbantur, & de ſumma rerum omnium ſpes ipſa concutitur. Nachoragan verò eò ſuperbiæ efferebatur, vt vel opera facientibus & miniſtris, qui per *Nachoraganis ſuperbia.* ſiluas diſperſi lignandi de cauſa, vel pro bellicis parandis operibus arbores præcidebant, iniunxerit; vt vbi primùm elatum proſpicerent fumum, ſcirent omnes mœnia ſe inuaſiſſe, potitumq; oppido; itaque opere protinus, quod in manibus eſſet, relicto, citato curſu ad ſe venirent, & faces ſummitterent, vt omnia igne comprehenſa mox conflagrarent. Hæc iactabundè locutus prodibat, vt Phaſim oppidum aggrederetur. Interea vero Iuſtinum (non enim Nachoragan de improuiſo affuturum putabat) cogitatio ſubijt, & diuinitùs quidem, (vt reor) templum quoddam ſanctiſſimum & apud Chriſtianos hauddubiè permagnificum ſacrificandi gratia adeundi, haud procul ab vrbe ſitum. *Iuſtinus imprudens rem feliciter gerit.* Delectis itaque ex vniuerſo exercitu equitum milibus quinq; fortiſſimis & bellicoſiſſimis viris, haud ſecus inſtructis armatiſq;, ac acie eſſet mox decertandum, proceſſit; frequentibus ſignis, & militari ęcie-

ro apparatu:& fermè tunc accidit, vt nec Perſæ hos abeuntes præuiderint, neque hi illos in ſe aduentantes: ſed aliâ ducti, mœnia de improuiſo aggrediuntur, & in his oppugnandis maiori longè, quàm priore aduentu, ſagittarum ſunt copia vſi; atque adeo, vt Romanis iam obturbatis quamprimùm viderentur oppidum direpturi. nam & ſagittæ denſiores eminus ferebantur, & ſuper his crebriores aliæ item aque aliæ, & ita vt cœlum ipſum, quod intermedium erat, ſagittarum præ denſitate obtegeretur. diceret quiſpiam ingenti * morbo abundantique grandini nimio & violentiſſimo immixtæ vento perſtrepentique has ſimiles ferri. Perſarum interea pars quædam machinationes mœnibus applicabat, ſagittas pars alia ardentes euerberabat: teſtudinem alij ſubeuntes, muros ſecuribus inuadebant, vt qui ex ligno conſtarent, & facilè cederent: alij fundamenta ſubruere nitebantur, & ad baſim infimam peruenire, & eo pacto euertere ac lacerare, quod compactū coagmentatumque fuerat. Romani verò in turribus & propugnaculis ſtantes, promptiſſimè oppugnando hoſtibus obſiſtebant, vt qui experientia ipſa & factis præ ſe tunc ferre maximè vellent, non alia virium acceſſione ſe indigere. Qua in re Martini diſſimulatio illa & profuiſſe plurimùm, & valuiſſe eſt viſa. tunc enim omnes indeſinenter operam inſudare, & ad defenſionem nil prorſus reliquum facere, teliſque ſupernè & ex eminenti dimiſſis hoſtes conuulnerare, vt quæ in multitudinem, & eam quidem inermem acciderēt grauius, nec in caſſum ferrentur, ſaxaque ingentia in ſubiectam teſtudinem è muris prouoluere, quæ texturam omnem deprimerent: nec ſecus & minores alij fundis Perſarum capita ſcutaque perfringere, atque adeo, vt hoſtes violentius deturbando mœnibus appropinquare nil ſineret. Qui verò ſuſpenſis acatibus, vt ſuprà iam diximus, ſuperſtabant; ſagittis partim & crebrioribus, vt ex ędito, miſſis detrimenti plurimū hoſtibus inferebant: machinas partim peritiſſimè contrectabant. haſtilia præterea pennata quædam, ad id fabricata, magna cum violentia excuſſa procul deferebantur, ita vt barbarorum non paucos iamiam incurſuros, & adhuc aduentantes cum ipſis equis de improuiſo & longo ex interuallo ita transfigerent, vt ſubitò proſternerentur. tum clamor ingens efferri, & vtrinque claſſicum tubæ inſonare melos, Perſęque item tympanis ſonitum edere, & vlulatu ingenti territandi ob gratiam ſtrepere. ad hæc & equorum fremitus accedebat, vmbonum pulſationes, & thoracum fracturæ, quæ omnia varium quendam & ferum contexuerant ſonitum. Iuſtino interea à templo iam redeunti, ex ipſo tumultu & armorum concuſſione, quę gererentur innotuere: vnde equitatu ſtatim conuerſo, & ordine ſuo quodam inſtructo, iuſſiſque anteſignanis vt ſigna erigerent, vniuerſos operam vt nauarent hortatus, ſuos certiores mox fecit: non ſine diuino nutu ex oppido ſe exceſſiſſe, ſed hoſtes vt re ſubita territos obſidione abduceret. Itaque progreſſi parumper, Perſas mœnibus inſultare iam conſpicati, confeſtim ſimul omnes impetu facto, & clamore ingenti edito, in eam hoſtium partem incurrunt, quæ ad mare ſtabat inſtructa. ex ea namque & ipſi regione aduenerant. ſudibus partim ſariſſiſq;, enſibus alij, quod obuium offerebatur, ſternebant; iamque in denſiores hoſtium acies penetratum, violentiuſque impreſſio facta, vmbonibus hos illóſve impellendo, conſpiſſatum & continentem hoſtium ordinem perfregerunt. Tunc Perſæ hunc illum eſſe exercitum ſuſpicati, quem iam intellexerant affuturum, & iccirco tamdiu delituiſſe, vt apertè demum & opportunè in ſe ventitaret: tumultuati iam, & turbati, & ſuomet agmine confuſius impediri, ſenſim iam retrocedere, & in fugam moueri iam cœperant. Quibus rebus magno ex interuallo Dilimnitæ animaduerſis, (nam ad mediam hi muri partem præliabantur) paucis ibi in ſpeciem relictis, cum vniuerſis copijs ſuis, vt opem

*forte, turbini

Perſæ Phaſidem oppugnant.

In tempore Iuſtinianus adeſt.

Perſarum error.

& laborantibus ferrent,citatiore curſu tendebant:quorum paucitatem contemplatus Aggilas Theodoruſque, qui(vt ſuprà iam diximus)inter Romanos,ordines ducerent,cum agmine ſatis munito ex oppido proruunt,aduectique hos partim obtruncant,partim inſectari non deſinunt qui euadendo exceſſerant. Dilimnitæ verò, qui ad mœnia oppugnanda relicti per ſuos fuerant,quo ſtatu res eſſent iam contemplati, tanquam laborantibus Perſis & ipſi auxilium allaturi,hærentes & dubij vtram in partem ſe verterent,quũ & obuiam ire Romanis vellent,fore tamen ſatius rati celerius ſuis opitulandum;ſtudio quodam diligenti & temerario, curſuque nimio ferebantur,itàque vt turpem fugam iniſſe potius viderentur, quàm velle alijs inſultare: quum alias tamen iccirco procurrerent, vt ſuis præſidio eſſent, ſed trepidationis plus longè quàm iræ his inerat. Perſę verò quum Dilimnitas vidiſſent trepidanter adeo & ſine ordine procedentes, præter fugam nihil aliud eſſe eius rei cauſam rati, nimirum quum haudquaquam eos ad tantum dedecus perueniſſe putarent, niſi magnum aliquod & incredibile his inſtaret diſcrimen,tunc demum & ipſi terga hoſtibus dare, & ignobiliter diſſipari,& præcogitata iam fuga apertius ferri. Perſis itaq; effusè iam fugientibus, Dilimnitæ & ipſi fugę ſe comites his addidere,& vnà curſum tenebant,vt qui ſuos iam fefelliſſent, & ipſi tunc ab his fallerentur. His itaque ita peractis,ex oppido magna vis Romanorum mox prodeundo, exercituſque extrema carpendo ſemper obtruncando, clariorem longè hoſtibus diſceſſum fecere: & quum alij aliundè irrumperent, aduerſus adhuc reſiſtentes, in vnúmque coëuntes, pugnando elaborabant. nam læuum hoſtium cornu apertè iam inclinauerat, ſolutumque erat, & profligatum: in dextero verò ordine ſuo instructi fortiſſimè repugnabant, ſiquidem præſidij loco elephanti opponebantur: qui vbi in medium prorupiſſent, Romanorum ſicubi fortè conſtiterat, aciem obturbabant:& ſagittarij,qui his vehebantur, magno detrimento afficiebant, qui in ſe impetum facerent, nimirum qui elati in altitudinem eſſent, & ex eminenti tela conſideratius iacerent. ad hoc accedebat,quòd equitum turmas decurrendo facilè inuadebant, & poditibus ipſis armis inſignibus communitis eſſent infeſtiores.iam enim ea ex parte Romani in fugam iam inclinantes, per eas belluas agebantur. Martini verò ſatelles quidam, Ognaris illi erat nomen,in anguſtiſſimo ſic coartatus,vt inde euadere haud liberè poſſet, vt iam ſui deſperans,perinde fortunam periclitatus,elephantorum quendã intrepidè ſe impetentem in ſupercilium magna vi lancea ferit, ſpiculumq; illi ita impegit defixitq;, vt haſtæ reliquum quód iam extitiſſet,à fronte penderet. tum ille vulnere ipſo excepto,tremuloq;& vibrante circa oculum telo,turbatus in ſuos conuerſus deferebatur,reſiliénſque & circumactus,nunc promuſcidem veluti ſtimulum agitando Perſarum quammultos percutiebat, & in altum iaculabatur,in longumq; hunc porrigendo, aſperum ferumq; ſtridorem & crepitum edebat, & protinus ſuperſtantes Perſas excuſſos ſternere & obtritos occidere.quo factum eſt,vt Perſarum agmen prorſus is ſuderit. equos præterea, ad quos proximè acceſſiſſet,terrebat, dentibusq; præcidebat, vel lacerabat quod prehenſaſſet. Itaque eiulatus & tumultus omnia complebantur. equi ſiquidem ex tetrò belluę inſolitoq; clamore pauefacti,habenis contineri nil poterant;ſed vngulis altè elatis,quũ in pedes ſe erexiſſent,inſidentes decutiebant,moxq; per medium agmen ſoluti paſſim,ſaltuq; delati,frementesq; vagabantur.Sed multi mortales mutua concuſſione & alterno compulſu eliſi inuicem,ſingulos ſingulis fuga præcedere contendentibus,fato defungebantur. Eò igitur vbi iam magnitudinis Perſarum euecta trepidatio eſt,omnes qui ex oppido hoſtis gratia inſectandi exceſſerant,& ſi qui fortè intus reliqui erant,phalange

Perſarum fœda fuga.

Elephas vulneratus Perſis nocet.

facta & fronte ipſa quamualidiſſimè ſcutis munita, hoſtes inuadunt adhuc trepidantes. Illi verò vt recèns defatigati, quum Romanorum impetum minus tuliſſent, fugæ ſe celerius permiſerunt, nullo ſeruato iam ordine, quo vel fugiendo tutari ſe ab inſiſtentibus poſſent; ſed palantes, vt cuique ſuccedebat, diuerſi abibant. Nachoragan verò (nam & hunc quidem rei geſtæ miraculo defixerat ſtupor) citato curſu retrò ad ſuos deferebatur, vniuerſis flagello, quod manu geſtabat, ſignificans iubensque, vt concitatius fugerent: quod tamen iampridem hi & ſedulò factitabant. ſic illi iactantiæ malum in contrarium recidit. Romani interim haudquaquam prius ab hoſte vel inſectando, vel obtruncando deſiſtunt; quàm Martinus præfectus, vbi ſatis iam ſe habere victoriæ duceret, ſub tubæ clangore exercitum reuocaſſet, & ardor iam deniq; refrixiſſet. At Perſæ vix tandem ſe ad ſua caſtra contulerunt, non minori quàm decem milium bellicoſiſſimorum virorum in eo bello iactura facta. Romani demum, vbi ab inſequendis hoſtibus in Phaſim oppidũ ſe receperunt, teſtudines omnes & cætera Perſarum tormenta, circa muros relicta, protinus incenderunt: vnde ingenti excitata flamma, quum Perſæ, qui in ſiluis materiam cęderent, miniſtri ſimul & qui onera deportabant, viſo longè ſerpente in altum fumo, in aëraque mobili trepidatione eo in ſublime euecto, extemplò miſeri ad oppidum conceſſerunt, ea ducti opinione, vt crederent, quod Nichoragan iactitarat, mœnia conflagrare: vnde effuſo curſu deferebãtur, veriti (vt equidem reor) ne agendæ rei tempus ſe prateriret, & omnia prius in cineres collaberẽtur, quam eòdem ſe ipſi conferrent. Vbi verò eò eſt ventum ad vnum omnes à Romanis comprehenſi protinus obtruncantur, perinde ac ſola de cauſa aduenifſent. Occiſa ſunt itaq; ad hominum milia duo. Tot ſanè viris operi faciundo duntaxat intentis, & rei bellicæ imperitis, vt qui nunquam in aciem proceſſiſſent, repentini exitij & temerarij Nachoragan ille cauſa fuit, qui ea bis ſtolidè imperaſſet. Vbi igitur hæc obtigere, Romani quidem ſpei iam pleni poſſe in poſterum ſe barbaros ſuperare, ſi fortè hi aliam belli fortunam tentaſſent, recenſito exercitu non vltra homines è ſuis ducentos hoc bello cecidiſſe cõperiebant: quos decentiſſimè humatos demirabantur, & ob animi promptitudinem extollebant, vt qui viri fortes fuiſſe arguerentur. ſpolijs deinde ex proſtratis hoſtibus lectis, armorum aliarumq; rerum, quibus illi exornabantur, ingens cumulus fuit. non enim ſcuta duntaxat, thoracéſve, & pharetras eorum, qui ceciderant, quidam geſtabãt, ſed aureos etiam circa collum torques, & ex auribus pendentia ornamenta, ac eiuſmodi cætera effœminatorum varia & ſuperuacanea opera, quibus Medorum primores pręcipuè decorantur, vt ſpectatiores cæteris ſint, & à vulgaribus alijs ac infimæ ſortis hominibus noſcitentur. Nachoragan autem quia ei neceſſaria defeciſſent, & iam hiems appropinquabat, videbatur quidem adhuc belli percupidus; haud tamen ad id ſe præparabat, nec factis quod viſus eſt velle, exequebatur: ſed Dilimnitarum agmine demum circa Romanorum ſtationem dimiſſo, quod fidem perinde faceret, ſe mox aduenturum, extemplò cum omnibus copijs Cotaiſim & Muchiriſim verſus lentius iter habebat. Itaque quum ad multum viæ iam proceſſiſſent, tum demum & Dilimnitæ ſolutis ordinibus leuiſſimè abſceſſerunt, quippe qui ad res vacuas ſemper inanesque mitterentur, etſi aliàs validiores ſint & præceleres. Aberat præterea & Perſarum equitum turma, quæ per Nachoragan in ſaltum ad Neognium flumen (vt diximus) ob Martini diſſimulationem iam fuerat deſtinata. Hi igitur cognita ſuorum fuga, & Romanorum victoria, iſtorumque eius loci poſſeſſione, occultis mox callibus publicis à vijs remotis ad Muchiriſim ſe receperunt, certaminum quidem expertes, fugæ tamen & ignominiæ participes facti.

Dux Perſicus fugæ ſuis auctor.

Martinus receptui canit.

Calones Perſarum errore decepti ſemet neci offerunt.

Nachoragan abſcedit.

Dilimnitæ ſequuntur.

Nachora-

Nachoragan verò,vbi vniuerſus iam exercitus cōueniſſet,equitatus robore eodem relicto,Ilarchæque,& præfecto Hualſezæ,viro ſanè apud Perſas clariſſimo in Hiberiam cum paucis redijt,ea in regione hibernaturus.

AGATHIÆ HISTORIARVM
LIBER IIII.

Quæſtio de cæde Gubazis.

DVM interea ad hanc Romanis victoriam bellum cum Perſis geſtum iam euaſit, & perinde rebus induciæ eſſent, armis iam quieſcentibus, in quæſtionem mox venit audax illud in Gubazem facinus. Athanaſius igitur ad id delegatus altiore throno decenter inſedit, veſte indutus, qua ciuium Romanorum primores vtuntur magiſtratu ſungentium: huic aderant viri & ſcribere velocius docti, & literas curſim perlegere. cum his ſimul & adminiſtri graues quidam, & ſeueriores, & ſcientiſſimi in ſoro iudiciali vafredinis circumſtabant, & tonanti voce præcones lictoreſque magiſtratibus aſſueti. his permiſſum, vt ferrea vincula, collarios circulos, compedeſque, & huiuſmodi cætera ad torquendum homines inſtrumenta ſecum deferrent. Et ſanè mihi Iuſtinianus Imperator ipſe videtur nec indecenter, nec temerè, ſed ſapientiſſimè contemplatus, quæ vſui mortalibus forent, iudicium hoc pacto procedere ea de cauſa iniunxiſſe, vt non ſolùm barbari homines maiori quadam dignatione & reuerentia traditas ſibi Romanas leges demirarentur, ſub ipſiſque pati imperium inſueſcerent; verumetiam vt ſi Gubazes deſciſcere ad Perſas voluiſſe deprehenderetur, iure poſſet is cæſus videri, & Colchij de cætero nil angerentur, nec perinde rem grauem perpeſſi moleſtè id ferrent. tum & hi, qui cædem patraſſent, ſi falsò Gubazem arguerentur defectionis inſimulaſſe, ita eſſent afficiendi & condemnandi; vt præcone ſe comitante per hominum cœtus circumacti, exitiali gladio aſtantibus vniuerſis capite plecterētur: futurum eſſet, vt rei exitus per barbaros magnifieret, & duplicata ſimul & aucta his viderentur ſupplicia. Satis enim Imperator callebat, quòd ſi ſeorſum, & repentius, moreque barbarico Ruſticum Ioannemque interfici iniunxiſſet; Colchios omnino exiſtimaturos fuiſſe, haudquaquam ſufficienter acceptam iniuriam deleri hoc pacto poſſe, nec decentes delicti pœnas hos pependiſſe: ſed iudiciale forum ſi ſuo ex ordine maneat conſtitutum, ita vt vtrinque contradictione & litibus decertetur, miniſtris iudiciarijs vltrò citroque curſitantibus, reis actoribuſque coràm conſtitutis, ita vt rogati reſpondeant, comparente iudicum maieſtate, & grauibus ſententijs auditis, & (quod horribilius eſt) in exitium ſæpe pronunciatis, profectò maius aliquid barbaris viſum id iri exiſtimabat, & quòd admiſſi facinoris excederet merita, nimirum quum iudiciaria hæc inſtitutio vel ipſos Byzantij ciues, etſi continenter in ea exercitatos, perterrefacit; & plerunque non ſatis ſui compotes reddit, nedum barbaros homines & talium inſuetos. Vnde nil ambigam, Romanas has leges, imò & Atticiſſimas, vel aduſque Caucaſum prodiſſe.

Iuſtiniani hoc in iudicio conſtituendo ſapientia.

Proceſſus iudicij criminalis in percuſſores Gubazis.

Ruſticus demum Ioanneſque producti è carcere, iudici ad læuam, vt rei, aſtabant; vtrinque accuſatores aderant, Colchiorum ſapientiſſimi, Græcæque loqui iampridem inſtructi, orabant imprimis Imperatoris epiſtolam in medium recitari, quam antea Ioannes de his rebus ad præfectos detulerat: quod vtique & Athanaſio iudici placuit, vt ex his quiſpiam ad hæc inſtitutis epiſtolam magna voce perlegeret, quæ iſtiuſmodi eſt. Incredibile quidem & abſurdum videtur, quod nobis renunciatum eſt, Gubazem ſcilicet vo-

Iuſtiniani epiſtola de Gubaze recitari primùm iubetur.

luiſſe patrijs ritibus derelictis, & qui ſecum iampridem de diuinitate vnum & ſentiunt & fatentur, Romanis dico & ſuis ducibus deſtitutis ad infenſiſſimos & alieniſſimos velle deſciſcere, & qui de deo aliter longè ac ipſi nos ſentiunt, præſertim quum nil prorſus moleſtius ſit à nobis perpeſſus. Veruntamen quum ſatis intelligamus humana omnia mutabilia & labentia eſſe, & cum ipſa rerum incidentium varietate naturam etiam circumferri: non omnino diffidendum etiam renunciatis cenſuimus, nec committendũ, quo minus quæ huic ſunt, aut alteri cuiquam prauè cõſulta, vel hoc tempore caueamus, ni fortè curas nobis relinquere ſuperuacuas & cogitationes velimus ambiguas, quum incertior adhuc rerum exitus maneat: tametſi alienũ quidem & turbulentum maximè ſit, quum non omnibus poſſit fides firmior adhiberi, ſuſpicione ſemper & timore repleri, vel ex his quidẽ qui familiariſſimi ſint. Sed alioquin etſi id in omnibus vincat, ſequamur & ipſi naturam, & relatis nil fidei demus. Sed ne quid ſæuè crudeliterq́; in Gubazem per nos fortè agatur, néve non perinde decentius remolleſcamus, ſed euitemus (vt) potius vtrinq; futuram forſitan pœnitudinem; rectè conſultum nobis eſt viſum, & quod medium teneat, vt vir ille ſe ad nos conferat. Mittite itaque eum ſiue volentem, ſiue inuitum. Quòd ſi, vbi id velle vos ille cognouerit, obſiſtat tamen, & vobis ſe comprehendentibus ſiue trahentibus venturum ſe neget, quod iſti factu erit perfacile: ſiue propulſet, aut obuiam eat, ſiue vtcunque in vos manus extulerit: quandoquidem rei præmeditatæ argumenta nobis hæc forent, & vos infenſiſſimi hoſtis loco hunc habetote; & ſi quis hunc huiuſmodi audentem occiderit, meritò cæſum cenſebimus, eritq́; id facinus patranti impune; nec homicidij punietur, ſed perinde erit, ac ſi tyrannum occiderit, laudandus. Hac igitur Imperatoris epiſtola eiuſmodi demandante perlecta, mox Colchij viri, qui ad accuſandum parati erant, quan-

Accuſatio Colchorum. doquidem iudices ita decreuerant, vt priores hi dicerent, ita exorſi ſunt. Satis iam eſſet ſcelus id iudices, quod hi auſi ſunt, vel nobis tacentibus acerrimis hos ſupplicijs ſubdere: ſed quoniam noſtris legibus viſum eſt oportere de patentibus maximisq́ue criminibus haudquaquam ſententiam ferri, niſi prius quæ geſta ſunt, ſermonibus agitentur; accedimus iam, quæ facta ſunt, narraturi. hoc pacto nobis, quod lege cautũ eſt, abſoluetur; ſi ea, quæ dicturi iam ſumus, ſimpliciter & ſine arte nunc explicamus: & ſanè hæc haudquaquam talia ſunt, quæ ſceleris queant magnitudinem perſcrutari. Verùm quænam his excuſatio relinquetur, qui virum vt vobis amicum, familiarem, & ſocium eiuſdem vitæ, eorundẽ & fœderum, ita & de deo vobiſcũ vnà quamoptimè ſentientẽ; & omnia, quæ vobis conſuetiſſima ſunt, aſſecutũ, impudenter adeo obtruucarint; deprehenſiq́; ſunt, quandoquidẽ & hoſtibus pergratam rem fecerint, aduerſum vos inimicitias exercuiſſe? Imperator, ô iudices iam interfectus genere non ignobilis erat, ſed virtutis ſtudioſiſſimus, & Romanorũ partes longè acrius tuebatur, quàm parricidæ iſti & ſcelerati. Euerſæ iam Colchorũ res ſunt, & penitùs defluxere, ſed verius Reſpub. ipſa: etſi pars quædã ipſi nos ſumus non perexigua huic ſubditorũ. Et vobis ſanè deperijt noſtrarum rerũ conſtans habitus ille, & ad id temporis inoffenſus: ac virium non parũ deceſſit, veſterq́; præſens iſte viuendi modus non vndequaq; integer eſt, ſed paululũ imminutus, nec decenter conſtitiſſe videtur, ſed contrà arguitur ratio nominis cognomentum mentiri, quum ſua ſit integritate priuatus. Quum iſtorum delicto res veſtræ ita ſe habeant, haud tamen oportere affirmant, quod per ſe patratum iam ſit, etſi pergraue admodum videatur, vt ipſi nunc aduertatis, ſed mentem ipſam ſcrutandam adeundamq́; eſſe, qua geſta res ſit, & obſcurioribus argumẽtis nonnullis, id eſt, ſatis decentibus vos incendendo, animis veſtris vt potius confingatis maximum vobis

inde

inde beneficium acceſſiſſe, quàm ex iacturæ perſpicultate, quæ vtique re ipſa & factis oſtenditur, credere ea malitis. His hi argutiolis priuſquam in iudicium veniſſent iactatis vulgatisque, multos ſe fallere arbitrabantur. Si igitur, ô iudices, in his certaminibus iſti hæc addant, quæ apud eos habentur, qui planè intelligant, haudquaquam par fore tam apertam & expeditam iniuriam prætermittere, & in certis quibuſdam potius de cauſis falli, & his fruſtra diſſimulatis. non enim ferendum id eſt, vt hi apertè fatendo ſe, hominem occidiſſe, portentoſa nunc narrent, plurimum ſcilicet vtilitatis veſtris publicis rebus fuiſſe ea ex cæde allatum. Quo nam pacto ſibi ipſis contraria ſunt nunc iſti confirmaturi? vel quî fieri id queat, vt factum id dum graue abſurdumque nuncupamus, mentem ipſam mox laudemus, qua patratum id ſit, inde Reipublicæ quæ in rem forent præmeditatum? Enimuerò vtilitas hæc, & iuſtitia, diſiunctę ab inuicem iam pridem fuere: proin ſænitia quidem, & æquitas, nec iungi inter ſe poſſunt, nec commiſceri. Quòd ſi nuda iſtorum perueſtiganda cogitatio, vel ex ea quidem hi prauæ mentis fuiſſe, & peſſimi ingenij arguerentur, vt qui Perſis gratificari voluerint: vnde nec Romani ſunt carnifices iſti meritò nuncupandi, nec vt eiuſdem gentis hominibus beneuolè cum his ducenda ſit vita, neque vt admodum infeſtiſſimis, quandoquidem ſunt à communi naturę lege ſeiuncti, nedum à noſtra, & ſcripta. Aduerſarij nimirum & alieni ex opere ſunt, non ex loci diſtantia internoſcendi. Qui enim quæ hoſtibus placeant, promptius exequatur, iure pro hoſte habendus eſt: ſiue præſens is ſit, ſiue vnà militiam faciat, ſiue ſuæ genti fuerit quamproximus. Sed dicturi forſitan ſunt, neque amicum, neque Imperatorem ſe obtruncaſſe; ſed hoſtem potius & tyrannum, & qui Perſarum rebus ſtuderet. Eò veſaniæ hi peruenerunt, vt ad Perſas defectionis inſimulent mortuum: ita nec miſero illi relinquitur, vt malis eximi vel mortuus queat. Nunc verò proditionis ſit reus, tametſi vbi victor euaſerit, nihil malorum ſit de cætero habiturus. Quæ nam enim ſiue apud vos, ſiue apud barbaros lex accuſationem collaudarit, quæ poſt iudicium fiet? Hi nanq; accuſatores, & iudices facti, & hoſtes, indicta cauſa omnia ſimul nil delinquenti ſupplicia intulerunt, quæ vero tyranno & condemnato ſubeunda fuiſſent. Nunc itaque prodeunt ſe vt defendant, qui interfectum iniuria criminantur: tametſi eos oportuiſſet, ſi criminationibus iam ſatis fidebant, vt priuſquam obiecta refellerent, quicquid iuris in hunc habuiſſent protinus confirmare, & primi in iudicium trahere, non nunc criminando rurſum & incuſarent. Nam ſi permiſſum id omnibus fuerit, cur ipſi carnifices iſtos nō occidamus, ſi liceat nobis in iudicium fortè deductis, vt his fato defunctis, quæ antea deliquiſſent referre: & hac via eniti, iure nos contrà peccaſſe, quandoquidem priores ipſi pro re nequiter geſta affecti moleſtia, non iniuria in hos vindicaturi eſſemus: hoc pacto altercationes decenter procederent. Sed neque nobis id audendum, nec alteri cuiquam, ſi pro patrijs fuerit inſtitutis viuendum. Agedum ſi cuiq; liceat eos, quibus cum inimicitiæ intercedant, ſubitò obtruncare, idque ſæpius factum vel in infinitum permitteretur quempiam audere: quonam pacto & vobis liceret intrepidè ſententias ferre, & tutius confirmare, quum pro arbitrio quos velint interficiant omnes & interficiantur, & inuicem inſidijs vti impunè confidant? vel quomodo adepturi vos quempiam eſtis, in quem ſupplicia inferre poſſitis? quin potius gens tota ad internecionem peribit, prærepturaque eſt quęſtionis & tempus, eorum procul dubio prauitas, qui ſeſe quotidiana impugnatione deperdant. Sed cur, inquiunt, moleſtum id fuerit, ſi homine vno & hoc proditore deperdito, cæteri omnes, quibus ſunt fœderibus ſocietateq; iuncti, cōtinentiores reddantur? Enimuerò ex proditorum interitu, vel ſi infiniti diſpereant, ſi nihil aliud

interfectoribus afferatur vtilitatis, iſtiuſmodi tamen vt è medio prorſus tollantur, de ſe ſatis ad aliorum commodum valent. At ſi proditione nulla deprehenſa occidatur temerè vir pręcipuus aliquis, & tormentis afficiatur, perinde in eo facinore apertè deprehenſus: quo pacto ſocij poterunt continentiores iam reddi? quo inquam pacto non iſti potius cōuentiones diſſoluant, ſi ſceleris participes fuiſſe vos duxerint? id ſedulò animo agitantes, quòd ſi erga familiares & coniunctiſſimos charitatis atq; iuſtitiæ fueritis prorſus expertes, in alienigenas & peregrinos ſerò vos ſtabiles fore, nec eos niſi incidente neceſſitate de cætero cognituros. Nobis tamen ſat conſtat, nec eius vos conſilij participaſſe, neq; quod his duntaxat inſedit ſcelus, in omne Romanorū genus iam peruaſurum: neq; noſtram de vobis conceptam opinionem, quod fideles ex veſtra conſuetudine conſtantioresq́; ſitis, æquiſſimarumq; vt ſit apud vos legum eximius vſus, iſtorum eſt malignitas peruictura. Sed aliter longè ſentimus, & veſtrū id iudiciarium forum pro communi gloria conſtitutum videmus, vt vniuerſi intelligant homines, haudquaquā veſtra voluntate id factum, vt tam grauia & violenta Colchi paterentur. Sed nunc fortè in ambiguum multitudinis ſententię diſtrahuntur, & in incertum feruntur, quæ ſunt cuiq; viſa: ex veſtro tamen iudicio, quod ab hoc & vulgari longè plurimum differt, ô iudices perſpicuū fiet, non familiarium proditores vos eſſe, ſed peccantium caſtigatores. Hi verò etſi verba videntur in ſui defenſionē feciſſe, ſatis tamen coarguuntur ſeſe incuſaſſe, & ſceleris abſurditatem fateri. Siquidem per Imperatoris epiſtolā præfectis iniungitur, Gubazem ad ſe vt Byzantium mitterent, & primò perſuaſionibus agerent: proinde ſi dicto minus parêret, vt cogerent, non tamen prius necarent, quàm ad defectionē penitùs deſcendiſſet, ſeu in Romanos cœpiſſet hoſtiliter agere. Hi vero quum neq; præfectorum munere fungerentur, nec aliàs iſtis permitteretur, vt licentius & pro arbitrio agerent, confeſtim miſerum obtruncarūt, haudquaquam prius vt Byzantium iret, hortati; vel mediocriter vt renitenti vim intulerunt, nec tunc primùm hominem periclitari, ſi quo forſitan modo non iuſſis obſequi auderet, tametſi glorientur quammaximè, & iactare nil deſinant, imperatoris mandata ſeſe peregiſſe, quum illius potius aſpernentur ſententiam, auſi in primis falsò Gubazem incuſare, & de ſe facere, quæ à rectioribus eſſent imperatis alieniſſima: & quod cæteris erat abſurdius, nec præfectis ipſis epiſtolam oſtenderunt, vt perceptis, quæ ſcriberentur, ſatius facienda decernerent. Quo igitur pacto iſtorum audaciam non quæuis pernicie, & quibuſuis ſupplicijs longè ſuperiorē quis duxerit? Liquet ſanè nulli hominum inferendam eſſe iniuriam, idq́; & fugiendum, & vetitum iam pridem fuiſſe; præſertim quū amicus ſit, & beneuolus, qui à proximis impugnatur, & iniuriam patitur. Quis enim noſtrûm pro Perſarū diuitijs ſua omnia offerentium erga vos priſtinam immutauit beneuolentiam? Quis Coſrois Perſarum regis non eſt amicitiam aſpernatus, & quum ei ſat licuiſſet in omnem felicitatem procedere, erga vos amorē imminuit? Quis, inquam, quū veſtra loca per Perſas diu opprimerentur, veſtris adhuc contantibus auxilijs, à vobis deſciuit, & ita vt ſubitò ad Caucaſi montis mitanda tranſiret, & non potius tulerit in bellię motem vitam hîc ducere, quàm hoſtiū liberalitate admiſſa, poſt reditum domi in delitijs viuere? Quis demum erat, qui veſtri ob gratiam minus reformidaret quæuis grauiſſima pati? Gubazes nimirum, (ô leges, ô iura) qui ad Perſas defecit, qui tyrannidem cœpit, & Romanorum res prodidit, à Ruſtico & Ioanne, abiectiſſimis quidem & perditiſſimis viris, vir regius eſt ille occiſus. Sed haudquaquam oportuit tam ſubitò hunc per iſtos diſperditum iri, ſed per publicos potius Romanorum Colchorúmque magiſtratus maturius condemnatus, per Imperatorem denique, vt cæ-

terorum

terorum quauis de cauſa maximum, vt pœnas promeritas lueret. Verùm
quum nulla his eſſet tanti ſceleris iuſta cauſa committendi, ſed odia potius
abſurdiora quædam, & ex inuidia nata, ad id hos mali prouexerint;non in-
iuria rectis conſilijs,prudentibusq; cogitatis,& vtilitatis cognitioni nil tem-
poris reliquere:ſola his audacia liuorque,licentiæ plurimum exhibebant,&
quod diu animis agitauerant quū deniq; parturiſſent, ſic temerè ſunt execu-
ti,vt nec præſentis temporis obſeruaret neceſſitatem,nec quoquā pacto con
cepèrint animo, tanto ingruente Romanis bello prudentis viri officium fo-
re, vt vel peregrinas & nondum cognitas nationes beneuolentia ſibi & hu-
manitate conciliarent:hi verò vel iam pridem familiariſſimos, hoſtes Roma-
nis vt reddant,quammaximi faciunt, & iam ad id iſti peruenerant.nam & ho
ſtibus ceſſimus, & aduerſus amantiſſimos olim conſilia inibant: terra Perſa-
rum erat,& iam patrias leges apertius apud nos euanuiſſe contigerat, & cæ-
tera inerant,quæcunque factionum ſunt & diſſidiorum indicia. Quum itaq;
hæc omnia ſic re ipſa proceſſerint,& peracta iam ſint,resque nobis tam proc
ſus defluxerint,exquiſita quædam ſunt his ſupplicia inferenda. nam ſi nos in
Romanos fidem ſeruauimus,& in hac permanendo ſtabiles ſumus; haud ta-
men,ô iudices,par eſſe cenſemus,vt noſtrę benignitatis fructum hi referant,
vel minoribus pœnis afficiantur,quàm facinoris natura depoſcit. Poſtquam
accuſatores iſtiuſmodi criminationibus vſi dicendi finem fecere, Colcho-
rum turmæ audire quidem, quæ dicebantur, haud ſat poterant:ſed cognitis
poſtea,quæ producta per ſuos in concilium fuerant,vel ipſæ quidem certan
do operam animi promptitudine inſudare, geſtuq; corporis ipſo & nutibus
identidem circumferri,& ſic animo affici;vt quid ipſi ſentirent,quidúe com-
miſerarentur,præ ſe facilè ferrent. Dum interea iudices indicto ſilentio inui
cem conſultando tacitò rem incuſarent,condemnarentq;, atq; adeo graui-
ter ferrent,non ſtatim reos perditum iri,ſed alioquin hos hortarentur,in eo-
rum defenſionem quæ vellent,vt dicerent. Colchorum multitudo proceſſit
in medium, & apertius clamitándo fremebant, ita vt in apertum voces iam
ederentur. Colchi tamen,qui ad incuſandum deſtinati aſtabant,manibus ſi-
gnificando,ſuos tumultuantes cohibuerunt: vnde ſilentio facto,in medium
Ruſticus cum Ioanne germano productus, verba huiuſmodi fecit. Fortuna *Ruſtici ad iudices oratio.*
nobis,ô iudices,noſtrorum conſiliorum exitum ſubitò immutauit, & planè
in contrarium vertit. nam quum neceſſe fuiſſet rerum per nos geſtarum vt
magnitudine frueremur, nunc verò vt mortis rei, dicturi iam cauſam vobis
aſtamus. Sed ſuauiſſimum id nobis certamen videtur, & gloriæ plenum, ſi-
quidem omnibus hoc modo perſpicuum fiet, nos ſolum egregiū id facinus
peregiſſe, vt hominem tyrannum & proditorem iccirco occideremus, vt Im
peratoris noſtri res integræ forent:ita vt ſi vel mors nobis ſit obeunda, ſuſce
pturi vt non ingratam & volentes quidem hanc ſimus,ac voluntarium id ef-
fecturi,quod angit cogitque, & moriemur optimum mortis hunc commea-
tum & læticiæ habituri,quod ſatis callemus Romanos adhuc in Colchos ha
bentes imperium nos relicturos, & nondum illud ab his fuiſſe per alienos
ſubtractum. Quòd ſi apud Perſas dicenda nobis cauſa eſſet, negaturi omni-
no eſſemus,quæ feciſſe arguimur; extimeſcendaque eſſent certiora iudicia,
timoreque perculſi in ambiguo forſitan verſaremur, quibus nam verbis v-
tendum eſſet apud iudices præcipuè immaniſſimos, & ægerrimè ob id,
quod patratum eſſet,ferentes,ſi ſpe fallerentur. Romano verò iudicium gu-
bernante,qua nam de cauſa ſumus,quod fecimus, negaturi; quid præterea
ea excuſaturi, quibus & vos affecti beneficio eſtis, quum tyrannum occidi-
mus?Non enim inclytum illud & Imperatorium nomen illi reddendum,qui
ex rebus ipſis ab ipſo hoc nomine ſit alieniſſimus viſus, tametſi accuſatores

iſti ingenti voce apud vos proclamarint, indignumq; facinus fuiſſe nos auſos, qui Imperatorem necarimus. non enim ex purpura, ſeu quouis amiculo, & extrinſecus quę viſuntur, alijs ornamentis, id regium nomen eſt cuiquam tribuendum: ſed ei, qui æquitatem exerceat, nec decentia aſpernetur, & cupiditates his ſolum rebus emetiatur, quæ animi ſtabiliunt ſapientiam. Si enim ipſi virum hunc occidendo iniuſtam rem auſi ſumus, æquior futura eſſet in nos criminatio, meritoque & violenti, & inſolentes per Colchos nunc dicceremur. ſin verò ſuis ex moribus procul is à regijs hiſce officijs aberat, ita vt nec moderati quicquam, nec penſi per eum conſuleretur, niſi vt clam in nos Perſas deduceret, & his hæc proderet loca: qur non potius his egregiè factis imminentis mali tempus erat præueniendum, quàm regiam ſtolam verendo ſub hoſtium ditionem venire? Enimuerò qui periculum ſibi aliunde præmeditatum prænouerit, quum protinus queat inſidias declinare, & præſens vtcunque propulſare diſcrimen, vt impoſterum occurſuris conſideratius queat ſe coaptare: profectò maiori ſæuitiæ aſcribetur, ſi tum primum tormenta ingeſſerit, & non potius ſua ſit poteſtate contentus, qua contrà poſſit, quum velit, malum inferre. At vbi conſilia ſint ad rem ipſam deducta, & ad opem ferendam nihil ſit temporis reliquum, ſed eueſtigiò ſint omnia peritura, & cum omnium communi ſalute dematur etiam huius ſpes omnis recuperandæ, hic nimirum ſapientibus celeritas eſt præeligenda, ac ne quid indecentius patiantur, mox procurandum. Si igitur nunc iſti irrumpant accuſatores, inquinatum ſcelus fœdamque cædem identidem clamitantes, & eiuſmodi nuncupationibus id factum decantent, & rem geſtam enixè nitantur intendere: veſtrum erit, ô iudices, eos ad memoriam reuocare, & contemplari, qui priores eiuſmodi cauſas obtulere, quibus ipſi per nos rem geſtam inuaſimus, & facti ex æquitate animi bonitatem pernoſcere: quandoquidem pleriſque in locis per ciuitates vagos quoſdam & perditos homines ſiue fures ſpectamus ſiue alios, qui grauiora quædam admiſerſit facinora, hos quidem capite plecti, illis vero pedes præcidi: haud tamen factum id incuſamus, & ſi ſit inhumaniſſimum viſum, nec præſidibus ipſis, qui ea ſupplicia inferunt, ſuccenſemus; nec perinde crudeles, ſceleſtos, ac infelices hos dicimus: ſed priorum illorum ſcelera animo agitantes ad memoriam reuocando, pro commiſſis pœnas hos luere credimus, perinde ea oblectemur crudelitate, ſi modò dicenda crudelitas eſt. Quid ergo commiſimus ſceleris? Hominem necauimus nobis infenſum: tametſi inimicitiarum accuſatores id nomē aptius partiendo, non ei tantum, qui longo ſit interuallo ſepoſitus, aſtruant conuenire; ſed cuiuis hominum, qui & ſi eiuſdem ſit nationis, quæ hoſtes faciunt, facere adnitatur. Et nobis item vt optima ac veriſſima hæc probatur ſentētia, vt quæ rei ipſius naturam perſpexerit. Quum itaque vtriſque noſtrum id placeat, agedum hoſtem fuiſſe Gubazem, & prodito vtamur nunc argumento, quandoquidem huic innitendo iure is cæſus videbitur. Vniuerſa hæc nanque barbarica natio, & ſi Romanorum ſit ditioni ſubiecta, animo ab his tamen alieniſſimo quamprocul abeſt, & legum ordine degrauata, ad res nouandas tumultusque excitandos ſuapte natura defertur, ſuoque more & liberè viuere his haud dubiè perquam ſuauiſſimum eſſet, nec cuiquam ſubdi, ne improbitatis pœnas ſubirent: vnde quum id aſſequi nequeant, alias tamen hi nationes, quæ hiſdem ſecum vel ritibus viuant & quamproximè ſint, vt ſibi adiungant, quammaximè ſtudent. Quo vitio & ſi apertè Gubazes tenebatur, quia & barbarus natus, & communi hoc genti perfidiæ morbo tunc laboraret, eò eſt tandem aduerſum nos liuoris enectus, vt non de cætero duceret, quod animo inerat, occultandum; quin potius accelerare, & re ipſa iam odia exequi, prauo fixa iampridem ingenio ac male diſſimulata: ſiquidem inſudantibus

bus nobis & quoduis diſcriminum attrectantibus,nec permittentibus hoſti
quippiam ex voto procedere, ipſe tamen domi manendum cum ſuis iam du
xerat, & à laboribus procul abeſſe malebat, quum alioquin & diligentius
obſeruaret, & percontaretur certaminum motus,quò loci eſſent,tum ſi quid
Romanis fuiſſet bello egregie geſtum, exque victoria quid certioris fuiſſet
& veræ gloriæ partum, confeſtim is infenſiſſimi animi prodita vanitate, &
obtrectare adnitebatur, & perinde parui momenti facere ex rebus geſtis
laudem comparatam, vanum rei principium, ac vaniſſimum item euentum
iactitans fore, nec noſtra id quidem virtute factum, ſed fortunæ temeritate.
Quòd ſi fortè ſpem præter aliquid minus proſperè gerebatur, (quî enim id
fieri poteſt,vt res humanæ non plerunque in contraria aduerſaque deuol-
uantur,vel eodem vt ſemper ſtatu procedãt?) tum is veluti promptior quiſ-
piam rerum geſtarum cenſor, fortuna ipſa perinde innoxia ſtatim omiſſa,
tanquam expers illa vt eius caſus fuiſſet, quod haud ſatis probè per nos ge-
rebatur,præ animi puſillitate,debilitateúe manuum, & conſultationibus ſto
lidè factis eueniſſe id decernebat, non fortunæ temeritate vel inconſtantia:
nec huiuſmodi cætera, quorum contumelioſius nos arguebat, hoſtium aſcri
bebat fortunæ,qua nos ſuperaſſent.vnde quum nihil tacitum ferret, non ſo-
lum Perſarum exercitibus notiora hæc faciebat,quibus omnem operam in-
ſudaret,ſed vel in Hiberiam vſque ad Alanos,Suanorumque nationes,& cę
teros barbaros,qui & vltra Caucaſum incolunt loca, vel alios item atque ali
os,qui ab his longo ſunt interuallo,& vltimos habitant terrarum fines, nun-
cios dimittebat, qui fermè ſignificarent Romanos bello inualidos à barba-
ris deuictos debellatosque eſſe. Et ſanè huius rei ob gratiam nuncios tranſ-
mittere nunquam deſijſſet, ſi modò continenter id facere potuiſſet. Quod
vtique ſtudium non ſolum ad Romanorum is efferendam ignominiam cepe
rat,& ſi magnum id erat infenſi animi argumentum:ſed aliud quiddã,& lon
gè maius elaborando machinabatur,nimirum qui eam famam,quę de Impe
ratore Romano apud barbaras gentes peruicit, quòd potentiſſimus ſit, tro-
phæiſq; & plurimis prędítus,in partem diſſoluere idcirco animum intendiſ-
ſet,vt barbaras gentes,& ſi virium Romanarum admiratione ſimul & formi-
dine captas, audentiores fidentioresque redderet. Num igitur hoſtis erit &
iure,qui iſta faciat,nuncupandus,an amicus potius & beneuolus imperator
ſociusq; & fœderib.iunctus,ſiue vt aliaſcũq; denominare accuſatores hi glo
rientur?Tametſi id nomen vtriſq; ſi communiter tribuatur, haud tamen ali
ter amicus diſcerni ab hoſte queat,niſi ex incidentium rerum euentu,& vtrũ
rectè an aliter affectus animo ſit. Si igitur Gubazes noſtram victoriam ægrè
tuliſſe arguitur,& iocunditate affectus,ſi quid ipſi fortè reliquimus,quur ad-
uerſus Romanas leges barbari iſti inclamant, quibus in hos animaduertere
conſueuimus,atque adeo,vt has fortè ſuſtulerint,quum Reipub. firmitatem
in partem obturbant,demoliuntur,& vaſtant?Sed ſi videtur,quæ dici decen
tius poſſent,nunc omittamus, & rerum duntaxar contemplemur experienti
am,quónam nos illa ſit traductura.Tenebatur à Perſis præſidium Onogoris
ex Archæopolis circumiecto agro adempta:& erat quidem intolerandum id
dedecus, hoſtilem exercitum infra noſtrorum locorum conſpectum tam va
lidè conſediſſe. vicerat in præfectorum concilio ea ſententia, vt in hos cum
viribus vniuerſis iretur, euerteretur que, ſiue ſaltem depelleretur, quòd ibi
reliquum eſſet exercitus diu iam collocatum. Erant quidem nobis Colcho-
rum pernéceſſariæ copiæ, vt non modo pro ſua eorum locorum peritia plus
aliquid, quàm hi, qui eius regionis ſunt imperiti, ad communem vtilitatem
excogitarent, ſed vt bellantibus nobis aduerſus armatos & è munitioni-
bus propugnantes, vel in Perſas etiam, qui eſſent è Muchiriſide aduenturi,

auxilio forent, & ſimul obuiam irent. Quid tum igitur hiſce in rebus præfectis agendum fuiſſet? Nimirum precario gentis ab duce Lazorum depoſcendum auxilium erat, factaque petitionis mox æquitate in belli ſocietatem ea gens aſciſcenda. Precati ſunt itaque, & rei ipſius aperuere neceſſitatem. Ille tum, vt qui pro indubitato Imperatorem ſe duceret, perinde ac fas ſibi iam eſſet pro arbitrio viuere, nec militare quidem nobiſcum volebat, nec ad præſidium expugnandum contendere, atque adeo, vt ne adeſſe quidem tunc tolleraret, nec pertinaciam deprecari ſuam, nec ad negandum ſaltem aliquem prætextum moliri creditu facilem: ſed præfectorum reijciebat petitiones grauius longè & planè acerbius, quàm mercenarij & ſubditi hominis dignitas pateretur. Ad hæc in præfectos odium accedebat, & hoſtiliter illis conuiciabatur, perinde ſtrenuè factum id duceret, & Imperatore ſat dignum: quin etiam nomine ſingulos compellando, iamdiu præmeditatus & fidens criminationibus inceſſebat. Deinde cunctandum fuiſſet, vel egregium opus diutius differendum, & caſtigationes ab eo expectandę maiores, vel Imperatoris epiſtola depromenda, cuius hic iuſſu Byzantium iret, qui tamen in terris ne* breuius quidem iter facere noſtri gratia vellet. Sed qua nam arte ad Imperatorem tranſmitti hic poterat homo, qui tantopere nobis eſſe infenſior occœpiſſet, niſi cum infinitis & turbulentiſſimis ſeditionibus, ac ciuium cæde, & aperta quadam ad Perſas defectione: tum hauduaquam, vt hoſtis impudentiſſimus, & vim omnino facturus, dictis eſſet obſequuturus: & eius gēs omnis ad ſeditiones ſit promptior, tum quia ſuapte natura ad res optimè cōſtitutas, more barbarico commouendas & obturbandas feratur, tum etiam quia in proximos habeat qui ſe tueantur. vnde & nos principe ſeditionis ſublato, tantarum calamitatum materiam tanta facilitate ſedauimus, vt nunc apertius credi non poſſit, quod erat omnino futurum. Non itaque, iudices, hi nunc epiſtolam proferant, neque idcirco nos deprimant, quia quę in ea perſcriberentur, ſectati nil ſimus. Id nanque quod haud ſatis pateret, vt Gubazi eſſet Byzantium ad Imperatorem eundum, profectò periclitatio erat & tentatio quædam iure compoſita, vtrum ſpontè is iuſſa ſubiret. Vbi verò facilè nobis eius animi peruicacia cognita eſt & contentio, quandoquidem id, quod minus eſſet, repudiaret: quo pacto nobis non ad maiora erat progrediendum, & non e veſtigio ad eum finem mox concedendum, ad quem multis intercedentibus malis aliquando tandem peruenimus? Non enim ei, qui temporis opportunitatem neglexerit, nec ſe rebus gerendis tunc ſtatim accommodet, licebit in poſterum, quod omiſſum eſt, reuocare. Relinquebatur ergo, vti apparet, & accuſatores iſti fatentur, vt Gubazem in iudicium euocarem, & iocularia quædam excitarem certamina, & verborum potius vt grauitatem & elegantiam, quàm rerum ſecuritatem deligerem. Haud tamen permiſiſſent id Perſæ, qui præſentes iam eſſent, & rebus incumberent. Sed poſtquam Gubazes hoſtis eſſe, & proditor, vndequaque arguebatur, ad ſpēque erigebatur tyrannicam: quid intereſſe Colchi putant, ſiue per nos, ſiue per alios ſit is obtruncatus? Non enim præfectis ſolum, ſiue aliàs præpotentibus, neceſſe eſt vt bona mens innaſcatur, & planè inſideat: ſed cuiuis hominum, qui eius vitæ conditionis, in qua ſit conſtitutus, curſum vt teneat, decoremque cupiat inſudare, & quod omnibus conferat, pro viribus exequi. Quamobrem & ſi vani quidem & conſpuendi apud vos iudicamur, ſummæ tamen erga Imperatorem fidei ſumus, & mirificè Romanos nos colimus: vnde & qui parare his inſidias vellent, quo minus id facerent, coërcebamus. Quòd ſi aliud quippiam id præter dicendum erit, noſſe vos velim, ô iudices, pulchrum eſſe, & in verò æquiſſimum facinus, quòd opportunè nos auſi ſumus, nec ſine Martini voluntate patratum. His peroratis, Athanaſius

*perexiguum.

Athanaſij iudicis conſultatio.

naſius non minus tunc primùm Ruſtici dicta, quàm Colchorum, vt ſimillima veri, admiſit. Vbi verò bis iam ea eſt de re conſultatum, diligentius omnibus perſcrutatis, quum de proditione & tyrannide factum nullum apertè cõſtaret, quo deliquiſſe Gubazes deprehenderetur, ſed iniuſtè potius videretur, & iniquiter fuiſſe commiſſa cędes, nec per Romanorum opprobrium ad Onogorim cum his ſimul in expeditionem iturum ſe Gubazem negauiſſe cõperiretur, ſed quia præfectis eſſet ob militiam admiſſam infenſior, præ delicijs nimijs & negligentia debilitatis; confeſtim Athanaſius, quod de Martino dixerat Ruſticus, quòd eius voluntate patratum fuiſſet id facinus, referendum Imperatori potius, quàm in præſentia iudicandum exiſtimabat. His verò, vt apertè ſe cædem patraſſe fatentibus, ex ſcripto ſententiam intulit, qua interfici iubebantur, & capite plecti.

Ioannes & Ruſticus capitis dãnati.

Tunc demum Ruſticus & Ioannes comprehenſi, mulis impoſiti, & publicè circumacti, maximum de ſe & horribile ſpectaculum Colchis præbuere. nam obſtupefacti aſtabant, præcone voce ingenti & apertius proclamitante, monenteq́;, leges vt vererentur, iniuſtaq́; cæde vel ſinguli abſtinerẽt.

Exemplum iuſtiticia.

Vbi verò præciſa his capita ſunt, tum omnes decuſſa moleſtia è Gubazis morte concepta in commiſerationem ſunt verſi, & in his certamen omne ſolutum. proinde Colchi Romanos rurſum ſumma beneuolentia proſequi, & priſtinos renouare mores. His ita peractis, Romanorum exercitus per caſtella præſidiaque hibernabat, vt cuiq; erat iniunctum.

Miſianorum ad ducem Perſicum profectio.

Interea viri quidam Miſianorum primores in Hiberiam ad Nachoragan Perſarum regem profecti, renunciatis quæ in Sotirem ipſum egiſſent, vera profectionis cauſa occultata querebantur, quòd poſtquam Perſarum partes ſectandas ſibi delegerant, per Romanos & Colchos contemnerentur, & inter abiectiſſimos habiti, denique ſibi Romanorum præfectum Sotirem inſtitiſſe, & verbis quidem prætendere, eorum ſe oppidum velle vt ſocijs inde aurum impartiret, ſed finem fore in ſuæ gentis perniciem: vnde quum in pręſenti liceret vel funditùs his interire, vel Romanos præueniendo ex audaci facinore apud nonnullos ſibi gloriam vendicare, vel hoc ſaltem pacto imminui, viuere tamen ſe pro arbitrio malle, & ſua vtcunque expeditè ſit viſum diſponere, delegiſſeque potiora, & quæ magis humanis inhæreant moribus, aliorum ſiue conuicia ſiue criminationes parui ſe ducere, maximi tamen ſalutem. Sotirem deinde fateri ſe obtruncaſſe, vt exactis ex eo pro illata iniuria pœnis ad ſe & Perſas facta hoc pacto erga hos beneuolentiæ fide cum gloria maiori tranſirent: Romanos tamen non deſituros aſſeuerabant, quum pro re geſta, tum defectionis ob cauſam ad Perſas facta, rem moleſtius ferre, ſed ſe quamcelerrimè inuaſuros; ſublaturosq́ue, vbi eò conceſſerint, vniuerſos. Quocirca decentius fore, vt qui ſe ſuaq́ue dederent, rex vt benignè ſuſciperet opemq́ue ferret, eorumq́ue locis proſpiceret, vt ſuæ ditionis iam factis, nec per negligentiam gentem nec paruam quidem, neq; obſcuram & periclitantem iri diſperditum ſineret, quippe quæ ad eius imperium non parua ſit futura vtilitatis acceſſio. nam & peritos ſe belli eſſe facilè ſe comperiturum aiebant, ſeq́ue pro Perſis quum opus foret fortiſſimè pugnaturos, ſuamq́ue regionem quia ſupra Colchos reſideat, peridoneam fore, vnde tanquam è munitionibus in hos tutò fieri inſultus queant. His Nachoragan auditis, Miſianorum oratores perquam lubens excepit, factam que ad ſe defectionem probauit, fidentesq́ue abire hos iuſſit, vt in tempore Perſica auxilia habituros. Hi itaque, vbi ad ſuos reditum eſt, ſingulis vti acta fuiſſent renunciatis, ſpei plenos hos faciunt.

Bellum in Miſianos.

Vere autem incipiente, Romani in vnum coactis iam exercitibus, aduerſus Miſianos ducere ſtatuunt. Buzes verò Iuſtinusq́ue, vt in inſula maneant, conſtituuntur, eas partes aſſeruaturi, & curæ vt his cætera forent. ad hominum autem

tria milia equitibus pedites intermixti ab bellum ſunt miſſi, inter quos erant
clariſſimi viri Maxentius Theodorusque Zanicarum copiarum præfecti, viri
que, vt ſæpè iam diximus, bellicoſi; & ordinum duces. & hos quidem in ex-
peditionem profectos ſubſequuturus haud longè poſt erat Martinus, vt om
nes ſimul ductaret. Hi tamen interea ne inexercitati manerent, eius exercitus
præfecturam ſunt nacti, quoad his eſſet per agrum pacatum iter, Barazes Ar
menius, & Pharſantes Colchius; qui nec laborum tolerantia, neque alia di-
gnitate cæteris præſtarent militibus, ſed nonnullis inferiores potius eſſent.
Lazorum præfectus alter militum erat, dux alter Colchici imperatoris fami-
liarium agminum. haud tamen tantum his vel prudentiæ vel audaciæ inerat,
vt fidentius iubere præeſſeque Romano exercitui poſſent. Et Romanorum
iam copiæ in Miſianorum agrum peruenerant, & progredi iam cupientibus
impedimento fuit Perſicum agmen eódem coactum. Perſæ nanque, quum
ſe Romanos ad bellum parare præſciſſent, & aduerſus Miſianos ituros, ex
Hiberia motis & è caſtellis circa Muchiriſim caſtris, eódem quò & Romani
tendebant, agrum Miſianorum vt mox defenſuri, ita & allaturi his opem.
Quum itaque circa Pſilliorum præſidia Romani ſtationem haberent, tem-
pus extrahere nitebantur, quoad æſtas exiret. Nam velle tunc Perſis ſimul &
Miſianis obuiam ire, nec commodum fore, & falli ſe poſſe rebantur. Sic itaq;
vtrinque exercitus quieſcebant, & in neutram partem progrediebantur: ſed
ſe inuicem aſſeruabant, intentique expectabant, ſi quis prior in ſe imperum
Sabirorum mores & inconſtantia. faceret. Aderant autem Perſis Hunni Sabirique auxiliares & mercede con-
ducti. Conſtat hanc gentem & maximam eſſe, & hominum copia abundare,
bellique ſtudioſiſſimam, ac rapinis admodum deditam, ac alieni percupi-
dam: ſed lucri auiditate, & prędæ ſpe nunc his, nunc illis ſeſe in belli ſocieta-
tem adiuugunt, & ſimul pericula ſubeunt, ad alteriusq; partis hoſtes, ſuos fal
lendo, ſæpe pertranſeunt: ſiquidem cum Romanis plerunque, cum Perſis ſæ
pe & mutuò in aciem prodeunt, & certamina ineunt, momentoque tempo-
ris ad vtroſque exercitus alternis verſi ſtipendia faciunt. nam & priore bello
aduerſus Perſas prò Romanis pugnarunt, & Dilimnitarum vim magnam no
ctu ſe inuadentem interfecerunt. Quo bello confecto, pro conuenta acce-
ptaque mercede à Romanis aliò abierunt, ita vt rurſus qui paulo antè Roma
norum hoſtes acerrimi extitiſſent, hi ſequerentur, ſiue ijdem illi hi fuerint, ſi-
ue alij quidam, Sabiros tamen fuiſſe ſat conſtat, & eorum ex gente, qui Per-
ſis auxilio mittebantur. Hoc itaq; Sabirorum ex agmine homines ad quin-
gentos ſub diuo conſederant, & haud longè à cætero Perſarum exercitu ſta
tionem habebant. Quòd vbi Maxentio Theodoroq; cognitum fuit, & quod
dearmati per negligentiam, & in hoſtico ſolutius viuerent, confeſtim in eos
trecentorum equitum turmam duxerunt, valloque circumſeſſo (non enim
plurimum is eminebat, niſi quantum extrinſecus hominis equo inſidentis
caput duntaxat compareret) vndequaque & è propinquo lanceis, ſaxis, ſa-
gittiſque, & alio quouis armorum genere, quod manibus occurriſſet, barba
Sabirorũ clades. ros confodiebant. Tum illis plures eſſe, quam in verò erant, hos ſuſpicanti-
bus, & ſimul re inſperata perterritis, ſeſe tuendi nulla animum cogitatio ſu-
bijt, ne fugæ quidem locus patebat; vallo muroque circumactis. ibi ergo ad
vnum omnes & paſſim cæduntur, quadraginta & ſoli, qui hoſtes mirificè la-
tuiſſent, vix euaſere. Hi nanque è muro, quem reptando inſcenderant, in al-
teram ſe partem præcipitarunt, in denſioremque & proximam ſiluam deli-
tuere, quos tamen Romani cæteris cæſis inſectando peruestigabant. His ita-
que Perſis renunciatis, extemplo duum milium equitum turmam, acie inſtru
cta in Romanos miſerunt. illi tamen tanta multitudine in tempore declina-
ta, iam factis contenti, citatiore curſu retro in præſidium, vnde profecti e-
rant

rant, ſe receperunt. Pro re quidem egregiè geſta gloria elati mutua gratulatione efferebantur, tametſi Maxentij ducis ob gratiam grauiter angerentur. Is nanq; vnà cum cæteris dum eos inſectaretur, qui ſe in ſilua abdiderant, telo traiectus deſperantibus omnibus ſalutem recepit: Iuſtinus interea ſuis è ducibus quempiam Hunnum genere, Ehninzur huic nomen erat, ex inſula cum duobus milibus equitum ad Rhodopolim oppidum miſit. Rhodopolis verò Colchiorum quondam oppidũ fuit, à Perſis tamen tunc tenebatur, per Mermeroëm regem antea captum, & valido præſidio obfirmatum. Quemadmodum autem tranſacta ea res ſit, quandoquidem Procopius rhetor de ea ſatis perſcripſit, prætereo. Eò igitur vbi eſt ventum, proſpera quædam iuuit fortuna. exceſſerat nãq; tum fortè ex oppido Perſarum præſidium ad breue alibi permanſurum, incolarumq; multitudo ipſa diuerſim diuagabatur. Opportunitatem igitur nactus Ehninzur, ſine vllo labore vrbe potitus, per eam ingreſſus diſcurrit, & Perſarum quos reliquos eſſe intus deprehendit, occidione occidit. Ciues verò vbi cognouit externo potius pauore, quã ſua perſidia cũ Perſis ſenſiſſe; vt patriam incolerent rurſum permiſit, & acceptis obſidibus omnia in tuto conſtituit. Hoc pacto Rhodopolis ad priorem ſtatum redacta patrias leges recepit, & ſub Romani Imperatoris denuo ditionẽ conceſſit. Sed ea æſtate nil aliud actum memoratu dignum. hyeme verò iam appetente, Perſæ quidem ſublatis caſtris ad Cotaiſim in Hiberiam ſe receperũt vt his ipſis in locis hibernaturi, auxilia deteſtati, quæ Miſianis tuliſſent. non enim id æquum eſſe cenſebant, nec patrio more permiſſum, vt eo tempore anni in tam longinquam expeditionem labore attererẽtur. Romani verò perinde obſidione iam liberati occœptum iter tenebant. Verùm vbi ad Tibelium (id præſidio nomen) iam peruenerunt: (id nanq; Miſianorum Abſiliorũq; agrum diſterminat) ſuperuenit Martinus, qui cæteras copias ſecum ductaret & exercitu vniuerſo diſpoſito eódem conſedit. Sed interea morbo & graui correptus, ademit quidem & intercidit ſuimet animi promptitudinem. Is ſiquidem ea hic mente immorabatur, vt in Colchicum agrum, & eius regionis caſtella paulopòſt rediturus. Qui verò relinquebantur, quum ad Miſianos progrederẽtur, à prioribus præfectis deducti, primò quidem tentandos hos eſſe duxerunt, ſi fortè vellent ad bonam mentem redire, ac ſuis recognitis ducibus commiſſorum iam denique pœniteret, & redditis ſimul Sotiri ablatis pecunijs Romanis ſe dederent. vnde delectos Abſiliorum ex gente facundiſſimos uiros ad Miſianos oratores dimittunt. Miſiani verò tantum aberant, vt cœptam amitterent crudelitatem, vel futuris officijs vt hanc compenſarent, hiſq; perinde ornarent rerum ſuarum abſurditatem; vt tanquam nefarij ac perditi homines ius gentium aſpernando, & conculcando, oratores confeſtim occiderint, viros præſertim Abſilios, eiuſdem vitę, eorundemque morum finitimos, prætereà & eorum prorſus expertes, quorum ipſi Romanos & Sotirem incuſaſſent, præſertim quum ſe amicè beneuoleque, & quæ in rem eſſent, commonefacerent: nec moleſtius mandata referrent. eò hi furoris euecti. At tunc primùm impia quædam adorti, præcipites de cætero eiſdem oppreſſi malis, & maiori cum impietate deferebantur. ſiquidem cognito Perſarum diſceſſu, & deſperatis ex conuentione priſtina auxilijs, confiſi tamen locorum difficultatibus, quòd eà nec ſe adire, nec tranſcendere Romanos poſſe rebantur, deteriora quædam aggrediuntur. Eſt mons quidam vrbi obiectus non admodum eminens, aſcenſu tamen accliui difficilique, abſciſus vndique & planè abruptus. in medio breuis quidam & non multum attritus apparet callis, expedito cuiquam vni vix peruius, atque adeo vt ſi vnus aliquis eius montis ſummum faſtigium armatus inſederit, hoſtes omnino ſit tranſitu prohibiturus, vel ſi eorum infinita ſit multitu-

Rhodopolis à Iuſtino recepta.

Rurſus animi Miſianorum tẽtantur.

Miſiani legatos occidunt.

Extrema Miſianorum amentia.

do, vel leues quidam & agiles ſint, quales eſſe Iſauros ferunt. Huic itaque loco confiſi, in violentiſſimam quandam deſperationem venerunt. Romani verò, patratum in oratores ſcelus vbi his primùm renunciatur, ira commouebantur. Sed dum interea barbari cunctarentur, & in monte nondum præſidia collocaſſent, præueniendo mox hi verticem occupant, & nemine prohibente in planiora ex altera parte loca, ac latè patentes campos deſcendunt. Miſiani verò ea ſpe deſtituti, ex omnibus præſidijs rebus auectis, & minus neceſſarijs igne abſumptis, in vnum ſe, quòd munitiſſimum videbatur, præſidium coegerunt, Zachar ab antiquo denominatum, ſed Ferreum deinde illi cognomen eſt inditum, quia & validiſſimum eſſet, & captu minimè opportunum.

Zachar caſtellū, poſtea Ferreum.

Dum hæc peragunt, Romanos quoſdam ad equites quadraginta, præſtantes tamen, vt qui ordines ducerent, quum ſeorſum à ſuis iter haberent, Miſiani mixti equitibus pedites viri ſexcenti inuadunt, rati ſe omnes facilè necaturos: quum illi vti belli peritiores, vbi in collem ſe receperunt, operam ſe tuendo nauabant. ſic diu ſtrenuè & ancipiti marte pugnatum, Miſianis Romanos equites circumuenire nitentibus, illis verò enixè adeo impetum in hos facientibus, vt hoſtium nunc phalangem irrumperent ac protinus profligarent, nunc rurſum cedendo ſeſe in tutum reciperent.

Miſianorū ſtrages.

Sed quum interea ex edito monte Romanorum aliæ copiæ ſe oſtendiſſent, dolo id agi barbari, & ſibi parari inſidias ſuſpicati, concitatiſſimè ſtatim ſeſe in fugam dedere. Romanorum verò exercitus (iam enim inter ſe vniuerſi coierant) hos inſectatus, tergis mox hoſtium inſiſtebat, eorumque maximam partem occidit, atque adeo, vt tanta ex multitudine octoginta duntaxat in præſidium ſe illud receperint.

Erratum militū Rom. ob inopiam ducis auctoritate præditi.

Quod vtique ſi eodem impetu inuaſiſſent Romani, trepidantibus adhuc ex his, quæ acciderant, barbaris; cum vniuerſis capi tunc potuiſſe nil ambigo, & die eadem bellum finiri. Sed quum his nullus adeſſet præfectus, qui vel præſtaret prudentia, vel viribus eſſet & factis clarus, & perinde pares ſe ducerent omnes, atq; adeo, vt nunc ſe inuicem ignauiæ incuſarent, nunc verò alternis iuberent, & huiuſmodi alia quę vel feciſſe vel audiſſe hos dixerit quiſpiam. nam quidam & planè inglorij iſtorum fuere conatus. nam quum hi diuerſa ſentirent, diuerſaq; item & ſinguli vellent, & nihil eorum, quod varij cuperent, perageretur; grauiter nimirum quiſque ferebat, non fieri quod ſibi collibuiſſet, negligenter & ſegnius ad rem gerendam prodibant, & acceptum infortunium pleriſq; volupe erat, vt & iactare apud proximos poſſent, & ſua extollere, & delicti cauſam fuiſſe id præter nil aliud demonſtrare, quàm quod ſuis iuſſis minus fuiſſet obtemperatum.

Confuſio in exercitu Rom.

Quum in his verſarentur hi certaminibus, quàm procul ab hoſtibus, vt hos obſeſſuri, caſtrametati ſunt: vnde nec, vt belli conſuetudo depoſcit, oriēte iam ſole è ſtationibus prodeuntes hoſtibus inſultabant, ſed in ſegniciem ſocordiamq; relapſi, ſuperuacaneum fore exiſtimabant, diligenter aliquid & ſuo tempore exſequi velle, ſed præproperè quidem & nō opportunè in hoſtem ire, & celerius ſe ad ſtationes recipere. Quibus rebus Martinus iam cognitis, ad hos hominem miſit, qui vniuerſis præeſſet, Cappadocem genere, præfecturæ dignitate iam antea nobilem. Ioannes illi fuerat inditum nomen, Dagan aliâs cognomēto hunc vocitabant. is fermè paulo ante ad Colchos fuerat per Imperatorem tranſmiſſus, & Ruſtico ſuo illo in munere ſtatim ſuffectus. Itaque in Miſianos vbi demum peruentum eſt, quum præeſſe vniuerſo exercitui iam occœpiſſet, omnibus extemplo circa præſidiū coactis agminibus, id obſidere adnitebatur; & ſimul eos inuadere, qui extra pręſidium eſſent, & omnia pro viribus obturbare. Barbarorum aūt domicilia nō intra circumactū erant præſidio murū, ſed in proximo ſcopulo quodā & porrectiore ſita, circa verò ſaxa abſciſa abruptaq; præcipitia & in

profundum

profundum tendẽtia,vnde & locus aditu difficilis reddebatur, peregriniſq;
& inſuetis erant planè incognita,quæ eódem ſunt,omnia;ita vt vix incolæ i-
pſi pro locorum peritia ex anguſtiſſimo calle quodam & ſublatente,ac maxi
mo cum labore vitam tenerent: deſcendunt tum, & iteratò ſurſum verſus,
quum opus fuerit, obrepunt. ad huius autem loci radices in planicie ipſa &
loco patentiore fontes potabilis aquæ ſponte ſua emergunt, quibus potan-
tur,qui arcem incolunt ſummam:vnde quum interdiu aquari per Romanos
barbari prohiberentur,noctu aquam deſcendendo hauſtam aſportabãt. Vir
igitur Iſaurus quidam,Ilius nomine, qui ea fortè è regione cuſtos erat appo
ſitus,vbi primùm non paruam Miſianorũ manum longè ex interuallo & no-
cte intempeſta deſcendentem peruidit, vt aquam deferrent, rem tacitus tu-
lit;abeuntes tamen occultè ſubſequitur, & ſimul aſcendit,quouſq; ad mon-
tis cacumen perueniens,loci ſitum,quantum in tenebris licuit, optimè con-
templatus eſt,nec vltra viros decem ad aditum aſſeruãdum fuiſſe appoſitos.
quibus omnibus cognitis,deſcendens protinus,præfecto quæ viderat,ſingu
la explicauit.Præfectus verò eo ex nuncio gaudio ingenti affectus,nocte in-
ſequenti viris centum delectis validis quidem & audentibus, ad aditum illũ
emiſit,vt & locum ſimul contemplarentur, & ſi res poſceret,impetum face-
rent.His deinde iniunctum, vt vbi in tuto iam conſtitiſſent, buccina ſignum
darent,vt cæteris copijs muros repentius & ſumma vi inuadentibus, vtrinq;
hoſtes obturbarentur.Qui verò ad id erant delecti, Ilium ducem in aſcẽſum
ſectati, & hortati ſe mutuo euadebant. Vbi verò ad medium eſt montis per-
uentum,incẽſum vigilum ignem apertiſſimè cõſpicantur; ipſos verò quam-
proximè decumbentes,quorum ſeptem ſopiti ſtertentesque iacebant: vnus
duntaxat cubito innixus,perinde excitus declinaret.nã & is capi ſomno iam
cœperat, & capite inclinari, nec ſatis patebat quò nam euaſurus iam eſſet,
quum identidem dormitãdo excitaretur. Interea Leontius quidam in lubri-
co quodam cœnoſoq; loco in terrã prolapſus,clypeo diffracto defertur:vn-
de crepitu,vti par erat,iam edito exiſtunt vigiles ſtatim, exterritiq; & cubili-
bus adhuc inſidẽtes,nudatis gladijs,& capitibus circumactis quoquo verſus
reſpiciebant.haud ſattamen imaginari factum id poterant.ſiquidem accen-
ſus & lucidus ignis viſum his interceperat, quo minus poſſent qui in obſcu-
ro ſe continebant, apertius contueri:crepitus præterea, quem dormitantes
exceperant,nec clarius quidem,nec qualis armorum fragorem ſignificaret,
ab his poterat internoſci.Romani verò apertius omnia intuebãtur. nã gradu
repreſſo taciti morabantur,haud ſecus ac terræ hærentes,vocemq; adeo cõ
tinebant,vtne hiſcerent quidem,immotoſq; pedes velut terræ impactos eo
dem tenore ſeruabant,ſiue hos ſentibus, ſiue cautibus & ſaxis impoſuiſſent,
quòd ſi haud ita ſe habuiſſent,ſenſuſq; aliquis eorum,quæ gererentur, ad vi
giles perueniſſet;futurum omnino erat,vt per hos in decliue præuoluta ſaxo
rum ingentium mole hi omnes attererentur, qui præſidium inuaſuri eò per-
uenerant.Stabant itaq; taciti immotique omnes,atque adeo,vt vel ipſum in-
ſuper ſpiritum continerent ſilentio preſſum.Barbari autem,vbi nil graue eſ-
ſe,quod auribus accidiſſet, exiſtimarent iterato in id, quod his gratius erat,
mox relabuntur, libentiſſimeq; decubando redormiunt. Romani itaque in
ſomnum hos iam reſolutos cõfeſtim inuadunt obtruncantq;, cum his ſimul
& ſemiſomnem illum perinde illuſum & compellatum occidũt: demum in-
trepidè prodeuntes, vbi in frequentiora ædificijs loca diuerſi effundebãtur,
tuba mox claſſicum cecinere: quod vt primum Miſiani auribus exceperunt,
rei nouitate obſtupefacti, & eorum ignari, quæ tunc gerebantur, ſurgentes
tamen ſuos mutuò conuenire,coireq; ſimul,& aliunde alius proſilire.Roma
ni verò vel in foribus ipſis obuiam his prodeundo, gladijsq; eos excipiẽdo,

Occaſio capti Miſianorum præſidij.

Romani noctu hoſtile præſidiũ inuadunt.

Excubitores occiſi.

ingentem edidere cladem, quum partim è domibus prouentes, partim præſentes nacti, partim paulopòſt affuturos contrucidarent; ita vt nullum eſſet eius mali leuamen, vniuerſis iam irruentibus. magna præterea vis fœminarũ comploratione facta extra domos ſeſe in publicum effundebãt, nec ab his tamen Romani ira incenſi, manus deniq; abſtinebant, ſed crudeliſſimè & hæ necabantur: vna tamen & elegantior quædam ardentes faces quũ manu geſtaret, publicè vagabatur, quę protinus telo in ventrem icta quàm miſerrimè moribũda procubuit: è cuius manu vbi miles quidam faces extorſit, circumiectis domicilijs ignem ſubiecit, quæ quum è ligno eſſent, & eiuſmodi leui materia ędificata, e veſtigio conflagrarunt, flammaq; adeo in ſublime euecta eſt, vt * Aliliorum genti, & alijs, qui longo tunc aberant interuallo, quæ gereretur, ſignificaret. tum barbari effuſius interire, & mortem occumbere. quippe qui domi manebant, & cremabantur ſimul, & ruinis contegebantur: qui vero è domo proruerent, in promptu gladiatorum pernicies ingruebat. Pueri præterea multi flebiliter matres nomine vocitãtes, mox rapti ſaxis partim inclementer illiſi diſcerpebantur, partim verò per milites, & ludibũdos quidem, ex alto præcipitabantur, quos poſtea de loco inferiore ſubeuntes alij erectis exceptos lanceis perforabant. Et fortè haudquaquam immeritò Miſianorum genti grauiter adeo ſuccenſebant Romani, tum quia occidiſſent Sotirem, tum quia & oratores ſcelerarius violaſſent: non tamen tantopere erat in teneros & recens natos ac ea iniuria deſæuiendum, qui paternę audaciæ & ignari prorſus, & expertes fuiſſent. Sed non impunè Romanis id ſcelus fuit, ſiquidem nocte tota in his malis tranſacta, quum deletum eſſe oppidum his videretur, debellatique Miſiani; viri quingenti & armis admodum communiti, è præſidio prodeuntes, de improuiſo Romanos adoriuntur, & quammultis affectos vulneribus violentius impellendo in fugam vertunt. tamen illi, vt in præcipiti acti, & abunde conuulnerati, ægerrimè ſe ad exercitum receperunt. nam inſtantibus hoſtibus, telaque ingerentibus quum præcipites agerentur, in ſaxa coteſque tibias & crebrius offendendo dilacerabant. atq; adeo, vt ad ſcopulum reptare nulla de cætero ſubiret his animum cogitatio. muros tamen ea ex parte, qua expugnari facilius poterant, inuadẽdos eſſe, & foſſam complendam Romanis viſum: vnde & caſis, tugurijſque quamproximè ſtructis, è tuto mœnia iam oppugnabant, ſagittiſq; & machinationibus vſi, quibus grauiſſimam his demum obſidionem & planè intolerandam efficerent. Barbari verò & ſi labore ingenti afficiebantur, & acrius vrgerentur, haud tamen vel coarctati ſeſe & muros tueri deſierant. iam enim ex his quidam ad alteram Romanorum munitionum partem teſtudinem importarant, vt omnia ad terram proſternerent: prius tamen quàm vallo appropinquarent, vel in teſtudine penitus delituiſſent, Surranus vir quidam Hiſter in quempiam hoſtium & conſpectiorem telum intorſit, letaleque huic vulnus inflixit. eo cadente confeſtim concuſſa teſtudo ipſa inuertitur, & alueo circumacto ſupinoque retecti omnes nudatique ſunt, quos Romani haſtas eiaculati interfecerunt. Vnus verò, qui fortè euaſerat, quum ad præſidium proximè perueniſſet, portulam iamiam ingreſſurus, ſagitta ictus interijt, cadensque in limine iacuit in interiorem partem porrectior. Qua re Miſiani animaduerſa ſiniſtrum id futurorum omen euitandum ſibi quammaximè, ac deteſtandum (vt arbitror) rati, deſperatiſque ſuis iam viribus, & Perſici auxilij ſpe tandem depoſita, cupidi pro vi Romanis illata metu denique liberari, proprias vires emenſi, quòd nec bello pares Romanis fore ſe ducerent, nec bellum ſuſtinere diutius poſſent; vix aliquando tandem reſipiſcentes, ad Ioannem oratores miſerunt, precatum, ne ſe perdere ad internecionem iam vellet, gentem ab antiquo obedientem, & eadem ſecum de deo quamoptimè

Præſidium barbarorum incenſum.

** Abſiliorum ſupra.*

In infantes exercita crudelitas.

Pœna ſæuitiæ.

Miſianorum ſupplicatio.

optimè ſentientem,& quæ quia prius affecta iniurijs ſit,ad id demum deſcenderit.Barbarica quadam dementia factum,vt Romanis obſiſterent,haud tamen commiſeratione & venia indignos omnino fore ſe affirmabant, qui tot mala perpeſſi,pœniſque tam acerrimis & tam multis affecti iam eſſent,præſertim quum circumiecta præſidio loca incendio conflagrarint,virorumque non minus mille & quingentorum iacturam feciſſent, & pubeſcentium puerorumque item & fœminarum numeri amplioris, atque adeo, vt haud multum defuerit,quin Miſianorum gens ſit prorſus ſublata.Ioannes verò animo perquàm lubenti,& multis de cauſis iſtorum preces admiſit,tum quia ne diutius in loco deſerto prægelidoq; cum vniuerſo exercitu periclitaretur, tum quia ſatis pœnarum iam dederant, qui in ſe deliquiſſent:vnde acceptis obſidibus,& omni pecunia, quam præfectus Sotiris ſecum detulerat, recuperata;Imperatoriſque auro in poteſtatem redacto, quod vtiq; perfectorum proborumque numiſmatum fuit octo & viginti milium,additis octingentis, prædaque multa onuſtus, permiſit rurſum ſua hi vt intrepidè poſſiderent,vitamque innouando, priſtino more vt viuerent. Ipſe demum in Colchicum agrũ reuertens,inclytum quidem & gloria ſuperbiẽtem, triginta hominibus dũtaxat deſideratis, reduxit exercitum. Poſt hæc Imperator Iuſtinianus Martino prorſus exautorato,Iuſtinum * Germanicum copijs vniuerſis, quæ apud Colchos & Armeniam erant,liberæ poteſtatis & ſolum præfecit.Iampridem enim illi id animo inerat, ne de cætero his imperaret Martinus, quia in Gubazem inſidiarum non minima cauſa fuiſſe argueretur. Continuerat tamen antehac animum,& rem planè diſſimularat, haudquaquam per id temporis ratus principes eſſe vel concitandos,vel loco mouendos,rebus adhuc ea in regione turbatis,& eo minus,quo & is eſſet exercitibus gratus,tum quia bellicæ rei peritiſſimus erat,tum etiam quòd opportunè decenterq; bello cuncta diſponeret: cuius rei apprimè gratia incolumen ad id tempus ſeruatum fuiſſe nil ambigo. nam aliâs cum Ioanne & Ruſtico mortem ſimul obiſſet. Nunc verò præ trophæorum à ſe partorum, rectioriſque conſilij reuerentia, quo in ipſo rerum gerendarum diſcrimine vtebatur,depreſſo paulatim,ereptoque demum permagno illo ſuperboque imperatorio nomine, titulum quidem illi permiſit,dominari tamen in cæteros vetuit, ſed priuatam iniunxit vt duceret vitam, pœnarum ſe ſatis iam ratus ex eo per ignominiam exegiſſe,tametſi patrati in Gubazem ſceleris fuiſſet hic particeps.Quum itaque Perſæ quietius agerent,& haud ſecus res pacificæ eſſent, ac ſi factæ induciæ intercederent; tunc demum Iuſtinianus Martino è præfectura eiecto, Iuſtinum vt propinquitate ſibi & genere coniunctiſſimum, ita & tunc temporis communi omnium opinione percelebrem, Byzantium ad ſe euocatum, & copijs vniuerſis præfecit, Colchoſque remiſit, vt omnibus proſpecturum; Quum itaque Iuſtinus præfectus iam omnibus eſſet,nec Perſæ vt acie decertaturi ſe ad bellum pararent,neque in hos Romani ductarent exercitus, ſed ſua vtrique cuſtodijs tuerentur, & quoad poſſent conſilia inuicem explorarent,& neutra pars bellandi initium faceret,ſed vltrò libenterq; conquieſcerent;Choſroës Perſarum rex,vbi primum quæ ad Phaſidem contigiſſent, reſciuit,& Nachoragan fuga ex acie exceſſiſſe ex Hiberia protinus euocatum pro patrijs legibus ſæuum in modum excruciauit. Non enim ſatis fore deſtinatam duxit ignauiæ pœnã, & ſimplex aliquod mortis genus vt illi inferret; ſed à ceruicibus cutem ad imos pedes detraxit,vniuerſamq; ita, vt genitalia ipſa inuerterentur & comparerent in vtris morem,cõflatam ſuper ſcopulum quendam vt ſuſpenderent, ſuis iniunxit:miſerabile viſu,& crudeliſſimum facinus;quod ſane * Sauorem illum,qui Choſroem in regno præceſſit, auſum fuiſſe,& ſolum exiſtimo. Simillima tamẽ poëta quidã & Phrygius de Marſia

Ioannes in gratiam ſupplices recipit.

Martinus exauthoratur.

** Germani filiũ.*

Iuſtiniani prudẽtia in diſſimulãdo.

Martini vitæ propter res feliciter geſtas parcitum.

Iuſtino ſumma poteſtas cõceſſa

Nachoragan viuus excoriatus iuſſu Choſrois.

** Saporem.*

celebriora fecit, qui vbi de arte tibijs canendi cum Apolline contendiſſet,
victus demum pro eius petulantia victori pœnas has dedit, vt ei detractũ ſu-
ſpenderetur arbori corium. ſed iſta quidem poëtarum miracula ſunt, & fabu
læ ludicra, quæ vtriꝗ; nec vera eſſe, nec decentia hi conſpicantur. quòd ſi tibi-
cinem dicant Apollinem factum, & ex arte decertatorem, atꝗ; adeo vt poſt
victoriam ſit ſic ira euectus, vt indignas quaſdam & furibundas victo pœnas
intulerit; quo nam pacto ex vetere hunc comparentem tam inhumanum &
nefarium facinus oblectauit? Hæc autem tum primùm priſci cecinerunt poë
Nonni Dionyſiacorum mentio. tæ, & ab his iuniores excepta ſimul decantant, quos inter & Nonnus ille ex
Pano vrbe Aegyptia oriundus, poëta, in opere ſuo quodam, quod Dionyſia
ca nuncupauit, pauca quædam de Apolline narrans (non enim præcedentiũ
verborum ſat memini) ita ſubſequitur: Eo ex tempore, quo Marſiam deũ im-
pugnantem tibicinem redarguiſti, corium arbori ſuſpenſum ventis inflatur.
Quòd autem Perſarum regum poſtremum id ſcelus ex priſco & poëtico illo
prodierit, quum non antea fuiſſet mortalibus cognitum, apertiora ſunt argu
menta, & apud eos ſat valida, qui & vetuſtiſſima contemplari percallent, nec
ad poëtarũ figmenta illa reiecerint. *Sabores quondam vir iniuſtiſſimus fuit
** Sapores.* & humano ſanguine contaminatus. ira is fermè inflammabatur, & in ſæuitiã
proruebat, ad parcendum verò dandamꝗ; peccantibus veniam ſegnior erat.
Vtrum verò id ſcelus in alios prius patrauerit, nil habeo, quo affirmare id a-
Valerianus imp. excoriatus. pertum queam. Quòd autem Valerianum tũc Romanorum imperatorem is,
cui fuerat per hunc bellum illatum, victum ab ſe, viuumꝗ; captum eodẽ mo
do excruciauit, teſtis eſt omnis hiſtoria. Haud ſecus & priores illi futuri his
rebus teſtimonio ſunt, qui poſt deletos Parthos, Perſarum ſuſcepere imperi
** Saporesque.* um. Artaxerxes *Saboresꝗ;, reges vtriꝗ; omniũ iniquiſſimi. ſiquidem alter
proprio domino obtruncato, per vim & tyrannidem ſibi imperium vendica
uit: alter verò, qnia à ſupplicijs grauioribus, odijsꝗ; impijſſimis regnandi ini-
tium fecit. Sed quum ex intercedentibus alijs item atꝗ; alijs rurſum ad Arta-
xerxem delata oratio ſit, offertur in præſenti occaſio ea nunc abſoluẽdi, quæ
** regum.* ſupra dicturus nos eſſe promiſimus, & *imperatorum, qui ſubſequuti hos
De Perſicis regibus ἐκεῖνοις λόγῳ. ſunt, meminiſſe. De Artaxerxe verò quibus ſit parentibus ortus, qua de cau-
ſa, quoúe modo cidarim, inſigne regiũ, ſumpſerit, ſupra ſatis iam explicaui-
mus. illud tamen adiecturi his ſumus, Annis octo & triginta ac quingentos
poſt magni Alexandri Macedonis principatum, quaternis poſt alterius Ale-
** Mamææ filij.* xandri *Mammei, Artaxerxes Perſarum (quem admodum diximus) ſuſcepit
imperium, in quo annos quindecim, menſibus demptis duobus, peregit. Hu
** Sapores.* ic in imperium *Sabores ille ſuccedit, omnium crudeliſſimus. vixit hic vnũ
& triginta integros annos, & ingentibus iacturis Romanos affecit. nimirum
** eorum.* qui regem *ſuum necando, nil denique ſibi ad eam rem impedimento fore
Saporis felicitas. præcogitarat. Is fermè imperium propagauit. nam & Meſopotamiorum va-
ſtauit agrum, deinceps finitimos quoſque, Cilices, Syros, Cappadoces vſque
peruadens depopulatus eſt, & incredibilem his intulit cladem; atꝗ; adeo, vt
abruptas illas & vacuas montiũ intercapedines anfractusꝗ; cæſorum reple-
uerit cadaueribus, complanauerit colles, & loca editiora inter ſe diſtãtia, ac
poſtmodum fertur ſic equitaſſe & peruaſiſſe, ac ſi mõtium faſtigia in infimo
deſcendiſſent. Hũc igitur, quum domum rediſſet, nec mediocriter vteretur,
quæ per impietatem paraſſet, ſed immodica elatũ iam inſolentia, haud lõgè
** Odenathus Palmyrenus.* pòſt, vt ſuperbire deſineret, *Denathus Palmirinus coëgit, vir quidem tum
primùm obſcurus & planè incognitus, ſed qui ex illatis *Sabori calamitati-
** Sapori.* bus, & rebus aduerſus hunc geſtis ingẽtem retulit laudem, & pleriſꝗ; priſcis
hiſtoricis vt dignus memoria nobilitatus eſt. Mortuo deinde *Sabore, huius
** Sapore.* ** Hormiſdes.* filius *Ormiſdates regnum ſuſcepit, vixitꝗ; in eo breui admodum tempore.

Pòſt

Poſt annum ſiquidem vnum & decimum diem, fato ſuo perfunctus is obijt
mortem, nulla re geſta, quæ meritò tradi memoriæ poſſet. Poſt hunc * Vra- ** Vararanes*
ranes annos tres quum obtinuiſſet imperium, eius filius patri non abſimile
nomen ſortitus, annos ſedecim in regno permanſit. Deinceps Vraranes ter
tius, menſes duntaxat quatuor imperium deguſtauit. Seganeſna ei cogno- *Perſicorũ regũ*
men erat, quod illi inditum nõ ab re fuiſſe exiſtimarim, nec temerè eum ve *filijs vndè indee*
tuſti & patrij moris participaſſe. Perſarum ſiquidem reges quum magnam a- *rentur cognomi-*
liquam nationem oppugnando cepiſſent, eſſentq́; illorum locis potiti, haud *na.*
quaquam de cætero victos necabant, ſed ſubactos dependere tributa coge-
bant, & loca inhabitare, ac captum armis agrum excolere, primoribus dun-
taxat gentis miſerrimè trucidatis: vnde & ſæpe noui principatus & nationis
ex nomine liberos vocitabant, memoriæ (vti apparet) pro trophæis iam par- *Segnorũ natio.*
tis & iactantiæ gratia. Vbi itaque Seganorum gens illa ab Vrarane huius pa *Seganeſna.*
tre deuicta eſt, iure & filius pro regia illa conſuetudine Seganeſna, id eſt, Se-
ganorum rex nuncupatus eſt. Hoc confeſtim deperdito, Narſes imperium
annos ſeptem & menſes nouẽ tractauit. Huius Miſdates filius in principatu
ſuccedit, patris hęres effectus, non ſolùm potentię, ſed annorum æqualitatis
& ſpatij. Miretur nanque id quiſpiam, patri filioque annos menſesque im-
perij exactiſſimè fuiſſe pares admenſos. Hos * Sabor rex ſubſequutus; lon- ** Sapores*
giſſimis temporum ſpatijs potitus imperio eſt, quum tot annos regnaſſet, *Saporis anni vi-*
quot etiam vixerit. Hunc mater adhuc ventre geſtabat, & regij gerreris ſuc- *tæ regniq́; pares.*
ceſſio ad regnum vocabat, qui ex matre hac naſceretur: erat autem dubius
partus, marem ne paritura hæc eſſet, an fœminam. Vnde principes omnes *De magorũ præ-*
& ſatrapæ præmia magicis viris ac dona expoſuere, vt ea de re futura prædi- *dictionibus.*
cerent. Grauidam deinde equam producunt in medium partui proximam,
iuſſereque magos ſuper hac prius periculum facere, vaticinarique quod-
cunque futurum exiſtimarent. Hoc pacto ſe paulo pòſt cognituros puta-
bant, quò proceſſuræ iſtorum eſſent de equa prædictiones: ex hisque poſſe
ſe ſimul imaginari haud ſecus euaſura, quæ de homine & mare futuroque
rege prædicerentur. Quid verò magi de equa prænunciarint, nil habeo
quod pro certo affirmem: ſed alioquin ſic omnia euenere, vti prædictum ijs *Magi reginæ fi-*
fuerat. Quum itaque & cæteri cognouiſſent, vaticinandi artem magos opti- *lij partum præ-*
mè percallere, præmiſerunt reginæ qui explicarent, quæ ipſi non ignorarent *dicunt.*
futura. Hi itaque, affirmantibus Magis, marem omnino fore, qui partu eden-
dus propediem eſſet, nulla interpoſita mora cidarim ventri imponunt, & vix *Ventri corona*
dum conceptum regem pronunciant, & nomine internoſci recens forma- *impoſita.*
tum his placuit, quod vtique organum eotenus iam ſuſcepiſſet, vt & palpi-
taret iam ſenſim & ſubſiliret. Sic igitur quod naturæ obſcurum eſt & incer-
tum, pro re certiore indubitataque hi opinando ſuſcipiunt. Haud tamen
ſpes eos fefellit, ſed longè magis ad opinionem ſuccedentibus rebus, quàm
opinati iam eſſent, aſſequuti ſunt quæ ſperabant. naſcitur nanque non lon-
ge pòſt & cum imperio * Sabores, in eoque & iuuenilem agit ætatem, & con ** Sapores*
ſeneſcit, nimirum qui ſeptuageſimum annum iam exegiſſet, vbi ad quartum
eius & vigeſimum imperij annum Niſibis ciuitas ſub Perſarũ ditionem, quæ
Romanorum fuiſſet, peruenit; Iouiniano hanc imperatore prodente. is nan- *Iouianus impe-*
que in ipſis mediterraneis Perſarum locis eorundem ditionis & iuris, Iulia- *rium facilitate*
no repentè deperdito, per milites exercitusq́; & cæteram multitudinem im- *ſua deminuit.*
perator mox declaratur: & quoniam nuper ſibi delatũ fuiſſet imperium, per-
turbatis (vti par erat) iam rebus, & in hoſtili præcipuè, haudquaquam in prę-
ſentia poterat lentius, vt decuiſſet, res ipſas diſponere; præſertim vt inde ab-
ſcedere cupidus, ne in aliena moram parumper diutius traheret, & ad ſua
quamprimùm rediret, ignominioſè & turpiter cum Perſis paciſcitur, con-

uentionesque facit, quibus vel ad id temporis iacturam non mediocrem Romana Reſpubl. patitur, & nouis quibuſdam terminis Romanum retraxit imperium, idque quum porrectius eſſet, & vltra fuiſſet antea propagatum, ſtolidè intercidit. Sed quoniam quæ per id temporis accidiſſent, pleriq; ex priſcis ſcriptoribus literis commendarint; haudquaquam mihi his immorari ocium eſt: ſed ad ea progrediamur, quæ dicere cœpimus. Poſt * Saborem Artaxerxes germanus frater, vt regni tum particeps, quatuor vbi regnans egiſſet annos, emoritur. huius filius ⁎ Sabor & ipſe dictus, annos quinque regnauit; totidem verò & geminatos, alteroque adiecto Saboris filius Varanes, qui & Cermaſat à Cerma natione quadam, vt dictum eſt ſuprà, in poteſtatem redacta, haud ſecus dictus, ac Romani aſſueuere, qui ab Africa Africanum dixerunt, & Germanicum à Germania, & ex alijs item alios denominarunt.

** Saporem*

⁎ Sapores

Iſdigertes rex clarus.

Poſt hunc Iſdigertes filius ſuſcipit principatum, qui & magnus apud Romanos habetur, & celeberrimus. Arcadius nanque fermè iam moriens quum more mortalium ſua diſponeret, hoc vſum cuſtode ferunt, Theodoſij filij & totius imperij curatore. Is ſanè vulgatior ſermo per priſcos poſteris proditus, vel ad hanc tempeſtatem, vt apud doctos, ita & imperitos ſedulò circumfertur. haud tamen vſpiam literis commendatum comperimus, vel celebratum, nec apud eos fortè, qui de Arcadij morte pleraque hiſtoriç tradiderunt, niſi in Procopij rhetoris ſcriptis. nec ſanè miror hominem, qui multa didicerit, & omnem, vt ita dicam, collegit hiſtoriam, vel id factum commemoraſſe, alteri cuiquam prius fortè elaboratum; me verò, qui minimam in partem hæc nouerim, haudquaquam eius narratio ceperit. Sed illud equidem admiratione dignum exiſtimauerim, quòd quum hæc Procopius narret, haud tamen ſimpliciter per ſe cognita explicet, ſed Arcadium ipſum laudibus ferat, quòd optimo ſit vſus conſilio. ait nanq; in cæteris eum haudquaquam ſatis ingenioſum fuiſſe, in hoc ſolo & ſapientem & prudentiſſimũ viſum. Mihi verò qui id demiretur, apparet nullam habuiſſe primi & repentini conſilij rationem, ſed rei euentus. Quo enim pacto par erat homini alieno ac barbaro, & * nationis regibus infenſiſſimæ, alienæque opinionis & mentis viro, nec ſatis iam cognito, vtrum æquitatem & fidem ſeruaret, quæ chariſſima ſunt, commendaſſe? Quòd ſi nihil ille in infantem deliquit, ſed huius imperium firmiſſimè procuráte ſe ſeruabatur, prçſertim quum infans ſub mammis adhuc nutriretur; Isdigertes potius ille benignitatis erit collaudandus, quàm Arcadius facti. De his verò vt ſenſerit quiſque, ſententiam ferat.

Contra Procopiũ diſputatio.

** regi nationis*

Iſdigertis pacificum regnum.

Isdigertes igitur quum vnum & vigeſimum regnaſſet annos, aduerſus Romanos bellum nunquam ſuſcepit, neque vlla hos vnquam affecit moleſtia: ſed beneuolus ſemper erga hos, & pacificus fuit; ſiue ita tulerit caſus, ſiue quia parceret puero, communibúſve liberis procreandis & legibus. Hoc mortuo Vraranes filius quum præeſſet imperio, in Romanos quidem impetum fecit, quem quum Romanorum præfecti, qui ad fines tuendos locati erant, amicè & remiſſius ſuſcepiſſent; confeſtim iter auertit, & ſe ad ſuos recepit ſine vlla vel finitimorum iniuria, vel illata agris iactura. Is quum annos viginti regnaſſet, ex filijs alteri imperium tradidit. cui deinde quum in regno annos ſeptemdecim exegiſſet, & menſes quaternos, Perozes in regno ſucceſſit, vir ſanè audax admodum & bellicoſus, animique magnitudine præſtans, & ſi cætera mente & cogitatione haud ſat conſtans, & longè plus audacia, quàm conſilio pollens, in expeditione aduerſus * Neptalitas interijt, nec adeò hoſtium robore, quàm eius temeritate. nam quum in hoſtili vt tutò procederet, huic curandum fuiſſet, præuidendæque ſimul & præcauendæ latentes inſidiæ eſſent; horum tamen oblitus, in inſidias ſtatim præcipitauit, in ſcrobes nanq; & foſſuras cadendo, ingenti per campos ſpatio in capturam

Vraranes

Vraranis filius

Perozes

** Nephtalitas. Procopius Euthalitas vocat.*

paratas,cum vniuerſo exercitu perijt vigeſimo imperij anno, vitamque fini-
uit inglorius, vt ab Hunnis turpiter debellatus. * Neptalirarum verò gens i- ** Nephtalitarū*
pſa Hunnica eſt.†Valens huius germanus frater,deinde ad regnum euectus, *† Blaſes Procopio.*
nihil eſt viſus ſiue domi ſiue bello memoria dignum feciſſe,non ſolùm quia
mitior eſſet, & placidis moribus, & ad impetus temerarios, inimicitiasque
obeundas non admodum promptus; ſed etiã quòd haud diu ſuperſtes fuit.
ſiquidem quaterni duntaxat anni huic decurſi in imperio fuerant. Interea
verò * Cauades Perozi, qui Perſicis agminibus præerat,quammulta Roma- ** Cabades*
nis Intulit bella,ac ſæpe de barbaris ſibi finitimis victoriam retulit,nihilque
temporis intermittebat, quin turbis ſe & periclis inuolueret:vnde & in ſub-
ditos ſæpe deſæuiebat, & implacabilis erat,ita vt perturbare res optimè con
ſtituras ſar poſſet, & ciuili in ſtatu res innouare, ac conſueta peruertere. Fe- *Lex Cabadis de*
runt prętere a hunc legem tu liſſe,qua viris eſſent & in communi expoſitę fœ *polygamia.*
minæ,non tamen iuxta Socratis Platoniſque inſtituta, & recondiras eorum
in dictis commoditates:ſed vt cuiuis ex lege liceret,ad quamuis animus fer-
rer,accedere;priuatique tori participare, vel ſi alteri denupſerit mulier,& in
alterius eſſet hęc poteſtate.vnde id ſequebatur,vt iure & crebrò ea in re pec
care quis poſſet.Sed primoribus ipſis apertius id moleſtè ferentibus,nec eſ- *Lex iſta Cabadi*
ſe exiſtimanribus id iniuriæ tolerandum, ea lex regi & inſidiarum & exitij *exitio fuit.*
præcipua cauſa fuit: ſiquidem conſpiratione facta, inſurgentibus vniuerſis
principatu hic ſtatim deponitur, vndecimo poſtquam regnare cœperat an-
no,& in * obliuionis præſidiũ truditur.Imperium verò † ad Zambaſem tranſ- ** Letbes caſtellũ de quo Procopius & alij.*
fertur,& hunc Perozo progenitum,aliàs tamen humanitate iuſticiaque pol-
lere ſat viſum. Hoc pacto illi rebantur rectè ſibi peracta iam omnia, vt de *† ad Blaſem*
cætero poſſent faciliter & per delicias viuere.Cauades verò è præſidio bre-
ui euadens, ſiue vt ſcribit Procopius, vxore ad id doli iuuante, vt quæ viri
vitam prætulerit ſuæ,ſiue vt aliaſcunque;ad Neaptalitas ſe contulit,Impera-
toremque ſupplex adiuit. Tum ille vbi animo agitaſſet temerarios fortunæ
caſus,hunc perquambenignè ſuſcepit, hortatus vt bono animo eſſet,& de-
meret prorſus in ſe conceptam moleſtiam, in primiſque eblandiendo &
quam optimè admonendo,menſamque opimam,dubiam,& lautiorem cum
chariratis dexteritate quadam apponendo ,donandoque veſte perlucida &
ampliore,quæ omnia ſunt ad veram hoſpitalitatem promptiſſima argumen
ta,ad meliora denique ſperandum confirmat, & paulo pòſt filiam hoſpiti in
vxorem deſpondit, traditoque ei exercitu ad reditum valido remiſit in pa-
triam,vt obuios quoſq; & reſiſtentes diſperderet, ac priſtinam recuperaret
felicitatem. Verum vt arguatur longè alios plerunq; habere res ipſas euen-
tus,ac ſit hominibus viſum, idipſum quemadmodum explicatũ eſt contin-
git:& ſanè ad vtroſq; & varios fortunæ hos impetus,motuſq; longo interual
lo diſtantes,Cauadis vita expendebatur,& temporis ſpatio mediocri,quan-
doquidẽ ex priſtino illo & imperatorio ſtatu reus ſit & captiuus effectus : &
vbi è carcere demũ euaſit fugitiuus, & mutata veſte redditus hoſpes,regiſq;
gener & coniunctiſſimus, moxq; ad patrios lares deſcendens ſine labore &
periculis haud ſecus regnum recepit, ac nunquã amiſerit,vacuumq; id,& ſe
perinde opperiens repperit. * Zambazes nanq;,cui id traditũ fuerat, volens ** Blaſes*
quidem regio huic throno cõceſſit,& imperium cenſuit per ſe relinquendũ,
in quo quaternos annos cum voluptate vixiſſet, idq; renuere ex animi ma-
gnitudine,& ſua cum gloria maluit,&priuatã cum ſecuritate vitam deligere:
quo factũ eſt,vt neceſſitatem ipſam optimũ pręueniret conſilium. Cauades
verò iteratò potius imperio,ad priores & vndenos iam annos monarchię in
principatu alios triginta permanſit. Sed quæ huic vel antehac,vel in poſte-
rum accidiſſent,priſcis & ſapientibus in hiſtorię modũ elaborata & prodita

Agathias ab aliis relicta narrat.

ſunt. Quæ verò vetuſtiores illi reliquerant,& poſteris tranſmittenda eſſent, vt cognitu neceſſaria, vel ſuperioribus geſtis per eum rebus factu optimum ducerem, ſi adderentur: ceperit tamen nonnullos forſitan admiratio,quòd

Similitudo calamitatũ in coætaneis principib.

iiſdem illis ferè temporibus, tam apud Romanos, quàm apud Perſas permulta & ſimilia quædam acciderint,tanquam ſponte ſua in vtraque Republ. aduerſus imperatores ſiniſtra tunc quædam fortuna ingrueret. Siquidem paulo antè Zenon ille Iſaurus Romanorum Imperator,qui & Tharaſis Codi

Zenonis exiliũ.
** Illum,*
† Verina

cus vocitabatur, per * Ilium, Baſilium, Baſiliſcum, & Cononem in inſidias præcipitatus enixiſſimè ad id † Berinna coadiuuante,vbi ex imperio excidiſſet,eiectus exterminatusque demum, vix in Iſauriam abiens ſalutem inuenit. Poſtea verò in imperium reſtitutus,Baſiliſco annos duos tyrannidem exercente occiſo, dempto illi in primis regio inſigni,rurſum potitus imperio, vniuerſaque moderando,nòn ad multum temporis quum regnaſſet, vita ex

Nepotis auguſti calamitas.
** Oreſte*

ceſſit. Haud ſecus & Nepos in occidente quum imperaret, ſimillimis quidem eſt, ſed longè maioribus inuerſatus calamitatibus.ab * Horeſte illuſus ex Italia profugit,regiamque veſtem, & trabeam ſemel depoſitam, de cætero nunquam reſumpſit, ſed inter priuatos viuens occiditur. Sic itaque eo tempore reges & principes temeraria quadam & aduerſa fortuna immutabantur.Si qui verò quur hæc fiant,quæſierint rerum principia reconditarum ſcrutari,quamcunque (vt lubet)proferant cauſam:mihi verò ea ſunt repetenda,vnde primùm facta digreſſio eſt. Cauade itaque mortuo,anno Iuſtiniani

Choſroes Cabadi ſuccedit.

imperij quinto, Choſroes apud nos maximus ille paternum ſuſcepit imperium,resque eximias geſſit,quas rhetor Procopius & prior quidem hiſtoriç demandauit: cætera verò, quæ ille omiſit, partim nobis ſunt explicata,partim ſubſequenter explicabuntur, quoad temporum continuatio ipſa exactiſſimè obſeruetur. Sed illud in præſentia dixerim,per octo & quadraginta iam annos,quibus potitus imperio eſt,quammultas hunc retuliſſe victorias, & eò magnitudinis euaſiſſe, vt nullus priorum apud Perſas regum fuiſſe huic ſimilis comperiatur, vel ſi cum ſingulis eum quis conferat, ne Cyrum dicam Cambyſi huic parem facturus ſit: ſed ne Xerxem quidem ipſum, quē mare ferunt contabulaſſe,equitabileque id reddidiſſe,& nauigabiles mon-

Choſrois exitus parum eius anteactæ vitæ conueniens.

tes. Choſroes itaque &ſi ſua magnitudine cæteros anteiuit, vitæ tamen eſt exitum vt calamitoſum & inglorium nactus, ita & alieniſſimum à ſui temporis priucipum fine.Is namque quum interea circa Carduchios montes æſtiuo tempore in Thamanorum vico quodam vitandi æſtus ob gratiam, & ob locorum temperiem ſecedēdo diuerſaretur, Mauritius Pauli per Tiberium Conſtantini Romanorum imperatorem Orientalibus copijs præeſſe iuſſus, in Arxianum agrum incurſionem de improuiſo fecit, qui vtique contiguus erat circumiectis vico,vbi rex erat Perſarum.caſtellis & agris protinus & intrepidè deuaſtatis,Zirma flumine traiecto,in anteriora proceſſit,& proxima quæque depopulatus,igne demum ſuccendit.Quum is itaque armis igneq́; omnia peruaſtaret, Choſroes ipſe(non enim longius aberat, quàm vt in altum euectam lateque diffuſam flammam intueretur)hoſtilis perinde incendij inſuetus,haudquaquam eius proſpectum tulit.vnde pudore ſimul ac formidine percitus, nec hoſtibus obuiam iuit, nec quoquam pacto iniuriam vindicauit, ſed præter modum ex ea clade dolore ingenti perculſus, ac ſui prorſus deſperans,morbo ſtatim inſanabili quodam corripitur,vnde quamcelerrimè ac per manus elatus, ad Seleuciam Cteſiphontem regiam fertur, & in fugæ morem facta diſceſſione non longè pòſt vitam finiuit. Ipſe veró haudquaquam ſatis intelligo, quo nam modo orationis decurſus me ceperit,quæ,vt equidem reor, rerum geſtarum admiratione & voluptate prouecta eò me petulantię duxit,vt,quæ in medio explicanda fuiſſent,omiſſis,ex-

terna

terna quædam & aliena meminerim. Nunc igitur vbi mihi ſat conſtat, quouſque peruenerim, & vnde digreſſus ſim; his prætermiſſis, vt ſuis locis poſtmodum deſcribendis, ad ea me referam, quæ priora illa & ſubſequi, & cum his contineri facilè videbantur. quandoquidem ſiue Perſarum ſucceſſiones imperatorum, ſiue annorum numerum, & ſummatim vt dicam, ſiue quodcunque dicturum me pollicitus ſum, ad finem perduxi; nil equidem ambigam, vt veriora hæc me confirmaſſe, & in his perſcrutandis diligenter elaboraſſe, vt quæ ab archiuis, & Perſicis libris deſumpſerim. Sergius nanque interpres ille, me deprecante, vbi eò ad Perſas ſe contulit, ab his quibus Perſarum annalium fuerat cuſtodia demandata, perijt ſupplex, vt de regum gêſtis ſibi traderent monumenta, & cauſam protulit, non alterius rei ob gratiam ea ſe velle, niſi vt apud Romanos etiam literis commendentur, quæ apud ſe condita eſſent, & magni momenti facta. quæ vtique illi & rectè quidem petenti, mox Sergio tradiderunt, rem fore non inſuauem rati, ſed ſuis magis regibus ad gloriam conceſſuram, ſi futurum eſſet, vt vel apud Romanos non incognitum foret, quales ipſi, quantique fuiſſent, vtque apud ſe ſeruata gentis ſeries ſit. Sergius itaque, vt nominibus, ita & temporum interuallis, & ex his, quæ per hos geſta fuiſſent, opportunioribus quibuſque exceptis, è Perſicaque in Græcam linguam ornatè traductis, ad me omnia, quæ ab ſe depopoſceram, detulit; permiſitq; vt cauſam ad verum abſoluerem, ob quam ipſe à Perſis ea acceperat monumenta, quæ iam ipſi ad finem perduximus. Erat nimirum Sergius ille interpres omnium præſtantiſſimus, & quem Choſroes rex ipſe maximi faceret: quia vt in Græca, ita & Perſica lingua, & in ea eſſet interpretandi arte facilè princeps. De * Cauade autem rege ſi qua fortè Procopius rhetor aliter edidit, nos tamen Perſarum ſcripta ſequenda potius duximus, & innitendum quæ in his ſcriptis produntur. Nunc itaq; vbi tantum laboris ad finem deduximus, age iam ad continuandam hiſtoriam redeamus, quam de rebus apud Lazos tunc geſtis occœptã iam intercidimus, vt ad hæc veniremus. Nacohoragan igitur, quum ob morum ignobilitatem, & turpem in Hiberiam fugam, tum ob debellatum per Romanos, quem ipſe ductarat, exercitum, crudeliſſimè diſcruciatus interijt. Choſroes verò quum animo agitaſſet, haudquaquam ſe poſſe in Colchico agro Romanis obſiſtere, vel mare ipſum tenentibus, quo exercitibus neceſſaria tranſuectabantur, & longè aliter ipſe vt longis deſertisque itineribus, ita & per baiulos homines onerariaque iumenta ſumma difficultate perpauca cibaria mittere ſuis copijs cogeretur; decreuit non de cætero ſibi cum Romanis bellandum. Vt itaque pax non locis quibuſdam, & ad breue perſcriberetur, néve non diu eſſet vt imperfectior permanſura & mutilata, ſed eodem tenore vbiq; confirmaretur; ad Iuſtinianum oratorem Byzantiũ mittit Perſam virum inter cæteros facundiſſimum. Zich illi erat nomen. qui vbi ad Imperatorẽ peruenit, multis vltrò citroq; dictis, in id deniq; conuentum eſt, vt Romani Perſæque ea tenerent, quæ in agro Lazorum belli iure cepiſſent, ſiue caſtella, ſiue præſidia forent, neque de his in poſterum certaretur, niſi maius aliquod interueniret rei principium. Zich itaque rebus pro ſuo & oratoris officio hoc modo peractis, ad ſua ſe contulit. Hæc vbi exercitibus nunciantur, ad multum temporis quieti & ſine vllo prorſus bello manſere, & quod ſpontè antehac fecerant, ex pactione fuit tunc protinus confirmatum.

Vnde ſumſerit has hiſtorias Agathias.

Sergius regis interpres res Perſicas impetrat Agathiæ.

* *Cabade*

Choſroes ad pacem animum adijcit.

Pacis probatæ conditiones.

AGATHIÆ HISTORIARVM
LIBER V.

DVM intereà hæ nationes numero ac magnitudine ſua præſtantes, armis ex conuento depoſitis, iamdiu conquieuiſſent, atque adeo, vt nil prorſus in inuicem molirentur; Zanorum gens ea, quę ſub Notum ventum in Euxino mari ſub Trapezuntium incolit loca, & ſi ſub Romanorum ditione tunc eſſet, eius tamen pars quędam maiorum ſuorum veſtigijs ſic iuſiſtebat, vt incontinenter & perditè facere haud ſat noſſet: quidam tamen optimarum rerum conſtitutione omiſſa, prædonum in morem viuebant, excurrendoque circa Pontum loca, agros quidem populabantur, viatoresq; iactura afficiebant, in Armeniamq; tranſgreſſi, multa diripiebant. vnde nihil his alienius erat, quàm veris cum hoſtibus bellum inire. Mittitur igitur ad eos Theodorus eiuſdem nationis & gentis, qui poſt Iuſtinum inter cæteros obtinebat Romanorum præfectos primatum, & eorum locorum ſcientiſſimus eſſet, & vnde nam fieri inſultus poſſent, vbive ſtationes firmari, & quemadmodum peruestigandi hoſtes eſſent, ſatis calleret: cuius rei gratia per Imperatorem is & non iniuria iuſſus aduerſus Zanos tendebat. Motis itaque è Colchico agro caſtris, cum vniuerſis copijs extra Phaſidem fluuium fines tranſgreſſus, occidente iam ſole in penitiſſima tunc hoſtium loca deſcendit, caſtriſque inter Theodoriadem vrbem & Zizeum locatis, foſſaque exercitui circumducta, Zanorum partem, quæ perſtitiſſet in amicitia, quietiorque manſiſſet, neque adhuc deſciuiſſet, muneribus ad ſe reuocando donabat, & his bene conſultum fuiſſe gratulabatur: qui verò iam defeciſſent, rupiſſentque impudentius fœdera, pœnis afficere mox debellando parabat. Illi verò nulla interpoſita mora ad Romanorum munitiones venerunt, in proximum collem eminentem, magna hominum coacta iam multitudine, in Romanos & in dextrum latus iaculabantur, ſagittaſque immittebant, ita vt ex improuiſa illorum repentinaque audacia vniuerſus perturbaretur exercitus. multi tamen è caſtris in hoſtes promptiſſimè ferebantur, ſed incompoſiti, & nullo ordine procedentes, nec tamdiu morati, vt in campi planiciem hoſtem pellicerent, ſed verſis in barbaros clypeis, & ſupra caput elatis, collis dorſum ſubire adnitebantur. Tunc Zani ex edito frequenti impulſu lapides prouoluendo, excutiendoq; tela facilè hos repulere, irruptioneq; facta ad homines quadraginta interfecerunt, & in fugam cæteros mox auertere. Elati itaque barbari pro re feliciter ex inſperato geſta, quamproximè à Romanorum munitionibus copias applicarunt, ibiq; fortiter & diu bellatum: his in caſtra vt penetrarant nitentibus, & vniuerſos vt manu comprehenſos protinus inuolarent: illis vt indecorũ ac turpius fore exiſtimantibus, niſi eueſtigiò hoſtes propulſent, vel hos funditus perdant. Sed vtrique ſe inuicem compellendo, innitendoque conſertis iam manibus, nihil prorſus pro animi magnitudine memoria dignũ geſſere, ſed pari marte iam diu decertabatur, ſtrepituq; multo, permixto clamore omnia complebãtur, nec cuius partis victoria eſſet, dignoſcebatur. Theodorus verò Romanorum præfectus, vbi primùm hoſtium animaduertit rei bellicæ imperitiam, quòd iniquo loco, nec ſatis tutò præliarentur, nec multis ex partibus caſtris inſiſterent, ſed vnum in locum omnes iam declinaſſent, iuſſis qui circa ſe erant, vt pro loco manerent, & hoſtes in faciem oppugnarent, è ſuis quammaximam partem ex occulto decumanaque porta in barbaros decurſuros emittit: qui clam profecti, vbi his in terga comparuerunt, clamore ingenti ſimul ſublato, tubiſque in bellum cientibus confeſtim eliſis, hoſtem turbarunt. Zani

Zanorum tumultus.

Theodorus contra Zanos ciues ſuos mittitur.

Theodori ſtrategema.

itaque

itaque tunc aliud nihil vel circumſpicere, vel ſibi conſultum malle, quàm per ignauiam fugam capeſſere: quos ſtatim fugientes inſectati Romani, præ formidine amentes iam redditos facilimè obtruncabant. Ex his igitur duo milia ceciderunt. qui reliqui fuerant, diuerſim palantes deferebantur. Theodorus itaque vniuerſa gente in poteſtatem redacta, Imperatori quæ geſta fuiſſent ſignificauit, ſciſcitantique quid de his fieri placeret: vt his tributa imponerentur iniunxit annis ſingulis in poſterum perſoluenda, vt ex his intelligerent ſe ſubditos fore & vectigales, & ſub iugum penitùs miſſos. Vnde recenſiti mox omnes deſcriptique tributi penſione degrauabantur, & eo ex tempore ad hanc noſtram ætatem Romanis hi vectigal pendunt. Iuſtinianum Imperatorem ex omnibus rebus, per ſuos egregiè geſtis, hæc maximè oblectarunt. Siquidem in lege quadam è ſuis, & priuatis ex legibus, quas Nouellas nos dicimus, quùm aliàs recenſeret iam partas victorias, vel huius gentis præcipuè meminit. Hunc igitur habuit Zanorum inſolentia exitum, & Theodorus ad Lazorum ſe loca recepit. Paulò antequam hæc gererentur, iteratò Byzantij vehementer adeo terra mouit, vt omnis ferè collapſa ciuitas ſit. Hunc terræmotum & alter tantæ magnitudinis inſequutus, quantæ (vt reor) nunquam antehac fuerat, nimirum qui ſit exæſtuantibus aquis ſalientisque terræ perſeuerantia factus: & is ſanè eo horridior videbatur, quo & pleraque periculoſius occurrebant. Exierat nanque autumni iam tempus, & pro nominibus ex Romana conſuetudine ſympoſia peragebantur. frigus tunc erat, quale per id eſſe tempus decebat, ſolq́; in occiduum vergens in capricornum deferebatur: quum interea circa mediæ noctis cuſtodiam ciuibus altiore ſomno detentis, & iam quieſcentibus, derepentè id malum inuaſit, atque adeo vt à fundamentis omnia quaterentur: motusque ipſe & ſi à principio ſtatim violentiſſimus fuit, in maius tamen continenter excreuit, ita vt alio atque alio addito ad id incremento, in immenſum euaderet. Demum itaque omnibus excitatis, eiulatus vndequaque comploratione ſque exaudiebantur, & vox item illa, quæ in eiuſmodi malis afferri ſpontè ad deum ſolet. nam ſonitus quidam grauis, ferusque perinde tonantis è terra ſtridor fragorque remittebantur, remiſſosque ventorum turbines ſubſequebantur, & terrorem ingeminabant pauentibus, ſiquidem terreſtris ſpiritus quidam fumoſa nebula, neſcio quo pacto, ſurſum verſus expulſus deſæuiebat, vt turbulentior & ſonorus: quo territi homines, & pauore correpti, mente quadam torpidiore è domicilijs ſe proruebant. tum publicæ anguſtioresque viæ multitudine complebantur, tanquam non domi deperituri, ſi pereundum iam eſſet. nam frequentia & continuata, connexaque inuicem eius vrbis ædificia ſunt, atque adeo, vt vix locum ſub diuo ſitum apertumque, & omnino non adiacente ędificio altero vacuum reperiat quiſquam. Sed alloquin quum ad ſuperiora dirigerent oculos, & vtcunque cœlum ſpectarent, deumque hoc pacto deprecarentur, ſummitti timor animi omnis, & perturbatio denique ſenſim his videbatur, & perinde leuiter cadente niue irrigabantur, algore iam degrauati. haud tamen vel ita affecti tecta iteratò ſubibant, ni fortè ſacras ædes iniſſent nonnulli, eodemque prouoluti ex deo opem depoſcerent. Videre tunc licuiſſet fœminarum vim maximam, nec infimæ ſortis, ſed familiæ honoratiſſimæ cum viris ſimul deferri, & turbæ immiſceri, omnemque ordinem & pudorem confundi, nec cuiuſnis conditionis homines præ formidine ſine vllo diſcrimine proculcari. Dominos præterea ſerui aſpernabantur, nec dicto parebant, quum maiore quodam terrore victi ſe in templa reciperent. haud ſecus inferiores priuatique homines magiſtratus gerentibus ſine vllo honoris reſpectu permixti iam aderant, vt ex communi omnibus incidenti periculo, vniuerſis exiſti-

Zani redacti in poteſtatem.

Nouel. j. in principio.

Terræmotus horrendi.

Ædificiorum Byzantij arta ſ[illegible]tis.

mantibus ſe non longe pòſt perituros. Frequentiores ea ſunt nocte euerſæ domus, & præſertim in Regio (vrbis arx Regium eſt) quammulta præterea & incredibilia contigere. Nam alibi fortè ſiue lapide tecta, ſiue ligno ædificata, velut renunciata compage hiantia abinuicem diuellebantur, ita vt æther inde aſtraque nil ſecus ac ſub diuo conſpicenrur, & mox ſimul iterarò in priſtinam compagem coibant. Alibi verò columnæ è ſuperiori domicilij loco firmius collocaræ, violentia exæſtuantis motus depulſæ excutiebanrur, ſuperuectæque proximas domos, ad eas quæ longius aberant, veluti funda emiſſæ euehebantur, & fragore ingenri omnia contercbant. Alibi verò horribiliora acciderant, ſed aliàs ſæpe, & ſuperioribus remporibus facta, & vt in poſterum fiar neceſſe eſt, quoadusque terra hæc perſtet, & humanæ naturæ peccata. runc ramen in maius omnia occurrerunt. nam è turba magna vis homiuum & obſcuriorum interijt. Ex his verò, qui Senatorum numero

Anatolij viri conſularis interitus

eſſent aſcripri, ſolus Anarolius perijt, vir ſanè conſularis dignitatis honoratiſſimus: ad quod accedebat, quòd Imperatoris domus vt curam ſuſceperat, ſic & bonorum eſſet procurarionem omnium nactus. Is itaque quum ſuo & conſuero lectulo conquieſceret, marmoris iuxra ſe fruſtum in cubiculi ædificio fixum aſtabat, pulchrè ac decenter elaborarum, qualia parietibus ſolenr ad ornarum & oſtentationem, non ad neceſſiratem per eos affigi, qui iſtiuſmodi ſuperuacaneis inhiant rebus, & non admodum neceſſarijs ornamentis. Ea igirur ſaxi moles præ rerræ nimio motu diffracta laxataque, è pariete pulſa huic in capur concidit dormienti, & planè contriuir. Anarolius verò tanta mole oppreſſus, ad id modo ſuffecir, vt grauirer ex cordeque ingemiſcens, eodem ramen in lecto procumberer moribundus. Hæc noctu. die autem comparenrè perquamlibenter ſe inuicem ciues contuebantur, quum obuiam offerrentur amantiſſimi quique & familiariſſimi, complorationeque murua cæterę ſe rurbæ inſinuantes, alrerniſque ſinguli pro data redditaque vltrò ſalute, & ſi ſui iam deſperantes, voluprare afficiebanrur. In-

Vulgi de Anatolio iudicium.

terea verò dum Anarolius ad ſepulchrũ effertur, è plebe homines quidam, vt fit, dictirare, non iniuria eum hoc mortis genere fuiſſe affectum, quippe qui & iniuſtiſſimus fuerit, & quammultis mulra ſubtraxerit, & facilè confirmare deſcripras illas per eum rabellas, ſuppuniceas veſtes hunc ſibi demum exitum habuiſſe, quas ſub prærextu in Imperatorem beneuolẽtiæ in domos felicium frequenrer congeſſerat, & hac via omnia ſibi vendicaſſer, violaſſẽtque impudentius ſimul, & fregerir quæ teſtamento mortui delegaſſent, abire in rem malam legibus iuſſis, quæ liberos velinr in paternæ ſubſtantiæ hærediratem ſuccedere. Iſtiuſmodi vulgus ſubmurmurãdo, tanti caſus compertam habere ſe cauſam opinabatur: ipſe verò quòd affirmem nil habeo, quur

Agathias iudicium ſuum interponit.

illud acciderit. Eſſet nimirum is terræmotus vt peroprabilis, ita & laude dignus, ſi à probis ſecerneret improbos, & hos quidem malè deperderet, illis verò vr bene vellet, & indulgeret. ſed concedamus hunc iniuſtiorem fuiſſe, at erant & alij in vrbe quamplures huius ſimillimi, vel fortè longè plurimũ nequiores: & alioquin hic derepente abreprus eſt, illi impunes manſere. Nihil iraq; vel ſaris parere, vel facilè eſſe id cognitu dixerim, quur Anarolius ex omnibus vnus ſic vira exceſſerir: ſiquidem Plato maximũ eos in modum miſeros eſſe & infelices affirmat, qui vbi vitã peſſimè duxerint, peccatorum non ſtatim pœnas hi luanr, ſiue mortis genere aliquo & violenro, ſiue vt aliaſ cunq; excruciati: ſed hinc ita abſceſſerint, quemadmodum ex ſtigmaribus affecta ſeruitia commiſſorum facinorum liuoribus maculati, neq; hi ſalrem vt repurgarentur, id retulerinr lucri. Quòd ſi concedatur, felicior longè futurus ipſe erar, qui tunc ſimul cũ cæteris morte afficererur, quàm qui ſaluus euaſerit. Sed hac de re ſentiat quiſq; vt lubet, ipſe verò priora illa & intermiſſa

reſum-

reſumpſerim. Tunc igitur & deinceps dies quamplurimos terra mouit, breuior tamen, nec qualis tunc primùm hic motus inuaſit: ſed validus alioquin, vt qui reliqua, quæ Byzantij eſſent, concuteret. Tum portenta mox quædam & prædictiones abſurdæ in vulgus temerè diuulgari, & mundi hanc machinam prædicari quamconcitatiſſimè collapſuram: nebulones præterea quidam, & deceptores, veluti diuini quidam & vates ſponte ſua circumire, & ſibi viſa prædicere, terroresque multis incutere, quibus facilè poterat, vt antea territis, perſuaderi.

Variæ prædictiones in vulgus ſparſæ.

Hi itaque ſiue incaſſum furere, & prauo exagitari dæmone ſe ſimularent, grauiſſima quædam paſſim iactabant, & tanquam ex adnata ſibi prauorum dæmonum ſpecie fuiſſent futura edocti, deque ſuis admodum furijs iactarentur. Alij præterea aſtrorum decurſus figuraſque animo agitantes, maiores calamitates, & perinde communem rerum euerſionem fore ſignificabant. itaque terrore omnes percellebantur. Et ſanè ſolet hominum iſtiuſmodi & è turba examen, grauioribus ſemper in rebus, vt pauefacti, renaſci quodammodo & immutari. Sed illorum vtrunque id & rectè mentitum eſt vaticinium. erat nimirum (vt puto) pernecceſſarium, impietatis reos hos fieri, qui talia ſomniarent, & nullam deo relinquerent rerum cognitionem. Eorum tamen nemo, qui affuiſſent, ſibi non admodum formidoloſus terrore obſtupeſcebat. Vnde & ſupplicationes publicæ factæ, hymniq; ſupplices vniuerſis aſtantibus ad id vnum coactis exaudiebantur: quin etiam quæ verbotenus antea laudaſſent, ſed factis rarius cõfirmaſſent, tunc mira cum animi promptitudine exequebantur.

Supplicationes et emendationes populi.

æquitatem præterea vniuerſi in ſuis commercijs præferebant, ita vt vel principes ciuitatis lucri cupiditate reiecta, ex lege cauſas iudicarent: tum alij item etſi potentes, taciti ſecum quieſcere, iuſtioraque facere, & à turpiſſimis abſtinere. nonnulli verò immutato prorſus viuendi more, ſolitariam potius vitam, & in montibus ducere maluerant, relictis honoribus pecunijſque, & eiuſmodi cæteris, quæ ſuauiſſima dicunt mortales, vel fortè in ſacras ædes, ſacroſque viros collatis. noctu præterea primores vrbis publicas circumuecti vias, abundè cibis veſtitúque miſeros quoſque & calamitoſos donabant, quorum plerique vt corpore mutilati, in terram proiecti, neceſſaria tunc fortè emendicabant.

Aucti coetus monachorum ex trepidatione ſuperſtitioſa.

Hæc fermè per tempus aliquod geſta, & quandiu recens timor incubuit. Poſtquam verò ſubleuari parumper diſcrimen eſt viſum, confeſtim ad priſtinam rediere plerique conſuetudinem. Dum enim neceſſitas vrget, & formido ingruerit, quæ rectiora ſunt factu, vtcunque & leuiter deguſtamus.

Simulatæ poenitentiæ fructus.

Tunc demum de ventorum exhalationibus quammulta vltrò citroque diſceptari mox cœptum: & in conuentibus ipſis Stagiretes quidam præcipuus habebatur. Is nanq; quũ de his pleraq; & affatim, ac rectius fortè eloqueretur, nunc terræmotus cauſas interpretabatur, nunc quod in vero eſſet, minimè peruidebat.

Ariſtotelem intelligit.

Nonnulli verò, vt Stagiretis confirmaturi opinionem, quòd ſpiritus denſior quidam & fumidus ſub terræ concauitatibus coarctatus hos faciat motus, propoſuere occœpto ſermoni, quòd * Arthmeſius quidam fuerat e machinatus, cui Tralles ciuitas patria fuit: (ars verò, machinari mutationes) qui linearem contemplationem ad materiam traducendo, imitationes nonnullas & perinde idola rerum exiſtentium operabatur.

** Procopius Anthemium vocandum docet.*

Is itaq; machinationum huiuſmodi peritiſſimus erat, & ad mathematicę artis ſummum haud ſecus peruenerat, ac eius germanus frater Metrodorus grammaticæ artem tenebat. Ipſe verò beatiorem hanc dixerim matrem, quæ variæ diſciplinæ pleniſſimum ſemen ediderit. hæc nanq; non ſolùm hos genuit, ſed Olympium etiam, qui ſe ad legum exercitationem, & fori iudicialis contulit diſciplinam. Poſt hunc Dioſcorum Alexandrumque, vtroſque artis Medicæ peritiſſimos. Quorum alter & Dioſcorus in patria ſuæ artis conſideratius opera

Fratres V. ex vna matre doctiſſimi.

**hoc eſt, vrbem Romam veterē.* **Anthemij*

edocendo vixit, alter* vrbem antiquã honoratiſſimè accitus incoluit. *Arthmeſij tamen & Metrodori quum gloria quaq; diuagaretur, ad ipſum demũ Imperatorem peruenit. Vocati igitur, vbi ſe Byzantium contulere, eodemq; omni vita peracta, maximum in modum vtriq; ſpecim‹ n prę ſe virtutis tuliſſent, celebritatem ſibi & gloriam compararunt: quum alter tam magnos iuuenum cœtus & ſanè nobilium erudiret, & his ipſis pulcherrimã doctrinam impartiretur, vt ad eloquentiæ ſtudium, deſiderium vniuerſis inieceri: alter vero vt in hac vrbe, ita & alijs multis in locis mira quædam & planè ingentia factitaret. Quæ vtique etſi ſilentio prætereantur, huic tamen, quandiu vixerit, ad memorabilem ſunt gloriam ſuffectura. illud verò, cuius ob gratiam huius viri commemini, mox explicabitur. Erat Byzantij Zenon quidam & rhetor, aliàs tamen vt clarus, ita & Imperatori notiſſimus. Is* Arthmeſium quamproximè habitabat, ita vt vtriſque iuncta eſſe domicilia viderentur, ijſdem finibus & canali imo dimenſa. Temporis haud longo pòſt interuallo inter hos difficilis altercatio nata, ſiue alterius & mathematici perſpicacia vt antehac inſueta, ſiue nouo ex ædificio, quod nimis in altum proueheretur, lumini contiguæ domus officeret; ſiue alia quauis de cauſa, vt ſæpe inter vicinos fit & proximè habitantes, lis neceſſariò oritur. Arthmeſius quum, ab aduerſario, vt cauſas procurante, dicendi arte peruinceretur, & minus poſſet illius eloquentiæ ſicubi verborum vel vi vel ornatu obſiſtere, ſua ex arte hunc in modum illati mœroris vicem Zenoni reddidit. Domum excellſam habebat Zenon, & ampliorem, pulchramque, & curioſius ac vario quidem ornatu extructam, in quam multos viſendi cœnaudique cauſa introducebat, & hos amiciſſimos. eius domus pars inferior quædam, ad ſolum Arthmeſij erat, ita vt inter medium ſolarium eſſet, & deſuper tectum.

**Anthemium Artemiſius Zenonem aduerſarium territat.*

**Anthemius*

In inferiori igitur parte & ſua *Arthmeſius lebetes magnos aqua plenos per domus ſpacia diuerſim diſpoſuit, his è corio fiſtulas exteriori ex parte circumdedit, & latiores quidem, vt totum lebetum circulum complecterentur. Deinde in tubæ ſpeciem illas ſummiſit in altum, ita vt ex proportione ſua deſinerent, extremaque fortiter ad tigna & tabulas offirmauit defixitq;, ita vt conceptus his aër liberè per eam vacuitatem euaderet, ſolariumq; pertingeret nudum, & vt erat neceſſe, intra fiſtulas ipſas circunferretur, nec quoquam pacto efflueret. His itaque ex occulto ſic conſtitutis, ſub lebetum fundum multum ignis ſubiecit, ingentemque excitat flammam. Tunc demum aqua ſubſiliente exæſtuanteque, vapor multus elatus per fiſtulas in altum ſerpebat citus & denſior, quumq; non haberet quò aliò effunderetur, per has reuolutus & anguſtia preſſus, violentior ſurſum verſus impellabatur, ita vt quum ad ſolarium offendiſſet, iteratò deorſum ſimili violentia deferretur: qua reciprocatione ſępius facta, ſic domus tota concuſſa eſt & commota, vt ſenſim, hæc tremere & ligna ſtridere inciperent: qua ex re, qui apud Zenonẽ fortè tunc aderant, obturbati omnes, & tam graui malo perterriti, diuinã implorantes opem, & cum ingenti clamore ſe protinus in publicum è domo proripuere. Vnde factum, vt quum paulo pòſt ad regiam ſe Zenon conferret, notos rogaret, ecquid de terræ motu recèns facto ſentirent? núm ve eorum quiſpiam extimuiſſet? Tum illis meliora vt diceret imperantibus, & reſpondentibus nec factum eſſe, nec fieri ſe cupere, eiq; inſuper ſuccenſentibus, qui talia vt fugienda, ita & ſiniſtra perinde portenta narraret, nihil habebat quod ad hæc cogitare, nedum reſpondere ſat poſſet, nimirum qui nec ſibi ipſi diffidere poterat, & in his præcipuè, quæ nuper calleret fuiſſe omnino facta, & ſatis pudebat pertinacius & diu velle cum tot viris iurgari, ita ſe incuſantibus. His itaque & pluribus repetebant, qui ventorum reflationes, inflatioresq; ſpiritus quatientis terræ originem dicerent, id ſedulò affir-

lò affirmantes. quum enim machinator ille eius terræmotus cauſam cogno-
uiſſet,& ipſe ſimile quiddam effecit,arte imitatus naturam. Mihi verò ſimilia *Agathiæ iudiciū*
veri iſta videntur, vel vtcunque elegantius adinuenta; non tamen eorum,
quæ in vero fiebant, certiora ſigna vel argumenta. Nec enim quia catelli
minutuli iſti & melitæi,vel leuiſſimo quodam inceſſu ſolaria quatiunt, eam
rem huic quis ſimilem dixerit, vel hoc ſufficienti vtetur is argumento. Sed
illa equidem eius machinationis ludibria, nec vana omnino, nec inſuauia
putanda ſunt. Materiæ autem defectus quærendæ ſimul decenter & cauſæ
ſunt. Nec ſanè id ſolùm * Arthmeſius eſt in Zenonem machinatus,ſed huius ** Anthemius*
pręterea domum fulgoribus ſimul & tonanti fragore repleuit. is ſiquidem la-
pideum orbem in ſpeculi ſpeciem comparatum, excauatumque leniter ac
Solis oppoſitum radijs,ſplendore complebat,moxque in quos vellet inuer-
tens,tantum his intorquebat fulgorem, vt oculorum aciem hebetaret,& vi-
ſum pręſtringeret. Excogitauit præterea organorum quorundam attritiones
colliſionesque,ex hisque crepitus ſonoros quoſdam & violentos edebat,&
planè tonantes,ac tanti fragoris,vt ſenſus hominum pauefaceret; atq; adeo,
vt quum Zenon ipſe vix intelligeret, vndenam ea prodirent,ad Imperatoris
pedes in conſpectu omnium prouolutus,vicinum *Arthmeſium improbita- ** Anthemium*
tis & iniuſticiæ incuſarit, & ea animi cogitatione, vt ira commotus ioculare
quippiam eloqueretur,& poëtica quædam mox decantaret, aſtanteq; ſena-
tu perinde irridens proclamitabat, haudquaquã ſe ſolum & hominem,poſ-
ſe aduerſus fulminantem Iouem, grauitonantemq;,ad hæc & terram ipſam
concutientem pugnare. Et ſanè ſunt non inuenuſta, quæ ea ex arte ludicra
ſiunt;haud tamen talia,vt ex his vel imitari naturam queas,vel huic ea ſimil-
lima reddere. Sed de his quiſque pro arbitrio ſentiat. mihi vero ad ea,quæ
narrare iam cœperam, redeundum. Per eam itaque hiemem in his malis ci-
uitas verſabatur, adeo vt ad plurimos dies terra viſa ſit commoueri,etſi mi-
nus concuteretur. Inſederat id hominum mentibus & ſuſpicio inerat animi
cogitatus obturbans. Imperator interea ædificia pleraque,quæ vel putren- *Iuſtinianus col-*
tia,vel debilia eſſent,vel fortè prolapſa inſtaurare adnitebatur. Sed curę illi *lapſa reſtituit.*
præcipuè fuit dei maximũ illud & egregium templum, quod antea ipſe per
populũ quondam incenſum, conſpicuum & admirandũ iteratò extruxerat,
& vt priſtina magnitudine excellentius,ita & formæ decore, & metallorum
varietate ornarat, contexeratq;,cocto ex latere calceque,ferro pleriſque in
locis conſtrictum & conligatum, ſine vllo tignorum vel ruderum vſu,ne de
cætero tam facilè conflagraret. *Arthmeſius verò,cuius nuper meminimus, ** Anthemius*
hoc templum machinabatur & extruebat. erat autem in eo pars quædam
teſtudinis & intermedia quidem, quæ cæteras ſuperaret ædificij partes,ter-
ræmotu excuſſa, quam Imperator longè firmius exædificari curauit, & ma- *Hemiſphærium*
chinatores alij quidam formam prius inter ſe contemplati, & quemadmo- *ſanctæ Sophiæ*
dum offenſa pars ad integrum reliquum ſe haberet,& quouſque offenſio i- *refectum.*
pſa procederet, eam faſtigij portionem, quæ in Orientem & * Heſperiam ** occidentem*
vergeret, ſuo in ſtatu conſiſtere permiſerunt: quæ verò † Arcturi Notiue è re- *† arcti*
gione eſſet ſuper concameratum ædificium ſtructa,introrſus paululum por-
rexerunt,ſenſimque ſic ampliarunt, vt cæteris ædificijs plurimum conueni-
ret,fatereturque ſe inſpectantibus obrotundum laterum & æquabilem di-
menſionem habere, vt via hac poſſent vacui vaſtitatem illam in anguſtum
cogere,puſillamque oblongi portionem ſubtrahere, quouſque vndequaq;
quadraret forma. His proinde ita ædificatis deſuper obfirmarunt,quod in
medio extat, ſiue rotundum * hemiſphærium fuerit, ſiue vtcunque murarij ** Procopius ipſe*
id nuncupent fabri. Hunc itaque in modum extructum eſt templum,rectius *κύλινδρον vocat.*
quidem & optimè circumactum, & vndiq; quadrans; anguſtius tamen & in

acutum porrectius, ac denique tale, vt non tantopere ſpectatores, vt quondam, in ſui admirationem conuertat, ſed vt longè tutius ad omnes ſubſultus euaſerit. Sed ſatis multa de hoc templo ſunt per nos explicata, quæ vtique erant commemoranda. nam velle quæ in ea ſunt admiratione digna, verbis exprimere; ſuperuacaneum fore apparet, nec huius operis proprium. quòd ſi quis forſitan velit, qui procul hinc abſit, haud ſecus, ac ſi præſens contem-

Pauli Flori de ſanctæ Sophiæ ſtructura liber.

plaretur, apertius ea pernoſſe; legat Pauli Flori in hexametris ſcripta, qui primatum apud Imperatorem hoc tempore inter eius terræ præſides tenet, & ſicut generis gloria decoratur, ita & à ſuis maioribus opes eſt ampliſſimas nactus: ad quæ tamen accedit & eruditio, & impenſa eloquentię opera, quibus maximè gloriatur. Scripſit hic & alia plura poëmata, memoratu & laude digna: quæ verò de hoc templo præſcripſit, labore & arte referta eo magis videntur, quo & mirabiliorē conſtat eſſe materiam. Apud hunc nanq; quemuis optimum collocati templi comperturus es ordinem, metallorumq; item naturas ſubtiliſſimè conquiſitas, veſtibulumq; ipſum, decentius quidem & neceſſarium; magnitudinem præterea altitudinesque & figuras in rectum productas, ac quæuis alia ſiue circularia, ſiue pendentia, ſiue porrectiora. huius ex verſibus noſſe inſuper poteris ſanctius illud ſacellum argento auroq; conſtare, & in myſteria duntaxat ſepoſitum, precioſiſſimis rebus & mira varietate ornatum: & ſi quid aliud in eo templo fuerit cognitione dignum, haud ſecius atque hi noueris, qui crebris inambulationibus omnia ſpectando rimentur.

Peſtis graſſatio diuturna.

Eodem anno Vere iam ineunte derepente & iteratò vrbem peſtilens morbus inuaſit, & infinitam ſuſtulit multitudinem. haud tamen prorſus ceſſauit, ex quo tunc primùm anno Iuſtiniani imperio quinto irrepere noſtram hanc regionem occœpit. Interea verò aliò item atque aliò diuerſim ea peſtis tranſgreſſa, locis iam multis mutuo deuaſtatis, his qui reliqui Byzantij fuerant, ad breue quiete data, tanquam (vt reor) tunc ſtatim eludens, iteratò eódem ſe contulit, rata (vt arbitror) citius inde ſe abſceſſiſſe, quàm decuit. Interibant itaque repentina morte quammulti, tanquam apoplexiæ graui morbo correpti: qui plurimū reſiſtebant, ad quintum vix diem vita defungebantur. Morbi autem recentioris ſpecies erat priſtinæ ſimilis. Febres ſiquidem ad ægritudinem aliam intumeſcentem adiectæ continuè, non ad diem durabant, nec mediocriter laſſabant; ſed ſolo eius interitu, quē fortè cepiſſent, finiebantur. Nonnulli vero nec febre præuenti, nec dolore vllo affecti, ſecretum dum facerent, vt domi, ita & publicis in locis, ſicubi id contigerat, procumbebant extemplò exanimes facti, perinde mortem in promptu haberent. Omnis itaque ætas paſſim iam interibat, & pubeſcens præcipuè & florida, & in his mares quammaximè. nam feminæ non admodum ſimili morbo afficiebantur. Qui vetuſtiſſima igitur Aegyptiorum dicta, qui vt iuxta Perſas, & ſupernorum motus quamoptimè callent, temporum quorundam reuolutiones, quū infinito mundo deferri affirmant, nunc proſperas fceliceſque, nunc aduerſas & planè infauſtas, eſſeque præſentem periodum ſiniſtrorum numero & peſſimorum. Hinc nanq; vbiq: videmus conflari, & omnia denique commiſceri. Quidam verò diuinam iram exitij mortalibus eſſe cauſam dicunt, quæ non immeritò humani generis nequitias puniat, & hominum multitudinem mutilando concidat. Mihi verò vtranque opinionem inquirere, & veriorem decernere, haudquaquam eſt hoc tempore adnitendum, quum id fortè ignorem: vel ſi fortè ſatis intelligam, neceſſarium tamen haudquaquam id viſum pręſentibus, de quibus dicendum eſt conuenire. Nam ſi breuiter quæ obtigere commemini, hoc ſolo hiſtoriæ legi eſt inſeruitum. Super his autem ciuitati & alia pleraque eodem tempore inciderunt tumultuoſa & turbida, & nil minus, quàm ea, quæ diximus,

permo-

permoleſta. Sed qualia fuerint explicaturi mox ſumus, ſi prius & breuiter ve
tuſtiora quædam nos tranſegerimus. Hunni quondam circa lacum Mæoti-
dem loca incoluere in * Arcturum potius verſi, vt barbarorum ceteræ natio- **arctum.*
nes, quæ quod infra Imaum montem Aſiam inſident, hi omnes & Scythæ
& Hunni vocitabantur, ſeorſum tamen & per generationes. nam partim *De Hunnorum*
Cotriguri appellantur, partim Vltizuri, partim Burgundi, partim aliâs vtcun *nationibus.*
que patrium illis eſt gentibus & conſuetum denominari. Hi itaque Hunni
longo poſt tempore in Europam ſubitò traiecerunt, certo (vti fert fama & in *Hunnorum in*
vero) tunc primum his duce facto, ſiue aliena quadam vſi fortuna, ſiue lacus *Europam trāſie-*
aquæ, quæ in pontum Euxinum deferuntur, defectiores ſint his interea viſæ. *ctio.*
vtcunque tamen res ſe ipſa habuerit, vbi hi tranſmiſerunt, diu per aliena va-
gati, de improuiſo incurſione facta ingentem iacturam locorum incolis intu
lerunt; atque adeo, vt primis illis depulſis habitatoribus, eas ipſi ſedes tenue
rint, in quibus erant non diu alioquin permanſuri; ſed funditùs, vt aiunt, per
dendi. Sed Vltizuri Burgundiq; ad Leonis vſq; tempora Romanorum Impe-
ratoris celebres extitere, & robore præſtare ſunt viſi. Nos verò huius ætatis
homines nullam iſtorum habemus cognitionem, nec habituri in poſteris ſu-
mus; ſiue quia prorſus obſoleuere & nuſpiā ſunt, ſiue quia ſuis exciti ſedib.
aliò ſunt & quàmprocul abducti. Eo itaque anno, quo peſtilentiſſimum mor
bum Byzantium diximus inuaſiſſe, Hunnorum reliquiæ ſaluabantur, erant-
que adhuc celebritate & nomine clari. Deſcendētes itaq; Hunni ad notum
ventum haud longè ab Hiſtri fluminis ripis, pro eorum arbitrio conſidebant.
Tunc igitur hieme iam ineunte, huius fluminis aquæ, vt aliâs ſemper, nimio
præ algore magnam in profunditatem concretæ obſtrictæque obduruerant,
adeo vt peruiæ tam viris eſſent, quàm equis iam redditæ. Zabergan igitur Co *Zabergan Cotri*
trigurorum Hunnorum præfectus magna cum hominum equorumque mul *gurus per gla-*
titudine dum per cōſtrictos fluminis vortices nil ſecus ac terra iter haberet, *ciem Rom. terras*
facillimè in Romanæ ditionis loca pertranſit, nimirum quæ deſerta iam eſ- *inuadit.*
ſent, & prodeunti ſibi nihil impedimento fuiſſet. Quo factum eſt, vt quàm-
primum Mœſiam Scythiamque tranſgreſſus, in Thraciam demum peruene
rit: quò vbi eſt ventum, exercitus partem in Græciam, vt de improuiſo ſine
cuſtodijs loca excurreret & popularetur, dimiſit. Et alias deinceps manus
in Cherronneſum Thraciæ. Cherronneſi verò pars quædam, quæ in eurum
notumque vergit, ad meridianum vſque centrum circa Helleſpontum porri
gitur, cuius fretum Cherronneſum fere omnem circumfluit, in ſinuatis litto- *Cherronneſi ſi-*
rum flexibus in anguſtiorem vſque continentis partem exin circumfertur. *tus, & caſtella,*
quadraginta duntaxat ſtadijs coërcetur, ne Cherronneſum inſulam faciat. In *& munitio.*
hoc igitur Iſthmo porrectior inædificatus eſt murus, in vtrunque mare pro-
ductus. Interiorem in partem conſtitutæ ſunt ciuitates nonnullæ, Aphrodi-
ſias, Seſtos, * Tiberis. Ab his quamlongiſſimè vt iuxta Iſthmum & ſinus litto- **Procopius Cibe*
reos ſita, & apud poëtas celeberrima Seſtos ciuitas eſt, nec alia vt puto de *rim vocat.*
cauſa, niſi ex illo heroum cœtu, Leandrique amore & morte. Huic haud lon
gè aliud quoddam adiacet caſtellum, perexiguum quidem & inuenuſtum,
& nil penitus nactum quod iuuet. Callipolis eſt denominatum. vicos tamen *Callipolis.*
huic circumiectos agri exornant, promontoria item & arborum copioſa va-
rietas, aquarumque fluxus, terra irrigua & planè fœcundior, & ad neceſſaria
omnia abundè admodum ſuffectura. Tot itaque Cheronneſi caſtella, tantam
que agrorum amplitudinem ita munitiones circumplectuntur, vt adiri per
hoſtes haudquaquam facilè queant. Zambergan igitur ſpe bona depaſtus, *Zambergānis di*
id animo agitabat, vt ſi obiectum hunc caperet murum, & verſari in locis *reptiones.*
interioribus poſſet, vel mare ſimul in poteſtatem ſe protinus redacturum: ex
eoque ſomniabat affuturam ſibi non paruam nauium copiam, quibus in

Aſiam eſſet per anguſtiſſimum illud & intermedium fretum, quod nec aſpe-
ris quidem ſcinditur vndis, ſumma facilitate & mox traiecturus, Abydoque
capta, & portorium ſimul decimarium illud protinus ſublaturus. His itaque
vanis conſilijs cõcitatus, in Cheronneſum tantum exercitus miſit, quantum
ad id negocij ſatis fore exiſtimabat. Ipſe verò cum equitum milibus ſeptem
rectà ire Conſtantinopolim pergit, agros depopulando, tentandoque proxi
ma quæque caſtella, ita vt paſſim omnia perturbaret. Sed eius in has partes
profectionis cauſa fuit barbarica iniuſticia quædam, & nimia habendi cupi-
Cotriguri ex æmulatione quadam ad hoc facinus impulſi.
do; diſſimulando tamen Cotrigurorum prætendebat & cauſabatur inimici-
tias. Siquidem Sandichlus quidam & Hunnus ſuæ gentis præfectus erat, vt
beneuolentiſſimus, ita & fœdere Romanis iunctus. Hunc nimirum Roma-
nus Imperator colebat, beneuolentiaque & honore proſequebatur, & mul-
tis ſimul muneribus condonabat. Cotriguri igitur, quum nihil huiuſmodi
eſſent rerum participes facti, ſed omnino deſpicerentur, & apertioribus affi-
cerentur potius contumelijs; hunc comparãdum eſſe exercitum cenſuerũt,
vt & ipſi terrori cæteris eſſent, & ſibi perinde illatam iniuriam vindicarent,
& digni iam viderentur, de quibus haberi ratio poſſet. Quum itaque prode-
Cotrigurorũ ſtupra.
untibus ijs nemo obuiam iret, incurſiones liberè factitabant, & agros depo-
pulati ingentem auertebant prædam, magna vi captiuorum coacta, quos in-
ter & feminæ quàmmultæ vt nobiles, ita & continentiſſimæ crudelius trahe-
bantur: quæ vtique infeliciores eo maximè erant, quo & barbarorum mini-
ſtrare profuſæ libidini cogebantur. quinetiam barbari homines pleriſq; vel
** aliâs puero.*
è ſacrario abductis vim inferebant, quæ à * paruis iampridem nuptijs renun
ciaſſent, & ſeculi voluptatibus, ac caſtam vitam vt degerent, in remoto ali-
quo domicilio reconderentur, deo ad ſupplicandum idoneo, & id magnifa
cerent, vt ſemotæ omnino & liberæ à quouis hominum contubernio quàm-
Barbarorum immanitas fœda.
procul abeſſent, quietique ſe ſolum permitterent. Erant præterea, quę quum
barbarorum repudiarent concubitus, vel partui proximæ, ſi quæ fortè iſtiuſ-
modi eſſe tunc contigiſſet, ita diſtrahebantur, vt ſi neceſſitas ipſa pariendi in
grueret, in ipſo itinere in propatulo fœtum mox æderent, nec verecundos
poſſent partus dolores obtegere, vel hos vrgentes ſignificare: vnde vel æditi
plerunque infantes canibus diſcerpendi, & auibus in ſolitudine relinquerẽ-
tur, perinde iccirco eſſent in lucem producti, & fruſtra, quòd nati fuerant, hi
deguſtaſſent. rem ſanè calamitoſam, vt eò tandem res Romanorum redactæ
iam eſſent, vt vel in circumiectis regiæ vrbis locis à barbaris, etſi perpaucis
quidem, mala hæc inferrentur. quibus tamen non eotenus audacia finieba-
Longi muri.
tur, ſed vrbem verſus progrediendo, ad longos (quos nuncupant) muros ſe
facilè contulerunt, & præſidijs, quæ infra hos eſſent, appropinquabant. iam
** caſtelli.*
enim præ vetuſtate & negligentia maioris * præſidij diſſolutum ceciderat æ-
dificium. tum barbari ipſi vel ſtantes in partem aliquam muros haud ſecus
ac ſua intrepidè diſturbabant, nec aliquid erat, quod hos coerceret, quum
nullum eódem eſſet militare præſidium collocatum, nec vlla ad defenſio-
nem tormenta, nec demum, ſi forſitan affuiſſent, qui ea tractare ſatis calle-
rent. non canum latratus audiebatur, non hominum fremitus. &, ſi non id di
ctu ridiculum ſit, tanquam porcorum in clauſtris Romani exercitus interclu
Exercitus Rom. quantum deminuti fuerint.
ſi manebant, tametſi vel eo numero eſſent, quo tunc primùm & veterum Im
peratorum tempore recenſebantur, & non in minimam partem redacti,
haudquaquam ſint tamẽ Imperij magnitudini ſuffecturi. nam quum ad quin
** Hiberia, ſcilicet Aſiatica. nam in Hiſpania nihil Iuſtinianus habebat.*
que & quadringenta milia ſexcentaq; bellicoſiſſimorum virorum, vires om-
nes apud Romanos tunc temporis cogerentur, vix ad centum quinquaginta
nunc milia rediguntur, quæ partim in Italia, partim in Libya, partim in * Hi-
ſpania, partim apud Colchos, partim Alexandrino in agro, & circa Theben

Aegypti

Aegypti erant. Pauculi præterea quidam in Oriente circa Perſarum termi-
nos ſtationem habebant pro iunctis fœderibus & offirmatis indutijs. Non
enim multis hiſce in locis opus erat. Sic itaque ad perexiguam partem reda-
ctæ tot hominum copiæ ſunt, & principum negligentia interſciſſæ. Impera-
tor nanque vbi Italiam omnem in poteſtatem redegerat, & Libyam cepit,
totque & tam maxima confecit bella, primusque (vt dixerim ita,) Roma- *Iuſtiniani imperij dignitas.*
norum omnium, qui Byzantij imperium tenuere, vt nomine ita & re ipſa li-
beræ poteſtatis eſſe Imperator arguitur, & alia pleraque in ipſa iuuenta, &
corporis robore geſſit: circa ipſum denique & poſtremum vitæ decurſum
(iam enim ſenuerat) renunciaſſe laborat, vt inter ſe hoſtes armis decerne-
rent. Vnde & donis nonnullos mulcebat, vel ea arte, vtcunque poterat, re-
pellebat: vel fortè efficiebat, vt ſibi confiderent plurimum, vel ſuo ipſi diſcri-
mine bella gererent: quo factum eſt, vt exercitus ipſos (etſi) deſidia & bel- *Vitium ſenectæ Iuſtiniani.*
landi deſuetudine diuturna corruptos, perinde non in poſterum neceſſari-
os, negligeret. Vnde vel eodem tempore capti, qui ſecundum in principatu
locum tenerent, & exercitus regerent, à ſubditis vectigal exigendi curam ſu-
ſceperant, ex eoque exercitibus neceſſaria impartiri, partim ſuperbius ſti-
pendium fraudare, partim tardius longè, quàm opus eſſet, illud dependere, *Duces militũ ſtipendia fraudulẽter intercipiunt.*
vel eo vtcunque depenſo, computationem fraudulenter & turpiter exerce-
re, ſcribis inſtando, vel perſoluta ſtipendia reuocando, impudentius agere,
idque præmij & dignitatis militibus ſoluere, criminationesque alias item at-
que alias & ſæpè inferre, cibariorum partem ſubtrahere, & haud ſecus atque
in aquarum defluxu refluxuque, neſcio quo pacto vel ſtipẽdij partem, quam
fortè agminibus dependiſſent, retrò ad ſe, vnde defluxerat, reuocarent. Hoc *Rei militaris interitus.*
modo ars omnis belligerandi, vel acie decernendi negligebatur, ita vt par-
tim cibi oppreſſi carentia, certamina ipſa relinquerent, in quibus diutiſſimè
coaluiſſent; partim aliò ſe conferrent, vt ad vitam aliã tranſituri. vnde in ſcor-
ta, aurigasque, & homines eiuſmodi effeminatos ac delicijs deditos, ciuiles-
que in ſeditiones duntaxat intentos & corporum curam, contentioſos, furẽ-
tes, audaces, & in alia demum minoris longè momenti, militare ſtipendium
inſumebatur. quo factum eſt, vt non ſolùm Thracia, ſed vel proxima regiæ
vrbi loca, deſerta iam adeo eſſent, & ſine vllis cuſtodijs derelicta; vt barba-
ris peruia fierent, & ad incurſiones nimium opportuna. nam illi eò euaſerant
inſolentiæ, vt vel ad Melantidem vicum caſtra poſuerint, quæ à Byzantio ne *Melantia.*
centum quidem & quadraginta ſtadijs abeſt, quem vicum Atyras circumflu- *Atyras fluuius.*
it amnis, qui fermè exiguo progrediens ſpacio, in auſtrum ventum ſenſim de-
clinans, in Propontidem fluxum eructat, ad cuius ripam ipſo in exitu pro-
montorium habet porrectius, cuius appellationem & flumen id retulit. Ho-
ſtibus itaque tam proximè vrbem ſtationem habentibus, ciuium multitudo
& timere tum primùm, & pauore percelli, & imminentia mala non ſolum
qualia eſſent, ſed longè maiora animo agitare; ſomniareque obſidionem, in-
cendia, futuram neceſſariorum carentiam, mœniumque diruptiones. Itaque
in ciuitatem, in publicas vias fugæ ſubitò multitudinis factæ, impulſionesq;
mutuæ, & pauores, vt quidem prætrepidi, ita & temerarij, perinde iam bar-
bari in ſe impetum fecerint, in forumq; ex portarum violento impulſu cre-
pitus ingens iam edebatur, atque adeo vt non modo plebeios & obſcuræ
ſortis homines timor inuaderet, ſed magiſtratus omnes & Imperator haud
parui, quæ acciderant, faceret. Dehoneſtabantur itaque Imperatoris ipſius
permiſſu ſacra omnia templa extra vrbem locata, Europæque è regione lit-
torique adiacentia loca, quæ vtique è Blachernis (id loco nomen) initium ſu- *Blachernæ.*
munt, & in pontum vſque Euxinum porrecta ſunt, & Boſporum deſinunt. Ex
his itaq; omnibus locis, quæ precioſiora eſſent oblationum, cum cætero ap-

paratu his neceſſario, partim plauſtris deferentes intra vrbem depoſuerunt.
partim inuecta nauigijs, & intermedio traiecto freto in aduerſum littus in cō
tinentem mox deuehunt. videres tunc ſacras nudatas ædes, ſuo ſplendore
ſic & ornatu priuatas, perinde antea nunquam dicatas, nec religionis quic-
quam aut ſanctitatis ſortitas, ſed vt nuper fundata. adeo autem terribilia e-
rant, & ingentia illa diſcrimina, & tantopere vt occurſura omnino animis i-
pſis concepta; vt vel in Syces mœnia, Chiſeamq́ue portam, primores quidā,
præfectiq́;, & armatorum vis magna inſederint, hoſtes oppugnaturi, ſi ſe for-
tè inuaderent. Dum interea ciuitas omnis tumultuando maximum in modū
perturbaretur, & barbari haudquaquam proxima quæque depopulari inter

Beliſarius vltimum patriæ perſoluit.

miſiſſent, Beliſarius clariſſimus olim præfectus, etſi præ ſenectute in curuita-
tem iam declinaſſet, mittitur tamen per Imperatorem in hoſtes eo armorum
habitu circumactus, quibus à pueritia iam inſueuerat: vnde & rerum per ſe
quondam geſtarum recordatio ſuccurrebat, & ipſe quidem de ſe mira ani-
mi promptitudine, iuuenis munera exequebatur. id nanque vltimum illi in
vita certamen fuit, nec ſanè minorem ex eo retulit gloriam, quàm ex Vanda-
lis olim, Gothisq́ue deuictis. Siquidem malorum præteritorum & futurorū
iam deſperatio, vt conatus hoſce maiores fore ſuperbioresq́ue arguebant,
ita & victoriam periocundam. Beliſarius itaqne haud procul ab vrbe pro-
greſſus, ad Chetumeſum (id loco nomen) poſitis caſtris, ſummam præ ſe rei
militaris peritiam tulit, & maiora auſus eſt, quàm eius canicies ferret. erat ni
mirum iam effœtæ ætatis, debilitateq́ue (vti par erat) non mediocri detine-
batur; haud tamen adeo videbatur laboribus conceſſiſſe, nec aliâs vitæ per-
cupidus. Hunc viri trecenti, vel eo amplius numero ſequebantur, præliandi
omnes periti, & qui ſecum vnà nonnullis certaminibus antea & ſtrenuè in-
ſudarant: cæteri turba erat inermis, & planè imbellis, & qui ſola inexperien-
tia pro ſuauiſſimis pericula ducerent, quippe qui viſendi gratia potius, quàm
rei gerendæ in expeditionem iuiſſent. His præſidio erat è proximis vicis a-
greſtium copia, qui per barbaros deuaſtatis iam agris quum ſe quò aliò ver-
terent nihil haberent, ad Beliſarium agmine facto ſe mox contulerunt. Tum

Beliſarij ſenis prudentia.

ille in tempore agreſti multitudine fretus, patentiori foſſa ſe ſuosq́ue circū-
egit, & exploratores crebrius emittebat, hoſtium vires ſpectatum; ita quoad
poterat fieri, vel illorum exercitum recenſerent, ac demum referrent, quę ex

Srategema.

his percepiſſent. Hunc ille in modum omnia ſecum verſando, ex ſententia
exſequebatur. quum autem iam ſerum diei eſſet, & nox aduētaſſet; per cam
pos ignes paſſim incendi iuſſit, vt vbi hos hoſtes ſpectaſſent, maiorem eſ-
ſe exercitum crederent, quum hunc ex ignibus metirentur. Et ſanè ita eſſe
ſibi iam barbari perſuaſerant. vnde & formidine capti, taciti conſidera-
bant. Haud tamen hiſce fallacijs, tanquam rei militaris prorſus ignari con-
quierunt. iam enim intellexerant, Romanorum adeſſe perexiguas manus, &
ſibi non bello pares. Beliſarij tamen milites mira animi promptitudine tene-
bantur, hoſtesq́ue iam aſpernati, vel ſi infiniti in ſe impetum facerent, pro-
priæ virtuti quamproximè confidebant; vt qui & Romani eſſent, & in ma-
gnis periculis ſuas vires periclitari, rei bellicæ ſtuduiſſent. Quorum virorum
Beliſarius quum vt animi magnitudinem, ita & iactantiam percepiſſet, &
quòd acrius longè, quàm oporteret, inſtantibus periculis tam multum infre
merent: veritus, ne dum in ipſo vitæ diſcrimine verſarentur, & pede collato
cum hoſte manus conſererent, defecturi forſitan ſint, vel in nimium ſpei eue
cti effulè ſubirent, & pro arbitrio quò vellent ferrētur, quum faciles quidem
& placidi rerum his viderentur euentus; & ne hæc euenirent, cauendum ra-

Beliſarij ad milites concio.

tus, coacto mox in vnum exercitu, vt iam imminente certamine progreſſus
in medium orationem huiuſmodi habuit. Non equidem, viri, vt à timore ad
con-

confidentiam vos erecturus, quòd fieri antè certamen initum ſolet, huc ad vos venio pro conſuetudine verba facturus, ſi quo forſitan modo Romanos milites ſemper in bello verſatos, & qui (ita vt dixerim,) magnarum gentium Reſpublicas euerterunt, nunc verò aduerſus barbaros bella geſturos, vagos hos quidem, & Hunnos Cotriguros, perinde formidinem ad empturus commonefaciam. Sed quum in vobis vt animi ineſſe multum perſpexi, ita & audaciæ plurimum, & vltra quàm decet, vos demum efferri; non ſuperuacaneum fore exiſtimaui, veteris veſtræ modeſtiæ & vos meminiſſe. ſiquidē quod modum excedit, vbique cauendum eſt ſapientibus: vel ſi in laude fortè id ſit conceſſum, eotenus his tamen gloriandum, qui pro rebus olim egregiè geſtis forſitan efferuntur, quoad credulitas ipſa & confidentia, quæ & ſpes eſt poſſe vos ſemper ſimilia conſequi, ex animo propulſare prudentiam nequeant, vel ſe ad inſolentiam prorſus euehere. Enimuerò qui ad id prouecti dementiæ ſunt, vt nec moderati quippiam audire, nec penſi queant, profectò vel ad deum ipſum oppugnandum ſunt euaſuri. Ad hæc conſiderandum, quòd ſi barbari noſtris ſint viribus longè inferiores, ſed alioquin multitudine ſuperent; vel ſi id, quòd vtrinque abundat; ſcrutando nos expenderimus; in æquum id, quo exceditur, redigatur neceſſarium ſit. Cur non indecorum fuerit, vos propinquo ex apparatu, ad id petulantię & incontinentiæ perueniſſe, vt nec tempus quidem, nec ordinem, nec temerarios fortunæ caſus magni nunc faciatis? Non enim reor corporis viribus potius, quàm recto iudicio, & prouida cogitatione poſſe hoſtes peruinci. Quo enim pacto & ipſe, qui ad id ſenectutis peruenerim, & belligerandi iam tempus exceſſi, in acie verſari nunc & periculis poſſem, niſi conſilijs vtcunque probis confiderem? Si igitur & ſenectutis infirmitatem, mens quidem validior, ac decentium rerum percupida fortiorem proculdubio reddit, ad eaque excitat, & peragenda confirmat, prouidentia quadam ſupplendo ætatis defectus; quomodo non potius longè adiuuerit, ſi iuuenili huic veſtræ ætati, & corporis robori ſit hæc affutura? nam minus proſperos rerum euentus, qui vel fortuna fiunt, vel manuum debilitate atq; ignauia, tutior fortè & prudēs aliqua cogitatio, & quę coaptare ſe caſibus nouerit, in ea transferre, quæ expediant, poterit: & ſi quid peccatum eſt, confeſtim ſarcire. verùm vbi mens labat, & facilè fallitur, ne ea, quæ in rem ſint, internoſcat; ſi eorum, quæ inconſultius fiunt, quicquid acciderit; vnde nam tibi deſumpſeris, quod ſit saluti futurum, & præſens reuocare periculum queat, ſi fortè præcipuū illud, quod hæc omnia pariat, auertatur? Sed ſubibit quempiam admiratio, nouum me quoddam commonēfaciendi milites genus per id tempus adinueniſſe, quū longè prius erigenda in vobis confidentia eſſet, & animi promptitudo. At contrà, hæc quidem ipſe nunc ſubleuo, moneoque, & in dubios quoſdam cogitatus immitto, & ſegnes moras, ac ſpem ambiguam facio. Sed alioquin id mihi periocundum videtur, & ad ſperandum quamoptimè ducit, ſi cum huiuſcemodi viris in bellum conceſſero, quibus ſi id queam perſuadere, vt ſibi audaciæ paululum demant, ſatis eloquens videar. Velim autem certiores vos factos, haudquaquam fore validioribus viribus, quæ prudentia careant, optimos aſcribendos eſſe conatus, & præclara facinora; ſed inconſultæ potius audaciæ ac petulantiæ, & bene conſtitutæ conſuetudinis euerſioni. Animi itaque promptitudo apud vos maneat velim, & maximum in modum vt floreat; ſi modo à mente caſtigata quadam & continenti, rebusque decentioribus pendeat, & audaciæ quod nimium eſt, & in temeritatem vos ferat, intercidatur. Non enim ſocordiam timoremúe infert, cogitatione verſare, quemadmodum præſentibus rebus vtendum ſit; ſed grauitatem & audentiam. Si enim vbi demum, quæ profutura ſunt, innotuerint; il-

lud ſequetur omnino, vt iure audere omnia queas, tanquam non in ancipi-
tem fortunam euectus. Sed veſtrum quis dixerit, haudquaquam poſſe gene
roſam naturam, quę non iniuria commouetur, & labori quammaximè optet
continenter inſiſtere, tam ſubitò cogi, violenterque ad quietem & remiſſio-
nem traduci, & vltra quàm neceſſitas poſtulet, moras protrahere, vel tempo
ri intermittere opportuna conſilia; pręſertim quum eadem ipſa natura ea mo
leſtius ferat, quibus in nos barbari debacchantur, qui omnia impudenter &
agunt & vaſtant, ita vt vel ad regiam ipſam vrbem incurſiones audeant facti
tare. Sed habeant ita ſe iſta, & experientia confirmentur, vt meritò hoſtibus
ſuccenſeatis, qui abuſi veſtra patientia ſint. Sed facilè equidem fore ſapienti
bus duxerim, animi iracundiam & perturbationes frenare, continereque in
obuios quoſque temerarios impetus, & ſalua duntaxat vt dignitate, ita & ani
mi magnitudine atque conſtantia aduerſantibus quibuſque obſiſtere. Nam
ex hiſce animi motibus quicunque rerum ſint delectum aliquem nacti, his
fuerit enixius inhærendum, qui puri verique ac decentiores denique ſint.
Qui verò ſeorſum & in contrarium euentum deuoluti feruntur, haudqua-
quam ſemper vtendum eſt, niſi quandiu in commodum ceſſerint. Sapienti-
am igitur puriorem rem eſſe, probamque, nec vlla ex parte adulteratam, ne-
mo non veſtrum fatebitur: ex iracundia verò, quod ſtrenuè fit, & quidem glo
ria dignum, nimia tamen audacia fugienda eſt, nec prorſus conducit. Quo-
circa ex ea ipſa, quæ potiora ſunt, deligendo; & rebus bene gerendis inter-
miſcendo prudentiam; imus ſic audacter in hoſtes, vt re nulla & neceſſaria
paruifacta, id ſolum intelligamus, eſſe nobis aduerſus barbaros decertan-
dum, qui prædonum quidem in morem excurſiones facere aſſueti, nec ſatis
grauiter in acie decertare, vel in prælijs ipſis diutius perdurare prorſus indo
cti, vbi primùm ſtatarium & ſe inuadẽtem in aciem militem viderint, ac ſuo
ordine ductum extra munitiones, & non infra mœnia ſe oppugnantem; pro
fectò mox ſunt priſtinam eorum depoſituri conſuetudinem. cogentur vt ſe
nobis immiſceant, ac pede collato armis nobiſcum decernant, neceſſitate i-
pſa ad id inſtruente. Nobis verò modeſtia fretis, patrij ritus ex vſu ad rem ge
rendam conſultius prodeuntibus; experientia ipſa intelligent, diuturnam
exercitationem & animi promptitudinem fore cuique potiorem, quàm re-
pentini ſint & inuiti conatus. Vbi hæc Beliſarius perorauit, milites, quæ vſui
forent, iteratò edocti, etſi ſuo & priſtino corporis vigore & viribus teneren-
tur; plus tamen his modeſtiæ inerat, quàm antea iactantiæ fuerat: & ſanè his
animis hiſdemque inſtitutis plenos Lacedæmonios autumem, (vt maiora
minoribus comparem) quos circa Leonidam fuiſſe ad Thermopylas ferunt,
Xerxe iam ſe inuadente. Sed illi ad internecionem omnes interiere, hoc ſo-
lum ſtrenuè ac probè feciſſe comperti, quòd non turpiter & per ignauiam
mortem occubuere, quippe qui Perſarum quàmmultos antea occidiſſent.
Beliſariani barbaros vincunt.
At Romani, qui tunc ſub Beliſario militabãt; Laconica proculdubio vſi ſunt
audacia. nam & hoſtes in fugam primo congreſſu penitus auerterunt, ma-
gna illis illata clade, quum ab his ipſi minimè ſint vel moleſtiæ, vel magni
momenti rei quippiam paſſi. Barbarorum nanque ad duûm milium equitum
turma, quum tumultuoſius, & ingenti cum vlulatu, aduerſus Romanos iam
aduentaret, & facilè hoſtes ſe comprehenſuros rati: de ſubito eorum aduen-
tu Beliſarius per ſpeculatores certior factus, copias omnes his obuiam ſuas
extemplo educit, occultans (quoad poterat fieri) ſuorum paucitatem, & dele
ctis equitibus ducentis, ſcutatis omnibus, haſtatiſque, vtrinque intra proxi-
mum nemus in inſidias locat, quà hoſtes in ſe facturos incurſionem exiſti-
mabat; præmonitos, vt vbi iubendo his ſignum dediſſet, exiſterent omnes,
barbarorum phalangem haſtas in hos iaculando inuaderẽt, vt aliunde preſ-
ſi &

ſi & ipſi reprimerentur, quibus futura erat inutilis multitudo, quum in angulto acies extendi non poſſet, ſed in ſeipſa conuolueretur: tum Beliſarius agreſtibus iuſſis, hoſtes vt altius inclamando, deterrendoque, iter conſequerentur, inter ſuos medius conſtitit, vt ex aperto hoſtium exciperet impetus. Barbaris itaque hoc pacto progredientibus, in inſidiarum loca quum eorum maxima pars perueniſſet; ſuis protinus his obuiam Beliſarius ipſe eductis, vbi in conſpectum venit, impetu facto fortiſſimè hoſtes inuaſit. ſubſecuti agreſtes, & imbellis cætera multitudo ex hominum varia colluuione conflata, cum ingenti clamore, fuſtibusque ad id ſecum delatis, quorum ex mutua colliſione ſonoro crepitu facto, bellantibus ſuis animos faciebant. tunc demum dato inſidiatoribus ſigno, & hi ex inſidijs de improuiſo exiſtunt, & tranſuerſam induunt aciem. Itaque vtrinque feriunt Romani hoſtes in medium actos, vlulatusque plurimus, & ſtrepitus pariter maior longè, quàm pro belli magnitudine factus. Tunc Barbari, quum vndique iaculis ferirentur (id nanque Beliſarius ita fore præcogitarat) in ſe ipſos adglomerati pedem iam referebant, & coanguſtati, compreſſique, tueri ſe bellando minimè poterant, ſiquidem nec ſagittandi locus ijs eſſet, neque obequitando liceret excurſiones crebrius facere, nec cornua ipſa quoquam pacto extendere. nam orbe facto contineri haud ſecus circulo videbantur, ac magno eſſent exercitu circumuenti. porrò qui à tergo iam incubuerant, ingenti cum clamore & crepitu his terrorem incuſſerant. puluis præterea in ſublime elatus, haudquaquam his permittebat eorum numerum, qui ſecum certarent, ſatis noſſe. Primus omnium Beliſarius ipſe eorum, quos obuios habet, quàmmultos obtruncat, depulſosque ſuo è latere hoſtes in fugam compellit. proinde alijs item atque alijs ſibi iam inſiſtentibus, barbari terga vertunt, & incompoſiti palantesque feruntur, nullis poſt ſe cuſtodijs poſitis, ſed vt cuique viſum, fugam capeſſunt. Romani verò acie inſtructa hos inſectati, carpendo poſtremos quosque, qui in manus offerebantur, obtruncant. cædes magna in barbaros facta effuſe iam fugientes. nam & equis habenas prorſus laxauerant, ad hæc & flagella equos vrgentia accedebant; atque adeo, vt curſu & concitatione equorum celeritatem præuertere viderentur. Defecerat præterea barbaros præ timore ars illa, quam exequi pro eorum conſuetudine quammaximè ſolent, vt fugiendo acrius longè ſe inſectantes oppugnent, dum ex equis in hoſtem mox verſi ſagittas immittunt; quas vtique tunc violentius, in quem deſtinarint, infigunt: quòd ſanè eo facilius fit, quo illi in perſequentes rectâ & ex aduerſo maximo impetu deferuntur, & inſectatores ipſi effuſo curſu in arcus proruendo ſagittis ſe induunt, & vulnera acriora excipiunt, dum his obuiam eunt. Tunc tamen Hunnis arma iam omnia obtorpuerant, & intractabilia videbantur, nec attentare quidem vllam repugnandi artem mens erat. Barbarorum igitur quadringenti ferè eo prælio cecidere, Romanorum nemo deſideratus, pauci vulnerati. Zambergan Hunnorum præfectus vix tandem cum paucis è fuga ſe, & libens quidem, in caſtra recepit. nam Romani equis ab inſectando cohibitis, maxima his cauſa ſalutis fuere: nimirum qui ſi paulo acrius inſtitiſſent, occidione proculdubio hoſtes, vt metu perculſos, interfecturi fuiſſent. ſed barbari tam tumultuoſe, ac trepidè ſe in munitiones receperant; vt & cæteros, qui his in cuſtodiam relicti erant, maximè obturbarint, ratos iam iam & ſe perditum iri. vlulatus & barbaricus protenſior quidem exaudiebatur. nam & deſectas cultris facies lacerabant, comploratione more patrio facta. tum & Romani cum Beliſario ſua mox repetunt, rebus ſpe potioribus geſtis, & dignis quidem præfecti prudentia. Barbari demum ea iactura

Beliſarij ſenis egregia virtus.

Hunni fugiẽtes hoſtem ſagittis lædunt.

**ſupra, Melantiade.*

Cur hoſtem non ſit perſequutus Beliſarius.

affecti, ſublatis extemplo è * Melantiade caſtris, retrorſum, quà venerant, trepidi ferebantur. Beliſarius itaque, etſi vti ars bellica popoſciſſet, abeuntes iam barbaros tergis inſectando, & poſtremos vt metu perculſos carpendo, maiori cæde afficere potuiſſet, præſertim quum in fugæ modum diſceſſionem feciſſent; ad vrbem ſe tamen cum victore exercitu non libens, ſed Imperatoris iuſſu recepit: quem populus vniuerſus ex fama rerum tam egregiè & recèns geſtarum effuſus obuiam, quum vrbem ineuntem ſpectaſſent, diuerſim & per conuentus laudibus efferebant, vt qui ſalutem his peperiſſet. ſed magiſtratus pleroſque, & principes ciuitatis ea pompa offendit, inuidia & liuore captos, vitijs (vt fit) quæ potiora ſunt, obtrectantibus. Beliſarium ſiquidem ſuperbiæ incuſabant, vt gloria elatum, etſi iam defluentem, populique fauore & beneuolentia perinde maiora quædam ſperantem; quorum de cauſa quamcelerrimè rediſſet, atque adeo, vt iuxta ſe non integram retulerit gloriam, nec pro deſudatis laboribus debitis ſit honoribus fretus; ſed defluxiſſe iam illi victoriæ pompas iactabant, vanaque omnia reddita, & ſilentio preſſa. Et ſanè hoc pacto maximorum plerunque animorum vis hebetatur, quum nec honoribus hi extolluntur, nec digna factis recipiunt præmia. ſic fermè Reſpublicæ pro ſapientum prædictionibus defectiores redduntur, in quibus ea ſit & exercita conſuetudo, vt nulli dignis deferantur honores, ſiue litterarum in diſciplinis præſtiterint quidam, ſiue iſtiuſmodi opportunius aliquid, vel pernecеſſarium, laudabiliter geſſerint. Hunni vero quum inſectaturos ſe fore Romanos ſuſpicarentur, tumultuoſiusque longos (quos nuncupant) muros iam excеſſiſſent: vbi Beliſarium reuocatum fuiſſe intellexerunt, neque alius quiſquam his inſultaret, lentius iter habebant.

Virtutis inuidia comes.

Interea pars altera illa exercitus, quæ Cherronneſum obſidebat, crebrius iam facto in muros inſultu, admotiſque ſcalis, & machinationibus alijs, quibus vrbes deleri ſolent, quamſæpiſſimè à Romanis repellebantur; quibus *Germanus Orothei, iunior admodum, præerat, & tunc primùm pubeſcens, qui non minus peritia militari præſtabat, quàm animi magnitudine. patria illi erat Illyrica ciuitas Bederina vetuſto nomine dicta, deinde Iuſtiniana denominata. Iuſtinianus nanque, quia ibi primùm editus in lucem fuiſſet, mirificè eam ornauit, & ex obſcura prius, nobilem poſtea felicemq; fecit, ac ſuum illi impartitus eſt nomen. Ea ex vrbe Germanus quum originem duceret, non iniuria miro quodam illius ſtudio tenebatur. Ex ea nanque octauum & decimum annum natus ad regiam vrbem ſe contulit, vbi perquamdiligentiſſimè cultus cum literatorum hominũ diſciplinis ſedulò verſabatur, & ad literarios ludos quum ſæpius iret, latinæ etiam eruditionis partem conſecutus eſt aliquam. verùm vbi ad pubeſcentis ætatis finem peruenit, miſſus in Cherronneſum eſt, vt exercitui, qui ibi tunc erat, præeſſet & eódem iuuẽtutis acumen illud & animi promptitudo, appetitusq; gloriæ, decentioribus rebus & neceſſarijs expleretur, nec ad temerarios motus vulgareſque impetus quàmprimum vel diſcurreret, vel proſiliret, vel equorum coloribus diſtincta certamina, in quibus iuuenes, ſi non alijs his ſe potiorib. applicant, vt plurimum exercentur, facilè humi ſerpant neceſſe eſt, & obturbentur. Ad Cherronneſum itaq; aſſidentibus Hunnis, & moleſtos ſe exhibẽtibus, intercidere eorum inſultus indeſinenter Germanus, & in ſui defenſionem excogitare quaſcunq; poſſet in hoſtem inſidias. erat nimirum de ſe & ſuapte natura ſic prudentiſſimus, vt quæ in rem eſſent, facilè noſſet, etſi aliàs ætate prouectioribus, quæ facienda eſſent monentibus, facillimè obſequebatur, fidemque his adhibebat, qui antea multis laboribus diligentiq; cura hoſtium certamina aduertiſſent. Quum itaque barbaris nihil omnino relinqueretur,

**Germanus Dorothei filius, iuuenis admodum. Bederina patria Iuſtiniani.*

Germani præclara tirocinia.

quereretur,quod exequi poſſent, nec vt de cætero mœnia vel obſiderent, vel
expugnarent; deſtinant animis rem aliam, vt audacem ita & generoſam, &
quæ non minus ſe in diſcrimen deduceret,pertentare; eaq; via vel Cherron-
neſum protinus occupare,vel demum deſerere, ac conquieſcere, ad ſuosq;
ſe recipere lares.Harundinum longitudinis æquè ac craſſitudinis non medi-
ocris vi magna coacta, hisque inuicem intertextis, reſteque & vimine colli-
gatis, cratibus perinde compluribus factis, perticisque oblongis tanquam
tranſtris ſuperiniectis,media cratium extremaque circumplexi,hęcque ma-
ioribus vinculis colligando,inuicem omnem eam materiam committebant,
conſtrictam validius compreſſamque, ita vt crates tres ad ſummumúe qua-
tuor nauiculam vnam conficerent,latitudine ſatis ampla,quæ homines qua
ternos exciperet;& tanti fundi, vt inuecta pondera firmiter & tuto deuehe-
ret,ne ſui leuitate demergeretur.Iſtiuſmodi nauigia centum & quinquagin-
ta breui ſic fabricant, vt ad nauigandum agiliores his eſſent. quorum for-
mam ſic conſtruunt. partem ipſam anteriorem in proræ ſpeciem leuius por-
rexere & recuruarunt, è lateribus verò vtrinque remigationem machinati
ſic ſunt, vt agi faciliter nauicula quæque ſex palmulis poſſet. Hunc itaque in
modum,vt licuit,in tuto omnibus conſtitutis, claſſem hãc omnem & harun-
dineam è regione * Heſperij littoris, ex eoque, qui ſupra vrbem circumagi-
tur, ſinu, occultè immittunt. Hæc nauigia homines ſexcenti ingreſſi, palea-
rum ingentem mox copiam in harundinum commiſſuras intrudunt, & rudi
remigio in altum à terra longius prouehuntur,optimis armis muniti ad ope-
ram nauandam inſtabant,hoc pacto rati mare retrorſus euectos, facilè ſe ſi-
num adnauigando ſuperaturos, qui in infimam muri partem porrigitur, &
intrepidè demum inituros ſe penitiſſima loca, quæ nullis eſſent munitioni-
bus, niſi freto Helleſpontico circumacta. Quibus de rebus per explorato-
res certior factus Germanus, ſat callens, haud longius proceſſuram harun-
dineam claſſem, hoſtium irridebat temeritatem, vel potius ea oblectaba-
tur, vt quam ſibi vſui fore ſperabat. extemplo actuarias viginti multiplici
remigio naues,& ipſas amphiproras, armatis complet, clypeos & arcus ge-
ſtantibus recuruasque lanceas,remigibus naucleriſque intromiſſis,muri in-
teriorem in angulum,veluti in inſidias,ſic in recondito collocauit, vt haud-
quaquam longius comparerent.Barbari autem anteriore, poſtremaque mu
ri parte, & in littore prominente iam ſuperata, in interiora declinauerunt,
ingentique animo,& maiore audacia deferebantur;cum ex improuiſo Ro
manorum actuariæ(quas diximus)naues comparuerunt,obuiam his venien
entes,vel aquarum ſecundo defluxu has adiuuante, obiectiſque proris iam
deſcendentes,violentius harundineas naues inuadunt, quæ primo ſtatim i-
ctu immerſæ ſupinatæque exæſtuante ſalo ita inuoluebantur; vt in tuto nul-
la conſiſtendi ſuperſtantibus poteſtas fieret, ſed partim in fluctibus præci-
pitati emergerentur, partim in nauibus reſiderent, quid nam ſibi agen-
dum ſubdubij: partim vel ſtantes quidem, etſi non multum intumeſcenti-
bus fluctibus obturbantur, qui vtique etſi perexigui eſſent, ad nauium lem-
borumque motum,harundinibus tamen,vt vacuis,profectò grauiſſimi.nam
& ſublimes frequenter euehebantur, & incurſantibus ſubleuatæ gurgiti-
bus referebantur retrorſum. quo factum eſt, vt ne tentare quidem bellum
barbari poſſent, vt quibus curæ quidem vel ſtudij nil aliud eſſet, quàm vt
conſiſtere pedibus poſſent, & obfirmari. His itaque tantopere obturba-
tis & hæſitantibus, Romani quòcunque res poſceret, agiliter occurſando,
haud ſecus impulſionibus nitebantur, ac ſi pede collato dimicaretur. hac
arte quàmmultos mox ſuppriment, quippe qui firmius in actuarijs naui-

Hunni claſſem ex harundinibus conficiunt.

* *occidentalis.*

Germanus hoſtili claſſi ſuos oppo nit.

bus inniterentur, & pleroſque gladio ferientes obtruncant. in barbarorum
verò nauigia, quæ procul abeſſent, neque ad ſe propius perueniſſent, tela
confeſtim immittunt, recuruatis præfixa ſpiculis, quibus iunceas præſcinden
do reſtes diſſoluunt. Tunc demum laſſatis ab inuicem harundinibus, & di-
Hunnorum interitus. ſperſim aquis deſuper fluitantibus, hinc inde propellebantur. Hunni itaque,
vbi ſe iam defeciſſet, quo ſiſterent gradum; eueſtigio in profundum demer-
gebantur, vt mortem mox obituri, inſuera potione ingurgitati. hoc pacto ad
internecionem ad vnum omnes diſperiere, nec quiſquam eorum ſuperſtes
in continentem euaſit. Romani verò lectis extemplo hoſtium ſpolijs, quæ-
cunque per aquas delabebantur, ad ſua & priora loca reductis ingenti cum
lætitia nauibus, ſumma iocunditate & voluptate animi incredibili ouan-
tes ipſi & alacres vniuerſum exercitum impleuerunt. vnde in vnum coa-
cti omnes, vtendum eſſe temporis opportunitate rebantur, ex re bene geſta
vel impoſterum profutura. Itaq; paucis poſt diebus armis quàm optimè com
muniti de improuiſo è muro in hoſtes eruptione facta, reliquam inuadunt
barbarorum ſe obſiſtentium multitudinem, adhuc pro recenti accepta cala
Germani iuuenilis ardor. mitate mœrentem & territam. & prior ipſe Germanus, vt qui pro iuuenili ni
mium ac pubeſcenti ætate haud dum quiret naturæ impetum coercere, ſed
gloriæ cupiditate, effrenataque audacia plus longè euectus, quàm pruden-
tia in his neceſſaria, & continentia poſtularet; intrepidè hoſtibus inſiſtendo
præliabatur, non periti præfecti in morem incumbendo, iubendoque, ſed
militis potius, acie in media verſabatur: vnde & in fœmore ſagittæ ſic ictum
Germanus vulneratur, & tamen acie non excedit. excepit, vt non multum abfuerit, quin curādum eſſet, vt à pugna abſcederet.
neceſſitas tamen incumbentium rerum, & magnitudo ipſa incepti conatus
dolorem vicit, ita vt non prius operam de ſe nauando hortandoque ſuos de
ſierit, quàm ingentem iacturam hoſtibus intuliſſet, multoſque obtruncaſſet.
Vbi verò pugnæ finis eſt factus, intra munitiones Romani ſe receperunt, ni-
hil ignari, nec tutum ſibi, nec rectè conſultum fore; ſi cum hoſtibus, qui mul-
titudine præſtitiſſent, bella cominus gererent. Barbari verò & naufragio fa-
cto, & Romanorum in ſe eruptione excepta, animo ancipiti erant, vtrum ea-
dem die & Cherronneſi campis excederēt, & ad Zabergan præfectum, & e-
ius agmina, vt ad deuictos, iam victi ſe ſtatim conferant; quandoquidem nec
illi in Græciam prius immiſſi memoratu dignum quippiam effeciſſent, nec
ſecum vnà Iſthmum oppugnatum veniſſent, nec à principio pertranſiſſent
Thermopylas, ob impoſitum ei loco Romanorum præſidium. nam eà hi e-
rant è Græcia in Thraciam pertranſituri, vt vbi ſe cum Thracibus coniun-
xiſſent; tutius ſe inde ad ſua omnes reciperent. Interea verò qui circa Zaber-
gan erant, non prius è Græcia ſe receſſuros iactabant, quàm quemadmo-
dum Cotriguræ nationes illæ, & barbaræ, & ipſi item magnam pecunia-
rum vim accepiſſent, & quos iure belli cepiſſent, neceſſarij quamprimum
redimerent. aliâs enim obtruncaturos ſe hos ad vnum omnes commina-
Captiui pretio redimuntur. bantur. Sed Imperator his tantùm auri miſit, quantum ad redimendos ca-
ptiuos ſatis fore exiſtimabat, ac ea de cauſa, vt pacifici & ſine maleficio ſu-
is ex terris abſcederent. Barbari verò inter captiuos & Sergium præfectum
reſtituere, quem pauloantè, vt aduerſa fortuna vſum, cepiſſent. Sed bar-
bari demum accepta pecunia à præda vix abſtinendo, vt domum iam abi-
turi, per Romanorum agrum iter habebant; receptis paulopòſt & alijs co-
Vulgi ſtulta ferocia. pijs è Græcia ad ſe aduentantibus. Cæterùm vrbis regiæ ciuibus conuen-
ta per Imperatorem cum barbaris facta, perinde ignominioſa & planè ſerui
lia videbantur, nec planè exiſtimabant id quoquam pacto ferendum, quòd
barbari homines vbi tam proximè vrbem veniſſent, vt denique illuſuri.

non ad internecionem fuiſſent deperditi: ſed poſt tot illatas ſibi iacturas, vel aurum dono tuliſſe, tanquam priores ipſi affecti iniuria ſint. Imperatoris tamen ſententia alia quædam & longè maiora conſpicabatur, vt non longe pòſt ex voto denique euaſura: ſiquidem qui prius ſe incuſaſſent, ſic ciuibus perſuaſit, vt ſui prudentiam ſimul & ingenium mirarentur. Decreuerat nanque quauis hic arte barbaricas gentes inter ſe ipſas diſcordes efficere, & inteſtinis ſeditionibus debellare. Vt autem, quòd animo agitarat, mox eueniret; dum interea Zabergan præfectus ſuo cum agmine iter lentius faceret; ad Sandichlum alterum barbarorum præfectum, qui ſibi non ſolùm eſſet & fœdere & beneuolentia iunctus, ſed mercede conductus, in hanc ſententiam litteras miſit. Si non te fugit, quod nuper Cotriguri aduerſus nos animo agitarunt, & volens quieſcis; non iniuria vt tuam perfidiam, ita & nos ipſos magnopere miramur, qui tuum erga nos animum haud rectè perſpeximus, & noſtrum de te iudicium [non] fruſtra habuimus. quòd ſi nondum illud perdidiciſti, etſi venia non indignus videbere, ipſum id tamen ſic præ te tuleris ignoraſſe, ſi de cætero haudquaquam neglexeris. Cotriguri huc ſe contulerunt, non ea mente ac ſtudio, vt perinde fruſtra ſuſcepto itinere non noſtra depopulanda cenſerent; ſed re ipſa ſignificantes longè nos falli, qui potioribus prætermiſſis tibi magis confidere maluerimus. non enim ferendum eſſe id arbitrantur, ſi quis Cotriguris pares ſe dixerit, vel hos mediocriter anteire: ſed vix tamen laturi ſunt, vel ſi maximo fateatur excellere hos interuallo. Et ſæpè non antea vagari per Thraciam deſiere, quàm omne id auri, quod tibi ſingulis annis mercedis gratia elargiri ſoliti ſumus, ipſi mox tulerint: tametſi nobis perquam facilè fuerit funditùs omnes, ſi modò id libuiſſet, deperdere; vel ſaltem vacuos propulſare. ſed id vtcunque omiſimus, tuæ voluntatis facturi periculum. quod ſi in verò fortitudine ac ſapientia vales, & te talem præſtiteris, vt haudquaquam permittas, vt tua ſibi hi vendicent, nil minus à nobis es impoſterum habiturus. nam vt hoſtes nunc vlciſcaris, opportunitas adeſt: & de his relata victoria propriam vt mercedem recipias, tanquam per Cotriguros iſtos delatam: ſin minus, & tanta ab his affectus iniuria quieſcere malis, timore (vt puto) perculſus, & turpiſſimam in ſegnitiem labi: tu quidem, ô ſtrenue, priuatus præmio eris, & illi per nos donabuntur. Relinque igitur, ſi videtur, ſuperbiam; & diſce potioribus ſubigi. Non enim ignoras fœdera nobis eſſe ad hos transferenda, quæ antehac tecum, tuaque cum gente coniunxeramus. Stultum quippe & ſuperuacaneum fuerit, cum victis ſentire, vbi conciliari victores poſſint. His Sandichlus litteris per interpretem recitatis, rem grauiter tulit, & planè furebat, frenareque iram vix poterat: ſed eadem mox die à Cotriguris, quòd in ſe adeo inſaniſſent, pœnas exacturus proceſſit. Quo enim pacto non ipſis ex litteris perturbaretur ingenio barbarus, & de ſe inſolens, ac lucri indeſinenter percupidus? Suois igitur moto exercitu, primùm quidem de improuiſo hoſtium loca inuadit, & re ſubita, qui in his reſides fuerant, perterrefactis; feminarum vim magnam & puerorum captiuam abduxit. deinde Cotriguris è Thracia redeuntibus, & pauloantè Hiſtrum flumen tranſgreſſis ex inſperato ſe obuiam offert, multiſque cæſis pecunias ſimul, quas ab Imperatore acceperant, & cæteram prædam his adimit. qui verò ex his euaſere, quum ad ſuos ſe vix recepiſſent, cum alijs coeundo, & exercitu comparato aduerſus hoſtes in aciem prodeunt: vnde factum, vt eo ex tempore in inuicem verſi, validius confirmatis inimicitijs, nunc quidem inſultus mutuò facerent, nunc agerent prædas, nunc tandiu acie decertarent, quouſque vtrinque ſolutis debilitatiſque viribus, ſic ſuis

Iuſtiniani prudens conſilium.

Iuſtiniani ad Sandichlum epiſtola

Sandichlus in ſuæ gentis homines incitatus ruit.

Cotriguri a Sandichlo cæſi.

prorſus exciti ſedibus ſint, vt vel patrium illud & vnicum cognomentum amiſerint, & eò eſt calamitatis Hunnorum gens omnis redacta, vt vel eorum pars aliqua & diſperſa alijs in ſeruitutem conceſſerit, & vt in dominorum nomen ſuum denique commutarint. tantopere præteritæ impietatis & ſcelerum pœnæ hos affecere. Sed vtriuſque gentis impoſterum ſubſecuta internecio eſt, atque adeo, vt generationem hi prorſus amiſerint. Barbarorum itaque adhuc gliſcente ſeditione Byzantij renunciata, fateri tunc omnes, & apertiſſimè peruidere, per Imperatorem fuiſſe prouiſum quamoptimè, & perquam bene conſultum; quandoquidem ſe inuicem deperdentibus barbaris, ſine vllo armorum motu in vtrunque belli euentum ſua ipſe fretus ſpe potitus victoria ſit, nimirum quum quotidie barbari laboribus inſudantes, & domeſticis malis intenti, haudquaquam de cætero aduerſus Romanos ire animo agitabant. Nunc verò vbi nam gentium ſint, pleriſque incognitum eſt.

Iuſtiniani lauda ta prudentia.

HISTORIARVM AGATIAE SMYRNAEI

FINIS.

IORNANDIS SIVE IORDANI VITA EX ſcriptoribus eccleſiaſticis abbatis Spanheimenſis.

IOrdanus ex monacho epiſcopus Gothorum, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis competenter eruditus, ingenio mitis, & apertus eloquio, ſcrutator temporum, & rerum geſtarum ſcriptor inſignis. Fertur quædam præclara compoſuiſſe volumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum hiſtoriarum lib. II. In quorum primo recenſuit geſta Romanorum, in ſecundo verò originem & geſta Gothorum, vſque ad finem regni ipſorum. Claruit autem ſub Iuſtiniano imperatore, anno domini D. XXX.

Ior-

IORNANDES VIGILIO S. D.

VIGILANTIÆ *veſtræ, nobiliſſime frater Vigili, gratias refero, quòd me perlongo tempore dormientem, veſtris tandem interrogationibus excitaſtis. Deo magno gratias, qui vos ita fecit ſollicitos, vt non ſolùm vobis tantum, quantum & alijs vigiletis, macte virtutis & meriti. Vis enim præſentis mundi cognoſcere ærumnas, aut quando cœpit, vel quid ad nos vſque perpeſſus eſt, edoceri. Addis præterea, vt tibi, quomodo reſpublica cœpit & tenuit, totumq́ penè mundum ſubegit, & hactenus vel imaginariè teneat, ex dictis maiorum floſculos carpens breuiter referam: vel etiam quomodo regnum à Romulo, & deinceps ab Auguſto Octauiano, in Auguſtum venerit Iuſtinianum. Quamuis ſimpliciter, meo tamen pandam eloquio. Licet nec conuerſationi meæ, quod admones, conuenire poteſt, nec peritiæ: tamen ne amici petitionibus obuiemus, quoquo modo valuimus, latè ſparſa collegimus; & prius ab autoritate diuinarum ſcripturarum, cui & inſeruire conuenit, incboantes, & vſque ad orbis terræ diluuium, per familiarum capita currentes, deuenimus ad regnum Nini, qui Aſſyriorum in gente regnans, omnem paenè Aſiam ſubiugauit, & vſque ad Arbacem Medum: qui deſtructo regno Aſſyriorum, in Medos illud conuertit, tenuitq́ue vſque ad Cyrum Perſam. Qui itidem Medorum regnum ſubuerſum in Perſas tranſtulit, & exinde vſque ad Alexandrum Macedonem, qui deuictis Perſis, in Græcorum ditionem Rempublicam demutauit. Poſt hoc quomodo Octauianus Auguſtus Cæſar, ſubuerſo regno Græcorum, in ius dominationemq́ue Romanorum perduxit. Et quia ante Auguſtum, iam per ſeptingentos annos, conſulum, dictatorum, regumque ſuorum ſolertia, Romana reſpublica nonnulla ſubegit, ab ipſo Romulo ædificatore eius originem ſumens, in viceſimoquarto anno Iuſtiniani Imperatoris, quamuis breuiter, vno tamen in tuo nomine, & hoc paruiſſimo libello confeci, iungens ei aliud volumen, de origine actuq́ue Geticæ gentis, quod iam dudū communi amico Caſtalio edidiſſem, quatenus diuerſarum gentium calamitate comperta, ab omni ærumna liberum te fieri cupias, & ad deum conuertas, qui eſt vera libertas. Legens ergo vtroſque libellos, ſcito quòd diligenti mundum, ſemper neceſſitas imminet. Tu verò auſculta Ioannem apoſtolum, qui ait; Chariſſimi, nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei, manet in æternum. Eſtoq́ue toto corde diligens deum & proximum, vt adimpleas legem, & ores pro me, nobiliſſime & magnifice frater.*

IORNANDIS EPISCOPI DE REGNORVM AC TEMPORVM SVCCESSIONE LIBER.

ROMANI, vt ait Iamblichus, armis & legibus exercentes ſeſe, orbem terræ ſuum fecerunt. Armis ſiquidem conſtruxerunt, legibus autem conſeruauerunt. Quod & ego ſequens eruditiſſimum virum, dum aliqua de curſu temporum ſcribere delibero, neceſſarium duxi opuſculo meo velut inſigne quoddam ornamentum præponere. Cupio nanq; ob inquiſitiones amici fideliſſimi, ex diuerſis voluminibus maiorum prælibans aliquos floſculos, pro captu ingenij mei, in vnum redigere, & in modum hiſtoriunculæ, tam annorum ſeriem, quàm etiam eorum virorum, qui fortiter in rempublicam laborauerunt, geſta ſtrictim breuiterque colligere. Quod quamuis ſimpliciter reor dictum videri doctiſſimis, gratum tamen fore exiſtimo mediocribus, dum & breuia ſine faſtidio legant, & ſine aliquo fuco verborum, quæ lectitauerint, ſentiant. Ab origine etenim orbis, primaque creatione, tam hominum quàm elementorum, vſque orbis terræ diluuium, ſecundum veridici legislatoris verba Moyſi, duo millia ducentos quadraginta & duos

Gubernatio hominum prima. annos collegimus. In quibus annis adhuc rudi & ſimplici hominum natura, non reges, ſed familiarum capita in ſuo genere erant. Quorum tamen ordo huiuſcemodi fuit. Adam protoplaſtus primmusque mortalium, vixit annos ccxxx, & genuit Seth. Seth vixit annos ccv, & genuit Enos. Enos autem vixit annos clxxxx, & genuit Cainan. Cainan autem vixit annos clxx, & genuit Malalehel. Malalehel vixit annos clxv, & genuit Iareth. Iareth verò vixit annos clxij, & genuit Enoch. Enoch verò vixit annos clxx, & genuit Mathuſalem. Mathuſalem vixit annos clxxvij, & genuit Lamech. Lamech quoq; vixit annos centũ octoginta octo, & genuit Noë. Noë verò ſecentorum erat annorum, quando diluuium mundi crudeliſſima facinora expiauit. A cuius regimine, vel ab ipſo diluuio vſque ad confuſionem linguarum, quæ item ob de-

Turris Babel. licta ędificantiũ turrim facta eſt in campo Sennaar, & Heber, in quo Hebręorum genus & lingua priſca remanſit, quia nec in illa conſpiratione interfuit, ſunt anni quingenti vigintiquinque per familias ſic. Arfaxat filius Sem, nepos Noë, qui poſt diluuium anno ſecundo eſt genitus, vixit annos cxxxv. Cainan verò vixit annos cxxxv, & genuit Sale. Sale autem vixit annos centum xxx, & genuit Heber. Heber quoque vixit annos cxxx, & genuit Falech. A confuſione verò linguarum, & primatu Heber, à quo Hebræi, & vſque na-

Ninus rex Aſſyrius. tiuitatem Abrę, quando & primus rex in gente regnabat Aſſyriorum Ninus, anno regni ſui xlij, ſupra ſcripta familiarum ſerie, currentes fiunt anni quingenti quadragintavnum. Sic Falech vixit annos cxxx, & genuit Ragan; Ragan vixit annos cxxxij, & genuit Saruch. Saruch autem vixit annos cxxx, & genuit Nachor. Nachor verò vixit annos lxxix, & genuit Thare. Thare quoque vixit annos lxx, & genuit Abram. Simul ergo ab Adam vſque ad natiuitatem Abræ, id eſt ab ortu mundi vſque quadrageſimum ſecundum annum regis Aſſyriorum Nini, vt ſuprà diximus, per familias capitaque eorum fiunt generationes viginti. Anni autem tria milia ccc & octo. vnde iam reli-

ctis familijs, regum ſeriem proſequamur: & ſicut Euſebius ſeu Hieronymus, primùm Aſſyriorum, deinde Medorum, Perſarumq́;, & Græcorum regnum percurrentes, ad Romam imperinm quomodo delatum ſit, vel quali tempore, latius, ſi dominus permiſerit, exequamur.

Origo regnorum ab Aſſyria.

Origo ergo regũ regnorúmque antiqua Aſſyria nobis amplexanda eſt. In qua primus Ninus Beli filius, vrbem ſui nominis fabricans Niniuen, regnauit annos xlij. vbi à primo anno ipſius Nini, & vſque in vltimum annum Thonos Concoloros, quem regem Sardanapalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum præfectus, regnum illud transferens in Medos, regnatum eſt à regibus xxx & ſex, per annos mille ducentos quadraginta, ſic.

Ninus, Semiramis.

Ninus rex Aſſyriorum poſt natiuitatem Abræ, regnauit annos decem. Semiramis vxor Nini annos xlij. hanc dicunt quaſi Babyloniæ conditricem, quamuis non legatur quia condidit, ſed quia reparauit. Sub ea Abram adoleſcit in Chaldea.

Ninias.

Zameis, qui & Ninias, filius Nini & Semiramidis annos xxxviij. Cuius triceſimotertio anno facta eſt promiſſio ad Abraham, quum eſſet annorum lxxv. Arius annos xxx, cuius decimo anno centenarins Abraham genuit filium Iſaac. Aralius regnauit annos xl. huius in vltimo regni anno naſcuntur gemini Iſaac, id eſt Iacob & Eſau. Xerſes qui & Baleus annos xxx. In huius regni tempore Iacob germanum fugiens Eſan, deſcendit in Aegyptum ſolus, ditatusque cum turba aſcendit. Armanitres annos xxxviij. Iacob à ſeruitute ſoceri Laban recedens, ad patrem reuertitur. Belochus annos xxxj. hoc regnante Ioſeph adoleſcens ſomnia ſua fratribus & patri narrauit. Baleus annos xlij. huius anno triceſimo Iacob penuria famls deſcendit in Aegyptum, ibique filium ſuum repperit præpoſitum terræ totius Aegypti. Altadas annos xxxij. hoc regnante Iacob defunctus in Aegypto, cuius cadauer Ioſeph cum magno honore locat in terram Chanaan. Maminthus annis xxx. ſub iſtius regni tempore, moritur Ioſeph, & Hebræos deprimunt Aegyptij grauiſſima ſeruitute. Manchaleus annos xxx. & hoc regnante ſeruitus durat in Aegypto Hebræorum.

**aliàs, Ipheritus*

*Sperus annos xxx. huius regni temporibus vltimis, Ambra ex tribu Leui genuit Moyſen. Mamilus triginta annis. & hoc regnante Moſes adoleſcens omnem philiſophiam didicit Aegyptiorum. Sparetus annis quadraginta, quo tempore Moyſes occiſo Aegyptio in terram fugit Madiam. Aſcades annos quadraginta. huius regni anno octauo Moyſes quadringenteſimo xxx anno repromiſſionis populum Hebræorum in ſignis & virtutibus educit ex Aegypto, eiſque in eremo per annos quadraginta legem exponit. Amyntes xlv annis. huius nono anno moritur Moyſes, & Ieſus Naue ducatum populo præbet. Belothus annis xxv. ſub quo Othoniel iudex Hebræorum, populum & ſacerdotium continet Finees. Belebares annis xxx. quo tempore Hebræorum Iudex Aioth, Allophyliq́; infeſti omnino Hebræis. Lamprides annis xxxvij. & in huius regno ipſe perdurat Aioth. Soſares annis xx. & huius tẽporibus quamuis ſenex, tamen adhuc conſiſtit Aioth, pugnatq́, cum alienigenis, & vicit adiutus à deo. Lampares annos xxx. quo regnante Iudæis præerat Debora. Pannias annis xlv, ſub cuius tempore pręfuit Gedeon, qui & Ierobail, Soſarnius annos xviiij, ſub cuius tempore Thola & Abimelech iudices erant Hebræorum. Mithreus annis xxix. ſub quo Iudæis præerat Iair. Tantanes xxij. annis cuius ſub regno iudices Hebræorum, Heſebon & Labdon.

Bellũ Troianũ.

Nam & ipſo tempore Græci Troiam vaſtauerunt. Vnde Aeneas fugiens in Italiam venit, ſe quoque cum Latino Fauni filio, Pici nepote, Saturni abnepote, affinitatis gratia iungens, accepta filia eius in vxorem Lauinia, vnitos Phrygas, Italosque populos nominauere Latinos, & ſic deinceps quamuis in pauperrimo regno, locoq́; anguſto, quod dicebatur Agrolaurentum, regnauerunt.

Latinorum ab Aenea & Latino origo.

Poſt Latinum Aeneas & ſucceſſores eius, qui & Siluij Albanique vocati, pro Albana vrbe & pro poſtumo Aenea eiuſdem Aeneæ, qui iccirco Siluius dictus eſt, quia Lauinia poſt mortem Aeneæ, timens Aſcanij inuidiam, clàm eum in ſilua generauit, Aeneamque Siluium nominauit. Ante quem, vt ſuperius diximus, Italiæ regnatum eſt, à Iano, Saturno, Pico, Fauno atque Latino, per annos circiter clxxx. Teuteus annos xl, ſub quo Samſon ille vltra fortes fortiſſimus iudex Hebræorum. Tinneus annos triginta. hoc regnante anno decimo octauo, Heli ſacerdos audito nuncio de morte filiorum, arcaque teſtamenti ablata, cadens mortuus eſt. Dercilius annos xl, ſub quo aliquantum tempus, Saul rex Hebræorum, alius verò rex Dauid ex tribu Iuda conſtitutus regnauit. Eupales xxx annis & octo. hoc regnante anno triceſimo ſecundo, Salomon templum domini inchoauit, & perfecit ſingulare in mundo, per annos ſeptem. Laoſthenes annos xlv, & hoc regnante Aſſyrijs, Salomon regnat Hebręis, Sadoch verò & Achias Selonites prophetant. Pritiades annis xxx. ſub quo iam mortuo Salomone, inter Roboã & Ieroboam regnum diuiditur Hebræorum, & alij Iudæi, alij dicuntur Iſraëlitæ. Ofrathæus annis xx. ſub iſto in parte Iudæorum regnat Ioſaphat, Iſraëlitarum verò celeri morte Nabad & Baſa, Ela & Ambri obeuntibus, tenebat regimen Achas cum Hieſabel. Ofrathenes annis l. ſub quo Ioram, Ochozias, & * Godolia, & Ioas parti Iudeę regnabant; Iſraëli verò Ochozias, Ioram, & Iehu, principatui vnus poſt alium ſucceſſerunt. Acraiapes annis xlij. ſub quo Amaſias in Iuda regno aſcitus obtinet principatũ; Iſraeli verò * Ioab, & Ioas, vnus poſt alium regnat. Thonos Concoloros, quem Græci Sardanapalum nominant, annis xx. ſub quo Iudæorum Azarias, qui & Ozias, Iſraëlitas verò † Roboam. Regnum verò Aſſyriorum, poſt numeros annorum mille ducentorum & quadraginta finem tantæ diuturnitatis accepit, ad Medosque translatum eſt. Nam Arbaces præfectus Medorum, Sardanapalo occiſo regnum eius inuaſit, & in Medos deduxit.

** Athalia,*
** Ioachas*
† Ierobeam.

REGNI MEDORVM SVCCESSIO.

ARbaces Medorum rex annos xxviij. ſub quo regnat adhuc Azarias, qui & Ozias, Iudæ in parte. In Iſraël autem poſt Roboam paucis diebus fuerat Zacharias, rurſusque Sellum, quibus ſucceſſerat Manae. Soſarinus annis xxx. In Iudę parte regnabat Ioatham, Iſraëlitis Facee, quando & quintodecimo anno prima * Olympiades cœpta eſt numerari. Tunc † etenim poſt innumerabiles, vt ita dicam, Laurenti loci, & Latij reges Siluios Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italiæ regnauerunt, quamuis paupertimè, Amulius rex Numitoris fratris ſui filiam Rheam nomine, quæ & Ilia vocabatur, veſtalem virginem fecerat. Quæ grauida inuenta, dum ſcelus ſuũ nititur excuſare, à Marte ſe compreſſam mentita eſt. Ex qua genitis duobus, geminos rex exponi præcepit. Quos vagientes meretrix quædam, Lupa nomine, quum audiſſet, ſtatim tollens ad Fauſtulum paſtorem adduxit. Quos Accia vxor eius nutriens, inter alios paſtores conuerſari edocuit. Madiclus annos xl. quo Medis regnante, Iudæis regnabat Achas, Iſraëlitis alius Facee. annoque Madicli nono, ſeptima Olympiade, Romulus eiusque germanus, quos inter paſtores enutritos diximus, collecta paſtorum multitudine, Romanæ vrbis ædificia inchoauerunt, ſuoque de nomine iunior, qui germanum peremerat, vrbem vocari Romam præcepit. Cuius actus, ſeriemque ſucceſſorum eius ſaltu quodam prætergrediens, externa regna, vt cœpi, percurram; & quum ſe locus obtulerit, ad eum ordinem redeam. tantùm qui legis, aduerte, ab origine mundi, ad huius vſ-

** olympias*
† etiam
Romulus & Remus.
Romæ initium.

que magnæ vrbis exortum annos fuiſſe IIII M. DCL. Cardiees annos xiij. ſub qno Ezechias filius Achas ſuccedens regnat Iudæis. Nam Iſraëlitarum gentes ſupradicti Madicli quintodecimo anno, à Salmanaſlar Chaldæorum rege, Medorum ſunt in montibus tranſductæ captiuæ, poſtquam regnaſſent in Samaria annos ecl. * Deloces annos liij. huius tempore primo Hebræorum ex Iuda Manaſſes ductus captiuus, & ferreis vineulis illigatus, fertur pœnitentiam egiſſe. Cuius & canticum pœnitentiæ legitur. Poſtea verò reuerſus in regno ſuo, ſucceſſorem reliquit filium ſuum Ammon. Fraortes annos xxiij. ſub quo Ioſias rex Iudæorum, qui lucos ſuccidit, & gentium idola de ſuo regno abiecit, deumq́ue cœli integrè coluit. Cyáxares annos xxxij. ſub quo Iudæis regnat Ioachim, cui ſucceſſit Heliachim, qui & Ioachim, alterq́ue & Ioachim primo adhuc Cyaxare viuente ſucceſſit, in quo & finis regni euenit. Aſtyages annos xxxij. huius anno octauo Iudæi de Hieroſolyma captiuantur à Nabuchodonoſor rege. Sic regnum Medorum, quod per annos eclviij durauit, deſtructum eſt, & in Perſas translatum, quia Cyrus rex Perſarum, Darius Medorum, filius ſupraſcripti Aſtyagis, parentela coniuncti, nepos auunculusq́ue fuerunt: irruentesq́ue ſuper Balthaſar abnepotem Nabuchodonoſor regem Babyloniæ, id eſt Chaldæorum, regnum eius peruadunt. Mortuoq́ue Dario, Cyrus & ſuum, id eſt Perſarum, & affinis ſui Darij, hoc eſt Medorum, cum illo, quod captiuauerat, tertio regno obtinuit. Pòſt is admodum gentem Perſarum eleuauit. Quæ gens à Cyro prædicto, & vſq; ad Darium filium Arſami, regnat per annos plus minus ccxxx. & ſic ad Græcos deuenit, poſt reges xiiij Perſarum de gente.

Deioces · *Cyrus monarcha*

REGNVM *GRAECORVM IN PERſas translatum.

** Medorum*

CYrus Perſa annos xxxij. hic ferè quingenta milia Iudæorum laxata captiuitate regredi fecit in Iudæam: qui conſtructo altari, templi fundamenta iecerunt. Quumq́ue à vicinis gentibus impediretur opus, vſque ad Darium remanſit imperfectum. Cambyſes annos viij. & ſub iſto opus impeditum à vicinis conſiſtit, nec ædificatur. Magi duo fratres regnant menſibus viij. Darius annos xlvj. cuius ſecundo reædificatum eſt templum à Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech quingenteſimo duodecimo anno, poſt primam Salomonis ædificationem, ab Adam verò plus minus iiij m d cccc xx. Xerſes deinde filius Darij annis xx regnauit Perſis, Medis, atque Chaldæis. Artabanus menſes vij. Artaxerſes, qui Macrochir dicebatur, annos xl. Xerſes menſes duos. Sogdianus menſes vij. Darius cognomento Nothus annos xviij. Artaxerſes * Mimmon Darij & Pariſatidis filius annos xl. Ipſe eſt ab Hebræis qui dicitur Aſuerus, ſub quo liber Heſter confectus eſt. Artaxerſes qui & Ochus annos xxvj. Hic etenim Sidonem ſubuertit, Aegyptumq́ue ſuo ſubegit imperio, Syriamq́ue cunctam inuaſit. Arſes filius Ochi annos iiij. Sub quo Iadus Maximus & inſignis pontifex Iudæorum. Darius filius Arſami annos vj. Hunc Alexander Magnus Macedo occidit, regnumq́ue eius in ſuum redegit dominium, qui Alexandriam in ſuo nomine condidit, vbi regnatum eſt à regibus Græcorum per annos cexevj. ſic.

Cambyſes. · *Darius.* · *Xerxes.* · *Artaxerxes.* · ** Mnemon,*

REGNI GRAECORVM SVCCESSIO.

Reges Aegypti. Alexander Magnus poſt mortem Darij annos vj. Ptolemæus Lagi filius annos xj. Hic iterum gentem Hebræorum captiuam ducit in Aegyptum. Ptolemæus Philadelphus annos xxviij. Hic captiuitate Iudæorum relaxata, muneribusque Eleazaro pontifice Iudæorum placato, diuinas ſcripturas per ſeptuaginta interpretes, ex Hebræa lingua vertit in Græcam. Ptolemæus Euergetes annos xxvj. Huius temporibus Ieſus filius Syrach Sapientiæ librum ſcripſit. Ptolemæus Philopator annos xvij. Sub hoc ijdem victi Iudæi, & ſexaginta milia eorum cæſa ab Antiocho rege Syriæ, quando & pontifex magnus Onias. Ptolemæus Epiphanes annos xxix. Hic directo Scopa principe militiæ capit Iudæam. Ruſſúsque Scopa ſuperante, Iudæam ſibi ſociat in amicitiam Antiochus. Ptolemæus Philometor annos xxv. Sub hoc rege Ariſtobulus inde Paripateticus philoſophus ſcripſit commentarios in libros Moyſi, & regi obtulit Ptolemæo. *Ariſtobulus Moyſis libros explanat.* Antiochus agens contra legem Iudæorum multos interemit. Contra quem Iudas, qui & Machabæus, arma commouit. Ptolemæus Euergetes annos xxviij. Hoc regnante Ionatas dux Iudæorum præclarus, qui cum Romanis & Spartiatis fœdus inijt. Ptolemæus * Fiſta, qui & Soter, annos xvij. ** Fyſcon.* ſub hoc Ariſtobulus Ionathæ filius, rex pariter & pontifex conſtitit Iudæorum. Ptolemæus qui & Alexander annos x. quo regnante multa Iudæorum populus, tam ab Alexandrinis, quàm etiam ab Antiochenſibus tolerabat. Ptolemæus qui à matre fuerat eiectus, annos viij. Iudæis tunc regnabat Ameus, qui & Alexander. Ptolemæus Dionyſius annós xxx. ſub cuius regno Alexandra, quæ & * Salina, vxor Alexandri regis Hebræorum, Hieroſolymis regnat. ** Salome.* Ex cuius ætate Iudæos rerum confuſio & variæ clades oppreſſerunt. Cleopatra annos xxij. qua regnante Iudæi in amicitiam Romanorum ſe ſociantes, eorum iam legibus viuunt, quia Pompeius ſublato regno ab Ariſtobulo, Hircanum fratrem eius præfecerat. Hanc ſiquidem Cleopatram Romanus ductor ſuſcipiens Antonius, & ſuo ſocians lateri, contra ciues proprios dimicat. Quem Auguſtus Octauianus in certamine ſuperans Actiatico in littore, egit, vt vtrique iugales ſeipſos perimerent, regnumque eorum in Romanorum Imperium deuenit, vbi & vſque hactenus, & vſque in finem mundi ſecundum Danielis prophetiam, regni debetur ſucceſſio. Et quidem abhinc Auguſtalis exoritur poteſtas, quod animo recondendum eſt. *Auguſti monarchia.* Auguſtus Imperator, qui & Octauianus dicebatur, à quo poſteri principes vocati ſunt Auguſti, tam ciues patrios rebelles, quàm etiam gentes externas ſuperans, ſingularem ſibi vindicat principatum, regnans per annos *LVII.* *lxij. Huius quadrageſimo ſecundo imperij, dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſancta virgine natus, vt verus deus, ita & verus homo, inſignis & virtutibus admirandis enituit, anno ab origine mundi V M D. ab vrbis autem Romæ conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum regum ordinem actusque inquirere ſtatuiſti, & nos breuiter tuis percontationibus reſpondere ſumus polliciti, neceſſarium eſt ergo, nobis ea interim, quæ ad tempora Auguſti Imperatoris dicuntur, omittere: & rurſus ad Romanæ vrbis primordia repedare, originemque Romuli eius conditoris exponere, ſimulque ſucceſſorum eius, regum conſulumque annos actusque ad liquidum demonſtrare. Qui ſunt hi.

REGNI ROMANORVM SVCCESSIO.

AB origine vrbis Romæ & vſque Tarquinium regem cognomen-
to Superbum, qui expulſus eſt, numerantur anni ccxliij. Nam
primus ille, & vrbis & imperij conditor Romulus, fuit à Marte *Romulus.*
(vt ipſorum verbis loquamur) genitus, & Rhea Siluia. hoc ſeſe
ſacerdos grauidatam confeſſa eſt. Nec mox fama † dubitatur, quum Amulij *† dubitauit*
regis imperio abiectus in aquam profluentem cum Remo fratre, non potuit
extingui. Siquidem & * Tiberis amnem repreſſit, & relictis catulis lupa ſe- ** Tiberinus*
cuta vagitum, vbera admouit infantibus, matriſque geſſit officium: Sic re-
pertos Fauſtulus regij gregis paſtor tulit in caſam, atque educauit. Alba tum
erat Latio caput, Iuli opus. Nam Lauinium patris Aeneæ contempſerat. *1 Ab his*
1 Abhinc Amulius iam 2 ſeptima ſoboles regnabat, fratre pulſo Numitore, *2 bus ſeptima*
cuius ex filia natus erat Romulus. Igitur ſtatim prima 3 iuuentutis facie pa- *3 iuuentæ face*
truum ab arce deturbat, auum reponit. Ipſe fluminis amator & montium, a-
pud quos erat educatus, mœnia noua vrbis agitabat. Gemini erant, vter
auſpicaretur, & regeret, adhibere placuit deos. Remus montem Auenti-
num, hic Palatinum occupat. Prius ille ſex vultures, hic poſtea duodecim
vidit. Sic victor vrbem augurio excitat, plenus ſpei bellatricem fore. id aſ- *Roma conditur.*
ſuetæ ſanguini & prædæ aues pollicebantur. Ad tutelam nouæ vrbis, ſuffi-
cere vallum videbatur: cuius dum anguſtias Remus increpat, ſaltu tranſili-
uit. Dubium an iuſſu fratris, occiſus eſt. Prima certè victima fuit, munitio- *Remi cædes.*
nemque vrbis nouæ ſanguine ſuo conſecrauit. Imaginem vrbis magis, quàm
vrbem fecerat. incolæ deerant. Erat in proximo 4 locus. hunc aſylum facit, *4 lucus.*
& ſtatim mira hominum vis. Latini Thuſcique paſtores, etiam tranſmarini
Phryges, qui ſub Aenea; Arcades, qui ſub Euandro duce confluxerant. Ita
ex varijs quaſi elementis congregauit corpus vnum, populumque Roma-
num ipſe fecit.

Erat verò vnius ætatis 5 populus. Virorum itaque matrimonia à finitimis *5 populus viro-*
petita, quia non impetrabantur, manu capta ſunt. ſimulatis quippe ludis e- *rum. itaque*
queſtribus, virgines, quæ ad ſpectaculum venerant, prędę fuerunt. Hæc ſta-
tim cauſa bellorum. pulſi fugatiq; Veientes. 6 Veienſium captũ ac direptum *6 Cæninenſium*
eſt oppidum. Spolia inſuper opima de rege Agrone Feretrio Ioui manibus
reportauit. Sabinis prodita porta per virginem Tarpeiam, non dolo: ſed pu-
ella pretium rei, quod gerebant in ſiniſtris manibus, petierat; dubium cly-
peos, an armillas. Illi vt & fidem ſoluerent, & vlciſcerentur, clypeis obruere.
Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo 7 foro fit pugna, adeo vt Ro- *7 aditu*
mulus Iouem oraret, fœdam vt ſuorum fugam ſiſteret. Hinc templum, &
Stator Iuppiter. Tandem funeribus interuenere raptæ, laceris comis: ſic pax
facta, 8 cunctatio fœduſq; percuſſum. Secutaq; res † miſera dictu, vt relictis *8 cum Tatio. † mira*
ſedibus ſuis, nouam in vrbem hoſtes demigrant, & cum generis ſuis auitas
opes pro dote ſociarent. Auctis breui viribus, hunc rex ſapientiſſimus ſta- *Conſtitutio rei-*
tum Reipubl. impoſuit. Iuuentus diuiſa per tribus, in equis & armis, vt ad ſu- *publ.*
bita bella excubaret, conſilium Reipub. penes ſenes eſſet, qui ex autoritate
patres, ab ætate ſenatus vocabantur. His ita ordinatis, repentè cùm cocio- *Romuli mors.*
nem haberet ante vrbem, apud Caprę paludes, è conſpectu ablatus eſt.
Diſcerptum aliqui à ſenatu putant, ob aſperius ingenium. Sed oborta tem-
peſtas, Solisq; defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere. Cui rei mox Iu-
lius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans auguſtiore forma,
quàm fuiſſet: mandare præterea, vt ſe pro numine acciperent. Quirinum in
cœlo vocari: placitum dijs, vt gentium Roma potiretur. Succeſſit Romulo *Numa Pompi-*
Numa Pompilius, quem 9 curribus Sabinis agentem vltrò petiuerunt, ob in- *lius. 9 Curibus*

clytam viri religionem.Ille ſacra,caeremonias,omnemque cultum deorum
immortalium docuit: ille pontifices, augures, ſalios,cæteraque ſacerdotia:
10 faſtos annumque in xij menſes,10 feſtos dies netaſtosque deſcripſit.Ille ancilia at-
que palladium,ſecreta quædam imperij pignora, Ianumque bifrontem,Fi-
† Veſtæ dem pacis ac belli, in primis focum † Feſtæ virginibus colendum dedit, vt
ad ſimulachrum caeleſtium ſiderum, cuſtos imperij flamma vigilaret. Hæc
** Egeriæ* omnia quaſi monitu deæ * egregiè,quo magis barbari acciperent. Eò deni-
que ferocem populū redegit,vt quòd vi & iniuria occuparat imperium,reli-
Tullus Hoſtilius. gione atque iuſtitia gubernaret. Excepit Pompilium Numam Tullus Ho-
ſtilius,cuius honori & virtuti regnum vltrò datum. Hic omnem militarem
diſciplinam artemq; bellandi inſtituit.Itaq; mirum in modum exercitata iu-
uentute,prouocare auſus eſt Albanos, grauem & diu principem populum.
Sed quum pari robore frequentibus proelijs vtriq; comminuerentur,miſſo
in compendium bello, Horatijs, Curatijsq;,trigeminis hinc atq; inde fratri-
bus vtriuſque populi fata permiſſa ſunt.Anceps & pulchra contentio,exitú-
que ipſo mirabilis.Tribus quippe illinc vulneratis,hinc duobus occiſis, qui
† diſtraheret hoſtem,ſimulat ſupererat Horatius,addito ad virtutem dolo,vt † dijs traheret hoſtem,ſimul
ad fugam,ſingulosq; pro vt ſequi poterant,* exhortatus exſuperat.Sic rarum
** adortus* decus alijs,vnius manu parta victoria eſt,quam ille mox parricidio fœdauit.
Nam flentem ſpolia circa ſe ſponſi quidem,ſed hoſtis,ſororem viderat:hunc
tam immaturum amorem virginis vltus eſt ferro, vt audiret leges, nefas: ſed
abſtulit virtus parricidam, & facinus infra gloriam fuit. Nec diu in fide Al-
banus perſtat. Nam † Fidenates bello mixti, in auxilium ex fœdete medij
inter duos exſpectauere fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare ſocios ad
hoſtem videt,tollit animum quaſi * magna ſit ſpes. Deinde Rom.metus ho-
** Fidenate bello miſſi in* ſtibus incuſſus. ſic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte victo,ruptorem
† mandaſſet. ſpes inde Romanus, fœderis † M.Suffecium religatum inter duos currus,pernicibus equis diſtra-
hit, Albamq; ipſam, quamuis parentem, æmulam tamen diruit,quum prius
† Metium, Fuſetium omnes opes vrbis,ipſumque populum Romam tranſtuliſſet:prorſus vt con-
† pari ſanguinea ciuitas non periſſe, ſed in ſuum corpus rediſſe rurſus videretur.
Ancus Martius. Ancus deinde Marcius nepos Pompilij ex filia, † prauo ingenio. Igitur &
muro mœnia amplexus eſt, & influentem vrbi Tiberim ponte commiſit,O-
ſtiamq; in ipſo maris fluminisq; confinio poſuit coloniam, iam tunc videli-
cet præſagiens animo futurum, vt totius mundi opes & commeatus,illo ve-
lut maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. Tarquinius poſtea Priſcus,quam-
Tarquinius Priſcus. uis tranſmarinæ originis,regnum vltrò petens accepit,ob induſtriam atq; e-
legantiam, quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis arti-
† ſenatus maieſtatem numero bus [im]miſcuiſſet. Hic & † ſenatum centum patrum numerum ampliauit,&
centurijs tribus auxit, quamuis * Actius Neuius numerū augeri prohiberet,
** Attius Nauius* vir ſummus augurio. Quem rex inexperimentū rogauit,fieri ne poſſet,quod
ipſe mente conceperat.Ille rem expertus augurio,poſſe reſpondit. † At quo-
† Atqui hoc, inquit, agitabam, an niā hoc,inquit,agitur; an cotem illam ſecare nouacula poſſem? Et Augur,po
tes,inquit,& ſecuit. inde Romanis ſacer auguratus. Neq; pace Tarquinius,
quàm bello promptior.Duodecim namq; Thuſciꝰ populos frequētibus ar-
mis ſubegit.Inde faſces,trabeæ curules,anuli,faleræ,paludamēta,prætextæ.
Inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur.togæ pictæ,tunicæq; pal
matę.Omnia deniq; decora & inſignia,quibus imperij dignitas eminet,ſum
Seruius Tullus. pta ſunt. Seruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit,nec obſcuri-
tas inhibuit, quamuis matre ſerua creâtum. Nam eximiam indolem vxor
Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat, & clarum fore viſa circa caput
flamma promiſerat. Ergo inter Tarquinij mortem adnitente regina ſubſti-
tutus in locum regis,quaſi in tempus regnum dolo partum ſic egit induſtriè,

vt iu-

vt iure adeptus videretur. Ab hoc populus Rom. relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decurijs ac collegijs diſtributus, ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, vt omnia patrimonij, dignitatis, ętatis, artium, officiorumq; diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſic maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur. Poſtremus fuit omnium regum Tarquiuins, cui cognomen Superbus ex moribus datum. *Tarquinius ſuperbus.* Hic regnum auitum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit, quàm exſpectare; miſſisque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quàm adquiſierat. Nec abhorrebat moribus Tullia, quę vt virum regem ſalutaret, ſupra cruentum patrem vecta carpento, * conſternatos exegit. ** conſternatos equos egit.* Sed ipſe in ſenarum cædibus, in plebem verbetibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate grauior † eſt, bonos *† eſt bonis.* graſſatus, quum ſæuitiam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes conuerſus eſt. Sic valida Latij oppida capta ſunt, Ardea, *Orniculum, Gabij, Sueſſa, Pometia. ** Ocriculum* Tum quoque cruentus in ſuos. Neque enim filium verberare dubitauit, vt ſimulantis transfugam apud hoſtes hinc fides eſſet. Quo à Gabijs, vt velucrat, recepto & per nuncios conſulenti, quid fieri vellet; eminentia fortè papauerũ capita † virgulta excutiens, *† virgula* quum per hoc interficiendos eſſe principes vellet intelligi, ea ſuperbia ſi[..]reſpondit, vt ſenſerat. Tamen de manubijs captarum vrbium templum erexit. Quod dum inauguraretur, cedentibus ceteris dijs, * mira re dicitur extis reſiſtere Iuuentas & Terminus. ** mirares dictu, reſiſtere.* Placuit patribus contumacia numinum, ſiquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendius, quòd molientibus ædem, in fundamentis humanum caput repertum eſt. Nec dubitauere cuncti, monſtrum pulcherrimam imperij ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam regis populus Rom. perpeſſus eſt, donec aberat libido. Hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quorum cùm alter ornatiſſimæ feminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedècus ferro expiauit. imperium *Finis regni.* tum regibus abrogatũ. Hæc eſt prima ætas populi Romani & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, per annos, vt diximus, CCXLIII, quadam fatorum induſtria tam varijs ingenio, vt reipubl. ratio & vtilitas poſtulabat. *Quæ in ſingulis regibus eximia fuerint.* Nam quid Romulo ardentius? Tali opus fuit, vt inuaderet regnum. Quid Numa religioſius? Ita res popoſcit, vt ferox populus, deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? bellatoribus viris quam neceſſarius, vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? vt vrbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam verò ornamenta Tarquinij & inſignia, quantam principi populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatẽ? Actus à Seruio cenſus quid effecit, niſi vt ipſa ſe noſſet Romana reſpublica? Poſtremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil, imo vel plurimũ profuit. Sic enim effectum eſt, vt agitatus iniurijs populus, cupiditate libertatis incenderetur, mutataq; regali dominatione, ad conſulum inſulas ſe conferret; qui bini annis ſingulis, rempublicam gubernantes, ſequẽti anno ab alijs venientibus ſuccedebantur, ſcientesq; ſe annis tantum ſingulis præeſſe in populo, erga alios agebant, qualiter eos erga ſe acturos poſtea cupiebant. Qui ordo vſque ad Auguſtum Cæſarem obtinuit priuilegium, per viros nongentos quindecim in annis CCCCLVIII. Nouem ſiquidem annis, ſine conſulibus, ſed tantùm ſub tribunis plebis fuit, quatuor ſine iudicibus. Nam poſt exactos reges annum vnum quinis diebus, ſingulis diebus ſinguli ſenatorũ Rempub. obtinuerunt, & tunc duobus creatis conſulibus, Bruto & Collatino, in poſterum vſque ad † Pauſam & Sergium ſeruauerunt per annos prænotatos. *† Panſam & Hirtium* Et quia omnium conſulum nomina actusq; conſcribere, & mihi tædium, & tibi, qui legis, faſtidio fore præcaui; aliqua exinde prælibans, multa ſuperſedi, quod pęnè nonnullis iam vſurpatũ eſſe breuiatũq; opus cognoui.

REGNVM ROMANORVM, PVLSIS *regibus, annuus excipit conſulatus.*

IGitur primi conſulum Brutus & Collatinus, quibus vltionem ſui matrona moriens mandauerat, populus Roman. ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus quodam quaſi inſtinctu deorum cõcitatus, regem repentè deſtituit, bona diripit, agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen, vt diximus, & iure, & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex; ne poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur, conſulesque appellauit pro regibus, vt conſulere ciuibus ſuis debere meminiſſent. Tantumque libertatis nouæ gaudium * intercesserat, vt vix mutati ſtatus fidem caperent, alterumq; ex conſulibus Lucretiæ maritũ, tantũ ob nomen & genus regium, faſcibus abrogatis, vrbe dimitterent. Itaq; ſubſtitutus † Horatius Publicola, ſummo ſtudio Niſus eſt ad augendam populi maieſtatem. Nam & faſces ei pro * contentione ſummiſit, & ius prouocationis aduerſus ipſos dedit: & ne ſpecies arcis offenderet, † eminenti ſede ſua, in plana ſe ſubmiſit. Brutus verò fauori ciuium etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt: quippe quum ſtudere de reuocandis in vrbem regibus liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & in concione media virgis cęcidit, ſecuriq; percuſſit, vt planè publicus parens, in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur. Liber iam hinc populus Rom. prima aduerſus exteros arma pro libertate corripuit, pro finibus mox, deinde pro ſocijs, tum gloria & imperio, laceſſentibus aſſiduè vſquequaq; finitimis: quippe cum patrij ſoli gleba eſſet, ſed ſtatim hoſtile pomœrium, mediusq; inter Latium atq; Etruſcos, quaſi in quodam biuio, collocatus, omnibus portis in hoſtem incurreret, donec quaſi contagione quædam per ſingulos itum eſt, & proximis quibuſq; correptis totam Italiam ſub ſe redigeret. Nam Porſena rex Etruſcorum ingentibus copijs aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen, quamuis & armis, & fame vrgeret, occupatoque Ianiculo, in ipſis vrbis faucibus incubaret; ſuſtinuit, repulit, nouiſſimè etiam tanta admiratione perculit, vt ſuperior vltrò cùm paenè victis amicitiæ fœdera feriret. Nam Mucius Scæuola Romanorum fortiſſimus, regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur. Sed vbi fruſtratus circa purpuratum eius illatus ictus, teneretur; ardentibus mox focis intulit manum, terroremq; geminat dolo. En vt ſcias, inquit, quẽ virum effugeris, idem trecẽti iurauimus. Cùm interim immane dictu, hic interritus, ille trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sed ne ſexus quidem muliebris altera laude ceſſaret, ecce & virginum virtus. vna ex obſidibus regi data, elapſa cuſtodia Clœlia per patrium flumen equitabat. Rex quidem tot tantisque virtutum territus monſtris, valere liberosq; eſſe iuſſit. Tarquinij tamdiu dimicauerunt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occidit, ſuperq; ipſum vulnere mutuo exſpirauit, planè quaſi adulterum ad inferos vſq; ſequeretur. Nec ſecus Latini * Amulio Tuſculano duce apud Regilli lacum expugnantur, vincuntur, atq; ſubijciuntur. † Ocriculum atq; Corniculum, Soraq; & * Alſium, eorum vrbes captæ, prouinciaq; effecta. de † Verulis & de Bouillis pudet, ſed triumphauere Romani. Tibur nunc ſuburbanum, & æſtiuę Præneſte delicię, nuncupatis in Capitolio votis petebantur: idem tunc Feſulæ, quod Carræ nuper: idem nemus Aricinum, quod * Herculis ſaltus: Fregellæ, quod † Cæſarea: Tiberiş quod Euphrates. Coriolos quoq;, proh pudor, * inuictos adeo gloriæ fuiſſe, vt poſt captũ oppidũ † igneus Marcius Coriolanus quaſi Numãtia aut Africa nomini [Ro.] induceretur. Extãt & de * Antis ſpolia, quę † meminimus in ſuggeſto fori, capta hoſtium

** inceſſerat,*
† Valerius Poplicola,
** concione*
† eminẽtes ædes ſuas in plana ſubmiſit.
** Mamilio*
† Satricum
** Algidum*
† Veijs
** Hercinius*
† Geſſoriacum:
** victos*
† Caius
** Antio*
† Mœnius

hoſtium claſſe, infixit: ſi tamen illa claſſis. nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus illis initijs nauale bellum fuit. Peruicaciſſimi tamen Latinorum Aequi, & Volſci fuere, & quotidiani (vt ſic dixerim) hoſtes. Et hos præcipuè *Titus Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obſeſſa & paenè tam capta † Mallij conſulis caſtra egregia victoria recuperauit. Medium erat tempus fortè ſementis, quum patricium virum innixum aratro ſuo, lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem * prouectum, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos pecudum more ſub iugum miſit. Expeditione finita, redijt ad boues rurſus triumphalis agricola † fide numinum. Qua felicitate intra quindecim dies cœptum peractumque bellum prorſus, vt feſtinaſſe dictator ad relictum opus videretur. Pari tenore Veientes, Faliſci, & Fidenates, tunc magno labore deuicti ſunt. Qui modò & ſi fuerint, nõ videntur aliquod reliquiſſe veſtigium. Laborat enim annalium fides, vt Veios, Faliſcos, Fidenates fuiſſe credamus. Galli autem Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo Romano generi terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum, vrbium ſtragẽ videretur. Hi quondam ab vltimis terrarum oris, & cingerẽt omnia oceano, ingenti agmine prouecti, quum iam media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti per Italiam † bacchabantur. Tunc Cluſium Thuſciæ vrbem obſidebant, vbi pro ſocijs & fœderatis Romanus interuenit, miſſis ex more legatis. Sed quod ius apud barbaros, ferocius agunt, & inde ad certamen cum exercitu conuerſi Galli, Cluſio Romam. Quibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius conſul occurrit. non * temerè fœdior clades. Itaque hunc diem faſtis Roma damnauit. Fuſo exercitu, Galli iam mœnibus vrbis appropinquabant, vbi paenè nulla erant præſidia. Tum igitur ſic, vt nunquam aliàs, apparuit illa vera Romana virtus. Iam primùm maiores natu, ampliſſimis vſi honoribus in foro coëunt. Ibi deuouente pontifice, dijs ſe manibus conſecrant. Statimque in ſuas quiſque ædes regreſſi ſunt, ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in curulibus ſellis ſeſe repoſuerunt; vt quum veniſſet hoſtis, in ſua quiſque dignitate moreretur. Pontifices autem & flamines, quidquid religioſiſſimi in templis erat, partim in dolijs refoſſa terra reconderunt, partim impoſita plauſtris, ſecum Veios auferunt: virgines ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitantur. Tamen excepiſſe fugientes vnus è plebe fertur Albinus, qui depoſitis vxore ac liberis, virgines in plauſtrum recepit. adeo tunc quoque in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus, quam ſatis conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Manlio, arcem Capitolini montis inſedit, obteſtata ipſum quaſi præſentem Iouem, vt quemadmodum ipſi ad defendẽdum templum eius occurriſſent, ita ille virtutem illorũ numine ſuo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque vrbem adeunt. Ibi ſedentes in curulibus ſuos prætextatos ſenes, velut deos, geniosque venerati, mox eoſdem poſtquam eſſe homines liquebat, alioquin nihil reſpondere dignantes, pari vecordia mactant, faceſque tectis iniiciunt, & totam vrbem igni * ferroque manibus exæquant. Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem vnum pependerunt, nec diebus modò, ſed noctibus quoque omnia experti; quum tamen Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe deiecit: & vt ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, panes ab arce iaculatus eſt: & * ſtatuto die, per medias hoſtium cuſtodias, Fabium pontificem ab arce dimiſit, qui ſolenne ſacrum in Quirinali monte conficeret: atque ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio redijt, propitiosque deos renuntiauit. Nouiſſimè quum iam obſidio ſua barbaros fatigaſſet, mille pon-

Lucius
† M. Minucij
** profectum*
† Fides numinũ. qua velocitate?
Galli Senones in Italiam profecti, qui deinceps inter Teutones & Vindelicos recenſentur.
† vagabantur.
Clades Allienſis.
**Cremeræ*
Roma capta.
Capitoliũ Manlius tuetur.
** ferro, manibus ſolo*
** ſtato*

do auri receſſum ſuum venditantes, ſubitò aggreſſus à tergo Camillus cæ-
cidit, vt omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret.
Igitur paſtorum quondam caſa, vrbs enituit, & poſt ſeruatam à Manlio
faciem, reſtitutamque à Camillo, acrius etiam vehementiusque in finitimos
ſurrexit. Nec tamen contenti Romani ſuis eos mœnibus expuliſſe, quum
Prœlia cum Gallis pugnata. per Italiam naufragia ſua latius traherent, ſic perſecuti ſunt ductante Camil-
lo, vt hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem truci-
dati, quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpo
lia detraxit, vnde & Torquatus eſt dictus. Item in Pomptino agro, quum ſi-
mili pugna Valerius inſidente galeæ ſacro alite adiutus retulit ſpolia, dictúſ-
† tandem que eſt ipſe Coruinus. Necnon †tamen pòſt aliquot annos, omnes reliquias
eorum in Etruria, ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit, ne quis exſtaret
ex ea gente, qui incenſam à ſe Romanam vrbem gloriaretur. Conuerſoque
à Gallis Torquato, Latini experti ſunt, & deuicti. Indeque Sabini, qui eorum
belli ſocij ductante Tatio extitiſſent, à Curio Dentato ſubiecti, eorumque
** Adriatice tenus mari* loca à Baranio fonte * in Adrianotenus mari, igni ferroque vaſtata, tantæq;
Romano populo additæ opes, vt nec ipſe poſſet extimare, qui vicerat. Pre-
cibus deinde Campaniæ motus, non pro ſe, ſed pro ſocijs Samnitas inua-
Amœnitas Campaniæ. dit. Omnium nanq; non modò Italiæ tantùm, ſed pænè toto orbe terrarum
pulcherrima Campaniæ plaga eſt. nihil mollius cœlo. denique bis floribus
vernat. nihil vberius ſolo. ideo Liberi Cererisq; certamen dicitur. Nihil ho-
ſpitalius mari. hic ille nobilis portus Caieta, Miſenus, tepentes fontibus
** amicti* Baiæ, Lucrinus & Auernus, quædam maris hoſtia. Hic * amici vitibus mon-
tes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus cunctorum Veſuuius Aet-
nei ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Her-
culaneum Pompeij, & ipſa caput vrbium Capua, quondam inter tres ma-
Pro Campania bellum aduerſus Samnites. ximas, Romam Carthaginemque, numeranda. Pro hac vrbe, & his regioni-
bus populus Romanus Samnitas inuadit; gentem, ſi opulentiam quæras,
aureis & argenteis armis, & diſcolori veſte, vſque ad ambitum armatam: ſi
fallaciam, ſaltibus ferè & montibus graſſatam: ſi rabiem ac furorem, ſacris
legibus humaniſque hoſtijs in exitium vrbis agitatam: ſi pertinaciam, ſexi-
es rupto fœdere, cladibusque animoſiorem. Hos tamen quinquaginta
annis per Fabios ac Papirios patres, eorumque liberos, ita ſubegit & do-
muit, ita ruinas ipſas vrbium diruit, vt hodie Samnium in ipſo Samnio re-
quiratur, nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum. ma-
Romani ſub iugum miſſi. ximè tamen nota & illuſtris apud Caudinas Furculas ex hac gente clades,
Veturio Poſthumioque conſulibus accepta eſt. Clauſo per inſidias intra
eum ſaltum exercitu, vnde non poſſet euadere, ſtupens tanta occaſione dux
hoſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit, num illos ſub iugum mitte-
ret, an occideret. Sapienter, vt ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub
iugum maluit, vt nec amici forent beneficio, & poſt flagitium hoſtes magis.
** conſules* Itaq; & *conſule ſtatim magnificè voluntaria deditione turpitudinem fœde
ris dirimunt, & vltionē flagitans miles, Papirio duce, horribile dictu, ſtrictis
† furit. enſibus, per ipſam viam ante pugnam † fugit, & in congreſſu arſiſſe omnium
oculos hoſtis auctor fuit. Nec prius finis cædibus datus, quàm iugum (ſibi)
Romani labem abolent, hoſte victo. promiſſum Romani & duci Samnitum, & hoſtibus repoſuerunt. Hactenus
cum ſingulis gentibus certatum eſt, mox * certatim. ſic tamen quoq; par o-
mnibus fuit. Etruſcorum duodecim populi, Vmbri in id tempus intacti, anti-
** aceruatim* quiſſimus Italię populus Samnitum, & reliqui in excidium Romani nominis
repentè coniurant. Erat terror ingens tot ſimul tantorumq; populorum. latè
a Ciminius Etruriam infeſta quatuor agminum ſigna volitabant. [a]Gemini interim ſaltus
b inuius *c Calydonius* in medio, ante [b] Iunius planè, quaſi [c] Candonius vel Hercinius, adeo terrori

erat

erat, vt ſenatus conſuli denunciaret, ne tantum pericli ingrederetur. Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus. Ille per noctem paſtorali habitu ſpeculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicuit. Nam ſubitò incōditos atq; palantes aggreſſus eſt, captisq; ſuperiorib. iugis, in ſubiectos ſuo iure detonuit. ea nanq; ſpecies illius fuit belli, quaſi in terrigenas è cœlo ac nubibus tela iacerentur. Nec tamen incruenta illa victoria. nam oppreſſus in ſinu vallis alter conſulum Decius, more patriò deuotum dijs manibus obtulit caput, ſolennemque familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretium redegit.

Necdum Etruſco bello exempto, mox ſequitur Tarentinum, vnum quidem in nomine, ſed multiplex in victorijs. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarētinos, id eſt totam paenè Italiam, & cum his omnibus Pyrrhum regem Epirotarum, Græciæ regem, vna velut ruina pariter inuoluit: vt eodem tempore & Italiam * conſumeret, & tranſmarinos triumphos auſpicaretur.

Bellum Tarentinum.
** conſummaret.*

Tarentus Lacedæmoniorū opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiusq; Lucaniæ caput, cum magnitudine, & muris, portuq; nobilis; tum mirabili ſitu: quippe in ipſis Adriæ maris faucibus poſita in omnes terras, Hiſtriam, Illyricum, Epiron, Achaiam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portui ad proſpectum maris poſitum theatrum, quod quidem cauſa miſeræ * cupiditatis [caput] fuit omnium calamitatum. Ludos fortè celebrabant, cum adremigantem litori Romanam claſſem vident, atq; hoſtem rati, emicant ſine diſcrimine & inſultant. Qui enim? aut vnde Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoq; fœdè per obſcœnam turpemq; dictu contumeliam violant. & hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibusq; vehementior Pyrrhus, qui ſemigræcam ex Lacedæmonijs conditoribus ciuitatem vindicaturus, cū totis viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitisq; in id tempus elephātis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore veniebat. Apud * Eracleam & Campaniæ fluuium Lirim, Leuino cōſule prima pugna facta eſt, quæ tam atrox fuit, vt * Forentanæ turmæ præfectus Obſidius inuectus in regem turbauerit, coēgeritq; proiectis inſignibus prœlio excedere. Actum erat, niſi elephanti conuerſo in ſpectacula procurriſſent bello. Quorum cum magnitudine, tum deformitate, & nouo odore ſimul ac ſtridore cōſternati equi, cum incognitas ſibi belluas amplius, quàm erant, ſuſpicarētur: fugam ſtragemq; latè dederunt. In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio Fabricioq; conſulibus. Iam quippe terror beluarum exoleuerat, & Gaius Minutius quartę legionis haſtatus vnius * promuſcide abſciſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaq; & in ipſas pila congeſta ſunt. & in turres * ſibratæ faces, tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec alius finis cladi erat, quàm nox dirimeret, poſtremusq; fugientium rex ipſe à ſatellitibus ſaucius in armis ſuis referretur. Lucaniæ ſuprema pugna. * in his, Subarros quos vocant, campis, ducibus iiſdem, quibus ſuperius, ſed cū tota victoria exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit. Nam prouectis in primam aciem rurſus elephantis, vnum ex illis pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit. Qui quum per ſtragem ſuorum recurrens ſtridore quereretur, mater agnouit, ſeque quaſi vindicare vellet, exhibuit; quum omnia circa quaſi hoſtilia graui mole permiſcuit, ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerunt, ſecundam * partim fecerunt, tertiam ſine controuerſia tradiderunt. Nec verò tantùm in armis, & in campis, ſed conſilijs & domi quoq; intra vrbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam victoriā,

** ciuitati.*
Origo belli Tarentini.
Pyrrhus Tarentinis auxilium fert.
** Heracleam.*
** Ferentanæ.*
** proboſcide.*
** vibratæ.*
** ſub Aruſinis, quos vocant.*
** parem.*
Pyrrhus dolo Rom. tentat.

intellecta Romana virtute,ſtatim deſperauit armis,ſeque ad dolos contulit.
nam interemptos cremauit,captiuosque indulgentius habuit, & ſine precio
reſtituit,miſſisque legatis in vrbem omni modo anniſus eſt, vt facto fœdere
in amicitiam reciperetur. Sed & bello, & pace, & foris, & domi omnem in
Victoriæ triumphiq; Tarentini ſplendor. partem Romana virtus tum ſe approbauit. Nec alia magis, quàm Tarentina
victoria oſtendit populi Romani fortitudinem, ſenatus ſapientiam, ducum
magnanimitatem.Nec alius pulchrior in vrbem,aut ſpecioſior triumphus in
trauit.Ante hunc diem,nihil præter pecora Volſcorum, greges Sabinorum,
carpenta Gallorum,fracta Samnitum arma vidiſſes.Tum autem, ſi captiuos
aſpiceres,Moloſſi,Theſſali,Macedones,Brutius, Apulus, atque Lucanus: ſi
pompam,aurum,purpura,ſigna,tabulæ,Tarentinæque lauticiæ.Sed nihil li-
bentius populus Romanus aſpexit, quàm illas, quas timuerat cum turribus
ſuis belluas,quę non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus victores ſe-
Picentes & Salentini domiti. quebantur.Poſt Tarentinam cladem,domiti Picentes,& caput gentis Aſcu-
lum,à Sempronio duce; qui tremente inter proelium campo, Tellurem de-
am promiſſa æde placauit.Salentini verò Picentibus additi,caputque his re
**cum inclyto portu,M.Atilio.* gionibus Brundiſium,* inclyto poſt Vatilio duce,& in hoc certamine victo-
riæ pretium templum ſibi * paſtorale vltrò popoſcit. Poſtremi Italicorum in
**paſtoria Pales* fidei munere Vulſini opulentiſſimi Etruſcorum implorantes opem, aduer-
ſus vos quondam ſuos, qui libertatem à dominis datam in ipſos erexerant,
translataque in ſe republ dominabantur. Sed hi quoque duce Fabio Gurgi
te pœnas dederunt.

Domita ſubactaque Italia, populus Rom. Appio Claudio conſule, pri-
**fabuloſis infame.* mum fretum ingreſſus eſt,* famuloſis fami monſtris, æſtuq; violentum. Sed
adeo non eſt exterritus, vt ipſam illam ruentis æſtus violentiam pro munere
amplecteretur,quòd velocitas nauium iuuaretur,ſtatimq; ac ſine mora Hie-
Romani Siciliã inuadunt. ronem Syracuſanum tanta celeritate deuicit,vt ille ipſe prius ſe victũ, quàm
hoſtem videret,fateretur.

Duellio Cornelioq; conſulibus etiam mari congredi auſus eſt.Tum qui
dem ipſa velocitas claſſis comparatæ, victoriæ auſpicium fuit. Interea enim
ſexageſimum diem,quàm cæſa fuerat,centum ſexaginta nauium claſſis in an
coris ſtetit; vt non arte factæ, ſed quodam munere deorum conuerſæ in na-
ues atque mutatę arbores viderentur.Prœlij verò forma mirabilis,quum il-
las celeres volucresq; hoſtium naues,hæ graues tardæq; comprehenderent
longè plus illis nauticæ artis,detorquere remos,& ludificari fuga roſtra. In-
iectæ enim ferreæ manus,machinæq; validæ, ante certamen multum ab ho-
**deriſæ, coactiq;* ſte * coacti,atq; hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo apud Liparam
Prima victoria Rom.naualis. merſa aut fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum.
Cuius quoddam gaudium fuit, quum Duellius imperator non contentus v-
**per vitam.* nius diei triumpho,* per viam omnem, vbi à cœna rediret, prælucere funa-
lia,& præcinere ſibi tiblas iuſſit,quaſi quotidie triumpharet.Pr̨ tanta victo-
ria, leue huius prœlij damnum fuit, alter conſulum interceptus Aſina Cor-
nelius,qui ſimulato colloquio euocatus,atq; ita oppreſſus fuit,perfidiæ Pu-
nicæ documentum.Calatino dictatore fere omnia præſidia Pœnorum Agri
gento,Drepanis,Panormo,Eryce, Lilybeoque detraxit. Trepidatum eſt ſe-
mel,circa Camerinenſium ſaltum.Sed eximia virtute Calpurnij tribuni mili
tum periculo euaſimus. Qui lecta trecentorum militum manu, inſeſſum ab
hoſtibus tumulum occupauit, adeoque moratur hoſtes, dum exercitus om-
**Leonidæ.* nis euaderet:ac ſi pulcherrimo exitu,Thermopylarum & * Laconidę famam
adæquauit.Hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſuperfuit, & nihil
inſcripſerit ſanguine.Lucio Cornelio Scipione,quum iam Sicilia ſuburbana
eſſet populi Rom.prouincia, ſerpente latius bello Sardinia adnexa atq; Cor

ſica,

ſica,tranſijt Olbiam.ibi * Atericæ vrbis excidio incolas terruit, adeoq; omni terra & mari Pœnos fugauit,vt iam victoriæ nihil, niſi Africa ipſa reſtaret. Marco Attilio Regulo duce, iam in Africam nauigabat bellum. Nec defuerant,qui in ipſo Punici maris nomine ac terrore deficerent:inſuper augente * Minatio tribuno metum,in quem,niſi paruiſſet,ſecuri diſtricta irruiſſet imperator. Metus mortis nauigandi fecit audaciam, mox deinde ventis remiſque properatum eſt,tantusq; terror hoſtici aduentus fuit Pœnis, vt apertis pene portis Karthago caperetur. Prima præmium belli fuit ciuitas Clypea. Prima enim à Punico littore,quaſi arx & ſpecula procurrit.& hæc,& trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus modo, ſed cum monſtris quoq; dimicatum eſt;quum quaſi in vindictam Africæ nata miræ magnitudinis ſerpens poſita apud * Bracadam caſtra vexauerit. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis ſui latè circumtuliſſet, quumq; magnam vim iuuentutis,ducesq; ipſos aut cepiſſet,aut haberet in vinculis, claſſemq; ingēti præda onuſtam,& triumpho grauem in vrbem præmiſiſſet; iam ipſam Belli caput Karthaginem vrgebat obſidione, ipſisque portis inhærebat. Hic paululū circumacta fortuna eſt * tanta,vt plura eſſent Rom. virtutis inſignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuerſis ad * extrema auxilia hoſtibus, quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo Regulus victus eſt,fœdaq; clades, Romanisq; vſu incognita. nam viuus in manus hoſtium venit fortiſſimus imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. nam nec Punico carcere infractus eſt, nec legatione ſuſcepta.quippe diuerſa,quàm hoſtis mandauerat,cenſuit, ne pax fieret,nec commutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illa voluntario ad hoſtes ſuos reditu,nec vltimo ſiue carcere, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas.In omnib. admirabilior, quid aliud,quàm victor de victoribus? Ad quæ etiam Karthago non ceſſerat, de fortuna triumphauit. Populus autem Roman. multo acrior intentiorque pro vltione Reguli, quàm pro victoria fuit.

* Carale

Bellum in Africam translatum

* Manlio.

* Bragadam.

Reguli virtus.

* tantum

* externa

Regulus à Xanthippo victus.

Reguli constantia.

Metello igitur conſule conſpirantibus arctius Pœnis, & reuerſo in Siciliam bello,apud Panormum ſic hoſtes cæcidit Rom. exercitus, ne amplius eā inſulam aggredi cogitarent. Argumentum ingens victoriȩ centum circiter elephantorum captiuitas. Sic quoq; magnas egit prædas, vt gregem iſtum,nō bello,ſed venatione cepiſſet. Appius Claudius conſul non ab hoſtibus, ſed à dijs ipſis ſuperatus eſt,quorum auſpicia contempſerat; ibi ſtatim claſſe demerſa, vbi ille præcipitari pullos iuſſerat, quod pugnare ab his vetaretur. Marcus Fabius Buteo claſſem iamiam in Africo mari apud Aegimurum oſtium in Italiam vltro nauigantem cæcidit. Quantus tum triumphus tempeſtate intercidit cum opulenta præda? Claſſis aduerſis acta ventis, naufragio ſuo Africam & Syrtes,omnium imperia gentium,inſularumq; litora impleuit. Magna clades fuit, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate interceptam tempeſtate victoriam, & triumphum periſſe naufragio conſtat. Et tamen cum Punicæ prædæ omnibus promontorijs,inſulisq; fluitarent,populus Rom. & ſic triumphauit. Lutacio Catulo conſule tandem bello finem impoſito apud inſulas,quibus nomen * Hecate. Nec maior aliâs in mari pugna (aderat) * nec maior ætatibus,exercitu, propugnaculis, armis grauis claſſis, & in ea quaſi tota Karthago, quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis prompta,leuis,& expedita,& quodam genere caſtrenſis, ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris,ſic remis agebatur quaſi habenis, & in hos vel illos (ictus) mobilia roſtra,ſpeciem viuentium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, vt de excidendis hoſtium

Metelli victoria.

Appius victus.

Naufragiū claſſis Karthaginenſium.

* impoſitum

* Aegates.

* quippe commeatibus

Catuli de Karthaginienſibus victoria.

mœnibus non quæreretur. Superuacuum viſum eſt, in arcem muroſq; ſæuire; quum iam in mari eſſet deleta Karthago.

Bellum contra Ligures.

Peracto quidem bello Punico, nec dum aliquantulum reſpirato, ſequitur Liguricum. Nam Ligures hi, imis Alpium iugis adhærentes, inter Varum Macramque amnem impliciti, dumis ſilueſtribus victitabant; quos pænè maius fuit Inuenire, quàm vincere. Tuti ſiquidem locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis, quàm bella faciebant. Itaq; quum diu multumque eluderent ſaltu, vijs, latebris, Deceates, Oxybij, Euburiates, Iugannii; tandem Fululus latebras eorum igni ſepſit, Bebius verò in plana deduxit, Poſtumius ita exarmauit, vt vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

Bellum aduerſus Inſubres Gallos.

Poſt quos mox Galli. Inſubribus & his alpium incolis, animi ferarum, corpora pluſquam humana erant. Sed experimentum deprehenſum eſt. quippe virtus eorum ſicut primo impetu maior, quàm virorum eſt; ita ſequens minor, quàm feminarum. Alpina corpora humēte cœlo educata, habent quoddam ſimile niuibus ſuis. Cum mox caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & leui motu quaſi ſole laxantur. Hi ſæpè & aliâs, & * Viridomare duce non prius poſituros ſe balthea, quàm Capitolium aſcendiſſent, iurauerant. factum autem eſt, & victos eos Amilius in Capitolio * extinxit. Et quòd dux eorum de Romano milite prædam Marti ſuo torquem aureum deuouiſſet, intercepit Iuppiter votum, & de eius ipſius * ariobiſtinis aliorumque Gallorum torquibus aureum trophæum Ioui erexit Flaminius. Rex quoque eorum Viridomarus Romana arma Vulcano promiſerat. Aliorſum vota ceciderunt. Occiſo enim eo, Marcellus tertia poſt patrem Romulum Feretrio Ioui * optima ſuſpendit. Illyrici autem, id eſt, Veneti ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter * Aſiam Titlumque flumen longiſſimè per totum Adriatici maris littus effuſi. Hi regnante Teutana muliere populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt. legatos Romanos ob ea, quæ deliquerant, iure agentes, ne gladio quidem, ſed vt victimas ſecuri percuſſerunt. Pręfectos nauium igni comburunt. Idque quo indignius foret, mulier imperauit. Itaque Gnæo Fuluio Centimalo duce latè domantur, ſtrictæ ſecures in principum colla, legatorum manibus litauere.

* Britomaro,
* diſcinxit.
* Airouiſtinis.
* arma ſuſpendit
* Arſiā Titiūq;.

Bellum Punicū ſecundum.

Poſt primùm autem Punicum bellum, vix quadriennium requies: ecce alterum bellum, minus quidem ſpacio, (nec enim amplius decem nouem annos tenens) ſed adeo cladum atrocitate terribilius, vt ſi quis conferat damna vtriuſque populi, ſimilior victo ſit populus ille, qui vicit. Vrebat nobilem populum mare ablatum, raptæ inſulæ, dare tributa, quæ iubere conſueuerat. Hinc vltionem puer Hannibal ad aram patris iurauerat, nec morabatur. Igitur Saguntus in cauſam belli * electa eſt, velut Hiſpaniæ ciuitas, & opulenta; fidei erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum. Quam in libertatem communi fœdere exceptam, Hannibal cauſas nouorum motuum quærens, & ſuis & ſuorum manibus euertit, vt Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio eſt. Itaque ad auditam ſociæ ciuitatis obſidionem, memores icti quoque fœderis cum Pœnis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt.

* deleta eſt, vetus Hiſp.

Sagunta clades.

Interim iam nouem menſibus feſſi, fame, machinis, ferro, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, dum deſuper ſe ſuosque cum omnibus opibus ſuis ferro & igni corrumpunt. Huius tantæ cladis autor Hannibal poſcitur. Tergiuerſantibus Pœnis, dux legationis; Quæ, inquit, mora eſt; Fabius. In hoc ſinu bellum pacemque porto, vtrum eligitis? Succlamantibus bellum; Bellum ergo, inquit, accipite. Et excuſſo in media curia togæ gremio, nō ſine horrore, quaſi pleno ſinu bellum ferret, effudit. ſimilis exitus belli initijs fuit. Nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorum vltimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandaſſent:

ſent: ita manibus eorum vaſtatione Italiæ, captiuitate Africæ, ducum & re- ** ſimul.*
gum, qui id bellum geſſerunt, exitio parentatum eſt. Igitur * ſemel ſe in Hi-
ſpaniam mouit illa grauis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, de-
ſtinatumque Romanis iamdiu fulmen Saguntino igne conflauit: ſtatim quo
dam impetu rapta medias fregit Alpes, & in Italiam ab illis fabuloſæ altitu-
dinis niuibus velut cœlo miſſa deſcendit. Ac primi quidem impetus tur- *Prœlium ad Ticinum.*
bo inter Padum & Ticinum valido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipio-
ne duce fuſus exercitus, ſaucius etiam ipſe veniſſet in hoſtium manus impe-
rator; niſi protectum patrem * protectus admodum filius ab ipſa morte ra- ** prætextatus.*
puiſſet. Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit, nomen ex malis eius ha
biturus. Ticino Trebia ſuccedit. hic ſecunda Punici belli procella deſæuit, *Prœliũ ad Trebiam.*
Sempronio conſule. Tum callidiſſimi hoſtes, frigidum & niualem diem na-
cti, quum ſe ignibus prius oleoque fouiſſent (horribile dictu) homines à me
ridie & ſole venientes, * noſtraneos hieme vicerunt. Thraſimenus lacus ter- ** noſtra nos*
tium fulmen Hannibalis, imperatore Flaminio. Ars noua Punicæ fraudis: *Ad Thraſimenũ pugna.*
quippe nebula lacus, paluſtribusque virgultis tectus equitatus, terga ſubitò
inuaſit pugnantium. Nec de dijs poſſumus queri. imminẽtem temerario du-
ci cladem prædixerant inſidentia ſignis examina, & aquilæ prodire nolen-
tes: commiſſamque aciem ſecutus terræ tremor, niſi illum horrorem ſoli e-
quitum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt. Quar- *Clades Cannenſis.*
tum, id eſt pænè vltimum vulnus imperij, Cannæ ignobilis Apuliæ vicus, ſed
magnitudine cladis emerſit, & * ſexaginta millium cæde patrata nobilitata. ** quadraginta.*
Simul in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota rerum natu
ra conſenſit. Siquidem non cõtentus ſimulatis transfugis Hannibal, qui mox
terga pugnantium ceciderunt: inſuper callidus (hoſtis) aliâs imperator, in pa
tentibus campis, obſeruato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & pluri-
mus puluis, & eurus ab oriente ſemper: quaſi ad conſtitutum ita inſtruxit aci
em, vt Romanis aduerſus hæc omnia obuerſis, * ſecundum cœlum tenens, vẽ ** quaſi ſecum*
to, puluere, & ſole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cęſi ad hoſtium ſa
tietatem, donec Hannibal diceret militi ſuo, Parce ferro. Ducum alter fugit,
alter occiſus eſt, dubium vter maiore animo. Paulum puduit, Varro non de-
ſperauit. Documenta cladis, cruentus aliquamdiu Aufidus: pons de cadaue
ribus iuſſu ducis factus, in torrente Vergello: modij duo anulorũ miſſi (ſunt)
Karthaginem, dignitatisque equeſtris taxata menſura. dubium deinde non
erat, quin vltimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra di- *Maharbalis apophthegma de Hannibale.*
em epulari Hannibal in Capitolio potuerit. Sic Pœnum illum dixiſſe Mahar
balem * Hamilcari ferunt, ſi Hannibal, quemadmodum ſciret vincere, ſic vti
victoria ſciſſet. Sed tum quidem illum, vt vulgo dici ſolet, aut fatum vrbis im
peraturæ, aut ipſius mens mala, & auerſi à Karthagine dij in diuerſum abſtu-
lerunt. Et cum victoria poſſet vti, frui noluit; relictaque Roma, Campani- *Maximum Hannibalis erratum.*
am Tarentumque perrexit, vbi mox & ipſe, & ipſius exercitus ardor elan-
guit; adeo vt verè dictum ſit, Capuam Hannibali Cannas fuiſſe. Siquidem
inuictum Alpibus, indomitumque armis Campani (quis crederet?) ſoles,
& tepentes fontibus Baiæ ſubegerunt. Permiſſum eſt interim Romanis re- *Romani reſpirant.*
ſpirare, & quaſi ab inferis emergere. arma non erant, detracta ſunt templis:
deerat iuuentus, in ſacramentum liberata ſeruitia: egebat ærarium, opes ſu-
as ſenatus in medium libens protulit: necnon pariter quod in bullis cingu-
lisque & annulis erat, nec quicquam ſibi auri reliquerunt. Eques ſecutus ex
emplum, imitatæque equitem tribus. Denique vix ſuffecerunt tabulæ, vix
ſcribarum manus, Leuino Marcelloque conſulibus, quum priuatorum opes
in publicum referrentur. Quid autem in eligendis magiſtratibus, quæ cen-
turiarum ſapientia, cum iuniores à ſenioribus conſilium de creandis conſuli

bus petierunt? Quippe aduerſus hoſtem totiens victorem, tam callidum, nō virtute tantùm, ſed ſuis etiam pugnare conſilijs oportebat. Prima redeuntis, & vt ita dixerim, reuiuiſcētis imperij ſpes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc illi cognomen nouum & reipublicæ ſalutare, Cūctator: hinc illud ex populo, vt imperij Scutum vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque ſaltus ſic macerauit Hannibalem, vt quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde Claudio Marcello duce, etiam congredi auſus eſt; cominus venit & pepulit è Campania ſua, & ab obſidione * notæ vrbis excluſit. Auſus eſt & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſequi, & terga premere cedentis; quamuis cum, ô pudor, ſeruili pugnaret exercitu (nam hucuſque tot mala compulerunt) ſed libertate donatos, de ſeruitute Romanos fecerunt. ô horribilem in tot aduerſis fiduciam, ô ſingularem animum & ſpiritum populi Romani. tam arctis afflictiſque rebus, vt de tota Italia dubitare debuiſſet, auſus tamen eſt in diuerſa reſpicere. Quumque hoſtis in iugulo per Campaniam & Apuliam volitaret, mediamque de Italia Africam faceret, eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniamque diuiſa per terrarum orbem arma mittebat. Siciliam mandat Marcello, nec diu, reſtituit. tota enim inſula in vna vrbe ſuperata eſt. Grande illud, & ante id tempus inuictum caput Syracuſæ, quamuis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando ceſſerunt. longè illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ. Niſi quòd hactenus profuere, vt pulchritudini victæ vrbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuere. Sæuitum in vrbes, vrbemque vrbium Caralim, vt gens contumax viliſque mortis, ſaltem deſiderio patrij ſoli domaretur. In Hiſpaniam verò miſſi Gnęus & Publius Scipiones, pænè totam Pœnis eripuerunt prouinciam Sed inſidentes Punicæ fraudis inſidiæ, alterum ferro caſtrametātem, alterum quum euaſiſſet in turrim, cinctúm facibus oppreſſerunt. Igitur in vltionem patris & patrui miſſus eſt cum exercitu Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreuerant. Bellatricem illam viris, armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam [iam] Hannibalis eruditricem; incredibile dictu, totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, in Oceanum recuperauit. Eodem quidem die, quo obſeſſa eſt Karthago, capta eſt, neſcio citius an felicius; quàm facilè, vel vna probat; omenque Africanæ victoriæ fuit quod tam facilè victa eſt Hiſpaniæ Karthago. Certum eſt tamen, ad profligādam prouinciam maximè profeciſſe ducis ſanctitatem; quippe qui captiuos pueros puellaſque præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit, ne in conſpectum ſuum quidem paſſus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur. Hęc in diuerſa terrarum populus Romanus; nec ideo tamen viſceribus Italiæ inhęrentem ſubmouere poterat Hannibalem. Pleraq; ad hoſtem defecerant, & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus vtebatur. Iam tamen eum pleriſque opidis & regionibus excuſſere Romani. Iam Tarentum tulerant, iam & Capua ſedes, domus, & patria altera Hannibalis tenebatur. Cuius amiſſio tantum Pœno duci dolorem dedit, vt (de) inde totis viribus Romam conuerteretur. O populum dignum orbis imperio, dignumque omnium fauore & admiratione hominum ac deorum. compulſus ad vltimos metus ab incepto non deſiſtit, & ſua de vrbe ſollicitus, Capuam tamen non obmiſit; ſed parte exercitus ſub Appio conſule relicta, parte Flaccum in vrbem ſecuta, abſens ſimul præſenſque pugnabat.

Fabius primus reipubl. vindex.

Fabius ſcutum imperij.

** Nolæ vrbis excuſſit.*

Magnitudo animorum in Rom.

Recuperata per Marcellum Sicilia.

Archimedes Syracuſas defendit ingenio.

Sardinia recepta

Clades Scipionū in Hiſpania.

Scipio ſuorum vltor Hiſpaniam Rom. reſtituit.

Scipionis caſtitas.

Hannibalis aduerſa fortuna.

Fortiſſimū Rom: facinus.

Quid ergo miramur, mouenti caſtra a tertio lapide Hannibali iterum ipſos

pſos deos reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos illius motus, ſuis imbrium copia effuſa eſt, tantorum ventorum violentia coorta eſt; vt diuinitùs hoſtem ſubmoueri, non à cœlo, ſed ab vrbis ipſius mœnibus & Capitolio videretur. Itaque fugit & ceſſit, & in vltimum ſe Italiæ recepit ſinum, quum vrbem tantum non *adornatam reliquiſſet. Siquidem ab Hiſpania Haſdrubal frater Hannibalis cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat. actum eſſet proculdubio, ſi vir ille cum fratre ſe iunxiſſet. Sed hunc quoque tantum, quod ab Alpe deſcenderat, apudque Metaurum caſtrametantem Claudius Nero cum Liuio Salinatore debellat. Nero in vltimos Italiæ angulos ſubmouerat Hannibalem. Liuius in diuerſiſſimam partem, id eſt in ipſas naſcentes Italię fauces ſigna conuerterat. Tanto, id eſt, omni, qua longiſſima eſt Italia, ſolo interiacente, quo conſilio, qua celeritate, conſules caſtra coniunxerint, inopinatumque hoſtem collatis ſignis oppreſſerint, neque id fieri Hannibal ſenſerit, difficile dictu eſt. Certè Hannibal re cognita, quum proiectum fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet; Agnoſco, inquit, infelicitatem Karthaginis. Hæc fuit illius viri non ſine præſagio quodam fati imminentis prima confeſſio. Iam certum erat, Hannibalem etiam ipſius confeſſione poſſe vinci; ſed tot rerum proſperarum fiducia plenus populus Romanus magni æſtimabat, aſpertimum hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipſam Africam tota mole conuerſus, imitari cœpit Hannibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africa vindicare. Quas ille, dij boni, Haſdrubalis copias fudit? quos Syphacis Numidici regis equitatus? quæ quantaque vtriuſque *claſſis caſtra facibus illatis, vna nocte deleuit? denique iam non à tertio lapide, ſed ipſas Karthaginis portas obſidione quatiebat: ſic factum, vt inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem. Non fuit maior ſub imperio Romano dies, quàm ille, quum duo omnium & antea & poſtea ducum maximi duces, ille Italiæ, hic Hiſpaniæ victor, collatis cominus ſignis, direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos de legibus pacis. ſteterunt diu, mutua admiratione defixi: vbi verò de pace non conuenit, ſigna cecinere. Conſtat vtriuſque confeſſione, nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed tamen Hannibal ceſſit, præmiumque victoriæ Africa fuit: & ſecutus Africam ſtatim terrarum orbis. Poſt Africam iam vinci neminem puduit, ſed æquo iure vbique ſubacti. Primùm igitur Leuino conſule populus Romanus Ionium mare ingreſſus, tota Græciæ litora, velut triumphante claſſe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Africæ præferebat, & manifeſtum victoriam, quam nata in prætoria puppi laurus pollicebatur. Aderat ſponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant & Rhodij, nauticus populus, quibus à mari conſul, à terris omnia equis viriſq; quatiebat. Bis victus, bis fugatus rex Macedonum, bis exutus caſtris; quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu, quę [tamen] non ſpiculis, nec ſagittis, nec vllo Græculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladijs vltra morem patebant. Enimuerò Flaminio duce, ad inuios antea populo Romano Chaonum montes, *Sauumque amnem per abrupta vadentem, & ad ipſa Macedoniæ clauſtra penetratum victoria fuit. Nam poſtea nunquam auſus congredi rex, ad tumulos, quos Cynocephalos vocant, vno, ac ne eo quidem iniuſto prælio opprimitur. In Numidia tunc amici populi Romani regnabant. Sed Iugurtha contra ſe bellum mouit Romanorum, propter necem Adherbalis & Hiempſalis Micipſę liberorum, expugnataque eſt primum à Metello conſule, dehinc à Mario Numidia domita. Mauritaniam verò *Sochoris tuebatur. ſed quum collectio omnium Maurorum facta eſt, Iubas rex videns quæ pugnæ fuiſſet

**adortam.*

Haſdrubal a Rō. cæſus.

Translatum in Africam bellum.

**hoſtis.*

Scipionis & Hānibalis colloquiū ante pugnam.

Tranſijciunt in Græciam Rom. contra regē Macedonum.

**Pindumq́.*

Philippus rex vincitur.

Numidæ ſuperati.

**Bochoris.*

Mauritania ſubacta.

ſio,mox ſuperatum ſeſe ſenſit.veneno hauſto defecit,omniſque Mauritania Romanis ſubacta.Tripolis nanque,& vtraque Mauritania,Sitifenſis,& Cæſarienſis,ſimiliter Romano iuri,ceterorum formidine tactæ, vltro ſe ſubegerunt. Hiſpanias quamuis vt ſuperius diximus, Saguntina clades ab amicitijs Romanorum ſegregaſſet,Scipio tamen eos tam gratia, quàm virtute rurſus coniunxit Romanis,rurſusq; reſiſtentes Sylla conſul ſedauit. Celtiberos ſimiliter cum Numantinis aduerſus Romanos inſurgentes,Scipio iunior ſedauit,compeſcuit,atq; pænè ſubuertit. Cantabri & Aſtures confiſi montium ſuorum munimine,dum reſiſtere moliuntur,pleniſſimè demoliti ſunt,& in pro

** Galleci*

uinciam redacti.Tarraconẽſes,Luſitani,* Gallici,Karthaginiſij, & Seticaniæ contra promontorium Africæ ſitæ , omnes vno pænè prælio ſuperatæ, & in

Epirus domita.

prouincias Romanas deſcriptæ ſunt. Epirotæ , qui in Illyrico quamuis cum Pyrrho rege ſuo contra Italiam conſpiraſſent,tamen primùm pacem moliti, ſecundò ac tertiò rebellantes,cũ Achiuis & Theſſalis edomiti,Romano iugo

Macedonia in formam prouinciæ redacta.

ſubacti ſunt.Macedonia namq; primũ ſub Philippo,deinde ſub Perſeo , tertio ſub Pſeudophilippo arma contra ſe prouocauit Romana,oppreſſaq; primo Flaminio conſule,ſecundo à Paulo,tertio à Metello ſuperata,colla ſub-

Gentio rex Illyriorum victus.

miſit,Romanaque prouincia facta.Illyriam autem,cum Gentione ſuo rege, Macedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius prætor, & in prouinciam redegit.Dardanos, Mœſioſque Curione primùm proconſule domuit, primusque omnium Romanorum Danubium amnem vſque profectus,cun

Pannoniæ occupatæ.

cta eius loca vaſtauit. Pannoniarum quoque regem in certamine ſuperans, idem Lucius redegit in prouinciam vtraſque Pannonias. Amantinos autem qui inter Sauum Draumque flumina inſident, rege eorum interempto , ipſa vice Romanam fecit prouinciam.Marcomanni & Quadi in illa Valeria,quæ inter Draum Danubiumq; interiacet,ab eodem tunc ductore oppreſſi,fines

** ab Auguſto per Vindeliciam,*
** Decebalo*
** deuicto*
** decies centum mille paſſus,*

que inter Romanos & barbaros * Auguſtæ Vindelicæ per Noricum Meſiamque diſpoſiti.Daces autem poſt hęc iam ſub imperio ſuo Traianus * Cebulo eorum rege * deducto,(in)terras vltra Danubium,quę habent* mille millia ſpacia,in prouinciam redegit.Sed Galienus eos,dum regnaret,amiſit;Aurelianusq; imperator,euocatis exinde legionibus,in Meſia collocauit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam,Daciamque Ripenſem conſtituit, & Dardaniam iunxit. Illyricus autem cuncta per partes quidem & membra deuicta,ad vnum tamen corpus aptata eſt,quæ habet intra ſe prouincias de-

** Norici duæ.*

cem & octo.hæ ſunt,* Norici,duæ Pannoniæ,duæ Valeriæ, Sueuia , Dalmatia,Meſia ſuperior,Dardania,Daciæ duæ,Macedonia,Theſſalia,Achaia,Epi

Thraciæ in ditionem venere.

ros,Præuales,Creta,ſimul decem octo.Thracias autem non aliter, niſi occaſio Macedonici belli,fecit aggredi. Diri nanque homines,omniumque gentium ferociſſimi ſunt Thraces,quorum ſæuitiam pariter habent & Scordiſci, & Emimontij,Aſticique,ob quorum immanitatem,Romani multa & grauia

** Marco Didio*

pertulerunt,crebriſq; certaminibus exercitus cæſus. Ad poſtremum à * Marco Claudio & ipſi ſubacti,& loca eorum in prouinciam redacta,iugum excepere Romanum. Nam Marcus Druſus intus eos in montibus eorum contri-

† Hebro

uit,Minutius in* Gebro amne eorum multos extinxit & vicit.Rodopeni per Appium Claudium deuicti ſunt,& ciuitates maritimas Europæ,quæ dudum Romanæ fuiſſent,& poſtmodum rebellaſſent,Marcus Romanis ſubegit.Lu-

Beſſi a Lucullo deuicti.
** infra Pulpudena dicitur. alijs Eumolpida*
** al. Olympiadẽ.*
** Galatam.*

cullus ſiquidem primus in Thracia contra Beſſos pugnans,eos qui in fortitudine famaque præibant,deuicit;Emimontioſque debellans,* Pulendenam quæ nunc Philippopolis,& * Vſtudamam,quæ Adrianopolis vocatur,in Romanorum redegit dominium.Similiter & capiens ciuitates,quæ litori Ponti coinhęrebant,id eſt Apolloniam,* Galatho,Parthenopolim,& Tomos Iſtri omniaq; loca vſque ad Danubium ſubdens , Scythis Romanorum oſtendit virtutem.

virtutem: Hactenus ad partes occiduas, nunc quæ* in ea plaga ſunt percurra ** in Eoa*
mus. Primum quidem in Aſia locũ Romani hereditario iure inuenerunt. Nã
Attalus rex, amiciſſimus populi Romani, humanis rebus excedens, per teſta
mentum ſuum Romanos ſuo in regno heredes conſtituit: quod pęnè non an *Attalus pop. Rõ.*
te Romanus populus adijt, niſi & ſuo labore vicina loca cepiſſet, id eſt Lydi- *hæredem inſtitu*
am, Cariam, Helleſpontum, vtramq; Phrygiam. Nam Rhodus opinatiſſima *it.*
inſula, & totius Adriæ inſularum metropolis pænè cum omnibus Cycladi- *Aſiam Rom. oc*
bus arma pertimeſcens Romana, iam dudum ſe fœderatam populo illi con- *cupant.*
iunxerat, & nauali bello ſolatia condonabat. Cum quibus Seruilius procon
ſul directus, quaſi piratico bello, obtinuit tamen Pamphyliam, Lyciam, Piſi-
diamq; deuicit, fecitq; prouincias. Bithyniam verò Nicomedes rex moriẽs,
teſtamẽtali voce reliquit. Gallogræciam autem, id eſt Galatiam Syriaci bel *Bithynia teſta-*
li ruina conuoluit. Fuit nanq; inter auxilia regis Antiochi. an fuiſſet cupidus *mento Rom. reli*
triumphi* Manlius, dubium eſt. Dubijs nanq; proelijs fuſi fugatiq; ſunt, quã- *cta.*
uis ſub aduentu hoſtis ſedibus relictis in altiſſimos ſe mõtes recepiſſent. co- **Mummius*
lonos abegit. Olympum tecti ſago & magaba inſederant. Vtrimq; fundis ſa-
gittiſq; detracti, in perpetuam ſe pacem dederunt: ſed alligati miraculo quo
dam fuere, quum cathenas morſibus & ore tentaſſent, quum offricandas in
vices fauces præbuiſſent. Nam Orgia Contis vxor à centurione ſtuprum
paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam euaſit, reuulſumque adulteri caput
ad maritum reportauit. Deiotarum ſiquidem amicum ſenatus præfecit Gala
tiæ, ſed poſthæc Cæſar eos redegit, prouinciamq; fecit. Cappadoces quoq;
ſub Epaphra rege conſtituti, primùm per legatos ſuos Romanorum amiciti-
as petierunt, dehinc* Curio Barzane rege ſuccedente, & à Mithridate expul ** Ariobarzane*
ſo, vltrò ſe Romano ſeruitio tradiderunt, magnamq; ciuitatem ſuam Maza-
cam in honore Cæſaris Cæſaream appellauerunt. Poſt hæc iterum ſub Clau
dio imperatore rex eorum Archelaus Romam adueniens, quaſi amicus po-
puli Romani. ibique defunctus, teſtamentali voce Cappadociam Romanis *Cappadocia teſta*
dedit, & ſic iam ex integro in prouinciam facta eſt. Pontus à Pompeio deui- *mento Rom. da-*
cta, cum ſuo rege Mithridate, & facta prouincia eſt. Paphlagoniæ Pyleme- *ta.*
nes rex amicus populi Romani, à multis dum iniquietaretur, Romanorum
petijt auxilium. Se quoque dum de inimicis vlciſceretur, defunctus, Roma-
nos per teſtamentum heredes reliquit. Hactenus intra Taurum. nunc vlteri-
us tranſgrediamur, & quæ patriæ, aut quibus ſubiugantibus populo Roma-
no coniunctæ ſint, memorabimus. Antiochus Syriæ fortiſſimus rex magnum *Antiochus vi-*
apparatum belli contra populum Romanum commouit. * triginta milia ſi- *ctus et ſpoliatus*
quidem armatorum, curruſq; falcatos, quàm plures elephantos, innumeros ** altrocenta mil*
turritos, & inſtar* murale in acie ordine ſitos, cui obuiauit Scipio Africani *lia.*
Scipionis frater in Aſia ad Magneſiam ciuitatem. commiſſoque prælio, An- ** muralis*
tiochus victus eſt, percuſſumque fœdus cum Romanis, ab Aſia diſceſſit, &
vltra Taurum ex ſenatus * conſilio regnare permiſſus eſt, filioſque eius in ** conſulto.*
obſidatu Romæ deductos poſt patris obitum regnare genitali loco * con- ** conceſſum.*
ceſſit. Cilices cum Iſauris piratæ effecti, & in mari magno ſæpè latrocinia *Cilices & Iſauri*
concitantes, à Seruilio proconſule victi & proſtrati ſunt. hic quoque Seruili- *victi.*
us, primus Romanorum Tauri iugum peruium fecit, triumphanſque de eo-
rum ſpolijs, Iſauricus & Cilicus vocatus eſt. Cyprum Cato claſſe naui- *Cyprus in prouin*
gera directus inuaſit. Cypris negantibus habere ſe aliquid, magnas illic o- *ciæ formam re-*
pes reperit, proſcriptionibuſque multauit. Quod non ferens Gnoſius rex *dacta.*
eorum, veneno hauſto ſemet occidit, & ſic Cyprus Romana facta prouin-
cia. Libyam, id eſt Pentapolim totam, primo illo Ptolemæo Romanis ſub
libertate conceſſam, tamen reſiſtentes dehinc, Appionis conſilium popu-
lo Romano ſubdidit. Aegyptus omnis ab amicis Romanorum, id eſt Lagi- *Aegyptus.*

vtilius rati, Romanorũ amicitiæ recõciliari; & proprias ſedes incolere; quàm
cũ Parthis coniuncti, & ſedes perdere, & Romanos infeſtos habere. Sic quo-
que dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occiduæ pla-
gæ infeſtæ ſunt. Norici, qui in Alpibus Noricis habitantes, credebant quaſi *Bella Rom. in*
in rupes & niues bellum non poſſet aſcendere: ſed mox omnes illius cardi- *Germania ſub*
nis populos, Brennos, Teutones, Senones, atq; Vindelicos, per eumdem Cę- *Auguſto.*
ſarem gladio Romanus vicit exercitus. Quæ tamen fuerit Alpinarum gentiũ
feritas, facilè eſt vel per mulieres oſtendere, quę deficientibus telis, infantes
ſuos afflictos humi, in ora militum aduerſa miſerunt. Nec minore his ſęuitia,
Illyrici pariter accenduntur. Contra quos Auguſtus è vicino egreſſus, pon- *Illyrici victi.*
tem, vnde aquam tranſiret, fieri imperauit. Dumq; aquis & hoſtibus ad aſcẽ-
ſum milites turbarentur, ſcutum ipſe rapuit, & viam primus ingreſſus eſt. Tũ
agmine ſecuto, cum ſubruptus multitudine põs ſuccidiſſet, ſaucijs manibus
& cruribus, ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium cæ
cidit. Pannonij verò duobus ſaltibus, tribus fluuijs, Drao, Sauo, Hiſtroq; val- *Pannonij.*
lantur, contra quos * Duennium miſit, qui eos plus feliciter vicit, quàm eo- ** Vibium*
rum flumina curſu rapido currant. Dalmatæ ſimiliter ſiluis cõmanentes, plu- *Dalmatæ.*
rimam partem latrocinando vaſtabant: ad quos edomandos * Iubium man- *al. Vibium* *Moeſorum feroc*
dat, qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumq; è venis repurgare. Mœ *cia.*
ſi verò quàm feri, quàm truces erant? vnus ducum ante aciem poſtulato ſi-
lentio; qui vos eſtis? inquit. Reſponſum eſt, Romani gentium domini. Et ille,
Ita fiet inquit, ſi nos viceritis. Sed mox ad bellum ventum eſt, nec claſſicum
audire valuerunt. ſic à Marcio ſuperati ſunt. Thraces antea ſæpe, tunc tamen
* Romæ Talca regnante ſibi à Romanis deſciſcunt. Nam hic barbaros & di- ** Rometalca.*
ſciplinæ & ſignis militaribus aſſuefecerat: ſed à Piſone perdomiti, in ipſa ca-
ptiuitate rabiem oſtendebant. nam cathenas, quibus ligati erant, morſibus
vellicantes, feritatem ſuam ipſi puniebant. Daciam quoque vltra Danubi-
um ſitam, exindeque ſæpius elatos, gelato Danubij alueo, ad furta in * Ca- *† Pannoniam.*
moniam tranſeuntes, Lentulo miſſo, vicit, expulit, atque ſubegit. Sarmatas
quoque per eundem Lentulum vltra Danubium pepulit. Qui nihil aliud,
vbi degunt, præter niues pruinaſque, & ſiluas habent, tantaque barbaries in
illis eſt, vt nec intelligant pacem. Marmaridas verò, & Garamantes in orien-
tali hiemali plaga per * Quirinum ſubegit. Germanos, Etallos, Britones, *al. Turnium.*
Hiſpanos, Hiberos, Aſtures, Cantabros occiduali axe iacentes, & poſt lon-
gum ſeruitium deſciſcentes, per ſe ipſe Auguſtus accedens rurſus ſeruire
coëgit, Romaniſque legibus viuere. Cleopatra verò Alexandrinorum re-
gina ex genere Lagitarum, Ptolemæorumque ſucceſſor, prius contra viri
ſui Ptolemæi inſidias Caium Iulium Cæſarem interpellauit, qui ob ſtupri
(vt perhibent) gratiam, regnum eius confirmauit, ipſamque in vrbem cum
magna pompa deductam, Alexandriæ permiſit regnare. Caſſius Iudæa ca-
pta templum ſpoliauit. Occiſo verò in curia Romæ Cæſare Iulio, nepos eius
Auguſtus ſuſcepit principatum, quem Antonius, dum inuideret, nihilque læ-
dere poſſet, vrbem Romam ingreditur, & ad partes Aegypti, quaſi Romanæ
prouiſor reipublicæ, accedit. Ibi iam viduam à viro regnantem reperiens
Cleopatram, ſe quoque cum illa conſocians, cœpit ſibi dominationem pa- *Antonius Cleo-*
rare. nec tacitè, ſed patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitus, in monſtrum il- *patram ducit v-*
lud vt mente, ira animo cultuque deſciuerat. aureus in manu baculus, in late *xorem.* *Antonij mores*
re acinaces, purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis. Diadema deerat, *degeneres.*
vt regina rex & ipſe frueretur. Quòd Auguſtus Cæſar audiens, à Brundiſio
Calabriæ, in Epirum, vt eum à cœpta remoueret tyrannide, tranſierat. Nam
Antonius omne Actiacum litus iam claſſibus obſidebat. Sed mox vbi ad *Antonius & Cle-*
prælium ventum eſt, & Cæſaris claſſis illius cœpit turbare nauigium; prima *opatra victi &* *occiſi.*

mox fuga regina cum aurea puppi, veloq; purpureo in altum ſe dedit. Mox
ſecutus Antonius. ſed inſtat veſtigijs eorum Cæſar. Itaque nec præparata in
Oceanum fuga, nec munita præſidijs vtraque Aegypti cornua Paretonium
**primus ferrum occupauit.* atque Peluſium profuere. Prope fuere, prope manu tenebantur. * primum
inferum occupauit Antonius, regina ad pedes Auguſti prouoluta tentauit
oculos ducis. fruſtra quidem. nam pulchritudo intra pudicitiam principis
**offerebatur,* fuit. nec illa de vita, quæ * auſerebatur, ſed de parte regni laborat. Quòd
vt deſperauit à principe, ſeruarique ſe triumpho cognouit; incautiorem na-
**regum* cta cuſtodiam, in mauſoleum ſe * regnum recepit, ibique maximos, vt ſo-
lebat, cultus induta, in referto odoribus ſolio, iuxta ſuum ſe collocauit
Antonium, admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſo-
luta eſt. Hic finis bellorum Auguſti Cæſaris, tam cum ciuibus, quàm cum
extraneis. Sic quoque Auguſtus, vt Cæſar Octauianus; quo nullus impera-
torum in bellis felicior, nec pace moderatior fuit, ciuiliſſimus in omnibus;
qui ab oriente in occidentem, à ſeptentrione in meridiem, ac per totum O-
**Iani* ceani circulum, cunctis gentibus vna pace compoſitis, * iam portas ipſe tunc
Auguſtus Ianũ geminum clauſit. clauſit, & cenſum Romæ cum Tiberio cogitans, inuenit hominum nonagies
trecenta ſeptuaginta milia, omnemque orbem venientis Ieſu Chriſti natiui-
tate, pacatum cenſeri præcepit, regnauitque annos quinquaginta ſex: ſed im-
perio eius ſecundo ac quadrageſimo anno, Dominus Ieſus Chriſtus ex ſpi-
ritu ſancto ac Maria virgine deus verus ac homo verus naſci dignatus eſt.
quatuordecim reſiduos annos poſt domini aduentum corporali præſentia,
in pace regnans, & ipſe ſingularem obtinuit principatum, & poſteris ean-
dem imperij poteſtatem, cum ſuo nomine Auguſti derelinquens, rebus ex-
Tiberius. ceſſit humanis, ſucceſſorem relinquens Tiberium priuignum ſuum. Tiberi-
us Auguſtus Cæſar regnauit annos viginti tres, qui multos reges ad ſe blan-
dicijs euocatos, nunquam ad propria regna remiſit, in quibus & Archelaum
Cappadocum regem. Cuius & regno, poſtquam defunctus eſt, in prouinci-
am verſo, Maſacam ciuitatem eius de nomine ſuo Cæſaream vocitauit. hu-
ius verò annos xviij dominus noſter Ieſus Chriſtus ſub Pontio Pilato in Iu-
Caius Caligula. dæa carne paſſus eſt, non deitate. Caius Cæſar cognomento Caligula re-
gnauit annos tres, menſes decem. hic namque Memmium Regulum coëgit,
vt vxorem ſuam ſibi lege filiæ coniugem daret, inſtrumentaque matrimo-
nij vt pater conſcriberet. hæc & hijs ſimilia perpetrans, necnon & in templo
Hieroſolymitano Iouis ſtatuam per Gaium Petroniũ ſtatuens, & in Alexan-
dria Iudæos per Flaccum Anilium præfectum opprimens, poſtremo à prote
Claudius. ctoribus ſuis in palatio Romæ occiſus eſt, anno ætatis vigeſimonono. Clau-
dius dehinc huic ſuccedens, regnauit annos tredecim, & menſes nouem. fe-
cit etiam hic Claudius expeditionem in Britanniam inſulam, quam iam ne-
mo ante Iulium Cæſarem, neque poſt eum quiſquam adire auſus fuerat, [ex-
ercitum duxit] ibique ſine vllo prælio ac ſanguine, intra pauciſſimos dies, plu
rimam inſulæ partem in deditionem recepit. Orchadas autem inſulas in-
tra Britanniam in Oceano poſitas, Romano adiecit imperio. Ac ſexto, quo
profectus erat, menſe Romam repedauit, ibique defunctus eſt annorum ſe-
Nero. xagintaquatuor. Nero nepos Caij Caligulæ regnauit annos trede-
cim, menſes octo: tantæque luxuriæ fuit, vt frigidis & calidis lauaretur vn-
guentis. Is etenim non ſolum quidem non profuit reipublicæ, imò ob-
fuit nimis. Nam duas legiones in Armenia cum ipſa prouincia ſimul ami-
Romanis. ſit, qui Parthico iugo ſeruientes, grauem infamiam * rationis dederunt.
Iuxta omne ſcelus & paricidium, quod in proprios parentes commiſerat,
addidit facinus, vt ad inſtar Troiæ Romam incenderet, manuſque inijci-
ens in Chriſtianos, perſecutionem concitat, ipſoſque doctores fidei Pe-
trum

trum ac Paulum in vrbe interemit, alterum cruci affigens, alterum capite
plectens.eoque cum dedecore regno euulſo, Galba in Hiberia, Vitellius in *Galba.* *Vitellius.*
Germania, Ottho Romæ imperium arripuerunt, omnesque tamen çeleri in- *Otho.*
teritu interierunt. Veſpaſianus apud Iudæam ab exercitu in regnum aſci- *Veſpaſianus.*
tus, regnauit annis decem. Nam relicto filio ſuo Tito ad expugnationem
Hieroſolymorum, ipſe Romam profectus regnauit in pace. Titus filius *Titus.*
Veſpaſiani, idemque Veſpaſianus debellator Iudæę gentis, regnauit annis
* duodecim menſibus duobus. hic nanque ſecundum Ioſephi fidem, vn- * *duobus*
decies centena millia Iudæorum fame & gladio interemit, & alia centum
milia captiuorum publicè vendidit. Tantam multitudinem in Hieroſoly-
mis autem paſchalis feſtiuitas adunauerat. Domitianus frater Titi, filius *Domitianus.*
Veſpaſiani, regnauit annos xv, menſes quinque, tantæque fuit ſuperbiæ, vt ſe
deum ab omnibus primùm appellari præciperet. multosque nobilium exi-
lio relegans, nonnullosque occidens, de ſubſtantijs eorum aureas argente-
asque ſibi ſtatuas fecit, manusque in Chriſtianos inijciens, Ioannem apoſto-
lum & euangeliſtam, poſtquam in feruenti oleo miſſum non potuiſſet ex-
tinguere, in Pathmos eum inſulam relegauit, vbi apocalypſim vidit. Cuius
crudelitatem non tolerantes Romani, in palatio Romæ interficere ſtatue-
runt; omneque, quod conſtituerat, irritum fore. Nerua admodum ſenex *Nerua.*
regnauit anno vno, menſibus quatuor, qui vt priuata vita leuis, leuior fuit
in regno, nec quicquam profuit Reipublicæ, niſi quòd Traianum ſe viuen-
te elegit.

Traianus paenè omnium Imperatorum potior regnauit annis xviij, men- *Traianus.*
ſibus vj. hic enim de Dacis Scythisque triumphauit, Hiberosque & Sauro-
maras, Oſdroenos, Arabas, Boſforanos, Colchos edomuit, poſtquam ad fe-
ritatem proruperunt. Seleuciam, & Cteſiphontem, Babyloniamque perua-
ſit & tenuit. Necnon & in mari rubro claſſem, vnde Indiæ fines vaſtaret, in-
ſtituit; ibique ſuam ſtatuam dedicauit, & poſt tot labores apud Seleuciam
Iſauriæ profluuio ventris anno ætatis extinctus eſt ſexageſimo tertio, oſſa-
que eius in vrna aurea collocata, & in foro ſub columna poſita, ſolusque o-
mnium Imperatorum intra vrbem ſepultus. Adrianus * Italiæ de Hiſpania * *Italicæ*
natus, conſobrinæ Traiani filius, regnauit annis viginti vnum. hic paenè nil *Adrianus.*
profuit reipub. niſi quòd dudum ſubuerſas, Alexandriam & Hieroſolymam
proprijs reparauit expenſis, nonnullisq; in locis publica relaxauit tributa.
Hieroſolymam ſiquidem ſuo de nomine * Iliam appellans, nulli Iudæorum * *Æliam*
ingredi permiſit. Nam claret eum inuidum factis Traiani, quia mox vt ei ſuc-
ceſſit, ilicò nulla neceſſitate faciente, exercitum ad ſe rouocans, Meſopota-
miam, Aſſyriamq;, & Armeniam Perſis reliquit, Eufratem fluuiũ finem ter-
minumq; inter Parthos Romanosq; conſtituens. Quo regnãte, Aquila Pon-
ticus ſcripturas de Hebræo tranſtulit. Adrianus morbo apud Baias quatien-
te obijt. Antoninus cognomento Pius cum ſuis liberis Aurelio & Lucio re- *Antoninus pius.*
gnauit annis xxij, menſibus iij. Et ſi non profuit quidquã Antoninus, nullam
tamen læſionem reſpublica ſenſit. Defunctus eſt duodecimo vrbis miliario,
in villa Sualoris nuncupata, anno ętatis ſeptuageſimo ſexto. Regnauit annis
xix. menſe vno. Marcus Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius Com-
modus affinitate coniuncti, æquo iure imperium adminiſtrauerunt. E qui- *M. Antoninus philoſophus.*
bus iunior contra Parthos arma mouens, magna egit & fortia, Seleuciamq;
vrbem eorum cum quadringentis milibus accepit pugnatorum. Senior ve-
rò multis ſæpe bellis interfuit, ſępiusq; per duces ſuos triumphum reuexit
maxima de gente Quadorũ, è quibus cum magna gloria triumphauit. Sed *Quadi.*
vnus in Alteno apoplexiam paſſus defunctus eſt; alter in Pannonia vrbe pe-
rijt. Commodus filius Antonini regnauit annis tredecim, magnumque *Commodus.*

triumphum de gente reuexit Germanica, & poſt hæc in domo Veſtiliani
** Heluius Pertinax.* ſtrangulatus defecit. * Helius Pertinax maior ſexagenario, quum præfectu-
ram ageret, ex ſenatuſconſulto imperator creatus regnauit menſes ſex. Hic
etenim obſecrante ſenatu, vt vxorem ſuam Auguſtam, filiumque Cæſarem
appellaret; Sufficere, inquit, debet, quòd ego ipſe inuitus regnaui, quum
Iulianus. non mereter. Nimis æquiſſimus, omniumque communis, quem Iulianus iu-
riſperitus in palatio eius peremit, ipſeque poſtea à Seuero occiſus eſt. Se-
Seuerus. uerus genere Afer, Tripolitanus, regnauit annis decem & octo, vltusque eſt
occiſionem Pertinacis in Iuliano. ſe quoque Pertinacem appellauit. Hic e-
tenim Parthos & Adiabenos, contra Romanos inſurgentes, mirabiliter ſu-
perauit. Arabas quoque interiores ita cęcidit, vt regionem eorum Roma-
nam faceret proninciam. Sic quoque triumphans, Parthicus, Arabicus, Adi-
abenicus dictus eſt. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Iudæo-
rum factus proſelytus, item diuinas ſcripturas ex Hebræo ſermone, Græca
** poſt quem* lingua transfudit, ſuamq; condidit editionem, * poſtquam paenè tertio an-
no ſecutus Theodotion Ponticus, item ſuam in eodē ſuo opere editionem
ſcripturarum compoſuit. Britannicum bellum exortum, vnde Seuerus mi-
rabiliter triumphauit.

Antoninus cognomēto Caracalla, filius Seueri, regnauit annos ſeptem.
Caracalla. ** eiuſmodi* Nam ideo hoc nomen nactus eſt, (eo) quòd * eiuſdem veſtium genera Ro-
mæ de manibus erogans, ſibi nomen Caracalla, & veſti Antoniana dederit.
Sub hoc iterum editio ſcripturarum diuinarum, quam Quintam vocamus,
in Hiericho in dolio reperta eſt. Hic etenim Imperator, dum contra Perſas
** in Oſdroenes Edeſſa* mouit procinctum, * Oſdroene Aedeſſa defunctus eſt. Macrinus præfęctu-
Macrinus. ram agens prætorionam, Imperator creatus eſt. regnauitque anno vno, oc-
Heliogabalus. ciditurque ab Archelaide. Marcus Aurelius Antonini Caracallæ filius, tem-
plique Heliogabali ſecerdos, imperator factus, anno quarto Emaus in Iu-
dæa constructa, & Nicopolis nominata. Tunc & Africanus egregius ſcriptor
** ad principem.* temporum, pro ipſa legationem ſuſcepit * à principe. Sed imperator dum
nullum genus obſcœnitatis in regno ſuo, quòd non faceret, prętermittebat;
** III s.* occiſus eſt à tumultu militari. regnauit annis * tredecim. Alexander Mameę
Alexander. filius, ignobilis fortunæ exiſtēs, adhuc iuuenis, regni moderationem ſuſce-
pit: moxque contra Xerxem regem Perſarum arma arripiens, mirabiliter de
Parthorum ſpolijs triumphauit. Sub huius item imperio, in Nicopoli Actia-
ca, id eſt, Epiro, editio, quæ ſexta dicitur diuinarum ſcripturarum, in dolio
Maximinus reperta eſt: ipſeque Mogontiaco tumultu occiditur militari. Maximinus
Gothus. genere Gothico, patre Micca, Abaqua Alana genitus matre, ſola militum
voluntate ad imperium conſcendens, bellum aduerſus Germanos feliciter
geſſit. Indeq; reuertens, contra Chriſtianos inteſtina prælia, vix annos tres
Gordianus. regnans, Aquileiæ à Pupieno occiſus eſt. Gordianus admodum puer Impe-
rator factus, vix regnauit annos ſex. Hic etenim mox vt Romam ingreſſus
eſt, ilicò Papienum & Balbinum, qui Maximinum occidentes tyrannidem
arripuerunt, occidit: Ianumq; geminum aperiens, ad Orientem prouectus,
Parthis intulit bellum, indeq; cum victoria reuertens, fraude Philippi præ-
fecti prætorij, haud longè à Romano ſolo interfectus eſt.

Philippus. Philippus imperium impudenter ingreſſus, regnauit annis ſeptem. Hic
etenim filium ſuum, id eſt, Philippum conſortem regni fecit, ipſeq; omnium
imperatorū Chriſtianus primus effectus eſt, tertioq; anno imperij ſui, feſti-
uitatem Romanæ vrbis milleſimo anno, quē expleuerat, celebrauit; vrbém-
** ſuprà Pulende na. aliàs Eumolpida.* que nominis ſui in Thracia, quæ dicebatur * Pulpudena, Philippopolim re-
conſtruens nominauit. Decius Pannonia inferiore Bubalia natus, occiſis
Decius. Philippis vtriſque, regnauit anno vno, menſibus tribus. armiſque in Chri-
ſtianos

ſtianos erectis, ob Philipporũ nominis odium, ipſe bellantibus Getis cum
filio ſuo crudeli morte occubuit abrupto. Gallus & Voluſianus regnaue- *Gallus & Voluſianus.*
runt annis duobus, menſibus quatuor. Hi quum aduerſum Aemilianum, qui
in Mœſia res nouas moliebatur, ex vrbe profecti eſſent, in Foroflaminij in-
terfecti ſunt. Aemilianus verò tertio menſe inuaſæ tyrannidis extinctus eſt.
Valerianus & Gallienus, dum vnus in Rhetia à militibus, alter Romæ à ſe- *Valerianus & Gallienus.*
natu in imperio leuarentur, regnauerunt annos quindecim. Valerianus ſi-
quidem in Chriſtianos perſequutione commota, ſtatim à Sapore rege Per-
ſarum capitur, ibique ſeruitute miſerabili conſeneſcit. Gallienus illius exi-
tum cernẽs, Chriſtianis pacem dedit: ſed dum nimis in regno laſciuiret, nec
virile aliquid ageret, Parthi Syriam Ciliciamq́; vaſtauerunt. Germani & A-
lani Gallias deprædantes, Rauennam vſq; venerunt. Græciam Gothi vaſtan-
tes, Quadi & Sarmatę Pannonias inuaſerunt. Germani rurſus Hiſpanias oc-
cupauerunt. idcirco Gallienus Mediolani occiſus eſt. Claudius regnauit *Claudius.*
anno vno menſibus octo. Qui Gothos iam per xv annos Illyricum Macedo-
niamq́; vaſtantes, bello adortus, incredibili ſtrage deleuit, ſcilicet vt in curia
ei clypeus aureus, & in Capitolio ſtatua aurea poneretur, occiſusq́ue apud
Sirmium eſt. Poſt cuius mortem Quintilius frater eius à ſenatu Auguſtus ap- *Quintilius.*
pellatus, octauodecimo imperij ſui die Aquileiæ occiſus fuit. Aurelianus *Aurelianus.*
Dacia Ripenſi oriundus, regnauit annos quinq;, menſes ſex. Qui mox Te-
trico apud Catalaunios prodente exercitu Gallias recepit, expeditioneq́ue
facta vltra Danubium, Gothos magnis prælijs profligauit, cultoresq́; diuini
nominis perſequutus eſt. Odenatus Palmyrenus ante ipſum collecta ruſti-
corum manu, Perſas de Meſopotamia expellẽs, ipſe ea loca inuaſerat. Quo
occiſo, vxor ſua orientis tenebat imperium: contra quam expeditionem ſu-
ſcipiens Aurelianus, apud Hymnas vicum Antiochiæ ſuperauit, Romæq́; in
triumpho viuam perduxit. Ac dehinc ſecundò arripiens expeditionem, in-
ter Byzantium & Heracleam in * Cenophrurio viæ veteris occiditur. Taci- ** καινοφρουρίῳ*
tus regnauit annos ſex. Quo occiſo apud * Pontem Florianus ſuſcepit im- *Tacitus.*
perium, tenuitq́; diebus trecentis quinquaginta octo. Similiter & ipſe apud ** caſtellum ad*
Tarſum interfectus eſt. Probus regnauit annos ſex, menſes quatuor. Hic *Danubiũ, de quo*
enim Gallos & Hiſpanos vineas habere permiſit. Quo tempore Satur- *Procopius in ædificijs.*
ninus magiſter militũ dum ad reſtaurationem Antiochenæ ciuitatis miſſus *Probus.*
fuiſſet, abrepta ibidem tyrannide, mox oppreſſus eſt, & Apamię interfectus.
Ipſe quoq; imperator Probus tumultu militari Sirmio in turre, quæ vocatur
Ferrata, occiſus eſt. Carus cum filijs Carino & Numeriano regnauit annos *Carus, Carinus,*
vndecim, oriundus Narbona Galliæ. Hic admirabiliter pænè omni Perſide *Numerianus.*
vaſtata, nobiliſſimas earum vrbes occupauit, * Clochem & Cteſiphontem. ** aliàs Seleuciã*
Bellum Sarmaticum feliciter ſuperauit. Ipſe quoq; Carus ſuper Tigridem a-
mnem dum caſtrametaret, fulmine ictus occubuit. Numerianus autem oc-
culorum dolore tentus, dum in lecticula veheretur, ſoceri ſui Apri inſidijs
occiſus eſt. fœtor cadaueris vix tertio die agnitus eſt. Carinus verò apud
Margum in prælio victus occiditur. Diocletianus Dalmata ſcribæ filius *Diocletianus.*
Imperator elatus, regnauit annis viginti. Hic etenim mox, vt in regno eleua-
tus eſt, ilicò Aprum in militum concione percuſſit, iurans ſine ſuo ſcelere il-
lum Numerianum interemiſſe, & mox in cõſortium ſuum Maximianũ Her-
culium aſciuit. Qui Maximianus ruſticorum multitudine oppreſſa, quos Ba- *Maximianus.*
gandas dicunt, pacem Gallis reddidit. Quo tempore Carauſius ſumpta pur-
pura, Britannias occupauerat. Narſeus rex Perſarum Orienti bellum intule-
rat. * Quinquegentiani Africam infeſtauerant, Achilleus Aegyptum inuaſe-
rat. Ob quæ Conſtantius, & Galerius, ac Maximianus Cæſares aſſumũtur in ** Quinquagintani ſuprà*
regnum. Quorum Conſtantius, Claudij ex filia nepos fuit: Galerius in Da- *Cæſares creati.*

cia,non longè à Sardica natus. Atque vt eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Conſtantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua ſex liberos procreauit: Galerius autem Valeriam Diocletiani filiam accepit, vtræque priſtina matrimonia repudiantes. Carporum ſiquidem gens tunc deuicta, & in Romanum ſolum translata eſt. Tunc etenim primus omnium imperatorum Diocletianus adorari ſe vt deum præcepit,& gemmas veſtibus calciamentisque inſeruit: diademataque in capite ante eum omnes,cum chlamyde tantùm purpurea, vt à priuatis diſcernerentur,habebāt, & vt iudices ceteri ſalutabantur. Aſſumpta ergo vnusquisque principum expeditione, Diocletianus Aegypti tyranno octauo menſe deuicto, prouinciam cunctam ſubegit. Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos exſuperauit. Conſtantius iuxta Lingonas vna die ſexaginta milia Alemannorum cęcidit. Galerius Maximianus victus primo prælio à Narſeo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. Qua verecundia compunctus,ſecundo viriliter dimicauit, ſuperauit Narſeum,vxores eius abegit ac liberos, & cum debito honore à Diocletiano ſuſceptus eſt. Poſt quam victoriam mirabiliter Diocletianus & Maximianus Romæ triumpharunt, * ac de liberis,cedentibus ſibi liberis vxoribusque regis Perſarum, prædáque illa ingenti gentium diuerſarum. Sic quoque concitata perſequutione in Chriſtianos, Diocletianus in Cappadocia defunctus eſt. Conſtantius

** præcedentibus ſibi*

Aliquot impp. heic deſiderātur.

* * *

Iulianus.

Iulianus apoſtata regnauit anno vno,menſibus octo,relictaque Chriſtianitate,ad idolorum culturam conuerſus eſt,multosque blanda perſequutione illiciens ad ſacrificandum idolis compulit.Ipſe quidem vir egregius,& Reipub.neceſſarius,Parthis ingenti apparatu intulit bellum. Vbi proficiſcens, Chriſtianorum poſt victoriam ſanguinem dijs ſuis vouit. Nonnulla Parthorum oppida in deditionem accepit, multaque vi populatus eſt,caſtraq; aliquandiu apud Creſiphontem habuit. Vnde egreſſus dolo cuiuſdam transfugæ in deſerta perductus, cum vrentis ardore ſolis confectus periret exercitus,ipſe tantorum diſcriminum anxius, dum per vaſta deſerti euagatur incautius,ab obuio quodam hoſtium equite conto ilia percuſſus interijt, anno ætatis ſuæ triceſimo tertio.*Poſtquam ſequenti die ab exercitu †Iouianus,domeſticorum in regno aſcitus eſt. Iouianus regnauit menſes octo,qui mox neceſſitate compulſus,Nizibin, & magnam Meſopotamiæ partē Sapori regi Parthorum contradidit,ipſeque odore prunarum pronocatus defunctus eſt †Daclaſthamæ,anno ætatis triceſimo tertio.

** poſt quem*

† Iouianus tribunus domeſticorum

† Dadaſtenis

Valentinianus & Valens.

Valentinianus & Valens regnauerunt annos tredecim,menſibus quinque. Nam Pannones erant Cibalienſes, vtrinque germani. in Nicomedia tribunatum Valentinianus agebat,qui Imperator creatus,fratrem ſuum Valentem regni ſocium aſſumpſit. Ipſe verò egregius, & Aureliano ſimilis moribus,niſi quòd ſeueritatem nimiam &parcitatem,quidam crudelitatem & auaritiam cauſabantur. relicto germano Orientali in regno, ipſe Heſperium tenuit. Quo tunc regnante, alter Valentinianus in Britannia tyrannidem aſſumens,in continenti oppreſſus eſt. Conſtantinopoli quoque Procopius quidam contra Valentem inſurgens, nihilque præualens, vrbe egreditur,& in Phrygiam ſalutarem tyrānizans extinctus eſt, multiq; partis Procopianæ cęſi atq; proſcripti. Valens ab Eudoxio Arianorū epiſcopo ſuaſus & baptizatus,contra Orthodoxos infeſtus inſurgit. Gratianum filium ſuum Valentinianus Ambianis imperatorem conſtituit, quem habuit de † ſerua priore iugali; & contra Saxones, & Burgundiones,qui plus octoginta milia armatorum primùm Rheni in limbo caſtrametaſſent, monit procinctum. ſed apoplexiā ſubitò & ſanguinis eruptione Brigione defunctus eſt. Tunc

Gratianus.

† Seuera

Gratia-

Valẽtinianus II.

Gratiann Valentinianum fratrem de Iuſtina Sicula vxore natum, in regno conſortem aſſumit. Nam Valentinianus ſenior dudum laudante Seuera vxore ſua pulchritudinem Iuſtinæ, ſibi eam ſociauit in matrimonio, legesq; propter illam conceſſit, vt omnes viri, qui voluiſſent, impunè bina matrimonia ſuſciperent: quia ideo populoſa *Arſorum gens eſt, quia hoc apud eos ſolenne eſt, & multarum vxorũ vnus auditur maritus. Decepta ergo, vt diximus, Iuſtina Valentinianus edidit ex ipſa quatuor filios, Valentinianum ſupradictum impetatorẽ, Gratam, Iuſtamq;, & Gallam. de qua Galla dehinc Theodoſius Imperator, Flacilla defuncta, quę Arcadium Honoriumq; pepererat, Placidiam generauit, quæ mater fuit moderni Valentiniani iunioris imperatoris. Sed nos ad propoſitum redeamus. Valens Imperator lege * data, vt monachi militarent, nolentes iuſſit interfici. quando & Theodoſius, Theodoſij Imperatoris poſtea pater, multiq; nobilium occiſi ſunt Valẽtis inſania.

** Partherum*

** lata. intelligit autem, vti videtur, l 26. C. de Decurion.*

Gratianus Imperator Alemannorum plus triginta milia apud oppidum Argentarium Galliæ in bello proſtrauit, Galliasq; pacauit. Gens Hunnorum ſuper Gothos irruens, certos ex ipſis ſubiugat, alios fugat. Qui venientes in Romaniam, ſine armorum ſuſcepti diſpoſitione, per auaritiam ducis Maximi fame compulſi, rebellare coacti ſunt: ſuperatisq; Romanis in congreſſione, funduntur in Thracias. Contra quos Valens ab Antiochia exire compulſus, in Thraciam proficiſcitur, ibiq; lacrymabili bello commiſſo, imperator ſagitta ſaucius, in caſam deportatur viliſſimam, vbi ſuperuenientibus Gothis, igneq; ſuppoſito, incendio concrematus eſt. Gothi verò occiſo imperatore, iam ſecuri ad vrbem properant Conſtantinopolitanam, vbi tunc Dominica Auguſta Valentis vxor multam pecuniam plebi largita, ab vrbis vaſtatione hoſtes ſubmouit, regnumque cognati, vſque dum ille Theodoſium ordinaſſet, fideliter vtiliterque ſeruauit.

Theodoſius.

Theodoſius Hiſpanus, Italicæ diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Auguſto apud Sirmium poſt Valentis interitũ, factus eſt imperator, regnauitq; annos xvij. veniensq; Theſſalonicam, ab Anatolio ſancto epiſcopo baptizatus eſt, admodumq; eccleſiæ religioſus enituit propagator, Reipublicæq; defenſor eximius. Nam Hunnos & Gothos, qui eam ſub Valente defatigaſſent, diuerſis prælijs vicit, atque à praua vaſtatione compeſcuit. Cum Perſis quoq; petitus pacem pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & ſibi Gallias vindicabat, apud Mediolanum vnà cum Valentiniano imperatore aggrediens ab Oriente clauſit, cepit, occidit. Eugenium quoq; tyrannum atq; Arbogaſtem diuino auxilio præditus vicit, deletis eorum decem milibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confiſus viribus Arbogaſtis, poſtquã apud Viennam Valentinianũ extinxerat, inuaſit; ſed mox ſimul cum vita imperium perdidit. Nam occiſo Arbogaſte deſperans, ſua ſe manu peremit: omnibusq; inimicis Theodoſius ſuperatis, in pace rebus humanis apud Mediolanũ exceſſit, vtramq; Rempub. vtriſq; filijs quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Conſtantinopolim allatum atq; ſepultum.

Arcadius & Honorius.

Arcadius & Honorius fratres, filij Theodoſij Imperatoris, vtrumq; imperium diuiſis tantùm ſedibus tenere cœperunt, id eſt, Arcadius ſenior Conſtantinopolitanam vrbem, Honorius verò Romanam. Tunc Ruffinus patricius Arcadio inſidias tendens, Alaricum Gothorũ regem, vt Græcias deuaſtaret, miſſis clàm pecunijs inuitauit. Porro * deiectus Ruffinus, ab Italiæ militibus [&] Arcadio cum † Gama comite miſſus, ante portas vrbis detruncatus eſt. caput eius cum dextera mauu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum, vxoreq; eius exſulata, opes cunctas Eutropius ſpado promeruit. Gildo Africæ comes à Theodoſio dudũ ordinatus, ac ſi iuuenile regnũ vtrumq; deſpiciens, ſibi velle cœpit Africã tenere, & à fratre proprio Maſcelzer dum ſe

** detectus*

** Gaina comite miſſis*

Gaina vidiſſet deiectum, oppreſſioniq́ue vicinum, propria ſe manu peremit. * Gaina verò ſuprà nominatus comes Conſtantinopoli ciuile bellum commouens, totam vrbem igni ferroq́ue turbauit, fugienſq́ue ad Helleſpontum piratico ritu viuebat. contra quem nauali prælio dato, multi Gothorum eius extincti: ipſe quoque bello euadens, mox tamen complectitur. poſt cuius oppreſſionem, Iſauri per montem Taurum curſitantes, ingens diſpendium Reipubl. impetrarunt. contra quos * Narbazapatus directus, maius continuò rependit incommodum. Heſperiam verò plagam in regno Honorij imperatoris primùm * Radagaſius Scyta cum ducentis milibus ſuorum inundauit. Quem Huldi & Sarus Hunnorum Gothorumq́ue reges ſuperantes, omnes captiuos, quos retulerant, ſingulis aureis vendiderunt. Stilico verò comes, cuius duæ filiæ, Maria & * Hermancia, ſingulæ vxores Honorij principis fuere, & vtræque virgines ſunt defunctæ, ſpreto Honorio, regnúmque eius inhians, Alanorum Suauorumq́ue gentes donis pecunijſque illectas, contra regnum Honorij excitauit, Eucherium filium ſuum paganum, & Chriſtianis inſidias molientem, cupiens Cæſarem ordinare. Qui cum eodem filio ſuo deiecto, dolo occiſus eſt. Quo anno & Arcadius orientalis imperator * regnans poſt obitum patris annos xiij in imperio fuit. Theodoſius iunior Arcadij filius loco patris ſucceſſit in imperio, adoleſcens egregius, regnauitq́ue annos quadraginta tres. Alaricus rex Vuiſegothorum vaſtata Italia, Romam ingreſſus eſt, opeſq́ue Honorij Auguſti deprædatus, Placidiam ſororem eius duxit captiuam. Quam poſt hæc Ataulfo ſucceſſori ſuo, in matrimonium vt acciperet, delegauit. Conſtantinus tunc quidam Gallijs occupatis inuaſit imperium. Hoſtes eius contra eum ſæuientes, filiumq́ue eeius regno priuare cupientes, monachum fecerunt eum. Ipſe ſanus à Gallia reuertens, ſtatim filium ſuum Conſtantem ex monacho Cæſarem ordinauit. Sed mox ipſe apud Arelatum, filius eius apud Viennam regnum cum vita amiſerunt. Itemq́ue eorum exitus immemores Iouinus & Sebaſtianus in Gallijs tyrannidem moliuntur: ſed & ipſi ilicò eſſe deſierunt. Heracleanus poſt hæc cum ſeptingentis & tribus nauibus armatis ad vrbem Romam deprædandam venit, contra quem Marinus comes egreſſus, ſic eum perterruit, vt tãtùm cum vna naui Karthaginem fugeret, vbi mox ingreſſus interfectus eſt. Valia rex Vuiſigothorum facta pace cum Honorio, Placidiam ſororem eius reddidit: quam Conſtantio patricio, qui eam reuocauerat, in matrimonio iungens, Honorius, rebus exceſſit humanis. Maximus & Iouinus de Hiſpanijs ferro vincti, adducti, atque interfecti ſunt. Ioannes verò Honorio defuncto regnum Occidentale inuaſit. contra quem Placidia creata Auguſta, & Valentinianus filius eius Cæſar diriguntur: quem & dolo potius Aſparis & Artaburis, quàm virtute ſuperauit. Occiſoq́ue Ioanne tyranno, Valentinianus Rauennæ imperator à patruele Theodoſio ordinatur, cuius germana Honoria dum ad aulæ decus virginitatẽ ſuam cogeretur cuſtodire, clàm miſſo clientulo, Attilam Hunnorum regem inuitat in Italiam. quumq́ue veniente Attila votum ſuum nequiret explere, facinus quod cum Attila non fecerat, cum Eugenio procuratore ſuo committit. Quam obrem tenta à germano, & in Conſtantinopolim Theodoſio principi deſtinata eſt. Poſt hæc tertio anno Valentinianus Imperator à Roma Conſtantipolim ob ſuſcipiendam in matrimoniũ Eudoxiam Theodoſij principis filiam venit, dataque pro munere * ſocijs ſuis tota Illyria, celebratis nuptijs ad ſua regna cum vxore receſſit. Africana prouincia per Bonifacium comitem Vuandalis tradita, à Romano iure ſubtracta eſt. quia Bonifacius dum in offenſam Valentiniani veniſſet, malo publico ſe defendere voluit; inuitatoq́ue ab Hiſpanijs Gizericho Vandalorum rege, dolum quem conceperat, peperit. Hunnorum

Marginal notes: * Arbazacius — * Radagaiſus — * Thermantia. — * moriens Theodoſius. — Valia rex Gothorum. — Ioannes tyrannus. — Valentinianus III. — Honoriæ flagitioſa libido. — * ſocero ſuo

norum rex Attila iunctis ſecum Gepidis,cum Ardarico, Gothiſque & Vualanis,diuerſiſq; alijs nationibus, ſuis cum regibus, omnem Illyricum Thraciamque,& vtramque Daciam,Mœſiam,& Scythiam populatus eſt. Contra quem egreſſus Arnegiſtlus magiſter militum Mœſiæ,apud Marcianopolim fortiter dimicauit:eo quoque ſub ſe decidente præuentus eſt,& nec ſic quieſcens bellare,occiſus eſt. Marcianus Imperator regnauit annos ſex,menſes ſex. Hic enim mox defuncto Theodoſio in regno aſcitus, Pulcheriam germanam Theodoſij, quæ in palatio matura mulier virginitatem ſeruauerat,in matrimonio adſumens; regnum, quod delicati deceſſores prædeceſſoreſque eius per annos ferè ſexaginta viciſſim imperantes minuerant, diuina prouiſione ſic reparauit, vt exultatio ingens cunctis accreſceret. Nam cum Parthis & Vuandalis omnino infeſtantibus pacem inſtituit,Attilæ minas compeſcuit, *Nouades Blemmyeſq; Aethiopia prolapſos per Florum Alexandrinæ vrbis procuratorem ſedauit,& pepulit à finibus Romanorum, obitumque Attilæ & Zenonis Iſauri interitum, antequam moreretur,felix comperit: infelicium omniumque inimicorum ſuorum colla domini virtute calcans,ſexto anno,ſextoq; menſe regnans,in pace quieuit. Valentinianus autem occidentalis imperator, dolo Maximi patricij,cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio, per Obtilam & Thransfiſtilam Aetij [ſatellitis] ſatellites,iam percuſſo Cerealio ſpadone,truncatus eſt. Imperiũ quoq; eiuſdem Maximus inuaſit,tertioq; tyrannidis ſuæ menſe membratim Romæ à Romanis diſcerptus eſt. Gizericus tunc rex Vandalorum ab Eudoxia Valentiniani vxore inuitatus, ex Africa Romam ingreſſus eſt, eaq; vrbe rebus omnibus exſpoliata, eamdem Eudoxiam cum duabus filiabus ſecum in Africam rediens duxit. Leo Beſſica ortus progenie, Aſparis patricij potentia ex tribuno militum factus eſt imperator. Cuius nutu mox Valentiniani apud Rauennam Maioranus Cæſar eſt ordinatus, qui tertio necdum anno expleto in regno, apud Dertonam occiditur, locumque eius ſine principis iuſſu Leonis, Seuerianus inuaſit: ſed & ipſe tyrannidis ſuæ tertio anno expleto,Romæ occubuit. Tunc Leo Anthemium,diui Marciani generũ,ex patricio Cæſarem ordinans, Romæ in imperio deſtinauit, Bigelemque Getharum regem per Ardaburem Aſparis filium interemit, Baſiliſcum cognatum ſuum,id eſt, fratrem Auguſtæ Verinæ in Africam dirigens cum exercitu,qui nauali prælio Karthaginem ſæpe aggrediens,ante eam victus cupiditate,pecunijs vendidit regi Vnandalorum; quam in Romanorum poteſtatem redegerat. Aſparem autem patricium, cum filijs Ardabure & Patriciolo, Zenonis generi ſui inſtinctu in palatio trucidauit, ociſoque Romæ Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte ſua in matrimonio, apud Rauennam per Domitianum clientem ſuum Cæſarem ordinauit. Qui Nepos regno potitus legitimos Glycerium,qui ſibi tyrannico more regnum impoſuiſſet,ab imperio expellens,in Salona Dalmatiæ epiſcopum fecit. Sic quoque Leo Leonem iuniorem ex *Ariagne filia nepotem ſuum in imperio ordinans orientali,anno ſui ſextodecimo obijt. Leo iunior mox paucis menſibus quum puerile,ordinanter tamen,rexiſſet imperium; manu ſua genitorem ſuum Zenonem coronans,imperatoremque conſtituens,rebus exceſſit humanis.

Attilæ vaſtationes.

Marcianus.

* *Nobades*

Gizericus Romam capit.

Leo magnus.

* *Ariadne*

Leo minor.

Zenon natione Iſaurus, gener Leonis imperatoris, regnauit annis decem & ſeptem. Hic etenim dum proceſſibus Chalcedone degeret,ſubitò Verina Auguſta ſocrus ſua fratrem Baſiliſcum in imperium inducens, Auguſtum in vrbe appellauit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone ſine aliqua Reipub. læſione in Iſauriam receſſit,malens ſe ſolum cum *Ariagne Auguſta exſulare, quàm ſua cauſa Reipubl. aliquid ex bellis ciuilibus incom-

Zeno.

* *Ariadne*

modum prouenire. Quod Baſiliſcus cognoſcens, Zenonisq; fuga lætatus, Marcum filium ſuum Cæſarem ordinauit. Qui perfidia Neſtoriana inflatus, multa contra eccleſiam tentauit protinus agere: ſed volente Deo ante inflatus crepuit medius, quàm pænitens ſtare potuerat. Nam reuertens Zenon rurſus in regnum proprium, & eum, & patrem, & matrem in exilium oppidi

** Cucuſi, Cedren*

* Slemnij prouinciæ Cappadociæ deſtinauit. Vbi quia charitas dei & proximi in illis refrixerat, frigore conſumpti ſunt, vitamque cum regno amiſerunt. Parte verò Heſperię, Nepote Imperatore Oreſtes fugato, Auguſtulum

** Rugus*

ſuum filium in imperium collocauit. ſed mox Odouacer, genere * Rogus, Thorcilingorum, Sciroruṁ, Herulorumque turbis munitus Italiam inuaſit,

** exſilij*

Auguſtulumque Imperatorem de regno euulſum in Lucullano Campaniæ caſtello * exitij pœna damnauit. Sic quoq; Heſperium regnum Romaniq; populi principatum, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ anno, primus Auguſtorum Octauianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo perijt, anno deceſſorum regni imperatorum quingenteſimo viceſimo ſecundo: Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus.

Res Gothicæ.

De hoc Theoderico Triarij filio plura Iornandes lib. 2. ſub finem.

Theodericus autem, Triarij filius, cognomento Strabo, rex Gothorum, à Sciris ſuis vſque ad Apulum quarto vrbis miliario armatus aduenit: nulli tamen Romanorum noxius, continuò eſt reuerſus. Porrò in Illyricum properans, dum inter ſuorum mouentia plauſtra progreditur, iacentis ſuper carpentum teli acumine pauitantisque equi ſui impulſione fixus, tranſuerberatus interijt, & Reipubl. diem feſtum morte ſua donauit. Vualamero rege Gothorum in bello Scirorum defuncto, Theodemir in regno fratris ſucceſſit, cum Vuidimero fratre & filio Theoderico. ſed miſſa ſorte Vuidimero partes Heſperias, Theodemiro cum filio Theoderico Illyricum obuenit. Relicta ergo Pannonia, alter Italiam, alter Illyricum ſuſcepit populandum: ſed vtrique reges mox, vbi ſortita loca ingreſſi ſunt, ilicò rebus humanis excedunt. Vuidimer Italia, Illyrico Theodemir relictis filijs deceſſerunt. Quorum Vuidimer ab Italicis præmijs victus, ad partes Galliæ Hiſpaniæq;, omiſſa Italia, tendit.

Zeno Theodericum in Italiam mittit.

Theodericus verò Zenonis Auguſti pellectus humanitate Conſtantinopolim venit, vbi magiſter militũ ſtatim effectus, conſulis ordinarij triumphũ ex publico dono peregit. Sed quia tunc, vt diximus, Odouacer regnum Italiæ occupaſſet, Zenon imperator cernens iam gentes illam patriam poſſidere, maluit Theoderico, ac ſi proprio iam clienti, eam committi, quàm illi, quem nec nouerat. Secumque ita deliberans, ad partes cum Italiæ mittens, Romanum illi populum, ſenatumq; commendat. Ouansq; rex gentium, & conſul Romanus Theodericus in Italiam petit, magnisque prælijs Odouacrum vicit, & Rauennam in deditione ſuſcepit. Deinde verò ac ſi ſuſpectum Rauennæ in palatio iugulans, regnũ gentis ſuæ, & Romani populi principatum prudẽter & pacificè per xxx contunuit annos. Ilus autem Iſaurus, magiſter officiorũ, & Zenoni imperatori in priuata vita amiciſſimus, charitateq; cõiunctus, dum ſecretò inde Thraticionem Ariadnes Auguſtæ, cum eius viro loquutus eſt, in zelo Auguſtum concitauit. Qui deliberans eam perimere, vni ſuorum rem tacitè demandauit. Quod dum ille agere nititur, cuidam cubiculariæ prodit ſcelus eadem nocte facturum. Regina ſcelus cognouit, ſuoque in lectulo eadem, quæ rem ſuggeſſerat, collocata; in * epiſcopium ad Acacium

** hoc eſt, in epiſcopi domum.*

nemine ſciente ſubterfugit. Poſtera die Zenon rem æſtimans perpetratam, dum luctum quendam quaſi mœrẽs, neminem ſuſcepit, Acacius epiſcopus ingreſſus, & facti arguit impietatẽ, veniæq; fidem expoſcit, Auguſtamq; ſuſpicionis innoxiam cõpromittit, acceptaq; fide, veniæ pactione Auguſta reuertitur, ſecumq; dum crebrò deliberat, qua ſorte de inimico exigat vltionem, nacta (vt opinata eſt) opportunitatem, vni ſuorum mandat in abditis ſtanti,

vt il-

vt illum à ſe recedentem perimeret. Qui parens præceptis reginæ, dum a-
uidus ferit in capite; enſe non ceruicem, vt cupiebat, ſed aurem illius am-
putauit. Quod periculum euadens Ilus, mox ad vrbem recedens, Zenoniq;
infeſtus, orientem inuaſit. Contra quem Leontius directus, pellicibus ver-
bis illectus, diademà arripuit, ſimulque Leontius & Ilus Reipubl. inimici
effecti, tyranni in partes Syriæ & Iſauriæ debachabantur. Additoque ſu-
perſolito Iſauris dono, omnes ſimul conſpirant contra Zenonem, cuius *Vbara, cedren.*
theſauris in * Papyrio caſtello munitiſſimo repertis, deſæuiunt. Sed non
poſt multum ab exercitu Zenonis in eodem caſtello capti decollatique
ſunt, & capita eorum Conſtantinopolim allata, præfixaque haſtilibus ſta-
tuerunt. Sic quoque Zenon ſuperatis inimicis ſuis, in pace bona quieuit.
Anaſtaſius ex ſilentiario ſubito ab Ariadne Auguſta in imperio aſſumptus, *Anaſtaſius.*
ſimulque imperator & maritus innotuit, regnauitque annis xxvij, menſibus
duobus. Contra quem Iſauri dum ſibi, quòd Ilus tyrannus ille adiecerat
donatiuum, & Zenon reconciliationis gratia inuitus largitus eſt, ab iſto
fraudantur; arma arripiunt, conſertoque prælio, iuxta Cotzianum Phrygiæ
ciuitatem caſtrametati, paenè per ſex continuos annos Reipubl. aduerſan-
tur: vbi & Lilingis eorum & in bello & in conſilio præuius, quanuis pedi-
bus ob corporis debililtatem ſegnis, eques tamen in bello acerrimus, dum
peremptus fuiſſet, omnes Iſauri fugerunt, atq; diſperſi ſunt & deuicti, & per-
quaquam exſilio ablegati, vrbesque eorum nonnullæ ſolo vſque proſtratæ.
* Varus namq; ſub Anaſtaſio miles proelijs fatigatus, & nunc in Illyrico cum ** varijs*
Sabiniano & Mundone ad † Margum, nūc cum Pompeio ad Adrianopolim, *Res ſub Anaſtaſio geſtæ.*
nunc cum Ariſto ad Zortam, nunc cum Parthis in Syria, vt omittam inteſti- *† infrà Margum*
nas clades & pugnas in foro regiæ ciuitatis, ad poſtremum contra Italiam *planum*
plus piratico quàm publico Marte concertans, fruſtratus eſt. Sed quòd ſit
plus dolendum, contra vltimum ſuum famulum Vitalianum de Scythia per
ſex annos ciuile bellum extruxit. Is ſiquidem Vitalianus cum lx milibus ar- *Vitaliani ſeditio*
matorū, tertio paenè miliario, non Reipub. ſed regi infeſtus, accedens; mul-
ta ſuburbana regiæ vrbis prædis ſpolijsq; attriuit. Contra quem dum Hypa-
tius nepos Cæſaris cum exercitu numeroſo pugnaturus egreditur, antè ab
Hunnis auxiliaribus capitur, & Vitaliano turpiter venditur, antè quàm aper
to prælio parte aduerſa ſeſe inimicus oſtenderet. Poſt quem iterum ſuus gu-
bernator magiſterq; militum ſępe ſuperati, ſępe irriſi ab eo, & ſpreti ſunt. Sic
quoq; diuerſis partibus inimicorū vallatus agminibus Anaſtaſius ſæpe con-
gemuit, nulliusq; tamen meruit inimicorum ſuorum vindictam audire: ſicut
nec ipſe eccleſiæ iura ſeruauit, imò mœrens & furens maior octogenario æ-
tatis anno, regniq; viceſimo & octauo, rebus exceſſit humanis, contritaque
Reſpub. vix Iuſtino ei ſuccedente aliquantulū reſpirauit. Iuſtinus ex comite *Iuſtinus maior.*
excubitorum à ſenatu imperator electus annos regnauit ix. Qui mox inhian
tes regno ſuo Amantium præpoſitum palatij, Andream & Miſaelem & Ar-
daburem cubicularios ſentiens, afflixit. Nam Amantium & Andream ferro
truncauit, Miſaelem & Ardaburem Perdicam in exilium miſit. Theocritum
quoque ſatellitem Amantij, quem idem quoque Amantius ad regnandum
clàm præparauerat, comprehenſum carceratumque, ſaxis contisq; ingenti-
bus cæſum, ſalſum in gurgitem iecit, ſepultū tamen, imperio, cui inhiauerat,
eum priuans: fœdusq; cum Vitaliano percuſſit, & ad ſe euocatum magiſtrum
militum pręſentem & conſulem ordinari tum fecit: quem rurſus in ſuſpicio- *Vitalianus occiſus.*
ne habens prioris facti, ſedecim vulneribus in palatio cū Celeriano & Pau-
lo ſatellitibus confoſſum perimit. Hic quoq; imperator ante quartum men-
ſem obitus ſui ſenectuti ſuæ conſulens, & Reipub. vtilitatibus, Iuſtinianum
ex ſorore ſua nepotem conſortem regni, ſucceſſoremque imperij ordinans;

Iuſtinianus. ** regnoq;*

rebus humanis exceſſit. Iuſtinianus regnat iam iubēte domino annos xxiiij. qui vt ſceptris * genioq; ab auunculo ſuo mancipatus eſt, mox Parthos bella mouentes deſtinato exercitu compeſcuit, & fines proprios tutans Parthorum ſæpe multos occidit. Poſtea verò facientibus peccatis, in die ſabbati ſancti paſchæ inito certamine, exercitus, & non ducis inſtinctu, in fluuio Euphrate fugiens Parthos, Romanus numeroſus ruit exercitus. Illyricumque ſæpe ab Herulis, Gepedisq; & Bulgaris deuaſtantibus, per ſuos iudices frequenter obſtitit vi, ſubterq; cæcidit. Poſt hæc Hypatium Pompeiumq; regni

** Circum ingreſſos*

ſui inſidiatores, coadunata manu ciuili * circumingreſſos, & Hipatium torque aureo redimitum pro diademate, locaq; imperatoris iam occupantem, Pompeium verò ſub chlamyde loricatum, & iam palatium inuadentem, vtrumque detentum ante fores palatij captum cathenatumque diſcuſſit, amputatisque eorum capitibus, ante eos fecit imperium perdere quàm haberent, ſocijsque eorum, qui euaſerant hac cæde, proſcriptis; veluti grandi hoſte proſtrato, de manubijs triumphauit. Eodemq; anno poſt diuturnum immanemq; belli laborem, quod contra Parthos Romanorum fuiſſet geſtum ſudoribus, per Ruffinum patricium, perq; Hermogenem magiſtrum officiorum, & vtrunq; legatum directum ad principem pax depacta eſt, fœdusque initum, & munera ab vtroque principe ſibi inuicem deſtinata. Mox quoq;

Beliſarij de Vandilis victoria.

ſoluto de orientali parte exercitu, eumdem ductorem, quem dudum orienti tranſmiſerat, elegit Beliſarium, & numeroſos fortiſſimosq; milites deputans, ad auſtralem plagam contra Vuandilos mittit: qui fauente deo qua venerat facilitate, ea celeritate Vuandilos ſuperauit, Libyamq; ad corpus totius Reipub. iungens, Gelimerem regem, opesq; Karthaginis in vrbe regia principi ſpectante populo obtulit. Cuius nutu remuneratus, conſulq; ordinarius mox deſignatus, de manubijs Vuandilicis Beliſarius triumphauit. In Italia verò Theoderico rege defuncto, Athalaricus nepos eius ipſo ordinante ſucceſſit, & annos octo quamuis pueriliter viuens, matre tamen regnante Amalaſuentha degebat, quando & Gallias diu tentas, Francis repetentibus reddidit. Mortuoq; Athalarico, mater ſua Theodahatum conſobrinum ſuum regni ſui participem faciens, non poſt multum ipſo iubente occi-

Beliſarius in Italiam mittitur.

ſa eſt. Et quia dudum ſe ſuumq; filium commendauerat principi Iuſtiniano, is mortem eius audiens doluit, nec paſſus eſt inultum tranſire: ſed mox eundem ducem belli, qui Pœnorum domitor fuit, & de opibus Vuandilicis triumphans adhuc in faſcibus erat, agmini diuerſarum præponens nationū, ad partes Heſperias deſtinauit: qui primò acceſſu mox Siciliam peruadit, duce eius Sinderich ſuperato: vbi dum aliquantū temporis ob ordinandā patriam reſideret, comperit in Africa ciuilia bella inteſtinaq; prælia debacchari. Nam Stozas pęnè vltimus militum, & Martini clientulus magiſtri militum, tyrannidem arripiens, autorq; ſeditioſorū effectus, Cyrillo, Marcello, Fara, alijsq; diuerſis iudicibus dolo peremptis, in ducem Salomonem ſęuiebat, totamq; Africam tyrannico ritu vaſtabat. Emenſo ergo Beliſarius à Sicilia in Africam pelago, ſolita felicitate rebelles fugat, prouinciam liberat, Salomonemq;

** Procopio Ebrimirus, Iornandi Enermor lib. 2.*

rurſum Karthagine collocans, Siciliam redit. Vbi mox * Eurimund Theodahati Gothorum regis gener, qui contrarius cum exercitu venerat, cernens proſperitatem conſulis, vltrò ſe dedit ad partes victoris, oraturq; vt iam anhelanti ſuo aduētu ſuſpectæ ſubueniret Italiæ. Constructo ergo Beliſarius exercitu, & tam naualia quàm equeſtria ductans agmina, vallauit Neapolim, paucisq; diebus eam obſidens per aquęductum noctu inuaſit, & tam Gothis qui aderant, quàm Romanis bellantibus interfectis, vrbem pleniſſimè

Vittiges rex Gothorum.

ſpoliauit. Quod Theodahatus animaduertens, Vuitigem vnum inter alios ductorem exercitus præponens, contra Beliſarium dirigit. Qui Campaniam ingreſ-

ingreſſus, mox vbi ad campos veniſſet barbaricos; ilicò exercitus fauorem, quem contra Theodahatum ſuſpectum habebat, rex cepit. & quid, inquit, vultis? At illi; tollatur, inquiunt, de medio, qui cum ſanguine Gothorum & interitu ſua cupit ſcelera excuſari. factoque impetu in eum, conſona voce Vuitigim regẽ denuntiant. At ille regno leuatus, quod ipſe optauerat, mox populi voto conſentit, directis è ſocijs Theodahatum Rauennam reuertentem extinguit, regnumq; ſuum confirmans expeditionem ſoluit, & priuata coniuge repudiata, regiam puellã Matheſuentam Theoderici regis neptem ſibi plus vi copulat, quàm amore. Dumq; ille nouis nuptijs delectatur Rauennæ, conſul Beliſarius Romanam vrbem ingreſſus eſt, exceptusq; ab illo populo quondam Romano & ſenatu, iam pęnè ipſo nomine cum virtute ſepulto, confeſtim vicina occupat loca, vrbium oppidorumq; munimina. Primaque Græca congreſſione Hunila ductante, Peruſinum ad oppidum ſuperat, & pluſquam vij. milibus trucidatis, reliquos Rauennã vſq; proturbat Secunda verò cum ipſo Vuitige Romanas arces vallante congreditur, machinasque illius & turres, quibus vrbem adire tentabat, igni conſumptas, per anni ſpatium, quamuis inedia laborans deludit. Poſt hæc ad Ariminum perſequutus, exindeq; effugatum, Rauenna clauſum in deditionem ſuſcepit: atque vnus conſul, qui contra Getas dimicat, pænè pari euentu de Francis, qui cum Theodeberto rege ſuo plus ducenta milia aduenerant, triumphauit. ſed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus Francis pacem conceſſit, & ſine ſuorum diſpendio, de finibus Italicis expulit, ſumptoq; rege, & regina, ſimulq; & opibus palatij, ad principem, qui eum miſerat, reportauit. Sicq; intra pauci temporis ſpatium Iuſtinianus imperator per fideliſſimum conſulem duo regna, duasque Reſpub. ſuæ ditioni ſubegit. Quod Parthus comperiens, facibusq; inuidiæ exardens, in Syriam mouit procinctum, & Callinicum Cæſareamque deuaſtans, Antiochiam venit. Vbi Germanus patricius cum Iuſtino filio ſuo, eodemque conſule, poſtquam ab Africana prouincia remeaſſet, dum aduentui Parthorum obuiare nequit, relicta vrbe ad partes ſeceſſit Ciliciæ. Perſæ verò vacuam ab exercitu Antiochiam nacti,* populumque perhorrentis alueum ad Seleuciam maritimam cum militibus mixtis fugientem aſpiciunt, nec ſequuntur; ſed prædas per vrbem certatim diripiunt, vicinasque vrbes, & oppida, partim inuaſa, partim pecuniæ quantitate multata prætereunt; & totius Cœleſyriæ bona ſibi vnius in anni ſpatium pænè Parthus aſſumit. Nec ſic quoque recedit, ſed iugiter aduerſus Rempublic. Romanam dimicat. contra quem Vuandalicus & Geticus conſul ſolitè deſtinatur. qui & ſi non, vt reliquas gentes, eum edomuit; tamen vt intra ſuos ſe fines recolligeret, compulit; fuiſſetque de hac gente felici duci * partus victoria, ni clades in Italia, quæ poſt eius diſceſſum emerſerat, celerem ei ſucceſſorem dediſſet Martinum. Qui & ſi viribus impar, conſilio tamen quamuis cum Conſtantiano coniuncto non minor, dum reſiſti contra Parthos non præualet, ne bella diu teneret, pacem effecit. Cladem verò, quam diximus in Heſperia plaga, vt liquidius lector cognoſcat, apertius memorabo. Egrediente Beliſario conſule ab Italia, & vt diximus, rege & regina, opibusq; palatij ad principem reportante; Gothi, qui trans Padum in Liguria conſiſtebant, recrudeſcentes animo ad bella conſurgunt, & ordinato ſibi regulo *Hildebaldo milite, exiſtũt aduerſi: contra quos dum non vnius, ſed diuerſorũ tentantur apparatus, illi fortiores effecti perſiſtunt, anniq; ſpatio vix emenſo, Gildebaldus interficitur, & loco eius ſuccedit †Erarius: qui & ipſe vix anno expleto peremptus eſt, & in regno malo Italiæ * Badiula iuuenis nepos aſciſcitur Gildebaldi. Qui mox & ſine mora Fauentino in oppido Aemilię ſolo, prælio commiſſo, Romanũ ſuperauit exercitũ:

Theodahatus rex interficitur.

Noua Beliſarij de Gothis victoria.

**populum quidem per Orontis alueum.*

**parta*

Abſentia Beliſarij res Italiæ rurſus turbatæ.

**Procopio Theodibaldus*

† Procopio Araricus.

**Græcis Totila. itaq; videtur legendũ Dadiula.*

DD 3

& nec diu poſt hæc item per ſuos ad cancellos annonariæ Thuſciæ feliciter dimicans iudices, fugat exercitum, partim donis, partim blandicijs ſibi conſociat, totamq; Italiam cum ipſa Roma peruadit, omniumq; vrbium munimenta deſtruens, cunctos ſenatores nudatos, demolita Roma, Campaniæ terra transmutat. Contra quem, vt ſuperius diximus, Beliſarius de oriente digreditur cum paucis, ratus omnem exercitum, quem dimiſerat, integrum reperire. Et ideo poſtquam Rauennam ingreſſus eſt, nec cum quibus ei obuiaret, inuenit; remenſo Adriatico mari, Epirum reuertitur, vbi Ioannes & Valerianus coniuncti, dum in conciones & iurgia concertant, Totila [cum Badiula] hoſtile opus in Italia peragit. Beliſarius quoque *patiens tantæ crudelitatis, naualem claſſem à Sicilia ſoluens, per Tyrrheni maris æſtum, Romani in portus ſe recepit ſtationem; egreſſusque ad vrbem, quam vi deſtructam & deſolatam attendit, hortansque ſocios ad reparationem tantæ vrbis accingitur: vbi necdum vallo circumſeptus, infeſtum experitur Totilam, ſed ſolutis victorijs intrepidus, quamuis cum paucis contra eum egreſſus, ſic effugauit, vt plures fugientes Tiberi demergerentur, quàm gladio caderent. Indeque hortatus exercitum, regreditur Siciliam, quatenus & Romę faceret copiam *annnonæ & vicinis ad fretum, Totilam turbaret in Campania commorantem. Sed vt aſſolet, rerum immutatione, & principum voluntate diuerſa, quieſcente in domino Theodora Auguſta, euocatur ad vrbem Beliſarius de Sicilia. Poſt cuius diſceſſum Totila ſecurus, iterata rabie, & furentibus Iſauris, inuadit Romam: & ſic ſumptis vndique viribus, militarique vallatus auxilio ingreditur, cepitque Siciliam. Contra quem Germanus patricius dum exire diſponit cum exercitu, Matheſuentam Theoderici regis neptem, & Vuittigi mortuo derelictam, tradente ſibi principe in matrimonio ſumptam, in Sardicenſi ciuitate extremum halitum fudit, relinquens vxorem grauidam, quæ poſt eius obitum, poſtumum edidit filium, vocauitque Germanum. Qua felicitate ſibi Totila comperta, totam pænè inſultans Romanis deuaſtat Italiam. In Africa verò à Mauris dudum perempto Salomone, Stozas & Ioannes inuicem ſingulari certamine corruunt; aliusque Ioannes, qui Stozas iunior dicebatur, ſuſcepta tyrannide †Guntharica magiſtrum militum ſecum eſſe ſuadet. Qui *interfectus Ariobindam, iugalem eius, neptem imperatoris ſibi cupiens ſociare, præuenitur ab Artabane. Qui eo in conuiuio trucidato, neptem imperatoris ereptam ad vrbem principi dirigit cum honore, ſimulq; ferreis vinculis colligatum & tyrãnum deſtinauit Ioannem, qui Stoza perempto, in eadem ſucceſſerat tyrannide. Quem in vrbem diſcuſſum, manibusque truncatis, ad exemplum cæterorum in patibulo fixit. Ioanni dehinc patricio cognomine Troglita Africæ procuratione commiſſa, Artabanus euocatus magiſtri militum præſentis accepit dignitatem. Nec diu intercedente in ipſum principem manus inijcere geſtiens, detectus & comprobatus, pietati tamen principali impunitus permanſit, & quaſi beneuolus congratulatione in Siciliam cum Liberio patricio properauit. Ioannes verò in Africana prouincia feliciter degens, Mauris partis aduerſę per pacificos Mauros ſuperatis, vna die decem & ſeptem prę̨fectos extinxit, pacemque totius Africæ iuuante domino impetrauit. Longobardorum gens ſocia Romani regni principibus, & Theodahati ſororis filiam, dante ſibi imperatore, in matrimonio iungens regi ſuo, contra æmulos Romanorum Gepidas, vna die pugna commiſſa, eorum pænè caſtra peruaſit, cecideruntque ex vtraq; parte amplius quadraginta milia, nec par, vt ferunt, audita eſt in noſtris temporibus à diebus Attilæ, in illis locis, præter illam, quæ antehac contigerat ſub Calluce Magmilide cum Gepidis, aut certè Mundionis cum Gothis, in quibus ambobus autores belli pari-

impatiens

annonæ, & vicinus

†*Guntharim*

**interfecto Areobindo,*

Longobardi.

ter corruerunt. Hæc ſunt cauſæ Romanæ Reipublicæ præter inſtantiam quotidianam Bulgarorum, Antarum & Sclauinorum. Quæ ſi quis ſcire cupit, annales conſulumq́ue ſeriem reuoluat ſine faſtidio, reperietq́ue dignam noſtri temporis Rempub. tragœdia; ſcietq́ue vnde orta, quomodo aucta, qualiterúe ſibi cunctas terras ſubdiderit, & quomodo iterum eas ab ignaris rectoribus amiſerit. quod & nos pro captu ingenij breuiter tetigimus, quatenus diligens lector latius iſta legendo cognoſcat.

Bulgari, Antæ, Sclauini Byzantinis impp. moleſti.

FINIS.

IORNANDES CASTALIO S. D.

VOLENTEM *me paruo ſubuectum nauigio, oram tranquilli litoris attingere, et minutos de priſcorum (vt quidam ait) ſtagnis piſciculos legere, in altum frater Caſtali laxare vela compellis, relictoq́ opuſculo, quod intra manus habeo, id eſt de breuiatione chronicorum, ſuades vt noſtris verbis duodecim Senatoris volumina de origine, actuq́ Getarum, ab olim vſque nunc per generationes, regesq́ deſcendente, in vnum, & hoc paruo libello coartem. Dura ſatis imperia, & tanquam ab eo, qui pondus huius operis ſcire nolit, impoſita. Nec illud aſpicis, quòd tenuis mihi eſt ſpiritus ad implendam eius tam magnificam dicendi tubam. Superat nos hoc pondus, quod nec facultas eorumdem librorum nobis datur, quatenus eius ſenſui inſeruiamus. Sed vt non mentiar, ad triduanam lectionem diſpenſatoris eius beneficio libros ipſos antehac relegi. Quorum quamuis verba non recolo, ſenſus tamen, & res actas credo me integrè tenere. Ad quos nonnulla ex hiſtorijs Græcis ac Latinis addidi conuenientia, initium, finemq́, & plura in medio mea dictatione permiſcens. Quare ſine contumelia quod exegiſti, ſuſcipe libens, libentiſſimè lege: & ſi quid parum dictum eſt, & tu, vt vicinus genti, commemoras: adde. Ora pro me frater chariſſime.*

IORNANDIS EPISCOPI DE ORIGINE ACTVQVE GETARVM LIBER.

Geographorum labores.

MAIORES noſtri, vt refert Oroſius, totius terræ circulum oceani limbo circumſeptum triquetrum ſtatuere, eiusq́ue tres partes, Aſiam, Europam, & Africam vocauere. De quo tripartito orbis terrarum ſpacio innumerabiles penè ſcriptores exiſtunt. qui non ſolum vrbium, locorumúe poſitiones explanant; verùm etiam & quod eſt liquidius, paſſuum miliarium q́ue dimetiuntur quantitatem. Inſulas quoque marinis fluctibus intermixtas, tam maiores, quàm etiam minores, quas Cycladas, vel Sporadas cognominant, in immenſo maris magni pelago ſitas determinant. Oceani vero intranſmeabilis vlteriores fines non ſolum non deſcribere quis aggreſſus eſt, verùm etiam nec cuiquam licuit transfretare: quia reſiſtente vlua, & ventorum ſpiramine quieſcente inpermeabiles eſſe ſentiantur, & nulli cogniti, niſi ſoli ei, qui eos conſtituit. Citerior verò eius pelagi ripa, quam diximus, totius mundi circulum in modũ coronæ ambiens, fines ſuos curioſis hominibus, & qui de hac re ſcribere voluerunt, perquaquam innotuit, quia & terræ circulus ab incolis poſſidetur. Et nonnullæ inſulæ in eodem mari habitabiles ſunt, vt in orientali plaga, & Indico oceano, Hippodes, Iamneſia, ſole peruſtæ, quamnis inhabitabiles, tamen omnino ſui ſpacio longo latoq́ue extenſæ.

Taprobana. Taprobane quoque, in qua exceptis oppidis, vel poſſeſſionibus, dicunt munitiſſimas vrbes, decoram Sedaliam, omnino gratiſſimam Sileſtantinam, necnon Etheron, licet non ab aliquo ſcriptore dilucidas, tamen ſuis poſſeſſoribus affatim refertas. Habet in parte occidua idem oceanus aliquantulas inſulas, & penè cunctas ob frequentiam euntium & redeuntium notas.

Inſulæ beata & fortunata. Et ſunt iuxta fretum Gaditanum haud procul, vna Beata, & alia quæ dicitur Fortunata, quamuis nonnulli & illa gemina Galliciæ & Luſitaniæ promontoria in oceani inſulis ponant. In quorum vno templum Herculis, in alio monumentum adhuc conſpicitur Scipionis. tamen quia extremitatem Galliciæ terræ continent, ad terram magnam Europæ potius, quàm ad Oceani pertinent inſulas. Habet tamen & alias inſulas interitus in ſuo æſtu, quæ dicuntur Baleares, *Baleares.* habetq́; & aliam Meuaniam: necnon & Orcadas *Orcades.* numero xxxiiij. quamuis non omnes excultas. *Thyle.* Habet & in vltimo plagæ occidentalis aliam inſulam nomine Thyle, de qua Mantuanus: [Italia]

— tibi ſeruiat vltima Thyle.

Habet quoque is ipſe immenſus pelagus in parte arctoa, id eſt, ſeptentrionali amplam inſulam nomine Scanziam, *Scanzia quæ & Scandia.* vnde nobis ſermo, ſi dominus iuuetit, eſt aſſumendus: quia gens, cuius originem flagitas, ab huius inſulæ gremio velut examen apum erumpens, in terram Europæ aduenit. Quomodo verò, aut qualiter, in ſubſequentibus (ſi dominus donauerit) explanabimus.

De Britannia. Nunc autem de Britannia inſula, quæ in ſinu Oceani inter Hiſpanias, Gallias, & Germaniam ſita eſt, vt potuero, paucis abſoluam. Cuius licet magnitudinem olim nemo (vt refert Liuius) circumuectus eſt, multis tamen data eſt varia opinio de ea loquendi. Quamdiu ſiquidem armis inacceſſam Romanis, Iulius Cæſar prælijs, ad gloriam tantum quæſitis, aperuit peruiam: dein-

ceps

ceps mercimonijs,aliaſque ob cauſas multis patefacta mortalibus,non indi
ligenti,quæ ſecuta eſt,ætati, certius ſui prodiderat ſitum. quam, vt à Græcis
Latiniſque autoribus accepimus,perſequimur.Triquetram eam plures dixe *Forma & ſitus*
re,cono ſimilem,inter ſeptentrionalem, occidẽtalemq́; plagam proiectam; *Britanniæ.*
vno,qui magnus eſt,angulo in Rheni oſtia: dehinc correptam latitudine ob-
liqua retro abſtracta in duos exire alios: geminoque latere longiore Galliã
prætendit,atq; Germaniam. In duobus milibus trecentis decem ſtadijs lati- *Latitudo.*
tudo eius vbi patentior: longitudo non vltra ſeptem milia centum triginta
duo ſtadia fertur extendi: modò verò dumoſa, modò ſylueſtri iacere plani- *Longitudo.*
cie,montibus etiam nonnullis increſcere: mari tardò circumflua, quod nec
remis facilè impellentibus cedat,nec ventorum flatibus intumeſcat, quia re
motæ longius terræ cauſas motibus negant,quippe illuc latius,quàm vſquã,
æquor extenditur.Refert autem Strabo, Græcorum nobilis ſcriptor, tantas
illam exhalare nebulas, madefactam Oceani crebris excurſibus; vt ſubte- *Nebulæ Britan*
ctus ſol per illum penè totum fœdiorem,qui ſerenus eſt,diem negetur aſpe- *nicæ.*
ctui,noctem quoque clariorem.In extrema eius parte Memma, quam Cor- *Memma.*
nelius etiam annalium ſcriptor narrat,metallis plurimis copioſam,herbis fre
quentem,& his feraciorem omnibus,quia pecora magis, quàm homines a-
lat.Labi verò per eam & multa quàm maxima, relabiq́ue flumina, gemmas
margaritaſque voluentia,ſylorum colorati vultus, torto plerique crine & ni
gro naſcuntur. Calidoniam verò incolentibus, rutilæ comæ: corpora ma- *Calidonia ſilua.*
gna, ſed fluida: qui Gallis ſiue Hiſpanis à quibuſque attenduntur aſſimiles.
Vnde coniectauere nonnulli,quòd ea ex his accolas continuo vocatos acce
perit. inculti æquè omnes populi,Regesq́; populorum:cunctis tamen in Ca-
lidoniorum metallum conceſſiſſe nominandi, autor eſt Dio celeberrimus
ſcriptor annalium.Virgeas habitant caſas,communia tecta cum pecore, ſil-
uæque illis ſæpè ſunt domus.Ob decorem neſcio,an aliam ob rem,ferro pin
gunt corpora.Bellũ inter ſe aut imperij cupidine, aut amplificandi,quæ poſ- *Bella.*
ſident,ſępius geruntnon tantùm equitatu vel pedite,verùm etiam bigis,cur
ribuſque falcatis: quos more vulgari Eſſedas vocant. Hæc pauca de Britan- *Eſſeda.*
niæ inſulæ forma dixiſſe ſufficiat.ad Scanziæ inſulę ſitum,quam ſuperius reli
quimus,redeamus.De hac enim in ſecundo ſui operis libro Claudius Ptole *De Scanzia.*
mæus orbis terræ deſcriptor egregius meminit, dicens. Eſt in oceani arctoo
ſalo poſita inſula magna nomine Scanzia,in modum folij cedri,laterib. pan-
dis poſt longum ductum concludens ſe eius ripas influit oceanus.Hæc à frõ
te poſita eſt Viſtulę fluuij,qui Sarmaticis montibus ortus,in conſpectu Scan *Viſtula flumen.*
ziæ ſeptentrionali Oceano,triſulcus illabitur, Germaniam Scythiamque
* determinans. Hæc ergo habet ab oriente vaſtiſſimum lacum, in orbis ter- * *diſterminans.*
ræ gremio: vnde Vagi fluuius velut quodam ventre generatus in oceanum
vndoſus euoluitur. Ab occidente nanque immenſo pelago circundatur:
à ſeptentrione quoque innauigabili eodem vaſtiſſimo concluditur ocea-
no, ex quo quaſi quodam brachio exeunte, ſinu diſtento, Germanicum
mare efficitur.Hic gentes,quæ carnibus tantùm viuunt: ibi etiam paruæ,ſed
plures perhibentur inſulæ eſſe diſpoſitæ, ad quas ſi congelato mari ob ni-
mium frigus lupi tranſierint, luminibus feruntur orbari. ita non ſolum
inhoſpitalis hominibus, verùm etiam beluis terra crudelis eſt. In Scanzia *Septem nationes*
verò inſula,vnde nobis ſermo eſt, licet multæ & diuerſæ maneant nationes, *Scanziæ.*
ſeptem tamen earum nomina meminit Ptolemæus. Apum ibi turba melli-
fica ob nimium frigus nunquam reperitur. In cuius parte arctoa gens Ado- *Adogit.*
git conſiſtit, quæ fertur in æſtate media quadraginta diebus & noctibus lu-
ces habere continuas:itemq́; brumali tempore, eodem dierum noctiumq́; *Longiſſimi tam*
numero lucem claram neſcire.Ita alternato mœrore cum gaudio,beneficio *dies, quàm no-*
ctes.

alijs damnoque impar eſt. & hoc quare? Quia prolixioribus diebus ſolem
ad orientem per axis marginem vident redeuntem, breuioribus verò non
ſic conſpicitur apud illos, ſed aliter: quia auſtrina ſigna percurrit, & qui no-
bis videtur ſol ab imo ſurgere, illis per terræ marginem dicitur circuire.
Creſennæ. Aliæ verò ibi gentes tres Creſennæ, qui frumentorum non quæritant victũ,
ſed carnibus ferarum, atque auium viuunt: vbi tanta paludibus fœtura poni
tur, vt & augmentum præſtent generi, & ſatietatem ac copiam genti. Alia ve
Suethans. rò gens ibi moratur Suethans, quæ velut Thuringi equis vtuntur eximijs. Hi
Saphirinæ pelles quoque ſunt, qui in vſus Romanorum Saphirinas pelles commercio inter-
ueniente, per alias innumeras gentes tranſmittunt, famoſi pellium decora
nigredine. Hi quum inopes viuunt, ditiſſimè veſtiuntur. Sequuntur deinde
Varia gentium nomina. diuerſarum turba nationum, Theuſthes, Vagoth, Bergio, Hallin, Liothida,
quorum omnium ſedes ſub humo plana ac fertili, & propterea inibi aliarũ
gentium incurſionibus infeſtantur. Poſt hos Athelnil, Finnaithę, Feruir, Gau
tigoth, acre hominum genus, & ad bella promptiſſimum. Dehinc mixti Eua
geræ Othingis. Hi omnes exeſis rupibus, quaſi caſtellis inhabitant, ritu be-
luino. Sunt ex his exteriores Oſtrogothæ, Raumaricæ, Raugnaricij, Finni mi
tiſſimi, Scanziæ cultoribus omnibus mitiores: necnon & pares eorum Vino-
uiloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores, quam
Dani. uis & Dani ex ipſorum ſtirpe progreſſi, Erulos proprijs ſedibus expulerunt:
Heruli. qui inter omnes Scanzię nationes nomen ſibi ob nimiam proceritatem affe-
ctant præcipuum. Sunt quanquam & illorum poſitura Grannij, Aganzię, Vni
xæ, Ethelrugi, Arochiranni, quibus non ante omnes, ſed ante multos annos
Rodulf rex fuit, qui contempto proprio regno, ad Theoderici Gothorum re
gis gremium conuolauit, & vt deſiderabat, inuenit. Hæc itaque gentes Ro-
manis corpore & animo grandiores, infeſtæ ſæuitia pugnæ. Ex hac igitur
Scanzia gentiũ officina, vagina nationum. Scanzia inſula quaſi officina gentium, aut certè velut vagina nationum, cum
rege ſuo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egreſſi: qui vt primùm
è nauibus exeuntes, terras attigere, ilico loco nomen dederunt. Nam hodie
Gothiſcanzia. illic, vt fertur, Gothiſcanzia vocatur. Vnde mox promouentes ad ſedes Vl-
Vlmerugi. merugorum, qui tunc Oceani ripas inſidebant, caſtrametati ſunt, eoſq; com
Vuandali. miſſo prælio, proprijs ſedibus pepulerunt, eorumq; vicinos Vuandalos iam
tunc ſubiugantes, ſuis appellauere victorijs. Ibi vero magna populi numero
ſitate creſcente, etiam penè quinto rege regnante, poſt Berig, Filimer, Filo-
gud, Arigis conſilio ſedit; vt exinde cum familijs Gothorum promoueret ex
ercitus, qui aptiſſimas ſedes, locaq; dum quæreret congrua, peruenit ad Scy
Terra Ouim, quæ & Scythia. thiæ terras, quæ lingua eorum Ouim vocabantur: vbi delectato magna vber
tate regionum exercitu, & medietate tranſpoſita, pons dicitur, vnde amnem
tranſiecerat, inſeparabiliter corruiſſe, nec vlterius iam cuiquam licuit ire aut
redire. Nam is locus, vt fertur, tremulis paludibus voragine circumiecta con
cluditur: quem vtraque confuſione natura reddidit inperuium. Veruntamẽ
hodieque illic & voces armentorum audiri, & indicia hominum deprehen-
di, commeantium adteſtatione, quamuis à longe audientium credere licet.
Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer, dicitur in terras Ouim emen
Spali. ſo amne tranſpoſita, optatum potita ſolum. Nec mora, ilico ad gentem Spa-
lorum adveniunt, conſertoque prælio, victoriam adipiſcuntur: exindeque
iam velut victores ad extremam Scythiæ partem, quæ Pontico mari vicina
eſt, properant: quemadmodum & in priſcis eorum carminibus penè hiſtori-
Ablabij Gothica hiſtoria. co ritu in commune recolitur: quod & Ablabius deſcriptor Gothorum gen
tis egregius veriſſima adteſtatur hiſtoria. In quam ſententiam & nonnulli cõ
ſenſere maiorum. Ioſephus quoque Annalium relator veriſſimus, dum vbi-
que veritatis conſeruit regulam, & origines cauſarum a principio reuoluit,

hæc

hæc verò, quæ diximus, de gente Gothorum principia cur omiſerit, ignoramus. Sed tamen ab hoc loco eorum ſtirpem commemorans, Scythas & natione & vocabulo aſſerit appellatos: cuius ſoli terminos antequam aliud ad medium deducamus, neceſſe eſt vti iaceant, dicere. *De Scythiæ limitibus.* Scythia ſiquidem Germaniæ terræ confinis, eotenus vbi Hiſter oritur amnis, vel ſtagnum dilatatur Myſianum, tendens vſque ad flumina Tyram, Danaſtrum, & Vagoſolam, magnumque illum Danubium, Taurumque montem, non illum Aſiæ, ſed proprium, id eſt Scythicum, per omnem Mæotidis ambitum, vltraque Mæotida per anguſtias Boſpori vſque ad Caucaſum montem, amnemque Araxem: ac deinde in ſiniſtram partem reflexa, poſt mare Caſpium, quæ in extremis Aſiæ finibus ab Oceano Euroboreo in modum fungi primum tenuis, poſt hęc latiſſima & rotunda forma exoritur, vergens ad Hunnos, Albanos, & Seres vſq; digreditur. Hæc inquam patria, id eſt Scythia, longè ſe tendens, lateque aperiens, habet ab oriente Seres, in ipſo ſui principio ad littus Caſpij maris commanentes; ab occidente Germanos, & flumen Viſtulæ; ab arctoo, id eſt ſeptentrionali, circundatur Oceano, à meridie Perſide, Albania, Hiberia, Ponto, atque extremo alueo Hiſtri, qui dicitur Danubius ab oſtio ſuo vſque ad fontem. In eo verò loci latere, quo Ponticum littus attingit, oppidis haud obſcuris inuoluitur, Boriſthenide, Olbia, Callipode, Cherſone, Theodoſia, Pareone, Mirmycione, & Trapezunte, quas indomitæ Scytharum nationes Græcos permiſere condere, ſibimet commercia præſtaturos. In cuius Scythiæ medio eſt locus, qui Aſiam, Europamque ab alterutro diuidit, Riphei ſcilicet montes, qui Tanain vaſtiſſimum fundunt intrantem Mæotida, cuius paludis circuitus paſſuum milia cxliiij, nuſquam octo vlnis altius ſubſidentes. In qua Scythia prima ab occidente gens ſedit Gepidarum, *Gepidæ.* quæ magnis, opinatiſque ambitur fluminibus. Nam Tiſianus per aquilonem eius * Chorumque diſcurrit. ** corumq;* Ab africo verò magnus ipſe Danubius, ab euro fluuius Tauſis ſecat, qui rapidus ac verticoſus in Hiſtri fluenta furens deuoluitur. Introrſus illi Dacia eſt, *Dacia.* ad coronæ ſpeciem arduis alpibus emunita, iuxta quorum ſiniſtrum latus, quod in aquilonem vergit, & ab ortu Viſtulę fluminis per immenſa ſpacia venit, Vuinidarum natio populoſa conſedit. *Vuinidæ.* Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclauini & Antes nominantur. *Sclauini.* Sclauini à Ciuitatenoua, & Sclauino Rumunnenſe, & lacu qui appellatur Muſianus, vſque ad Danaſtrum, & in Boream Viſcla tenus commorantur. hi paludes, ſyluasque pro ciuitatibus habent. Antes verò, *Antes.* qui ſunt eorum fortiſſimi, qui ad Ponticum mare curuantur, à Danaſtro extenduntur vſque ad Danubium, quæ flumina multis manſionibus abinuicem abſunt. Ad littus autem oceani, vbi tribus faucibus fluenta Viſtulæ fluminis ebibuntur, Vidioarij reſident, ex diuerſis nationibus aggregati, poſt quos ripam oceani Itemeſti tenent, pacatum hominum genus omnino. Quibus in auſtro adſedit gens Agazzirorum fortiſſima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat. Vltra quos diſtenduntur ſupra mare Ponticum Bulgarum ſedes, *Bulgari.* quos notiſſimos peccatorum noſtrorum mala fecere. Hinc iam Hunni *Hunni.* quaſi fortiſſimarum gentium fœcundiſſimus ceſpes, in bifariam populorum rabiem pullularunt. Nam alij Aulziagri, alij * Auiri nuncupantur, qui tamen ſedes habent diuerſas. Iuxta Cherſonem Aulziagri, ** Græci Auares vocant.* quò Aſiæ bona auidus mercator importat, qui æſtate campos peruagantur effuſos, ſedes habentes, prout armentorum inuitauerint pabula; hyeme ſupra mare Ponticum ſe referentes. Hunugari *Hunugari.* autem hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium: quos tantorum virorum formidauit audacia. Quorum manſionem primam eſſe in Scythiæ ſolo iuxta paludem Mœotidem, ſecundò in Mœſia,

Thraciaque,&Dacia,tertiò ſupra mare Ponticum,rurſus in Scythia legimus habitaſſe: nec eorum fabulas alicubi reperimus ſcriptas, qui eos dicunt in Britannia,vel in vna qualibet inſularum in ſeruitutem redactos, & vnius caballi precio quondam redemptos. Aut certè ſi quis eos aliter dixerit in noſtro orbe, quàm quod nos diximus, fuiſſe exortos, nobis aliquid obſtrepit. nos enim potius lectioni credimus, quàm fabulis anilibus conſentimus. Vt ergo ad noſtrum propoſitum redeamus,in prima parte Scythiæ,iuxta Mæotidem,commanentes præfati,vnde loquimur, Filimer regem habuiſſe noſcũtur. In ſecundo,id eſt, Daciæ,Thraciæque & Mœſiæ ſolo * Zalmoxen,quem miræ philoſophicæ eruditionis fuiſſe teſtantur plerique ſcriptores annalium. Nam & Zeutam prius habuerunt eruditum,poſt etiam Diceneum,tertium Zalmoxen,de quo ſuperius diximus. Nec defuerunt,qui eos ſapientiam erudirent. Vnde & penè omnibus barbaris Gothi ſapientiores ſemper extiterunt, Græcisque penè conſimiles,vt refert Dio: qui hiſtorias eorum, annalesque græco ſtilo compoſuit. Qui dixit primùm Zarabos Tereos, deinde vocitatos Pileatos hos,qui inter eos generoſi extabant: ex quibus eis & reges, & ſacerdotes ordinabantur. Adeo ergo fuere laudati Getæ, vt dudum Martem,quem poëtarum fallacia deum belli pronunciat,apud eos fuiſſe dicant exortum. Vnde & Virgilius,

** alius Zamolxẽ*

Gothorum eruditio.

Dionis Getica.

Mars apud Gothos natus.

Gradiuumq́ patrem Geticis qui præſidet aruis.

Quem Martem Gothi ſemper aſperrima placauere cultura. Nam victimæ eius mortes fuere captorum, opinantes bellorum præſulem aptius humani ſanguinis effuſione placandum. Huic prædæ primordia vouebantur, huic truncis ſuſpendebantur exuuiæ. eratque illis religionis præter cæteros inſinuatus affectus, quum parenti deuotio nominis videretur impendi. Tertia verò ſedes ſupra mare Ponticum. iam humaniores, & vt ſuperius diximus, prudentiores effecti, diuiſi per familias populi, Veſegothæ familiæ Balthorum,Oſtrogothæ præclaris Amalis ſeruiebant. Quorum ſtudium fuit primũ, inter alias gentes vicinas, arcus intendere neruis, Lucano plus hiſtorico quàm poëta teſtante.

Cultus apud Gothos Mars.

Veſegothæ Balthis,Oſtrogothæ Amalis parebãt.

Armeniosq́, arcus,Geticis intendere neruis.

Ante quos etiam cantu maiorum facta modulationibus, citharisque canebant,Ethespamaræ,* Hanalæ,Fridigerni,Vuidiculæ, & aliorum, quorum in hac gente magna opinio eſt,quales vix heroas fuiſſe miranda iactat antiquitas. Tunc,vt fertur,* Veſoſis Scythis lachrymabile ſibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros priſca tradit autoritas. De queis feminas bellatrices & Oroſius in primo volumine profeſſa voce teſtatur. Vnde cum Gothis eum dimicaſſe euidenter probamus,quem cum Amazonum viris abſolutè pugnaſſe cognoſcimus,qui tunc à Boriſthene amne,quem accolæ * Danubium vocant, vſque ad Tanain fluuium circa ſinum paludis Mæotidis conſidebant. Tanain verò hunc dico,qui ex Ripheis montibus deiectus adeo præceps ruit, vt quum vicina flumina, ſiue Mæotis, vel Boſporus gelu ſolidentur,ſolus amnium confragoſis montibus vaporatus, nunquam Scythico dureſcit algore. Hic inter Aſiam, Europamque terminus famoſus habetur. Nam alter eſt ille,qui montibus Chrinnorum oriens,in Caſpium mare dilabitur. Danubius autem ortus grandi palude, quaſi ex mari profunditur. Hic vſque ad medium ſui dulcis eſt & potabilis, piſcesque nimij ſaporis gignit,oſſibus carentes, cartilaginem tantum habentes in corporis continentiam. Sed vbi fit Pontio vicinior,paruum fontem ſuſcipit, cui ex Ampheo cognomen eſt,adeo amarum, vt cum ſit xl dierum itinere nauigabilis,huius aquis exiguis immutetur, infectusque, ac diſſimilis ſui, inter Græca oppida Callipidas & Hipanis in mare defluat. Ad cuius oſtia inſula eſt in fronte, Achillis

** Amalæ*

** Agathiæ Soſoſtris.*

Amazones.

** Danubij nomẽ heic corupte legi videtur.*

chillis nomine. Inter hos terra vaſtiſſima, ſiluis conſita, paludibus dubia. Hic ergo Gothis morantibus, * Veſoſis Aegyptiorum rex in bellum irruit: quib. tunc Taunaſis rex erat. Quo prælio ad Phaſim fluuium, à quo Phaſides aues exortæ, in toto mūdo epulis potentum exuberant, Taunaſis Gothorum rex Veſoſi Aegyptiorum occurrit, eumq́ue grauiter debellans, in Aegyptum vſque perſecutus eſt: & niſi Nili amnis intranſmeabilis obſtitiſſent fluenta, vel munitiones, quas dudum ſibi ob incurſiones Aethiopum Veſoſis fieri præcepiſſet, ibi in eius eum patria extinxiſſet. Sed dum eum ſemper ibi poſitū non valuiſſet lædere, reuertens penè omnem Aſiam ſubiugauit, & ſibi tunc charo amico Sorno rege Medorum ad perſoluendum tributum ſubditum fecit. Ex cuius exercitu victores tunc nonnulli prouincias ſubditas contuentes, & in omni fertilitate pollentes, deſerto ſuorum agmine ſponte in Aſiæ partib. reſederunt. Ex quorum nomine vel genere Trogus Pompeius Parthorum dicit extitiſſe proſapiam. Vnde etiam hodieq; lingua Scythica fugaces, quod eſt Parthi, dicuntur: ſuoq́ue generi reſpondentes, inter omnes penè Aſię nationes ſoli ſagittarij ſunt, & acerrimi bellatores. De nomine verò, quod diximus eos Parthos, id eſt fugaces, ita aliquanti etymologiam traxerunt, vt dicerentur Parthi, quia ſuos refugere parentes. Hunc ergo Taunaſim regem Gothorum mortuum inter numina ſui populi coluerunt. Poſt cuius deceſſum exercitu eius cum ſucceſſore ipſius in alijs partib. expeditionem gerente, feminæ Gothorum à quadam vicina gente tentatæ, in prædamq́ue ductæ à viris, fortiter reſtiterunt, hoſtesq́ue ſuper ſe venientes cum magna verecundia abegerunt. Qua parata victoria, fretæq́ue maiori audacia, inuicem ſe cohortantes, arma arripiunt, eligentesq́ue duas audaciores Lampeto & Marpeſiam principatui ſubrogarunt. Quæ dum curam gerunt, vt propria defenderent, & aliena vaſtarent, ſortitò Lampeto reſtitit, fines patrios tuendo: Marpeſia vero feminarum agmine ſumpto, nouum genus exercitus duxit in Aſiam, diuerſasq́ue gentes bello ſuperans, alios verò pace concilians, ad Caucaſum venit: ibiq; certum tempus demorans, loco nomen dedit, ſaxū Marpeſiæ. Vnde Virgilius.

*Sesoſtris Agathia ſuprà.

Parthorum origo.

Mulieres Gothicæ magnas res gerunt, priſcæ Amazones.

Marpeſiæ expeditiones.

Ac ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

In eo loco vbi poſt hæc Alexander Magnus portas conſtituens, Pylas Caſpias nominauit: quòd nunc Lazorum gens cuſtodit pro munitione Romana. Hic ergo certum temporis Amazones commanentes confortatæ ſunt. Vnde egreſſæ, & Alym fluuium, qui iuxta Garganum ciuitatem præterfluit, tranſeuntes; Armeniam, Syriam, Ciliciamq́ue, Galatiam, Piſidium, omniaq́ue Aſiæ oppida, æqua felicitate domuerunt: Ionium, Aeoliamq́ue conuerſæ, deditas ſibi prouincias effecerunt. Vbi diutius dominantes, etiam ciuitates, caſtraq́ue ſuo nomini dicauerunt. Epheſi quoque templum Dianæ ob ſagittandi, venandiq́ue ſtudium, quibus ſe artibus tradidiſſent, effuſis opibus, miræ pulchritudinis condiderunt. Tali ergo Scythiæ gentis feminæ caſu Aſiæ regno potitæ, per centum penè annos tenuerunt, & ſic demum ad proprias ſocias in cautes Marpeſias, quas ſuperius diximus, repedarunt, in montem ſcilicet Caucaſum. Cuius montis quia facta iterum mentio eſt, non ab re arbitror eius tractum, ſitumq́ue deſcribere, quando maximam partem orbis noſcitur circuire iugo continuo. Is nanque ab Indico mari ſurgens, quà meridiem reſpicit, ſole vaporatus ardeſcit. Qua ſeptentrioni patet, rigentibus ventis eſt obnoxius & pruinis. Mox in Syriam curuato angulo reflexus, licet amnium plurimos emittat, in Aſianam tamen regionem Eufratem Tigrimq́ue nauigeros ad opinionem maximam perennium fontium copioſis fundit vberibus. Qui amplexantes terras Aſſyriorum, Meſopotamiam & appellari faciunt, & videri; in ſinum maris rubri fluenta de-

De Caucaſo monte.

ponentes. Tunc in Boream reuertens, Scythias terras, iugum antefatum magnis flexibus peruagatur: atque ibidem opinatiſſima flumina in Caſpium mare profundens, Araxem, Cyſſum, & Cambyſen continuato iugo ad Ripheos vſque montes extenditur. Indeque Scythicis gentibus dorſo ſuo terminum præbens, ad Pontum vſque deſcendit: conſertisque collibus, Hiſtri quoque fluenta contingit, quo amnis ſciſſus dehiſcens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo, tantusque, & penè omnium montium maximus, excelſas ſuas erigens ſummitates naturali conſtructione præſtat gentibus inexpugnanda munimina. Nam locatim reciſus, qua diſrupto iugo vallis hiatu pareſcit, nunc Caſpias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, vel ſecundum locum qualis fuerit, facit: vix tamen plauſtro meabilis, lateribus in altitudinem vtrinque directis, qui pro gentium varietate diuerſo vocabulo nuncupatur. Hunc enim * Iamnium, mox Propaniſmum Indus appellat, Parthus primum caſtra poſt Niſacen edicit. Syrus & Armenius Taurum; Scythæ Caucaſum ac Ripheum, iterumque in fine Taurum cognominant: aliaque complura gentes huic iugo dedere vocabula. Et quia de eius continuatione pauca libauimus, ad Amazones vnde diuertimus, redeamus.

*ſorte, Imaum.

Redit ad Amazonum facta.

Quæ veritæ, ne earum proles rareſceret, à vicinis gentibus concubitum petierunt. facta nundina ſemel in anno, ita vt futuris temporibus eis deinde reuertentibus in idipſum, quicquid partus maſculini edidiſſet, patri redderet: quicquid verò fœminei ſexus naſceretur, mater ad arma bellica erudiret. Siue, vt quibuſdam placet, editis maribus, nouercali odio infantis miſerandi fata rumpebant: ita apud illas deteſtabile puerperium erat, quod vbique conſtat eſſe votiuum. Quæ crudelitas illis terrorem magnum cumulabat, opinione vulgata. Nam quæ, rogo, ſpes eſſet capto, vbi ignoſci vel filio nefas habebatur? Contra has, vt fertur, pugnabat Hercules, & Melanes penè plus dolo quàm virtute ſubegit. Theſeus verò Hippolyten in prædam tulit, de qua genuit & Hippolytum. Hæ quoque Amazones poſt hæc habuere reginam nomine Pentheſileam, cuius Troiano bello extant clariſſima documenta. Nam hæ feminæ vſque ad Alexandrum Magnum referuntur tenuiſſe regnum. Sed ne dicas, de viris Gothorum ſermo adſumptus, cur in feminis tamdiu perſeueret: audi & virorum inſignem, & laudabilem fortitudinem. Dio hiſtoricus, & antiquitatum diligentiſſimus inquiſitor, (qui) operi ſuo Getica titulum dedit: quos Getas iam ſuperiori loco Gothos eſſe probauimus, Oroſio Paulo dicente. Hic Dio regem illis poſt tempora multa commemorat, nomine Telephum. Ne verò quis dicat hoc nomen à lingua Gothica omnino peregrinum eſſe; nemo qui neſciat animaduerti vſu pleraque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi plerunque mutuantur Hunnorum. Is ergo Telephus Herculis filius, natus ex Auge ſorore Priami, coniugio copulatus, procerus quidem corpore, ſed plus vigore terribilis, paternam fortitudinem proprijs virtutibus æquans, Herculis genio formæ quoque ſimilitudinem referebat. Huius itaque regnum Mœſiam appellauere maiores. Quæ prouincia ab oriente oſtia fluminis Danubij, à meridie Macedoniam, ab occaſu Hiſtriam, à ſeptentrione Danubium habet. Is ergo antefatus habuit bellum cum Danais, in qua pugna * Theſſandrum ducem Græciæ interemit: & dum Aiacem infeſtus inuadit, Vlyxemque perſequitur, equo cadente, ipſe corruit, Achillisque iaculo fœmore ſauciatus, diu mederi nequiuit. Græcos tamen quamuis iam ſaucius, è ſuis finibus proturbauit. Telepho verò defuncto, Eurypilus filius ſucceſſit in regno, ex Priami Phrygum regis germana progenitus. Qui ob Caſſandræ amorem bello intereſſe Troiano, ac parentibus, ſoceroque ferre auxilium cupiens, mox vt venit,

Ex Geticis Dionis.

Telephus rex, Gothus.

*Therſandrum.

nit,extinctus eſt.Tunc Cyrus rex Perſarum poſt grande interuallum, & penè poſt ſexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogo teſtante, Getarum reginæ * Thamiri (ſibi) exitiale intulit bellum. Qui elatus ex Aſiæ victoria,Getas nititur ſubiugare,in quibus (vt diximus) regnauerat Thamiris. Quæ cum ab Araxe amne Cyri arcere potuiſſet acceſſus, tranſire tamen permiſit, eligens armis eum vincere, quàm locorum beneficio ſubmouere. Quod & factum eſt.& veniente Cyro, prima ceſſit fortuna Parthis tanta; vt & filium Thamiris, & plurimum exercitum trucidarent: ſed iteratò Marte, Getæ cum ſua regina Parthos deuictos ſuperant,atq; proſternunt,opimamque prædam de eis auferunt: ibique primum Gothorum gens ſerica vident tentoria.Tunc Thamiris regina acta victoria,tantaque præda de inimicis potita,in partem Mœſiæ (quæ nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia eſt appellata)tranſiens, ibi in ponte Mœſiæ colitur,& Thamiris ciuitatem ſuo de nomine ædificauit. Dehinc Darius rex Perſarum Hyſtaſpis filius, Antriregiri regis Gothorum filiam in matrimonium expoſtulauit, rogans pariter atque deterrens,niſi ſuam peragerent voluntatem. Cuius affinitatem Gothi ſpernentes, legationem eius fruſtrarunt. Qui repulſus, furore flammatus eſt, & octoginta milia armatorum contra ipſos produxit exercitum, verecundiam ſuam malo publico vindicare contendens. Nauibusque penè à Chalcedonia vſque ad Byzantium in inſtar pontium tabulatis æquè conſertis,petit Thraciam & Mœſiam.Ponteque rurſus in Danubiò pari modo conſtructo, duobus menſibus crebris fatigatus intaphis octo milia perdidit armatorum, timensque ne pons Danubij ab eius aduerſarijs occuparetur,celeri fuga in Thraciam repedauit:nec Mœſiæ ſolum credens ſibi tutum fore aliquantum remorandi. Poſt cuius deceſſum iterum Xerxes filius eius paternas iniurias vlciſci ſe æſtimans, cum ſuis ducentis & auxiliatorum trecentis milibus armatorum roſtratas naues habens mille ſeptingentas, & onerarias tria milia,ſuper Gothos profectus ad bellum: nec tentata re in conflictu præualuit,animoſitate conſtantiæ ſuperatus.Sic nanq; vt venerat, abſque aliquo certamine ſuo cum rubore receſſit. Philippus quoque pater Alexandri magni cum Gothis amicitias copulans, Medopam Gothilæ filiam regis accepit vxorem,vt tali affinitate roboratus, Macedonum regna firmaret. Qua tempeſtate,Dione hiſtorico dicente, Philippus inopiam pecuniæ paſſus,Vdiſitanam Mœſiæ ciuitatem inſtructis copijs vaſtare deliberat, quæ tũc propter viciniam Thamiris, Gothis erat ſubiecta. Vnde & ſacerdotes Gothorum aliqui,illi qui pij vocabantur, ſubito patefactis portis, cum citharis & veſtibus candidis obuiam ſunt egreſſi paternis dijs, vt ſibi propitij Macedones repellerent,voce ſupplici modulantes. Quos Macedones ſic fiducialiter ſibi occurrere contuentes, ſtupeſcunt:& ſi dici fas eſt, ab inermibus tenentur armati. Nec mora, acie ſoluta, quam ad bellum conſtruxerunt, non tantùm ab vrbis excidio remouere; verùm etiam & quos foris fuerunt iure belli adepti,reddiderunt,fœdereque inito ad ſua reuerſi ſunt. Quem dolum poſt longum tempus reminiſcens egregius, Gothorum ductor Sitalcus cl virorum milibus congregatis,Athenienſibus intulit bellum,aduerſus Perdiccam Macedoniæ regem,quem Alexander apud Babyloniam miniſtri inſidijs potans interitum, Athenienſium principatui hæreditario iure reliquerat ſucceſſorem.Magno prælio cum hoc inito,Gothi ſuperiores inuenti ſunt: & ſic pro iniuria,quam illi in Mœſia dudum feciſſent,iſti in Græciam diſcurrentes, cunctam Macedoniam vaſtauere. Dehinc regnante in Gothis Sitalco, Boroiſta Diceneus venit in Gothiam,quo tempore Romanorũ Sylla potitus eſt principatu,* quem Diceneus ſuſcipiens Boroiſta, dedit ei penè regiã poteſtatem: cuius conſilio Gothi Germanorum terras (quas nunc Franci ob-

Thamiris Gothorum regina.
* *Thomyri.*
Cyrus a femina ſuperatus.
Dario filiam rex Gothicus negat.
Xerxis expeditio cõtra Gothos
Philippus Macedo Gothicam vxorem duxit.
Gothici ſacerdotes arte mira Macedonas flectunt.
* *quem Diceneũ ſuſcipiens Boroiſtam Sitalcus.*

Cæſar Gothos intactos reliquit. tinent) depopulati ſunt. Cæſar verò, qui ſibi primus omnium Romanum vin dicauit imperium, & penè omnem mundum ſuæ ditioni ſubegit, omniaque regna perdomuit, adeo vt extra noſtrum orbem Oceani ſinu repoſitas inſulas occuparet, & qui nec nomen Romanorum auditu quidem nouerant, eos Romanis tributarios faceret; Gothos tamen crebro tentans, nequiuit ſubigere. Gaius Tiberius iam tertius regnat Romanis, Gothi tamen ſuo regno *Dicenei auctoritas & doctrina.* incolumes perſeuerant. Quibus hoc erat ſalubre, aut commodum, aut votiuum, vt quicquid [dici] Diceneus eorum conſiliarius præcepiſſet, hoc modis omnibus expetendum, hoc vtile iudicantes, effectui manciparent. Qui cernens eorum animos ſibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem penè philoſophiam eos inſtruxit. erat enim huius rei magiſter. Nam Ethicam eos erudiuit, vt barbaricos mores ab eis compeſceret: Phyſicam tradens, naturaliter proprijs legibus viuere fecit, quas vſque nunc *Bellagines, leges Gothicæ.* conſcriptas Bellagines nuncupant: Logicam inſtruens, eos rationis ſupra cæteras gentes fecit expertos: Practicen oſtendens, in bonis actibus conuerſari ſuaſit: Theoricen demonſtrans, ſignorum duodecim, & per ea planetarum curſus, omnemque aſtronomiam contemplari edocuit, & quomodo lunaris orbis augmentum ſuſtinet, aut patitur detrimentum edixit: ſoliſque globus igneus quantum terrenum orbem in menſura excedat, oſtendit: aut quibus nominibus, vel quib. ſignis in cœli polo vergentes, aut reuergentes cccxliiij ſtellæ ab ortu in occaſum præcipites ruant, expoſuit. Qualis erat, rogo volun** quatriduum.* tas, vt viri fortiſſimi quando ab armis * quadriuium vſque vacaſſent, doctrinis philoſophicis imbuebantur? videres vnum cœli poſitionem, alium herbarum, frugumque explorare naturas? iſtum lunæ commoda incommodaque, illum ſolis laborem attendere, & quomodo rotatu cœli raptus, retro reduci ... ad partem occiduam, qui ad orientalem plagam ire feſtinarit, ratione accepta quieſcere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis ſua peritia tradēs, mirabilis apud eos inuenitur, vt non ſolum mediocribus, imò & regibus imperaret. Elegit nanque ex eis tunc nobiliſſimos prudentiores viros, quos *Pileati.* Theologiam inſtruens, numina quædam & ſacella venerari ſuaſit, fecitque ſacerdotes, nomen illis Pileatorum contradens, vt reor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant: reliquam verò *Capillati.* gentem Capillatos dicere iuſſit, quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur. Decedente verò Diceneo, *Comoſicus Dicenei ſucceſſor.* penè pari veneratione habuere Comoſicum, quia nec impar erat ſolertia. Hic etenim & rex illis, & pontifex ob ſuam peritiam habebatur, & in ſua iuſti *Corillus rex.* tia populos iudicabat. Et hoc rebus excedente humanis, Corillus rex Go*Dacia, nunc Tranſſiluania.* thorum in regnum conſcendit, & per xl annos in Dacia ſuis gentibus imperauit. Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi poſſidere noſcuntur. Quæ patria in conſpectu Mœſiæ trans Danubium corona montium cingitur, duos tantum habens acceſſus, vnum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothicam, quam Daciam appellauere maiores, (quæ nunc, vt diximus, Gepidia dicitur) tunc ab oriente Roxolani, ab occaſu Tamazites, à ſeptentrione Sarmatæ & Baſtarnæ, à Meridie amnis Danubij fluenta terminant. Tamazites à Roxolanis alueo tantum fluuij ſegregantur. Sed *De Danubio.* quia Danubij mentio facta eſt, non ab re iudico pauca de tali amne egregia indicare. Nam hic in Almanicis aruis exoriens, lx habet à fonte ſuo flumina vſque ad oſtia in Pontum vergentia, per mille ducentorum paſſuum milia hincinde ſuſcipiens flumina in modum ſpinæ, quæ coſtas vt cratem intexunt. omnino ampliſſimus eſt, qui in lingua Beſſorum Hiſter vocatur, *Danubius maximus, præter Nilum.* ducentis tantum pedibus in altum aquam alueo habet profundam. Hic etenim amnis inter cætera flumina immanis, omnes ſuperat, præter Nilum.

Hæc

Hæc de Danubio dixiſſe ſufficiat. Ad propoſitum verò, vnde nos digreſſi ſumus, adiuuante domino, redeamus. Longum nanque poſt interuallum, Domitiano Imperatore regnante, eius auaritiam metuentes, fœdus, quod dudum cum alijs principibus pepigerant Gothi, ſoluentes; ripam Danubij iam longè poſſeſſam ab imperio Romano, deiectis militibus cum eorum ducibus vaſtauerunt, cui prouinciæ tunc poſt Agrippam *Pompeius præerat Sabinus. Gothis autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commiſſo Gothi Romanis deuictis, *Pompeij Sabini capite abſciſſo, multa caſtella & ciuitates inuadentes de parte Imperatoris publicè deprædarũt: qua neceſſitate ſuorum Domitianus cum omni virtute ſua in Illyricum properauit, & totius penè reipublicæ militibus ductore Fuſco prælato cum electiſſimis viris amnem Danubium confertis nauibus ad inſtar pontis tranſmeare coëgit, ſuper exercitum Dorpanei. Tum Gothi haud ſegnes reperti, arma capeſſunt, primoq; armati conflictu, mox Romanos deuincunt, Fuſcoq; duce extincto, diuitias de caſtris militum deſpoliãt, magnaq; potiti per loca victoria, iam proceres ſuos quaſi qui fortuna vincebant, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt Anſes vocauere. Quorum genealogiam vt paucis percurrã, vt quo quis parente genitus eſt, aut vnde origo accepta, vbi finem efficit, abſque inuidia qui legis vera dicentem auſculta. Horum ergo (vt ipſi ſuis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit Halmal, Halmal verò genuit Augis, Augis genuit eum, qui dictus eſt Amala, à quo & origo Amalorum decurrit. Et Amala genuit Iſarna, Iſarna autem genuit Oſtrogotha, Oſtrogotha genuit Vnilt, Vnilt genuit Athal, Athal genuit Achiulf, Achiulf genuit Anſilam & Ediulf, Vuldulf & Hermetich, Vuldulf verò genuit Valerauans, Valerauãs autem genuit Vuinitharium, Vuinitharius quoq; genuit Theodemir & Vualemir & Vuidemir, Theodemir genuit Theodericum, Theodericus genuit Amalaſuentam, Amalaſuenta genuit Athalaricum & Mathaſuentam, de *Vtherico viro ſuo, cuius affinitati generis ſic ad eam coniunctus eſt. Nam ſupradictus Hermericus filius Achiulfi genuit Hunnimundum, Hunnimundus autem genuit Thoriſmundum, Thoriſmundus verò genuit *Berimund, Berimund genuit Vuidericum, Vuidericus genuit Eutharicum, qui coniunctus Amalaſuentæ genuit Athalaricum & Mathaſuentam. Mortuoque in puerilibus annis Athalarico, Mathaſuentæ Vuitichis eſt ſociatus, de quo non ſuſcepit liberum, adductique ſimul à Beliſario in Conſtantinopolim, & Vuitichi rebus excedẽte humanis, Germanus patricius fratruelis domini Iuſtiniani Imperatoris eandem in coniugio ſumens, patriciam ordinariam fecit; de qua filium genuit item Germanum nomine. Germano verò defuncto ipſa vidua perſeuerare diſponit. Qualiter autem, aut quomodo Amalorum regnum deſtructum eſt, loco ſuo (ſi dominus voluerit) edocebimus. Nunc autem ad id, vnde digreſſum fecimus, redeamus, doceamusque quando ordo gentis, vnde agimus, curſus ſui metam expleuerit. Ablauius enim hiſtoricus refert, quia ibi ſuper limbum Ponti, vbi eos diximus in Scythia commanere, pars eorum, qui orientalem plagam tenebant, eiſque præerat Oſtrogotha, * (vtrum ab ipſius nomine, an à loco orientali) dicti ſunt Oſtrogothæ, reſidui verò Veſegothæ in parte occidua. Et quidem iam ſicut diximus, eos tranſito Danubio aliquantum temporis apud Mœſiam, Thraciamque duxiſſe. Ex eorum reliquijs fuit & Maximinus Imperator, poſt Alexandrum *Mammeam, vt dicit Symmachus in quinto ſuæ hiſtoriæ libro. Alexandro, inquit, Cæſare mortuo, Maximinus ab exercitu factus eſt Imperator, ex infimis parentibus in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur. Is triennium regnans, dum in Chriſtianos arma commoueret, imperium ſimul & vitam amiſit. Nam hic Seuero Impera-

Acta ſub Domitiano.

** Poppæus.*

Dorpaneus rex.

** Poppæi*

Gothorum victoria de Fuſco.

Anſes, Gothorũ proceres, ſic dicti quaſi ſemidei.

Amala primus auctor Amalorũ.

** quem Entaricum hiſtoriæ vocant.*

** infra Beremuth.*

Ablabij locus de Oſtrogothis & Veſegothis.

** incertum vtrũ*

** Mammeæ, ſcilicet filium.*

De Maximino imp. Symmachi locus.

tore regnante, & natalem filij diem celebrante, poſt primam ætatem & ru-
ſticam vitam de paſcuis in militiam venit. Princeps Seuerus quidem milita-
res dederat ludos. Quod cernens Maximinus, qui erat ſemibarbarus adole-
Ingens Maximini robur.
ſcens, poſitis præmijs, barbara lingua petit ab Imperatore, vt ſibi luctandi
cum militibus licentiam daret. Seuerus admodum miratus magnitudinem
formæ, (erat enim, vt fertur, ſtatura eius procera vltra octo pedes) iuſſit eum
cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus vi-
XVI Maximinus luctando citra intermiſſionem proſternit.
ris veniret iniuriæ. Tunc Maximinus ſedecim lixas tanta ſelicitate proſtra-
uit, vt vincendo ſingulos, nullam ſibi requiem intercapedine temporum da-
ret. Hic captis præmijs, iuſſus eſt in militiam mitti, primaque ei ſtipendia e-
queſtria fuere. Tertiam poſt diem, cum Imperator prodierat in campum, vi-
dit eum exſultantem more barbarico, iuſſitq; tribuno, vt eum coërcitum ad
Romanam imbueret diſciplinam. Ille verò vbi de ſe intellexit principem lo-
qui, acceſſit ad eum, equitantemque præire pedibus cœpit. Tum Imperator
** adacto.*
equo* adiecto in curſum calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc
Alterum Maximini facinus.
vſque ad ſuam fatigationem varijs inflexibus interpedauit, ac deinde ait illi:
Numquid vis poſt curſum Thraciſce luctari? reſpondit, quantum libet, Im-
perator. Ita Seuerus ex equo deſiliens, recentiſſimos militum cum eodem
certare iuſſit. At ille ſeptem valentiſſimos milites ad terram eliſit, ita vt antea
Maximinus torque donatus.
nihil per interualla reſpiraret. Solus à Cæſare & argenteis præmijs, & aureo
torque donatus eſt, iuſſus deinde inter ſtipatores degere corporis princi-
palis. Poſt hæc ſub Antonino Caracalla ordines duxit, ac ſæpè famam fa-
ctis extendens, inter plures militiæ gradus, centuriasque ſtrenuitatis ſuæ
Tribunatum adeptus ſub Macrino quieſcit.
pretium tulit. Macrino tamen poſtea in regnum ingreſſo, recuſauit militi-
am penè triennium, tribunatusque habens honorem, nunquam ſe oculis
** quoad*
obtulit Macrini, indignum ducens eius imperium, * quod perpetratum fa-
cinus erat quæſitum ab Heliogabalo. Dehinc quaſi ad Antonini filium reuer
** Mammea*
tens, tribunatum ſuum adijt, & poſt hunc ſub Alexandro * Mammea contra
Parthos mirabiliter dimicauit. Eoque Mogontiaco militari tumultu occi-
Imp. a milite dictus.
ſo, ipſe exercitus electione abſque Senatus conſultu effectus eſt imperator,
qui cuncta bona ſua in Chriſtianorum perſecutione malo voto fœdauit, oc-
ciſusque Aquileiæ à Pupione, regnum reliquit Philippo. Quod nos idcir-
co huic opuſculo de Symmachi hiſtoria mutuauimus, quatenus gentem, vn
de agimus, ad regni Romani faſtigium vſque veniſſe doceamus. Cæterùm
cauſa exigit, vt ad id, vnde digreſſi ſumus, redeamus. Nam gens iſta mirum
in modum in ea parte, qua verſabatur, id eſt Ponti in littore Scythiæ ſoli
innotuit, ſine dubio tanta ſpacia tenens terrarum, tot ſinus maris, tot flumi-
Vandali, Marcomani, Quadi a Gothis ſuperati.
num curſus, ſub cuius ſæpè dextra Vuandalus iacuit, ſtetit ſub precio Mar-
comannus, Quadorum principes in ſeruitutem redacti ſunt. Philippo nan-
que antedicto regnante Romanis, qui ſolus ante Conſtantinum Chriſtia-
nus cum Philippo, id eſt filio fuit, cuius & ſecundo anno regni Roma mille-
ſimum annum expleuit, Gothi, vt aſſolet, diſtracta ſibi ſtipendia ſua feren-
Gothi Rom. ſtipendia faciebāt.
tes ægrè, de amicis facti ſunt inimici. Nam quamuis remoti ſub regibus
viuerent ſuis, Reipublicæ tamen Romanæ fœderati erant, & annua mune-
ra percipiebant. Quid multa? Tranſiens tunc Oſtrogotha cum ſuis Da-
Decius contra Gothos mittitur
nubium, Mœſiam Thraciamque vaſtauit. ad quem repellendum Decius
ſenator à Philippo dirigitur, qui veniens dum genti nihil præualet, milites
proprios exemptos à militia fecit vita priuata degere, quaſi eorum negle-
ctu Gothi Danubium tranſiſſent, factaque vtputa in ſuis vindicta, ad Philip-
pum reuertitur. Milites verò videntes, ſe eſſe poſt hos labores militia pul-
Oſtrogothæ regis expeditio.
ſos, indignati ad Oſtrogothæ regis Gothorum auxilium conſugerunt. Qui
excipiens eos, eorumque verbis accenſus, mox triginta millia virorum arma

ta produxit ad prœlium, adhibitis ſibi * Thaphilis & Aſtringis nonnullis. Sed & Carporum tria millia, genus huminum ad bella nimis expeditum, qui ſæpe Romanis infeſti ſunt; quos tamen poſt hęc imperante Diocletiano, Galerius * Maximus Cæſar de ciuitate Reipublicæ Romanæ ſubiecit. Is ergo habens Gothos & Peucenos, ab inſula Peuce, quæ oſtio Danubij Ponto mergenti adiacet, Argaitum & Gunthericum nobiliſſimos ſuæ gentis pręfecit ductores. Qui mox Danubium vadati, & ſecundò Mœſiam populati, Marcianopolim eiuſdem patriæ vrbem famoſam metropoli aggrediuntur, diuq; obſeſſam, accepta pecunia ab his, qui inerant, reliquere. Et quia Marcianopolim nominauimus, libet aliqua de eius ſitu breuiter intimare. Nam hanc vrbem Traianus Imperator hac re ædificauit, vt fertur, eò quòd Marciæ ſororis ſuæ puella, dum lauat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis ſaporiſque in media vrbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, caſu vas aureum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere grauatum, & longè pòſt emerſit; quod certè non erat vſitatum, ac vacuum ſorberi, aut certè ſemel voratum vndis reſpuentibus renatare. His Traianus ſub admiratione compertis, fontique numinis quiddam ineſſe credens, conditam ciuitatem germanæ ſuæ in nomine Marcianopolim nominauit. Ab hinc ergo, vt dicebamus, poſt longam obſidionem accepto præmio ditatus Geta, receſſit ad patriam: quem Gepidarum cernens natio ſubitò vbiq; vincentem, prædiſq; ditatum, inuidia ductus, arma in * parentes mouet. Quomodo verò Getæ, Gepidæq; ſint parentes ſi quæris, paucis abſoluam. Meminiſſe debes, me initiò de Scanziæ inſulæ gremio Gothos dixiſſe egreſſos cum Berich ſuo rege, tribus tantúm nauibus vectos ad citerioris Oceani ripam, quarum trium vna nauis, vt aſſolet, tardius vecta, nomen genti fertur dediſſe. nam lingua eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc factum eſt, vt paulatim & corruptè nomen eis ex conuitio naſceretur. Gepidæ nanque ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem: ſed quia, vt dixi, Gepanta pigrum aliquid, tardumque ſignat, pro gratuito conuicio Gepidarum nomen exortum eſt, quod nec ipſum credo falſiſſimum. ſunt enim tardioris ingenij, grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepidæ tacti inuidia, dudum ſpreta prouincia, commanebant in inſula Viſclæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio ſermone dicebant Gepidos. Nunc eam, vt fertur, inſulam gens Viuidaria incolit, ipſis ad meliores terras meantibus. Qui Viuidarij ex diuerſis nationibus ac ſi in vnum aſylum collecti ſunt, & gentem feciſſe noſcuntur. Ergo (vt dicebamus) Gepidarum rex Faſtida, qui etiam gentem excitans, patrios fines per arma dilatauit, Burgundiones pænè vſq; ad internecionē deleuit, aliaſq; nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoq; malè prouocans, conſanguinitatis fœdus prius importuna concertatione violauit: ſuperbaq; admodum elatione iactatus, creſcēti populo dum terras cœpit addere, incolas patrios reddidit rariores. Is ergo miſit legatos ad Oſtrogotham, cuius adhuc imperio tam Oſtrogothæ, quàm Veſegothæ, id eſt eiuſdem gentis populi ſubiacebant, incluſum ſe montium queritans aſperitate, ſiluarumq; denſitate conſtrictum, vnum poſcens è duobus, vt aut bellum ſibi, aut locorum ſuorum ſpatia præpararet. Tunc Oſtrogotha rex Gothorum (vt erat ſolidi animi) reſpondit legatis, bellum ſe quidem tale horrere, durumque fore, & omnino ſceleſtum, armis confligere cum propinquis; loca vero non cedere. Quid multa? Gepidæ in bella irruunt, contra quos ne nimij iudicarentur, mouit & Oſtrogotha procinctum, conueniuntq; ad oppidum Galtis, iuxta quod currit fluuius Aucha, ibique magna partium virtute certatum eſt: quippe quos in ſe & armorum, & pugnæ ſimilitudo commouerat. ſed cauſa melior, viuaxque ingenium iuuat Gothos.

Marginal notes:

** Thaifalis & Aſdingis.*

** Maximinus*

De Marcianopolis origine.

Aurum aquæ innatat.

** hoc eſt, cognatos. Gallice parens.*

Gepidarū origo.

Faſtida rex Gepidarū bellicoſus

Faſtidia Gothis bellum infert.

Gothi victores.

inclinata deniqu e parte Gepidarum, prœlium mox diremit. Tunc relicta
ſuorum ſtrage, Faſtida rex Gepidarum properauit ad patriam, tam puden-
dis opprobrijs humiliatus, quàm fuerat elatione erectus. Redeunt victores
** diſceſſione* Gothi, Gepidarum * deſcenſione contenti, ſuaque in patria noſtri in pace
verſantur, vſque dum eorum præuius exiſteret Oſtrogatha. Poſt cuius de-
Cniua. ceſſum Cniua exercitum diuidens in duas partes, nonullos ad vaſtandum
Mœſiam dirigit, ſciens eam negligentibus principibus defenſoribus deſti-
** milibus* tutam. Ipſe verò cum ſeptuaginta * militibus ad Euſteſium, id eſt Nouas con
ſcendit: vnde à Gallo duce remotus, Nicopolim accedit, quæ iuxta Iatrum
fluuium eſt conſtituta notiſſima; quoniam deuictis Sarmatis, Traianus eam
fabricauit, & appellauit victoriæ ciuitatem: vbi Decio ſuperueniente Impe-
ratore, tandem Cniua in Hemoniæ partes, quæ non longè aberant, receſſit:
inde apparatu diſpoſito, Philippopolim ire feſtinans. Cuius ſeceſſum De-
cius Imperator cognoſcẽs, & ipſius vrbi ferre ſubſidium geſtiens, iugo mõ
** Berrœam* tis tranſacto, ad * Beroam venit. Ibique dum equos, exercitumque laſſum
Decius à Cniua victus. refoueret, ilicò Cniua cum Gothis in modum fulminis ruit, vaſtatoque Ro-
mano exercitu, Imperatorem cum paucis, qui fugere quiuerant ad Thu-
ſciam, rurſus trans Alpes in Mœſiam proturbauit, vbi tunc Gallus dux li-
mitis cum plurima manu bellantium morabatur. Collectoque tam exinde,
quàm de hoſte exercitu, futuri belli reparat aciem. Cniua verò diu obſeſ-
Decium cum filio Gothi cædũt. ſam Inuadit Philoppopolim, prædaque potitus, Priſcum ducem, qui inerat,
ſibi fœderauit, quaſi cum Decio pugnaturum. Venientesq; ad conflictum,
ilicò Decij filium ſagitta ſaucium, crudeli vulnere confodiunt. Quod pater
animaduertens, licet ad confortandos animos militum dixiſſe fertur; Ne-
mo triſtetur, perditio vnius militis, non eſt reipublicæ diminutio: tamen pa-
ternum affectum non ferens, hoſtes inuadit, aut mortem, aut vltionem filij
expoſcens, veniensque abrupto Mœſiæ ciuitatem, circumſeptus à Gothis
& ipſe extinguitur, imperij finem, vitæque terminum faciens. Qui locus
hodieque Decij ara dicitur, eò quòd ibi ante pugnam miſerabiliter idolis
Gallus & Voluſianus. immolaret. Defuncto tunc Decio, Gallus & Voluſianus regno potiti ſunt
Peſtis orbem peruagata. Romanorum, quando & peſtilens morbus pænè iſtius neceſſitatis conſimi-
lis, vt nos ante hos nouem annos experti ſumus, faciem totius orbis fœda-
uit, ſupra modum quoque Alexandriam, totiusque Aegypti loca deuaſtans,
Dioniſio hiſtorico ſuper hanc cladem lachrymabiliter exponente, quam &
noſter conſcripſit venerabilis martyr Chriſti epiſcopus Cyprianus in libro,
Æmilian. imp. cuius titulus eſt de Mortalitate. Tunc & Aemylianus quidam, Gothis ſæpe
ob principũ negligentiam Mœſiam deuaſtantibus, vt vidit licere, nec à quo-
quam ſine magno reipublicæ diſpendio remoueri, ſimiliter ſuæ fortunæ ar-
bitratus poſſe euenire; tyrannidem in Mœſiam arripuit, omnique manu mi-
litari aſcita, cœpit vrbes & populos deuaſtare. Contra quem intra paucos
menſes multitudo apparatus accreſcens, non minimum incommodum rei-
publicæ parturiuit, qui tamen in ipſo pænè nefario conatus ſui initio extin-
ctus, & vitam & imperium, quod inuadebat, amiſit. Supradicti verò Gallus
& Voluſianus Imperatores, quamuis vix biennio in imperio perſeuerantes,
ab hac luce migrarint; tamen ipſo biennio, quo affuere, vbique pacati, vbi-
** præterquam* que regnauere gratioſi, * propterque quòd vnum eorum fortunę reputatum
eſt, id eſt generalis morbus: ſed hoc ab imperitis & calumniatoribus, qui
vitam ſolent aliorum dente maledico lacerare. Hi ergo mox, vt imperium
adepti ſunt, fœdus cum gente Gothorum pepigere, & nec longo interuallo
vtriſque regibus occumbentibus, Gallienus arripuit principatum, quo in o-
Gallienus imp. mni laſciuia reſoluto, Reſpa & Veduco, Thuro Varoque duces Gothorum
Hæc Zoſimus quoq; recenſet. ſumptis nauibus Aſiam tranſiere, fretum Helleſponticum tranſuecti, vbi

multis

multis eius prouinciæ ciuitatibus populatis opinatiſſimũ illud Epheſi Dia-
næ templum, quod dudum dixeramus Amazonas condidiſſe, igne ſuccen-
dunt: partibus Bithyniæ delati, Chalcedoniam ſubuertere, quam pòſt Cor-
nelius Auitus aliqua parte reparauit. Quæ hodieq́; quamuis regiæ vrbis ci-
uitate congaudeat, ſigna tamen ſuarum ruinarum aliquanta ad indicia reti-
net poſteritatis. Hac ergo felicitate Gothi, qua intrauere partibus Aſię præ-
da ſpolioq́ue potiti, Helleſponticum fretum retranſmeant, vaſtantes in iti-
nere ſuo Troiam Iliumq́;, quæ vix à bello illo Agamemnoniaco aliquantu-
lum reſpirantes, rurſus hoſtili mucrone deletæ ſunt. Poſt Aſię ergo tale exci-
dium, Thracia eorum experta eſt feritatem. Nam ibi ad radices Hæmi mon-
tis mari vicinam Anchialos ciuitatem aggreſſi mox adeunt, vrbem quam du *Anchialus.*
dum Sardanapalus rex Parthorum inter limbum maris & Hæmi radices lo-
caſſet. Ibi enim multis feruntur manſiſſe diebus, calidarum aquarum dele-
ctati lauacris, quæ à quintodecimo miliario Anchialitanæ ciuitatis ſunt ſitæ,
ab imo ſui fontis igni ſcaturientes, & inter reliqua totius mundi thermarum
innumerabilium loca omnino præcipuè ad ſanitatem infimorum efficaciſſi-
mæ. Exinde ergo ad proprias ſedes regreſſi, poſt hæc à Maximiano Impera-
tore ducuntur in auxilia Romanorum contra Parthos rogati, vbi datis auxi-
liarijs, fideliter decertati ſunt. Sed poſtquam Cæſar Maximianus pænè cum
eorum ſolatio Narſeum regem Perſarum Saporis Magni nepotem fugaſſet,
eiusq́; omnes opes, ſimulq́; vxores & filios deprædaſſet, Achillemq́; in A-
lexandria cum Diocletiano ſuperaſſet, & Maximianus Herculius in Africa
Quinquangentianos adtriuiſſet, pacem reipublicę nacti, cœpere quaſi Go- ** Quinquegentianos infrà, & Quinquagintanes ſuprà.*
thos negligere. Nam ſine ipſis dudum contra quaſuis gentes Romanus exer-
citus difficile decertatus eſt. Apparet namq́; frequenter, quomodo inuita-
bantur, ſicut & ſub Conſtantino rogati ſunt, & contra cognatum eius Lici-
nium arma tulere, eumq́ue deuictum & in Theſſalonica clauſum, priuatum *Gothi Conſtantino militant.*
imperio, Conſtantini victoris gladio trucidarunt. Nam & dum famoſiſſi-
mam & Romæ æmulam in ſuo nomine conderet ciuitatem, Gothorum in-
terfuit operatio, qui fœdere inito cum Imperatore, xl ſuorum millia illi in
ſolatia contra gentes varias obtulere. Quorum & numerus, & millia vſq; ad *Foederatorum*
præſens in republica nominantur, id eſt fœderati. Tunc etenim ſub Ararici *origo.*
& Aorici regum ſuorũ florebant imperio. Poſt quorum deceſſum ſucceſſor
regni extitit Geberich, virtutis & nobilitatis eximię. Nam is Helderich patre *Gebericbus rex.*
natus, auo Ouida, proauo Cniuida, gloriam generis ſui factis illuſtribus ex-
æquauit, primitias regni ſui mox in Vuandalica gente extendere cupiens
contra Viſumar eorum regem [qui] Aſdingorum è ſtirpe, quæ inter eos emi- *Vuiſumar rex*
net, genusq́; indicat bellicoſiſſimum, Deuxippo hiſtorico referente, qui eos *Vandalorum.* ** Dexippo*
ab Oceano ad noſtrum limitem vix in anni ſpatio perueniſſe teſtatur præ ni-
mia terrarum immenſitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, vbi
Gepidæ ſedent, iuxta flumina Mariſia, Miliare, & Gilfil, & Griſſia, qui am-
nes ſupradictos excedit. Erant nanque illis tunc ab oriente Gothi, ab occi-
dente Marcomanni, à ſeptentrione * Ermunduli, à meridie Hiſter, qui & ** Hermunduri*
Danubius dicitur. Hic ergo Vuandalis commorantibus, bellum indictum
eſt à Geberich rege Gothorum, ad littus prædicti amnis Mariſiæ, vbi tunc
diu certatum eſt ex æquali. Sed mox ipſe rex Vuandalorum Vuiſimar magna
cum parte gentis ſuæ proſternitur. Geberich verò ductor Gothorum exi- *Vuiſimar à Gothis ſuperatus.*
mius ſuperatis deprædatisq́ue Vuandalis ad propria loca, vnde exierat, re-
meauit. Tunc perpauci Vuandali, qui euaſiſſent, collecta imbellium ſuo-
rum manu, infortunatam patriam relinquentes, Pannoniam ſibi à Conſtan-
tino principe petiere, ibiq́ue per xl annos plus minus ſedibus locatis, Im-
peratorem decretis vt incolæ famularunt. Vnde etiam poſt longum ab

Stilico. Stilicone magiſtro militum, & exconſule ac patricio inuitati, Gallias occupauere, vbi finitimos deprædantes non adeo fixas ſedes habuere. Nam Gothorum rege Geberich rebus excedente humanis, poſt temporis aliquod

** Ermanaricus.* * Ermanaracus nobiliſſimus Amalorum in regno ſucceſſit, qui multas & bellicoſiſſimas arctoi gentes perdomuit, ſuiſque parêre legibus fecit. Quem meritò nonnulli Alexandro magno comparauere maiores. Habebat ſiquidem quos domuerat, Gothos, Scythas, Thuidos in Aunxis, Vaſinabroncas, Merens, Mordenſimnis, Carls, Rocas, Tadzans, Athual, Nauego, Bubegentas, Coldas; & cum tantorum ſeruitio carus haberetur, non paſſus eſt, niſi &

Alaricus rex Herulorum. gentem Erulorum, quibus præerat Alaricus, magna ex parte trucidatam, reliquam ſuæ ſubigeret ditioni. Nam prædicta gens (Ablauio hiſtotico referente) iuxta Mæotidas paludes habitans in locis ſtagnantibus, quas Græci

** ἕλη* * Ele vocant, Eruli nominati ſunt omnes quanto velox, eo amplius ſuperbiſſima. Nulla ſiquidem etattunc gens, quæ non leuem armaturam in acie ſua ex ipſis elegerint. Sed quamuis velocitas eorum ab alijs ſæpe bellantibus non euacuaretur, Gothorum tamen ſtabilitati ſubiacuit & tarditati, fecitq; cauſa fortunæ, vt & ipſi inter reliquas gentes Getarum regi Ermanarico ſeruiuerint. Poſt Erulorum cædem idem Ermanaricus in Venetos arma commouit, qui quamuis armis diſperiti, ſed numeroſitate pollentes, primò reſiſtere conabantur. Sed nihil valet multitudo in bello, præſertim vbi & multitudo armata aduenerit. nam hi, vt initio expoſitionis, vel catalogo gentis dicere cœpimus, ab vna ſtirpe exorti, tria nunc nomina reddidere, id eſt Veneti, Antes, Sclaui: qui quamuis nunc ita facientibus peccatis noſtris vbique deſæuiunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperijs ſeruiere. Aeſtrorum quoque ſimiliter nationem, qui longiſſima ripa Oceani Germanici inſident, idem ipſe prudentiæ virtute ſubegit, omnibusque Scythiæ & Germaniæ nationibus ac ſi proprijs laboribus imperauit. Poſt autem non longi temporis interuallum, vt refert Oroſius, Hunnorum gens omni ferocitate

Hunni contra Gothos. atrocior exarſit in Gothos. Nam hos, vt refert antiquitas, ita extitiſſe comperimus. Filimer rex Gothorum, & Gandarici magni filius, qui poſt egreſ-

Origo Hunnorum. ſum Scanziæ inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui &

** Aliorunas hodie dicimus Alrunas.* terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut à nobis dictum eſt, repperit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone * Aliorumnas is ipſe cognominat, easque habens ſuſpectas, de medio ſui proturbat, longeque ab exercitu ſuo fuagatas, in ſolitudinem coëgit terræ. Quas ſpiritus immundi per eremum vagantes dum vidiſſent, & earum ſe complexibus in coitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum edidere: quod fuit primùm inter paludes minutum, tetrum atque exile, quaſi hominum genus, nec alia

Priſci hiſtoria. voce notum, niſi quæ humani ſermonis imaginem aſſignabat. Tali ergo Hunni ſtirpe creati, Gothorum finibus aduenere. Quorum natio ſæua, vt Priſcus hiſtoricus refert, in Mæotide palude vlteriorem ripam inſedit, venatione tantùm, nec alio labore experta, niſi quòd poſtquam creuiſſet in po-

Hunni ceruam ducem ſequūtur. pulos, fraudibus & rapinis vicinam gentem conturbauit. Huius ergo (vt aſſolent) venatores, dum in vlteriori Mæotidis ripa venationes inquirunt, animaduertunt quomodo ex improuiſo cerua ſe illis obtulit, ingreſſaque palude nunc progrediens, nunc ſubſiſtens, indicem ſe viæ tribuit. Quam ſecuti venatores, paludem Mæotidem, quam imperuiam vt pelagus exiſtimabant, pedibus tranſiere. Mox quoque vt Scythica terra ignotis apparuit, cerua diſparuit. Quod credo ſpiritus illi, vnde progeniem trahunt, ad Scy-

Hunni Mæotidem tranſeunt. tharum inuidiam id egere. Illi verò, qui præter Mæotidem paludem alium mundum eſſe penitùs ignorabant, admiratione inducti terræ Scythiæ, & vt ſunt ſolertes, iter illud nulli ante hanc ætatem notiſſimum, diuinitùs ſibi oſtenſum

oſtenſum rati;ad ſuos redeunt,rei geſtum edicunt,Scythiam laudant,perſuaſaq; gente ſua; via, quam ceruа indice didicere, ad Scythiam properant,& quantoſcunque prius in ingreſſu Scytharum habuere,litauere Victoriç,reliquos perdomitos ſubegere. Nam mox ingentem illam paludem tranſiere, ilicò Alipzuros,Alcidzuros,Itamaros, Tuncaſſos,& Boiſcos,qui ripæ iſtius Scythiæ inſidebant,quaſi quidam turbo gentium rapuere. *Gentes ab Hunnis victæ.* Alanos quoque pugna ſibi pares, ſed humanitatis victu formaq; diſſimiles,frequenti certamine fatigantes ſubiugauere. *Alani.* Nam & quos bello forſitan minimè ſuperabant,vultus ſui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugabant, eò quòd erat eis ſpecies pauenda nigredine, ſed velut quædam (ſi dici fas eſt)deformis offa,non facies,habensque magis puncta quàm lumina. *Immanes Hunnorum vultus.* Quorum animi fiduciam toruus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæuiunt.Nam maribus ferro genas ſecant,vt antequam lactis nutrimenta percipiant,vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt, & ſine venuſtate ephebi ſunt; quia facies ferro ſulcata, tempeſtiuam pilorum gratiam per cicatrices abſumit. Exigui quidem forma,ſed arguti,motibus expediti, & ad equitandum promptiſſimi: ſcapulis latis,& ad arcus,ſagittasque parati: firmis ceruicibus,& in ſuperbia ſemper erecti. *Forma ſtaturaq; Hunnorum.* Hi verò ſub hominum figura viuunt beluina ſæuitia. Quod genus expeditiſſimum,multarumque nationum graſſatorem Getæ vt viderunt,expaueſcunt: ſuoque cum rege deliberant qualiter ſe à tali hoſte ſubducant. Nam Ermanaricus rex Gothorum,licet(vt ſuperius retulimus)multarum gentium extiterit triumphator, de Hunnorum tamen aduentu dum cogitat; * Roſolanorum gens infida, quæ tunc inter alias illi famulatũ exhibebat,tali eum nanciſcitur occaſione decipere. ** Roxolanorum* Dum enim quandam mulierem Sanielh nomine ex gente memorata, pro mariti fraudulento diſceſſu,rex furore commotus,equis ferocibus illigatam,incitatisque curſibus, per diuerſa diuelli præcepiſſet:fratres eius Sarus & Ammius germanæ obitum vindicantes,Ermanarici latus ferro petierunt: quo vulnere ſaucius,ægram vitam corporis imbecillitate contraxit. *Ermanarici exitus.* *Sarus cum fratre ſororem vlciſcitur.* Quam aduerſam eius valetudinem captans Balamir rex Hunnorum,in Oſtrogothas mouit procinctum: à quorum ſocietate iam Veſegothæ diſceſſere, quam dudum inter ſe iuncti habebant. *Balamir rex Hunnorum.* Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem,quàm etiam incurſiones Hunnorum non ferens, grandæuus & plenus dierum centeſimodecimo anno vitæ ſuæ defunctus eſt. Cuius mortis occaſio dedit Hunnis præualere in Gothis illis, quos dixeramus orientali plaga ſedere,& Oſtrogothas nuncupari. Veſegothæ,id eſt,alij eorum ſocij, & occidui ſoli cultores,metu parentum exterriti, quid nam de ſe propter gentem Hunnorum deliberarent,ambigebant,diúque cogitantes,tandem communi placito legatos ad Romaniam direxere, ad Valentem Imperatorem fratrem Valentiniani Imperatoris ſenioris, vt partem Thraciæ ſiue Mœſiæ ſi illis traderet ad colendum eius legibus viuerent,eiusq; imperijs ſubderentur. *Veſegothorũ ad Valentem legatio, de qua & Zoſimus.* Et vt fides vberior illis haberetur,promittunt ſe,ſi doctores linguæ ſuæ donauerit,fieri Chriſtianos. Quo Valens comperto,mox gratulabundus annuit, quod vltrò petere voluiſſet; ſusceptosq; in Mœſiæ partibus Getas quaſi murum regni ſui contra cæteras gentes ſtatuit. *Gothi facti Chriſtiani, vel potius Ariani.* Et quia tunc Valens Imperator Arianorum perfidia ſaucius,noſtrarum partium omnes eccleſias obturaſſet, ſuæ partis fautores ad illos dirigit prædicatores,qui venientibus rudibus & ignaris, ilicò perfidiæ ſuæ virus defundunt. Sic quoque Veſegothæ à Valente Imperatore Ariani potius, quàm Chriſtiani effecti. De cætero tam Oſtrogothis, quàm Gepidis parentibus ſuis per affectionis gratiam euangelizantes, huius perfidiæ culturam edocentes,omnem vbique linguæ huius nationem ad culturam huius ſectę inui

Sedes Gothis datæ.

Fames.

tauere. Ipſi quoque (vt dictum eſt) Danubium transmeantes, Daciam Ripenſem, Mœſiam, Thraciasque permiſſu principis inſedere: quibus euenit (vt adſolet gentibus necdum bene loco fundatis) penuria famis. Cœpere autem primates eorum & duces, qui regum vice illis præerant, id eſt Fridigernus, Alatheus, & Safrach exercitus inopiam condolere, negociationemque

Romanorũ ducum iniuſtitia.

à Lupicino Maximoque Romanorum ducibus expetere. Verùm quid non auri ſacra fames compellit adquieſcere? Cœperunt duces (auaritia compellente) non ſolùm ouium, boumque carnes, verumetiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro magno cõtradere: adeo, vt quodlibet mancipium in vnum panem aut decem libras in vnam carnem mercarentur. Sed iam mancipijs & ſupelectili deficientibus, filios eorum auarus mercator victus neceſſitate expoſcit. Haud enim ſecus parentes faciunt, ſalutem ſuorum pignorum prouidentes, ſatius deliberant ingenuitatem perire, quàm vitam; dum miſericorditer alendus quis venditur, quàm moriturus ſeruatur.

Lupicinus fraude Fridigernum occidere conatur

Contigit enim illo ſub tempore ærumnoſo Lupicino & ductori Romanorum, vt Fridigernum Gothorum regulum ad conuiuium inuitaret, dolumque ei, vt poſt exitus docuit, moliretur. Sed Fridigernus doli neſcius, cum paucorum comitatu ad conuiuium veniens, dum intus in prætorio epulatus [eſt,] clamorem miſerorum morientium audiret, iamque alia in parte ſocios eius recluſos, dum milites ducis ſui iuſſu trucidare conarentur, & vox morientium duriter emiſſa, iam ſuſpectis auribus intonaret; ilicò apertos ipſos dolos cognoſcens Fridigernus, euaginato gladio in conuiuio non ſine magna temeritate velocitateque egreditur, ſuosque ſocios ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum inſtigat.

Gothi bello Romanos adoriuntur.

Qui nacta occaſione votiua elegerunt viri fortiſſimi in bello magis, quàm in fame deficere, & ilicò in ducum Lupicini & Maximi armantur occiſionem. Illa namque dies Gothorum famem, Romanorumq; ſecuritatem ademit: cœperuntq; Gothi iam non vt aduenæ & peregrini, ſed vt ciues & domini poſſeſſoribus imperare, totasque partes ſeptentrionales vſque ad Danubium ſuo iure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens imperator, mox armato exercitu, in Thraciarum partes digreditur; vbi lachrymabili bello commiſſo, vincentibus Gothis, in quodam prędio iuxta Hadrianopolim ſaucius ipſe refugiens,

Gothorum victoria.

ignorantibus quoq; quod imperator in tam vili caſula deliteſceret Gothis, igneque (vt aſſolet) ſeuiente ab inimico ſuppoſito, cum regali pompa crematus eſt haud ſecus, quàm dei prorſus iudicio, vt ab ipſis igne combureretur, quos ipſe veram fidem petentes in perfidiam declinaſſet, & ignem charitatis ad gehennæ ignem detorſiſſet.

Valens iuſto Dei iudicio exuſtus.

Quo tempore Veſegothæ Thracias Daciamque Ripenſem poſt tanti gloriam trophęi, tanquam ſolo genitali potiti, cœperunt incolere.

Theodoſius imper.

Sed Theodoſium ab Hiſpania Gratianus imperator electum in orientali principatu loco Valentis patrui ſubrogat, militariq; diſciplina mox in meliori ſtatu repoſita, ignauiam priorum principum & deſidiam excluſam Gothus vt ſenſit, pertimuit. Nam imperator acri omnino ingenio, virtuteque & conſilio clatus, cum præceptorum ſeueritate, & liberalitate, blandicieque ſua remiſſum exercitum ad fortia prouocaret. At verò vbi milites principe meliore mutato fiduciam acceperunt, Gothos impetere tentant, eosque Thraciæ finibus pellunt: ſed Theodoſio principe pænè tunc vſque ad deſperationem ægrotante, datur iterum Gothis audacia, diuiſoq; exercitu, Fridigernus ad Theſſaliam prædandam, Epiros, & Achaiam digreſſus eſt: Alatheus verò & Safrach cum reſiduis copijs Pannoniam petierunt.

Hos duces & Zoſimus commemorat.

Quod quum Gratianus imperator, qui tunc Roma in Gallias ob incurſionem Vuandalorum receſſerat, comperiſſet; quia Theodoſio fatali deſperatione ſuccumbenti, Gothi magis ſæuirent, mox ad eos collecto venit exer-

exercitu,nec tamen fretus in armis,ſed gratia eos muneribusq́; victurus,pa
cemq́; & victualia illis concedens, cum ipſis * inito fœdere fecit. Vbi verò ** *Inita fœdera*
poſt hæc Theodoſius conualuit imperator, reperitq́; Gratianũ cum Gothis
& Romanis pepegiſſe fœdus, quod ipſe optauerat, admodum grato animo
ferens,& ipſe in hac pace conſiſtit. Atanaricum quoq; regem,qui tunc Fridi- *Atanaricus By-*
gerno ſucceſſerat,datis ſibi muneribus ſociauit moribus ſuis benigniſſimis, *zantium venit.*
& ad ſe eum in Conſtantinopolim accedere inuitauit. Qui omnino liben-
ter acquieſcens, regiam vrbẽ ingreſſus eſt, miransq́;: En,inquit,cerno quod
ſæpe incredulus audiebam,famam videlicet tantæ vrbis: & huc illuc oculos
voluens,nunc ſitũ vrbis, commeatumq́; nauium,nunc mœnia clara proſpe-
ctans miratur. Populosq́; diuerſarum gentium quaſi fonte in vno, è diuerſis
partibus ſcaturiente vnda,ſic quoq; militem ordinatum aſpiciens; Deus,in-
quit,ſine dubio terrenus eſt Imperator, & quiſquis aduerſus eum manũ mo-
uerit,ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit. In tali ergo admiratione,maioreq́; à prin *Atanarici dictũ.*
cipe honore ſuffultus,paucis mẽſibus interiectis ab hac luce migrauit. Quẽ
princeps affectionis gratia pænè plus mortuum,quàm viuum honorans,di- *Atanaricus By-*
gnæ tradidit ſepulturæ. ipſe quoq; in exequijs feretro eius præiens. Defun- *zantij mortuus*
cto ergo Atanarico,cunctus exercitus in ſeruitio Theodoſij imperatoris per *funere ſuperbo*
durans,Romano ſe imperio ſubdens, cum milite velut vnum corpus efficit, *effertur.*
milliaq́; illa dudum ſub Conſtantino principe fœderatorum renouata, & i-
pſi dicti ſunt Fœderati. E quibus Imperator cõtra Eugenium tyrannum,qui
occiſo Gratiano Gallias occupaſſet,plus quàm xx millia armatorum fideles
ſibi & amicos intelligens ſecum duxit, victoriaq́; de prædicto tyranno poti-
tus,vltionem exegit. Poſtquam verò Theodoſius amator pacis, generisq́;
Gothorum,rebus exceſſit humanis; cœperunt eius filij vtramq; Rempub. lu-
xurioſè viuentes adnihilare, auxiliarijsq́; ſuis, id eſt Gothis conſueta dona
ſubtrahere. Mox Gothis faſtidium eorũ increuit, verentesq́; ne longa pace
eorũ reſolueretur fortitudo; ordinant ſuper ſe regem Alaricũ, cui erat poſt *Alaricus ex Bal-*
Amalos ſecunda nobilitas,Baltharumq́; ex genere origo mirifica, qui dudũ *tharum familia*
ob audaciam virtutis Baltha, id eſt audax nomen inter ſuos acceperat. Mox *rex factus.*
vt ergo antefatus Alaricus creatus eſt rex,cum ſuis deliberãs ſuaſit ſuo labo-
re quærere regna, quàm alienis per ociũ ſubiacere: & ſumpto exercitu,per
Pannonias,Stilicone & Aureliano conſulibus,& per *Firmium dextro late- ** Sirmium*
re quaſi viris vacuam intrauit Italiam. Nullo penitùs obſiſtente ad pontem
applicuit Condiniani,qui tertio miliario ab vrbe erat regia Rauennate. Quę *Alaricus Italiam*
vrbs inter paludes, & pelagus,interq́; Padi fluenta vni tantũ patet acceſſui, *ingreditur.*
cuius dudum(vt tradunt maiores)poſſeſſores Eneti,id eſt * laudabiles dice- *Rauennæ ſitus.*
bantur. Hæc in ſinu regni Romani ſuper mare Ionium conſtituta, in modum ** ἀινοι.*
influentium aquarum redundatione concluditur. Habet ab oriente mare,
ad quod qui recto curſu de Corcyra atq; *Elladæ partibus nauigat dextrum ** Helladis*
latus,primùm Epirum,dein Dalmatiam,Liburniam, Hiſtriamq́;,& ſic Vene
tias radens palmula nauigat. Ab occidente verò habet paludes,per quas v-
no anguſtiſſimo introitu vt porta relicta eſt. A ſeptentrionali quoq; plaga ra-
mus illi ex Pado eſt, qui foſſa vocatur Aſconis. A meridie idem ipſe Padus,
quem ſolum fluuiorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab Auguſto
imperatore altiſſima foſſa demiſſus, qui ſeptima ſui aluei parte mediam in-
fluit ciuitatem. Ad oſtia ſua amœniſſimum portum præbens,claſſem ccl na-
uium,Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione. Qui
nunc,vt Fabius ait,quòd aliquando portus fuerat, ſpacioſiſſimos hortos o-
ſtendit, arboribus plenos: verùm de quibus non pendeant vela, ſed poma.
Trino ſiquidem vrbs ipſa vocabulo gloriatur, trigeminaq́; poſitione exul- *Rauenna trina.*
cat,id eſt,prima Rauenna,vltima Claſſis, media Cæſarea,inter vrbem & ma-

Gothorũ ad Honorium legatio.

rẽ, plena mollicię, arenaq́; munita, vectationibus apta. Verùm enimuerò, quum in ea ciuitate Veſegotharum applicuiſſet exercitus, & ad Honorium imperatorem (qui intus reſidebat) legationem miſiſſet, quatenus ſi permitteret, vt Gothi pacati in Italia reſiderent, ſic eos cum Romanorũ populo viuere, vt vna gens vtraq; credi poſſit: ſin autem aliter, bellando quis, quem valeret, expelleret; etiam ſecurus qui victor exiſteret, imperaret. Honorius imp. vtramq; pollicitationem formidans, ſuoq; cum ſenatu inito cõſilio, quomodo eos extra fines Italos expelleret, deliberabat. Cui ad poſtremum ſententia ſedit, quatenus prouincias longè poſitas, id eſt Gallias Hiſpaniasq́;, quas iam pęnè perdidiſſet, & Gizerichi [eas] Vandalorum regis vaſtaret irruptio; ſi valeret Alaricus, ſua cum gente ſibi tanquã lares proprios vendicaret, donatione ſacro oraculo cõfirmata. Conſentiunt Gothi, hac ordinatione, & ad traditam ſibi patriã proficiſcuntur. Poſt quorum diſceſſum nec quicquam mali in Italia perpetratum, Stilico patricius & ſocer Honorij imperatoris, (nam vtrãq; eius filiam, id eſt Mariam & *Ermantiam [quas] ſibi princeps vnam poſt vnã ſociauit, vtramq; virginem & intactã deus ab hac luce migrare pręcepit) hic ergo Stilico ad Polentiam ciuitatẽ in alpibus Coccijs locatam dolosè accedens, nihilq́; mali ſuſpicantibus Gothis, ad necem totius Italiæ, ſuamq́; deformitatẽ ruit in bellũ. Quem ex improuiſo Gothi cernentes, primò perterriti ſunt, ſed mox recollectis animis, & (vt ſolebant) hortatibus excitati, omnem pęnè exercitũ Stiliconis in fugam conuerſum, vſq; ad internecionem deijciunt, furibundoq́; animo arreptũ iter deſerunt, & in Liguriam poſt ſe, vnde iam tranſierant, reuertuntur; eiusq; prædis, ſpolijsq́; potiti, Aemyliã pari tenore deuaſtãt, Flaminiæq́; aggerem inter Picenũ & Thuſciam, vſq; ad vrbem Romam diſcurrentes, quicquid inter vtrũq; latus fuit, in prædam diripiunt, ad poſtremum Romam ingreſſi, Alarico iubente ſpoliant tantùm: non autẽ, vt ſolent gentes, ignem ſupponunt, nec locis ſanctorũ in aliquo penitùs iniuriam irrogare patiuntur. Exindeq; egreſſi, per Campaniã & Lucaniam ſimili clade peracta, Brutios acceſſerunt: vbi diu reſidẽtes, ad Siciliã, exinde ad Africam tranſire deliberãt. Brutiorum ſiquidẽ regio in extremis Italię finibus interiacẽs, parte angulorũ eius Apẽnini montis initiũ fecit, Adriæq́; pelagus vt lingua porrecta à Tyrreno æſtu ſeiungens, nomen quondam à Brutia ſortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus rex Veſegothorum, cũ opibus totius Italiæ, quas in præda diripuerat, exinde (vt dictũ eſt) per Siciliam in Africam quietã patriam tranſire diſponit. Cuius, quia non eſt liberum quodcũq; homo ſine nutu dei diſpoſuerit, fretũ illud horribile aliquantas naues ſubmerſit, plurimas cõturbauit. Qua aduerſitate repulſus Alaricus dum ſecum quid ageret, deliberaret; ſubitò immatura morte præuentus, rebus exceſſit humanis. Quem nimia dilectione lugentes, *Barentinũ amnem iuxta Conſentinam ciuitatem de alueo ſuo deriuant. Nam hic fluuius à pede montis iuxta vrbẽ dilapſus, fluit vnda ſalutifera. Huius ergo in medio alueo collecto captiuorum agmine ſepulturæ locum effodiunt, in cuius fouę gremio Alaricum cum multis opibus obruunt, ruſuſq; aquas in ſuum alueũ reducẽtes, ne à quoquã quandoq; locus cognoſceretur, foſſores omnes interemerunt, regnumq́; Veſegotharũ Athaulfo eius conſanguineo, & forma & mente conſpicuo tradunt. Nam erat quãuis non adeo proceritate ſtaturæ formatus, quantum pulchritudine corporis, vultuq; decorus. Qui ſuſcepto regno reuertens item ad Romam, ſi quid primùm remanſerat, more locuſtarum eraſit: nec tantùm priuatis diuitijs Italiam ſpoliauit, imò & publicis, imperatore Honorio nihil reſiſtere præualente, cuius & germanam Placidiam Theodoſij Imperatoris ex altera vxore filiam vrbe captiuã abduxit. Quam tamen ob generis nobilitatem, formæque pulchritudinem, & integritatem

Gallia Hiſpaniaq́; Gothis conceſſæ ab Honorio.

** Thermantiã*

Stilico Gothos nec opinantes aggreditur.

Roma capta.

Gothorũ conſilia

Alaricus moritur, conſilio ſuo non impleto.

** aliàs Buſentũ*

Athaulfus Alarico ſuccedit.

caſtitatis attendens, * in Foroliuij Aemyliæ ciuitate ſuo matrimonio copulauit, vt gentes hac ſocietate comperta, quaſi adunata Gothis Republica efficacius terrerentur, Honoriumq; Auguſtũ quamuis opibus exhauſtum, tamen quaſi cognatũ grato animo derelinquens, Gallias tendit: vbi cùm aduenifſet, vicinę gentes perterritæ, in ſuis ſe finibus cœperunt continere, quę dudũ crudeliter Gallias infeſtaſſent, tam Franci, quàm Burgundiones. Nam Vuandali & Alani, quas ſuprà diximus, permiſſu principum Romanorum vtraq; Pannonia reſedere, nec ibi ſibi ob metum Gothorum arbitrantes tutũ fore, ſi reuerterentur, ad Gallias tranſiere. Sed mox à Gallijs, quas ante non multum tempus occupaſſent, fugientes, Hiſpania ſe recluſere, adhuc memores ex relatione maiorũ ſuorum, quid dudum Geberich rex Gothorũ genti ſuæ præſtitiſſet incommodi, vel quomodo eos virtute ſua patrio ſolo expuliſſet. Tali ergo caſu Galliæ Athaulfo patuere venienti. Confirmato ergo Gothis regno in Gallijs, Hiſpanorum caſu cœpit dolere, eoſq; deliberans à Vuandalorũ incurſibus eripere, per ſuas opes Barcilonam cum certis fidelibus delectis, plebeq; imbelli interiores Hiſpanias introiuit, vbi ſępe cũ Vuandalis decertans, tertio anno poſtquam Gallias, Hiſpaniasq; domuiſſet, occubuit; gladio ilio perforato Vernulfi, de cuius ſolitus erat ridere ſtatura. Poſt cuius mortem Regericus rex conſtituitur. ſed & ipſe ſuorum fraude peremptus, ocyus vitam cum regno reliquit. Dehinc iam quartus ab Alarico rex conſtituitur Valia, nimis deſtrictus & prudens: contra quẽ Honorius Imperator * Conſtantinum virum induſtria militari pollentem, multiſq; proelijs glorioſum cum exercitu dirigit, veritus ne fœdus dudũ cum Athaulfo initũ ipſe turbaret, & aliquas rurſus in Repub. inſidias moliretur, vicinis ſibi gentibus repulſis; ſimulq; deſiderans germanã ſuam Placidiam ſubiectionis opprobrio liberare, paciſcens cũ * Conſtantino, vt aut bello, aut pace, vel quoquo modo ſi eam potuiſſet, ad ſuum regnum reuocaret, eiq; eam in matrimonium ſociaret. Quo placito † Conſtantinus ouans cum copia armatorum, & pęnè iam regio apparatu Hiſpanias petit. Cui Valia rex Gothorũ non minori procinctu ad clauſtra Pirenęi occurrit: vbi ab vtraque parte legatione directa, ita conuenit paciſci, vt Placidiam ſororem principis redderet, ſuaq; ſolatia Romanæ reipublicæ, vbi vſus exigeret, non denegaret. Eo namq; tempore Conſtantinus quidam apud Gallias inuadens imperium, filium ſuum Conſtantẽ ex monacho fecerat Cæſarem, ſed non diu tenens regnum præſumptũ, mox fœderatis Gothis Romaniſq;, ipſe occiditur Arelati, filius verò eius Viennæ. Poſt quos, item Iouinus ac Sebaſtianus pari temeritate Rem pub. occupandam exiſtimantes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valiæ, quando & Hunni poſt pænè L annos inuaſa Pannonia à Romanis & Gothis expulſi ſunt, videns Valia Vuandalos in ſuis finibus, id eſt Hiſpaniæ ſolo, audaci temeritate ab interioribus partibus Galliæ (vbi eos fugauerat dudum Athaulfus) egreſſos, cuncta in prædis vaſtare, eo [verò] tempore, quo Hierius & Ardaburius conſules extitiſſent; nec mora, mox contra eos mouit exercitum. Sed Gizericus rex Vuandalorum iam à Bonifacio in Africam inuitatur, qui Valentiniano principi veniens in offenſam, nõ aliter quàm ſe malo Reipub. potuit vindicare. Is ergo ſuis precibus eos inuitans, per tractũ anguſtum, quod dicitur fretum Gaditanũ, & vix ſeptem millibus Africam ab Hiſpanijs diuidit, oſtiaq; maris Tyrrheni Oceani æſtum egerit, tranſpoſuit. Erat namq; Gizericus iam Romanorũ clade in vrbe notiſſimus, ſtatura mediocris, & equi caſu claudicãs, animo profundus, ſermone rarus, luxuriæ contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad ſollicitandas gentes prouidendiſſimus, ſemina contentionũ iacere, odia miſcere paratus. Talis Africæ Rempub. precibus Bonifacij, vt diximus, inuitatus intrauit, vbi ad di-

** in Forocornelij*

Vandali & Alani ſedes aliquoties mutant.

Athaulfus in Galliam ſe transfert.

Athaulfus occiditur.

Regericus.

Vualia rex Gothorum.

** Conſtantium*

** Conſtantio*

† Conſtantius

Pax cum Gothis facta.

Conſtantinus imp. de quo Zoſimus.

Gizericus Vandalus in Africã arceſſitus.

Qualis Gizericus fuerit.

uinitatem(vt fertur)accepta autoritate diu regnans, ante obitum ſuum filiorum agmen accitũ ordinauit, ne inter ipſos de regni ambitione eſſet diſſenſio, ſed ordine quiſq;, & gradu ſuo, qui alijs ſuperuiueret, id eſt, ſeniori ſuo fieret ſequens ſucceſſor, & rurſus ei poſterior eius. Quod obſeruantes per annorũ multorum ſpatia, regnum feliciter poſſedere, nec quod in reliquis gentibus adſolet, inteſtino bello fœdati ſunt, ſuoq; ordine vnus poſt vnũ ſuſcipiens regnũ, in pace populis imperarũt. Quorũ ordo iſte ac ſucceſſio fuit. Primũ Gizericus, qui pater & dominus, ſequens Hunnericus, tertius Gundamundus, quartus Tranſamundus, quintus Hilderich. Quo, malo gentis ſuæ, Gelimer immemor ataui præceptorũ, de regno eiecto & interempto, tyrannidem præſumpſit. ſed nõ ei ceſſit impunè quod fecerat. Nam Iuſtiniani Imperatoris vltio in eo apparuit, & cũ omni genere ſuo, opibusq;, quibus more prædonis incubabat, Conſtantinopolim delatus per virum glorioſiſſimum Beliſarium, magiſtrum militum orientalem, & conſulem ordinarium atq; patricium, magnũ in Circo populo ſpectaculum fuit, ſeramq; ſui pœnitudinem gerens, quum ſe videret de faſtigio regali deiectum, priuatæ vitæ, cui noluit famulari, redactus occubuit. Sic Africa, quæ in diuiſione orbis terrarũ tertia pars mundi deſcribitur, centeſimo ferè anno Vuandalico iugo erepta in libertatẽ reuocata eſt regni Romani: & quam dudũ ignauis dominis, ducibus infidelibus, à Reip. Romanæ corpore gentilis manus abſtulerat, ſolerti domino & fideli ductore tunc reuocata, hodieq; congaudet. Quanuis & poſt hęc aliquantũ inteſtino prœlio, Maurorumq; infidelitate adtritam ſe lamentauerit; tamen triumphus Iuſtiniani Imperatoris à deo ſibi donatus, quod inchoauerat, ad finem vſq; perduxit. Sed nobis quid opus eſt, vnde res non exigit, dicere? Ad propoſitũ redeamus. Valia ſiquidem rex Gothorũ adeo cum ſuis in Vuandalos ſęuiebat, vt voluiſſet eos etiam in Africa perſequi, niſi eum caſus, qui dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, reuocaſſet. Nobilitatus nanq; intra Hiſpanias, incruentaq; victoria potitus, Toloſam reuertitur; Romano imperio, fugatis hoſtibus, aliquantas prouincias(quod promiſerat)derelinquens, ſibiq; aduerſa poſt longũ valetudine ſuperueniente, rebus humanis exceſſit, eo videlicet tempore, quo *Beremuth Toriſmũdo patre genitus, de quo in catalogo Amalorũ familiæ ſuperius diximus, cum filio Vuitricho ab Oſtrogothis, qui adhuc in Scythiæ terra Hunnorũ oppreſſionibus ſubiacebant, ad Veſegotharum regnũ migrauit. Conſcius enim erat virtutis & generis nobilitatis, facilius ſibi credens principatum à parẽtibus deferri, quem heredem regũ conſtabat eſſe multorum. Quis nanq; de Amalo dubitaret, ſi vacaſſet eligere? ſed nec ipſe adeo voluit, quis eſſet, oſtẽdere. Et illi iam poſt mortem Valiæ Theodericũ ei dedere ſucceſſorem, ad quem veniẽs Beremund animi pondere, quo valebat, eximiã generis ſui amplitudinẽ commoda taciturnitate ſuppreſſit, ſciens regnantib. ſemper de regali ſtirpe genitos eſſe ſuſpectos. Paſſus eſt ergo ignorari, ne faceret ordinãda cõfundi. Suſceptusq; eſt cũ filio ſuo à rege Theoderico honorificè nimis, adeo vt nec conſilio ſuo expertẽ, nec conuiuio faceret alienũ; non tantũ pro generis nobilitate, quam ignorabat, ſed pro animi fortudine & robore gentis, quã non poterat occultare. Quid plurimũ? defuncto Valia, vt ſuperius quod diximus repetamus, qui parũ fuerat felix Gallis, proſperrimus feliciorq; Theodericus ſucceſſit in regno, homo ſumma moderatione compoſitus animi corporisq; *vtilitate habendus. Contra quẽ Theodoſio & Feſto cõſulibus pace rupta Romani Hunnis auxiliaribus ſecũ iunctis, in Gallias arma mouerũt. Turbauerat nanq; eos Gothorũ fœderatorũ manus, quæ† cũ Cama comite Conſtantinopolim ſe fœderaſſet. Aetius ergo patricius tũc præerat militibus, fortiſſimorum Mæſiorũ ſtirpe progenitus, in Doroſtena ciuitate, à patre Gaudentio,

Gizerici de ſucceſſione ſuprema voluntas.

Vandalorum in Africa reges.

Gilemer in triumpho ductus Byzantium.

Valia Vandalos perſequitur.

**ſuprà Berimũd*

Berimundus originem ſuam occultat.

Theodericus Valiæ ſucceſſor

**vt illa ætate*

† cum Gaina comite Conſtantinopoli

Aetij patricij res geſtæ.

dentio, labores bellicos tolerans, Reipub. Romanæ ſingulariter natus, qui
ſuperbiam Sueuorum, Francorumq́; barbariem immenſis cædibus ſeruire
Romano imperio coëgiſſet. Hunnis quoq; auxiliarijs Litorio ductante, con
tra Gothos Romanus exercitus motus procinctũ, diuq́; ex vtraq; parte acie
ordinata, quũ vtriq; fortes, & neuter firmior eſſet, datis dextris, in priſtinam
concordiam redierunt, fœdereq́; firmato, ab alterutro fida pace peracta, re-
ceſſit vterq;. Qua pacatur Attila Hunnorũ omnium dominus, & pęnè totius *Attila rex Hunnorum.*
Scythiæ gentium ſolus in mundo regnator, qui erat famoſa inter omnes gen
tes claritate mirabilis. Ad quem in legationem remiſſus à Theodoſio iunio-
re Priſcus, tali voce inter alia refert. Ingentia ſiquidẽ flumina, id eſt Tyſiam, *Priſci verba de*
Tibiſiamq́;, & Driccam tranſeuntes, venimus in locũ illum, vbi dudum Vi- *Attila.*
dicula Gothorum fortiſſimus Sarmatum dolo occubuit. Indeq́; non longè
ad vicum, in quo rex Attila morabatur, acceſſimus: vicum inquam, ad inſtar
ciuitatis ampliſſimę, in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata re-
perimus, quarum compago ita ſolidum mentiebatur, vt vix ab intento poſ-
ſet iunctura tabularũ comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore di-
ſtenta, porticusq́; in omni decore diſpoſitas. Area verò curtis ingenti ambitu
cingebatur, vt amplitudo ipſa regiam aulam oſtenderet. Hæ ſedes erant At-
tilæ regis barbariam totã tenentis: hæc captis ciuitatibus habitacula prępo-
nebat. Is nanq; Attila patre genitus Mundzucco, cuius fuere germani, Octar
& Roas, qui ante Attilam regnum Hunnorum tenuiſſe narrantur, quamuis
non omnino cunctorum. Eorum ipſe poſt obitũ, cum *Bleta germano Hun- ** Budam Proſper vocat.*
norum ſucceſſit in regnum, & vt antè expeditioni, quam parabat, par foret;
augmentum virium parricidio quærit, tendens ad diſcrimen omnium nece
ſuorũ. Sed *liberante iuſticia deteſtabili remedio creſcens, deformes exitus ** librante*
ſuæ crudelitatis inuenit. *Bleta enim fratre fraudibus perempto, qui magnæ ** Buda*
parti regnabat Hunnorũ, vniuerſum ſibi populum ſubiugauit, aliarumq́; gen
tiũ, quas tunc in ditione tenebat, numeroſitate collecta, primas mundi gen-
tes, Romanos Veſegothasq́; ſubdere peroptabat. Cuius exercitus quingen-
torum millium eſſe numerus ferebatur. Vir in concuſſionem gentis natus in *Qualis Attila*
mundo, terrarum omnium metus: qui neſcio qua ſorte terrebat cuncta, for- *fuerit ſtatura et*
midabili de ſe opinione vulgata. Erat namq; ſuperbus inceſſu, huc atq; illuc *moribus.*
circumferens oculos, vt elati potentia ipſo quoq; motu corporis appareret.
Bellorum quidem amator, ſed ipſe manu temperans, conſilio validiſſimus,
ſupplicantibus exorabilis, propitius in fide ſemel receptis. Forma breuis,
lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſi-
mo naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna reſtituens. Qui quamuis huius eſſet
naturæ, vt ſemper magna confideret, addebat ei tamen confidentiã gladius *De Martis gla*
Martis inuentus, apud Scytharum reges ſemper habitus. Quem Priſcus hi- *dio.*
ſtoricus tali refert occaſione detectum. Quum paſtor inquiens, quidam gre
gis vnam buculam conſpiceret claudicantẽ, nec cauſam tanti vulneris inue-
niret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur: tandemq́; venit ad gladium, quẽ
depaſcẽs herbas bucula incautè calcauerat, effoſſumq́; protinus ad Attilam
defert. Quo ille munere gratulatus, vt erat magnanimus, arbitratur ſe totius
mundi principem conſtitutum, & per Martis gladium poteſtatẽ ſibi conceſ-
ſam eſſe bellorum. Huius ergo mentem ad vaſtationem orbis paratam com
periens Gizericus rex Vuandalorũ, quem paulo antè memorauimus, multis *Gizericus Attilam contra Gothos exciuit.*
muneribus ad Veſegotharum bella præcipitat, metuens ne Theodericus
Veſegotharum rex filiæ vlciſceretur iniuriam, quæ Hunericho Gizerici filio
iuncta, prius quidẽ tanto coniugio lætaretur: ſed poſtea, vt erat ille & in ſua
pignora truculentus, ob ſuſpicionẽ tantummodo veneni ab ea parati, eam
putatis naribus ſpolians decore naturali patri ſuo ad Gallias remiſerat, vt

Attila Gothos à Romanis dirimere nititur. turpe funus miſeranda ſemper offerret, & crudelitas, quã etiam mouerentur externi, vindictam patris efficacius impetraret. Attila igitur dudũ bella concepta Gizerici redemptione parturiens, legatos in Italiam ad Valentinianũ principem miſit, ſerens Gothorũ Romanorumq; diſcordiam, vt quos proelio non poterat concutere, odijs internis elideret, adſerens ſe Reipub. eius amicitias in nullo violare, ſed contra Theodericũ Veſegothorum regem ſibi eſſe certamen, vnde eum excipi libenter optaret. Cætera epiſtolę vſitatis ſalutationũ blandimentis oppleuerat, ſtudens fidẽ adhibere mendacio. Pari etiam modo ad regem Veſegothorũ Theodericũ erigit ſcriptum, hortans vt à Romanorũ ſocietate diſcederet, recoleretq; proelia, quæ paulo antè cõtra eũ fuerant cõcitata ſub nimia feritate. Homo ſubtilis antequã bella gereret, arte pugnabat. Tunc Valentinianus imperator ad Veſegothos eorumq; regẽ *Legatio Valentiniani ad Gothos.* Theodericum in his verbis legationem direxit. Prudentiæ veſtrę eſt, fortiſſime gentium, aduerſus * vrbis conſpirare tyrannũ, qui optat mundi generale habere ſeruitium, qui cauſas proelij non requirit, ſed quicquid commiſerit, hoc putat eſſe legitimũ. Ambitum ſuum brachio metitur, ſuperbia licẽtiã ſatiat. Qui ius faſq; contemnens, hoſtem ſe exhibet naturæ cunctorũ. Etenim meretur hic odium, qui in commune omniũ ſe approbat inimicum. Recordamini quęſo, quod certè nõ poteſt obliuiſci. Ab Hunnis caſus eſt fuſus, ſed quod grauiter agit, inſidijs agit appetitũ. Vnde vt de nobis taceamus, poteſtis hanc multis terre ſuperbiã? Armorũ potẽtes, fauete proprijs doloribus, & communes iungite manus. Auxiliamini etiam Reipub. cuius membrum tenetis. Quàm ſit autem nobis expetenda vel amplexanda ſocietas, hoſtes interrogate conſilia. His & ſimilibus legati Valentiniani regem permouere *Theoderici reſponſum.* Theodericũ. Quibus ille reſpondit: Habetis, inquit, Romani, deſiderium veſtrum, feciſtis Attilam & nobis hoſtem. Sequimur illũ quòcunq; vocauerit, & quanuis inflctur de diuerſis ſuperbarum gentium victorijs, norunt tamen Gothi confligere cum ſuperbis. Nullum bellũ dixerim graue, niſi quod cauſa debilitat, quando nil triſte pauet, cui maieſtas arriſerit. Acclamant reſponſo comites ducis, lætũ ſequitur vulgus. Fit omnibus ambitus pugnæ, hoſtes iam Hunni deſiderantur. Producitur itaq; à rege Theoderico Veſegothorũ *Theoderici vj filij.* innumerabilis multitudo: qui quatuor filijs domi dimiſſis, id eſt Friderico & Turico, Rotemero & Himmerit, ſecum tantùm Thoriſmund & Theoderi- *Expeditio contra Hunnos Gothorum et Rom.* cum maiores natu participes laboris aſſumit. Felix procinctus, auxiliantium ſuaue collegium habere, & ſolatia illorum, quibus delectat ipſa etiam ſimul ſubire diſcrimina. A parte verò Romanorum tanta patricij Aetij prouidẽtia fuit, cui tunc innitebatur Reſpub. Heſperię plagę, vt vndiq; bellatoribus congregatis, aduerſus ferocem & infinitam mulntudinem non impar occurre- *Auxiliares copiæ* ret. His enim adfuere auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Liriani, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc verò iam in numero auxiliariorum exquiſiti, aliæq; nonnullæ Celticę vel Germanicę nationes. Conuenitur itaq; in campos Catalaunicos, qui & Mauricij nominãtur, c. leugas, vt Galli vocant, in longũ tenentes, & lxx in latum. Leu- *Leugæ ſpatium.* ga autem Gallica mille & quingentorũ paſſuum quãtitate metitur. Fit ergo area innumerabiliũ populorum pars illa terrarũ. Conferuntur acies vtræq; fortiſſimę, nihil ſubreptionibus agitur, ſed apertũ Martem teſtantur. Quę poteſt digna cauſa tantorum motibus inueniri? Aut quod odiũ in ſe cunctos animauit armari? Probatum eſt, humanum genus regibus viuere, quando vnius mentis inſano impetu ſtrages ſit facta populorum, & arbitrio ſuperbi regis momento deijcitur, quod tot ſeculis natura progenuit. Sed antequam pugnæ ipſius ordinem referamus, neceſſarium videretur edicere, quæ in ipſis bellorum motibus accidêre, quia ſicut famoſum proelium, ita multiplex

atq;

Sangibanus Alanorum rex à noſtru deficit.

atq; perplexum. Sangibanus namq; rex Alanorum metu futurorum perterritus, Attilæ (ei) ſe tradere pollicetur, & Aurelianam ciuitatē Galliæ, vbi tunc conſiſtebat, in eius iura tranſducere. Quod vbi Theodericus & Aetius agnouere, magnis aggeribus eandem vrbem ante aduentum Attilæ deſtruunt, ſuſpectumq; cuſtodiunt Sangibanum, & inter ſuos auxiliares medium ſtatuūt cum propria gente. Igitur Attila rex Hunnorum tali perculſus euentu, diffidens ſuis copijs, metuens inire conflictum, intusq; fugam reuoluens, ipſo funere triſtiorem, ſtatuit per haruſpices futura inquirere.

Attila ſibi metuit

Haruſpicum reſponſa de euentu proelij.

Qui more ſolito nūc pecorum fibras, nunc quaſdam venas in abraſis oſſibus intuētes, Hunnis infauſta denunciant. Hoc tamen quantulū prædixere ſolatij, quod ſummus hoſtium ductor de parte aduerſa occumberet, relictaq; victoria, ſua morte triūphum fœdaret. Quumq; Attila necem Aetij, quòd eius motib. obuiabat, vel cum ſua perditione duceret expetendam, tali præſagio ſollicitus, vt erat conſiliorum in rebus bellicis exquiſitor, circa nonam diei horam prœliū ſub trepidatione committit, vt ſi non ſecus cederet, nox imminens ſubueniret, conuerteret partes, vt diximus, in campos Catalaunicos. Erat autem poſitio loci decliui tumore, in modum collis excreſcens. Quem vterq; cupiēs exercitus obtinere, quia loci opportunitas non paruum beneficium conferret: dextrā partem Hunni cum ſuis, ſiniſtram Romani & Veſegothæ cū auxiliarijs occuparunt.

Acies Theoderici & Aetij.

Relictoq; de cacuminis eius iugo certamine, dextrum (itaq;) cornu cum Veſegothis Theodericus tenebat, ſiniſtrū Aetius cū Romanis, collocantes in medio Sangibanum, quem ſuperius retulimus præfuiſſe Alanis, prouidentes cautioni militari, vt eum, de cuius animo minus præſumebant, fidelium cum turba cōcluderent. Facilè namq; adſumit pugnandi neceſſitatē, cui fugiendi imponitur difficultas.

Acies Hunnorū.

E diuerſo verò fuit Hunnorū acies ordinata, vt in medio Attila cū ſuis fortiſſimis locaretur, ſibi potius rex hac ordinatione proſpiciens, quatenus inter gētis ſuæ robur poſitus, ab imminēti periculo redderetur exceptus. Cornua verò eius multiplices populi, & diuerſæ nationes, quas ditioni ſuæ ſubdiderat, ambiebant.

Reges Gothi et Gepidarū in exercitus Attilæ.

Inter quos Oſtrogotharū præeminebat exercitus, Vualamire & Theodemire, & Vuidemire germanis ductātibus, ipſo etiā rege, cui tunc ſeruiebāt, nobilioribus; quia Amalorū generis eos potentia illuſtrabat. Eratq; & Gepidarū agmine innumerabili rex ille famoſiſſimus Ardaricus, qui ob nimiam ſuā fidelitatē erga Attilam, eius conſilijs intererat.

Ardaricus.

Nā perpendens Attila ſagacitatē ſuā, eum & Vualamirē Oſtrogotharum regē ſuper cæteros regulos diligebat.

Vualamir.

Erat nāq; Vualamir ſecreti tenax, blandus alloquio, doli ignarus. Ardarich fide & conſilio, vt diximus, clarus. Quibus non immeritò contra parentes Veſegothas debuit credere pugnatoribus. Reliqua autem ſi dici fas eſt, turba regum, diuerſarumq; nationum ductores, ac ſi ſatellites, nutibus Attilæ attendebant, & vbi oculo annuiſſet, abſque aliqua murmuratione cum timore & tremore vnuſquiſq; adſtabat, aut certè quod iuſſus fuerat, exſequebatur. Sed ſolus Attila rex omnium regum, ſuper omnes, & pro omnibus ſolicitus erat. Fit ergo de loci, quem diximus, opportunitate certamen. Attila ſuos dirigit, qui cacumen montis inuaderent, ſed à Thoriſmundo & Aetio præuentus eſt. Qui eluctati collis excelſa vt conſcenderent, ſuperiores effecti ſunt, venientesq; Hunnos montis beneficio facilè turbauere. Tunc Attila, quum videret exercitum cauſa præcedente turbatū, eum tali extempore credit alloquio confirmandū.

Attilæ adſuos oratio.

Poſt victorias tantarū gentium, poſt orbē ſic cōſtitutis edomitum, ineptū iudicauerim, tanquam ignaros rei verbis acuere. Quærat hoc aut nouus ductor, aut inexpertus exercitus. Nec mihi fas eſt aliquid vulgare dicere, nec vobis oportet audire. Quid autem aliud vos quàm bellare cōſueti? Aut quid forti ſuauius, quàm vindictam manu quærere? Magnum munus à natura, animum vltione

ſatiare. Aggrediamur ergo hoſtem alacres, audaciores ſunt ſemper, qui inſerunt bellum. Adunatas deſpicite diſſonas gentes. Indicium pauoris eſt, ſocietate defendi. En ante impetum terroribus iam feruntur, excelſa quęrunt, tumulos capiunt, & ſera pœnitudine in campis munitiones efflagitant. Nota nobis ſunt, quàm ſint leuia Romanorum arma, primo etiam non dico vulnere, ſed ipſo puluere grauantur. Dum inordinatè coëunt, & acies teſtudinemque connectunt, vos confligite præſtantibus animis, vt ſoletis, deſpicientesque eorum acies, Alanos inuadite, in Veſegothas incumbite. Inde nobis eſt citam victoriam quærere, vnde ſe continet bellum. Abſciſa autem neruis mox membra relabuntur, nec poteſt ſtare corpus, cui oſſa ſubtraxeris. Conſurgant animi, furor ſolitus intumeſcat. Nunc conſilia Hunni, nunc arma depromite, aut vulneratus quis aduerſarij mortem depoſcat, aut illæſus hoſtiũ clade ſatietur. Victuros nulla tela conuenient, morituros & in ocio fata præcipitant. Poſtremò quur fortuna Hunnos tot gentium victores adſereret, niſi ad certaminis huius gaudia præparaſſet? Quis denique Mæotidarum iter aperiret maioribus noſtris tot ſeculis clauſum ac ſecretum? Quis adhuc inermibus condere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterit ferre adunata collectio. Non fallor euentu, hic campus eſt, quem nobis tot proſpera promiſerant. Primus in hoſtes tela conijciam. Si quis potuerit Attila pugnante ocium ferre, ſepultus eſt. His verbis accenſi, in pugnam cuncti præcipitantur. Et quamuis haberent res ipſæ formidinem, pręſentia tamen regis cunctationem hærentibus auferebat. * Manu manibus congrediuntur, bellum atrox, multiplex, immane, pertinax, cui ſimile nulla vſquam narrat antiquitas, vbi talia geſta referuntur, vt nihil eſſet, quod in vita ſua conſpicere potuiſſet egregius, qui huius miraculi priuaretur aſpectu. Nam ſi ſenioribus credere fas eſt, riuulus memorati campi humili ripa prolabens, peremptorum vulneribus ſanguine multo prouectus, non actus imbribus, vt ſolebat, ſed liquore concitatus inſolito, torrens factus eſt cruoris augmento. Et quos illic coëgit in aridam ſitim vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt: ita conſtricti ſorte miſerabili ſordebant, potantes ſanguinem, quem fudere ſauciati. Hic Theodericus rex dum adhortans diſcurreret exercitum, equo depulſus, pedibusque ſuorum conculcatus, vitam matura ſenectute concluſit. Alij verò dicunt eum interfectum telo Andagis de parte Oſtrogotharum, qui tunc Attilanum ſequebantur regimen. Hoc fuit, quod Attilæ præſagio haruſpices prius dixerant, quamquam ille de Aetio ſuſpicaretur. Tunc Veſegothæ diuidentes ſe ab Alanis, inuadunt Hunnorum cateruas, & penè Attilam trucidaſſent, niſi prius prouidus fugiſſet, & ſe ſuosque ilico intra ſepta caſtrorũ, quæ plauſtris vallata habebat, recluſiſſet. Quamuis fragile munimentum, tamen quæſierunt ſubſidium vitæ, quibus paulo antè nullus poterat naturalis agger obſiſtere. Thoriſmund autem regis Theoderici filius, qui cum Aetio collem anticipans, hoſtes de ſuperiori loco proturbauerat, credens ſe ad agmina propria peruenire, nocte cæca ad hoſtium carpenta ignarus incurrit. Quem fortiter dimicantem quidam capite vulnerato equo deiecit, ſuorumque prouidentia liberatus, à prœliandi intentione deſijt. Aetius verò ſimiliter noctis confuſione diuiſus, quum inter hoſtes medios vagaretur, trepidus ne quid incidiſſet aduerſi Gothis, inquirens, tandemque ad ſocia caſtra perueniens, reliquum noctis ſcutorum defenſione tranſegit. Poſtera die luce orta, quum cadaueribus plenos campos aſpicerent, nec audere Hunnos erũpere: ſuam arbitrantur eſſe victoriam, ſcientesque Attilam non niſi magna clade confuſum, bello confugiſſe: quum tamen nil ageret vel proſtratus abiectum, ſed ſtrepens armis tubis canebat, incurſionemque minabatur: velut leo venabulis preſſus, ſpeluncæ aditus obambulans, nec audet inſurgere, nec

*Pugna Hunnorum et Gothorũ Romanorumq. * manus.*

Torrens ſanguinis.

Theoderici mors

Attila ad caſtra fugit plauſtris munita.

Thoriſmundi et Aetij pericula.

Quid Attila poſt pugnam fecerit.

nec deſinit fremitibus vicina terrere. ſic bellicoſiſſimus rex victores ſuos turbabat incluſus. Conueniunt itaque Gothi Romaniq́ue, & quid agerent de ſuperato Attila deliberant. Placet eum obſidione fatigari, qui annonæ copiam non habebat, quando ab ipſius ſagittarijs intra ſepta caſtrorum locatis, crebris ictibus arceretur acceſſus. Fertur autem deſperatis in rebus prędictũ regem adhuc & in ſupremo magnanimem, equinis ſellis conſtruxiſſe * piram, ſeſeq́ue, ſi aduerſarij irrumperent, flammis inijcere voluiſſe; ne aut aliquis eius vulnere lætaretur, aut in poteſtatem tantorum hoſtium gentiũ dominus perueniret.

Attilæ deſperantis extremum cõſilium.

** pyram.*

Verùm inter has obſidionum moras Veſegothæ regem filij patrem requirunt, admirantes eius abſentiam, dum feliciras fuerit ſubſequuta. Quumq́; diutius exploratum, vt viris fortibus mos eſt, inter denſiſſima cadauera reperiſſent, cantibus honoratum, inimicis ſpectantibus abſtulerunt. Videres Gothorum globos diſſonis vocibus confragoſos, adhuc inter bella furentia funeri reddidiſſe culturam. Fundebantur lachrymæ, ſed quæ viris fortibus impendi ſolent. noſtra mors erat, ſed Hunno teſte glorioſa. vnde hoſtium putaretur inclinata fore ſuperbia, quando regis efferre cadauer cum ſuis inſignibus inſpiciebãt. At Gothi Theoderico adhuc iuſta ſoluentes, armis inſonantibus regiam deferunt maieſtatem, fortiſſimusq́; Thoriſmund bene glorioſus, ad manes cariſſimi patris, vt decebat filium, exequias eſt proſequutus.

Funus Theoderici regis.

Quod poſtquam peractum eſt, orbitatis dolore commotus, & virtutis impetu, qua valebat, dum inter reliquias Hunnorum, mortem patris vindicare contendit; Aetium patricium, ac ſi ſeniorem, prudentiaq́ue maturum, de hac parte conſuluit, quid ſibi eſſet in tempore faciendum.

Thoriſmundus vindicare mortẽ patris cupiẽs, ab Aetio retrahitur

Ille verò metuens, ne Hunnis funditus interemptis, à Gothis Romanorum premeretur imperium, præbet hac ſuaſione conſilium, vt ad ſedes proprias remearet, regnumq́ue quod pater reliquerat, arriperet; ne germani eius opibus ſumptis paternis, Veſegotharum regnum peruaderent, grauiterq́ue dehinc cum ſuis, & quod peius eſt, miſeriterq́; pugnaret.

Inuidia mouetur Aetius ad impediendum bonum conſilium.

Quo reſponſo non ambiguè, vt datum eſt, ſed pro ſua potius vtilitate ſuſcepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias. Sic humana fragilitas dum ſuſpicionibus incurrerit, magna plerumque agendo, occaſionem rerum intercipit. In hoc enim famoſiſſimo & fortiſſimarum gentium bello ab vtriſque partibus clxij millia cæſa referũtur, exceptis xc millibus Gepidarum & Francorum, qui ante congreſſionem publicam noctu ſibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorũ parte pugnantibus.

Numerus interfectorum.

Attila igitur diſceſſione cognita Gothorum, quòd de inordinatis colligi ſolet, & inimicorum magis æſtimans dolum, diutius ſe intra caſtra continuit. Sed vbi hoſtium abſentia ſunt longa ſilentia conſecuta, erigitur mens ad victoriam, gaudia præſumuntur, atque potentis regis animus in antiqua fata reuertitur. Thoriſmund ergo patre mortuo, in campis ſtatim Catalaunicis, vbi & pugnauerat, regia maieſtate ſubuectus, Toloſam ingreditur. Hic licet fratrum & fortium turba gauderet, ipſe tamen ſic ſua initia moderatus eſt, vt nullius reperiret de regni ſucceſſione certamen. Attila verò nacta occaſione de receſſu Veſegotharum, & quod ſæpè optauerat, cernens hoſtium ſolutionem per partes, mox iam ſecurus ad oppreſſionem Romanorum mouit procinctum, primaq́ue aggreſſione Aquileienſem obſedit ciuitatem, quæ eſt metròpolis Venetiarum, in mucrone vel lingua Adriatici poſita ſinus.

Attila cõtra Roman. pergit.

Aquileiæ obſidio

Cuius ab oriente muros Natiſſa amnis fluens, à monte Picis elambit, ibiq́ue quum diu, multoq́ue tempore obſidens, nihil penitus præualeret, fortiſſimis intrinſecus Romanorum militibus reſiſtentibus; exercitu iam murmurante & diſcedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum vtrum ſolueret caſtra, an adhuc moraretur deliberat; animaduertit candidas aues, id eſt cico-

Auolantium ciconiarũ augurium.

nias,quæ in faſtigio domorum nidificant,de ciuitate fœtus ſuos trahere,atq contra morem per rura forinſecus comportare.Et vt hoc,ſicut erat ſagaciſſimus inquiſitor,perſenſit,ad ſuos inquit; Reſpicite aues futurarum rerũ prouidas perituram relinquere ciuitatem, caſuraſque arces periculo imminente deſerere.Non hoc vacuum,non hoc credatur incertum;rebus præſcijs cõſuetudinem mutat ventura formido. Quid plus? Animus ſuorum rurſus ad oppugnandum Aquileiã inflammatur.Qui machinis conſtructis, omnibusque tormentorum generibus adhibitis,nec mora,inuadunt ciuitatem, ſpoliant,diuidunt,vaſtantque crudeliter,ita vt vix eius veſtigia, vt appareant,reliquerint. Exhinc iam audaciores, & necdum Romanorum ſanguine ſatiati, per reliquas Venetũm ciuitates Hunni bacchabantur.Mediolanum quoque Liguriæ metropolim,& quondam regiam vrbem pari tenore deuaſtant,nec non & Ticinum ęquali ſorte deijciunt,vicinaque loca ſæuientes allidunt,demoliunturque penè totam Italiam. Quumque ad Romam animus fuiſſet eius attentus accedere,ſui eum(vt Priſcus refert hiſtoricus)remouere,non vt bi, cui inimici erant, conſulentes; ſed Alarici quondam Veſegotharum regis obijcientes exemplũ,veriti regis ſui fortunam, quia ille poſt fractam Romam diu non ſuperuixerat,ſed protinus rebus exceſſit humanis. Igitur dum eius animus ancipiti negocio inter ire & non ire fluctuaret, ſecumque deliberans tardaret,placita ei legatio à Roma aduenit. Nam Leo papa per ſe ad eum accedit in Acrouentu Mamboleio, vbi Mincius amnis commeantium frequentatione tranſitur. Qui mox depoſuit excitatum furorem, & rediens qua venerat,id eſt,vltra Danubium, promiſſa pace diſceſſit;illud præ omnibus denuncians,atq; interminando diſcernens, grauiora ſe in Italiam illaturum,niſi ad ſe Honoriam Valentiniani principis germanam,filiam Placidiæ Auguſtæ,cum portione ſibi regalium opum debita mitteret.Ferebatur enim quia hæc Honoria,dum propter aulæ decus ad caſtitatem teneretur nutu fratris incluſa, clandeſtino eunucho miſſo, Attilam inuitaſſet, vt contra fratris potentiam eius patrocinijs vteretur;prorſus indignum facinus, vt licentiam libidinis malo publico compararet. Reuerſus itaque Attila in ſedes ſuas, & quaſi ocij pœnitens,grauiterq; ferens à bello ceſſare, ad orientis principem Marcianum legatos dirigit,prouinciarũ teſtans vaſtationem, quod ſibi promiſſa à Theodoſio quondam Imperatore minimè perſolueret,& inhumanior ſolito ſuis hoſtibus appareret.Hæc tamen agens, vt erat verſutus & callidus,alibi minatus, alibi arma ſua commouit, & quod reſtabat indignationi, faciem in Veſegothos retorſit.Sed non eum, quem de Romanis, reportauit euentum. Nam per diſſimiles anterioribus vias recurrens, Alanorum partẽ trans flumen Ligeris conſidentem ſtatuit ſuæ redigere ditioni, quatenus mutata per ipſos belli facie, terribilior emineret. Igitur ab Dacia & Pannonia prouincijs, in quibus tunc Hunni cum diuerſis ſubditis nationibus inſidebant, egrediens Attila, in Alanos mouit procinctum. Sed Thoriſmund rex Veſegothorum fraudem Attilæ non impari ſubtilitate perſentiens, ad Alanos tota ſubtilitate priùs aduenit,ibique ſuperuenientis iam Attilę motibus præparatus occurrit,conſertoque prælio, penè ſimili eum tenore,vt prius in campis Catalaunicis, à ſpe remouit victoriæ, fugatumque à partibus ſuis ſine triumpho remittens in ſedes proprias fugere compulit. Sic Attila famoſus,& multarum victoriarum dominus, dum quærit famam perditoris abijcere, & quod prius à Veſegothis pertulerat, abolere; geminatam ſuſtinuit, ingloriusque receſſit.Thoriſmund verò repulſis ab Alanis Hunnorum cateruis,ſine aliqua ſuorum læſione Toloſam migrauit,ſuorumq; quieta pace cõpoſita,tertio anno regni ſui ægrotans, dum ſanguinem tollit de vena, ab Aſcalcruo cliente inimicos nunciante,armis ſubtractis,peremptus eſt.Vna tamen

Mediolanum et Ticinum Attila perdit.

Attilæ de Roma no itinere conſultatio.

Leo papa legatus ad Attilam.

Honoriæ damnoſa reip. libido.

Attilæ ad Marcianum legatio.

Attilæ ſimulationes.

Thoriſmundus iterum vincit Attilam.

Indigna Thoriſmundi cædes.

men manu,quam liberam habebat,ſcabellum tenens,ſanguinis ſui exiſtit vltor, aliquantos inſidiantes ſibi extinguens. Poſt cuius deceſſum, Theodericus germanus eius Veſegotharum in regno ſuccedens,mox Riciarium Sueuorum regem cognatũ ſuum repperit inimicum. Hic item Riciarius affinitatem Theoderici præſumens, vniuerſam penè Hiſpaniam ſibi credidit occupandam,iudicans opportunum tempus ſurreptionis incompoſita initia tentare regnantis. Quibus ante Gallicia & Luſitania ſedes fuere, quæ in dextro latere Hiſpaniæ per ripam Oceani porriguntur, habentes ab oriente Auſtrogoniam, ab occidente in promontorio ſacrum Scipionis Romani ducis monumentum,à ſeptentrione Oceanum,à meridie Luſitaniam, & fluuium Tagum,qui arenis ſuis permiſcẽs auri metalla, trahit cum limi vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum, nititur totam Hiſpaniam occupare. Cui Theodericus cognatus ſuus,vt erat moderatus,legatos mittẽs,pacifice dixit,vt non ſolum recederet à finibus alienis; verùm etiam nec tentare præſumeret, odium ſibi tali ambitione acquirens. Ille verò animo prætumido ait;Si hic murmuras,& me venire cauſaris:Toloſam,vbi tu ſedes, veniam;ibi ſi vales,reſiſte.His auditis, ægrè tulit Theodericus, compacatusq́; cũ cæteris gentibus, arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoque Gnudiacum,& Hilpericum reges auxiliares habens, ſibiq́; deuotos. Ventum eſt ad certamen iuxta flumen Vrbium, quod inter Aſturicam, Hiberiamq́; prætermeat. Conſertoq́; prælio, Theodericus cum Veſegothis,qui ex iuſta parte pugnabat, victor efficitur, Sueuorum gentes penè cunctas vſq; ad internecionem proſternens. Quorum rex Riciarius relicta infecta victoria,hoſtem fugiens,in nauim conſcendit,aduerſaq́; procella Tyrrheni oſtij repercuſſus,Veſegotharum eſt manibus redditus,miſerabilem non differens mortem, cum elementa mutauerit. Theodericus verò victor exiſtẽs, ſubactis pepercit,nec vltra certamina ſæuire permiſit,præponens Sueuis, quos ſubiecerat, clientẽ Acliulfum. Qui in breui animum ad præuaricationem ex Sueuorum ſuaſionib. commutans,neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione ſuperbiens,credensq́; ſe ea virtute prouinciam obtinere,qua dudum cum domino ſuo eam ſubieciſſet. Is ſiquidem erat Vuarnorum ſtirpe genitus, longè à Gothici ſanguinis nobilitate ſeiunctus; idcirco nec libertati ſtudens, nec patrono fidem ſeruans. Quo comperto, Theodericus mox contra eum, qui eum de regno peruaſo deijcerẽt,deſtinauit. Qui venientes,ſine mora in primo eum certamine ſuperantes, congruam factorum eius ab eo exegerunt vltionem. Captus namq́;,& ſuorum ſolatio deſtitutus,capite plectitur;ſenſitq́; tandem iratum,qui propitium dominum crediderat contẽnendũ. Tunc Sueui rectoris ſui interitum contuentes, locorũ ſacerdotes ad Theodericũ ſupplices direxerunt. Quos ille pontificali reuerentia ſuſcipiens,non ſolũ impunitatẽ Sueuorũ indulſit;ſed & vt ſibi de ſuo genere principem conſtituerent, flexus pietate conceſſit. Quod & factum eſt, & Remiſmundum ſibi Sueui regulũ ordinauerunt. His peractis,paceq́; cunctis munitis,tertiodecimo regni ſui anno Theodericus occubuit. Cui frater Euricus percupida feſtinatione ſuccedens, ſæua ſuſpicione pulſatus eſt. Nam dum hæc circa Veſegotharum gentem & alia nonnulla geruntur, Valentinianus imperator dolo Maximi occiſus eſt, & ipſe Maximus tyrannico more regnum inuaſit. Quod audiens Gizericus rex Vuandalorum, ab Africa armata claſſe in Italiam venit,Romamq́ue ingreſſus, cuncta deuaſtat. Maximus verò fugiens, à quodam Vrſo milite Romano interemptus eſt. Poſt quem, iuſſu * Marciniani imperatoris orientalis, * Maiorianus occidentale ſuſcepit imperium gubernandum. Sed & ipſe non diu regnans,dum contra Alanos, qui Gallias infeſtabant, mouiſſet procinctum, Dertonæ iuxta fluuium Ira cognomento

Theodericus fratri ſuccedit.

Riciarius rex Sueuorum in Hiſpania.

Theoderici modeſtia.

Theoderici victoria.

Riciarij mors.

Acliulfi defectio.

Vuarnorũ ſtirps.

Acliulfi ſupplicium.

Remiſmundus rex Sueuorum.

Euricus rex Gothorum.

Gizericus Romam capit.

** Marciani.*

** Maioranus.*

Multorum occidentis impp. tempore breui facta ſucceſſio.

occiditur. Cuius locum Seuerus inuaſit, qui tertio anno imperij ſui Romæ
obijt. Quod cernens Leo imperator, qui in oriẽtali regno Marciano ſucceſ-
ſerat, Anthemium patricium ſuum ordinans, Romæ principem ordinauit.
Qui veniens ilico Ricimerem generum ſuum contra Alanos direxit, virum
egregium, & penè tũc in Italia ad exercitum ſingularem. Qui multitudinem

Euricus Gallias occupare nititur

Alanorum, & regem eorum Beurgum in primo ſtatim certamine ſuperatos,
internecioni proſtrauit. Euricus ergo Veſegotharum rex crebram mutatio-
nem Romanorum principum cernens, Gallias ſuo iure niſus eſt occupare.
Quod comperiens Anthemius Imperator, protinus ſolatia Britonum poſtu-
lauit. Quorum rex Riothimus cum xij millibus veniens, in Biturigas ciuita-
tem oceano è nauibus egreſſus, ſuſceptus eſt. Ad quos rex Veſegotharum
Euricus innumerum ductans exercitum aduenit, diuq; pugnans, Riothimum

Riothimum ſuis cum Britonibus Euricus vincit.

Britonum regem, antequam Romani in eius ſocietate coniungerentur, ſupe
rauit, Qui ampla parte exercitus amiſſa, cum quibus potuit fugiens, ad Bur-
gundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam aduenit.
Euricus verò rex Veſegotharum Aruernam Galliæ ciuitatem occupauit, An
themio principe iam defuncto, qui cum Ricimere genero ſuo inteſtino bel-
lo ſæuiens, Romaniam triuiſſet, ipſeque à genero peremptus, regnum reli-
quit Olibrio. Quo tempore in Conſtantinopoli Aſpar primus patriciorum,
& Gothorum genere clarus, cum Ardabure & Patriciolo filijs, illo quidem
olim patricio, hoc autem Cæſare, generoq; Leonis principis appellato, ſpa-
donum enſibus in palatio vulneratus interijt. Et nec dum Olibrio viij menſe
in regnum ingreſſo obeunte, Glycerius apud Rauennam plus præſumptio-
ne, quàm electione Cæſar effectus eſt. Quem anno vix expleto, Nepos Mar
cellini quondam patricij ſororis filius, à regno deijciens, in portu Romano
epiſcopum ordinauit. Tantas varietates mutationesque Euricus cernens, vt
diximus ſuperius, Aruernam occupat ciuitatem, vbi tunc Romanorum dux
præerat Decius nobiliſſimus ſenator, & dudũ Auiti Imperatoris, qui ad pau-
cos dies regnum inuaſerat, filius. Nam hic ante Olibrium paucos dies tenẽs
imperium, vltro receſſit Placentiam, ibique epiſcopus eſt ordinatus. Huius
ergo filius Decius diu certans cum Veſegothis, nec valens anteſtare, relicta
patria, maximeque vrbe Aruernate hoſti, ad tutiora ſe loca collegit. Quod
audiens Nepos Imperator, præcepit Decio, relictis Gallijs ad ſe venire, in
locum eius Oreſte magiſtro militum ordinato: qui Oreſtes ſuſcepto exerci-
tu, & contra hoſtes egrediens, à Roma Rauẽnam peruenit, ibiq; remoratus,
Auguſtulum filium ſuum Imperatorem efficit. Quo comperto, Nepos fugit
in Dalmatias, ibiq; defecit priuatus regno, vbi iam Glycerius dudum impe-
rator epiſcopatum Salonitanum habebat. Auguſtulo verò à patre Oreſte in

Odoacer Rugianus Italiam occupat.

Rauenna imperatore ordinato, non multum poſt Odouacer Turcilingorum
rex, habens ſecum Scyros, Herulos, diuerſarumq; gentium auxiliarios, Itali
am occupauit, & Oreſte interfecto, Auguſtulũ filium eius de regno pulſum,
in Lucullano Campaniæ caſtello exſilij pœna damnauit. Sic quoq; Heſperi
um Romanæ gentis imperium, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ
anno primus Auguſtorum Octauianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Au
guſtulo perijt, anno deceſſorum prædeceſſorumq; regni quingenteſimo vi-
geſimo ſecundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiamque tenenti-
bus. Interea Odouacer rex gentium omni Italia ſubiugata, vt terrorem ſu-
um Romanis indicaret, mox initio regni ſui Brachilam comitem apud Ra-
uennam occidit, regnoque ſuo confortato, penè per quatuordecim annos
vſque ad Theoderici præſentiam, de quo in ſubſequentibus dicturi ſumus,
obtinuit. Interim tamen ad eum ordinem, vnde digreſſi ſumus, redeamus, &
quomodo Euricus rex Veſegotharum Romani regni vacillationem cernẽs,

Arelatum

Arelatum & Maſſiliam propriæ ſubdidit ditioni. Gezericus etenim Vuandalorum rex ſuis eum muneribus ad iſta committenda illexit, quatenus ipſe Leonis vel Zenonis inſidias, quas contra eum direxerant, præcaueret. Egitq; vt orientale imperium Oſtrogothæ, Heſperium Veſegothæ vaſtarent, vt in vtraque Repub. hoſtibus decernentibus, ipſe in Africa quietus regnaret. Quod Euricus grato ſuſcipiens animo, totas Hiſpanias Galliasq; ſibi iam iure proprio tenens, ſimul quoque & Burgundiones ſubegit, Arelatoque degens, decimonono anno regni ſui vita priuatus eſt. Huic ſucceſſit proprius filius Alaricus, qui nonus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus eſt Veſegotharum. Nam pari tenore, vt de Auguſtulo ſuperius diximus, & in Alaricis prouenire cognoſcitur, & in eis ſæpè regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant. Quo interim nos prætermiſſo, ſicut promiſimus, omnem Gothorum texamus originem. Et quia dum vtræque gentes tam Oſtrogothę, quàm etiam Veſegothæ in vno eſſent, vt valui, maiorum ſequens dicta reuolui, diuiſoſque Veſegothas ab Oſtrogothis ad liquidum ſum proſequutus: neceſſe nobis eſt, iterum ad antiquas eorum Scythicas ſedes redire, & Oſtrogotharum genealogiam, actuſque pari tenore exponere. Quos conſtat [morte] Ermanarici regis ſui deceſſione à Veſegothis diuiſos, Hunnorum ſubditos ditioni in eadem patria remoraſſe, Vuinithario tamen Amalo principatus ſui inſignia retinente. Qui aui Ataulfi virtutem imitatus, quamuis Ermanarici felicitate inferior, tamen [hæc] moleſtè * referens Hunnorum imperio ſubiacere, paululum ſe ſubtrahebat ab illis, ſuamq; dum nititur oſtentare virtutem, in Antarum fines mouit procinctum, eosq; dum aggreditur, prima congreſſione ſuperatur: deinde fortiter egit, regemq; eorum Box nomine cũ filijs ſuis & lxx primatibus in exemplo terroris cruci adfixit, vt deditítijs metum cadauera pendentium geminarent. Sed cum tali libertate vix anni ſpãtio imperaſſet, non eſt paſſus * Balamber rex Hunnorum, ſed aſcito ad ſe Sigiſmundo Hunimundi magni filio, qui iuramenti ſui & fidei memor cum ampla parte Gothorum Hũnorum imperio ſubiacebat, renouatoq; cum eo fœdere, ſuper Vuinitharium duxit exercitum. Diuque certantibus, primo & ſecundo certamine Vuinitharius vincit. Nec valet aliquis commemorare, quã tam ſtragem de Hunnorum Vuinitharius fecit exercitu. Tertio verò prælio ſubreptionis auxilio ad fluuium nomine Erac, dum vterq; ad ſe veniſſent, Balamber ſagitta miſſa, caput Vuinitharij ſaucians, interemit, neptemque eius Vualadamarcam ſibi in coniugio copulans, iam omnem in pace Gothorum populum ſubactum poſſedit: ita tamen, vt genti Gothorum ſemper vnus proprius regulus (quamuis Hunnorum conſilio) imperaret. Et mox defuncto Vuinithario, rexit eos Hunimundus filius quondam regis potentiſſimi Ermanarici, acer in bello, totiuſque corporis pulchritudine pollens: qui poſt hæc contra Sueuorum gentem feliciter dimicauit. Eoq; defuncto, ſucceſſit Thoriſmund filius eius flore iuuentutis ornatus, qui ſecundo principatus ſui anno contra Gepidas mouit exercitum; Magnaq; de illis potitus victoria, caſu equi dicitur interemptus. Quo defuncto, ſic eum luxere Oſtrogothæ; vt xl per annos in eius loco rex alius non ſuccederet, quatenus & illius memoriã ſemper haberent in ore, & tempus accederet, quo Vualamir ambitum repararet virilem, qui erat ex conſobrino eius genitus Vuandalario; quia filius eius, vt ſuperius diximus, Beriſmund, iam contempta Oſtrogotharum gente propter Hunnorum dominium, ad partes Heſperias Veſegotharum fuiſſet gentem ſequutus, de quo & ortus eſt Vedericus. Vederico quoque filius natus eſt Euthar icus, qui iunctus Amaleſuentæ filiæ Theoderici, item Amalorum ſtirpem iam diuiſam coniunxit, & genuit Athalaricum & Matheſuentam. Sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus eſt, Matheſuenta

Gizerici aſtus in diſtinendis hoſtibus.

Alaricus patri ſucceſſit, alter hu ius nominis.

Vuinitharius rex Oſtrogothorum.

**ferens.*

**ſupra Balamir*

Hunimundus rex.

Thoriſmundus rex Oſtrogothorum.

Euthar icus Amalorum ſtirpẽ diuiſam coniungit

Conſtantinopolim inlata, de ſecũdo viro, id eſt Germano fratruel... ...ſtiniani imperatoris genuit poſtumum filium, quem nominauit Germanum. Sed nobis, vt ordo, quem cupimus, decurrat ad Vuandalarij ſobolem, quæ trino flore pullulabat, redeundum eſt. Hic etenim Vuandalarius fratruelis Ermanarici, & ſuperſcripti Thoriſmundi conſobrinus, tribus editis * libris, in gente Amala gloriatus eſt, id eſt Vualamir, Theodemir, Vuidemir. Ex quibus per ſucceſſionem parentum Vualamit in regnum conſcendit, adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata, quando mirabilis Theodemir pro fratris Vualamir militabat imperio. Vualamir verò pro altero iubet ornando, Vuidemir ſeruire pro fratribus æſtimabat. Sic eis mutua affectione ſe tuentibus, nulli penitus deerat regnum, quod vtrique in ſua pace tenebant. Ita tamen, vt ſæpè dictum eſt, imperabant; vt ipſi Attilæ Hunnorum regis imperio deſeruirent. Quibus nec contra parentes Veſegothas licuiſſet recuſare certamen, ſed neceſſitas domini etiam ſi paricidium iubet, implendum eſt. Nec aliter ab Hunnorum dominio diuelli potuit gens aliqua Scythica, niſi optata cunctis nationibus in commune, & Romanis, mors Attilæ prouenerit, quæ tam vtilis fuit, vt vita mirabilis. Qui, vt Priſcus hiſtoricus refert, extinctionis ſuæ tempore puellam Ildico nomine decoram valde, ſibi in matrimonium poſt innumerabiles vxores, vt mos erat gentis illius, ſocians: eiusq; in nuptijs magna hilaritate reſolutus, vino ſomnoque grauatus, reſupinus iacebat, redundansque ſanguis, qui ei ſolite de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus eum extinxit. Ita glorioſo per bella regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti verò luce, quũ magna pars diei fuiſſet exempta, miniſtri regij triſte aliquid ſuſpicantes, poſt clamores maximos fores effringunt, inueniuntq; Attilæ ſine vulnere necem ſanguinis effuſione peractã, puellamq; demiſſo vultu ſub velamine lachrymantẽ. Tunc, vt illius gentis mos eſt, criniũ parte truncata, informes facies cauis turpauere vulneribus, vt præliator eximius non fœmineis lamentationib. & lachrymis, ſed ſanguine lugeretur virili. De quo id acceſſit mirabile, vt Martiano principi orientis de tã feroci hoſte ſollicito in ſomnis diuinitas adſiſtens, arcum Attilę in eadem nocte fractum oſtenderet, quaſi quòd gens ipſa eo telo multa pręſumat. Hoc Priſcus hiſtoricus vera ſe dicit adteſtatione probare. Nam in tantum magnis imperijs Attila terribilis habitus eſt, vt eius mortẽ in locum muneris ſuperna regnãtibus indicarent. Cuius manes quibus modis à ſua gente honorati ſunt, pauca de multis dicere non omittamus. In medijs ſiquidem campis, & intra tentoria ſerica cadauere collocato, ſpectaculum admirandum, & ſolenniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electiſſimi equites in eo loco, quo erat poſitus, in modum Circenſium curſibus ambiẽtes, facta eius cantu funereo tali ordine referebat. Pręcipuus Hunnorum rex Attila patre genitus Mundzucco, fortiſſimarum gentium dominus, qui inaudita ante ſe potentia ſolus Scythica & Germanica regna poſſedit, necnon vtraq; Romanæ vrbis imperia captis ciuitatibus terruit, & ne præda reliqua ſubderẽt, placatus precibus, annuum vectigal accepit. Quumq; hæc omnia prouentu felicitatis egerit, non vulnere hoſtium, non fraude ſuorum, ſed gẽte incolumi inter gaudia lætus, ſine ſenſu doloris occubuit. Quis ergo hunc dicat exitum, quem nullus æſtimat vindicandũ? Poſtquam talib. lamentis eſt defletus, ſtrauam ſuper tumulum eius, quam appellant ipſi, ingenti cõmeſſatione concelebrant, & contraria inuicem ſibi copulantes, luctum funereũ mixto gaudio explicabant, noctuq; ſecreto cadauer eſt terra reconditũ. Cuius fercula primum auro, ſecundo argento, tertio ferri rigore communiunt, ſignificantes tali argumento potentiſſimo regi omnia cõueniſſe: ferrum

quo

Marginal notes:
* *libris.* (at "* libris")
Vualamir Vuandalarij F. Thoriſmundo ſuccedit.
Attilæ mors.
Marciani viſum
Epitaphium carmen in Attilæ funere.
Straua in funere celebrata.

quo gentes edomuit;aurum & argentum,quod ornatum reipublicæ vtriuſq;
acceperit.Addunt arma hoſtium cædibus acquiſita , phaleras vario gemma
rum ſulgore precioſas,& diuerſi generis inſignia,quibus colitur aulicum de
cus. Et vt tot & tantis diuitijs humana curioſitas arceretur , operi deputatos
deteſtabili mercede trucidarunt , emerſitq; momentanea mors ſepelientib.
cum ſepulto.Talibus peractis,vt ſolent animi iuuenum ambitu potentię con
citari,inter ſucceſſores Attilæ de regno orta contentio eſt,& dum inconſulti
imperare cupiunt cuncti, omnes ſimul imperium perdidere. Sic frequenter
regna grauat plus copia,quàm inopia ſucceſſorum.Nam filij Attilę,quorum
perlicentiam libidinis penè populus fuit,gentes ſibi diuidi ęqua ſorte poſce
bant , vt ad inſtar familiæ bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem.

Occiſi qui Attilã ſepeliere.

Ingens multitudo filiorum Attile

Quod dum Gepidarum rex comperit Ardaricus,de tot gẽtibus indignatus,
velut viliſſimorum mancipiorum conditione tractari,contra filios Attilæ pri
mus inſurgit,illatumq; ſeruiendi pudorem ſequuta felicitate deterſit:nec ſo
lum ſuam gentem,ſed & cæteras, quæ pariter premebantur, ſua diſceſſione
abſoluit:quia facilè omnes appetunt , quæ pro cunctorum vtilitate tentãtur.

Ardaricus filios Attilæ primus inuadit.

In mutuum igitur armantur exitium,bellumq; committitur in Pannonia, iu-
xta flumen cui nomen eſt Netad. Illic concurſus factus eſt gentium variarũ,
quas Attila in ſua tenuerat ditione. Diuidũtur regna cum populis, fiuntq; ex
vno corpore membra diuerſa,nec quæ vnius paſſioni cõpaterentur, ſed quę
exciſo capite inuicem inſanirent.Quæ nunquam contra ſe pares inuenerant
niſi ipſi mutuis ſe vulneribus ſauciantes,ſeipſas diſcerperent fortiſſimę nati-
ones. Nam ibi admirandum reor fuiſſe ſpectaculum,vbi cernere erat cũctis,
pugnantem Gothum enſe furentem,Gepidam in vulnere ſuorum cuncta te
la frangentem,Sueuum pede,Hunnum ſagitta præſumere,Alanũ graui, He-
rulum leui armatura aciem inſtruere. Poſt multos ergo grauesq; conflictus
fauit Gepidis inopinata victoria. Nam triginta ferè millia tam Hunnorum,
quàm aliarum gentium , quæ Hunnis ferebant auxilium , Ardarici gladius,
conſpiratorumque peremit. In quo prælio filius Attilæ maior natu , nomine
Ellac occiditur : quem tantum pater ſuper cæteros amaſſe perhibebatur , vt
eum cunctis diuerſiſque filijs ſuis in regno præferret : ſed non fuit voto pa-
tris fortuna conſentiens. Nam poſt multas hoſtium cædes ſic viriliter eum
conſtat perẽptum,vt tam glorioſum ſuperſtes pater optaſſet interitum Re-
liqui verò germani eius eo occiſo fugantur iuxta littus Pontici maris,vbi pri
us Gothos ſediſſe deſcripſimus. Ceſſere itaque Hunni, quibus cedere puta-
batur vniuerſitas. Adeo diſſidium pernicioſa res eſt, vt diuiſi corruerint , qui
adunati viribus territabant. Hæc cauſa Ardarici regis Gepidarum felix ad-
fuit diuerſis nationibus, qui Hunnorum regimini inuiti famulabantur, eo-
rumque diu mœſtiſſimos animos ad hilaritatem libertatis votiuam erexit.
Venientesque multi per legatos ſuos ad ſolum Romanorum , & à principe
tunc Marciano gratiſſimè ſuſcepti, diſtributas ſedes, quas incolerent, acce-
pere. Nam Gepidæ Hunnorum ſibi ſedes viribus vendicantes, totius Daciæ
fines velut victores potiti , nihil aliud à Romano imperio , niſi pacem & an-
nua ſolennia, vt ſtrenui viri , amica pactione poſtulauere. Quod & libens
tunc annuit Imperator,& vſque nunc conſuetum donum eſt. Nam gens ipſa
à Romano ſuſcipit principe. Gothi verò cernentes Gepidas Hunnorum ſe-
des ſibi defendere, Hunnorumque populum ſuas antiquas ſedes occupare;
maluerunt à Romano regno terras petere , quàm cum diſcrimine ſuo inua-
dere alienas , accipientes Pannoniam , quæ in longa porrecta planicie ha-
bet ab oriente Mœſiam ſuperiorem , à meridie Dalmatiam , ab occaſu No-
ricum , à ſeptentrione Danubium. Ornata patria ciuitatibus plurimis , qua-
rum prima Sirmis , extrema Vindomina. Sauromatæ verò , quos Sarmatas

Dilaceratio regnorum Attilæ.

Ardarici pugna & victoria.

Ellac filius primogenitus Attilæ perit.

Diſſidiorum effectus.

Gepidæ ſedes Hũnorum occupant & ſolatia.

Gothi ab imp. Pannoniam petunt.

Sarmatæ quidã in Illyrico manent.

diximus,& Cemãdri,& quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad caſtrum Martenam ſedes ſibi datas coluere. Ex quo genere fuit Bliuilas dux Pentapolitanus, eiusque germanus Froilas, & noſtri temporis Beſſa patricius. Sciri verò,& Satagarij, & cæteri Alanorum cum duce ſuo nomine Cãdax Scythiam minorem, inferioremq́; Mœſiam accepere. Cuius Candacis Alanouuamuthis patris mei genitor Peria, id eſt, meus auus, notarius quouſque Candax ipſe viueret, fuit eiusq; germanæ filius Gunthigis; qui & Baza dicebatur, magiſter militum, filius Andagis, filij Andalæ, de proſapia Amalorum deſcendens. Ego item (quamuis agrammatus) Iornandes, ante conuerſionem meã notarius fui. Rugi verò, aliæque nationes nonnullæ Biozimetas, Scandiopolim, vt incolerent, petiuere. Hernac quoque iunior Attilæ filius cum ſuis in extremo minoris Scythię ſedes delegit. Emnedzar & Vzindur conſanguinei eius in Dacia Ripenſi. Vto & Iſcalmus, qui ea potiti ſunt, multique Hunnorum paſſim proruentes tunc ſe in Romaniam dederunt. E quibus nunc vſq; Sacromontiſij & Foſatiſij dicuntur. Erant ſiquidem & alij Gothi, qui dicuntur Minores, populus immenſus, cum ſuo pontifice, ipſoq; primate Vulfila, qui eis dicitur & literas inſtituiſſe, hodieq; ſunt in Mœſia regione incolentes *Eucopolitanam. Ad pedes enim montis gens multa ſedit pauper & imbellis, nihil abundans, niſi armento diuerſi generis pecorum, & paſcua, ſiluaq; lignorum, parum habens tritici, cæterarum ſpecierum eſt terra fœcunda. Vineas verò nec ſi ſunt alibi, certi eorum cognoſcent, ex vicinis locis ſibi vinũ negociantes. nam lacte aluntur. Plerique ergo, vt ad gentem, vnde agitur, reuertamur, id eſt Oſtrogotharum, qui in Pannonia ſub rege Vualemir eiusq; germanis, Theodemir & Vuidemir morabantur, quamuis diuiſa loca, conſilia tamen habuere vnita. Nam Vualemir inter Scarniungam & Aquam nigram fluuios, Theodemir iuxta lacum Pelſodis, Vuidemir inter vtroſq; manebat. Contigit ergo, vt Atilæ filij contra Gothos, quaſi deſertores dominationis ſuæ, velut fugacia mancipia requirentes, venirent, ignarisque alijs fratribus, ſuper Vualemir ſolum irruerent. Quos tamen ille, quamuis cum paucis, excepit; diuq; fatigatos ita proſtrauit, vt vix pars aliqua hoſtium remaneret, quæ in fugam verſa, eas partes Scythiæ peteret, quas Danubij amnis fluenta prætermeant, quę lingua ſua Hunniuar appellant. Eoq; tempore quum ad fratrem Theodemirem gaudij nuncium direxiſſet, eo mox die nũcius veniens felicius in domo Theodemiris reppent gaudium. Ipſo ſiquidem die Theodericus eius filius quamuis de Erelieua concubina, bonæ tamen ſpei puerulus natus erat. Poſt tempus ergo non multum rex Vualemir, eiusq; germani Theodemir & Vuidemir, conſueta dum traderẽt dona à principe Marciano, quæ ad inſtar ſtrenuæ gentis acceperunt, vt pacis fœdera cuſtodirent, miſſa legatione ad imperatorem, vident Theodericum Triarij filium, & hũc genere Gothico, alia tamen ſtirpe, non Amala procreatum, omnino florentẽ cum ſuis, Romanorumq́; amicitijs iunctum, & annua ſolennia conſequentẽ, & ſe tantum deſpici. Ilico furore commoti, arma arripiunt, & Illyricum penè totum diſcurrentes, in prædam deuaſtant. Sed ſtatim imperator animo mutato, ad priſtinam recurrit amicitiam, miſſaq; legatione, tam præterita cũ inſtantib. munera tribuit, quam etiã de futuro ſine aliqua controuerſia tribuere cõpromittit, pacisq; obſidem ab eis, quẽ ſupra retulimus, Theodericum infantulũ Theodemiris accepit. Qui iam annorum ſeptem incrementa conſcendens, octauum intrauerat annum. Quem dum pater cunctatus daret, patruus Vualemir extitit ſupplicator, tantum vt pax firma inter Romanos Gothosq; maneret. Datus igitur Theodericus obſes à Gothis, ducitur ad vrbem Conſtantinopolitanam Leoni principi. & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam imperialẽ habere. Poſtquã ergo firma pax Gothorum cum Romanis eſ

fecta-

Sciri & Alani ceteri quæ loca ceperint.

Iornandes de ſuis & ſeipſo.

Rugi.

Vulfila Gothorũ epiſcopus.

** Nicopolitanã.*

Attilæ filij Vualamirum adgrediuntur.

Hunniuar.

Theodericus filius Theodemiris ex Erelieua naſcitur.

Alius Theodericus, Triarij F. de quo & lib. 1.

Theodericus puer obſes datur imp. Leoni.

feƈta eſt, videntes Gothi non ſibi ſufficere ea, quæ ab imperatore acciperent
ſolatia, ſimulque cupientes oſtentare virtutem, cœperunt vicinas gentes cir-
cumcirca prædari primo contra Satagas, qui interiorem Pannoniam poſſi- *Satagas aderti Gothi.*
debant, arma mouentes. Quod vbi rex Hunnorum Dinzio, filius Attilæ, co-
gnouiſſet, collectis ſecum, qui adhuc videbantur, quamuis pauci, eius tamen
ſub imperio remanſiſſe, Vlzingures, Angiſciros, Bittugores, Bardores, veni-
ens ad Baſſianam Pannoniæ ciuitatem, eamq; circumuallans, fines eius cœ-
pit prędari. Quo comperto Gothi, vbi erant, expeditionemq; ſoluentes, quã
contra Satagas collegerant, in Hunnos cõuertunt, & ſic eos ſuis à finibus in- *Hunni à Gothis domiti.*
glorios pepulerunt, vt iam ex illo tempore, qui remanſerant Hunni, & vſq;
hactenus, Gothorum arma formident. Quieſcente verò tandem Hunnorum
gente à Gothis, Hunimundus Sueuorum dux dum ad prædandas Dalma- *Hunimundus Sueuorum dux.*
tias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit, quia Dalma
tijs Sueuia vicina erat, nec à Pannonijs multum diſtabat, præſertim vbi tunc
Gothi reſidebant. Quid plurimum? Hunimundo cum Sueuis vaſtatis Dal-
matijs ad ſua reuertente, Theodemir germanus Vualemiris regis Gothorum *Vualemirus Sueuos cedit, Hunimundum capit.*
non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Sueui, ſi
impunè hoc lucrarentur, ad maiorem licẽtiam proſilirent, ſic vigilauit in eo-
rum tranſitu, vt intempeſta nocte dormientes inuaderet ad lacum Pelſodis,
conſertoq; inopinato prœlio, ita eos oppreſſit, vt etiam ipſo rege Hunnimũ
do capto, omnem exercitum eius, qui gladium euaſiſſent, Gothorum ſubde
ret ſeruituti. Et dum multum eſſet amaror miſericordiæ, facta vltione, veni-
am condonauit, reconciliatusq; cum Sueuis, eundem, quem ceperat, ado- *Vualemiri humanitas.*
ptans ſibi filium, remiſit cum ſuis in Sueuiam. Sed ille immemor paternę gra
tiæ, poſt aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Sciroruṁ gentem *Ingratitudo Hunimundi.*
incitauit, qui tunc ſupra Danubium conſidebãt, & cum Gothis pacificè mo-
rabãtur, quatenus ſciſſi ab eorum fœdere, ſecũq; iuncti, in arma proſilirent,
gentemq; Gothorum inuaderent. Tunc Gothis nihil mali ſperantibus, præ-
ſertim de vtriſq; amicis vicinis cõfiſis, bellum inſurgit ex improuiſo, coactiq;
neceſſitate ad arma confugiunt, ſolitoq; certamine arrepto, ſe ſuamq; iniuri
am vlciſcuntur. In eo ſiquidem prœlio rex eorum Vualemir dum equo inſi- *Vualemiri mors.*
dens ad cohortandos ſuos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit,
ſeſſoremq; ſuum deiecit, qui mox inimicorum lanceis cõfoſſus, interemptus
eſt. Gothi verò tam regis ſui mortem, quàm ſuam iniuriam à rebellionib. exi
gentes, ita ſunt prœliati, vt penè de gente Sciroruṁ, niſi qui nomẽ ipſum fer *Internecione deleti Sciri, vnde Scheirn in Bauaria.*
rent, & hi cum dedecore nõ remanſiſſent, ſic omnes extinxerunt. Quorum
exitium Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus veriti, in Gothos arma
mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regibus ſuis au
xiliarijs eorum deueniſſent, ipſaſque Sciroruṁ reliquias quaſi ad vltionem
ſuam acrius pugnaturas accerſentes cum Edica & Vulfo eorum primatibus
habuerunt ſimul ſecum tam Gepidas, quàm ex gente Rugorum non parua
ſolatia. Cæteriſq; hincinde collectis, ingentem multitudinem aggregantes,
ad amnem Bolliam in Pannonijs caſtrametati ſunt. Gothi tunc Vualemire
defuncto, ad fratrem eius Theodemir confugerunt. Qui quamuis dudum
cum fratribus regnans, tamen auctioris poteſtatis inſignia ſumens, Vuidemi
re fratre iuniore accito, & cum ipſo curas belli partitus, coactus ad arma pro
ſiliuit. Conſertoque prælio, ſuperior pars inuenitur Gothorum, adeo vt cam *Noua Gothorum de Sueuis, et Sciris, & alijs ſocijs victoria.*
pus inimicorum corruentium cruore madefactus, vt rubrum pelagus appa-
reret. Armaq; & cadauera in modum collium cumulata, campum plus quàm
decem millibus oppleuerunt. Quod Gothi çernentes, ineffabili exſultatio-
ne lætantur, eo quod regis ſui Vualemiris ſanguinem & ſuam iniuriam cum
maxima inimicorum ſtrage vlciſcerentur. De innumeranda verò variaque

multitudine hoſtium qui valuerunt euadere, effugati vix ad ſua inglorij peruenerũt. Poſt certum verò tempus inſtanti hiemali frigore, amneq; Danubij ſolitè congelato: (nam iſtiuſmodi fluuius ita rigeſcit, vt in ſilicis modum vehat exercitum pedeſtrem, plauſtraq; & triaculas, vel quicquid vehiculi fuerit nec cymbarum indigeat lintre) ſic ergo eum gelatum Theodemir Gothorũ rex cernens, pedeſtrem ducit exercitum, emenſoq; Danubio, Sueuis improuiſus à tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriẽte Baiobaros habet, ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à ſeptentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipſiq́ue alpes erectas omnino regentes: vnde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum ſono vergentia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemir rex hiemis tempore Gothorum ductauit exercitum, & tam Sueuorum gentem, quàm etiam Alemannorum vtraſq; ad inuicem fœderatas deuicit, vaſtauit, & penè ſubegit. Inde quoq; victor ad proprias ſedes, id eſt Pannonias reuertens, Theodericum filium ſuum, quem Conſtantinopolim obſidem dederat, à Leone imperatore remiſſum cum magnis muneribus gratanter excepit. Qui Theodericus iam adoleſcentiæ annos contingens, expleta pueritia, octauum decimũ peragens annum, adſcitis ſatellitibus patris, ex populo amatores ſibi clienteſq; conſociauit, penè ſex milia viros; cum quibus inſcio patre, emenſo Danubio, ſuper Babai Sarmatarum regem diſcurrit, qui tunc de Camundo duce Romanorum victoria potitus, ſuperbiæ tumore regnabat, eumq́ue ſuperueniens Theodericus interemit, familiamq́ue & cenſum deprædans, ad genitorem ſuum cum victoria repedauit. Singidonum dehinc ciuitatem, quam ipſi Sarmatæ occupaſſent, inuadens; non Romanis reddidit, ſed ſuæ ſubdidit ditioni. Minuentibus deinde hincinde vicinarum gentium ſpolijs, cœpit & Gothis victus, veſtituſq; deeſſe: & hominibus, quibus dudũ bella alimoniam præſtitiſſent, pax cœpit eſſe contraria. Omneſq; cum clamore magno ad regem Theodemir accedentes Gothi orant, quacumque parte vellet dũctaret exercitum. Qui accito Germano, miſſaque ſorte, hortatus eſt, vt ille in partem Italiæ, vbi tunc Glycerius regnabat imperator, ipſe verò ceu fortiter ad fortius regnum accederet orientale quidem. Quod & factum eſt. Et mox Vuidemir Italiæ terras intrauit, & extremum fati munus reddens, exceſſit rebus humanis, ſucceſſorem relinquens regni Vuidemir filium ſuum. Quem Glycerius Imperator muneribus datis, de Italia ad Gallias tranſtulit, quæ à diuerſis circum circa gentibus premebantur, adſerens vicinos ſibi Veſegothas eorum parentes regnare. Quid multa? Vuidemir acceptis muneribus, ſimulq́ue mandatis à Glycerio Imperatore, Gallias tendit, ſeſeque cum parentibus iungens Veſegothis, vnum corpus efficitur, & ſic Gallias, Hiſpaniaſq́ue tenentes, ſuo iure defendunt, vt nullus ſibi alius præualeret. Theodemir autem frater ſenior cum ſuis tranſit Saum amnem, Sarmatis militibuſq́ue interminans bellum, ſi aliquis obſtaret ei. Quod illi verentes, quieſcunt, imò nec præualent ad tantam multitudinem. Videns Theodemir vndique ſibi proſpera prouenire, Naiſſum primam vrbem inuadit Illyrici: filioq́ue ſuo Theoderico conſociatus adſtat, & in villam comites per caſtrum Herculis tranſmittit Vlpianam. Qui venientes, tam eam, quàm & opes mox in deditionem accipiunt, nonnullaq́ue loca Illyrici inacceſſibilia ſibi tunc primùm peruia faciunt. Nam Heracliam & Lariſſam ciuitates Theſſaliæ primùm præda capta, iure bellico potiuntur. Theodemir verò rex animaduertens tam felicitatem ſuam, quàm etiam filij; nec hac tamen contentus, egrediens Naiſitanam vrbem, paucis ad cuſtodiam derelictis, ipſe Theſſalonicam petijt, in qua Clarianus patricius à principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Theſſalonicam, nec ſe

Sueuorum limites.

Alemanni.

Theoderici præclara tirocinia.

Gothi pacis & quietis impatientes.

Vuidemir in Italiam tendis moritur.

Vuidemir filius in Gallijs conſedit.

Theodemiri expeditio & ſucceſſus.

ſe eorum conatibus poſſe reſiſtere, miſſa legatione ad Theodemir regem, muneribusq; oblatis ab obſidione eum vrbis retorquet. Initoq; fœdere, Romanus ductor cum Gothis loca eis iam ſpontè, quæ incolerenr, tradidit, id eſt Ceropellas, Europam, Medıanam, Petinam, Bereum, & alia quæ * Sıum vocantur. Vbi Gothi cum rege ſuo armis depoſitis, compoſita pace quieſcũt. ** Phtium*

Nec diu poſt hæc & rex Theodemir in ciuitate Cerras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodericum filium regni ſui deſignat heredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit. *Theodericus patri ſuccedit.* Theodericum verò genti ſuæ regem audiens ordinatum imperator Zeno, gratum ſuſcepit, eiq; euocatoria deſtinata, ad ſe in vrbem venire præcepit, dignoq; ſuſcipiens honore, inter proceres ſui palatij collocauit. *Euocatoriam a Zenone conſequitur.* Et poſt aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma, ſibi eum filium adoptauit, de ſuisq; ſtipendijs triumphum in vrbe donauit. *Adoptatur, & alios honores accipit.* Factusq; eſt conſul ordinarius, quod ſummum bonum, prmúmque in mundo decus edicitur. nec tantum hoc, ſed etiam equeſtrem ſtatuam ad famam tanti viri ante regiam palatij collocauit. Inter hæc ergo Theodericus Zenonis imperio fœdere ſociatus, dum ipſe in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico (vt diximus) reſidentem, non omnino idoneam, aut refertam audiret; elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere victum, quàm ipſe ocioſè frui regni Romani bona, & gentem ſuam mediocriter victitare, ſecumque delıberans, ad principem ait; *Theodericus ſuorum, quàm ſui, ſtudioſior.* Quamuis nihil deeſt nobis, imperio veſtro famulantibus: * tantum ſi dignum ducit pietas veſtra, deſiderium mei cordis libenter exaudiat. *Ad Zenonem poſtulata.* ** tamen* Quumque ei vt ſolebat, familiariter facultas fuiſſet loquendi conceſſa; Heſperia (inquit) plaga, quę dudum deceſſorum, prædeceſſorúmve veſtrorum regimine gubernata eſt, & vrbs illa caput orbis & domina, quare nunc ſub regis Turcilingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige cum gente mea, ſi præcipis, vt hîc expenſarum pondere careas; & ibi, ſi adiutus à domino vicero, fama veſtræ pietatis irradiet. Expedit namque, vt ego, qui ſum ſeruus veſter & filius, ſi vicero, vobis donantibus, regnum illud poſſideam; haud ille, quem non noſtis, tyranni iugo ſenatum veſtrum, partemque reipublicæ captiuitatis ſeruitio premat. Ego enim ſi vicero, veſtro dono, veſtroque munere poſſidebo: ſi victus fuero, veſtra pietas nihil amittit, imò (vt diximus) lucratur expenſas. Quo audito, quamuis ægrè ferret imperator diſceſſum eius, nolens tamen eum contriſtare, annuit quæ poſcebat, magnisque ditatum muneribus, dimiſit à ſe, ſenatum populumque ei commendans Romanum. Igitur egreſſus vrbe regia Theodericus, & ad ſuos reuertens, omnem gentem Gothorum, quæ tamen ei præbuerat conſenſum, aſſumens; Heſperiam tendit, rectoque itinere per Sirmas aſcendit, vicinas Pannonię. *Theodericus in Italiam proficiſcitur.* Indeque Venetiarum fines ingreſſus, ad pontem Sontium nuncupatum caſtrametatus eſt. Quúmque ibi ad reficienda corpora hominum iumentòrumque, aliquanto tempore reſediſſet; Odouacer armatum contra eum direxit exercitum. Quem ille ad campos Veronenſes occurrens, magna ſtrage deleuit, caſtrisq; ſolutis, finibus Italiæ cum potiore audacia intrat; *Odoacer a Theoderico victus.* tranſactoq; Pado amne ad Rauennam regiam vrbem caſtra componit, tertio ferè miliario ab vrbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernens Odouacer, intus ſe in vrbe communiuit. Indeq; ſubreptiuè noctu frequenter cum ſuis egrediens, Gothorũ exercitum inquietat. Et hoc non ſemel, nec iterum; ſed frequenter, & pęnè molitur toto triennio. Sed fruſtra laborat, quia cuncta Italia dominũ iam dicebat Theodericum, & illius ad votum res illa publica obſecundabat. *Rauennæ obſidio triennalis.* Tantùm ille ſolus cum paucis ſatellitibus, & Romanis, qui aderant, & fame & bello quotidie intra Rauennam laborabat. Quod dum nihil proficeret, miſſa legatione, veniam ſupplicat. Cui & primùm concedens Theodericus, poſtmodum

hac luce priuauit. Tertioque, vt diximus, anno ingreſſus in Italiam, Zenoniſque imperatoris conſulto priuatim habito, ſuæque gentis veſtitum repo- *Inueſtitura regia Theoderici.* nens, inſigne regij amictus, quaſi iam Gothorum Romanorumq; regnator, adſumit. Miſſaque legatione ad Lodoin Francorum regem, filiam eius Audefledam ſibi in matrimonio petit. Quam ille gratè libenterque conceſſit, ſuos filios Ildebertum, & Cheldepertum, & Thuidepertum credens hac ſo- *Affinitas cum Francis ſpei non ſatisfecit.* cietate cum gente Gothorum, inito fœdere, ſociari. Sed non adeo pacis ad concordiam profuit iſta coniunctio, quia ſæpenumero propter Gallorum terras grauiter inter ſe decertati ſunt, & nunquam Gothus Francis ceſſit, dum viueret Theodericus. Antequam ergo de Audefleda ſobolem habe- *Filias naturales vicinis regibus copulat.* ret, naturales ex concubina, quas genuiſſet adhuc in Mœſia, filias habuit, v- nam nomine Theudicodo, & aliam Oſtrogotho. Quas mox vt in Italiam venit, regibus vicinis in coniugio copulauit, id eſt vnam Alarico Veſegothatum, & aliam Sigiſmundo Burgundionum. De Alarico ergo natus eſt Amalaricus. Quem auus Theodericus in annis puerilibus vtroque parente orbatum dum fouet atque tuetur, comperit Eutharicum Vuiterichi filium, Beremundi & Toreſmundi nepotem, Amalorum de ſtirpe deſcendentem, in Hiſpania degere, iuuenili ætate, prudentia & virtute, corporiſq; integritate *Filiam legitimã Eutharico iungit.* pollentem. Ad ſe eum facit venire, eiq; Amalaſuentham filiam ſuam in matrimonio iungit. Et vt ad plenum progeniem ſuam dilataret, Amalafredam *Affinitates aliæ* germanam ſuam, matrem Theodati, qui poſtea rex fuit, Africæ regi Vuandalorumque coniugem dirigit Traſemundo; filiamque eius, neptem ſuam ** Petzam quoq;* Amalabergam Thuringorum regi conſociat Hermenfredo. * Petzamin quoque ſuum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmienſem dirigit ciuitatem. Quam ille expulſo rege eius Tranſarico, filio Traſſtile, retenta eius matre obtinuit. Indeque contra Sabinianum Illyricum magiſtrum ** conflictum* militię, qui tunc cum Mundone parauerat * confictum, ad ciuitatem cogno- ** Margum planum ſuprà* mine * Margoplano, quæ inter Danubium, Martianumque flumina adiacebat, cum duobus millibus peditum, equitibus quingentis, in Mundonis ſo- *Mundo rex graſſatorum.* latia veniens, Illyricianum exercitum demoliuit. Nam hic Mundo Attilanis quondam origine deſcendens, Gepidarum gentem fugiens, vltra Danubium in incultis locis, ſine vllis terræ cultoribus debacchatur. Et plerisque abactoribus, Scamariſque & latronibus vndecunque collectis, turrim quæ Herta dicitur, ſupra Danubij ripam poſitam occupans, ibiq; agreſti ritu prædans vicinos, regem ſe ſuis graſſatoribus nuncupat. Hunc ergo pænè deſperatum, etiam de traditione ſua deliberantem, Petza ſubueniens, è manibus Sabiniani eripuit, ſuoque regi Theoderico cum gratiarum actione fecit ſubiectum. Non minus trophæum de Francis per Hibbam ſuum comitem in Gallijs acquiſiuit, plus xxx millibus Francorum in proelio cæſis. Nam & Thiodem ſuum armigerum poſt mortem Alarici generi, tutorem in Hiſpa- *Amalarici mors.* niæ regno Amalarici nepotis conſtituit. Qui Amalaricus in ipſa adoleſcentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum vita amiſit. Poſt quem *Thiodis.* Thiodis tutor eiuſdem regnum ipſum inuadens, Francorum inſidioſam calumniam de Hiſpanijs pepulit, & vſque dum viueret, Veſegothas continuit. Poſt quem Thiodigiſgloſſa regnum adeptus, non regnans defecit, occiſus à ſuis. Cui ſuccedens Hactenuſagil, continuat regnum. Contra quem Athanagildus inſurgens Romani regni concitat vires. Vbi & Liberius patricius cum exercitu deſtinatur. Nec fuit in parte occidua gens, quæ Theoderico, dum viueret, aut amicitia, aut ſubiectione non deſeruiret. Sed poſtquam ad ſenium perueniſſet, & ſe in breui ab hac luce egreſſurum cognoſceret, con- *Theoderici ſupremũ elogium.* uocans Gothos comites, gentiſque ſuæ primates, Athalaricum infantulum adhuc vix decennem filium filiæ ſuæ Amalaſuenthæ, qui Eutarico patre orbatus

orbatus erat regem conſtituit, eiſque in mandatis dedit, ac ſi teſtamentali voce denuntians, vt regem colerent, Senatum, populumque Romanum amarent, principemq; orientalem placatum ſemper propiciumq; haberent. Quod præceptum quamdiu Athalaricus rex, eiuſque mater viuerent, in omnibus cuſtodientes; pænè per octo annos in pace regnarunt. quamuis Francis de regno puerili deſperantibus, imò in contemptu habentibus, bellaque parare molientibus, quòd pater & auus * Gallias occupaſſet, eis conceſſit. *per Gallias*
Cætera in pacis tranquillitate poſſeſſa. Dum ergo ad ſpem iuuentutis Athalaricus accederet, tam ſuam adoleſcentiam, quàm matris viduitatem orientis principi commendauit: ſed in breui infeliciſſimus immatura morte præuentus, rebus humanis exceſſit. Tum mater, ne pro ſexus ſui fragilitate à Gothis ſperneretur, ſecum deliberans, Theodatum conſobrinum ſuum germanitatis gratia accerſitum à Thuſcia, vbi priuata vita degens, in laboribus proprijs erat, in regnum collocauit. Qui immemor conſanguinitatis, poſt aliquantum tempus à palatio Rauennate abſtractam, in inſulam laci Bulſinenſis eam exilio relegauit. Vbi pauciſſimos dies in triſticia degens, ab eius ſatellitibus in balneo eſt ſtrangulata. Quod dum Iuſtinianus imperator orientalis audiſſet, quaſi ſuſceptorum ſuorum mors ad ſuam iniuriam redundaret, ſic eſt commotus. Eodem namque tempore * de Africa à Vuandalis quum per fideliſſimum ſuum Beliſarium patricium reportaret triumphum, nec mora, in ipſo tempore madentibus adhuc armis cruore Vuandalico, contra Gothos per eundem ducem mouit procinctum. Qui dux prudentiſſimus haud ſecus arbitratur Getharum ſubigere populum, ſi prius nutricem eorum occupaſſet Siciliam. Quod & factum eſt. Trinacriamque ingreſſo, mox Gothi, qui Syracuſanum oppidum inſidebant, videntes ſe nihil præualere, cum ſuo duce Sinderich vltrò ſe Beliſario dediderunt. Qúmque ergo Romanos ductor Siciliam peruaſiſſet, Theodatus comperiens, * Euermor generum ſuum cum exercitu ad fretum, quod inter Campaniam Siciliamque interiacet, & de Tyrrheni maris ſinu vaſtiſſimus Hadriaticus æſtus euoluitur, cuſtodiendum dirigit. Vbi cùm Euermor acceſſiſſet, ad Rhegium oppidum caſtra compoſuit. Nec mora, deterioratam cauſam cernens ſuorum, ad partes victoris cum paucis & fideliſſimis famulis conſcijs mouit, vltroque ſe Beliſarij pedibus aduoluens, Romani regni optat ſeruire principibus. Quod Gothorum exercitus ſentiens, ſuſpectum Theodatum clamitat regno pellendum, & ſibi ductorem ſuum Vuitigim, qui armiger eius fuerat, in regem leuandum. Quod & factum eſt. Et mox in campis barbaricis Vuitigis in regnum leuatus, Romam ingreditur, præmiſſiſq; Rauennam fideliſſimis ſibi viris, Theodati necem demandat. Qui venientes, imperata ſibi perficiunt, & *occiſum Theodatum regem, qui à rege miſſus adueniebat, vt adhuc in campis barbaricis erat, Vuitigim populis nunciat. Inter hæc Romanus exercitus emenſo freto, Campaniam accedens, ſubuerſaque Neapoli, Romam ingreditur. Vnde ante paucos dies rex Vuitigis egreſſus, Rauennam profectus, Mathaſuentam filiam Amalaſeunthæ, Theoderici quondam regis neptem, ſibi in matrimonium ſociarat. Cumque his nouis nuptijs delectatus, aulam regiam fouet Rauennæ, Romæ egreſſus imperialis exercitus, munita vtriuſque Thuſciæ loca inuadit. Quod cernens per nuncios Vuitigis, Cumunilam ducem Gothorum manu armis conferta mittit Peruſiam. Vbi dum magnum comitem cum paruo exercitu reſidentem, obſeſſione longa euellere cupiunt; ſuperueniente Romano exercitu, ipſi euulſi, & omnino extincti ſunt. Quod audiens Vuitigis, vt leo furibundus, omnem Gothorum exercitum congregat, Rauennamque egreſſus, Romanas arces obſidione longa fatigat. Sed fruſtrata eius audacia, poſt

Theodatus rex.

Ingratitudo Theodati.

** de Africa & Vand.*

Beliſarij felicitas

** Procopio Ebrimirus, Iornandi ſuprà. Eurimund*

Vuitigis rex Gothicus.

** occiſo Theodato rege.*

Romæ obſidio.

xiiij menſes ab obſidione Romanæ vrbis aufugit, & ſe ad Ariminenſem oppreſſionem præparat. Vnde pari tenore fruſtratus, fugatusque Rauennam ſe recepit. Et obſeſſus, nec mora, vltrò ſe ad partes dedit victoris, cum Mathaſuentha iugali, regijsque opibus.

Finis regni Gothici.

Et ſic famoſum regnum, fortiſſimamque gentem, diuque regnantem, tandem deinde milleſimo & trecenteſimo anno victor gentium diuerſarum Iuſtinianus imperator per fideliſſimum conſulem vicit Beliſarium, & perductum Vuitigim Conſtantinopolim patricij honore donauit. Vbi plus biennio demoratus, imperatorisque in affectu conuictus, rebus exceſſit humanis. Mathaſuentam verò iugalem eius fratri ſuo Germano patricio coniunxit imperator.

Germano Mathaſuenta iterum nubit.

De quibus poſtumus patris Germani natus eſt filius, item Germanus. In quo coniuncta Anitiorum gens cum Amala ſtirpe, ſpem adhuc vtriuſque generis domino præſtante promittit. Huc vſque Getarum origo, ac Amalorum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudanda progenies laudabiliori principi ceſſit, & fortiori duci manus dedit: cuius fama nullis ſeculis, nullis ſilebitur ætatibus.

Iuſtiniani et Beliſarij gloria.

Sic victor ac triumphator Iuſtinianus imperator, & conſul Beliſarius, Vuandalici, Africani, Geticique dicuntur. Hæc qui legis, ſcito me veterum ſecutum ſcripta, ex eorum ſpacioſis pratis paucos flores collegiſſe, vnde inquirenti pro captu ingenij mei coronam contexerem. Nec me quis in fauorem gentis prædictæ, quaſi ex ipſa trahentem originem, aliqua addidiſſe credat, quàm quæ legi, aut comperi. Nec ſic tamen cuncta, quæ de ipſis ſcribuntur, aut referuntur, complexus ſum: nec tantum ad eorum laudem, quantum eius laudem, qui vicit, exponens.

F I N I S.

CONRADI PEVTINGERI AVGVSTANI DE INCLINATIONE

natione Romani imperij, & exterarum gentium, præcipuè Germanorum commigrationibus, epitome.

** Rectius Alaricum dixiſſet.*

*ATHALARICVS ex celeberrima Balthorum familia ortus, à Vuiſigothis ſtipendio eorum, quod Athanarico rege defuncto iam annis xxv, ſub ducibus Cæſ. meruiſſent, Stiliconis perfidia exautoratis, rex conſtitutus, Thracia vaſtata Radagaſi Gothi, poſtea in Apennino interempti, exercitui in Pannonia coniunctus, ipſam mox Pannoniam, Illyricū, Noricum, & tandem Italiam ferro & igne populatus, fœdere icto, à Cæſ. Honorio Aug. Galliæ partem obtinuit. abiens Saulum Hebræum copiarum ducem contra ſe per Stiliconem miſſum profligauit. Inde factus ferocior, vrbem Romam gentium victricem (eius tamen templa iam Chriſtianę religioni dicata obſeruans inuiolata) anno poſtquam condita eſt centeſimo ſexageſimo quarto ſupra milleſimum, Chriſtianæ verò ſalutis ccccxij. Kal. Aprilis, diripuit atque incendit, & poſt tertium ſiue ſextum diem onuſtus præda eam dimittens, Gallam Placidiam Cæſ. Theodoſij & Flacillæ Auguſtæ filiam ſecum captiuam ducens in Forocornelij Ataulpho propinquo ſuo copulauit.

Incendium factum Iornandes aliijque negant.

pulauit. Campaniam, Lucaniam, & Brutiam deuaſtando, Conſentię demum in fata conceſſit. cuius corpus, ne refoſſum dilaniaretur, accolæ in alueo fluminis * Buſenti ſepulchro condiderunt. Habuerunt poſtea Gothi ſedes apud Vaſcones in prouincijs Toloſanis & Auxitanis. Interim etiam * Vuedegiſilus rex cum Vandalis ſuis & Germanis Burgundionibus, cum quibus commilitium fecere Alani, Scythę origine, cohabitatione tamen Vuandalis proximi: Sueui item à Cæſ. Auguſto in citeriorem Rheni ripam tranſlati, denuò Gallias atque Hiſpanias ingreſſi ſunt. Burgundiones apud Belgas, Aeduos, Lingones, Veſontios, Matiſconenſes, & Cabilonenſes ſedes à Burgis vicatim conſtitutis fixerunt. Francones Germanos Rhenum etiam tranſmiſſos, in Galliasque irruentes, propter veteres ſimultates, in patriam eorum Germanicam, Franconiam repulerunt, Vandalis, Alanis atque Sueuis Hiſpanias occupantibus: ex diuiſione Vuandali Bethicam à nomine eorum Vandeloſiam dictam, mox etiam Africam Genſerico eorum rege, Alani Emeritam, Auguſtam Luſitaniæ cum omni Gallicia, & Sueui Olixipponem obtinuerunt. ſoli Auſtures atque Cantabri tunc in Romanorum fide permanſerant. Ad Sueuos deinde Gallicia defecit. Regnauerunt eo loci annis circiter clxxvij. donec eandem Luſitanorum partem Andeta Sueuorum rege pulſo, Leuogildus Gothorum rex cum Liba fratre eius occupauit. Francones ſub Cæſ. Valentiniano Aug. iij, cum ducibus eorum Clodione & Merouco denuò Rheno tranſmiſſo, capta primùm Carbonaria ſilua, & oppidis Cameraco atque Tornaco, regnum in Senonum prouincia apud Aurelianos & Parrhiſios conſtituerunt, & eam partem, quæ inter Rhenũ & Moſam, Auſtriam: & Moſam inter, & Ligerim eſt ſita, Neuſtriam (vel vt potius credo) Vueſtriã à nominibus Germanis vocabant. Inde Franconum vniuerſum regnum Oriẽtale Auſtria Oſterrich, Occidẽtale Vueſtria Vueſterrich dictũ: quod etiam quiſq; eruditus monumentis publicis facilè comprobare poterit. Nec Hunnis, Scythis ſpes commigrandi tunc defuit. hi enim Pannonias, quas pacto à Longobardis habuerant, Attila duce egreſſi, cum Vueſigothis, Marcomannis, Quadis, Sueuis, Herulis, Turcilingis & Rugis, per mediam ferè Germaniam, & etiam Rhenum tranſgreſſi, cæſo Gunditario Burgundionum rege, in campis demum Catalaunicis cum Romanis, Francis, Alanis, Gothis, Saxonibus, Lutetianis, Armoritianis, Riparolis, Olibrionibus, Sarmatis, Britonibus, & Lambrionibus conflictu acto, ſtrage maxima commiſſa, in Pannoniam retroceſſerunt. Mox deinde Italiam ingreſſi, Aquileia vi capta, Venetia prouincia deuaſtata, Rauennates in deditionem coẽgerunt. Sed Leonis Pont. Max. precibus denuò, vnde exierant, redierunt. Sic regnorum interitus, & funditùs exciſa imperia, nihil que in terris perpetuum. ſed de Langobardorum commigratione ad Paulum Diaconum lectorem remittamus.

* aliàs Barſtini

* Procopio Gogidiſcus.

SIDONIVS AGRICO-LAE SVO S.

De Theoderico rege Gothico.

SAEpenumero poſtulauiſti, vt quia Theoderici regis Gothorum commendat populis fama ciuilitatem, literis tibi forma ſua quantitas, vita qualitas ſignificaretur. Pareo libens, in quantum epiſtolaris pagina finis, laudaturus vita tam dulcata ſollicitius ingenuitatem. Ipſe etenim eſt & illis dignus agnoſci, queis cùm minus familiariter conuiuatur. ita perſonam ſuam deus arbiter, & ratio natura, conſummata felicitatis dote ſociata cumulauerunt.

Mores.

Mores autem huiuſce modi, vt laudibus eorum nihil ne regni quidem defraudet inuidia.

Forma ſtaturaq́; corporis.

Si forma quaratur, corpore exacto, longiſsimis breuior, procerior eminentiorq́; mediocribus. Capitis apex rotundus, in patulum à planicie frontis in verticem cæſaries refuga criſpatur. Ceruix non ſedet neruis, geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus. Si verò cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo propè peruenit. Aurium legula, ſicut mos gentis eſt, crinium ſuperiacentium flagellu opperiuntur. Naſus venuſtiſsimè incuruus. Labia ſubtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata. Pilis intra narium antra fruticantibus cotidiana ſucciſio. Barba concauis hirta temporibus, quam in ſubdita vultus parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſsiduus genas aduſq; forficibus euellit. Menti, gutturis, colli non obeſi, ſed ſucculenti. lactea cutis, qua propius inſpecta iuuenili rubore ſuffunditur. Nanq; hunc illi crebrò colorem nō ira, ſed verecundia facit. Teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patula manus, recedente aluo pectus accedens, aream dorſi humilior inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminat: tuberoſum eſt vtrunq; muſculis prominentibus latus, in ſuccinctis regnat vigor ilibus, corneum femur, internodia poplitum bene maſcula, maximus in minimè rugoſis genibus honor, crura ſuris fulta turgentibus, & qui magna ſuſtentat membra, pes modicus.

Occupationes diurnæ.

Si actionem diurnam, qua eſt forinſecus expoſita, perquiras: antelucanos ſacerdotum ſuorum coetus minimo comitatu expetit, grandi ſedulitate veneratur. quumq́; ſit ſermo ſecretus, poſsis animaduetere, quòd ſeruet iſtam pro conſuetudine potius, quàm pro ratione reuerentiam. Reliquum mane cura adminiſtrandi regni ſibi deputat. Circumſiſtit ſellam comes armiger, pellitorum turba ſatellitum ne abſit, admittitur, ne obſtrepat, eliminatur: ſicq́; pro foribus immurmurat excluſa velis, incluſa cancellis. Inter hac intromiſsu gentium legationibus, audit plurima, pauca reſpondet. Si quid tractabitur, differt: ſi quid expedietur, accelerat. Hora ſecunda ſurgit è ſolio, aut theſauris inſpiciendis vacaturus, aut ſtabulis. Si venatione nunciata procedit, arcum lateri innectere citra grauitatem regiam iudicat. Quem tamen ſi cominus auem, feramq́;, aut venanti monſtret, aut vianti, manui poſt tergum reflexa puer inſerit, neruo loróve fluitantibus: quem ſicut puerile computat geſtare thecatum, ita muliebre accipere iam tenſum. Igitur acceptum modò inſinuatis eregione capitibus intendit, modò ad talum pendulum nodò parte conuerſa, languentem chorda laqueum vagantis digito ſuperlabante proſequitur, & mox ſpicula capit, implet, expellit, quidve cupias percuti, prior admonet. Eligis quid feriat. quod elegeris, ferit. Quòd ſi ab alterutro errandum eſt, rarius fallitur figentis ictus, quàm deſtinantis obtutus.

Cōuiuia prandiorum.

Si in conuiuium venitur, quod quidem diebus profeſtis ſimile priuato eſt, non ibi impolitam congeriem liuentis argenti menſis ſedentibus ſuſpirioſus miniſter imponit. Maximum tunc pondus in verbis eſt: quippe quum illic aut nulla narrantur, aut ſeria. Toreumatum, peripetaſmatumq́; modo conchiliata profertur ſupellex, modo byſsina. Cibi arte, non precio placent: ferula nidore, non pondere. Scyphorum & paterarum raras oblationes, facilius eſt vt accuſet ſitis, quàm recuſet ebrietas. Quid multis? Videas ibi elegantiam Gracam, abundantiam Gallicanam, celeritatem Italicam, publicam pompam, priuatam diligentiam, regiam diſciplinam. De luxu autem illo ſabbatario narrationi

tioni mea ſuperſedendum eſt, qui nec latentes poteſt latere perſonas. Ad cœpta re-
deatur. Dapibus expleto ſomnus meridianus ſæpe nullus, ſemper exiguus. Quibus Ludus tabulæ
horis viro tabula cordi eſt, teſſeras colligit rapidè, inſpicit ſollicitè, voluit arguiè, mit
tit inſtanter, ioculanter compellat, patienter expectat. In bonis iactibus tacet, in ma-
lis ridet, in neutris iraſcitur, in vtriſq; philoſophatur. Secundas faſtidit vel timere,
vel facere. Quarum opportunitates ſpernit oblatas, tranſit oppoſitas ſine motu ea
naditur, ſine colludio euadit. Putes illum & in calculis arma tractare. Sola eſt
vna cura vincendi. Quum ludendum eſt, regiam ſequeſtrat tantiſper ſeueritatem.
Hortatur ad ludum, libertatem, communionemq́. Dicam quod ſentio, timet timeri.
Deniq; oblectatur commotione ſuperati. Et tunc demum ſibi ceſſiſſe collegam credit,
quum fidem fecerit victoria ſua bilis aliena. Quodq́ mirere, ſæpe illa lætitia minimis
occaſionibus veniens ingentium negociorum merita fortunat. Tunc petitionibus Precibus re-
diu antè per patronorum naufragia iactatis abſolutionis ſubita portus aperitur. ſpondet.
Tunc ego etiam aliquid obſecraturus feliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula
perit, vt cauſa ſeruetur. Circa nonam recrudeſcit moles illa regnandi, redeunt pul-
ſantes, redeunt ſummouentes, vbiq; litigoſus fremit ambitus, qui tractus in veſpe-
ram cœna regia interpellante rareſcit, & per aulicos deinceps per patronum varie-
tate diſpergitur, vſq; ad tempus concubia noctis excubaturus. Sanè intromittuntur Cenæ.
(quanquam rarò) inter cenandum mimici ſales, ita vt nullus conuiua mordacis lin-
gua felle feriatur. Sic tamen, quòd illic nec organa hydraulica ſonant, nec ſub phona-
ſco vocalium concentus meditatum acroama ſimul intonat. Nullus ibi lyriſtes, cho-
raules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit. Rege ſolùm illis fidibus delinito, qui-
bus non minus mulcet virtus animum, quàm cantus auditum. Quum ſurrexit,
inchoat nocturnas aulica caſa cuſtodias. Armati regia domus, aditibus aſſiſtunt, Excubiæ.
quibus hora primi ſoporis vigilantur. Sed iam quid meas iſtud ad partes? qui tibi
iudicanda non multa de regno, ſed pauca de rege promiſi. Simul & ſtilo finem fieri
decet, quia & tu cognoſcere viri non amplius quàm ſtudia, perſonamq́ voluiſti: &
ego non hiſtoriam, ſed epiſtolam conficere curaui. Vale.

LEONARDI ARETINI IN LIBROS DE BELLO ITALICO aduerſus Gothos, Procœmium.

ETSI longe iucundius mihi fuiſſet, Italiæ felicitatem, Cur de calamitatibus Italiæ
quàm clades referre: tamen quia tempora ſic tulerunt, ſe- ſcripſerit.
quemur & nos fortunæ mutabilitatem, Gothorumq́ inua-
ſionem & bellum, quo Italia tota pænè euerſa fuit, in his li-
bris deſcribemus, doloroſam profectò materiam, ſed pro co-
gnitione illorum temporum neceſſariam. Neque enim Xe-
nophontem Athenienſem, ſummo ingenio virum, quum ob-
ſidionem, & famem, ac diruta mœnia Athenarum deſcripſit, non dolenter id fe-
ciſſe reor: ſcripſit tamen: quia vtile putabat illarum rerum memoriam non depe-
rire. Neque Liuius noſter, quum vrbem Romam à Gallis captam, & incendijs
conflagratam refert, minorem meretur laudem, quàm quum P. Æmylij trium-
phum illum præclarum de Macedonibus, aut P. Aphricani victorias enarrat.
Hiſtoriæ quippe eſt, tam proſperas, quàm aduerſas res monumentis literarum
mandare. Itaque optanda quidem meliora ſunt, ſcribenda verò quæcunque con-

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTHOS

LIBER I.

ZENONE Romano principe imperante, Gothi Theoderico duce inuadere Italiam ſtatuerunt, iampridem afflictam varijs barbarorum incurſionibus, & tunc Odoacri tyrannide occupatam: quibus de rebus dicere aggrediemur, paulo ſuperius conditionem illorum temporum repetentes; vt vnde ortus ſit Gothorum aduentus, & quibus de cauſis ſpem inuadendi ſuſceperint, innoteſcat.

Gothorum in Italiam expeditio.

Imperij Rom. inclinatio.

Poſt Valentiniani iunioris mortem, quem Romæ interfectum à ſuis conſtat, occidentale imperium vacillare cœpit, & quodam modo exinaniri: Erant verò per id tempus in Italia permagnæ externarum gentium copiæ, aduerſus terrorem Attilæ nuper à Valentiniano comparatæ, & poſtea contra Vandalos Romanis adiunctæ. Hi quum afflictas opes ac vacillationem imperij viderent, audaciam exinde ſumentes, ac ſimul conſpirantes, partem agrorum tertiam ſibi per Italiam tribui poſtularunt.

Barbari tertiam partem agrorum petunt.

Nomen imperij ad Auguſtulum quendam Romanum per id tempus deuenerat, qui quum eſſet admodum puer, ab Oreſte patricio, ejus patre gubernabatur. Quum igitur partem agrorum exercitus depoſceret, Oreſtes autem vir prudens & grauis quum eorum deſiderio refragaretur; milites eum interfecerunt, móxque Odoacrum ducem ſecuti Romam venientes Auguſtulum depoſuerunt, ipſique iam planè dominantes, partem agrorum tertiam ſibi diuiſerunt.

Oreſtes interficitur.

Odoacer igitur per hunc modum dominationem adeptus, ſuo & exercitus nomine ciuitates pro libidine gubernabat.

Odoacer rex barbarorum.

Zeno autem, Conſtantinopoli imperans, valde ſuſpectam habere cœpit Theoderici potentiam. Gothi enim per ſuperiora Thraciæ loca degentes, vexare iam cœperant vicinas regiones, ac minimè quieturi aduerſus Romanum imperium videbantur. Itaque quo ſe ac regiones finitimas Gothorum metu liberaret, Theoderico ſuaſit, vt in Italiam tranſiret, & ab iniuſtis occupatoribus ciuitates vindicaret.

Zeno Gothos à ſe in Italiam auertit.

His ergo de cauſis ex Thracia mouens Theodericus, Gothos cum coniugibus & liberis, cumque omnibus rebus ſuis per * Syrinium & Illyricum, aliaſque regiones ducens, Italiam petijt.

** Sirmium*

Quam quum tandem ingreſſus eſſet, Odoacri duces & copiæ eis obuiam fuere, primumque inter eos prœlium fuit non procul Aquileia ſuper Fontium amnem, in quo poſt acerrimam pugnam victores Gothi Odoacri duces profligarunt.

Odoacer vincitur.

Poſt hæc quum vrbes circumſtantes Gothi cepiſſent, & copias hoſtium alijs locis profligaſſent; tandem in vrbe Rauenna Odoacrum obſiderunt.

Obſidio Rauennæ

Hæc obſidio longius remorata eſt Gothos, quàm ipſi ab initio exiſtimarant. Idq; accidit natura loci, quod neq; à mari faciliter obſideri Rauenna poteſt, quum ſit in ipſo littore conſtituta, neq; à mediterranea regione, quum foſſam habeat ex Pado deriuatam, ac ſtagnis quibuſdam & paludibus coartetur. Itaq; Gothi triennio fermè toto circa illam commorati, capere nequiuerunt. Finitima tamen Rauennę oppida per hoc ipſum tempus ceperunt omnia, pręter Cæſenam, quæ & ipſa valido Odoacri pręſidio tenebatur. Ad extremum verò fatigatis obſidentibus & obſeſſis, pactione res compoſita fuit, vt Theodericus ſimul Odoacerq; ſocij dominationis eſſent. His peractis, Theoderi-

cus & Gothi Rauennam intrarunt, nec poſthac vllæ partes Italiæ illi clauſæ fuerunt. Verùm hæc regni ſocietas non diuturna permanſit. quum enim occultas inter ſe ſuſpiciones haberent, præueniens Theodericus Odoacrum ad cœnam inuitatum occidit, ſolusque cum Gothis per Italiam dominatur.

Odoacer occiditur.
Theodericus Italia potitur.

Fuit autem eius dominatio non admodum dura, etſi partem agrorum, vt nuper Odoacer diuiſerat, pro ſuis retinuit. Cæterùm ciuitates per ſe ipſas, ac per ciues ſuos gubernari permiſit. Ipſe verò ſedem regni Rauennæ conſtituit, ibique inhabitauit. Septem & triginta annis Theodericus in Italia regnauit. Nec tamen interea ſegnis ocioſusque permanſit. Nam & Siciliam totam cum omnibus adiacentibus inſulis regno adiunxit, & Dalmatiã quoque ſibi ſubiectam fecit. Quin etiam per hæc ipſa tempora magno cum exercitu Alpes Rhodanumque tranſgreſſus, in vlteriorem Galliam contra Francos tranſiuit. Itaque multa geſſit hic rex, fuitque nomen eius admodum celebre ac glorioſum, niſi quòd extremo tempore crudelitatis & ſceleris infamiam ſubijt, ob Symmchum & Boëtium ſenatores vrbis Romæ, & alios quoſdam præſtantes viros ab eo necatos ſuſpicione duntaxat affectatæ libertatis.

Sicilia & Dalmatia cum alijs victæ.
Poſtremus actus vitæ Theoderici ſæuus.

Theoderico rege ſine virili prole defuncto, Amalaſuentha filia tunc vidua exiſtens, cum Athalarico eius nato, in regno ſucceſſit. Erat verò Athalaricus admodum puer. Itaque cura ac gubernatio tota reginę incumbebat. Statim igitur regina pueri curam ſuſcipiens, litteris Latinis erudiendum & moribus formandum curauit. Præceptores enim litteram & quoſdam ex Gothorum ſenioribus homines grauiſſimos & compoſitos circa puerum eſſe iuſſerat. Ipſa verò ſeuerè admodum gubernationem exercebat, prohibens Gothorum iniurias, nonnulla etiam Theoderici facta retractãs, & ad mitiorem formam reducens: inter quæ & illud fuit, quòd Boëtij ac Symmachi filijs patrimonia dudum à Theoderico publicata reſtituit, aſſerens eos falſis delationibus, ac temerè à rege creditis, fuiſſe damnatos. Theodatum verò conſobrinum ſuum, qui magnas in Thuſcis poſſeſſiones habens, multa vicinorum prædia quaſi per tyrannidem occupauerat, ad reſtitutionem ablatorum faciendam cum acerba increpatione malignitatis coëgit.

Amalaſuenta cũ filio ſuccedit.
Amalaſuenthæ adminiſtratio bona & moderata

Hæc reginæ ſeueritas multos Gothorum ſibi inimicos reddidit. Itaq; ſimul conſpirantes quidam Gothorum proceres, fouere puerum contra potentiam matris ſtatuerunt. Quare ad reginam venientes, non placere Gothis dixerunt, vt rex eorum ſub magiſtris ac præceptoribus viuat, nec vt ſenioribus traditus obtemperet: decere magnum regem equos & arma, & iuuenum exercitia, non ſeniorum frigiditatem, aut magiſtrorum ſedulitatem meditari. His enim & corpus, & animum regis effœminari: illis autem vigorem & peritiam creſcere. Non enim factum eſſe regem, vt diſciplina litterarum populos doceat, ſed vt bello & armis potentiam extollat. Hæc & ſi reginam non latebat, quorſum tenderent; tamen ne refragari eorum poſtulationi videretur, conceſſit. Adoleſcensque æqualium conuerſationi traditus, breui admodum tempore in laſciuiorem vitam, ſcortaque, & libidines, ac cæteras huiuſmodi voluptates tranſuectus eſt: matri verò vſque adeo repugnans & aduerſus, propter malos ſuaſores, vt neque adire illam, neque alloqui dignaretur. Regina igitur quum ſe per has artes ab aduerſarijs oppugnari, ac regnio ſpoliari videret: non tulit dolorem ingentis ſpiritus fœmina, ſed tres Gothorum proceres, qui autores ſuaſoresq; malorum conſiliorum puero erant, miſſis clàm percuſſoribus, occidi fecit. Ipſa verò adoleſcente ſibi reconciliato, gubernationem reſumpſit. Sed Athalaricus ex ſuperiori vitę laſciuia in varias ægrotationes prolapſus, decimo octauo ętatis anno defunctus eſt. Regnauit autem Athalaricus vnà cum matre poſt Theoderici mortem annis decem. Regina verò poſt obitũ filij commodius ſibi proceſſuram

Seueritas odium reginæ parit.
Gothi regis adoleſcentis educationem bonam improbant.
Corruptela regis
Occiſi conſiliorũ malorũ auctores
Athalarij mors.

guber-

gubernationem arbitrata, ſi ſocium & adiutorem aliquem haberet; Theodatum conſobrinum ſuum, cuius ſuprà mentionem fecimus, in conſortium regni aſſumpſit. Erat autem Theodatus literis Græcis Latinisq́; liberaliter eruditus, multamq́; Platoni operam, & philoſophiæ impenderat: cæterũ natura imbecillis, & inconſtans, multis vitijs laborabat. Is ergo ad regnum beneficio reginæ aſſumptus, ſtatim ingratitudinem ac perfidiam oſtendit. Secretò enim cum inimicis reginæ conſpirans, eam cepit, captamq́; in Vulſinij lacus inſulam relegauit. Nec multo pòſt per filios agnatosq́; eorum, quos regina in ſeditione filij occidi fecerat, vt ipſa interficeretur, permiſit. Hæc tanta perfidia ac malignitas Theodati multos Gothorum turbauit, calumq́; reginæ indignum, & ſucceſſionem Theodorici tam nefariè deletam miſerabantur: nec multum à ſeditione aberant Gothi. Quæ quum intellexiſſet Iuſtinianus imperator, (ad hunc enim poſt Zenonẽ, & Anaſtaſium, & Iuſtinum deuenerat imperium) tempus idoneum ratus Italiæ liberandæ, mentem & cogitationem ſuam ad has partes conuertit. Inuitabat inſuper eum proſperitas imperij, quod paulo antè per Beliſarium ducem ſuperatis bello Vandalis, Africam illis abſtulerat. Nec ferendum iam ſibi videbatur, vt contra decus imperij Romani Italiam occupari à barbaris pateretur. His rationibus permotus, oratoribus ad Theodatum miſſis, reſtitui ſibi Italiam & Siciliam poſtulauit, offerens in huius rei compenſationem alias dignitates: quòd ſi non faceret, bellum vt expectaret, edixit. Ea quum Theodatus detrectare videretur, non vltra cunctandum ratus imperator, Beliſarium in Siciliam tranſire cum exercitu iuſſit. In apparatu tamen faciendo non in Siciliam, ſed in Africam miſſurum ſe claſſem ſimulabat. Per idem quoque tempus Mundum quendam ducem cum alijs copijs Dalmatiam inuadere mandauit, vt hinc inde percuſſi Gothi facilius opprimerentur. Et Mundus quidem Dalmatiam ingreſſus Salonas occupauit, belloque & tumultu partes illas inuoluit. Beliſarius autem parata claſſe, militibusque impoſitis, in Siciliam nauigauit. Habebat verò peditum delectorum copias ſatis magnas, & inſuper equites eadem claſſe portabantur. Præerant pedeſtribus copijs Conſtantinus, & Beſſas, & Herodianus: equitibus autem Valentinus, & Innocentius & Magnus; omnium verò dux & moderator Beliſarius. Sequutus ergo Iuſtiniani pręceptum, quum ſe Carthaginem petere ſimularet, Siciliæ per viam applicuit: & quaſi reficiendi ſui cauſa in his locis deſcendit, ſumptoque exinde tempore idoneo, Catinam vrbem repentè adortus occupauit. Inde mox copias oſtentans, ac propoſitum aperiens, non multos poſt dies Syracuſas dedentibus ſeſe ciuibus ſuſcepit. Poſt hæc mirabilis fuit victoriæ curſus, dedentibus ſeſe ciuitatibus, atque vltrò vocantibus. Cauſa verò huius erat Siculorum in Gothos odium, & imperij Romani autoritas, & Beliſarij præſentia; qui quum à Vandalis Africam liberaſſet, idem facturus de Gothis per Siciliam & Italiam ſperabatur. Præterea Gothi nullos per Siciliam apparatus fecerant, nec ibi futurum eſſe bellum putabant. Itaque quicunque per Siciliam erant Gothi, ſubita Beliſarij inuaſione, ac defectione ciuitatum attoniti, de fuga magis, quàm de reſiſtentia cogitarunt. Panormus ſola, quoniam in ea vrbe validum Gothorum erat præſidium, obſidionem expectauit & pertulit. Quæ quum à terra munitiſſima eſſet, hosteſq́; contemneret; claſſe in portu delata, mari tandem expugnata eſt. Portus enim vſque ad mœnia patebat, animaduerſumque fuerat à Beliſario, quibuſdam in locis maiorum nauium altitudinem celſius attolli, quàm mœnia. Quare ſagittarij per malos diſpoſiti ſubiectos hoſtes ſagittis & telis vndique ferientes, mœnia defenſoribus nudauerant, alijque ſubeuntes abſque vllo metu muros cædebant: quo periculo adducti hoſtes vrbem dedere. Hæc ciuitas vlti-

Theodatus ad regnũ euehitur.

Ingratitudo Theodati.

Iuſtinianus occaſionem Italiæ recipiendæ non negligit.

Iuſtiniani ad Theodatum poſtulata.

Beliſarius in Siciliam miſſus.

Mundus in Dalmatiam.

Beliſarius Siciliam capit.

Victoriæ curſus.

Strategema, quo Panormus capta fuit.

lentibus hoſtibus, cito ſe ad inopiam commeatus redigi poſſe formidabat.
His curis anxius, tandem quod potiſſimum in difficultatibus viſum eſt, con- *Grippa Salonas*
ſilium capit. Salonis egreditur cum omnibus copijs, & aliquanto profectus, *deſerit.*
caſtra loco idoneo communiuit. Inter hæc Conſtantianus cum tota claſſe
Liſnam peruenit. Ibi quum ea, quæ facta erant, cognouiſſet; ad proximum
littus nauigauit, militibusque expoſitis quingentos eorum præmiſit, ac fau-
ces anguſtosque aditus, qui non longè Salonis abſunt, per noctem occupa- *Conſtantianus*
re iuſſit. Id factum quum eſſet, ipſe poſtridie exercitum omnem Salonis ad- *Salones recipit,*
mouit, ac nullo negocio vrbem recepit. Id quum Grippa intellexiſſet, pau- *cum Dalmatia*
cis diebus circa ea loca moratus, abire conſtituit, atque ita Rauennam mari *tota.*
delatus Dalmatiam & Liburniam penitus dereliquit; quæ ſtatim, nullo iam
repugnante, in Conſtantiani manus deuenere. Beliſarius autem literis Iuſti-
niani acceptis, quum ſibi in Italiam tranſeundum eſſet, militum præſidio Sy *Beliſarij tranſie*
racuſis & Panormi relicto, ipſe cum reliquis copijs Meſſanam petijt, atque *ctio in Italiam.*
ibi traiecto freto Rhegium venit. Inde per Brutios & Lucanos pedeſtri itine
re exercitum duxit. Claſſis verò vt per littus inferi maris quàm prope ſe na-
uigaret, edixit. Dum iter facit, frequentes eorum locorum populi ad illum
defecerunt. Profectus per hunc modum aliquot dierum iter, tandem ad Ne-
apolim conſtitit, quæ vrbs magna ac valida Gothorum præſidio tenebatur.
Ac ſtatim Beliſarius claſſem in portu extra teli iactum ad ancoram ſtare iuſ-
ſit. Ipſe autem admotis prope vrbem copijs, ſitum vrbis, ac naturam loci
à terra ſpeculabatur. Nec multo poſt arcem munitam in ſuburbano exi- *Neapolis obſidio*
ſtentem pactione cepit. Inde quum obſidionem pararet, venerunt ad eum
Neapolitanorum legati, in quibus erat Stephanus quidam Neapolitanus,
vir & autoritate inter ſuos, & conſilio præſtans. Is hæc fermè dixit. Non *Stephani pro Ne*
rectè facere Beliſarium, quod Neapolitanis, nulla prius iniuria laceſſitus, *apolitanis ad Be*
bellum inferat. Se quidem vrbem incolere, Theodati & Gothorum præſi- *liſarium oratio.*
dijs cuſtoditam. Itaque nihil ſperare à Neapolitanis eum poſſe, vtpote in a-
liorum poteſtate conſtitutis. Quinetiam ſi fas ſit dicere, non bono conſilio
illic fruſtra morari. Si enim, inquit, Romam habueris, Neapolim quoque
habebis. Sin verò Roma excluderis, ne ſi Neapolim habeas, eam retinebis.
Itaque Romam aduerſum Gothos, qui ibi ſunt, tibi ducendum fuit; non
Neapoli commorandum, quæ vtcunq; res cadent, ſit acceſſio futura. Ad hoc
Beliſarius reſpondit; Vtrum bono vel malo conſilio circa Neapolim com- *Beliſarij reſpon*
moretur, non eſſe Neapolitanorum ſibi præſcribere. neque enim eorum ſen *ſum.*
tentiam ſuper hoc ſciſcitari. quæ verò ad eos pertinent, cogitare eos debe-
re, vtrum præſtet exercitum Imperatoris Romani pro ſalute ac libertate pro-
pria recipere, an in ſeruitute barbarorum permanentes, merito oppugnari
ac deleri. Se quidem, niſi recepta vrbe, non eſſe abiturum. Cupere verò ſi-
ne pernicie eorum potius, quàm cum pernicie vrbe potiri. Hæc palàm. Se-
cretò autem Stephanum commonefecit, vt beneuolentiam potius & grati-
am imperatoris, quàm indignationem promereri ciues ſuos adhortetur.
Legati igitur in vrbem reuerſi Beliſarij verba retulere. Quumque de his re- *Stephani conſi*
bus conſultaretur, rogatus ſententiam Stephanus, nimium ſibi periculoſum *lium.*
videri inquit, tantam belli molem in ſeipſos Neapolitanos ſuſcipere: pro-
inde pactione aliqua ſaluti ſuæ prouidendum eſſe cenſebat. Adiuuabat
quoque hanc ipſam ſententiam Antiochus quidam genere Syrus, longo
tempore Neapoli mercaturæ gratia commoratus, homo diues, ac magnæ
apud Neapolitanos fidei. hic eadem ſuadens, quæ Stephanus cenſuerat,
multos permouerat. Populus quoq; ac multitudo vrbana eadem cupiebat.
Iamque voces audiebantur apertè dicentium, portas Beliſario eſſe aperien-
das. Gothi erant in præſidio circiter octingenti: qui quanquam grauiter iſta

ferrent,tamen aduerſus populi voluntatem repugnare non auſi ſeipſos contraxerant. Paſtor & Aſclepiodotus erant Neapolitani, in primis Gothorum amici, & qui præſentem ciuitatis ſtatum mutari permoleſtè ferrent. hi conſpecta populi voluntate,apertè refragari non audentes, tranſuerſa quadam via impedire conuentionem aggreſſi ſunt. Quam ob rem eadem illa,quæ cæteri,in concione laudantes,pactis ac iureiurando multa cauendum eſſe ſuaſerant,erant verò talia,quæ non putabant Beliſarium eſſe conceſſurum,præſertim quum de his obſeruandis iuſiurandum ab eo peteretur. Viſi igitur pro beneuolentia populi illa dicere, decretum in eorum ſententiam fieri obtinuerunt;cunctaque in libellum diligenter redacta Stephanus à ciuitate miſſus Beliſario detulit. Qui quum illa legiſſet,ſingula poſtulatorum capita benignè probauit, ac iuſiurandum ſuum obtulit pro his obſeruandis. Stephanus igitur in vrbem reuerſus hæc retulit. Populus autem lætitia affectus diſcurſari iam ad portas, Beliſariumque in vrbem vocari debere clamitabat. Hæc igitur aſpicientes Paſtor & Aſclepiodotus, quando primæ illorum artes non procedebant, Gothos ſimul ac Neapolitanos ciues ſuæ factionis in vnum conuocant:docent,ſtultum eſſe, arbitrio multitudinis imperitæ ciuitatem perdere. Quis enim non intelligat,ſi Beliſarius capiendæ vrbis fiduciam haberet vllam, poſtulata, quæ ad illum miſimus, nunquam fuiſſe conceſſurum? Nunc autem omni deſtitutus ſpe,ea conſentit, quæ ſeruaturus non eſt, quo nos proditores periculo noſtro faciat. Nam ſi beneuolentia, quam prædicat, teneretur; non hic manens in fraudem nos impelleret, ſed vltra progreſſus contra Theodatum & Gothos prælio decerneret. Hæc & huiuſmodi ſuadentes, ad repugnandum hortati ſunt, & Gothis animos addiderunt ad vrbem defendendam. Iudæos inſuper, quorum magna Neapoli multitudo erat,armauerunt ac ſibi coniunxerunt. Quibus rebus deterriti ciues, colloquia Beliſarij omnemq; conuentionum ſpem interruperunt. Ille igitur poſthac ad bellum ſe comparuit,ſæpiusq; expugnatione tentata,magno ſuorum militum detrimento depellitur. Mœnia enim Neapolis partim mari circundantur, partim locis arduis ſaltuoſisq; exiſtunt, aditusque difficillimos peruadentibus habent. Aquæductus verò,qui aquam in vrbem deferebat, licet à Beliſario reciſus fuiſſet,tamen non multum obſeſſis nocere videbatur,propterea quod pluribus in locis puteos habebant,vt deeſſe illis aqua non poſſet. Maxima verò detinebantur ſpe auxilij venturi, quoniam miſſis Romam nuncijs opem ferre ſibi aduerſus hoſtes poſtularant. Quum eſſet Beliſarius exigua ſpe,ac de omittenda obſidione cogitaret, fortuna mirabiliter ſibi viam aperuit. Aquæductus erat ſolo inciſus, per quem aqua in vrbem ferebatur. Hunc ab initio obſidionis Beliſarius,vt ſupra diximus, interruperat. Per eum miles quidam Iſauricus fortè ingreſſus,vſque ad mœnia vrbis penetrauerat. Erat verò in ea parte,qua mœnibus inferebatur, petra non manu poſita,ſed natura,per quam perforatam aqua in vrbem tranſibat. Magnitudo autem foraminis non tanta erat,vt vir ingredi poſſet. Quæ quum ſatis contemplatus eſſet miles,intellexit, ſi petra illa magis pateſieret, aditum fore in vrbem. Itaque nota Beliſario cuncta facere curauit. Dux verò lætatus, ac magna pollicitus præmia, alios ſibi coadiutores eligere militem iuſſit, ac petrã illam magis aperire,non cædendo,ne percuſſio exaudiretur;ſed limando,ac paulatim demendo perquam latenter. Hæc vt dux iubebat, ita miles egit. Denique aſſidua diligentiq́ue militis opera effectum eſt, vt armatus vir cum thorace & clypeo per eum locum ingredi valeret. Hæc facta quum eſſent, Beliſarius videns iam vrbem fore in eius poteſtate, timenſque, ne à militibus vaſtaretur;Stephanum rurſus ad ſe vocauit,caſusque miſerabiles, qui captis vrbibus accidere cõſueuerunt,cædes virorum, mulierum ad libidinem raptus

Paſtor & Aſclepiodotus Gothorũ partes fouent

Mala Paſtoris conſilia.

Fruſtra Neapolis oppugnata.

Per aquæductũ capta Neapolis.

Beliſarij benignus in monendo animus.

raptus,incendia,rapinas,ac mala cætera memorauit. Proinde viderent Neapolitani,ne extremum periculum expectent. adhuc enim aliter reſipiſcendi tempus eſſe. Stephanus igitur his auditis, cuncta cum lachrymis ac gemitu ciuibus ſuis retulit.Illi autem ſpernentes contempſerunt. Beliſarius igitur cœptum ſuum proſequutus,quum vrbem capere ſtatuiſſet, in hunc modum prouidit. Primis ſtatim tenebris milites quadringentos delegit, horum ſingulos thoracem clypeumque & gladium ferre iuſſit, paratoſque & armatos ſilentio quieſcere,donec admoneantur. Ductores verò his præfecit Magnum & Ennem, viros ſtrenuos, quorum virtute plurimum confidebat. Quum media iam noctis pars tranſacta eſſet, ductoribus ipſis rem aperiens, ac locum oſtendens,milites per aquæductum accenſis luminibus ducere imperauit. Quum verò in vrbẽ peruenerint, quid facere illos velit, admonuit: capere ſcilicet partem aliquam muri, ac tuba id ſignificare. Ipſe verò ſcalas permultas iampridem comparauerat,quibus mœnia aggrederetur. Exercitum autem totum in armis eſſe iuſſerat, & multos circa ſe expeditos intentoſque habebat.Inter hæc plerique ex militibus,qui cum Magno erant, periculum formidantes retroceſſerunt, nec exhortationibus aut minis contineri poterant; quos Beliſarius duriter increpitos dimiſit, ac ducentos eorum, quos circum ſe habebat, in eorum locum ſummiſit. Qua contumelia etiam illi ipſi,qui prius recuſauerant,ſequuti ſunt.Milites igitur per aquæ ductum longam & cæcam viam ierunt. non enim ad mœnia finiebatur aquæductus,ſed longius per vrbem penetrabat, teſtudinem deſuper habens ex lateribus coctis: nec prius vbi locorum eſſent milites, intelligere potuerunt, quàm deſinente iam teſtudine cœlum apparuit, tunc ſe media in vrbe ſenſerunt eſſe:& ſimul euadere ex eo loco difficile fuit, propterea quod parietes hinc inde altius ædificati, difficilem armatis faciebant aſcenſum. Vt verò tandem alteri alteros iuuantes emerſerunt, ad mœnia profecti, turres duas occiſis cuſtodibus occuparunt, atque inde tuba canere, & clamorem attollere cœperunt. Beliſariusque confeſtim ad ea loca profectus, ſcalas mœnibus admouit, ac milites conſcendere iuſſit. Fuit & in hoc loco difficultas & mora,quoniam ſcalæ, vtpote clam factæ, ad altitudinem muri non pertinebant.Itaque neceſſe fuit binas ſimul ſcalas colligare, atque ita conſcendere.Hæc fiebant ab ea parte vrbis, quæ ad ſeptentriones eſt verſa. Eodemque tempore ad aliam vrbis partem,quæ ad mare ſpectat,acerrimè dimicabatur. Iudæorum enim multitudo in hoc loco pugnabat, homines proterui ac temerarij,& qui capta vrbe nullam ſibi veniam futuram ſperarent.Itaque reſiſtebant acerrimè, nullumque ingreſſum hoſtibus permittebant. Alia verò pars exercitus portam vrbis ad Orientem verſam incenderat,ac perrumpere in vrbem feſtinabat.Inter hæc dies apparuit, portaque à militibus, qui ſcalas aſcenderant,refracta,ingreſſum exercitui præbuit. Simulque per portam ad orientem verſam, quam incenſam à militibus diximus, penetratum. Tunc diſcurſum per vrbem eſt, cædibuſque & rapinis omnia fœdata. Præcipuè verò ſæuiebant hi milites, quorum fratres vel agnati ſuperioribus prælijs circa vrbem commiſſis interfecti à Neapolitanis fuerant. Hi tunc vrbe capta,victoriam crudeliter exercebant, nulli neque ætati, neque generi hominum parcentes. Iudæi verò, qui partem vrbis ad mare verſam defendebant,etiam capta cæteris in locis vrbe ipſi tamen acerrimè repugnabant:nec prius ceſſauerunt, quàm diſcurrentes ab vrbe milites eorum terga inuaſerunt.Tunc ab ea quoque parte intra vrbem penetratum, cædeſque & rapinæ vbique factæ. Beliſarius capta Neapoli, humaniſſimè victoria vſus eſt. Nullum enim Neapolitanorum poſt arma depoſita interfici aut capi permiſit, mulieres ab omni libidine integras reſeruatas maritis parentibuſque

Iudæorum ferocitas.

Beliſarij moderatio in victoria.

reſtituit. In Gothos etiam, qui præſidio fuerant, nullam ſæuitiam oſtendit. Paſtorem verò & Aſclepiodotum tantorum malorum autores non ipſe Beliſarius vltus eſt, ſed ciues ipſi Neapolitani, multitudoque vrbana: quæ poſtridie, quam capta fuerat vrbs, ad ædes illorum diſcurrens, repertum domi Aſclepiodotum occidit, ac per vrbem traxit. Paſtorem verò quærens, reperire non potuit. Ille enim in ipſo captæ vrbis tumultu vel morte voluntaria, vel dolore ac deſperatione animi interierat. Populus tamen ardens odio non prius quærere illum deſtirit, quàm fidem oculis accepir, eum interijſſe; nec temperare poruit, quin eius cadauer membratim diſcerperet, veniam huic tanto furori dante Beliſario, propter mala ab illis in quos ſæuiebatur commiſſa. Neapolis igitur per hunc modum capta & ſeruata eſt. Gothi autem qui Romæ & circum ea loca degebanr, auditis his, quæ Neapoli facta diximus, in ſuſpicione ac metu plurimo conſtituti eranr, nec dubitabant Beliſarium cum victore exercitu ad ſe eſſe venturum. Quare ſeipſos cohortantes, ac cæteros gentis ſuæ bellatores euocantes, inter Ananiam & Tarracinam caſtra fecerunt. Ibi quum ſimul eſſent Gothorum copiæ, multa de ſuperiori malignitate Theodati, multaque de præſenti ſegnicie conqueſti, demum ſe- *Vitigis rex.* ditione in exercitu facta, Vitigim ſibi regem creauerunt. Erat autem Virigis non ex regio genere ortus, ſed magnus bello vir quondam habitus, eaq; virtute nomen & autoritatem ſibi plurimam comparauerat. Theodatus verò ſimul atque iſta ſenſit, arrepta fuga Rauennam ire properabat. Sed miſſi con- *Vitigis ad Rom. oratio.* feſtim poſt eum à nouo rege ſatellites, per viam aſſequuti illum interfecerunt. Poſt hæc Vitigis Romam venit, ſenatumque & populum alloquutus, beneficia Theoderici memorauir, eosque hortatus eſt, ne quid noui moliantur. magnas Gothorum vires per Italiam eſſe docuit, nec ea, quæ accidiſſent incómoda, propter imbecillitatem gentis accidiſſe, ſed propter diſcordes erga Theodatum animos. Nunc autem conſpirantibus in vnam eandemque voluntatem Gothis, contrarios effectus eſſe ſequuturos. Itaque neminem ſine ſua pernicie per Italiam res nouas moliturum eſſe. Hęc autem cum Liberio Romanæ vrbis præſule egit. Et quoniam nouum erat eius regnum, iureiurando ſibi populum & pontificem obligauit. Ex ſenatu verò, & ex po- *Luderis Romæ præficitur.* pulo Romano permultos delegit, quos obſidum loco conſtituit: vrbi autem Romæ quendam ex proceribus ſuis Luderim præfecir, eique delectorum militum quatuor milia reliquit, quibus Romam cuſtodiret. Ipſe cum reliquo exercitu Rauennam petere contendit, quo regnum magis ſtabiliret. Eò quũ perueniſſet, Amalaſſuentæ filiam, Theoderici neptem, quæ à Theodato captiua tenebatur, in matrimonium ſuſcepit, vt regio ſanguine dominationem honeſtaret. Gothorum autem copias vndecunque vocare parareq; non deſtitit, armaque & equos inter ſuos partiri, ac cætera, quæ ad bellum pertinerenr, ſtudioſe prouidere. Sed quum magna Gothorum robora circa Padum, & Ticinum, ac cętera per Galliam ciſalpinam eſſent, eaque contrahere Viti- *Francorum regnum ad alpes vſque.* gis feſtinaret; obiecta illi formido eſt Francorum gentis. Franci enim per id tempus ad Alpes vſque dominationem extenderant. Cis alpes verò Gothi poſſidebant, nec ſanè inter ſe amici, ſed ſuſpecti magis diſcordesque habebant. Et iritatos nuper Francos à Iuſtiniano Imperatore conſtabat, ſuadente vt bellum aduerſus Gothos capeſſerent. Ob hanc igitur ſuſpicionem Vitigis oratoribus ad Francos miſſis delere ab ea parte formidinẽ ſtuduit. Quod & tandem aſſequutus eſt, fœdere cum illis icto, amiciriaque contracta. Dum hæc à Vitigide prouidentur, interea Beliſarius refecto ornatoque exercitu Romam petere conſtituit. Itaque relicto Neapoli Herodiano communi præ- *Beliſarius Romã contendit.* ſidio militum, Cumis quoque alio præſidio impoſito, ipſe cum cætero Romam petijt. Iter eius per viam Latinam fuit. Romani verò aduentum Beliſa-

rij

rij ſentientes,nequaquam moleſtè ferre videbantur:& iam Fidelius quidam
Mediolanenſis,qui per tempora Atalarici præfectus regiæ domus fuerat, ex
vrbe Roma profectus Beliſario nunciauerat,vt copias quamproximè admo-
ueret.populum enim Romanum exercitui Imperatoris Romani nequaquam
portas eſſe clauſurum. Intra vrbem quoque ex multorum ſermonibus hanc
eandem voluntatem populi erat inſpicere.Quibus conterriti Gothi,qui Ro- *Luderis virtus*
mæ in præſidio erant relicti,ſponte ſua omnes abire ſtatuerunt, præter Luda *& fides.*
rim præfectum,qui pudore ductus perire maluit,quàm vrbem fidei ſuæ cre-
ditam deſerere.Romani Gothis abeuntibus ſecuritatem præſtitere, euenit-
que vt eadem die atque hora Gothi quidem porta Flaminia Roma exirent,
Beliſarius autem porta Cœlimontana,quam Aſinariam vocant, Romam in-
traret. Quum eſſet enim Beliſarius maxima omnium lætitia intra vrbem re-
ceptus,ſenatum ac populum,quæ oportebat,alloquutus; ſummam poſt hæc
diligentiam adhibuit in reparandis mœnibus,atque vrbe munienda. Non
ſolum enim mœnia curauit, & propugnacula idoneis locis conſtruxit, ve-
rum etiam foſſas & aggeres mœnibus adiunxit; frumenti quoque magnam
vim nauibus importandam, & publicis horreis ſeruandam prouidit. Ro-
mani verò quanquam ingenium ducis admirabantur, tamen hanc illius ſe-
dulitatem in vrbe munienda non probabant. Magnum enim ducem cum
Imperatoris exercitu Romam ingreſſum, non de patienda obſidione, ſed
de inferenda cogitare debere. Enimuero ipſe conſcius paucitatis exerci-
tus ſui,& magnarum virium Gothorum, iam mente& cogitatione futurum
præuidebat. Nec tamen interea ſegnis, ſed per præfectos ſuos Conſtanti-
num & Beſſam in hoc ipſo tempore Narniam,& Spoletum, & Peruſiam de-
dentibus ſeſe ciuibus ſuſcepit. Pugnatum eſt etiam non procul ab vrbe Pe-
ruſia contra Gothos. Nam Vitigis ſtatim atque defectionem Peruſinorum
ſenſit, Vnilam & Piſſam cum exercitu in Thuſcos miſit, quo cæteras vrbes
in fide continerent, ac ea, quæ iam defecerant, oppida recuperarent. E-
rat Peruſiæ Conſtantinus Beliſarij præfectus, copiaſque omnes eò contra-
xerat,præter paucos milites,quos in præſidio Spoleti reliquerat. Quum igi- *Conſtantini de*
tur appropinquarent Gothorum copiæ, ac ſub ipſis prope mœnibus Peru- *Gothis victoria.*
ſiæ eſſent; egreſſus vrbe Conſtantinus, acie ſtructa ad dimicandum parata,
Gothos inuaſit.Committitur ingens prælium,ac magnis viribus vtrinq; cer-
tatur: Gothi multitudine, Conſtantiniani ſitu loci & fauore propinquæ vr-
bis iuuabantur. Poſt longum certamen ſuperati ad extremum Gothi in fu-
gam vertuntur, fit eorum magna cædes,multi capiuntur, inter quos Vnila &
Piſſa duces copiarum hoſtium capti fuerunt, & Romam ad Beliſarium miſſi.
Vitigis igitur quum præter defectionem vrbium, hanc inſuper cladem acce-
piſſet; non vltra differendum ratus, cum toto penitus Gothorum robore in *Vitigis ingentes*
bellum deſcendere conſtituit.Itaq; Rauenna mouens Romam ducere perre *copiæ.*
xit,habens in exercitu ducenta millia hominum:plurimoſq; inter eos lorica
tos equites,quos cataphractos appellant. Cuius his tantis copijs ita Romam
petebat, vt nihil magis vereri videretur, quàm ne Beliſarius non expectaret.
Quare nec ad Peruſiam,nec ad Spoletum,nec ad Narniam conſtitit;ſed Ro-
mam petere feſtinauit.Beliſarius autem quum tantam belli molem in ſe con
uerti ſentiret,Conſtantinum & Beſſam cum his,quas habebant,copijs ad ſe
propere redire iuſſit. Paruitque dicto Conſtantinus, confeſtimque ex Thu-
ſcis Romam duxit. Beſſas verò, qui erat Narniæ, tardius diſceſſit, vt etiam
cum primis Gothorum excurſoribus implicaretur. Vitigis enim proximum
Narniæ iter faciebat.Quò quum primi antecurſores perueniſſent, egreſſus
vrbe Beſſas eos inuaſit, & agmina quædam eorum in fugam vertit, multoſ- 3
que occidit.Sed quum maiore numero premeretur, in vrbem ſeſe Narniam

recepit. Mox inde Romam properans ex viſu denunciauit, Gothos adeſſe. Gothi Narniam prætergreſſi per Sabinos in agrum Romanum deſcenderunt. Quumque Romæ propinquarent, ad Anienem fluuium conſtiterunt; Nam Beliſarius pontem ſuper eo amne ex vtraque ripa turribus clauſtriſq; munierat, ac militum præſidio cuſtodire iuſſerat. Itaque Gothi primo aduentu tranſire nequeuntes, trans Anienem fecerunt caſtra. Nocte verò inſecuta,

Beliſariani præſidium pontis deſerunt.

milites qui in præſidio pontis erant, multitudine ac ferocitate barbarorum conterriti, turres ac munimenta pontis deſeruerunt; clamque fuga arrepta, in Campaniam abierunt, pœnam Beliſarij formidantes. Habebat in animo iuxta Anienem caſtra facere, contra Gothorum caſtra, quo diutius in his locis hoſtes detineret: quam ob rem poſtridie mille equitibus aſſumptis ad ea loca profectus eſt, quo & ſitum regionis, & quid agerent hoſtes, ſpecularetur; & ſimul idoneum caſtris ſuis locum deligeret. Ei autem proficiſcẽti, quũ prope amnem eſſet, equites Gothorum præter expectationem ſibi obuiam venerunt. Gothi autem pauloantè munimenta pontis deſerta ſentiẽtes clauſtra portaſque refregerant. Iamque tranſgreſſa multitudo eorum permagna

Beliſarius imprudens pugnare cogitur.

fuerat. quæ Beliſario hæc ignoranti quum repentè obuiam veniſſet, ex inſperato pugnare compellitur. Et ab initio quidem ducis munera tantummodo Beliſarius obibat, iubens & adhortans, & quid agendum foret oſtendens. Quum verò ſui magis ac magis ab hoſtibus premerẽtur, tunc neceſſitate cogente non amplius ducis officium, ſed militis exercebat: aduolans ſiquidem inter primos pugnatores, manu & virib. ſtrenuè rem gerebat. Quo quidem die plurimum ipſe periculi ſubijt ex huiuſmodi cauſa. erat Beliſario equus inſignis, quo plurimum vtebatur. Is erat colore ſubrutilo, frontemque ſum-

Beliſarij periculum.

mam vſque ad nares alba linea diſtinguebat. Quum igitur ex eo pugnaret equo, & in primis pugnatoribus verſaretur, transfugæ quidam eum noſcitãtes clamore ſignificarunt vt Valam ferirent. Hoc enim vocabulo Gothi for-

Vala, equi color ſubrutilus, Suecice Valb, Saxonice Val.

mam illam equi appellant, clamorque per omnes ijt, Valam feri. Ex quo factum eſt, vt tota pugna in vnum Beliſarium conuerteretur. Quod niſi circa eum egregia familiarium manus ſe conglobaſſet, ac impetum ipſi irruentium hoſtium excepiſſent, corporibuſque & armis equum & Beliſarium inter mille telorum ictus protexiſſent, euadere non poterat. Tunc autem defenſus egregie eſt, tum virtute propria, quum peritiſſimè dimicaret; tum amicorum & familiarium auxilio, qui incredibili amore circa illum verſabantur. In hoc loco multi atque optimi ex Beliſarij familiaribus ceciderunt, & in primis Maxentius vir ſingulari virtute, qui circa Beliſarium pugnans, quum præcipua fortitudinis opera edidiſſet, multoſque Gothorum interfeciſſet, tandem ipſe quoque multis vulneribus acceptis, occubuit. Ad extremum ſe cohortantes qui cum Beliſario erant, impetu facto, in fugam hoſtes verterunt, & vſque ad pontem perſequuti ſunt. Pedites verò, qui pro ponte ſtabant, prælium excipientes, facilè Beliſarium & ſuos repulerunt. Cedentibus multitudo rurſum equitum premere terga cœpit, quibus difficultatibus in editũ quendam locum ſe recipere coacti ſunt. Ibi quoque quum equeſtris pugna redintegrata eſſet, hoſtiumque multitudo aſſiduè creſceret, multique vtrinque pugnantes cecidiſſent, tandem effuſo curſu Romam petere coguntur. Fuga fuit ad eam portam quam Pincianam vulgo appellant. Gothi vſque ad ipſam portam Beliſarium perſequuti ſunt, vt de muris vrbis ferirentur. Fuit quoque in eo loco tumultus ingens. Romani enim, qui in muris ſtabant, veriti propinquitatem hoſtium, portam aperire nolebant. Nec Beliſarius licet clamans cognoſcebatur, quod & iam ſol occiderat, & ipſe puluere ſudoreq; deformatus erat. Quum igitur ad ipſam portam ſe conglobaſſent, nec porta aperiretur, hoſteſq; inſtarent, Beliſarius ſuos cohortatus, hoſtes magno impetu

petu inuadit, ac in fugam verſos longè ſummbuit. Ita fugatis hoſtib. ipſe iam planè cognitus, ſuos intra vrbem reduxit. Pugna huius diei longè maxima ac varia fuit. Cœptum eſt enim pugnari paulo poſt ſolem exortum: deſitum autem, iam tenebris terram operientibus. Optimusq; pugnator iudicio omnium Beliſarius ea die exiſtimatus eſt: In Gothis autem Vilidus. Quum in vrbem rediſſet Beliſarius, milites ac Romanos ciues per mœnia vigilias agere nocte illa iuſſit. Præfectis etiam ſuis portas attribuit, vt ſinguli ſingulas tuerêtur. Præcepit autem, vt ſi quid tumultus oriretur, nemo ex eo loco, in quo collocatus foret, abiret, neu ſe commoueret. Per eam noctem pluribus locis tumultus excitati ſunt, & plerique inanes. Clamatum eſt enim per vrbem, ad Ianiculi portam hoſtes inuaſiſſe, & arma trepidè ob hoc ſumpta. Nec prius ceſſatum à tumultu, quàm redeuntes inde nuncij retulerunt, omnia ad Ianiculum quieta eſſe, nec hoſtes per ea loca viſos vel auditos. Ad portam verò Salariam alius tumultus exortus, nec is quidem temerè. Gothi enim per noctem ſub ipſam portam venientes, Romanos ciues, qui ſtabant in mœnibus, vocauerunt; atq; ibi vnus eorum Bacchius nomine vir Romæ notus, quê Vitigis rex ad hoc ipſum miſerat, verba faciens; Quid eſt, inquit, Romani? an non iam pudet vos ſtultitiæ veſtrę, qui Græcis hominibus, nautis & hiſtrionibus, ac nulli prorſus alij rei gerendæ idoneis, vos ac ſalutem veſtram commiſiſtis, ſpreta Gothorum potentia, quæ primo ſtatim aduentu illos fudit atque obſedit? Atqui non ita meriti de vobis erant Gothi, vt tantam proditionem aduerſus eos moliri debuiſſetis. Sed reſipiſcite iam. vnica enim hæc euadendi via eſt, ſi portas Gothis aperiatis, nô aduerſum vos, ſed aduerſum Græcos ingreſſuris. Quod ſi perſeueratis in amentia veſtra, implacabile bellum à Gothis expectetis. Hæc Vitigis rex denunciari vobis iubet. Nihil his verbis reſponſum eſt à Romanis: ſed quum ſignificaretur Gothos adeſſe, concurſum eſt ad Salariam portam. Gothi vero aliquanto commorati, in caſtra regis, quæ inter vrbem & amnem erant poſita, reuerterunt. Et prima quidem nox in hunc modum tranſacta eſt. Poſtridie verò, quum in prælium nemo egrederetur, Gothi ad obſidionem ſe compararunt. Eius obſidionis ratio hæc fuit.

Tumultus nocturni.

Caſtra circa vrbem ſex in locis poſuerunt à Flaminia via vſque ad Præneſtinam. His caſtris quinque vrbis portę obſidebantur: addiderunt poſtmodum ſeptima caſtra vltra pontem Miluium. Hæc vltima caſtra portam Aureliam obſidebant, & impediebant vias, quæ trans Tyberim ferunt. Caſtra autem ipſa vallo & foſſa ac ligneis turribus munierunt, & tam citra, quàm vltra Tyberim poſſidentes, omnia crebris incurſionibus peruadebant. Beliſarius autem pro defenſione vrbis hæc prouidit. Pincianam portam, quæ côtra Gothorum maiora caſtra maximè erat oppoſita, & huic proximam à dextra manu Salariam, & quicquid circa illas muri eſt, ſibijpſi Beliſarins tuendas aſſumpſit. Præneſtinam verò portam Beſſæ commiſit. Flaminiam vero, quæ eſt à ſiniſtra Pincianæ, Conſtantino attribuit. cæteris qnoque portis alios præfecit. Gothi profecti circa vrbem aquæductus omnes interruperunt. Erant hi quatuordecim aquæductus mirabili opere confecti, per quos aqua in vrbem vehebatur. Et horum ieterruptione non tantùm aquarum incommoda nocebant Romanis, qnantum piſtrinorum defectus. Nam ex eo aquæductu, qui ex ſummo Ianiculo per trans Tyberim défluebat, vtpote decliui ac rapido, magna vis piſtrinorum conficiebatur. Ex alijs qnoque aquęductibus quibuſdam in locis eadem commoditas molendi inſtituta fuerat, qui tunc interrupti permagnas obſeſſis difficultates afferebant. Aduerſus hæc incommoda Beliſarius in hunc modum remedia excogitauit: Bini lembi paruo interſe diſtantes ſpacio tignis coniuncti molas in medio contine-

Obſidio Romæ.

XIIII aquæductus reſciſſi.

Piſtrinorũ ſtructura Beliſariana.

bant, quæ rapido fluminis curſu percitè voluebantur: funes ab vtraque ripa quammaximè intenti lembos in flumine ſuſtentabant,huiuſmodi lembos ſecus pontem,qui primus trans Tyberim fert,collocauit. Poſt eos lembos, alios ordine eodem diſpoſitos ordinauit. Ne verò hoſtis mittendo de ſuperiori loco materiem & ignem,officere lembis valeret;cathenæ in flumine ad ipſum pontem obiectæ,omnem materiam excipiebant,exceptam autem homines ab vtraque ripa diſpoſiti auferebant. Et aduerſus piſtrinorum defectũ hæc optimè prouiſa ſunt. Lembi enim piſtrina largiſſimè ſuppleuerunt. Aquarum verò incommoda Tyberis ſuſtentabat. Per mœnia verò pluribus locis inſtrumenta belli multiplicia ad feriendum repellendumque hoſtes Beliſarius effecerat, ac ſolertiſſimè omnia prouidebat. Gothi verò contrà, ad expugnationem vrbis inſtrumenta & machinas comparabant. Machinæ verò huiuſmodi fuerunt. primùm arietes quatuor. Eſt autem forma eorum talis. columnæ ligneæ quatuor in altitudine rectæ æqualiter inuicem oppoſitæ collocantur. Hæ columnæ tignis octo vinciuntur, quatuor ad imum columnarum,totidem ad ſummum,efficiturque veluti quadratæ cuiuſdam ædiculæ forma. hæc rurſus corrigijs obtegitur, ne feriri de mœnibus quot intus ſunt, poſſint. Tranſuerſum deinde tignum ponitur, à quo trabs cathenis alligata dependet, quaſi vſque ad medium altitudinis columnarum. Habet vero trabs in capite ferrum ingens & quadratum ad incudis formam. Machina tota quatuor rotis ad baſes columnarum impoſitis defertur. Mouent autem eam milites intus exiſtentes non pauciores quinquaginta; qui poſtquam eam mœnibus admouerunt, trabem illam ſuſpenſam machinamento quodam retro trahunt,moxque cum impetu dimittunt. Trabs autem violentia & pondere in murum delata omnia ſcindit ac perrumpit. Fecerant etiam Gothi turres ligneas pari mœnibus altitudine.hę quoque rotis vehebantur. Scalarum præterea grandem numerum parauerunt, & infinitam quandam vim faſcium ex virgultis & ſtipula, quibus foſſas replere cogitabant. Quum ſatis omnia parata eſſent, Vitigis prima luce armatos omnes adeſſe iuber, agminaque diſtribuit, & quid agere quemque velit præſcribit. Fit alacritas magna in Gothis & incredibilis pugnandi ardor, quum alij faſces, alij ſcalas ferrent, alij machinas admouerent. Beliſarius ante portam cum lectiſſimis ſuper aggerem præſtabat,nec quicquam moueri à ſuis iuſſerat, priuſquam ipſe ſignum dediſſet. Turres quas paratas à Gothis diximus, boues conuehebant. hæ ante cæteras machinas aduehebantur. Quod quum aſpexiſſet Beliſarius,riſit ſimplicitatem Gothorum, qui bobus crederent machinam admoueri ad hoſtes armatos poſſe. Itaque ſuos omnes ſagittas in boues conijcere iuſſit,quibus citò confecti boues conciderunt, machinaq; deſtituta vlterius admoueri non potuit: qui autem ſtipulam, & qui ſcalas ferebant,multitudine telorum ab aggere veniente repulſi,nec foſſas complere, nec mœnia adire, nec arietes admouere valebant. Stabat nihilominus Gothorum acies, ac teſtudine facta interdum ſubibat. Sed peruincere aggerem nunquam potuit. ſagittis, & tragulis, & omnifariam telorum genere certabatur. Dum hæc ad Pincianam & Salariam portam geruntur, tribus alijs locis Roma oppugnabatur. Nam Vitigis relicta parte copiarum, quo Beliſarium prælio diſtineret, ipſe ad Præneſtinam portam cum multitudine pugnatorum conuolauit. Eodemque tempore alia Gothorum multitudo contra portam Aureliam impetum faciebat. Alia inſuper hoſtium manus portam, quæ eſt ad ſummum Ianiculum, expugnare nitebatur. Ita quatuor ſimul locis Roma oppugnabatur, ad Pincianam & Salariam portam, quas Beliſarius tuebatur; ad Præneſtinam, cui præerat Beſſas; ad Aureliam & Ianiculi portam. Sed hi, qui ad Ianiculum pugnabant, Gothi, facilè repellebantur.

Arietum forma.

Oppugnabant vrbem Gothi.

Beliſarius Gothorum imperitiam ridet.

Vrbs quatuor locis oppugnata.

Sunt enim loca ardua & ſaltuoſa, vt difficile ſit mœnia adire, etiam nullo repugnante. Tunc autem Paulo Beliſarij præfecto cum valida manu militum defendente, conatus hoſtium in irritum cecidere. Ad Aureliam verò portam maius periculum fuit. Via erat porticu contecta, per quam ad templum beati Petri apoſtoli vadebatur. Sub ea igitur porticu latentes Gothi quum tempus rei gerendæ viſum eſt, egreſſi ex inſidijs repentè ad molem Adriani inuadendam conuolarunt, ſcaliſq; admotis primum ambitum, qui figura quadrata molem cingit, repentino impetu ceperunt: hæc moles Imperatoris Adriani ſepulchrum fuit, eximio ac magnificentiſſimo opere confectum. Primus ambitus quadrati figuram habet. Conſtat verò totus ex marmore Pario ſumma artificum diligentia exædificatus. In medio verò huius quadrati rotũda moles inſurgit, excelſa quidem altitudine, latitudine verò tanta, vt in ſuprema eius parte area ſit, cuius diameter vix iactu lapidis tranſigatur. Habet verò pontem ſuper Tyberim amnem, qui ab ipſa mole ad aliam ripam extẽditur. Hoc ędificium, licet extra vrbem foret: (nam vrbs quidem ad Tyberim finitur, hoc autem vltra Tyberim eſt) tamẽ quia pontem habet ad mœnia vſque pertinentem, & erat veluti arx & propugnaculum quoddam, Beliſarius militibus ſuis occupandum cuſtodiendumque prouiderat, eiuſq; rei curam Conſtantino mandauerat. Conſtantinus igitur quum pauloantè vidiſſet hoſtes ratibus in Tyberi miſſis ad eam partem vrbis oppugnandam accedere, quæ eſt inter Martium campum & Aureliam portam, veritus humilitati murorum, (nam erant in his locis mœnia iuxta flumen non ſatis munita) cum manu militum ex Adriani mole eò accurrerat, nec ſatis multos in præſidio molis reliquerat. Gothi ergo, vt diximus, per abſentiam præfecti capto inferiori ambitu molem ipſam expugnare nitebantur. Milites autem de ſuperiori parte repugnantes, quo magis repellant hoſtes, rem nefariam effecerunt. Erant in ſumma parte molis vndequaque permagnæ ſtatuę hominum, equorum, quadrigarum, excellenti artificum opere confectæ: has partim integras milites demoliti in hoſtes præcipitarunt, partim cõfractas in hoſtes deiecerunt. Ita præclara artificum opera, ac multorum annorum labores, ac maxima eius ſepulchri ornamenta, militum ſiue ruſticitas, ſiue malignitas, paucis horis abſumpſit. Inter hæc Conſtantinus repulſis à flumine hoſtibus, audito molis periculo, per pontem ſuccurrit, additque ſuis animos, atque ipſe ab inferiori parte hoſtes inuadit. Per hunc modum ſeruata tandem moles eſt, atque hoſtes repulſi. Ad Prænestinam quoque portam, vbi Vitigis rex, & qui cum illo venerant, Gothi pugnabant, ingens periculum fuit. Erat enim non procul ab ea porta locus, quod Viuarium appellabant. Is locus mœnia habebat duplicia, aliquo ſpatio inter ſe diſtantia. Solum inter bina mœnia planiſſimum erat, mœnia verò ipſa non ſatis munita. Vitigis igitur & Gothi prima aggreſſi mœnia, & ſi egregiè repugnabatur, tamen ea peruicerunt. Beſſas verò præfectus diffidens aduerſus tantam Gothorum vim reſiſtere poſſe, Beliſario propere ſignificauit, quanto in periculo res foret, vtque maturaret opem ferre admonuit. Eo nuncio permotus Beliſarius, relicto ad Salariam portam præſidio, ipſe cum lecta manu militum per vrbem diſcurrens ad Viuarium peruenit. Aduentu ſuo redintegrata pugna, creſcunt militibus animi ob præſentiam ducis. Ipſe etiam cum ſuis in prælium deſcendit. Gothi murum ab inferiori parte perfregerant, ac magna vis eorum ingreſſa inter bina mœnia verſabatur, pugnaque in eo loco acerrima erat. Tandem verò eum exitum habuit pugna, vt Gothi per eum ipſum locum, quo ingreſſi fuerunt, cum magna ſuorum ſtrage euadere cogerentur. Poſtquam verò egreſſi ſunt, in eos perturbatos immiſſi milites longè illos ſummouerunt, eorumq; machinas omnes incenderunt. Idem quoq; ad Salariam portam acci

Moles Adriani.

Statuæ molis pro telis ſeruiunt.

Viuarij locus.

dit. Milites enim eruptione facta, turres & machinas cremauerunt. Per hunc modum Roma eodem die & oppugnata pluribus locis, & defenſa fuit. Ceciderunt autem in his prælijs Gothorum ad tria milia. obſidio tamen durabat.

Querela de Beliſario.

Romani verò, & ſi Beliſarij virtutes admirabantur, tamen querela aduerſus illum erat, quòd contra tantas Gothorum vires exiguis ipſe copijs concitato bello Romam in præſentes difficultates conieciſſet. Quod ſentiens Beliſarius (neq; enim erat obſcurum) & ſi aliâs hæc eadem Iuſtiniano ſignificauerat, tamen tunc maiorem in modum commotus, vehementius ſcripſit, oſten-

Litteræ Beliſarij ad Iuſtinianum.

dens obſidionem vrbis Romæ, ac multitudinem hoſtium, & paucitatem ſuorum. Se enim in Sicilia ex eo, quem duxerat, exercitu Panormi & Syracuſis præſidia militum reliquiſſe. Neapoli verò, & Cumis, & alijs per Italiam oppidis à ſe receptis, quòd neceſſarium fuerit, pro illorum tutela milites poſuiſſe. Sibi tantummodo ad quinque milia militum reſtare. Obſideri verò à Gothis ducentorum milium exercitu. Romanos horum periculorum inſuetos, haudquaquam obſidionem toleraturos. Quantum verò ad ſe attinet, ſemel vitam ſuam imperatori Iuſtiniano deuouiſſe, nec ſua referre, tardè vel citò intereat: cæterum videndum eſſe, quid ea res honoris vel infamiæ imperio Romano ſit allatura.

His literis Iuſtinianus acceptis, valde cõmotus eſt, ac ſtatim copias quaſdam iam paratas nauigare in Italiam iuſſit, & maiores alias parare conſtituit. Præerant autem his copijs, quas iam parauerat, Valerianus & Martinus. Eaque hyeme per Aetoliam & Acarnaniam hyemauerant. Romanos hæc ſignificata in ſpem continuere, aduentum eorum primo quoque tempore expectantes. Dum hæc Romæ geruntur, Aſinarius & Vligislaus Gothorum duces, quos in Dalmatiam Vitigis cum exercitu miſerat, claſſemque inſuper il-

Res in Dalmatia geſta.

lis dederat, coniunctis ſibi maximis barbarorum copijs, Salonas mari terraque obſederunt. Conſtantianus enim impar tantis hoſtium copijs munita prius affatim vrbe obſidionem tolerabat. Nonnunquam etiam vrbe egreſſus maxima Gothis damna mari terraque inferebat. Roma inter hæc obſideri durius cœpit. Vitigis enim, quoniam expugnatio prius tentata turpiter ei ſucceſſerat, inquietior inde factus, cuncta rimari ac perſcrutari non deſtitit, quibus obſeſſos permaximè affligeret. Portus erat iuxta mare à dextra Tyberis fluuij ripa, ſuperque eo vrbs valido muro cincta. eo in loco naues cuncta, quæ mari feruntur, deponebant. Inde rurſus terra vel fluuio Romam portabantur. Vitigis igitur magnis ſuorum copijs repentè & inopinatò miſ-

Portus a Gothis capitur.

ſis, vrbem Portuenſem cepit, oppidanis contra ſubitam Gothorum vim nequaquam ſatis ad reſiſtendum paratis. Ex huius occupatione vrbis, magnæ confeſtim difficultates Romæ creuerunt, frumenti ac cæterarum rerum quæ vſui ſunt, importandi facultate ſublata. Nam Gothi quidem præſidio militum ibi relicto oppidum ac fauces Tyberis cuſtodiebant, nec importari quicquam patiebantur. Nec multo poſt Vitigis Rauennam miſit, qui ciues Romanos omnes, quos obſides duxiſſe ſuprà oſtendimus, interfice-

Obſides Romani iuſſu Vitigis occiſi.

rent. Erant verò in his multi ex nobilitate, multi etiam ex plebe præſtantes viri, qui omnes interfecti ſunt, præter paucos, qui re prius cognita aufugerunt. In quorum numero fuerunt Ceruentinus, & Reparatus, Vigilij, qui poſtea papa fuit germanus. Hi enim re præcognita, in Galliam fugientes mortem vitarunt, cæteri perierunt. In hoc Romani populi dolore ob ciues Rauennæ interfectos, alius ſuperuenit dolor. Beliſarius defectum annonæ timens, Romanis ciuibus edixit, vt filios & vxores, & omnem inutilem bello turbam Neapolim mitterent. Idem milites quoque ſuos facere coëgit, quibus vel ſcorta, vel mancipia Romæ forent. Viæ autem abeundi per id tempus duæ ſupererant, vna Hoſtienſis iuxta ſiniſtram Ty-

beris ripam vadentibus, alia mediterranea regione per ea loca, quæ à caſtris
hoſtium erant maximè diuerſa. neque enim totam vrbem ab initio cinxerant
Gothi, vt diximus, ſed ab Aurelia porta ad Præneſtinam obſidebant. Per a-
lia verò loca non temere neque ſæpè vagabantur. Nam & damna incurre-
bant, ſi longius à caſtris ſuis progreſſi forent, & ſine magno copiarum appa-
ratu diſcurſare non poterant. Ex quo fiebat, vt via Appia & Hoſtienſi per id
quidem tempus tuto vaderetur. Romani igitur vxores, & filios, & imbellem
multitudinem emiſerunt. Pars eorum in Campania, pars Neapoli, pars in Si
cilia. prout cuiq; commodius fuit, conſtitere. Romæ autem annona iuſſu Be-
liſarij diligentiſſimè per ſingula capita diſtribuebatur. Per hæc tempora Li-
berius papa in exilium actus eſt à Beliſario, ſuſpicione coorta, cum Gothis
cum ſentire. Nec multo pòſt ſucceſſor in pontificatu ei datus eſt Vigilius pa-
pa. Alij quoque è nobilitate Romana in exilium acti ob eaſdem ſuſpiciones,
quorum è numero fuit Maximus, cuius proauus poſt Valentiniani mortem
imperium arripuerat.

Inutilis turba di mittitur.

Quidam in exili um miſſi.

Inter hęc Martinus & Valerianus, quos à Iuſtiniano miſſos ſuprà diximus,
Romam venerunt, habentes equites ad mille ſexcentos. erant vero hi ma-
gna ex parte Hunni. Aduentu horum equitum recreatus Beliſarius, alia ra-
tione, quàm prius, bellum gerere conſtituit. Non enim ſtans intra mœnia vr-
bem tuebatur, ſed per ſingulos dies emiſſo equitatu, ſubitis incurſionibus
hoſtes vexabat. Ex quo factum eſt, vt mirificum hinc inde accenderetur cer-
tamen, & in omnem experientiam veniretur. Beliſarius enim ipſe ſcientiſſi-
mus præliandi dux, equites, qua ratione agendum foret, commonebat; mon
ſtrabat quouſq; progredi, & vbi conſiſtere oporteret. Et modo per Salariam
Pincianamq́ue portam ſubitò emiſſis equitibus, proxima Gothorum caſtra
fatigabat: modo per Aureliam portam alia Gothorum caſtra, quæ inter ſepul
chrum Adriani erant, & Miluium pontem, infeſtabat. His certaminibus Be-
liſarij equites præualere cœperunt, non quòd totum equitatum hoſtium fer
rent; ſed quòd parem vel ampliorem numerum ſuperare videbantur, peritia
q́ue bellandi & audacia anteire. In hunc modum exercitatis equitibus, &
iam contemnere hoſtem aſſuetis, quum ſpes atq; animi obſeſſorum creuiſ-
ſent, eò deuentum eſt, vt non leuibus iam certaminibus, ſed iuſta acie decer-
neretur. Beliſarius enim crebra præfectorum ac militum adhortatione fati-
gatus, expediri tandem maiorem pugnam decreuit, copiasq́ue ſuas in hunc
modum diſpoſuit. Primò aciem vnam per Aureliam portam exire, & ante ſe-
pulchrum Adriani ad hoſtes verſam ſtare iuſſit. Pręficit autem huic aciei Va-
lentinum equitum præfectum, eiq́ue ſupra equitatum pedites quoq; attribu
it ex veteranis militibus, & ex populo Romano, qui voluntariè id munus ſibi
popoſcerant. Hos verò pedites non vnà cum equitibus ſtare, ſed ſiniſtros
montes, qui à Ianiculo diſcurrentes planiciei ſupereminent, occupare man-
dauit. Valentino autem præcepit, vt quammaximam expectationem inua-
dendi hoſtem præberet, cæterùm pugnam non iniret, niſi laceſſitus fuerit.
Volebat enim illorum Gothorum partem, quæ in his locis caſtra fecerat, tan
tummodo detineri; ne prælio, quod Salaria via committere decreuerat, au-
xilium ſuis ferre poſſet. Duas ſubinde alias ſtruxit acies, vnam ad Salariam
portam, alteram ad Pincianam. in frontem equites, pedites in ſubſidijs vtri-
uſquè collocauit, atque ita ſua quamque porta exire, & ad hoſtem progre-
di iuſſit. Vitigis Gothorum rex quum ex transfuga poſtridie futurum præli-
ùm cognouiſſet, Gothos prima luce armari fecerat: in ſtruenda acie pedi-
tes medios, à dextra verò ac ſiniſtra equites quaſi alas diſpoſuit. Ita Beliſa-
rio obuiam progreſſus, prælium commiſit. Milites igitur ab vtraque parte ſta
tim acriter concurrunt. Duces verò poſt eos ſtantes, hinc Beliſarius, illinc Vi

Beliſarius de ſumma rerũ decernere ſtatuit.

Beliſarianorum & Gothorum pugna.

tigis,ſuos adhortabantur.Et ab initio quidem pugnæ Beliſarij milites longè præualebant, multique cadebant ex Gothorum acie. Et pugnabatur ſub ipſis hoſtium caſtris.Multitudine tamen abundantes Gothi,in cadentium loco alios ſummittebant. In hunc modum ad meridiem vſque pugnatum eſt, neutra parte ſuperante. Alacrius tamen Beliſarij milites dimicabant, Gothi ſolum patientia conſiſtebant.Inter hęc quæ ad ſepulchrum Adriani ſtabat acies,prælium commiſit.Multitudo enim populi Romani ex collibus deſcendere in Gothos cœperat.Et Valentinus implicatos ſuos prælio cernens,aciem,cui præerat,à ſepulchro Adriani commouit, atq; hoſtes inuaſit.Nec diu tulerunt Gothi,præſertim multitudine illa populi,quæ de ſuperioribus locis deſcendebat,conterriti;nec in eorum caſtra ſe recipere valentes,longius aufugerunt.Romanorum autem multitudo,quam de montibus deſcendiſſe ſupra diximus,ſtatim ad caſtra hoſtium diripienda contendit. Quo facto, nec ipſi perſequuti ſunt hoſtes, nec milites perſequi dimiſerunt. Rapinam enim ab eis fieri cernentes milites, ne expertes prædæ forent, omiſſa perſequutione hoſtium,ad caſtra diripienda ipſi quoque conuerſi ſunt. Ita Gothi de manibus emiſſi,quum nemo perſequeretur,in montibus proximis conſtiterunt.Inde caſtra ſua agi ferrique cernentes,quum neque ordinem,neque diſciplinam vllam in hoſtibus viderent, ſeſe tandem cohortati rurſus hoſtes inuaſerunt,eoſque impeditos ac rapinæ intentos perfacilè ſuperarunt,caſtraque & prædam illis abſtulerunt.Ad caſtra quoque regia per hoc ipſum tempus mutari fortuna cœpit. Peditatus enim permultus ex Gothorum proximis caſtris equitibus Beliſarij obiectus, quum quaſi teſtudine ſcutorum facta à fronte premeret, cogit tandem eos aliquanto pedem referre. Quod quum viderent equites hoſtium dextræ alæ,impetu maiore Beliſarij equitatum ex tranſuerſo inuaſere. Nec longè tulerunt impetum equites, ſed terga ad extremum dantes,ad peditum ſuorum aciem ſe receperunt.Nec ea quidem ſuſtinuit vim hoſtium, ſed magna ſuorum cæde in fugam vertitur. In hoc tamen loco duorum centurionum virtus plurimum eluxit. Principio & Taruunti nomina illis fuerunt,qui in fuga cæterorum,locum ſuum non deſerentes, impetum Gothorum diu ſuſtinuerunt, ſpaciumque dederunt ſuis ſe in vrbem recipiendi,donec Principius toto corpore vulnerato pugnans cecidit, & circa illum commilitonũ ſuorum quadraginta duo. Taruuntes autem pari virtute præditus, quum ſanguis permultus ex vulneribus manaſſet, viresque deficerent,à fratre ex prælio vi retractus,& ad Pincianam vſq; portam reductus,ibi corruit.Poſt hæc milites effuſo curſu ad vrbem refugerunt. Stantes verò in mœnibus Romani, clauſerunt portas, veriti ne hoſtes ſimul vrbem intrarent. Itaque non parua militum pars excluſa eſt,qui aggerem tranſgreſſi,terga ad mœnia,faciem ad hoſtes conuerſi ſtabant, vnicam habẽtes ſalutis viam, ſi è mœnibus defenderentur. Nam tela pleriſque deerant, quibus tueri ſe poſſent,omnibus vel in fuga abiectis,vel in prælio cõfractis. Sed qui pro mœnibus ſtabant,eos lapidibus tutati ſunt.Pugna hæc ad caſtra Gothorum ab initio cœpta,poſtremò ad portas ac mœnia deſijt. Ceciderũt autem ex Beliſarij militibus permulti, ac maximè virtute præſtantes. Poſt hoc prælium Beliſarius aliquot dies pugna abſtinuit,mœnia ſolum tueri cõtentus.Tandem verò confirmatis militum animis,rurſus educere illos cœpit, non tamen totis pugnare copijs amplius auſus eſt.leuia tantùm prælia,vt prius conſueuerat,facere perſeuerauit.Et fuerunt nonnulla valde inſignia,præſertim aduerſus illa Gothorum caſtra, quæ erant citra Miluium pontem ad Aureliam portam conuerſa.Eſt enim ibi planicies equeſtribus prælijs valde apta,inque ea planicies theatrum eſt ad ludos gladiatores vetuſtis temporibus ædificatum. Circa id theatrum maxima certamina fuerunt. quòd aut Beliſarij

Alterum contra Gothos prælium.

Victi victores.

Virtus Principij & Taruuntis.

Ad Theatrum varia pugnæ.

Beliſarij milites id theatrum occupabant, & quaſi caſtris illo vtebantur: vel Gothi præuenientes inſidias in eo ponebant. Quin & ad portam Salariam & Pincianam per ſingulos fermè dies leuia prœlia committebantur. Gothis igitur obſidionem in longum trahi cernentibus, vnica peruincendi ſpes reliqua videbatur, ſi fame Roma premeretur. licet enim portus ablatus magnas difficultates viſus eſſet afferre; tamen, vt eſt hominum induſtria, præſertim in indigentia ſolers, onerariæ naues, quæ Portum ſolebant petere, Antium petebant, ibique expoſitum frumentum & alia neceſſaria pedeſtri itinere Romam deferebantur. Volentes igitur Gothi commoditatem quoq; iſtam Romanis auferre, octaua circa vrbem caſtra poſuerunt, inter Latinam & Appiam viam. Sunt enim in his locis aquæductus duo, qui fornicibus ſe interſecantes quaſi in duo brachia ſcinduntur, relictoque in medio aliquanto ſpacij, iterum coëunt. Diſtant autem ab vrbe milia paſſuum circiter quinque. Hinc igitur medium locum occupantes Gothi, murum inter columnas arcuum vndequaq; fecerunt ex lapidibus & luto, caſtraq; per hunc modum muniſſima habuerunt, poſueruntq; in his caſtris ſeptem milia equitum, qui ſupra intraq; infeſtantes Latinam, & Appiam, & Hoſtienſem viam, impediebant omnem importandi facultatem præcidentes. Ex hoc admodum durior obſeſſorum conditio reddebatur, ac fames haud dubia imminebat. Quamdiu tamen ſegetes in agris fuere, milites noctu Roma egreſſi frumenta importabant, ac magno precio ciuibus vendebant, atq; ita indigentia ſuſtentabatur. Vbi verò hęc quoq; facultas defuit, tunc deſperata omnia videbantur. Iam ſolſtitium venerat æſtiuum, & peſtis Romæ graſſari incœperat, frequentesq; moriebantur, non è plebe modò Romana, verumetiam ex Beliſarij militibus. Res erant in ſummis difficultatibus atq; anguſtijs. Itaq; ad Beliſarium venientes Romani, fortunam ſuam conqueſti ſunt, quòd fidem Imperatoris ſequuti in præſentes inciderint calamitates. Suos enim ciues miſerabiliter interfectos Rauennæ fuiſſe ab hoſtibus, vrbem à barbaris ignominioſè obſeſſam, extra mœnia vaſtata omnia atq; conſumpta. Intus verò fame ac omnium rerum penuria intolerabiliter premi, rogare Beliſarium, vt ſe in hoſtem educat. Præſtare enim ſibi armis mori, quàm tabeſcere, ac tantas calamitates dedecoraq; perferre. Beliſarius verò hæc audiens, non ſatis clementer reſpondit illis; Eos quidem temerè inconſulteq; deferri, inquit, quòd ea ſit natura populorũ, vt impetu magis, quàm ratione moueantur. Se conſilio ac ratione, non impetu animi regi conſueſſe. Expectare ab Imperatore copias, quibus adiunctis ſi pugnandum fuerit, certã ſuis victoriam polliceri valeat. Eaſdem illas copias infinitam quandam vim frumenti ſecum afferre. Proinde abirent, ac ſibi curam belli relinquerent. Romanis per hunc modum vel conſolatis, vel deterritis, ipſe animũ in eam cogitationem traducere cœpit, quemadmodum Gothis difficultates rei frumentariæ quamplurimas inferret. Eius rei gratia hæc prouidit, Conſtantinum & Traianum cum equitibus mille Taracinam; Martinum & Seuthim cum quingentis Tybur miſit. Aliam item manum equitum apud Albam collocauit. Hiſq; omnibus præcepit, vt quammaximè poſſent commeatus impedirent ad Gothorum caſtra deferri, & ſimul adiuuarent Romam petere volentes. Ne verò caſtra ad aquæductum poſita nocerent, præſidium apud templum Pauli apoſtoli communiri fecit, equiteſq; in loco eo ſtationes habere iuſſit, & quàm latè poſſent, vias à Gothorum incurſionibus tueri. Eſt autẽ eccleſia beati Pauli via Hoſtienſi, diuerſa protinus regione ab eccleſia beati Petri, vtraq; extra vrbem, vtraque porticum habens à porta vrbis ad ipſam eccleſiam. Hæc duo apoſtolorum templa Gothi in tota illa obſidione nunquam violauerunt. Sacerdotes, vt prius, liberè in illis permanentes rem diuinam exequebantur. Con

Querelæ Romanorum.

Beliſarij reſponſum.

Nouum Beliſarij conſilium.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTHOS LIBER II.

QVVM in hoc ſtatu res eſſent, bellumq́ue ceſſaret ob indu-
cias factas; Beliſarius tamen Romam, Gothi caſtra munitio-
nesq́ue cuſtodirent: querelæ & altercationes ortæ ſunt pro
inducijs contra fidem violatis, ex huiuſmodi cauſa. Præſi-
dium Gothorum erat apud vrbem Portuenſem, vt ſuprà o-
ſtendimus. Milites, qui erant in præſidio, quum deficerent
ſibi neceſſaria ad victum, vrbem illam deſeruerunt, deſertam verò Paulus I-
ſaurorum præfectus, qui Hoſtię cum claſſe remanſerat, occupauit. Nec mul-
to pòſt Centumcellas, vrbem matitimam in Thuſcis, deſertas eodem modo
à Gothis, Beliſarij milites ſuſceperunt. Albam quoq; vrbem, quæ eſt in Mar-
ſis, eodem modo deſeruerunt Gothi, & Beliſarij milites occuparunt. Vitię *Querelæ de violatis inducijs.*
gis quum has vrbes captas ab hoſtibus cognouiſſet, oratores Romam miſit,
qui ruptas contra fidem inducias quererentur. Portum enim, ac Centum-
cellas, & Albam, Gothorum oppida contra fas & æquum ablata fuiſſe, nec
deſeruiſſe Gothos eas vrbes, ſed vocatu ſuo veniſſe ad ſe, qui erant in præſi-
dijs, mox in eadem oppida reuerſuros, liberiusq; id fiducia induciarum fa-
ctum eſſe à Gothis. Nec licuiſſe Beliſario eas vrbes per inducias capere. Ita-
que reſtitutionem facere debere. His legatis Beliſarius in hunc modum re- *Beliſarij reſpōſio*
ſpondit: Redite, inquit, ad regem veſtrum, eiq́ue dicite, quæ de vocatu, redi-
tuq́ue præſidiorum allegantur, ab eo componi: cæterùm omnibus patere,
quibus de cauſis Gothi eas vrbes pro derelictis habuerunt: inducijs quidem
eripere auferreq́; vetari, occupare verò, quæ à nullo poſſidétur, nequaquam
prohiberi. Ex hoc ſuſpiciones inſurrexerunt, quærentibus Gothis paria Be-
liſario referre. At enim tres illæ vrbes à Beliſario ſuſceptæ, permagnas ſibi
opportunitates ad bellum afferebant. Iam aduentabat hyems. Beliſarius
verò copijs abundans, mittere in hiberna equites conſtituit. Miſit igitur &
in alia loca, & in agrum Picenum equitum duo milia. Præfecit autem his
copijs, quas in Picentes miſit, Ioannem Vitaliani, eumq́ue admonuit, quid *Mādata Ioanni à Beliſario data.*
fieri in his locis velit. Eſſe quidem in Picentibus vxores ac filios Gothorū, vi-
ros autem ad obſidionem vrbis Romæ populariter acceſſiſſe. Si maneant in-
duciæ, nihil moueat: quòd ſi Gothi contra induciarum fidem moliantur, i-
pſum omnia prædari & rapere, & oppida quammulta poteſt, capere man-
dauit. Si quod oppidum repugnet, id obſidere iuſſit, nec vlterius progredi
prius, quàm id ceperit. Neque enim tutum fore, poſt ſe hoſtium oppida re-
linquentem vltérius proficiſci. His verbis ac mandatis Beliſarius Ioannes
in Picentes cum exercitu miſit. Per hoc ipſum tempus Datius Mediolanen-
ſis præſul, & cum eo ciues aliqui Mediolenſes ad Beliſarium venientes vr- *Mediolenſium poſtulata.*
bem Mediolanum in poteſtatem imperatoris fore dixerunt, ſi vel modicum
præſidium eò mittat. Se quidem potentes eſſe nō Mediolano ſolùm, ſed vni-
uerſa ex Gallia ciſalpina Gothos expellere; modò imperatorij nominis auto-
ritas adſit. Hos Beliſarius benignè ſuſceptos, ac multis ampliſſimisq; verbis
commendatos bonam ſpem habere iuſſit, ac ſe, quum tempus fuerit, factu-
rum quod poſtulent, affirmauit. Eodem tempore quum proſpera ac læta
viderentur eſſe omnia, periculum ſuperuenit horrendum, quod paruo
momento cuncta pænè ſubuertit. Præſidius erat quidam ciuis Romanus,
is quum Rauennæ habitare conſueſſet, ab initio huius belli clàm inde aufu- *Occaſio non leuis turbæ.*
gerat, Romamq; proficiſcebatur. In itinere autem Conſtantini milites Spo-

leti degentes gladium huic precioſè ornatum abſtulerunt.Is ergo ſpoliatus, & iniuriam indignè perpeſſus, querela apud Beliſarium expoſita, reddi ablata ſibi poſtulauerat. Beliſariuſque præceperat, gladium illi reſtitui. Sed bello & obſidione poſtea vrgente, dilata res fuerat, militibus occupatis, & ducem maiorum rerum cura abducente. In hoc demum tempore, quum lætiora, vt diximus, cuncta eſſent; Beliſario per vrbem equitante, Præſidius frenum equi apprehendit, ac magna & querula voce multis audientibus: numquid hoc mereatur ciuis Rom. qui apud hoſtes relictis omnibus rebus ſuis aufugerit, vt à militibus eius ſpolietur, & iniuria afficiatur, interrogabat. Se quidem contra iniuriam & vim illi illatam ſæpius querelam poſuiſſe, nihil reportaſſe, quum tamen illi ipſi, qui vim ſibi attulerint, & res habeant ablatas, in vrbe atque in oculis eius quotidie verſentur. Hæc dicta Beliſarium permouerunt. Itaque domum reuerſus, vocari ad ſe Conſtantinum fecit, (eius enim milites erant, qui gladium abſtulerunt) ipſumque præſentem acriter reprehendit, quòd ſæpius iuſſum ſuum reſtituendi gladij contempſiſſet. Ego verò, inquit Conſtantinus, potius illum gladium in Tyberim abijciam, quàm illi nebuloni reddam. Hæc valde contumaciter & proterue. Tum Beliſarius, Nunquid tu mihi ſubes? Subſum, inquit, poſtquam imperator ita vult: verùm in hac vna re nunquam tibi parebo. Quum hæc audiſſet Beliſarius, magis iritatus eſt, ac vocari apparitores iuſſit. Conſtantinus autem putans in perniciem ſuam apparitores vocari, furibundè arrepto pugione, qui ſibi ad coxam pendebat, in Beliſarium ruit, eumque paulò infrà ſtomachum percuſſit. Quòd niſi circumſtantes ſubitò accurriſſent, ac vi extorto pugione ipſum in manibus apparitorum tradidiſſent, ſuprema dies illa Beliſario fuiſſet, eiuſque interitus cuncta ſimul ſecum in ruinam traxiſſet, Gothique eodem die rerum domini efficiebantur. Sed non permiſit dei benignitas tanta mala contingere. Conſtantinus paulo pòſt, iubente Beliſario, interficitur.

Beliſarij periculum.

Nec multò poſtea Gothi furtim Romam capere tentauerunt, primò per aquæductum quendam via noctu quæſita, deinde ratibus traiecto amne iuxta Martium campum. Sed vtroque in loco fefellit eos ſpes. Nam & per aquæductum conſpecta lumina fraudem illorum detexerunt, & obſtruſo aquæductu, facultas eis præciſa eſt inuadendi; & ad campum Martium detecta proditio, conatum eorum iritauit. Fuit autem proditio in hunc modum compoſita. Duo ex infima plebe homines iuxta templum beati Petri habitabant. id templum, vt oſtendimus, Gothi nunquam violauerunt, ſed ædificia eius & homines in his habitantes veneratione apoſtoli illæſa ſeruabant. Hi ergo duo ſermonem cum Vitige habuerunt de vrbe prodenda. Quærebatur verò facultas talis. Infra campum Martium quodam loco valde inutilia & pænè neglecta erant mœnia, confiſis, vt puto, veteribus munimento Tyberis. Vitiges igitur lintres, & rates, & omnifariam nauigia ad pontem Miluium parari fecerat, noctuque latenter ſecundo amne dimiſſis ratibus, militibusq; impoſitis vrbem inuadere conſtituerat. Multitudine enim exercitus in exteriore ripa exiſtente, perfacile fore ſperabat, vt expoſitis primis militibus, alij atque alij continuò iiſdem ratibus tranſirent. vigiles modò, qui in eo loco ſtabant, cogitationem ſuam impedire videbantur. ad hoc quæſita duorum Romanorum ope, quos pecunia ſibi conciliarat, traditumque eis ſoporiferum medicamentum vino admiſcere iuſſerat, vt vigilibus potum darent, illique hauſto potu ſopirentur. His in modum compoſitis, alter eorum pœnitentia ductus, rem Beliſario patefecit, ceptoque altero, medicamentum ſoporiferum, quod ſibi rex dederat repertum eſt, ac tota rei ſeries tormentis expreſſa. Huic igitur homini iuſſu Beliſarij naſus & auriculæ amputatæ, ipſe aſino impoſitus per Pincianam portam ad caſtra Gothorum

Pœna proditoris

miſſus

miſſus eſt, vt cognoſceret Vitigis detectam eſſe fraudem, & conatum ſuum patefactum. His ita manifeſtè deprehenſis, Beliſarius poſthac ſeruandas ſibi inducias nequaquam exiſtimauit. Quare ad Ioannem ſcripſit, vt rem exequeretur. Ille enim cum duobus equitum milibus agrum Picenum peruadens, vxores, natoſque Gothorum cepit, prędiſque & rapinis regionem totam inuoluit: Vlitheum verò Vitigis patruum cum Gothorum copijs ſibi obuiam profectum prœlio ſuperauit, ipſumque ducem cum magna parte copiarum occidit. ita victor factus omnia peruadebat. Captis permultis agri Piceni oppidis, quum Auximo copias admouiſſet, cognouit id oppidum non magno Gothorum præſidio cuſtodiri, ſed locum eſſe valde munitum. Itaque nequaquam terendum in eo obſidendo tempus exiſtimans, ad vlteriora proceſſit. Idem quoq; ſtatuit de Vrbini obſidione. Vrbs enim munita & valida longam obſidionem neceſſariò poſtulabat: ipſe in celeritate ſpem collocauerat. Fanum & Piſaurum cepit. Deinde Arimino copias admouit,

Ioannes mandata Beliſarij negligit, de non relinquendis poſt ſe munitis locis.

ductus illa ſpe, quòd ciues Ariminenſes non bene conuenire cum Gothis audierat. Quum ei municipio copias admouiſſet, tantum terrorem intulit Gothis, vt diffiſi in eo loco conſiſtere, Rauennam omnes demigrarent: ciues autem portas ſibi aperuerunt. Per hunc modum Ioannes Ariminum cepit, relictis poſt ſe duabus validis vrbibus à Gothis cuſtoditis, Auximo ſcilicet & Vrbino. Fuit hoc totum contra Beliſarij præceptum. Sed ipſe præſtare cenſuit Ariminum capere, quàm circa Auximum & Vrbinum inaniter deſidere. Inductus eſt inſuper illa ratione, quod Arimino tam proinquo Rauennæ oppido capto, non erat credendum, Gothos in obſidione vrbis Romæ permanſuros; ſed celeriter eſſe abituros, quò Rauennam, circumque ea loca tuerentur. quod & factum eſt. ſimul enim atque intellexerunt Gothi Ariminum eſſe captum, obſidionem vrbis Romæ diſſoluere atq; inde abire ſtatuerunt.

Obſidio Romana ſoluta.

Itaque Vittigis paucis pòſt diebus crematis caſtris cum omnibus Gothorum copijs abiuit. In ipſo quoque receſſu magna detrimenta ſuſcepit, pręterea quòd media iam exercitus parte tranſgreſſa pontem, Beliſarius poſtremos à ſuis inuadi iuſſit, multiſque Gothorum interfectis, reliqui tanto tumultu & feſtinatione pontem tranſire coacti ſunt, vt ab vtraque ſponda multi in flumen præcipitarentur. Durauit autē hæc obſidio vrbis Romę anno integro & diebus nouem, quum idibus ferè Martij incœpiſſet. Poſt ſolutam Romę obſidionem, quæ ab vtriſq; facta ac prouiſa fuerint, proſequimur. Vitigis enim, licet Rauennam ire properaret, vrbes tamen Hetruriæ, & aliarum prouinciarum continere in poteſtate ſtudebat: quam ob rem mille equites Cluſium, totidē Vrbeueterem miſit, Tuderti quingētos, Auximi quatuor milia collocauit, Vrbini duo milia, Cæſenæ quingentos, Montisſeretri totidem. Ipſe cum reliquo exercitu ad obſidendum Ariminum profectus eſt. Beliſarius autem poſt receſſum Gothorum Martinum & Ildigerem cum equitibus mille feſtinare Ariminum iuſſit, indeque Ioannem & equites, qui cum illo erant, abducere; pędites verò ibi collocare. Id ea ratione faciebat, quod optimum equitatum nolebat ab hoſtibus circumſederi. Si enim peditum copiæ Arimini forent, vix putabat Gothos eam vrbem obſidere velle. Et ſi obſiderent, facilius toleraturos obſidionem pedites, quàm equites, exiſtimabat, quum equos in obſidione nutrire difficillimum ſit, pedites autem ex Ancona, quæ vrbs nuper in fidem venerat, mari Ariminum deſerri commodiſſimè poſſe. Ildiger ergo & Martinus celeriter profecti, diuerſis ab hoſte itineribus Ariminum peruenerunt. Nam Gothi multitudine exercitus facere tardius iter compellebantur, hi expediti longè anteceſſerunt. Quum ergo Ariminum perueniſſent, ac mentem iuſſumq; Beliſarij ſignificaſſent: Ioannes neque ipſe parêre voluit, neq; Damianum patruelem cum ſuis equitibus

(ad quadringentos hi fuerunt) parêre permiſit. Quare Ildiger & Martinus Arimino abeuntes omnem equitatum, quem Beliſarius Ioanni dederat, abduxerunt; relictis ſolummodo peditibus & equitatu proprio Ioannis Damiani.

Arimini obſidio

Inter hæc Vitigis veniens Ariminum obſedit, primoque ſtatim tempore ligneam turrim murorum altitudini parem fabricari fecit. Ducebant verò eam turrim non boues, vt Romæ factum erat, ſed milites intra machinam incluſi. Eam igitur tunc Gothi contra illam muri partem, vbi facilior erat aditus, conſtituerunt, poſtridie vrbem expugnaturi. Ioannes autem per noctem eductis militibus foſſam latam & profundam ab ea parte effecit, aggeremque totum ad eam partem foſſæ, quæ ad mœnia verſa erat, congeſſit. Ita longum hoſtium laborem vnius noctis opere fruſtratus, facultatem admouendi turrim ad mœnia ſuſtulit. Vitigis nihilominus complere foſſam in animo habebat, totumq; exercitum parare faſces, & ſtipulam, & materiam iuſſerat. Ne verò turris ipſa nocte ſecutura ab hoſtibus crem aretur, abducere illam retrò verſus caſtra ſtatuit. Id quum facerent Gothi, Ioannes eductis militibus, illos opere occupatos inuadit. Committitur magnum & atrox prœlium circa turrim, multi Gothorum cadunt, tandem poſt longum certamen turrim Gothi retraxerunt, ſed tanta ſuorum cæde, tantoque detrimento optimi cuiuſque pugnatoris: vt ſpem abijcerent vi oppidum expugnandi, ſed fame peruincere obſeſſos cogitarent.

Auxilia Mediolanum miſſa.

Per hæc ipſa tempora Mediolanenſibus legatis, qui Romam venerant, auxiliares copias Beliſarius conceſſit. Præfecit autem omnibus copijs Mundilam, vnum ex familiaribus ſuis, virum in primis ſtrenuum. Fuit etiam ſimul cum his copijs Fidelius Mediolanſis, quem domus regiæ præpoſitum fuiſſe diximus. Hi omnes ex vrbe Roma claſſe Genuam delati, inde pedeſtri itinere Mediolanum petiuerunt. Ne verò tranſitu Padi detinerentur, lembos vehiculis detulerunt, quibus tranſmittere amnem poſſent. Profecti igitur, vt diximus, quum tandem tranſmiſſo Pado ad vrbem Ticinum, quæ nunc Papia dicitur perueniſſent; Gothi ex eo oppido egreſſi illos inuaſerunt. Quòd enim id oppidum arcem habebat munitiſſimam, multa ac precioſa in ea Gothi ſepoſuerant, ac magno validoque præſidio illam tuebantur. Commiſſo itaque leui prœlio Gothi intra vrbem compelluntur. Mundilas verò & copiæ per pontem, qui iuxta vrbem erat, tranſierunt.

Fidelij interitus.

In hoc loco Fidelius Mediolanenſis occiditur. Nam quum orandi cauſa templum quoddam intraſſet, & abeuntibus ſuis ipſe poſtremus templo exiret, equoq; detractante cecidiſſet; hoſtes, qui pro mœnibus ſtabant, hæc cernentes, impetu facto illum interfecerunt, priuſquam Mundilas & milites id animaduerterent. Eius viri interitus magno dolori fuit & duci & militibus. Erat autem vir domi nobilis & potens, & qui multum iuuare ſuſceptum bellum ſua præſentia potuiſſet. Mundilas igitur & alij Mediolanum profecti in vrbem recipiuntur. inde Comum, & Bergomum, & Nouaria, & aliæ illarum partium vrbes exemplum Mediolani ſecutæ, Mundilam & milites ſponte ſua receperunt. Vitigis quum ea, quæ Mediolani acciderant, cognouiſſet; Vraiam fratris filium magno cum exercitu ad ea loca tranſmiſit, qui & contineret in fide ciuitates, quæ nondum à Gothis defecerant, & illas, quæ iam defeciſſent, recuperare conaretur. Scripſit etiam ad Theudobertum Francorum regem, qui cum eo fœdus nuper icerat, petens vt auxilia ſua Vraiæ coniungeret. Et res quidem Galliæ in hoc vel ſtatu, vel expectatione erant. Beliſarius autem quum matureſcerent iam ſegetes, Roma egreſſus, exercitum in hoſtes duxit. Gothi verò, qui Tuderti, & qui Cluſij in præſidio relicti fuerant, Beliſarium aduerſus ſe venire ſentientes, quoniam ſeſe impares fore tantæ dimicationi exiſtimabant, confeſtim miſſis legatis, pactione oppida dedidere. Inter hæc Vitigis alias inſuper

copias

copias Auximum miſit. Eam namq; vrbem retinere ac ſeruare penitùs conſtituerat. Miſit & cum his copijs nouum pręfectum, qui vrbi militibusq; pręeſſet, nomine Vacinium. Is ergo quum veteri præſidio nouas copias miſcuiſſet, Anconam finitimam vrbem, quæ Beliſarij præſidio tenebatur, experiri conſtituit. Quare profectus cum omnibus copijs in Anconitanos duxit. Ea ciuitas per id tempus in monte ſolummodo mœnia habebat, planiora verò ſub montem loca quamuis ædificijs frequentata eſſent, tamen nullis mœnibus claudebantur. Quum igitur aduentarent Gothi, Conon, qui præfectus militum Anconæ præerat, timens ne ædificia ſuburbana habitatoresq; eorum ab hoſtibus vaſtarentur, à ſuperiori oppido deſcendens cum omnibus, quas habebat, copijs venienti hoſti ſe obiecit. Erat verò Conon admodum impar, quippe aduerſus quatuor Gothorũ milia ipſe vix mille habens milites congrediebatur. Itaq; temerarij cœpti confeſtim pœnas luit. Quum enim tantam multitudinem hoſtium ferre non poſſet, profligatus ad extremum, & in fugam verſus, magnam ſuorum partem amiſit, & vrbs ipſa vix atque anxia ea die ſeruata eſt. Nam quum fugerent milites effuſo curſu ad oppidum, ciues ne mixti fugientibus hoſtes intra mœnia penetrarent, portas trepidi clauſerunt. Itaq; ſub ipſis mœnibus magna ſtrages eſt facta, adeoque vrgens periculum fuit, vt Conon ipſe non aliter quàm per funem de mœnibus dimiſſum in vrbem receptus ſit. Gothi verò ſcalis admotis, capere vrbem conabantur: alij igne coniecto ædificia omnia, quæ ſub ipſam vrbem fuiſſe diximus, cremauerunt.

Cononis temeritas.

Narſes in Italiam venit.

Haud multo pòſt hæc Anconæ geſta, Narſes cum exercitu nouo veniſſe in Italiam nunciatus eſt. Erat verò Narſes eunuchus, multumq; gratia & potentia apud Iuſtinianũ valebat. Deniq; vnus hic imperatoris aulam plurimũ gubernabat. Idem, quod maximum eſt, pecuniarum imperialium receptor ac diſpenſator, idem conſiliorum omninm particeps, & interdum autor. Adduxit autem in Italiam militumq; quinq; milia. Inſignes verò inter hos erant Iuſtinus Illyrici militis dux, & alter Narſes genere Perſa. Secuti præterea fuerant Erulorum duo milia, quibus præerant Iſandrus & Phauotheus. Beliſarius inter hæc audito Anconitanorũ periculo, venerat in Picentes. idem fecerat & Narſes. Circa vrbem ſimul duces ipſi & exercitus in vnum conuenerunt. Ibi quum de communi bello conſultarent, & quid potiſſimum primo quoq; tempore agendum foret, quæreretur; difficultates quædam ſubeſſe videbantur. Nam ſi Auximum obſiderent, Ioannes, & qui cum illo obſeſſi erant Arimini, manifeſto in periculo relinquebãtur, præſertim quum neceſſaria illis defeciſſent. Sin Ariminum vaderent, magnę Gothorum copię, quę Auximi erant, poſt terga remanebant cum periculo exercitus ac detrimento prouinciæ. In dicendis autẽ ſententijs pleriq; eorum, qui ordines ducebant, temeritatẽ Ioannis accuſabant, quòd contra iuſſum Beliſarij ſe Arimini incluſiſſet, quòd ſuperbia & auaritia ductus cuncta pro arbitrio fecerit, nullo reſpectu ducis aut mandatorũ. Id quum animaduertiſſet Narſes, veritus ne his rationibus Ioannes negligeretur, (erat enim ſibi amiciſſimus) in hunc ferè modũ ſententiam dixit. Quũ de publica, ô viri, vtilitate conſulitur, eſt quidẽ, vt exiſtimo, vtilitas ipſa per ſe inſpicienda, nec alijs reſpectibus vel odij vel amoris peſſundanda. Atq; ego remotis alijs quũ rem, de qua conſultamus, attendo; hanc differentiam videor mihi diſcernere, quòd ſi obſidionem Auximi nunc differamus, nil tamen vetat, poſt aliquot dies eandẽ obſidionem aſſumere: ſubuenire autẽ militibus, qui Arimini obſidentur, ſi nunc differamus, non licebit poſtea ſubuentionẽ facere. fame enim domiti intra paucos dies ſeſe dedere hoſtibus compellẽtur. Quis igitur rectus exiſtimator dubitet illuc eſſe properandum, vbi irreparabile periculũ vrget? At non

meretur Ioannes,quod & mandatorũ ducis contemptor fuit, & ſe ſponte ſua
in id periculũ coniecit. Sint hæc vera omnia,quæ de Ioanne dicuntur. Quid
ergo ? an odio Ioannis & vrbem Ariminum, tanta exiſtimatione dignam,&
optimos innocentiſſimosq́; milites,qui in ea obſidentur,amittere ſuſtinebi-
mus? Te autem quæſo,dux optime ac præſtantiſſime Beliſari,ſi à Ioanne of-
fenſus es,vindictam eius delicti aduerſus imperatorem Iuſtinianũ exercere
vis,cui & Ariminum, & milites perirent cum magno Reipub. vulnere ? De
nobis deniq; ipſis, & de exercitibus noſtris quæ tandẽ exiſtimatio erit, ſi in
oculis pęnè noſtris perire ſocios,& vrbem obſeſſam capi ab hoſtibus,nobis
ſedentibus & ſpectantibus permittamus ? Ego igitur his rationibus permo-
tus,ducendũ exercitum properè Ariminum,& opem obſeſſis ferendam cen
ſeo;poſtea verò & Auximum,& alia inimica loca,ſi id videbitur,obſidendũ.
Adiuuit Narſetis ſententiam, quòd literæ Ioannis ad Beliſarium ſcriptæ per
hoc ipſum tempus venerunt, quibus fame confectos milites pepigiſſe mo-
ram ſeptem dierũ ſignificabatur,opemq́; ſibi properè ferri poſtulabat.Sen-
tentia Narſetis in concilio approbata,quum ſubuenire quamprimùm ſtatuiſ
Strategemata Beliſarij varia. ſent,Beliſarius in hunc modum prouidit.Primò Aratum cum militibus mil-
le in illis ipſis locis remanere iuſſit,eiq́: præcepit,ne ſe commoueat,néve for
tunam vllam tentet; caſtra ſolummodo,ſi hoſtis adueniat,tueatur. Deinde
claſſem ornauit,impleuitq́; militibus,quibus Herodianum & Vliarium prę-
fecit,Imperium verò totius claſſis penes Ildigerem eſſe voluit, nauesq́; ſta-
tim Ariminum verſus nauigare iuſſit. Partem verò exercitus Martino du-
cendam tradidit, iubens vt æquis ſpatijs cum claſſe per littus iter facerent.
Quumq́; in conſpectum veniſſent hoſtium, tunc ignes de induſtria plures
in caſtris fierent, quo maiorum copiarum opinionem præberent. His itaq;
per mare littusque conſtitutis,ipſe diuerſa à mari via per vrbem Salniam te-
nuit. ea fuit quondam vrbs magna ſatis, quam Alaricus & Gothi,qui primi
in Italiã tranſiuerunt, ad ſolum euerterant, ita vt præter ruinas nihil ſuper-
eſſet. Per hanc igitur tranſiens Beliſarius,montibus iter fecit,vitata planio-
ri via, quæ per Fanenſem Piſaurenſemque agrum Ariminum ducit. Quum
enim multo maiores hoſtium copiæ circa Ariminum eſſent, quàm ipſe ha-
bebat,validas etiam Gothorum copias Auximi relinqueret ſibi poſt terga;
cenſebat ingenio potius & aſtu eſſe vtendum aduerſus Gothos,quàm iuſta
acie dimicandum. Profectus igitur quibus diximus itineribus, quum ad
eos montes perueniſſet,qui contra Ariminum inſurgunt,quoſdam hoſtium
vt par eſt, in magno exercitu, per ea loca vagantes offendit, quibus vel in-
terfectis,vel captis, nonnullos eorum vulneribus faciem cæſos dimitti iuſ-
ſit. Illi verò in caſtra Gothorum redeuntes, Beliſarium adeſſe cum toto e-
xercitu nunciarunt; ad fidem verò huius rei vulnera recens accepta oſten-
debant.Erat verò meridies, quum hæc in hoſtium caſtris nunciata ſunt,ſta-
timq́; arma capere miles iuſſus, & in ſuos quiſq; ordines redactus. Duces
verò ſtructa acie deſcenſum Beliſarij expectabant,oculos continuò ad mon
tes,vnde venire dicebatur, conuerſos tenentes. Beliſarius in montibus ipſis
caſtra fecerat procul Arimino medij diei itinere,nec ea die ad hoſtes deſcẽ-
dit.Itaque Gothi fruſtra expectantes, tandem ad occaſum ſolis aciem diſſol
uerunt.Sed quum adueniſſet nox, ignes permultos in littore diuerſa regio-
ne,qua Beliſarius venire nunciabatur,intuentes (erant autẽ ignes quos Mar
tinus atq; eius caſtra faciebant) maximo in metu ea nocte verſati ſunt, nec
fuit eorum quiſquam, qui ſomnum caperet, vel arma exueret: die autẽ facta
claſſem inſuper cõſpiciunt ſtructã ac paratam Arimino propinquantẽ. Itaq;
Arimini obſidio ſoluta. à duobus ſimul exercitibus, & à claſſe, mari terraq; circumuentos ſe arbitra
ti,obſidionẽ ilicò diſſoluerunt,nullo ordine Rauennã ex fuga repetentes. Il-
diger

digercum claſſe primus Arimino applicuit, egreſſusq; in terram caſtra Gothorum diripuit. Nec multo pòſt Martinus & Beliſarius cum exercitibus ſuperuenerunt. Quum verò Ioannem & milites, qui cum eo obſeſſi fuerant, pallore & inedia confectos Beliſarius conſpexiſſet; conuerſus ad Ioannem, quaſi eius temeritati illuderet; Permagnas, inquit, gratias Ildigeri debes. Ad hæc Ioannes ſuperbè nimium reſpondit; Se Ildigeri quidem nullas debere gratias, ſed Narſeti omnes; oſtendere volens, nullam Beliſario curam fuiſſe ſalutis ſuæ, niſi Narſes compuliſſet. Verba hæc Beliſatium turbarunt, & fuerunt diſſenſionis initium. Ioannes enim poſthac Beliſarium formidans, Narſeti adhæſit. Cæteri quoq; familiares malis ſuaſionibus Narſetem iritabant, Nec decere, aiebant, quæſtorem imperij & ſecretorũ omnium participẽ decreta Beliſarij ſequi, præſertim quum ipſe Narſes haberet exercitum numero ac robore virorum præſtantem longè Beliſarij exercitui, debereq; Narſetem recuperatæ Italiæ gloriam ſibi, non Beliſario vendicare. Hæc Narſetem extulerunt, vt ſeorſum caſtra ſua faceret, ac nihil ex his ſequi vellet, quæ Beliſario videbantur, ac ſua per ſe cœpta conſiliaq; de bello iniret. ſimul tamen ad obſidionem Vrbini profecti ſunt, nõ tamen eiſdem caſtris: ſed Beliſarius contra eam partem vrbis, quæ ad orientem ſpectat ſolem, Narſes verò ad occidentẽ conſedit. Quum vero expugnare vrbem Beliſarius, machinasq; pararet, Narſes quaſi rem vanam deridens, poſt paucos dies, quàm eò venerãt, deſerta obſidione cum exercitu ſuo Ariminum redijt, Beliſariumq; & ſuos reliquit deteriori conditione, quàm ſi ipſe ab initio non veniſſet. Hoſtes vero cernẽtes partem exercitus abire, fiduciam ſupra modũ aſſumpſerunt, nec iam eam partem, quæ remanſerat, formidabant. Beliſarius contra eam portam, qua planior ad vrbem eſt aditus, vineas agere incœperat, & omnino experiri expugnationem conſtituerat. Quum igitur ſe ad iſta pararet, felicitate quadã accidit, vt fons, qui vnicus Vrbini fuerat, ſponte ſua exareſceret. Quare deterriti, qui obſidebantur, pactione inita vrbẽ dedidere, vt Gothi Vrbinatesq; ciues Imperatori Iuſtiniano ſubeſſent æquo iure cum alijs Italicis, qui Imperatori parebant. Vrbino recepto, Beliſarius quoniam nondum Auximi tentanda obſidio videbatur, in Vrbeuetanos exercitũ duxit. Eius quoq; vrbis difficilima expugnatio erat, quoniam in ſaxo vndiq; prę ciſo conſtituta, nullum ferè aditum expugnantibus dabat. Sed ſpes erat in defectu frumenti. longo enim bello attrita Italia, ac multis exercitibus calcata, ſingulæ ciuitates frumenti penuria laborabant. Qua etiam penuria Vrbſuetus ad extremum domita in Beliſarij poteſtatem deuenit. Narſes quum Arimini eſſet, Ioannem Vitaliani cum exercitu miſit ad oppidum Cæſenam expugnandũ. Ibi dũ mœnia ſcalis aggreditur, repulſus multis vulneribus frequentes ſuorum amiſit, & Phanotheus Erulorũ dux in ea oppugnatione interijt. quamobrem Cæſena deſiſtẽs Ioannes ad forum Cornelij duxit, eamq; vrbem dedentibus ſeſe incolis ſuſcepit. Per idem tempus Mundilas, & qui cũ illo Mediolani erant, maximis difficultatibus inuolui cœperunt. Theudebertus enim Francorũ rex ab Vitigide, vt diximus, ex fœdere poſtulatus, x milia Burgundionum ad Vraiam miſerat: qua ille multitudine fretus, non procul Mediolano caſtra faciebat, & importationem frumenti cæteriq; commeatus omnem impediebat. Mundilas copias ſuas Comi, & Bergomi, & Nouarię neceſſariò diſpartitus fuerat. Ipſe verò non magnum equitum numerũ ſecum habebat. Sed non erat in defenſione vrbis difficultas. Mediolanenſes enim ciues vnanimiter ad defenſionẽ concurrebant: ſed defectus annonę in vrbe populoſiſſima timebatur, ſi barbari diutius ſtare in his locis ſinerentur. Hæc igitur intelligens Beliſarius, Martinũ & Vliarium cum magnis copijs miſit, vt Mundilæ coniuncti barbaros ſummouerent. Hi quum ad flumen Padi per-

Origo diſcordiarum.

Narſetis inſolentia.

Fontis amiſſo beneficio ſe deaunt Vrbinates.

Res apud Inſubres geſtæ.

ueniſſent, quod diſtat Mediolano vnius diei iter, non auſi tranſire flumen timore hoſtium, diu in his locis deſederunt, ſpem Mundilę & obſeſſorum die tim fruſtrantes. polliciti enim ſeſe tranſituros eſſe Padum, & Mediolanum acceſſuros, nihil promiſſorum exequebantur. Obſeſſis verò indies ſpes ac victus deficiebat. Tandem verò poſt longam expectationem Martinus & Vliarius veritatem faſſi, Beliſario ſignificarunt, ſe ſolos contra tantas hoſtium copias tranſire non poſſe, niſi velint ad manifeſtam perniciem proficiſci: daret operam, ſi ſibi videretur, vt Ioannes & Iuſtinus, qui exercitum non procul Bononia haberent, ſecum iungerentur. Beliſarius his auditis, confeſtim Ioanni & Iuſtino ſcribens, præcepit vt copijs ſuis cum Martino coniunctis Mediolanum feſtinarent, ad liberandum obſidione ſocios, in extremo periculo conſtitutos. Illi autem nihil ſe facturos abſque Narſetis iuſſu reſponderunt. Rurſus ad Narſetem Beliſarius de ea re ſcripſit. Qui quanquam concederet exercitum illuc proficiſci, tamen quia Beliſarij fuerat cœptum, lentè admodum & incurioſè quaſi alienum negocium agebatur. Per hunc modum dilata res fruſtrationem ſuſcepit. At Mediolanum indies acrius premebatur, & fame iam intolerabiliter laborabat, interque ſpem & metum traducta ciuitas, eas pertulit difficultates & anguſtias, quæ vix hominibus perferendæ ſunt. Tandem ad extremam neceſſitatem perducti Mundilas & milites, vt incolumibus ſibi abire liceat, paciſcuntur. Gothi autem vrbem ingreſſi, nulli ætati pepercerunt. Trucidati paſſim ciues, non modò qui arma ferre poſſent, verùm etiam ſenes & impuberes: mulieres in ſeruitutem Burgundionibus traditæ, vrbs ad ſolum euerſa. Reparatus quidam Romanus ciuis in ea vrbe captus, minutatim à Gothis conciſus & canibus traditus eſt. Ita pulcherrima ac populoſiſſima totius Italiæ vrbs, ob diſcordiam Narſetis & Beliſarij vltimam cladem ſubiuit. Interfecta ſunt in illa vaſtitate Mediolanenſium ciuium ſupra xxx milia. Quæ quum audiſſet Beliſarius, in maximo luctu conſtitutus eſt, Imperatoriq; Iuſtiniano ſcripſit rei totius initium & progreſſum. Iuſtinianus autem, quum iſta cognouiſſet, ægrè pertulit: non tamen quenquam puniuit. Narſetem ſolummodo ab Italia reuocauit, autoritatemq; totius belli penes Beliſarium eſſe iuſſit. Ex hoc Narſes cum parte copiarum in Græciam abijt, Beliſarius autem cum omnibus reliquis copijs in Italia remanſit. Qui quum de bello gerendo liberius iam cogitaret, quanquam omnis eius cura in Vitigim & Rauennam erat conuerſa; tamen duo prius oppida Gothis adimenda ſtatuebat, quàm aduerſus Vitigim & Rauennam exercitum duceret. Erant verò hæc oppida Auximum & Feſulæ, ambo ſitu locorum munitiſſima, ambo validis Gothorum præſidijs cuſtodita. Neq; enim Auximum poſt terga relinquere volebat, quum eſſent in ea vrbe ſupra tria milia delectorum militum, permagna impedimenta ſocijs inferre valentium: neque Feſulas, quoniam tenentibus eam vrbem Gothis, nihil per Hetruriam fore quietum exiſtimabat. Exercitu igitur trifariam partito, ipſe cum vna copiarum parte ad obſidionem Auximi proficiſci ſtatuit: aliam verò partem cum Cypriano & Iuſtino præfectis Feſulas miſit: tertiam copiarum partem Martino & Ioanni Vitaliani ducendam commiſit, iubens vt circa Padum cum his copijs caſtra faciant, Vraiamq; & copias eius in illis locis quammaximè fieri poteſt, diſtineant; ne in Thuſcos, vel in Picentes ad diſſoluendas obſidiones venirẽt. Quòd ſi continere illum ab aduentu nequirẽt, venientem ponè conſequantur. Martinus igitur & Ioannes cum ea quam diximus, copiarũ parte in Galliam profecti, Dertonam vrbem iuxta Padũ ſitam occuparunt, indeq; Vraiam & Gothos infeſtare cœperunt. Cyprianus & Iuſtinus cum alijs copijs Feſulas adeuntes, quanquam difficilima eius vrbis erat obſidio, propter naturam aſperitatemq; ſitus; tamen de ſupe-

Beliſario non paretur.

Crudelitas in occupatione Mediolani exercita.

Narſes reuocatur.

Feſularũ obſidio.

ſuperiori loco, qua planior eſt aditus, quamproximè admotis, eam vrbem obſederunt. Beliſarius autem cum longè valida manu Auximum circumſedit.

Auximum Beliſarius obſidet.

Vitigis optimum quenq; Gothorum Auximi collocauerat, ſummaq; illi cura fuerat eius vrbis muniendæ, coniectans id quod veriſſimum erat, numquam Beliſarium ad oppugnandum Rauennam eſſe profecturum, niſi Auximum prius in poteſtatem redegiſſet. Quum ſitum naturamq; loci Beliſarius ſpeculatus eſſet, ſpem omnem depoſuit Auximum per vim expugnandi. Sita eſt enim vrbs loco ſatis arduo, ac inſuper manus egregia delectorũ militum eam tuebatur, vel in campeſtri certamine repugnare apta.

Situs Auximi atq; munitio.

Spes verò vnica ſupererat fame ac inopia rerum domitandi, præſertim quum multitudo ingens intra vrbem obſideretur. Quare Beliſarius oppugnationem omittens, circa monté vndiq; poſuit caſtra, intentus quammaximè, ne quid importari ad obſeſſos valeret. Cæterùm ea circuitio caſtrorum, vt ad prohibendũ importationem vtilis erat, ita inutilis contra ſubitas hoſtium inuaſiones. Nam qui obſidebantur, contra quas libitum erat caſtrorũ partes de ſuperiori loco repentinos impetus faciebant. Cæteræ verò partes longè aberant, nec opem ferre milites facilè poterant. Hoſtes igitur per hunc modum aſſiduè caſtra fatigabant crebraq; ex eo prœlia committebantur. Erat præterea non procul ab vrbe locus quidam irriguus, in quo herba plurima oriebatur. Hic locus quaſi campus fuit quotidianorũ certaminum, quum obſeſſores & obſeſſi pabulationem ex eo quęrerent, & accenſis hinc inde animis, nonunquã totis pænè caſtris eò concurrentibus certarentur. In his prœlijs Beliſarij milites multitudine, Gothi ſitu præualebant, virtute pares vtriq; habebantur. Hæc eadem certamina Feſulis erant. Nam & inuaſiones frequentes & quotidiana prope prœlia inter obſidentes & obſeſſos committebantur. Et vnica ſpes obſidentibus erat, fame ac defectu rerum neceſſariarum obſeſſos peruincere. Nam vi expugnandi vrbem munitiſſimam nulla erat ſpes. Quare vndequaq; circundantes oppidum, ſtationibus militum opportunis locis, omnem importandi facultatem abſtulerant. Quum hæc eſſet conditio belli, Auximumq; in Picentibus, Feſulę verò in Thuſcis enixè obſiderentur, nouę protinus res circa Padum exoriuntur. Franci enim Theudeberto duce ſuperatis Alpibus, per citeriorẽ Galliam ingenti multitudine deſcẽderunt.

Francorum in Italiam tranſitus

Cauſa verò tranſitus eorũ, vt poſtea cognitum eſt, illa fuit, quia quum viderent per citeriorem Galliam bellum geri, dolebat gens bellicoſa ac pęnè immanis finitimã ſibi regionem præmium eorũ, qui viciſſent, futuram; ipſos verò ſpecſatores ocioſos ſedere, eos vicinos expectantes, quos victoria præbuiſſet. hæc tranſeundi Alpes cauſa fuit. Vralas per id tempus crebris à Vitigide literis euocatus Padum tranſierat, Rauennam cum exercitu petiturus. Martinus autẽ & Ioannes à Beliſario nuper miſſi Vraiam præuenientes caſtra nõ procul ab eo fecerant, vt ſi qua poſſent, tranſitũ prohiberent. Diſtabant verò eorum caſtra ab Vraiæ caſtris milia paſſuum circiter ſeptem. Inter hæc Franci circum ea repentè loca ſuperuenerunt. Hos Vraias & Gothi propter fœdus nuper ictum auxiliares ſibi veniſſe arbitrabantur, vt ſuperiori anno Mediolanenſi bello fecerant. Erant verò Franci, qui tunc cum Theudeberto Alpes tranſierant, ad octoginta hominũ milia. horum perpauci equites circa ipſum ducẽ, cætera vero multitudo omnis pedeſtris. Arma verò ferebãt, non pila, non arcus, ſed ad protegendum quidem corpus ſcutum & galeam, ad feriendum autem hoſtem gladium & ſecurim bipennem. In prœlijs autẽ maximè ſecuribus vtebãtur, quibus ex compoſito ferientes ſcuta & galeas hoſtium perfringebant, vt nemo aduerſus tantam vim reſiſtere valeret. Hi ergo amici Gothorũ Ticinum amnem apud oppidum Papiam pontem tranſgreſſi, magnas poſtea Papienſibus intulerunt clades, ac immanitate quadã bar-

Franci Gothos imprudentes inuadunt.

bara filios vxoresq; Gothorum per agrum repertos occiderunt. Moxque transmiſſo Pado, vbi caſtris Vraiæ propinquarunt,ſiue conſilio,ſiue temeritate multitudinis,rixa & prœlio cũ Gothis explicantur.Nec prius finis prœliandi fuit,quàm Gothi in fugam verſi caſtra ſua deſeruerũt,fugientesq; non longè à noſtrorum caſtris admirationem plurimam Beliſarij militibus intulerunt.Nihil enim audierant de aduentu Francorum.Beliſarium ignotis,abditisq; itineribus veniſſe ad opprimendum Vraiam exiſtimabant. Armis igitur raptim ſumptis, quum aliquanto progreſſi fuiſſent, inopinato Francis occurrerũt,inuitiq; pugnare coacti citò frangũtur, neq; repetere caſtra auſi, ſola fuga ſibi conſuluerunt.Franci victores vna eademq; die Gothorũ & Beliſarij copiarum caſtra vtraq; ceperũt,in illisq; conſtiterunt,commeatu in vtriſq; ſatis abundè inuento.Vraias ex fuga Rauennam,Beliſarij autem copiæ per Placentinorum & Parmenſium fines ſuperato Apennini iugo,in Hetruriam abierunt.Hic ſubitus Francorum aduentus Vitigim ſimul Beliſariumq; turbauit.Maxima verò formido Beliſarium habebat,ne Franci in Hetruriam deſcenderent, & copias illas,quæ Feſulas obſidebant,opprimerent. Eſt autem breue expeditumq; iter per Placentinum Parmenſemq; agrum in Hetruriam deſcendentibus. Sed Franci commorantes circa Padum,quum neque vina,neq; cætera opportuna repperirent,vtpote in regione longo bello afflicta,tantummodo bouina carne & aqua Padi veſcerentur,in varios languores breui ciciderunt.Quibus vexati,quum frequentes eorum morerentur,ſtatuerunt retrò abire, ac per eadem veſtigia,quà prius venerant,in Galliam ac trans Alpes redierunt. Tranſitus ergo Francorum hic finis tunc fuit. Qui verò Feſulis obſidebantur Gothi, quum fame premerentur ac ſæpius poſtulata auxilia non venirent; tandem pactione vrbem Cypriano & Iuſtino dedidere.Illi autem ſuſceptis Feſulis,ac præſidio militum impoſito,cum reliquis omnibus copijs Auximum profecti ſunt.Nam Vitigis cum toto Gothorum robore illis,qui Auximi obſidebantur, laturum ſeſe opem promittebat. Et Vraiæ præſentia hoc ipſum polliceri videbatur. Quare Beliſarius quoq; eò copias vndiq; contrahere coactus eſt, ne longa obſidio in irritum caderet. Verùm quum auxilia ſæpius promiſſa obſeſſis nequaquam venirent, ipſi tamen præter opinionem pertinaciter durarent; ſtatuit Beliſarius eos neceſſitate aliqua ad deditionem compellere, cuius rei gratia hæc machinatur.Fons erat perennis aquæ extra mœnia Auximi,ab ea parte oppidi, quæ ad ſeptentriones ſpectat, ita propinquus mœnibus, vt intra iactum lapidis foret. Eum fontem Beliſarius tollere conſtituit,quoniam animaduerterat obſeſſos ex eo tantummodo fonte aquam habere. Huius igitur rei conficiendæ cauſa ſub primam ſtatim lucem armari exercitum iubet,atq; ex compoſito ad mœnia accedere. Gothi verò oppugnationem oppidi parari exiſtimantes, per mœnia opportunis locis conſtiterunt. Beliſarius quinque viros huius artificij gnaros cum dolabris, & malleis, ad hoc ipſum paratis, multorum clypeis protectos ad fontem effodiendum deſtruendumq; ſummiſit.Qui poſtquam eò ventum eſt,fornicem,quo fons deſuper contegebatur,ſubeuntes; ſecuri iam à telis, quæ de mœnibus mittebantur, demoliri fontem cœperunt.At enim Gothi poſtquam intellexere omnem conatũ fieri ad fontem demoliendum,egreſſi oppido prœlium acerrimũ inierunt. Pugnabatur ſub ipſis mœnibus loco difficili & procliui,Gothis ad fontẽ tutandum accedere nitẽtibus,Beliſarij militibus enixè repellẽtibus. In hoc prœlio multi ciciderunt,plurimi tamen ex Beliſarij militibus. Nam Gothi de ſuperiori loco ferientes perfacilè hoſtes cõficiebant.Sed aderat Beliſarius adhortator,præſensq; magna voce ſuos impellebat, nec pedẽ referre patiebatur.Integros in ſauciorũ & cadentium locũ continuò ſummittebat.Id certamen ad

Franci Beliſarianos quoq; caſu vincunt.

Fontem obſeſſis adimere Beliſarius nititur.

men ad meridiem vſq; peruenit, quum ferè ab ortu ſolis cœptũ fuiſſet. Tandem maiore conatu ſubnixi milites, Gothos intra mœnia refugere compulerunt. Moxq; retro abeuntes eos, quos ad demoliendum fontem miſerant, reuocarũt, putantes opus iampridem eſſe perfectum. At illi vix paruam aliquã receptaculi partem demoliti fuerant. Cauſa vero huius erat, quod antiquitùs tanta diligentia exædificatus erat fons, vt multo facilius de viuo ſaxo, quàm de muro eius demeretur. Quum igitur labore irrito ſuſceptum id certamen appareret, Beliſarius quòd reliquum erat, & ſucco herbarum maligno, & cadaueribus iumentorum,* & lapide, quem aſueſtum vocant, inficiẽdum eius fontis aquam curauit, quoad eam penitùs inutilẽ reddidit. Gothiq; iam penuria aquarum laborantes, vix atque anxiè puteis quibuſdam exiguam corruptamq; præbentibus aquam, ſubſtentabantur. Poſt hæc Beliſarius neque prælio amplius laceſſere obſeſſos, neque moleſtias inferre vllas curauit, ſed quieſcendo aſſidendoque finem expectabat. Orta demum mentio eſt deditionis, poſtulãtibus Gothis incolumitatem & aſportationem rerum ſuarum, in vrbem Rauennam profecturis. Quæ audiens Beliſarius, ſecum ipſe ambigebat. Nam tot tamq; egregios bello homines dimitti, & augeri hoſtium vires, qui Rauennæ conuenerant, alienum ab vtilitate publica exiſtimabat: & ſedendo ad Auximum, tempus in longum terere periculoſum arbitrabatur, præſertim quum Franci dicerentur in auxilium Gothorum eſſe venturi. Maximè verò refragabantur milites, qui ex longa obſidionis ærumna prædam ex oppido affectabant, nec vlla pactione ſe illa priuari patiebantur. Demum quum Gothos penuria ac defectus rerum, Beliſariũ autem importunitas temporis vrgeret, compoſita res eſt magno Beliſarij labore; vt dimidia rerũ pars militibus in prædam daretur, reliquam Gothi retinerent, vtq; Gothi, qui erant Auximi, in exercitu Beliſarij remanerent æquo iure cum alijs militibus. Per hunc modum compoſitæ res ſunt, & oppidum pactione traditum. Auximo recepto, Beliſarius aduerſus Vitigim & Rauennam ducere conſtituit, cõtractis vndiq; copijs. Eò profectus, ſtatim primo aduentu Maximum vnũ ex præfectis ſuis cum parte copiarum ad obſeruandas cuſtodiendasq; Padi ripas miſit, nequid exinde Rauẽnam importari valeret. Vnum enim eius fluminis os non procul Rauenna mare influit. Vnde etiam foſſa quadam deriuatus amnis Rauennam deducebatur. Volens igitur ante omnia hanc opportunitatem auferre Beliſarius, Maximum cum parte copiarum citeriori ripæ cuſtodiendæ præfecit. Venit etiam ex Dalmatia Vitalis cum alijs copijs à Beliſario euocatus, & alteram eius fluuij ripam obſedit. Accidit verò per hoc tempus res mirabilis & prius inaudita. Nam quum magna nauigiorũ multitudo ex Gallia veniret, frumentum cæterumq; commeatum Rauennam ferentiũ, flumen ipſum vſqueadeò decreuit, vt pleraq; nauigia deſtituerentur. Ex quo factum eſt, vt à militibus Beliſarij omnia caperentur. Nec multo poſt eas captas, flumen in ſuam magnitudinem rediјt. Hoc fortunæ iudicium primum fuit, cœptis Beliſarij fauentis. non enim ſtabat memoria, vllo vnquam tẽpore id antea contigiſſe. Flumine igitur Padi facultas importandi Rauennnam per hunc modum ſublata eſt. Mari verò importari nihil poterat, quum vbiq; Gothorum hoſtes mare poſſiderent. A terra verò Beliſarius cum exercitu vrgebat, nec importati quicquam patiebatur. Quum Rauenna in hũc modum obſideretur, Francorum legati ad Vitigim venerunt, offerentes Francorũ in Italiam tranſitum, ac liberationem obſidionis, copiarumq; Beliſarij certiſſimam cladem, ſi in ſocietatem dominationis Gothi recipere Francos malint. Hæc magna verborũ iactantia per legatos Francorũ explicata mentes audiẽtium extulerunt. Quingenta enim armatorũ milia tranſitura in Italiam pollicebantur, quæ Beliſarius ſi ſapiat, nunquam ſit expectaturus; vel ſi expecta-

** & calce viua inficiendam. ſic enim verti debuit.*

Deditionis leges

Obſidio Rauennæ.

Caſus Beliſarij rebus optatiſſimus.

Francorum ad Gothos legatio.

ret, ſecuribus Francorum cum ſuis omnibus confeſtim mactatum iri prædicabant. Hæc tam grandia partim extollebant Vitigim & Gothos, partim deterrebant. Nam venturos in Italiam Francos, ac victores fore nō dubitabāt, ſed regni ſocietatem ſeruaturos eſſe, nullo modo credebant. Itaque non minus in perniciem cladeḿque Gothorum venturos eſſe Francos ſuſpicabantur, quàm in perniciem hoſtium ſuorum.

Beliſarij prudentia.

Hanc eorum ſuſpicionem augebat Beliſarius. Dux enim ſagax, & rebus gerendis aptus, confeſtim vbi veniſſe legatos Francorum cognouit; ſuos & ipſe legatos Rauennam miſit, qui & concordiam Gothis cum imperatore Rom. offerrent, ac infidelitatem Francorū commemorando ab illorum ſocietate deterrerent. Gothi igitur Francorum & Beliſarij hincinde auditis legatis, quid optimum foret conſultantes, poſt longam diſceptationem imperatoris concordiam prętulerunt. Per hunc modum legati Francorum irrita legatione dimiſſi ſunt, & frequentes poſthac cum Beliſario tractatus habiti, crebrique hinc inde nuncij oratoresq́ue cōmeabant. Denique tractatarum rerum hic exitus fuit, vt controuerſiæ omnes ad arbitrium imperatoris Iuſtiniani delegarentur. Huius rei gratia oratores ad Iuſtinianum miſſi, & inducię quędam inter obſeſſos & obſidentes fuere.

Horrea Rauennæ exuſta.

Inter hæc accidit, vt horrea publica, quæ erant Rauennæ, cum omni frumento cremarentur. Quæ quidem res in maximas difficultates Gothos adduxit, quum & frumenta incendio conſumpta eſſent, & Beliſarius importari non ſineret illa, vt aiebat, ratione, quo magis ad æquas conditiones Gothi deſcenderent. Suſpicionem verò non paruam afferebat Vitigidi, quòd vnde prouenſſet incendium, ignorabatur. alij fulmine icta conflagraſſe putabāt, alij de induſtria iniectum ignem à quibuſdam maleuolis, alij opera Beliſarij factum ſuſpicabantur. Regina quoque in ſuſpicionem huius incendij veniebat. quoniam inuita ac repugnans, violentis nuptijs ab Vitigide fuerat in matrimonium accepta. inimico atq; infenſo animo erga virum eſſe putabatur. Hoc igitur frumenti incendium Vitigim & Gothos plurimū turbauit, & quaſi in deſperationem adduxit. Siue enim fulmine prouenſſet incendium, ſibi deum ac cœlos aduerſari putabāt: ſiue de induſtria factum eſſet, quibus iam confiderent, neſciebant. Defectus certè annonæ breuiter impendebat, nullaque ſupererat importandi ſpes, quoniam Beliſarius poſt cremata horrea diligentius obſeruabat, ne quid importaretur.

Gothorum Alpinorum deditio.

Per hoc tempus Gothi, qui Alpes incolebant, plerique ſe Beliſario dedere velle ſignificarunt. Sunt verò per Alpes plurima caſtella, quæ à Gothis antiquitus ibi collocatis tenebantur. Alpes enim Italiam à Gallia diſterminant, mirabiliq́ue altitudine inſurgunt, difficillimosq́ue aditus habent; valdeque intererat, eos aditus cuſtodiri. Qua de cauſa Theodericus Gothorum rex & validam Gothorum manū cum coniugibus, & liberis, per eos ſaltus collocauit; caſtellaq́ue & arces illis attribuit. Siſigis igitur vnus ex Gothorum proceribus, qui in Alpibus caſtella quædam habebat, primus omnium Beliſarij milites ad ea loca miſſos ſponte ſuſcepit, & alia caſtella idem facere ſuadebat. Erat per id tempus Vraias in citeriori Gallia, exercitumq́ue parabat, quo Rauennam proficiſceretur. Collegerat verò iam in exercitu ad quatuor milia militum. Horum magna pars Alpini erant, qui poſtquam audiuerunt Siſigim ad hoſtes defeciſſe, caſtella verò & arces, in quibus ipſi natos vxoresq́ue habebant, tentari; ante omnia eò ducere Vraiam compulerunt. Igitur cum omnibus copijs, quas parauerat, in Alpes profectus, Siſigim & milites Beliſarij obſedit. Hæc rurſus quum audiſſent Ioannes Vitaliani & Martinus, qui caſtra tunc per Galliam faciebant, ſine vlla mora & ipſi in Alpes profecti caſtella quædam in ipſo itinere ceperunt. In his frequentes vxores & filij eorum, qui cum Vraia militabant, capti ſunt. Quæ poſtquam intellexerunt parentes ac mariti, eorumque

que

que propinquis deſertis Vraiæ caſtris, ad hoſtes transfugerunt, quo ſuos recu
perarent. Per hunc modum Vraias à militibus ſuis deſtitutus, cum paucis in *Vraias à ſuis deſertus.*
Galliam reuerſus, parandi amplius copias, aut ſuccurrẽdi obſeſſis cogitatio-
nem abiecit. Ita Vitigis & Gothi, qui Rauennæ erant, deſerti à ſuis, ac omni
ſpe deſtituti obſidebantur, maioresq; cõtinuo difficultates ſubibant. Quum
hæc eſſet conditio rerum apud Gothos, legati ab imperatore venerunt, Do-
minicus & Maximus, ambo ex ſenatu: ferebant verò Iuſtiniani reſponſum ad
ea, quæ Vitigis & Gothi de concordia poſtulauerãt. Summa decreti Iuſtinia-
ni hæc erat. Vitigis omnia trans Padum loca retineat, citra Padum verò cun- *Pacis leges a Iuſtiniano datæ.*
cta dimittat. Mediam verò pecuniarum regalium partem imperatori tradat,
reliquam partem retineat. Gothi verò omnes, qui citra Padum incolunt, ſub
iecti Romano imperio ſint. Locuti ergo prius cũ Beliſario legati, deinde Ra-
uennam ingreſſi mandata expoſuerunt; quæ lætis animis ab Vitigide cæteris
que Gothorum proceribus audita & comprobata ſunt. Beliſarius autem hęc
magno cum dolore audiebat, ſecum ipſe indignans, ac grauiter ferens, quòd
quum plenè habere victoriam de Gothis poſſet, ſibi auferebatur. Itaque re-
deuntibus paulopòſt legatis, ac ſubſcriptionem eius poſtulantibus, ſubſcri-
bere noluit. Quæ quidem res permagnas apud Gothos ſuſpiciones peperit,
verentes ne doloſa pacis ſimulatione decipiantur; palamq; dictitare cœpe-
runt, ſe, niſi cõſentiat Beliſarius, nihil de pace eſſe facturos. Legati verò ipſi,
& qui ordines in exercitu ducebant, Beliſarij factum valde indignabantur,
eumq; non parêre Iuſtiniani decretis inter nefaria reponebãt. Nataq; ex his *Suſpicio de Beliſario.*
ſuſpicio eſt, quaſi Beliſarius ipſe imperium affectaret, ac tota mẽte abaliena-
tus à Iuſtiniano eſſet. Et hæc ſuſpicio plurimum eo tempore increbuit. Qua
opinione inducti clam ad eum Gothi miſerunt hortantes, vt non alteri, ſed
ſibi ipſi occidentale imperium comparare velit. Gothos enim, ſi id faciat, ſi-
bi ſponte ac voluntariè parituros eſſe aiebant, regnumq; Italorum ſimul at-
que Gothorum cum indelebili potentia habiturum. Hæc nunciabãtur clam
à proceribus Gothorum. Senſit Vitigis hæc oblata, ſuosq; & ipſe mittens nũ
cios ad hæc eadem Beliſariũ cohortatus eſt. Beliſarius igitur iſta conſiderãs *Beliſario regnũ offertur.*
ac vtilia fore arbitratus, ſi cum ſapientia gubernentur; Ioannem Vitaliani, &
Beſſam, & Aratum, magnos in exercitu homines, ſed nequaquã beneuolos
ſibi, diuerſa in loca cum ſuis quemq; copijs ablegauit, ſimulata cauſa, quaſi
tantæ ſimul copiæ difficilius alerẽtur, alibi verò pabuli & commeatus maior
facultas eſſet futura. Hæc fingebatur cauſa. Cæterùm illi ablegabãtur, ne præ
ſentes quicquam turbarent. Ipſe autem poſt hæc omnibus, qui ordinem du-
cebant, in vnum vocatis, quum de Gothorũ difficultatibus diſſeruiſſet; Quid *Beliſarij ſimulatio.*
diceretis, inquit, ſi non ſolum ea, quibus imperator noſter contentus eſſe vi
detur, ſed etiam multo maiora præſenti bello adipiſceremur? Tunc pro ſe
quiſque laudauit maiora, fieri ſi poſſint. His ita auditis, non aliter patefacta
re concilium dimiſit. Nec multo pòſt quodam è ſuis Rauennam miſſo ſigni-
ficauit, ſe conſtituiſſe ea facere, quæ illi ſuaſiſſent; eosque hortatus eſt ad
rem accelerandam. Gothi autem, vtpote qui iam fame premebantur, ſine vl-
la mora legatos cum autoritate publica ad Beliſarium miſerunt. Hi quum
in caſtra veniſſent, nihil coram militibus locuti ſunt: ſed Beliſarium ſecreto
conuenientes, ſe ea de cauſa veniſſe dixerunt, vt fidem promiſſionemque ac
iuſiurandum ab eo ſuſcipiant. Erant verò promiſſionum genera duo, vnum
de legitima gubernatione, inſtitutisque Gothorum conſeruandis, ac nemi-
ni ſuccenſendo pro his, quæ ſuperiori tempore facta eſſent, & alia huiuſmo-
di quàmplura: aliud, quòd ipſe Italiæ Gothorumque poſt hac rex erit. Hæc
ſi ille promittat & iuret, ſibi portas aperturos eſſe Gothos, eumque cum to- *Gothos eludit Beliſarius.*
to exercitu in vrbem Rauennam recepturos dixerunt. Beliſarius cætera iu-

rauit omnia, quemadmodum legati poſtularunt, de regno autem ſuſcipiendo, quum Rauennæ foret, coram Vitigide cæteriſque Gothorum procerib. ſe præſtaturum iuſiurandum dixit. Legati verò nequaquam ſuſpicantes, quin rex eſſe velit, iuſiurandum in hac parte ab eo capere diſtulerunt, quaſi mox Rauennam ingreſſus coràm proceribus id foret præſtaturus. At Beliſarius lõgè alia mente agitabat. Iuſtinianus enim dudum, quum Beliſarium bello gerendo præfecerat, magnis iuramentis obligauerat, ne regnum, neúe imperium ſe viuente aſſumeret, neúe ſe nuncupari, haberiúe tyrannus, aut rex vel imperator patiatur. Hæc ille iurata ſeruare inconcuſſa fide ſtatuerat, verbaque Gothis in hac parte dabat. Tunc igitur his ita geſtis, Beliſarius volentibus Gothis in vrbem Rauennam vocatus eſt. Ille autem ornato exercitu, claſſeque parata, qua commeatum omnis generis abundè deferret, magna Gothorum exercitusque lætitia Rauennam ingreditur. Quum verò ingentes Gothorum copiæ Rauennæ eſſent, volens Beliſarius eas copias minuere, paucis poſt ingreſſum diebus licentiam omnibus, qui citra Padum incolerent, dedit domum remeandi. Illi verò longa militia defeſſi libentiſſimè ad ſuos redierunt. Ita multitudine Gothorum, quæ Rauennæ erat, attenuata; Beliſarij exercitus longè potentior, ac planè dominans, intra Rauennæ mœnia remanſit. His ita confectis, Gothorum proceres, qui vbicunque per Italiam erant, vel ipſi venerunt ad Beliſarium Rauennam, vel oratores ſuos miſerũt. Sed quum ſuſceptio regni à Beliſario differretur, eaque res admirationem primò, mox & ſuſpicionem pareret; auxit mox eam ſuſpicionem Beliſarij reuocatio à Iuſtiniano facta. nam fama increbuerat, & detulerant quidam, Beliſarium affectare Italiæ regnum, ac iam planè ſuſcepiſſe: quo metu Iuſtinianus illum ad ſe confeſtim ex Italia reuocauit. Gothi autem hoc ſentientes, ſibi ipſi ab initio perſuadere nullo modo poterant, illum ad Imperatorem Iuſtinianum eſſe rediturum. Sed poſtquam apparatus fieri viderunt, ac omnia diſponi, quę ad profectionem eius fieri oportebat; deceptos ſeſe, ac planè circumuentos à Beliſario cognouerunt. Sed quid agerent? ille enim Rauennam & proceres in poteſtate ſua habebat, vt ne querelæ quidem liberæ forent. At enim qui trans Padum erant Gothi, vbi hæc ſenſerunt, Papiæ conuenientes, ac multum inter ſe conqueſti de communi gentis calamitate, ac de Beliſarij fraude; tandem Vraiam conſtituere ſibi regem voluerunt. Quod ille paſſus non eſt, maximè illa ſe ratione excuſans, quòd quum fratris filius Vitigidis eſſet; neque pia, neque honeſta facere videretur, ſi illo viuente ipſe regnum aſſumeret. Hac ille ratione probabili ſe excuſans, autor fuit, vt Ildouadus rex conſtitueretur, vir magnæ inter Gothos autoritatis, magnæque potentiæ, & qui longo tempore Veronæ dominatus eſſet. Is ergo tunc ex vrbe Verona Papiam euocatus, purpuraque indutus, rex Gothorum appellatur, ac de ſalute gentis ſuæ cogitare iubetur. Ildouadus ergo per hunc modum factus rex, ſtatim oratores Rauennam ad Beliſarium miſit, qui commemorata illius promiſſione dudum facta de regno Italiæ Gothorumque ſuſcipiendo defectum fidei palàm arguerent, ac ea fraude deceptos fuiſſe ab eo Gothos quererentur. Proinde ſi etiam tunc adimplere promiſſa, ac rex fieri velit, idque facto oſtenderit; Ildouadum offerre, ſe Rauennam eſſe venturum, ac purpuram ad pedes eius poſiturum. Sin imperatoris ſeruus eſſe malit, quàm ipſe imperare, ne grauiter ferat, ſi Ildouadus & Gothi, qui reliqui ſunt, de cõmuni gentis ſalute prouidere nitantur. Hæc ſumma orationis fuit. Beliſarius palàm ad hæc reſpondit, ſe viuente Iuſtiniano imperatore nunquam regnũ eſſe ſuſcepturum. Cum hoc reſponſo legati ad Ildouadũ Papiam redierunt. Et Beliſarius parata claſſe, cum Vitigide, ac cæteris Gothorum proceribus; cumq; theſauris regijs Byzãtium nauigauit, quinto anno poſt, quàm bellum in Italia gerere incœperat.

Beliſarius Rauẽnam ingreditur.

Beliſarius à Iuſtiniano reuocatur.

Ildouadus rex.

Ad Beliſarium legatio.

Beliſarij conſtantia & fides.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTHOS LIBER III.

Beliſarius Byzãtium redit.

QVVM Byzantium perueniſſet Beliſarius, magna lætitia à Iuſtiniano ſuſceptus, plurimoq́ue in honore habitus; omnem, quæ de ſe prius habita fuerat, ſuſpicionem deleuit. Gothi quos ſecum adduxerat, humanè benigneq́; recepti ſunt, & cum admiratione quadam conſpecti. Nec id quidem immerito illis contingere videbatur. Erat enim Vitigis Gothorum rex, qui nuper vrbem Romam tanta multitudine obſederat, & Mathaſuenta eius vxor, quōdam Theoderici Gothorum regis, qui Italiam poſſederat, neptis: præterea Ildouadi tunc regis filij duo, quos Rauennæ penes Vitigim repertos non dimiſerat Beliſarius, ſed vnà ſecum in Grçciam abduxerat: erant & alij Gothorum proceres, quos intuebantur omnes, Beliſarijq́ue virtutem, quæ tantas res confeciſſet, admirabãtur, tollentes in cœlum laudibus, quòd nuper Africam, nunc Italiam ad Iuſtiniani imperium redegiſſet. Et in Græcia quidem res huiuſmodi erant. In Italia verò poſt Beliſarij diſceſſum, apud Ioannem, & Beſſam, & Vitalem, Iuſtiniano iubente, gubernatio remanſerat.

Gubernatorum multitudo noxia.

Venerat enim Conſtantianus ex Dalmatia, qui & ipſe numero gubernatorum additus eſt. Confeſtimq́ue apparuit, quantum inter gubernationem horum, & Beliſarij intereſſet.

Beliſarij virtutes.

Vt enim omittam rei militaris ſcientiam, qua omnes ætatis ſuæ duces longiſſimè ſuperauiterat in illo humanitas ſumma, per quam pauperi æquè ac opulento ſeſe impartiebatur. Acceſſus verò ad eum faciles ac liberi cuique generi hominum. præterea liberalitas admiranda. Militibus, qui equos, aut arcus, aut arma non ignauiter amiſiſſent, continuò alia donabat. Ruſticorum verò tantam habebat curam, vt in ducendo exercitu neminem eorum violari, nemini inferri damna pateretur: ne poma quidem in arboribus pendentia milites ſui attingere audebant. Hac ille ſeueritate diſciplinæ conſequebatur, vt caſtra eius abundantiora eſſent, quàm vllum in vrbe forum: ita libera & ſecura erat rerum venalium importatio. Abſtinentiam verò eius erga ciuitates ſocias, & amicas, nemo ſatis dignè queat referre. Maxima illius beneficia in ciuitates, nullæ vnquam vexationes audiebantur. Qui vero in gubernatione ſucceſſerunt, neque humanitate, neque virtute, neque abſtinentia pares fuere. Nam & ipſi rapinas prædasq́ue ſectabantur, & milites in omnem licentiam prolabi permiſerunt, ſuperbi quidem in ſocios, in hoſtes verò non ſatis feroces. Itaque res breui tempore retrouerti, & in ruinam tendere manifeſtè cœperunt, vt deinceps à nobis oſtendetur.

Ildouadi res geſta.

Ildouadus Gothorum rex, vt ſuprà diximus, nouiter conſtitutus poſt Beliſarij diſceſſum, ſumma cum diligentia res exequebatur. Gothos enim omnes, & Italicos, qui cum Gothis ſentiebant, arma capere, & ad præſcriptum diem Papiæ conuenire iuſſit. Paruus quidem ab initio exercitus fuit, ſed continuò augeſcens, ac ſpem aſſumens indies meliorem. Adiuuabat verò non mediocriter Gothorum partes auaricia & iniuria aduerſariorum. Exactores enim pecuniarum fiſci nomine à Iuſtiniano in Italiam ..... populos vexare mirabili acerbitate cœperunt, & ad indebitarum pecuniarum ſolutionem compellere.

Exactorum iniuſticia.

Rationes ſiquidem repoſcentes omnium, quæcunque ſub Theoderico primo Gothorum rege, vel ſub alio deinceps regum, Italici adminiſtraſſent; & magiſtratuum, quoſcunque per ea tempora quiſquam Italorum geſſiſſet, à ciuitatibus quoque promiſſarum dudum Gothis pecuniarum in diſquiſitionem vocantes, easq́ue pe-

cunias quaſi fiſco debitas repoſcentes, & ſingulis priuatim hominibus, & publicè ciuitatibus tantam deſperationem attulerunt: vt Gothos iterum fieri dominos rerum optarent, multiq́ue voluntarij ad Ildouadum proficiſcerentur, eiuſque exercitum copiasq́ue augerent. Erat quoque non diſpar querela in exercitu imperatoris. Qua enim auaricia exigebantur pecuniæ indebitæ ab Italicis, eadem auaricia militibus pecuniæ debitæ non ſoluebantur. Vna duntaxat cura erat ad explendam Iuſtiniani cupiditatem pecunias cogere, nihil erogare. Itaque milites pariter atque Italici tantis iniurijs compulſi, ruinam imperij affectabant. His creſcens indies Ildouadus, omnes trans Padum, omnes Venetiarum vrbes in poteſtatem recepit, & Italorum Gothorumq́ue multitudine exercitus eius completus eſt. Quamobrem haud multopòſt educere in aciem, ac fortunam pugnæ tentare non dubitauit. Prælium hoc non procul Taruiſio fuit aduerſus Vitalem, qui vnus erat ex Iuſtiniani ducibus. victorq́ue Ildouadus tanta ſtrage Vitalis exercitum cõcidit, vt dum ipſe cum paucis euaderet, reliqui omnes vel interficerentur à Gothis, vel captiui ducerentur. Ea victoria magna & clara, mirabile quantum Gothorum animi creuerunt, quantumq́ue fractæ ſunt aduerſariorum vires: vt nõ ſolum trans Padum per Galliam & Venetias, verùm etiam citra Padum partes confirmarentur, nomenq́ue Ildouadi celebre fieret apud Iuſtinianum imperatorem, aliasq́ue nationes. Nec multopòſt Vraiam maximum inter Gothos hominem perſecutus eſt, ſuſpicione iniecta, quaſi cum hoſtibus ſentiret. Hæc enim prætexebatur cauſa. Cæterùm ob eam rem irritatum aduerſus Vraiam quidam putant, quòd contentiones quædam inter Vraiæ vxorem ac reginã inciſſent. Ego autem Ildouadum magnum ac ſapientem virum non adeo leuem exiſtimo fuiſſe, vt contentionibus mulierum permotus eſſet ad Vraiam interficiendum: verùm illam fuiſſe cauſam puto, quòd Ildouado regi ſuſpecta erat Vraiæ potentia. Nam genus Gothorum valde ſuſpicioſum fuiſſe conſtat, & ſuos erga reges non ſatis fideles. Mortem Vraiæ permulti Gothorum improbarunt, palamq́ue deteſtati ſunt, quaſi rem ſceleratam & impiam. Itaque & ipſe Ildouadus ab Villa, vno ex cuſtodibus ſui corporis, dum pranderet, occiditur. In eius locum Ataricus rex creatur, qui nec ipſe diu regnauit: ſed propter malam ineptamq; gubernationem, quinto poſt electionem menſe à Gothis occiditur. Ira duobus regibus intra biennium interfectis, ad Totilam magno Gothorum conſenſu regnum defertur. Hic antequam rex factus eſſet, Taruiſij dominabatur, quæ eſt ciuitas Venetiarum. Pater eius Ildouadi regis frater germanus fuerat. itaque interfecto Ildouado (vt ſuprà diximus) Totilas ipſe formidans, propter illius conſanguinitatem, clam Rauennam miſit, & cum Iuſtiniani ducibus pepigit ad hoſtes trãſire cum omnibus, quibus præerat, cumq́ue Taruiſio oppido. Dicta ad rem conficiendam dies erat. Quæ quum nondum veniſſet, Gothi pœnitentia ducti, quòd Ildouadi morte lætati fuiſſent, quodq́ue Ataricum regem creaſſent, hominem nequaquam tanti, vt Gothorum gentem defendere aduerſus tantas vires hoſtium valeret: ad Totilam Ildouadi propinquum reſpicere, atque regem optare illum cœperunt. Tandem Atarico de medio ſublato, Totilam regem fecere. Iuſtinianus autem cognitis his, quæ in Italia contigerant, ducum ſuorum imperitiam & ſecordiam increpabat: quòd in tantis diſcordijs hoſtium, tantisq́ue reuolutionibus, ipſi opportunitatem rerum agendarum nacti, nihil protinus effeciſſent. Quibus increpationib. permoti duces Rauennæ ſimul omnes conuenerunt. ibi quum de inferendo bello conſultaretur, placuit ante omnia ad vrbem Veronam exercitum ducere. Eius nanque vrbis capiendæ ſpes quędam illis ſecretò afferebatur. Erant verò hi duces vndecim, quorum præcipui habebantur Conſtantianus, & Alexander, in Italiam nuper à Iuſtiniano

Vitalis ab Ildoualdo ſuperatus.

Vraiam rex perſequitur.

Vraias occiſus.

Ildouadus cæſus

Ataricus rex.

Totila rex.

Qua occaſione ad regnum peruenerit.

niano miſſus ad pecunias colligendas. Profecti igitur cum ingentibus copi-
js, vbi Veronæ propinquarunt, ſpem dudum ſibi prębitam experiri decreue-
runt. Erat enim Martianus quidam vir domi nobilis, caſtellum habens non *Quæ ad Veronā geſta.*
procul Verona. is quia partes imperatoris animo præferebat, cuſtodem vni-
us portarum induxerat ad exercitum imperatoris recipiendum. Re igitur
arcanè compoſita, quum eò perueniſſet exercitus, præmittitur Artauades
Armenius cum manu delectorum militum, qui portam antecapiat, ac cæte-
rum exercitum præſtoletur. Nihil promiſſorum in hoc loco defecit. Nam in-
tempeſta nocte, quum ad portam veniſſent milites, proditor aperiens, intra
vrbem eos recepit. Illi portam ingreſſi, mœnibus quoque ſupra eam captis,
exercitui ſignificarunt: & Gothi ſentientes hoſtes eſſe in vrbe, per diuerſam
portam aufugerunt. Duces verò captam à ſuis portam audientes, iter qui-
dem ſtatim ingreſſi ſunt: ſed antequam in vrbem venirent, de præda inter ſe
diſceptantes, quinque milibus ab vrbe paſſibus conſtiterunt. inter hæc di- *Lis de præda nōdum capta.*
es eluxit arx eſt Veronæ vrbi ſupereminens, ex qua intra vrbem & extra lon-
gè proſpectus eſt. Gothi igitur, qui in arcem refugerant, cernentes paucos
intra vrbem hoſtes, exercitum verò extra vrbem exiſtere, necdum mœni-
bus appropinquare; ſubitò ex arce impetu facto, vrbem peruicerunt, & por-
tam, quæ tenebatur ab hoſtibus, receperunt, atque clauſerunt: milites verò,
qui per noctem fuerant ingreſſi, partim oppreſſi ſunt, partim ad mœnia con-
fugientes, deſuper repugnabant. Venientes autem paulo pòſt duces, quum
portam clauſam repperiſſent, quanquam intus eſſent milites, qui eos voca-
bant, ac ne ſe dſererent, precabantur; tamen eueſtigio abierunt. Militum ve
rò pars è muro ſe demittens euaſit. Quorum è numero fuit Artauades Arme
nius eorum præfectus, cæteri vel capti, vel interfecti ſunt. Per hunc modum
prauitate & auaricia ducū, res apud vrbem Veronam periere, qui, dum pro-
perare oportuit, de præda non parta inter ſeipſos pugnabant.

Poſt hæc Iuſtiniani duces, quoniam Veronæ cœpta flagiriosè turpiterque
euaſerant, diſcordes inter ſe, & alij alijs ſuccenſentes ex his locis abierunt,
transmiſſoque Pado amne Placentiam profecti ſunt. Totilas Papiæ per id
tempus degebat, cognitoque hoſtium aduentu, quaſcunque potuit copias
propere contraxit. Duces inter hæc vltra Placentiam progreſſi ſecus ripam
Padi amnis caſtra faciebant. Totilas autem, quanquam foret admodum im-
par, tamen cum ijs, quas habebat, copijs obuiam illis exire, ac fortunam pu-
gnæ experiri conſtituit. Quum igitur in propinquo eſſent caſtra, ac pugna
decernere vtriſque placuiſſet. Totilas per noctem partem equitum præmi- *Totilæ ſtratege ma.*
ſit, quos viginti ferè ſtadijs vltra hoſtium caſtra flumen tranſire, & quum pu-
gnari cœptum eſſet, poſt terga hoſtium cum quàm maximo valerent tumul-
tu adoriri mandauit. Ipſe verò quum tempus fuit, ad hoſtes duxit. Idem fece-
runt Iuſtiniani duces. Erat ante aciem Totilæ vir Gothus nomine Valarus,
qui equo inſigni vectus, ipſe quoque inſigniter armatus in ſingulare certa-
men omnes prouocabat. Aduerſus hunc cæteris ſubſiſtentibus, Artauades
Armenius, cuius in ingreſſu Veronæ mentionem fecimus, prodijt. Spectan- *Duellum.*
tibusque vtrinque aciebus concurrerunt, infeſtis ſeſe cuſpidibus petentes.
Artauades Gothum dextro latere haſta transfixum occidit. Ipſe verò in ha-
ſtam interfecti caſu inhærentem ſolo vi atque impetu equi adactus, cuſpi-
dè transfigitur, ruptoque thorace vulneratur, ex quo vulnere tertia mox die
interijt. Acies intera ſimul congreſſæ prælium acerrimum inierunt, omniſ-
que ferri experientia in eo certamine verſabatur. Quum ferueſceret ma-
ximè prælium, & ab vtriſque enixiſſimè pugnaretur, neutram adhuc in par-
tem victoria inclinante, equites Totilæ tranſmiſſo flumine terga Iuſtiniani
ducum inuaſere, tumultusque maior inde exortus, quum multitudo ingens

cæderetur, exercitum Iuſtiniani primo turbauit, mox in fugam vertit. ſolutis enim ordinibus, quum antè retroque inſtaret hoſtis, cito diſſipantur, multique à Gothis perſequentibus interfecti ſunt. Multi etiam ſeſe per deuia quæque præcipitantes euaſere. Captiuorum autem multitudo ingens fuit, & quod nunquam antè contigerat, omnia militaria ſigna imperatoris exercitus in eo prælio capta ſunt ab hoſtibus, & ad Totilam relata. Inſigniorem hanc victoriam Totilæ fecit, quòd ipſe cum dimidia ferè parte minoribus copijs ſciens ac volens contra maiores copias prælinm inijt, quòdque militari induſtria victoriam nactus eſt, ipſam quoque victoriam humaniſſimè exercuit, nemini captiuorum moleſtus, multis etiam gratuitò dimiſſis, quę quidem humanitas famam eius plurimum adauxit. Iuſtiniani duces ex prælio fugientes Placentiam primò, inde in diuerſa loca abierunt, & copijs, quantum fieri potuit, reparandis intenderunt. Non multo pòſt hanc victoriam Totilias maiora iam animo concipiens, exercitum in Hetruriam miſit. Præfecit verò huic exercitui tres Gothorum præſtantiſſimos, Beldam, & Rodoricum, & Vliarim. Erat in Hetruria Iuſtinus vnus ex ducibus, qui prælio interfuerat, poſtquam id tempus nnnquam ceſſauerat copias reparare, oppida munire. is quum exercitus Totilæ ſuperuenit, circumdatus ab hoſtibus intra Florentiæ mœnia obſidebatur. Terrebat verò Iuſtinum rei frumentariæ defectus. Nam importari ad obſeſſos nil poterat, & intus quod erat frumentum, breui defuturum videbatur. Rauennam igitur ad cæteros duces mittens Iuſtinus, quo in periculo res eſſet, oſtendit, rogauitque, vt ſibi opem ferrent. Ob eum nuncium permoti Beſſas, & Cyprianus, & Ioannes Vitaliani, cum ſuis copijs in Hetruriam venerunt. Gothi verò, poſtquam intellexerunt illos appropinquare, ſoluta ilico obſidione retrò mouerunt caſtra, profectique vnius diei iter in loco, qui Mucialla dicitur, conſtiterunt. Atque poſtquam exercitus amicorum Florentiam peruenit, placuit ducibus, vt paucis in præſidio Florentiæ relictis, ipſi cum reliquis omnibus ad hoſtem contenderent. In itinere verò dum eſſent, ſtatuerunt, vt ducum ipſorum vnus celiriter antecederet ad inuadendum diſtinendùmque hoſtes, alij verò maturè ſequerentur. Sorte igitur ducta, Ioanni contigit antecedendi munus. ille profectus cum ſuo agmine ad hòſtes properauit. Hoſtes verò deterriti aduentu copiarum, deſerto loco, in quo prius habebant caſtra in proximum montem, arduum quidem ac difficilem, tranſierunt. Neque ob id cunctatus Ioannes, vbi ad ea loca peruenit, aciem ſuorum aduerſus montem direxit, ac magno animo ſurſum verſus annixus peruincere conabatur. Reſiſtebatur fortiſſimè ab hoſtibus, ac de ſuperiori loco facillimè repugnabant. Hic dum annititur Ioannes, & inter primos pugnatores verſatur, quidam ex comitibus iuxta latus eius pilo transfixus occiditur, falſaque ſtatim credulitas inde exorta eſt, Ioannem interfectum fuiſſe. fuga hinc fieri cœpta. Hæc fama delata in eos qui cum reliquo exercitu veniebant, quum inſuper fugam & trepidationem mirabilem viderent, ipſos quoque in fugam turpiſſimam conuerit. Nec modus vllus fuit in fuga, diſſipatim ſparſimque in diuerſum abeuntes, ſigna & ordines deſeruerunt. Itaque duces quoque ipſi à nullis hoſtibus pulſi fugam arripere coacti ſunt. Neque poſt hac conuenerunt in vnum, ſed alius alibi, prout ſe ex fuga receperant, oppida tenuerunt. Gothi tamen ad obſidionem Florentiæ nequaquam reuerſi ſunt, magnitudinem veriti copiarum; quæ quanquam diſſipatæ forent, per oppida Hetruriæ conſtiterant, & hyems ſuperuenit, finisque fuit ſeptimi anni huius belli ex quo geri à Beliſario cœptum fuerat. Eo, qui ſecutus eſt, anno vt primùm educendi copias tempus fuit, Totilas coacto exercitu in agrum Gallicum venit: ibi Cæſenam & Petram oppidum, quod hodie corrupto in vulgus nomine

Iuſtiniani victi

Incremata rerum Totilæ.

Diſſipatio copiarum Iuſtiniani.

Bretinorum appellant, obſedit. Cætera verò eius regionis oppida permulta
vel vi, vel pactione cepit. His per ea loca confectis, in Hetruriam cum exer-
citu tranſit. ibi duriora omnia quum repperiſſet, ſtatuit in his tempus haud-
quaquam terere. itaque Tyberim amnem, quo Hetruria finitur, tranſgreſſus,
per Vmbros, & Sabinos, & Marſos in Campaniam profectus eſt. In his locis
Beneuentum vrbem captam mœnibus ſpoliauit. Nolebat enim in vrbe mu- *Totilæ ſucceſſus*
nitiſſima hoſtes, ſi quando contingeret, ſedem belli habere. Neapolim de-
inde obſedit, multis primo verbis humaniſſimè conatus, vt Neapolitani a-
micitiam eius, quàm inimicitiam mallent. Sed erat in præſidio eius vrbis Co-
non, Iuſtiniani præfectus, nec pauciores mille militibus ſecum habebat. ita-
que nihil decerni liberè in concione poterat. Quod quum intelligeret To-
tilas, poſitis non longè caſtris vrbem obſedit; non tamen oppugnauit, ſed
quietem agens incubabat: interim verò parte exercitus miſſa Cumas, & a-
lias quaſdam vrbes per ea loca recepit, ex quibus pecuniarum magnam vim
adeptus eſt. mulieres etiam quaſdam ex nobilitate Romana capi in his locis
contigit, quas omnes Totilas cum ſumma beneuolentia conſeruatas, libe-
ras eſſe iuſſit, ac parentibus maritiſq; cum honeſto comitatu remiſit. Quum
verò per eas regiones neque dux, neque exercitus eſſet, qui conatibus To-
tilæ repugnaret; partem ſuarum copiarum continuò mittendo, Apuliam, &
Lucaniam, & Calabriam cum vniuerſis eorum oppidis in poteſtatem rede-
git. Ex quo factum eſt, vt Iuſtiniani ducibus, militibuſque, nullæ amplius ex
his locis pecuniæ ſoluerentur: neq; parêre ducibus, neque in expeditionem
ire volebant: ſed per oppida incluſi res amicorum prædabantur, rapinis &
maleficijs omnia fœdabant. Duces quoque ob has difficultates intra mœnia
conſiſtentes, oppida tantummodo ab hoſtibus tutabantur, partitique inter
ſe vrbes, Ioannes Romam, Beſſas Spoletum, Cyprianus Peruſiam, Iuſtinus
Florentiam, Conſtantianus Rauennam gubernabat. Inter hæc Neapolis du-
rius obſideri cœpit. Totilas enim parata claſſe, neq; terra, neq; mari importa
ri quicquam patiebatur. Ex quo palam erat, niſi quis opem ferret, eam demũ
vrbem in manus hoſtium eſſe peruenturam. Hæc igitur audiens Iuſtinianus,
ac pro tantis Italiæ cladibus, proq; imperij dedecore indolens, Maximinum
præfectum prætorio ad corrigendas reparandaſque res in Italiam miſit. De-
dit autem ei claſſem, & exercitum ex Thracibus, & Armenijs. Præerat autem
Thracibus quidem Herodianus, Armenijs verò Phaſes. Hunni præterea
non pauci ea claſſe vehebantur. Maximinus Byzantio profectus in Epirum *Maximinus in*
venit. ibi quum res Italiæ ex propinquo cogitaret, inter ſpem ac metum du- *Italiam miſſus.*
bius, tarditate ac deſidia tempus amiſit. Erat enim Maximinus vir bonus,
& ad pacis negocia non inutilis; belli verò imperitus omnino, & ob hoc ti-
midus, & cunctator in ſingulis, ac plurimum ambigens. Res verò tunc &
conſultandi, & agendi celeritatem flagitabat; Maximino igitur paruam de
ſe ſpem afferente, Iuſtinianus Demetrium quendam, quòd ſub Beliſario du-
dum in Italia militauerat, cum alia claſſe in Siciliam miſit. is quum in Sici-
liam nauigaſſet, audita Neapolis obſidione, ac eorum, qui obſidebantur,
difficultatibus; confeſtim auxilium ferre parabat. Quum verò aperta via id
efficere poſſe deſperaret, quoniam neque claſſis, neque exercitus eius ad
tantam rem ſufficiens erat, hæc excogitauit. Naues complurimas ex vniuer-
ſa Sicilia contraxit, fecitque ex his claſſem ad aſpectum permagnam, impo-
ſitoque frumentó Neapolim petere contendit. Ea res & ſpem magnam ob-
ſeſſis, formidinem non paruam Gothis præbuit. audiebant enim multitudi-
nem nauium, ac magnum in his exercitum venire opinabantur. Quòd ſi *Demetrius occa*
primo ſtatim curſu Neapolim petijſſet, cuncta proſperè ſuccedebant, & vrbs *ſionem rei bene*
obſeſſa indubiè ſeruabatur. Hoſtes enim conterriti magnitudine claſſis, ne *gerendæ amiſit.*

obſiſtere quidem tentauiſſent. Sed ipſe conſcius imbecillitatis ſuæ Neapolim adire non auſus, Romam petijt, quo militibus inde aſſumptis naues impleret, atque ita Neapolim magis robuſtus nauigaret. Sed milites, qui Romæ erant, claſſem aſcendere noluerunt. Victi ſiquidem duplici prælio à Gothis, eos immodicè formidabant. Itaque hac deficiente ſpe, cum his duntaxat nauibus, quas Byzantio duxerat, aduerſum hoſtes proficiſci Demetrius compellitur. Totilas naues egregiè veloces in portu ipſo Neapolis aſſiduè ſtructas paratasque tenebat, curamque ſuſceperat diligenter de Demetrij claſſe. Quum igitur ex vrbe Roma Neapolim nauigare Demetrium cognouiſſet, & applicuiſſe iam propinquo littori, profectus repentè Totilas cum velocibus nauibus ex improuiſo Demetrij claſſem inuaſit. adeo ſubitus & inopinatus fuit impetus, vt conterriti nautæ atque milites in fugam conuerterentur. Quos Gothi velocibus inſecuti nauibus, poſt magnam cædem, omnes Demetrij naues cum ipſis oneribus, ipſisque viris plenas ceperunt. Nulli enim euaſerunt ex ea claſſe, niſi qui in lembos ſtatim ab initio proſilientes latuerunt, inter quos Demetrius ipſe dux claſſis fuit. Poſt hæc Maximinus cum maiori claſſe, maiorique exercitu ex Epiro in Siciliam nauigauit. Quumque Syracuſis applicuiſſet, eadem ignauia, qua prius, cunctando ac differendo tempus amiſit, neque difficultatibus obſeſſorum, neq; precibus vocantium mouebatur. Tandem verò, vbi præcepta & minæ Iuſtiniani ſuperuenere, nec ob eas quidem nauigare aduerſum hoſtes ſuſtinuit: ſed claſſem Demetrio, & Herodiano, & Phaſſæ ducendam tradidit, ipſe in Sicilia remanſit. Erat verò iam planè hyems, quum hi nauigare cœperunt: quumque prope Neapolim veniſſent, orta ſubito tempeſtas claſſem arripuit, neque remis, neque arte vlla reſiſti potuit, quin ad ipſum littus, vbi caſtra erant hoſtium, adigerentur. Gothi verò iſta cernentes, concurſu ad littus facto, nulla difficultate naues ceperunt, & ſi qui repugnabant, interfecerunt; reliquos verò captiuos duxerunt, in quorum numero Demetrius fuit. Herodianus autem, & Phaſſas, quum & ipſi capti iam eſſent, caſu quodam poſtea ſeruati ſunt. Hunc finem habuerunt eo anno Iuſtiniani claſſes in Italiam miſſæ. Totilas Demetrium in vinculis ad mœnia Neapolitanæ vrbis adduci mandauit. ibi vocato Conone præfecto, militibusque & Neapolitanis ciuibus, Totila iubente, Demetrius verba fecit, ſuaſitque, ne amplius auxilia expectarent vlla. binam claſſem cum ipſis pugnatoribus eſſe amiſſam, nullamque ſupereſſe ſpem, qua confidere debeant. Obſeſſi verò iampridem fame macerati, quum Demetrium captum & omnem ſublatam viderent ſpem; in fletum ac lamentationem conuerſi, quid agerent, aut quò ſe verterent, neſciebant: eratque ciuitas tota mirabili tumultu & trepidatione plena. Totilas autem quum hoc ſenſiſſet, ad colloquium eos vocatos, in ipſis mœnibus ſtantes ſic allocutus eſt.

Totilæ ad Neapolitanos oratio.

Nullam contra vos, Neapolitani, vel iram, vel indignationem habentes, obſidere vrbem veſtram perreximus; ſed vt vobis inimico ſeruitutis iugo liberatis, referre gratias valeremus eorum, quæ hoc ipſo bello pro fide Gothis ſeruanda ab hoſtibus pertuliſtis. Soli enim Italicorum omnium inuiti ac repugnantes in poteſtatem hoſtium noſtrorum, cum vltima penè ciuitatis veſtræ clade, vulneribusq;, & cruore, cōpulſi deueniſtis. Itaq; quòd nunc ſimul cum hoſtibus obſidione vos fatigari à nobis neceſſitas fuerit, erubeſcimus. Quamobrem beneficia potius à nobis, quàm vltionem Neapolitani expectent. hoſtibus etiam, qui vobiſcum in vrbe ſunt, non acerbi eſſe volumus, dedentibus eam vrbem, vel militandi nobiſcum æquo iure cum alijs militibus, vel abeundi cum omnibus rebus ſuis, quocunq; volent, facultatem dabimus. Hæc & iureiurando ſancire parati ſumus. Laudauerunt & Neapolitani, & milites Totilæ ſermonem: quo tamen honeſtior deditio

tio foret, [&] triginta dierum inducias poſtularunt, quibus videretur, an quę auxilia ſuperuenirent. Ad hæc Totilas, non triginta dierum modò, ſed ter triginta dierum ſpacium ſe dare reſpondit. Quam liberalitatem admirati obſeſſi, clareque deprehendentes, nullam eſſe auxilij ſpem; intra paucos dies apertis portis Totilam & exercitum intra mœnia receperunt. Totilas igitur Neapolim ingreſſus, neminem male affecit, nulli moleſtus fuit; quinimo tanta humanitate vſus eſt, vt nequaquam conuenire barbaro homini videretur. Quum enim multi propter inediam deficientibus viribus ægrotarent, ne ſubita affluentia cibi immodicè ſumpti periculum illis afferret; ſumma cura diligentiaque prouidit, vt non ſolum Neapolitanis ciuibus, verùm etiam militibus cibaria bis in die ad certum pondus traderentur, diligentiſſimè obſeruato necunde plus caperent, & ſingulis diebus modicum ſuperadderetur. Cononi autem, & militibus abire volentibus, nauigia præbuit. Quumque illi vento diutius retenti nauigare intra præſcriptam diem non potuiſſent, liberam nihilominus poteſtatem illis ſeruauit. Quin etiam quum longius duraret ventus, & illi pedeſtri itinere abire ſtatuiſſent, equos iumentaque eis tribuit, & viaticum inſuper largitus eſt, Gothoſque cum his miſit. Humanitate in alienos Totilas vtebatur, in ſuos verò tantam diſciplinæ ſeueritatem ſeruabat, vt nullum malefactum impunitum eſſe pateretur. Raptori ac violatori pœna mors erat, & publicatio bonorum, quæ quidem bona violentiam paſſo tradebantur. Itaque & caſtra, & ingreſſus Gothorum per amicas ciuitates, & gentes, omni ſcelere carebant. Ducibus autem Iuſtiniani per hoc ipſum tempus diuerſa penitùs erat conditio. Nam nec duces ipſi abſtinentes erant, & milites in omnem licentiam traducti, à nullo maleficio temperabant. Nec quicquam miſerius erat per ea tempora, quàm Italiæ populi, qui imperatori parebant, quum extra mœnia quidem ab hoſtibus, intra mœnia verò à militibus diriperentur. Duces enim munitas tenentes arces, nihil de ſubiectorum iniurijs curabant. Ob flagitia quum indies magis ac magis deſperatio ſequeretur, coactus eſt Iuſtinianus iterato in Beliſarium mentem animumque conuertere. Nam cæteri quidem duces nedum perdita recuperare, ſed ne illa ipſa, quæ tenebant, diutius tueri poſſe videbantur. His igitur de cauſis Beliſarius ad curam Italici belli rurſus delectus eſt, quum hoc medio tempore aduerſus Medos bellum geſſiſſet, nec dum planè finitum eſſet bellum. Quum ergo milites nouos reſcribere opus eſſet (nam veterem exercitum circa Euphratem reliquerat) Thraciam totam circumiens Beliſarius, pecuniaſq; abundè largitus, voluntariorum ad quatuor millia coëgit. quibus claſſe impoſitis, vnà cum Vitale præfecto Illyrici, qui nuper ex Italia venerat, nauigauit, traiectoq; demum Ionio mari, Salonis applicuit. In hoc ipſo itinere Hydruntum Calabriæ oppidum obſidione liberauit. Qui enim in eo obſidebantur à Gothis, defectu rerum neceſſariarum compulſi, ad certam diem pacti fuerant oppidum dedere, niſi prius auxilium ferretur. Quod intelligēs Beliſarius, Valentinum eò nauigare iuſſit, ac frumenta cæteraque neceſſaria inferre, ſuſceptiſq; militibus, qui diutius obſeſſi in eo fuerant, nouos imponere. Hæc factu facilia fuerunt. Nam Gothi poſt indutias negligentius cuſtodiebant, nec venturum eſſe quenquam ſuſpicabantur. Itaq; repentè ac inopinato ſuperueniente claſſe trepidare, ac obſidionem ſoluere, longiusq; abire coacti ſunt. Valentinus oppidum ingreſſus, priores milites ex arce abduxit, nouoſq; impoſuit, integriq; anni frumentum illis reliquit. Ipſe cum his, quas adduxerat, nauibus Salonas ad cæteram claſſem rediјt. Poſt hæc Beliſarius Polam nauigauit. Ibi exercendis tyronibus, quos in Thracia ſcripſerat, aliquanto commoratus, tandem cum tota claſſe Rauēnam peruenit. In eius aduentu deteriora omnia opinione ſua per Italiam repperit. Hoſtes enim vbiq;

Totilas in victoria ſe gerit humaniſſimè.

Totilæ ingeniū & mores.

Beliſarius iterū adit Italiam, poſt bellum Perſicū confectum.

Nulla Beliſarij aduentu ſpes Italis excitata.

Inſtauratio Piſauri.

præualere, ac optima ſpe eſſe videbantur. Amici verò vbique per Italiam fracti, ac in deſperationem adducti; ciuitates quidem & populi, ob iniurias militum: milites autem ipſi, quòd multa ſibi deberentur ab imperatore ſtipendia, nullaque ſoluebantur, contumaces & aduerſi, nec parêre ducibus, nec exire in expeditionem videbantur, erantque ad exiguum numerum redacti. Aduentus quoque Beliſarij deſperationem auxit. licet enim optimus dux, & ſine controuerſia præcipuus haberetur; tamen contemnendas admodum copias adduxerat tyronum quatuor milium, pecunias verò nullas, quæ militibus darentur. Itaque concionantem Rauennæ, cauſasque aduentus ſui docentem, cohortantem deniq; ad capeſſendum bellum, nec oppidani, neq; milites læto animo audiuerunt, neq; læticiæ aut ſpei bonæ ſignificationem reddiderunt. Denique Beliſarium ipſum, quòd in Italiam veniſſet, confeſtim pœnitere cœpit. Inter hæc Totilas Tybur inuaſit, ex diſcordijs oppidanorum & militũ ſeditione coorta; per quam vocatus ab alterutra parte, vrbem ſuſcépit. Imminet autem Tybur vrbi Romæ, nec plus ab ea diſtat, quàm ſexdecim milibus paſſuũ. Ea res magnas Romanis difficultates cœpit afferre, ac per Latium cuncta impedire. Poſt hæc Totilas cognito Beliſarij aduentu, in Picentes cum exercitu tranſijt, & circa vrbem Auximum conſedit. Beliſarius verò per hoc ipſum tempus in Bononienſes miſerat Vitalem cum ſatis magna manu Illyriorum. Is quum oppidum quoddam per ea loca cepiſſet, & Bononia in vrbe fuiſſet receptus; Illyrici nulla prius iniuria ſuſcepta, Vitalem deſeruerunt, factoque agmine domum abierunt. De qua quidem re poſtea apud Iuſtinianum excuſatione illa vſi ſunt, quòd dum in Italia militarent, exactores tributorum patrimonia ſua venundabant, vxoresque & liberos eorum domo pellebant. quamobrem coacti ſint ad ſuos defendendos domum redire. Hac fuga Illyricorum Totilæ nunciata, confeſtim miſſæ ab eo ſunt Gothorum copię, per quas Vitalem ac cęteros opprimere poſſe ſperauit. Sed illi præuenientes Rauennam ſe receperunt. Quum verò qui Auximi erant, obſidione premerentur; Beliſarius ſubſidium ad illos miſit equitum mille. præfecit autem his equitibus ductores tres, Teramuntem, Ricilam, & Sabinianum, qui clam noctu Auximum ingreſſi, quum poſtridie ad pugnam exiuiſſent, vnus ex præfectis Ricilas à Gothis interficitur, cæteri autem poſt paucos dies abire ſtatuerunt. hoſtibus enim illic ſtantes nocere non poterant, & amicis neceſſaria minuebant. Noctu igitur egreſſi oppido, quum iam circiter milia paſſuum tria profecti eſſent; in inſidias hoſtium inciderunt. A quibus circumuenti, & in fugam verſi, ducentos ex ſuis amiſerunt, veſteſque, & arma, & impedimenta omnia cum iumentis, quæ illi ferebant. reliqui fugientes poſt longam viam ſe Ariminum receperunt. Fanum & Piſaurum ſunt vrbes, iuxta littus Adriatici maris, inter Auximum & Ariminum ſitæ. Eas vrbes Vitigis ab initio huius belli incenderat, ac mœnia vſque dimidium altitudinis deſtruxerat. Ex his Beliſarius Piſaurum reficere cogitauit, ac equitatum in ea collocare. Miſſis igitur clam artificibus, qui menſuras portarum exactiſſimè caperent, Rauennæ fabricari portas fecit, ac ferramentis quibus opus erat ſtruxit: denique nauibus impoſitas Piſaurum deferri fecit, præfectiſque & equitibus, qui Arimini conſtiterant, ſcripſit; vt repentè occupato oppido portas imponerent, ac murum tumultuario opere reficerent, foſſas purgarent. Commeatus autem omnis generis vt mari ad eos deferretur, prouidit. Equites igitur Arimino profecti quum Piſaurum occupaſſent, omnia ſecundum Beliſarij mandata fecerunt. Senſit hæc Totilas, & cum magnis copijs ad ea prohibenda profectus eſt. Sed tanta fuerat militum diligentia in purgandis foſſis, valloque & aggere muniendo oppido, mœnibuſque & propugnaculis reſarciendis; vt admiraretur rex

tantas

tantas res tam ingenioſè, tam paucis diebus fieri potuiſſe. Quare aliquantum circa ea loca moratus, quoniam videbat proficere nil poſſe, in caſtra ad Auximum irrito conatu reuerſus eſt. Animaduertens verò Totilas & Gothi, Beliſarium & imperatoris copias necubi per Italiam in certamen prodire, ſed oppidis incluſos mœnia tantùm modò tueri; ſtatuerunt non aſſidere ſolummodo ad Auximum, ſed alijs quoque ciuitatibus bellum inferre. Itaque profectus Totilas cum exercitu, Aſculum & Firmum in Picentibus circumſedit. Beliſarius verò, quum obſeſſis opem implorantibus ferre non poſſet, (nec enim tantas habebat copias, vt exire aduerſus Gothos valeret) in mœrore maximo verſabatur, & hanc ignominiam ſui nominis permoleſtè ferebat. Tandem verò Ioanne Vitaliani ad Iuſtinianum miſſo, conditionem Italiæ per eum demonſtrauit, & ſimul litteras ſcripſit huiuſmodi effectum continentes. Miſiſti me in Italiam, optime Imperator, virorum, & equorum, & pecuniarum inopem, quod & antequam à re diſcederem, ſæpius oſtendi, & obteſtatus ſum: ſed iuſſui tuo non parêre mihi nefas erat. Thraces enim, & Illyricos milites perpaucos, & eos ipſos tyrones belliq; inexpertos, nec arma quidem tenere, nobiſcum ducere coacti ſumus. Veterani autem, quos per Italiam repperimus, victi iam antè quibuſdam prœlijs, Gothos victores ita formidant; vt vix aſpectum eorum ferre poſſint, ſtipendijsque diu fraudati, nec equos, nec arma nuper amiſſa reparare potuerunt, nec in expeditiones ſine his exire conſentiunt, nec alioquin tantæ ſunt copiæ, vt cum hoſtium copijs congredi, ſine manifeſta pernicie valeant. nam maxima eorum pars, quia in Italia tuo nomine militabant, ob ea, quæ memorauimus, incommoda, ſponte ſua ad hoſtes tranſierunt. Pecuniarum autem redditus nullos ab Italia ſperes nobis prouenturos eſſe, quum ſit iterum ab hoſtibus magna ex parte occupata, & ea, quæ reſtat, pars adeo attenuata bello que afflicta, vt tributa perſoluere nullo modo queat. Si igitur ſatis fuit Beliſarium in Italiam miſiſſe, optimè à te prouiſum eſt: ſum enim in Italia. Quòd ſi hoſtes ſuperare vis, alia ſunt à te prouidenda. Nam dux belli abſque his, quæ opportuna ſunt, proficere nil valet. Copias igitur meorum militum huc mittas oportet, deinde Hunnorũ ac cæterorum barbarorum multitudinem ingentem. Illud inſuper à te neceſſariò prouidendum eſt, vt pecuniæ adſint. nam ſine his in bello nil opportunè fieri poteſt. Hæc tunc à Beliſario ſcripta ſunt. Ioannes igitur cum his mandatis ad Iuſtinianum profectus, & quodam tempore commoratus, nihil niſi tardè atque anxiè proficiebat. Inter hæc Totilas Firmum & Aſculum, quandoquidem nemo auxilium obſeſſis ferebat, pactione cepit. Deinde ex Picentibus in Vmbros tranſgreſſus, Aſſiſum & Spoletum obſedit. Præerat Spoleto quidem Herodianus, Aſſiſo autem Siſifridus. Herodianus quanquam haberet munitiſſimam arcem, tamen paucorum dierum inducias pactus, quum interea nullum auxilium ſuperueniſſet, conſtituta die vrbem & arcem tradit, & ipſe cum militibus ſuis ad Totilam tranſijt. Siſifridus autem fortius ſe geſſit. de pactione enim nunquam audire quicquam voluit, licet minus valida vrbe incluſus, ſæpeq; eruptiones in Gothos egregias fecit, & aliquot prœlijs laudabiliter dimicauit. Ad extremum verò circumuentus ab hoſtibus pugnans occiditur. Ciues autem Aſſiſani eius viri præſidio deſtituti, paucis poſt diebus ſeſe ac vrbẽ Totilæ dediderunt. Deinde Peruſiã exercitus à Totila ductus eſt. Præerat autem Peruſiæ Cyprianus, cuius ſuprà inter Iuſtiniani duces mentionẽ fecimus. Eum quum Totilas neq; vi, neq; promiſſis flectere valeret, Vliaro quodam ex armigeris ſuis pecunia corrupto, per eum dolo ac fraude Cyprianum interfecit. Milites tamen poſt mortem Cypriani Vliarum proſequuti vrbem egregiè defendebant. Itaq; circa illã commorari diutius Toti-

Beliſarij ad Iuſtinianũ litteræ.

las nolens,ſoluta Peruſiæ obſidione,Romam petere contendit. Quumq́ue eò perueniſſet, opportunis locis Romam circumſedit, non tamen agricolis moleſtus. nam toto hoc bello Totilas ruſticos & agricolas offendi à ſuis militibus nunquam permiſit. Romæ in præſidio erant Beſſas, vnus ex Iuſtiniani ducibus, & Conon ille,qui dudum Neapoli præfuerat. Miſerat quoque eò Beliſarius Artaſiram genere Perſam,& Barbationem Thracem,cùm non contemnenda militum manu, qui cuſtodiæ vrbis vnà cum cæteris intenderent. Quum igitur circa vrbem Romam conſtitiſſent Gothi,egreſſi cum militibus Artaſira & Barbation prœlium inierunt, ac primò quidem Gothos in fugam verterunt, ſed ipſi longius inſequuti, tandem circumueniuntur à Gothis,maioriq́ue parte militum amiſſa,vix atque anxiè in vrbem refugerunt. Atque ex illo tempore deficiente ſpe, caritas annonæ prius, mox etiam fames ſequuta eſt. Neque enim terra importari quicquam poterat,aſſidentibus Gothis: neque mari,quoniam claſſis dudum à Totila Neapoli comparata,tunc rurſus ſtructa,onerarias nauigare prohibebat. Et intra vrbem Romam per hoc ipſum tempus ſuſpicio proditionis ingens verſabatur.Ob quam Cethegus princeps ſenatus Roma pulſus Centumcellas aufugit. Dum ea Romæ gerebantur, alius Gothorum exercitus Totila iubente Placentiam obſedit. Ea eſt vrbs magna iuxta Padum amnem,ſolaq́ue ex omnibus eius regionis ciuitatibus Iuſtiniani permanebat in partibus. Beliſarius autem quum hæc intueretur,ac de periculo vrbis Romæ plurimùm ſollicitus eſſet,ac ex vrbe Rauenna opem ferre non valeret,ob loca interiacentia ab hoſtibus poſſeſſa, & paucitatem copiarum ſuarum;abire illinc & alia via auxilium ferre conſtituit. Itaque Iuſtino cum manu militum Rauennæ relicto,ipſe per Dalmatiam Dyrrachium profectus,ibi venturas ab Imperatore copias expectabat. Roma inter hæc duriſſimè obſidebatur, & cuncta in deterius prolabi, & ad ruinam tendere videbantur. Valentinus & Focas à Beliſario præmiſſi Portuenſem vrbem tenebant, atque inde moleſtias & damna prope quotidianis incurſionibus inferebant hoſti. Quum igitur aliquo tempore ea proſperè feciſſent, magnaq́ue ob hoc auxilia præbuiſſent obſeſſis: tandem præcipitati in inſidias, & ab hoſtibus circumuenti interficiuntur,pauciq́ue ex eorum militibus vix & anxiè in Portum refugientes euaſerunt. Traxit verò hæc præfectorum & militum cædes ſtatim poſt ſe incommodum maius propter frumenti amiſſionem. Vigilius enim pontifex Romanus tunc in Sicilia degens, quum fame premi Romanum populum cognouiſſet, magnam vim frumenti nauibus impoſitam Romam mittebat. Gothi autem id ſentientes, quum iam appropinquarent naues in portum; præueniunt,& poſt turres ædificiaq́ue latentes inſidias ſtruunt. Milites,qui erant in oppido, haud multò prius amiſſis præfectis, cæſisq́ue maxima ex parte ſocijs,panci ipſi relicti aduerſus hoſtes exire non auſi, de mœnibus ac propugnaculis quaſſatione veſtium,& manibus,& clamore nautis ſignificabant,inſidias eſſe in portu.proinde cauerent,nec illuc accederent.Nautæ verò, vtpote qui neque de aduerſa pugna, neque de cæde præfectorum quicquam audierant,illa quæ fiebant ſigna perinde accipiebant,quaſi lætitiæ adhortationisq́ue ſigna forent. Itaque ob hoc ipſum magis properantes ſecundo curſu portum ingreſſi, à Gothis inſidentibus capiuntur omnes cum ſumma deſperatione populi Romani, qui ab expectatione eius frumenti totus pendebat. Et fames quidem non iam tolerabilis Romam premebat. Gothi autem ob hoc ipſum audacius inſtabant. Erat per id tempus Romæ Pelagius quidam diaconus, qui in hac difficultate famis permulta ac maxima pietatis opera in plebem Romanam ediderat,pecunias erogando,ac ſuccurrendo indigentiæ ſingulorum, ob quam liberalitatẽ nomen eius prius ma-

gnum,

gnum,etiam clarius factum eſt. Ad hunc igitur Romani conueniunt,poſtulantq; ſuppliciter, vt pro ſalute populi Romani legatus ad Totilam proficiſcatur, paucorum dierum inducias petiturus, quibus diebus niſi auxilium ſuperueniat,deditionem vrbis Totilæ promittat. Pelagius autem,quando ita neceſſe erat, populo paret, in caſtra ad Totilam cum mandatis accedit. Totilas verò hoc ipſum fore coniectura ſuſpicatus,(ex transfugis enim difficultatem obſeſſorum extremam cognouerat)venientem ad ſe Pelagium honorificè ſuſcepit: ſed antequam Pelagius mandata exponeret, ipſe præueniens longa &acerba oratione cõtra Romanos inuectus eſt,beneficia Theoderici Gothorumq; in Romanos exprobrans, ac perfidiam Romanorum in Gothos redarguens. Ad extremum concluſit,nullam eſſe colloquij vel pactionis viam,niſi euerſis mœnibus ſeſe ac ſua in arbitrium poteſtatemq; Gothorũ Romani permittant,eas paſſuri leges,quas ſibi victor tradidiſſet. Hanc acerbitatem contumeliamq; orationis Pelagius audiens, non vltra cum eo in iſtendum ratus; Quandoquidem,inquit,tu Totilas vocem legati audire non ſuſtinuiſti, ſed anticipans præcidiſti omnem colloquij viam; ad deum confugiemus,qui ſolet ſuperbas, ac ſupra modum elatas hominum mentes ſuo iudicio deprimere. Hæc fatus eueſtigiò in vrbem reuerſus eſt. Romani autem Pelagium re infecta redire cernentes,quid agerent,aut quò ſe verterent, neſciebant. Hinc enim fames intolerabilis eos premebat,illinc verò Totilæ Gothorumq; crudelitas ante oculos verſabatur:potiusq; inedia mori,quàm in ſæuiſſimas Gothorum manus deuenire ſtatuebant. His rationibus ea perpeſſus eſt Romanus populus, quæ etiam commemorare miſerrimum ſit.Inter hæc Iuſtinianus Ioannem cum exercitu ad Beliſarium remiſit. Præbuit verò neq; tunc magnas copias,ſed maiores parabat proximò tranſmittere.Cuius rei gratia Narſetem cubicularium ad Erulos miſerat,& ad cæteras nationes barbaras, circa Hiſtrum incolentes,& iam in Thraciam eorũ quidam tranſierunt:ſed quum Dyrrachium perueniſſent copiæ,ac de gerendo bello conſultaretur, omnes vno ore ferendã opem Romanis cenſebant. Quo modo autem id fieri deberet, variæ fuerunt ſententiæ. Ioannes enim ſuadebat, cum omnibus copijs per Calabriam & Apuliam proficiſcendum eſſe, atq; ita Romam petendum. Simul enim euntes perfacilè victores eſſe poſſe. Quòd ſi diuidantur copiæ,& alij terra,alij mari proficiſcantur,nullam partem hoſtibus parem futuram. Beliſarius hanc ipſam ſententiam laudaturum ſe dicebat, ſi populus Romanus in tanta extremitate conſtitutus non foret. Nunc autem maxima feſtinatione opus eſſe. Habere verò per Calabriam & Apuliam iter per ſe ipſum longitudinem magnam, & ab hoſtibus occurrentibus moras inferri poſſe. Mari verò, ſi ventus adſit,quinta die in portum Romanum claſſem peruenturam,ac ex propinquo certam ſpem Romano populo allaturam. Audierat enim præfectorum ſuorum aduerſam pugnam, ac frumenti Siculi amiſſionem cognouerat. Ex hoc deſperationem ac difficultatem Romani populi animo deprehendebat. Hac igitur ſententia in conſilio approbata,Beliſarius cũ claſſe Dyrrachio profectus Hydruntum peruenit. Gothi autem,qui id oppidum obſidebant,præſentia Beliſarij conterriti,obſidionem diſſoluerunt,fugientesq; ab eius conſpectu, Bruduſium ſe receperunt, quod diſtat ab Hydrunto duorum dierum itinere; confeſtimq; ad Totilam mittentes, ſignificarunt Beliſarij aduentum,credentes eum terra iter eſſe facturum. Quod quum audiſſet Totilas,ſtatim ſe comparuit cum exercitu obuiam proficiſci. Sed quum Beliſarius poſtea mari ferretur, idq; Totilas cognouiſſet; ad reſiſtẽdum circa vrbem Romam totus incubuit, maximè in eo ſolicitus, ne Tyberi importari ad obſeſſos quicquam poſſit.Cuius rei gratia hæc prouidit.Locum eligens procul ab vrbe vndecim

Pelagius ad Totilam legatur.

Beliſarius obſeſſæ vrbi ſuccurrere nititur.

milibus paſſuum,vbi flumen Tyberis maximè in arctum cogitur,trabes longas ab vna ripa ad alteram in modum pontis conſtituit. In vtraque deinde ripa turrim ligneam effecit. Cathenam inſuper ferream ante pontem ipſum collocauit, præſidiaque duo ab vtraque ripa ad cathenæ capita exædificauit:turres autem ac præſidia militibus compleuit, qui pontem cuſtodirent. Beliſarius inter hæc ad portum Romanum peruenerat,ibique expoſitis copijs,Ioannem & exercitum, qui cum illo erant,expectabat. Romani verò aduentu,meliori ſpe difficultates omnes tolerabant.Ioannes poſt diſceſſum Beliſarij traiecto freto, Gothos nil tale ſuſpicantes inuaſit, multaque cæde in fugam verſos perſequutus eſt,ac primo impetu Brunduſium cepit. Conciliatis deinde ſibi Calabriæ populis, & ad beneuolentiam Iuſtiniani traductis,multaq; illis pollicitus, Brunduſio abijs, quintiſque ſubinde caſtris ad vrbem Canuſium peruenit. id quoque oppidum in poteſtatem redegit. Non longè à Canuſio vicus eſt Cannæ, in quo memorabile illud prœlium inter Hannibalem & Romanos fuiſſe perhibetur. In hoc loco Tullianus quidam Venantij filius, cuius magnum nomen magnaque autoritas in Lucanis erat,Ioannem adit, docetque Lucanos & Brutios non ſponte ſua,ſed contumelijs Græcorum coactos hoſtibus adhæſiſſe:ſi beneuolentiam & humanitatem ſeruare erga illas imperator velit, ſponte ſua populos eſſe redituros. Huic homini commendato, ampliſſimè Ioannes omnia pollicetur,eiusque vtiliſſima opera vſus eſt. Totilas verò,quum iam appropinquaret Ioannes delectum ſuorum equitum Capuam miſit,iubens vt intra mœnia conſiſtant,demonſtrationemque ſui quamminimam faciant. Sed quum prætenerit exercitus hoſtium,tunc à tergo ipſi ſubſequantur. Cætera verò ſibi curæ fore inquit. Hæc res adeo conterruit Ioannem, veritum ne ab hoſtibus circumueniatur,vt omiſſa ad Beliſarium profectione,in Brutios & Lucanos iter conuerterit. Erat in Brutijs Richimundus quidam Gothus à Totila cum exercitu miſſus, quo eam prouinciam contineret, ac circa Scyllam & Charybdim aditum cuſtodiret.hunc improuisò aggreſſus Ioannes,primo impetu profligauit,cæſaq; magna parte copiarum,reliquos vnà cum duce in deditionem accepit.Ex hoc iam Lucani & Brutij omnes à Gothis deficientes,imperatorias ſequuti ſunt partes. Et Ioannes quidem in his erat. Beliſarius autem aſſiduè expectans, incredibili dolore conficiebatur, damnabatq; Ioannis ignauiam,quòd non aduerſus equitatum,qui Capuæ fuerat,confixiſſet: præſertim quum ipſe vel optimum Hunnorum equitatum haberet,qui facilè peruincere poterat, & profligatis hoſtibus iter ſuum continuare, neque, quod turpiſſimum fuerit, conuertere. Hæc & huiuſmodi Beliſarius culpabat. Cæterùm querelæ inanes erant. Ioannes enim in Apulia ſtatiuis poſitis quieſcebat,cogitationemque Romam petendi omnino abiecerat. Timens igitur Beliſarius, ne obſeſſi deſtitutos ſe putent, ac ob deſperationem aliquod ſiniſtrum moliantur, ſtatuit per Tyberim auxilium ferre. nam per terram quidem non tantas habebat copias, vt congredi aduerſus hoſtes valeret.Flumen & ingenium ſibi ſpem afferebat per aquam ad vrbem peruadendi. Hac igitur cogitatione inſurgens, naues ducentas parauit ex eo genere nauigiorum, quæ dromadas Græci appellant. Hæ ſunt naues mœnia vndequaque lignea habentes, opportunis locis perforata ad ſagittas ac cætera tela in hoſtes emittenda. Aduerſus autem pontem,ac cætera impedimenta in flumine oppoſita, hæc excogitauit. Rates duas ferreis repagulis ac tignis inter ſe quamfirmiſſimè colligatas in flumine conſtituit, ſuperque his turrim ligneam ædificari fecit maioris altitudinis, quàm eſſent hoſtium turres ad tutelam pontis conſtructæ. His ita paratis,frumenta & alia neceſſaria ad victum,quæ Romam deferre conſtituerat,dromadibus impoſuit,ac fortiſſimos

Lucani & Brutij recepti.

Solers Beliſarij machinatio.

mos pugnaciſſimosq́; milites conſcendere in eas iuſſit, cæteram verò multitudinem iuxta ripam Tyberis incedere, ac trahere rates cum turri mandauit. Per hunc modum ſtructa parataq́; claſſe ad hoſtes contendit. Ipſe quidem vnam dromadum ingreſſus princeps ducebat, cæteræ ſequebantur. Ibat vnà & pedeſtris exercitus iuxta ripam illam, qua Portus eſt. Miſerat quoq; Romam Beliſarius ad Beſſam, vt eruptione per id tempus facta, hoſtes quammaximè diſtineret. Sed Beſſas neq; hoc, neq; aliud quicquam opportunum tota illa obſidione fecit. Claſſis igitur à Beliſario per eum modum ſtructa contra curſum fluminis contendebat. Gothi verò nullo in loco obuiam ingreſſi ſunt, ſed intra munitiones quieti perſtabant. Quum prope pontem iam eſſet claſſis, ſtationem hoſtium reperiunt, & præſidium vnum ad caput cathenæ impoſitum. Hoc igitur præſidium Beliſarij milites primo impetu expugnarunt, ſublataq́; cathena ad pontem iuerunt. Ibi pugna duriſſima orta eſt, conantibus Gothis pontem defendere, Beliſarij vero militibus pontem peruincere. Gothi enim ex caſtellis, quæ erant ad capita pontis, per pontem ipſum diſcurrentes fortiſſimè dimicabant. Milites autem nauibus ad pontem ipſum adactis, Gothis feriebant, nec in ponte conſiſtere patiebantur. Inter hęc Beliſarius rates, in quibus turris erat, quamproximè ad turrim hoſtium admoueri iuſſit: quumq́; adhæſiſſet, vaſa ſulfure ac pice plena, quæ ad hoc ipſum in ſumma turris parte ſuſpenſa ferebantur, incendi & in hoſtium turrim de ſuperiori loco demitti præcepit. Id quum factum eſſet, incidens in turrim hoſtium ignis confeſtim illam cum omnibus Gothis, qui in ipſa erant, cremauit. Fuerunt autem non pauciores ducentis, qui in eo incendio perierunt, & cum his præfectus eius præſidij, vir omnium Gothorũ pugnaciſſimus. Inde iam maiori alacritate milites in cæteros Gothorum ruentes, terga dare eos compulerunt, pontemq́; ceperunt, quem confeſtim inciſuri erant, & cum tota claſſe Romam profecturi. Neq; enim impedimenta ſupererant vlla, quo minus peruenire ad vrbem, & frumentum cæteraq́; inferre poſſent cum ſumma Beliſarij gloria, qui claſſem iſtiuſmodi excogitarat. Sed fortuna, vt videtur, aliud conſtituerat. Impedimentum enim non ab hoſtibus, ſed à ſuis coortum mirabili caſu omnia peruertit. Hoſtiam vrbem tenebant Gothi, quæ eſt in ſiniſtra Tyberis ripa iuxta mare, Portus autem in dextera. Quum Beliſarius cum claſſe proficiſceretur, vxorem & res ſuas in Portuenſi vrbe reliquit, præfecitq́; oppido Iſaacem, virum ſtrenuum & fidelem, cum ſatis grandi militum præſidio, iubens & obteſtans, ne quocunq; caſu ex oppido diſcederet, ſed ibi conſiſtens oppidũ tueretur. Quum igitur turrim hoſtium Beliſarius incendiſſet, vt diximus, volant confeſtim nuncij ad Portuenſem vrbem, atque, vt fit, victoriam magnam grandius extollunt: quibus nuncijs Iſaaces exultans lætitia, ac ſeſe animo attollens, quaſi veſanus quidam pręceptorum Beliſarij oblitus, milites capere arma iubet, ardore & impetu delatus ad inuadendum ſtationem hoſtium, quæ erat in alia ripa non procul ab Hoſtia, cucurrit. Inuadit ſubitò Gothos, ac primo impetu pellit. Sed hoſtes paulo pòſt ſeſe colligentes, cohortanteſq́; aduerſus Iſaacem redierunt, cæſaq́; magna parte militum, qui cum illo erant, ipſum diſcuſſa eius væſania ceperunt. His ita geſtis, equites quidam Beliſario detulerunt, Iſaacem captum eſſe ab hoſtibus. Quo quidem nuncio perculſus Beliſarius, nihil vltrà percontatus eſt, nec vbi, nec quomodo: ſed ita accepit, quaſi hoſtes Portum cepiſſent, vxoremq́; ac cætera eius omnia haberent in manibus. Itaq; tanto ſtatim dolore affectus eſt, vt loqui non valeret, retroq́; conuerſus, claſſem ac milites curſim reduxit, certiſſimo propoſito, vel oppidum recuperandi rebus adhuc recentibus, nec ab hoſtibus ſtabilitis, vel in prętio moriendi. Per hunc modũ victoria iam parata à Beliſario deſerta eſt.

Infelix caſus Beliſarium turbat.

Quum ad Portum perueniſſet, ſaluum eſſe oppidum, ac errore ſe deceptum cognouit. Tantumque dolorem ex hoc ſuſcepit, vt ægritudine correptus iaceret, ſequutaque ſubinde febris, longo ac periculoſo morbo eum detinuit. Iſaaces tantorum malorum cauſa, iuſſu Totilæ in vinculis occiditur, ob vindictam Roderici præfecti præſidij, qui ex vulnere in pugna ſuſcepto deceſſerat. Et omnino Totilas humanitatem illam, quam ab initio regni oſtenderat, in ſuperbiam crudelitatemque conuerterat, ſiue ſucceſſibus animos facientibus, ſiue quòd ficta ab initio virtus diu ſimulari non potuit. De populo certè Romano ſic acerbè loquebatur, vt vel hic terror cauſa fuerit pertinacius famem tolerandi, quod formidabant homines illius ſæuitiam atque immanitatem. Quamdiu igitur tempus fuit à Beliſario auxilij expectandi, ſupra vires, ſupraq; , vt ita dixerim, humanitatem populus Romanus famem tolerauit. Omitto cætera, equorum certè & aſinorum & mulorum carnes in delitijs per id tempus Romæ fuerunt: canes & mures, ac cætera immunda animalia quidam edebant, herbas omnis generis, quas etiam pecudes non attingunt. radicibus herbarum & corticibus arborum veſcebantur. Sed quum de auxilio iam deſperarent, in lachrymas lamentationesque conuerſi, alij ſponte ſua vitam finiebant, alij latentes per noctem ſtationes hoſtium fallere nitebantur. Multos etiam fames & inedia intra parietes proprios necauit. In his calamitatibus quum eſſet ciuitas, quatuor milites Iſauri de prodenda vrbe conſilium inierunt. Hi cuſtodiam agebant ad Cœlimontanam portam, quam vulgò Aſinariam vocant. Qui quum inter ſe id conſilium cepiſſent, fune per noctem à mœnibus demiſſo per eum deſcenderunt, Totilamque adeuntes, prodere ſibi vrbem pollicentur. Totilas verò hortatus eos, ac multa pollicitus, quoſdam è ſuis cum illis miſit, qui inſpicerent locum, & an fieri poſſet, conſiderarent. Iſauri eos ad mœnia ducentes, per eundem funem illis ſpectantibus conſcenderunt. Ita re diligenter inſpecta, quum fidem his adhibuiſſet; conſtituta ad facinus nocte, Totilas de prima vigilia armari exercitum, & ad ſe conuenire iubet. Id quum factum eſſet, quoſdam è ſuis, qui per funem conſcenderent, præmiſit. Ipſe cum exercitu ſequutus non procul à porta conſtitit. Miſſi à Totila vt compoſitum erat, ab Iſauris recepti mœnibus, moxque intra vrbem ad portam deſcendentes, ſecuribus freti, portas aperuerunt. Totilas igitur per hunc modũ Romam ingreſſus, exercitum ad portam continuit, neque ſuorum quenquam diſcurrere per vrbem paſſus eſt, ſed retinens apud ſe milites, diem expectabat. Clamor ſubitò ab ea parte exortus, hoſtes eſſe intra mœnia ſignificauit. Inde mira trepidatio & fuga fuit. Abibant fugientium agmina per eas portas, quę diuerſiſſimæ erant ab ingreſſu hoſtium. Multi etiam ex nobilitate & plebe ad eccleſias confugerunt. Quum dies tandem eluxit, per totam vrbem diſcurrerunt hoſtes, & quoſcumque nacti ſunt ciuium, ſine vllo delectu interfecerunt. Totilas vero à Laterano, vbi per noctem conſtiterat, mouens, ad beati Petri eccleſiam profectus eſt, quaſi votum exoluturus. Iter faciebat per vrbẽ ſtipatus cateruis ferociſſimorum hominum, qui nudis gladijs ac ſanguine diſtillantibus quoſcumque obuios ſine vlla diſtinctione occidebant. Emenſo totius vrbis ſpatio, quum in Vaticanum ad beati Petri limina perueniſſet, Pelagius, de quo ſuprà diximus, præſentiam eius formidans, ſolenni religionis habitu indutus, euangelia Chriſti tenens in manibus, ac genua ſummittens; Parce, inquit, rex ſupplicibus tuis. Totilas autem ſuperbo nimium aſpectu, quaſi dedignans; Nunc, inquit, Pelagi, mihi ſupplicaturus venis? Ad quẽ Pelagius: Nunc, inquit, quando deus te mihi dominum eſſe voluit. Miſerere igitur domine ſeruorum tuorum. Ex hoc Totilas quaſi lenita ira præcepit, vt nemo poſthac feriretur, ſed finis eſſet licentiæ gladiorum & cædibus. Præcepit,

Totilas mutatus.

Proditores vrbis.

Roma capta.

cepit etiam, vt nulla ingenua fœmina, ſen mulier, ſeu virgo, ſeu nupta, ſeu vidua foret, violaretur; idq; ſeuerè cum omni diligentia cuſtodiuit. Bona duntaxat Romanorũ ciuium in prædam militibus conceſſit, corpora libera eſſe iuſſit. Volens autem Gothorum mentes victoria elatas deprimere, in concione poſtridie vocatos in hunc modũ alloquutus eſt.

Totilæ ad ſuos oratio.

An quiſquã veſtrûm, cõmilitones, tantas mutationes intuens, quantæ per hos annos cõtigerunt, non formidet rerum humanarũ fragilitatem? & vnde mutationes iſtę perueniant, nõ facilè deprehẽdat? Omitto Romam, dominatricẽ quondam orbis terrarũ in veſtras manus nunc deueniſſe. hæc enim antiquiora ſunt, ruinaq; huius vrbis nõ nunc primũ incœpit. Ego noſtra commemorare malo. Quid potentius ante hoc bellum fuit, quàm Gothorũ gens per Italiam? ducenta milia bellatorum ponebat in campo, armis, equis, opibus, auro & argẽto affatim ſtructa; Italiam vniuerſam cum Sicilia, Corſica, Sardinia, & Dalmatia poſſidebat. Hanc tantam potentiam quisvnquam putaſſet ab ſeptem milibus Græcorũ, (nec enim plures ab initio in Italiam venerunt) fuiſſe ſubuerſam? Quid autem poſtea tenentibus omnia Gręcis, ac planè dominantibus, quiſquam ne putaſſet vos admodũ paucos & inopes aduerſus viginti milia Græcorum Italiam recuperaſſe, quũ ab initio quatuor equitum milia confiſceretis, ac præter Papiam, Veronam, & Taruiſium, nihil per Italiam teneretis, Romã nunc tandem caput rerũ cepiſſe, quam Vitigis ducentorũ milium exercitu, & annua obſidione ſubigere nequiuit? Maxima ſunt hæc, commilitones, ac digna admiratione non parua. Atqui mutationũ iſtarum cauſę, ſi attendere velimus, manifeſtiſſimæ ſunt. Quamdiu enim Gothi æquitatem ac iuſticiam inter ſe colere voluerunt, res eorũ ac potentia floruit: quum verò plus habendi cupiditas tranſuerſos egit, tunc ſeditiones domeſticæ, cędesq; inteſtinæ, & proditiones clandeſtinæ inter ſeipſos coortæ, ruinã pepererunt. Rurſus verò quũ in iuſticiam ducis hæ ipſę labes trãſiuerunt, vos iam emendati facilè eos ſuperaſtis. Hæc igitur conſiderantes, in hac victoria veſtra minimè ſuperbire debetis, ſed deum vereri, ac mutabilitatem fortunæ expaueſcere: illudq; intelligere, imperia ac potẽtias omnes perfacilè amitti, niſi per iuſtitiam, & prouidentiam, & induſtriam conſeruentur. Maximam igitur adhuc vobis, cõmilitones, laboris partem reſtare ſcitote. Nam tueri quęſita difficilius eſt, quàm acquirere. Quoniam in acquirendo ignauia poſſidentis ſępe plus confert, quàm propria virtus. Tueri autẽ quęſita ſine propria virtute nemo poteſt. Hæc tum à Totila dicta ſunt. Gothi autem ſapientiam regis ſui laudauerunt. Poſt hæc Romanis ad ſe vocatis, illorũ ingratitudinẽ erroresq; redarguit.

Totilæ cũ Rom. expoſtulatio.

Quòd quum prius fuiſſent in manibus Odoacri, opera Theoderici & Gothorum liberati ab illius tyrannide, tanta ſuſcepiſſent beneficia, quanta vix ſciuiſſent optare, propter quæ diuites atq; beati multos annos vixiſſent. Demum verò nulla iniuria, nullaq; contumelia accepta, contra fidem ac iuſiurandum ad Græcos defeciſſent, homines leuiſſimos & ſine vlla virtute. Qui ſtatim obſeſſi à Vitigide nunquam prodire in aciem auſi fuerint, ſed intra mœnia incluſi, ac fame macerati omne dedecus tolerauerint. Qui poſtquã non armis, ſed proditionibus & fallacijs facti ſunt domini ciuitatũ, publicanis exactoribusq; & delatoribus omnia referſerũt. Qui ciuitates populosq; Italiæ mirabili acerbitate ad ſolutionem eorum tributorum compulerint, quæ iam multis annis à Theoderico cæterisq; regibus fuerant eis condonata atq; remiſſa. Qui rationes adminiſtratorũ ſub eiſdem regibus à populis priuatisq; hominibus repopoſcerunt, vt imperatoris ſui inexplebilis auaritia impleretur. Dicite, inquit, Romani, ſi quid vnquam mali à Gothorum regibus paſſi fueritis; dicite rurſus, ſi quid boni à Gręculis iſtis accepiſtis vnquam? Qui vobis amicis plura mala, quàm hoſtibus intulerunt, genus vicio-

ſum ac maleficum,& nulla re magis,quàm mentiendo efficax. Atqui Gothi in Italia nati,& vnà vobiſcum educati ſunt; vobis autem peregrini & ignoti magis placuerũt,quàm veſtrates & noti. vſqueadeo quos amare debebatis, odiſtis noua optantes, & quietem faſtidientes, quemadmodũ equi ocio & affluentia calcitroſi fiunt. Vos igitur his contra rectam fidem contraq; vtilitatem veſtrã patraris,pœnas meritò luiſtis hactenus & luetis. His dictis Romanos ſine vlla ſpe bona dimiſit. Per eoſdem dies acta Iuſtinianæ nobilis mulieris cauſa eſt. Accuſabant illam Gothi, quòd ſtatuas Theoderici regis confringi deleriq; feciſſet, ob vindictam Boëtij mariti,ac Symmachi patris, quos Theodericus necari fecerat. Quod obijciebatur mulieri de ſtatuis deletis,verum fuiſſe putabatur: ſed excuſabat eam iuſtus dolor,quòd magnos illos viros iniuſtè necatos fuiſſe conſtabat. Qua ratione Totilas mulierem abſoluit,& ab impetu Gothorũ tutam ſeruauit. Poſt hæc legatos mittere ad Iuſtinianum decreuit.Fuerunt autem legati Pelagius,de quo ſuprà diximus, & Theodorus quidam Romanus orator. Hos Totilas grauiſſimis iuramentis obligauit, quòd mandata ſua fideliter exequerentur, & quòd in Italiam, quàm celeriter poſſent, ad ſe redibunt. Summa mandatorum hæc fuit. Si imperator ipſum & Gothos in amicis habere velit, ſe vrbem Romam ſeruaturum, & in cunctis expeditionibus permagna ac fidelia auxilia præſtaturum. Si autem bellum cum Gothis habere malit, Romam ad ſolum eſſe diruturũ, quoniam neq; tuendo illam in bello occupatus eſſe velit,neq; hoſtibus eam relinquere. Scripſit etiam ad Iuſtinianum epiſtola in hunc modũ.Quæ facta ſint de vrbe Roma,puto te omnia cognouiſſe:quorũ verò gratia legatos ad te mittimus,iſta ſunt. Pacis bona optamus & ſuſcipere & exhibere, vt nuper ſub Anaſtaſio Imperatore Rom. cum rege Theoderico fuit, quorum concordia & pax tranquillitatem illorũ temporum & permaxima commoda vtriſq; peperit. Si igitur & tu eiuſmodi mentis es,parentem meritò te vocabo, meq; & Gothos in quibuſcunq; expeditionibus auxiliares habebis:ſin alterius mentis es,à legatis intelliges,quæ ſequentur. Legati igitur cum his mandatis in Græciam nauigarunt.Totilas autem expectans illorum reditum Romæ conſiſtebat. Beliſarius apud Portum febri ac dolore animi confectus quieſcebat. Inter hæc Ioannes in Lucanis & Brutijs multa innouare perrexit. Quare Totilas quoq; mittere in Lucanos,ac bellum reſumere coactus eſt. Nec multo pòſt certior fit de Iuſtiniani reſponſo.Nam quum legati ad eum profecti,epiſtolam primò reddidiſſent,moxq; mandata expoſuiſſent, & addidiſſent ipſi preces ac ſupplicia pro conſeruatione vrbis Romæ in tanto diſcrimine conſtitutæ: nihil aliud ab imperatore reſponſum eſt,niſi Beliſarium eſſe in Italia,in cuius poteſtate atque arbitrio res Italiæ commiſiſſet. Id poſtquam Totilas intellexit, negare ſibi cernens quod poſtulauerat, Ioannis etiam factum indignatus, qui ſe quieſcentem, ac nuncios pro concordia miſſos expectantẽ bello laceſſiſſet, de euertenda vrbe Roma conſilium ſumpſit.Itaque inſurgens mirabili crudelitate mœnia Romæ pluribus locis ad ſolum euertit. Fuit autem illa, quæ euerſa eſt,ferè tertia pars totius ambitus murorum. Capitolium deinde incendit,circa forum & Suburram,& viam ſacram omnia conflagrauit: fumebat Quirinalis mons, Auentinus flammam incendij euomebat, fragor ruentium domorum vbiq; audiebatur. Inter hæc incendia multitudo vrbana cum coniugibus & liberis ſedibus patrijs educebatur, ne deplorandi quidem miſerias ſuas libertatem habens.Et populum quidem acturbam per oppida Campaniæ diſperſit,ſenatores verò ac patricios obſidum loco circa ſe retinuit. Roma poſt hæc cum toto exercitu egreſſus, eam deſolatam penitùs ac vacuam dereliquit,vt neque vir quiſquam,neque fœmina in illa remaneret.

De cauſa Iuſtinianæ, Boëtij coniugis, cognoſcitur.

Totilas vrbem demolitur et incendijs vaſtat.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTHOS LIBER IIII.

EGRESSVS Roma Totilas, partem exercitus contra Portum collocauit in loco, qui dicitur Algidone, ne Beliſarij milites quicquam moliri per eius abſentiam valerent. Ipſe cum reliquis copijs aduerſus Ioannem in Calabria profectus eſt. Ioannes verò ſimulac venire Totilam aduerſus ſe cognouit, turpiter fugiens, & omnia derelinquẽs, non prius conſtitit, quàm Hydrunto ſe recepit, quod eſt vltimum Calabriæ oppidum. Itaq; vbi ad eas partes Totilas peruenit, paruo momẽto Lucanos & Brutios & Calabros omnes præter Hydruntinos recuperauit. Per hoc tempus Spoletum à Gothis defecit. Cuſtodiebatur tunc ſolummodo arx. nam mœnia Spoleti Totilas euerterat. Arx verò facta erat ex amphitheatro, quod antiquitùs ea in vrbe exædificatum fuerat. Autor verò defectionis fuit Martianus quidam Byzantius, qui quum inter cuſtodes eſſet, inita cum decem & octo militibus coniuratione præfectum præſidij interfecit, arcemque Beliſario tradidit. Eodem ferè tempore Tarentum repoſitum eſt, quum prius deſertum ac deſolatum fuiſſet. Repoſuerunt eam vrbem Calabri, & alij populi, bello domo pulſi. Nec primùm eius vrbis magnitudinem, ſed partem illius quandam iuxta portum mari vtrinque cinctam occupantes, faciliter eius aditum à terra munierunt. Totilas redactis in poteſtatem cunctis Lucaniæ & Calabriæ oppidis, præter Hydruntum, quum inde abire ſtatuiſſet, præſidio militum apud Acheruſiam vrbem relicto, ipſe cum reliquo exercitu Rauennam petere contendit. Inter hæc Beliſarius longa febri liberatus, audax cœptũ, ac vt multi putaſſent, temerarium moliri aggreſſus eſt, quod tamen poſtea magnanimum & laudabile apparuit. Conſtituit enim Romam vrbem tunc deſolatam occupare ex improuiſo atque munire. Hoc igitur in ſe cælans conſilium, relictis apud Portum paucis militibus in præſidio eius oppidi, ipſe cum cæteris omnibus, quas habebat, copijs profectus, nemine vel ſuorum, vel hoſtium id ſuſpicante Romam occupauit, & incredibili celeritate munire illam perrexit. Quia enim ſubuerſa erant mœnia, tumultuario opere muri aliquid refecit, foſſas profundas ante muros egit, aggerem præacutis arborum ramis ab ſtipite ſub terram fixis, & inter ſeſe connexis communiuit. Turres ligneas & propugnacula ad tutelam refecti muri impoſuit. Hæc ſumma militum voluntate & opera xxiij diebus Beliſarius perfecit, nauesque à Portu frequentes aderant, frumentum ac cætera ad victum neceſſaria importantes. Romani ciues, quorum multitudo per finitima oppida conſtiterant, audita reſtitutione vrbis, mirabili deſiderio in patriam demigrabant, prẹſertim quum ibi frumenti copia haberetur, cuius defectu alibi premebantur. At enim Totilas poſtquam iſta ſenſit, relictis cæteris curis, Romam petere feſtinauit. Nondum portas vrbis imponere Beliſarius valuerat, quum hoſtes ſuperuenerunt. Neq; enim fabrorum facultas aderat, à quibus refici potuiſſent. Gothi prima die non longè ab vrbe contra portam Salariam caſtra fecerunt. Poſtridie verò ſub ortu Solis maximo tumultu atq; clamore ad expugnationem vrbis acceſſere. Beliſarius pugnaciſſimum quemq; militem delectum ad portam, reliquos per mœnia ac propugnacula collocauit, ac ſubeuntem deſuper ferire hoſtem iuſſit. Pugnatum eſt vehementer ab vtriſq;. nam Gothi ea ſpe venerant, vt primo ſtatim clamore vrbem confiderent ſe eſſe capturos. Qui quum viderent contrà, atque ipſi

Inſtauratio Tarentinæ vrbis.

Beliſarium Romam receptã inſtaurat et munit

Totilas Romam expugnatum redit.

rati fuerant, reſiſti; furore & ira incenſi ferebantur, temereq́ue ſubeuntes de ſuperiori loco percuſſi cadebant. Maximo conatu & mirabili pertinacia illa die vtrinque certatum eſt, pugnaq́ue manè cœpta ad noctem durauit. Poſtquam tenebræ factæ ſunt, Gothi in ſua caſtra redierunt. Beliſarij autem milites partim in mœnibus & propugnaculis, vt erant, conſtiterunt: partim ſtationem ad portas egerunt. Ne verò hoſtes per noctem improuiſi adirent, tribulos ante portas frequentes iecerunt. Altera, quæ ſequuta eſt die, Gothi eodem ordine ad vrbem acceſſerunt. Beliſarius autem & ſui eodem modo reſiſtebant. Sed quum in longum traheretur oppugnatio, milites, qui ſtationem habebant ad portam, ſubitò egreſſi, pedem conferre aduerſus Gothos, ac repugnare ex æquo auſi, tandem ab ea parte in fugam hoſtes verterunt, ac longè à porta multis vulneribus ſummouerunt. Ita finis oppugnationi impoſitus eſt. Poſt hæc multis diebus intermiſſis, quum interim vulneribus curandis & armis parandis intendiſſent, rurſus ad vrbem oppugnandam Gothi ſubierunt. Beliſarius verò milites ſuos iam magis fidentes porta educit, & nihilo minus turribus & propugnaculis aliam multitudinem imponit. Committitur ante portam prœlium atrox & vehemens, in quo quum ſignifer Totilæ lancea transfixus equo cecidiſſet, ſignúmque proſtratum eſſet, ſummo ſtudio concurſum eſt ab vtriſq; , à Gothis quidem vt ſignum ſeruarent, nec tantam ignominiam ſuſciperent; à Beliſarij verò militibus, quò ſigni capti gloriam nanciſcerentur. Tandem huius pugnæ exitus, vt Gothi quidem ſignum reciperent, Beliſarij verò milites corpus ſigniferi obtinerēt præter ſiniſtram manum: in qua quia anulus erat aureus, Gothi eam abſciderunt, ne hoſtes eo potirentur. His actis Totilas, quia ſe fruſtra conari videbat, prœlium diremit, ac poſtridie abiens Tybur conceſſit. Eam quippe tenebat vrbem, vt ſuprà diximus, maioremq́ue in modum munita arce, his quaſi caſtris aduerſus Romanos vtebatur. Romani verò, ne ſubitis incurſionibus ab ea parte infeſtarentur, cunctos Anienis pontes euerterunt. Anio flumen in Hernicis oritur, decurrensq́ue ex montibus planiciem ſecat inter Tybur & Romam. Habet verò præaltas ripas, & aquarum profunditatem non tranſmeabilem. Itaque pontes ſuper eo principalibus vijs exiſtebant, ceu Salaria, & Nomentana, & Tyburtina. His igitur tunc pontibus reciſis, fieri diſcurſiones aduerſus vrbem Romam ab ea parte non poterant. Beliſarius poſt Gothorum diſceſſum, portas vrbis earumq́ue ferramenta quietè iam fabricari fecit, clauesq́ue vrbis Romæ, quaſi iterum ab ſe partæ, ad Iuſtinianum in Græciam miſit. Finisq́ue fuit duodecimi anni huius belli. Proximo dehinc anno, vt primùm ver incœpit, Totilas Tybure profectus, Peruſiam duxit. Ea vrbs pridem obſidebatur ab alia Gothorum manu. Quumq́ue deficeret iam frumentum & cætera neceſſaria ad victum, Totilas eò profectus eſt, quò obſidionem magis vrgeret, ac omnem ſpem obſeſſis auferret. Dum circa Peruſiam vrbem Totilas commoratur, Ioannes quum audiſſet Totilam in obſidione occupatum eſſe, ſenatores verò ac patricios vrbis Romæ, quos ſecum Totilas eduxerat, per Campaniæ oppida ſub militum cuſtodia reliquiſſe, famam ſui nominis extendere cogitauit per illorum liberationem. Mouens igitur ex Calabria cum delecto equitatu, neque die, neque noctu intermiſſo itinere in Campaniam venit. Totilas vero per id ipſum tempus hæc eadem ſuſpicatus, validam Gothorum manum in Campaniam deſtinauerat. Hi quum Minturnas peruenuiſſent, ibi ſubſtiterunt, partemq; ſuorum aliquam præmiſerunt, qui oppida ſpecularentur: forteq; fortuna accidit, vt Gothi equites præmiſſi in Ioannem eiusq; equitatum inciderent, ſtatimq; prœlium inter eos cœptū eſt, in quo præualens Ioannes, multis eorum occiſis, plurimis vulneratis, eos

Pugna de ſigno Gothico.

Ioanes patricios Rom. liberat

in fugam vertit. Ea profligatione etiam hi,qui Minturnis remanſerant,conterriti aufugerunt. Et Ioannes abducendi, quos voluit,permagnam habuit facultatem. Nam oppida Campaniæ ſine mœnibus erant. iampridem enim Gothi illa euerterāt. Itaq; ex ſingulis oppidis Romanos capiens,omnes,qui ibi reperti ſunt,de manibus Gothorum liberauit atque abduxit,pręter Clementinum & Oreſtem:quorum alter abire noluit,imperatorem formidans: alter defectum equorum cauſatus, in ambiguo remanſit. Non multi tamen ſenatores in Campania reperti ſunt, ſed mulieres ſenatorum complurimæ. viri enim nocte illa,qua Totilas vrbem cepit,pleriq; militum agmen ſequuti in Portuenſem vrbem refugerant. Totilas verò quum hæc,quæ à Ioanne facta ſunt,cognouiſſet;valde commotus eſt,pœnasq; à Ioanne ſumere conſtituit.Itaq; parte copiarum in obſidione Perufiæ relicta,ipſe cum reliquo exercitu magnis itineribus per Picentes, & Marſos, & Pelignos in Apuliam properauit,tranſuerſisq; itineribus profectus non prius deſtitit,quàm in Calabria repertum Ioannem repentè inuaſit, & cum toto exercitu profligauit, *Totilas Ioannem profligat.* caſtra etiam cepit. Non tamen permagna cædes facta eſt à Gothis.nam erat nox,quum aggreſſi ſunt caſtra. Quare faciliter latitando milites in proximos montes euaſerunt. Ioannes & Arnulfus Erulorum ductor,qui vnà cum Ioanne militabat, Hydruntum ex fuga ſe receperunt: milites que poſtmodum diuerſis itineribus ad eos conuenere. Hæc Totilæ victoria maximè nomen eius inclytum reddidit. Præclarum enim viſum eſt,regem à Perufiæ mœnibus in Calabriam vſque tanta celeritate iter feciſſe,quanta vix nudus viator graderetur. Nec ipſe lectica aut rheda delatus,ſed pari cum militibus labore equo profectus,armiſque ſuis oneratus inceſſit.Haud multo pôſt id prœlium , aliæ à Iuſtiniano copiæ in Italiam miſſæ, Hydrunto applicare cœperunt. Permotus enim imperator crebris Beliſarij literis, qui conditionem belli ſignificans , ſupplementa poſtulabat, nouas copias in Italiam mittere decreuerat,& Beliſario ſcripſerat,vt in Calabriam ſe transferret ad recipiendum milites,& bellum aduerſus hoſtes illic gerendum. Ductores verò nouarum copiarum erant Valerianus Armeniorum ductor, & Verus Erulorum. Beliſarius quum Imperatoris literas mandataque ſuſcepiſſet, cæteris Romę,& apud Portum relictis copijs,ſub cura & gubernatione Cononis legati , ipſe cum noningentis militibus delectis, quorum ſeptingenti equites ducenti pedites fuerunt,mari delatus,Calabriam petere contendit.Erat verò propoſitum eius, Tarenti copias exponere, quod abeſt ab Hydrunto bidui itinere,eoque in loco reliquum exercitum cogere. Sed vento aduerſante,contra propoſitum animi ſui Crotonis in portu copias exponere coactus eſt. Vi enim tempeſtatis nec antè,neque retrò nauigare poterat. Crotone igitur expoſitis copijs , quoniam his in locis pabuli facultas non erat, equites à peditibus ſeparare compellitur. Ipſe enim cum peditibus & vxore Crotonis remanſit , quò Ioannem cum cæteris copijs ad ſe vocaret:equites verò vltra progredi iuſſit , & in finibus Turinorum conſiſtere. ſic enim perfacilè ſibi & equis opportuna reperturos , ac futuros tuto in loco, quoniam Lucani montes in Brutios diſcurrentes , duas valles arctis aditibus faciunt, nec procul ab altera valle iuxta littus maris Ruſcia eſt Turinorum caſtellum , ſupraque illud eſt oppidum remotius à mari arduo loco ſitum , quod Ruſcianum vocant.Id oppidum Ioannes præſidio militum cuſtodiebat.Beliſarius igitur equites ſuos ad hæc loca dimiſit,eiſque præfecit Phaſam genere Iberum,præſtantiſſimum bello virum,& Barbationem Thracem:cuſtodireq; aſſiduè aditum iuſſit. his equitibus, quū ad ea loca veniſſent,caſu quodam obuij ſiunt equites hoſtium , quos Totilas ad tentandum oppidum miſerat,quod ſuprà diximus Ioannis præſidio cuſtodiri. Prœlioq; commiſſo,

Negligentia militum punita.

Beliſarij equites, licet pauciores numero, tamen facilè ſuperarunt, ac ſupra ducentos ex hoſtibus occiderunt. Stantes verò in his locis vtpote victores, & procul ab oculis ſui ducis commorantes; neq; ordinem, neque diſciplinam ſeruabant. Vagantes procul à ſignis, vigilias negligentes, nec exploratores mittere, nec ſpeculatores habere curabant, nec arcta vallis, qua facilè arcere hoſtem poterant, cuſtodire. Quæ poſtquam Totilas cognouit, cum tribus equitum milibus profectus, eos nihil ſuſpicantes inuaſit. fauces enim illas, aditusq; prius tranſgreſſus eſt, quàm Beliſarij equites venturum ſenſiſſent. Hinc cædes & profligatio ingens fieri cœpta. Phaſas & Barbation erant præfecti, quorum Phaſas cum turma ſuorum equitum Totilæ occurrens, mirabilia virtutis opera edidit, ipſeq; cum omnibus ſuis equitibus ad extremũ occubuit. Barbation cum duobus tantùm comitibus aufugit, cæteri vel capti vel interfecti ſunt. Fuerunt & qui ſtatim fugam arripientes ad Beliſarium tantæ cladis nuncij euaderent. Beliſarius amiſſo equitatu, quum ſuſpicaretur hoſtes aduerſus ſe eſſe venturos; naues properè conſcendit, ac magno cum dolore ſeſe ventis permittens, eadem illa die Meſſanam in Siciliam delatus eſt, quæ diſtat à Crotone milia paſſuum circiter nonaginta. Totilas verò quum ea perfeciſſet, ac vires hoſtium turbatæ eſſent, Ruſcianum oppidum obſidere conſtituit. Erant enim in oppido trecenti equites à Ioanne collocati, & pedites centum à Beliſario nuper miſſi: præterea Italorum equites & pedites magno numero, quibus ſi obſiderentur, ſatis maturè defuturi commeatus videbantur. Hac igitur ſpe Totilas oppidum circumſedit.

Cono necatus à ſuis militibus.

Per hoc tempus milites à Beliſario Romæ relicti Cononem præfectum ſuum interfecerunt, irati & indignantes, quòd ille mercatura frumentaria clandeſtinè inita, precium annonæ quotidie augeret. iidem milites à Iuſtiniano per legatos poſtularunt huius delicti abolitionem, aſſerentes, niſi id concedat imperator, ac ſtipendia inſuper eis debita ſoluat, ſe Romam Totilæ eſſe tradituros; quo quidem metu omnia illis ſunt conceſſa. Obſeſſi verò apud Ruſcianum oppidum, quum defectu annonæ premerentur, ſermone cum Totila habito, certi temporis inducias paciſcuntur, intra quod tempus niſi veniant ſubſidia, oppidum dedere promiſerunt. Ex hoc iam apparatus fiebant, à Ioanne quidem, vt illis opem ferret, à Totila verò, vt prohiberet. Inter hæc Beliſarius ex Sicilia Hydruntum venerat, & Valerianum milites q; nouos à Iuſtiniano miſſos ſuſceperat. itaq; copiarum abundè erat, nec deerant naues, quibus ad liberandum obſidione ſocios veherentur. Omnibus igitur paratis, ac militibus nauibus impoſitis, Rûſciam nau'garunt. Obſeſſi vero claſſem cernẽtes, (nam oppidum celſo loco ſitum mare proſpicit) ingenti lætitia exultantes, conſtituta die deditionem facere noluerunt. Nec multo pòſt claſſis vento diſſipata, varijs in locis naues diuiſit. Deinde quum Crotonis portu ſimul conueniſſent, rurſus inde mouentes Ruſciam petierunt. Totilas quum appropinquarent naues, Gothos armari fecit, ac eos per littus cõtra proras nauium diſpoſuit, haſtis & ſagittis appellere claſſem prohibentes. Quos quum viderent Græci ac periculum horrerent, commorati aliquo tempore iuxta littus, quaſi mox deſcenſuri, tandem re deſperata, con uerſis retrò proris abierunt. Conſultantibus deinde, quid agendũ foret pro obſeſſorum ſalute, placuit, vt Ioannes & Valerianus cum equitatu ac cęteris copijs in agrum Picenum proficiſcerentur, ibiq; bellum tumultuosè inferrent, quo Totilas ſuccurrere ſuis rebus, ac obſidionẽ ſoluere cogeretur: Beliſarius autem claſſe Romam nauigaret, ad ſeditionem militarem, de qua ſuprà diximus, compeſcendam, ac frumentũ claſſe conuehendum. His in concilio decretis, Ioannes maturè iter arripuit, per Apuliam & Marſos in Picẽtes vadens. Valerianus claſſe deferri maluit. Itaq; nauibus delatus Anconæ milit.

næ milites expoſuit, ac ſe cum Ioannis exercitu coniunxit. Nec ob eam tamen rem Totilas obſidionem diſſoluit, ſed duobus equitum milibus in Picentes miſſis, qui aduerſus Ioannis Valerianiq; copias tuerentur oppida, ipſe cum reliquo exercitu in obſidione permanſit. Obſeſſi verò, quum penitùs iam neceſſaria deficerent, nec vlla ſpes auxilij ſupereſſet, Deoferum Italicum, Godilam Thracem ad Totilam mittunt, ſalutem ac veniam poſtulantes. Hi præter expectationem ſuam perfacilem Totilam reppererunt. vni ſe duntaxat fœdifragium imputare dixit, eiusq; vnius pœna fore contentum, cæteris omnibus impunitatem concedere. ſi ſecum militare velint, omnia ſua retenturos: ſin abire malint, cum ſingulis veſtimentis abituros. Per hunc modum oppidum recepit, & Colaſerum præfectum præſidij, qui autor fuerat oppidi ſecundum conuenta non reddendi, verberatum prius, ac mutilatum, interfici iuſſit, cęteris promiſſa ex fide ſeruauit. Remanſit verò cũ Totila magna pars militum, quò res ſuas retinerent. Alij relictis armis, & equis, & rebus ſuis omnibus, cum ſingulis veſtimentis Crotonem abierunt. Oppidanorum bona in prædam militibus ſuis Totilas conceſſit, corpora tamen libera eſſe iuſſit. Per hoc tempus Antonina Beliſarij vxor Byzantium profecta eſt, quò Theodoram Iuſtiniani vxorem rogaret pro Beliſarij ab Italia reuocatione: ſed quum Theodoram paulo antè defunctam eſſe reppeřiſſet, ipſa pro ſe Iuſtinianum adiens, multis precibus cum illo egit, vt maritus ex Italia reuocaretur. Et impetrauit quidem faciliter, præſertim quum belli Parthici timor ingẽs adeſſet. Ita Beliſarius ex Italia reuocatus, quinquennio ferè, poſtquam venerat, in Græciã rediji: non eadẽ fortuna fretus in hac vltima expeditione, qua fretus fuerat in prima. Romę verò abiens tria milia delectorũ militum in præſidio reliquit, ſub ductu & gubernatione Diogenis legati, viri prudentis & bellorũ gnari. Eo abeunte Gothi Peruſiam longo tempore obſeſſam vi & armis ceperũt. Totilas expeditis Calabriæ Apulięq; rebus, ad obſidionem vrbis Romæ redire conſtituit. Faciebant verò ſibi animos Beliſarij receſſus, & vbiq; per Italiam proſperæ Gothorum res, Græcorum aduerſæ. Contractis igitur vndiq; copijs, quum ſatis parata eſſent omnia, Romam veniens vrbem obſedit. Erant Romæ in præſidio delectorum tria milia militum cum Diogene eorum duce, viro ſingulari. hi vigilando & agendo, & opportunis locis repugnando vrbem quamoptimè tutabantur. Itaq; in longum tempus protracta obſidio eſt, nec ſpes vlla Gothis, niſi in fame relicta. Durante apud vrbem obſidione, Vigilius Pont. Rom. qui tunc Byzantij erat, cumque eò permulti ab Italia præſtantes viri, ſummo ſtudio Iuſtinianum precabantur, vt Beliſarium cum ineſtimabili potentia in Italiam remitteret ad obſidionem vrbis Romæ diſſoluendam, alioquin res ad manifeſtam tendere ruinam oſtendebant. Hæc eadem Godingus vir conſularis à pop. Rom. miſſus orator precabatur. Iuſtinianus autem ſibi curæ fore res Italiæ reſpondebat: cæterùm differendo ac procraſtinando nihil efficiebat. Tandem verò, quum acrius infeſtaretur, Liberium quendã ex nobilitate Romana Italico bello ducem pronunciauit, apparatibusq; faciendis ab initio vehemens fuit, mox alijs ſuperuenientibus curis, intermiſit. Itaq; irrita exſpectatione, inter moras & apparatus tempus trãſijt. Roma interea durius obſidebatur. Gothi enim expugnata Portuenſi vrbe, ne quid per Tyberim ad obſeſſos importari poſſet, effecerant. Oppido quoq; finitima vrbi ferè omnia in poteſtatẽ ſuam redegerant, ne qua ſubſidia inde Romam deferrentur. ſed erat legati & militum incredibilis diligentia. Iampridem enim hæc præuidentes, omnia intra vrbẽ loca, quæ vacua ædificijs erant conſeri fecerant. Ex quo factum eſt, vt deficiente vetere frumento, nouum intra pomeria natum ſuperueniret. Per hunc modũ longo tempore obſidionem pertule-

Totilas fidem datam ſeruat.

Iterum Beliſarius ex Italia reuocatus.

Roma rurſus obſeſſa.

runt. deniq; ſeruaſſent vrbem, niſi ad extremum proditio paucorum eos peruertiſſet. Ad portã enim, quæ eſt via Hoſtienſi, qua ad beati Pauli ædem itur, ſtatio erat militum Iſaurorum. Hi poſt longam obſidionem queſti inter ſe, quòd multorum annorũ ſtipendijs fraudarentur, ſimulq; grandia ſperantes præmia, clàm ad Totilam profecti, tradere ſibi eam portam, cui pręſint, paciſcuntur; tempusq; & modum ad rem patrandam conſtituunt. Quũ verò nox conſtituta proditioni aduenit, Totilas hæc machinatur. Duabus nauiculis in flumine Tyberi dimiſſis tubicines imponit, iubens vt aduerſum fluuium nauigantes ſub ambitum murorũ penetrent. Quumq; ibi fuerint, tunc repentè clangorem tubarum quamterribilem emittant. Ipſe verò cum exercitu ſilentio profectus, non longè ab ea porta, de qua diximus, conſedit. Omnia ſucceſſere ſecundum Totilæ optata. Tubicines enim nauiculis aduecti, quum ad eum locum veniſſent, terribili ac repentino tubarum ſonitu Romanos perculſerunt, hoſtes ab ea parte adeſſe putantes. Et vndiq; ad eum locum concurſum eſt, & vigilias circa vrbẽ obibant, eo trepidi decurrerunt. Dúmque omnes concurſant, ac cætera negligunt, proditores ſoli relicti, porta refracta Totilam & Gothos intra vrbem receperunt, ſtatimque cędes fieri cœpta eſt Romanorum & militum. Nec iam de reſiſtendo, ſed de fugiendo cogitatum. Fugiebant verò per diuerſas maximè portas. Diogenes præfectus quoniam nulla remedia ſupereſſe videbat, cum parte militum Roma egreſſus Centumcellas petere contendit. Sed Totilas hoc fore ſuſpicatus (nam cæteris amiſſis id ferè ſolùm relinquebatur oppidum) inſidias eo itinere collocauerat, in quas incidens Diogenes, magna parte militum amiſſa, ipſe grauiter vulneratus vix atq; anxiè euaſit. Erat Romæ inter cæteros ductores Paulus ex Cilicia, præfectus equitum turmę. Is in hac turbulentiſſima nocte, quum per vrbem captam pluribus locis prœlia inijſſet, tandem ad molem Adriani cum ſuis equitibus ſe recepit. Orta demum luce per vrbem redundantibus Gothis, quum & Capitolium, & Aeſquiliæ, ac cætera vrbis loca iam capta eſſent; ad molẽ tamen Adriani vehementiſſimè pugnabatur. Habebat enim Paulus equites quadringentos, cum quibus & molem, & pontem, qui iuxta eſt, egregiè defendebat, pugnaq; in ipſo ponte commiſſa multos Gothorũ occiderat, ac demum vltra pontem ſummouerat. Quæ cernens Totilas, ſuos è pugna reuocauit. Nullo meorum ſanguine mihi conſtet, inquit, horum interitus. Ego vel ſedens iſtos conficiam, quũ nec ipſi, nec equi habeant, quò in craſtinum vitam ſuſtentent. Ita reuocatis à pugna ſuis, & ſtationibus militum contra pontem molemq; poſitis, nullas obſeſſis moleſtias inferre iuſſit. Paulus & equites diem illam totam & noctem inſequutá abſq; cibo commorati, poſtridie conſultabant, quid agendum ſibi potiſſimũ foret. Erant qui equorum carnibus ſuſtentandam obſidionem ſuadebãt: hoc rurſus conſilium horrorem quendam inſoliti cibi habere videbatur. Fugæ verò ſpem circumfuſa Gothorũ agmina præripiebant. reſtabat deditio. ea verò plena terroris ac dedecoris erat. Itaq; Paulus ſuſcipiens verba; Vtcunq;, inquit, nos vertamus, commilitones, extrema nobis adeſſe videtis. Nam fugæ quidẽ nulla facultas eſt, circumfuſis hoſtiũ copijs, ac nos impigrè obſeruantibus. Dedi verò Gothis, ſupra turpitudinem vilitatemq; conſilij, cruciatus inſuper excarnificationesq; portendit. Barbarorũ enim ſæuitia ſimplici mortis genere contenta eſſe nõ ſolet. Durare verò in obſidione, ac cibo equorũ paſci; eorum forſitan eſſet, qui auxilia ſibi ventura expectarẽt: nobis autem carentibus ea ſpe, nulla ratio ſuadere hanc tolerantiam poteſt, niſi viliſſima detrectatio mortis: ceu pueri formidoloſi dolore cõfici malunt, quàm ferro ſecari. Ego verò dedi hoſtibus, & tabeſcere inedia, eorum puto, qui cor & ſanguinem non habent. At nobis manu ſtrenuis, & prœliorum non inſuetis,

Rurſus Iſauri produnt vrbem.

Roma recepta per Totilam.

Pauli ad ſuos oratio.

gloriosa

glorioſa mors eſt complectenda. Sic enim moriamur, ut ſanguine hoſtium madentes non inulti cadamus, nec rideat hoſtis noſtro interitu, ſed fleat: nec iugulum noſtrum præbeamus hoſti, ſed eius iugulum ferro noſtro pertringamus. Quid enim paucorum annorum acceſſio nobis prodeſſet, quum & ſi nunc ſeruati, tamen paulopòſt ſimus obituri? Gloria extendere vitam hominibus poteſt, natura non poteſt. Ite igitur mecum ad glorioſam mortem, quā ciues ſimul & hoſtes admirabuntur, ac laudibus in cœlum perpetuis ferent. His dictis incenſi equites, ſeſe morti deuouerunt. Quare complexi ſeſe inuicem & oſculati, certiſſimo moriendi propoſito ad dimicandum ſe parant. *Pauli militum magnanimitas.* Erat enim conſilium in proximam ſtationem Gothorum ruere, factaque per magna hoſtium cæde interire. Quos quum videret Totilas ad extremum caſum parari, veritus ne hominum diſperatorum conatus maiorem, quàm pro numero, cladem Gothis afferret, caduceatore ad eos miſſo electionem permiſit: Mallént ne relictis armis & equis incolumes abire, an omnia retinentes ſecum militare æquo iure cum alijs militibus. Ea quum audiſſent equites læti ſunt, ac primo ſua relinquere, & Byzantium abire malebant. Poſtea verò cogitantes longum iter, & inſidias uiarum, elegerunt omnes apud Totilam remanere, præter Paulum eorum ducem, & Mindum Iſaurum. Hi duo, *Totilæ clementia.* quia natos & vxores domi habebant, abire maluerunt. quos Totilas viatico ac cæteris opportunis liberaliter adiutos, Byzantium remiſit. Alios quoque ex præſidio milites, quot ad ædes ſacras confugerant, Totilas inuiolatos eſſe iuſſit. In vrbem vero Romam neque deſæuiuit amplius, neque deſolare illam vt prius fecerat, perrexit; ſed ciues tā ex Campaniæ oppidis, quàm ex cæteris locis ſtudioſiſſimè reuocauit, ludoſque equeſtres ac cætera magnificentiæ opera, quæ beatis tranquilliſque ciuitatibus fieri conſuerunt, inſigni apparatu Romæ edidit, quo ciues bonam ſpem ſuſciperent, ac deſiderio vrbis allicerentur. Aedes quoque vel euerſas, vel incendio prima illa deſolatione conflagratas reſtituere ac reparare nixus eſt. Denique tantum frequentandi Romā ſtudium oſtendit, quantum prius oſtenderat deſolandi. Hanc tantam varietatem mutationemque volūtatis, alij ex voto Apoſtolis facto proueniſſe credunt, quorum templa euertiſſe videri poterat, quum ciuitatem euertit: alij ad vtilitatem opportunitatemque belli totum referebant: alij poſtulanti nuper Totilæ regi Francorum filiam in matrimonium, fuiſſe reſponſum tradunt, non eſſe Totilam Italiæ regem, quum vrbem Romam euerterit, qua infamia permotum ferunt ad vrbem reparandam animum conuertiſſe. Quacunque denique cauſa factum ſit, reſtituere ac reparare vrbem Romam conatus eſt. Poſt hæc in Siciliam expeditionem parauit. Cuius rei gratia permagnam longarum nauium claſſem effecit. Addidit etiam onerarias naues permultas. Dumque ea parat, Centumcellas, quæ vna vrbs nondum in poteſtatem ſuam peruenerat, mari terraque obſidere conſtituit. Præerat enim ei urbi Diogenes, quem nuper fugiſſe Roma oſtendimus. Collegerat verò manum ſatis validam militum. Quum igitur Gothorum exercitus Centumcellas adijſſet, ac prope mœnia eius vrbis poſuiſſet caſtra, Totilas ad Diogenem legatis miſſis, vel pugna decerneret aduerſus Gothos, vel vrbem dederet, poſtulauit. Nam expectare à Iuſtiniano auxilium nequaquam eum debere, quum Romę tamdiu obſeſſæ nunquam ſubuenerit, niſi fortè exiſtimet, illum Centumcellas pluris facere, quā Romā. Ad hęc Diogenes reſpondit, pugna quidē decernendum in pręſentia non videri: dedere verò vrbem ſalua exiſtimatione ac fide ſua non poſſe, niſi imperatore commonefacto, & auxilijs poſtulatis. Atque ita quū iuſta ac honeſta dicere uideretur, conuentio quædam fit inter Diogenē & Totilā, niſi Iuſtinianus imperator certior factus per ſe, uel per aliū opem tulerit, ad conſtitutā diem Centūcellas Diogenē eſſe traditurū, Totilā

verò interea moleſtias nullas inferre debere. Pro his obſeruandis obſides dati. Poſt iſta conuenta obſidionem Totilas diſſoluit, & paratis iam omnibus, quæ paranda fuerunt, ad bellum Siciliæ conuerſus eſt. Et naues quidem ad fretum Siculum præſto ibi fore mandauit. Ipſe verò pedeſtri itinere Rhegium vſque profectus, eam vrbem expugnare adortus eſt. Præerant vrbi Teremundus & Imereus, à Beliſario dudum ibi collocati. Hi ſæpius expugnare conatos multis vulneribus Gothos repulerunt. Quam ob rem deſperās Totilas vi poſſe vrbem peruincere, lenta obſidione ad famem redigere inſtituit. Itaque manu quadam Gothorum ibi relicta, cæteram multitudinem claſſe ad expugnandum Tarentum duxit, ac faciliter eam vrbem cepit. Tranſgreſſus deinde in Siciliam, quum minora quædam oppida vel vi, vel pactione in poteſtatem ſuam redegiſſet, tandem Syracuſas mari terraque obſedit. Per idem tempus Gothi, quos in Picentes aduerſus Ioannem & Valerianũ miſſos oſtendimus, magnis ſupplementis acceptis, ac ſuperiores bello facti, Ariminum cepere. Nec procul Rauenna conſerto alio prælio, Verum Erulolorum ducem cum copijs omnibus interfecerunt. Et qui apud vrbem Rhegium obſidebantur, Teremundus & Imereus, deficiente commeatu, ſeſe ac oppidum Gothis tradiderunt. Hæc ſimul omnia ſub vnum tempus Iuſtiniano nunciata, quum & Rhegium, & Tarentum, & Ariminum capta, & tranſitũ in Siciliam Totilæ audiſſet, attonitus tot rerum motibus, Germanum patruelem ſuum Italico bello Gothicoque ducem pronunciauit, magnoſque ſubinde apparatus fieri iuſſit. Huius rei fama quum in Italiam delata eſſet, hoſtes conterruit, & amicos in ſpem maximam erexit. Erat enim Germanus vir alti animi, nec minoris conſilij, liberalitate egregia, ac ſumma apud populos militeſque gratia. Et accedebat his, quod Mathaſuntam Theodorici neptem, poſt mortem Vitigidis vxorem acceperat. Quæ quidem res fauorem Gothorum ſibi plurimum conciliarat. Itaque ſtatim fama ingens maximaque expectatio eius per Italiam erat. Quum eſſet iam in Illyrico Germanus, Sclauinorum gens tranſmiſſo Danubio Romani imperij prouincias inuaſit, genus hominum crudele atque immane, qui quum ſe in Macedoniam Thraciamque conuertiſſent, tantum Iuſtiniano metum intulerunt, ut Germanum iter in Italiam cœptum intermittere iuberet. Ea mora interueniente, Gothi per Italiã & Siciliam peruadendi omnia tempus facultatemq; plurimam habuere. Inter hæc dies conſtituta aduenit, qua Diogenes Centumcellas tradere promiſerat. Et Totilas ad eum mittens, uerbem popoſcit. Diogenes verò Germanum ducem, nouiter præfectum Italiæ bello allegabat: ob id mutatam conditionem rerum, nec poſſe ſe urbem tradere aſſerebat, quum ipſe Germanus rei dominus in itinere exiſtat, ac propediem fit in Italia futurus. Totilas in Sicilia Syracuſas obſidebat, exercituſque Gothorum nullo repugnante per vniuerſam Siciliam diſcurrens, omnia prædabatur. In Italia verò Rauenna, & Ancon, & Hydruntum, & Centumcellæ cum alijs quibuſdam oppidis durabant in partibus, cætera omnia Gothi poſſidebant: vna modo ſpes homines ſuſtentabat, Germani aduentus, quæ & ipſa defecit. Nam quum vehementer in Italia expectaretur, morbo correptus, magno cũ dolore ſuorum in Illyrico diem obijt. Habebat Germanus filios duos, quos ſecum in Italiam ducebat. Eos Imperator proſequi paternum Italiæ cœptum mandauit, vnà cum Ioanne Vitaliani, noto iam per Italiam duce, ipſorum affine. Nam Ioannes filiam Germani vxorem habebat. Itaque Ioannes ac Germani filij exercitum ducentes, Salonas peruenerunt. Et quoniam hyems erat, hybernare illic conſtituerunt, primo ſtatim vere Rauennam traiecturi. Per hæc ipſa ferè tempora Liberius à Iuſtiniano cum claſſe in Siciliam miſſus, Syracuſas ingreſſus eſt; Gothis, qui ſtationem in portu habebant, prohibere ingreſſum nequa-

Totilas in Siciliam tranſijcit.

Germano decreta Italia.

nequaquam valentibus: ſed mox veritus rerũ neceſſariarum defectũ quem ſuorum multitudo in vrbe obſeſſa breui tempore inductura videbatur, abire conſtituit. Itaque paucis poſt diebus cum eadem claſſe Syracuſis abiens, Panormũ nauigauit. Inter hæc Iuſtinianus mutato rurſus propoſito, Narſetem eunuchum Italico bello ducem præfecit, illiq́ue pecunias & exercitum largè promiſit. Et Ioanni ſcripſit, ne in Italiã traijceret, ſed Salonis manẽs aduentum Narſetis præſtolaretur. Narſes igitur ſuſcepto impigrè negocio, magnas vndique copias parare inſtituit: in quibus comparandis gratia eius ac potentia plurimum adiuuabat. Erat enim arcanorum imperatoris omnium conſcius ac moderator, permagnasq́ue amicitias & clientelas cum regibus proceribusq́ue barbarorum habebat. Apparatibus factis, & copijs in Illyrico ſibi adeſſe iuſſis, quum ipſe ingreſſus iter Philippopolim, quę eſt in Thracia, iam perueniſſet, conſiſtendi ac morandi in ea vrbe neceſſitas incubuit. Hunni ſiquidem magno exercitu Macedoniam Thraciamq́ue ingreſſi cuncta populabantur, ac vias præcluſerant. Tandem verò, quum pars Hunnorum vna Theſſalonicam, altera Byzantium petijſſet, profectus inde Narſes iter ſuum proſequutus eſt. Iam Totilas cognito apparatu hoſtium, in Italiam redierat. Sicilienſi autem bello quatuor ex ducibus ſuis præfectos reliquerat. Ipſe quæ opportuna videbantur, per Italiam prouidebat. Vt verò & ipſe potentiam ſuam aduerſus Græcos oſtentaret, ac vice verſa eos inuaderet, claſſem mangno nauium longarum numero in Græciam miſit, iubens vt quammaximo fieri poſſet tumultu, cuncta popularentur. Ea claſſis Corcyram primo, ac proximas inſulas diripuit: mox in continentem tranſgreſſa, per Cyprum, & Acarnaniam, & Aetoliam cuncta incendijs rapinisq́ue fœdauit, mareq́ue obſeruans multa Græcorum nauigia, quæ in Italiam Illiricumque nauigabant, excepit, totumq́ue mare infeſtum & inutile nauigantibus reddidit. Dum hæc per Græciam à Gothis geruntur, Totilas nouo exercitu in Picentes miſſo, Anconem terra mariq́ue obſideri mandauit. Duces verò præfecit huic expeditioni tres, Scipuarem, & Vdilam, & Gothidilũ, quibus etiam claſſem attribuit nauium longarum quadragintaſeptem. Obſeſſa igitur Ancone, ac terra mariq́ue oppugnata, maximo in periculo ea ciuitas verſabatur. quamobrem Valerianus, qui Rauennæ præerat, quoniam per ſeipſum ſuccurrere obſeſſis deſperabat poſſe, Ioannem Vitaliani, qui Salonis erat, per literas hortatus eſt ad opem ſimul obſeſſis ferendam. Ioannes verò, & ſi mandatum ſibi à Iuſtiniano fuerat, ante Narſetis aduentum in Italiam ne traijceret, tamen in tanto ſociorum periculo minimè ſibi quieſcendum ratus, milites è toto exercitu delectos, nauibus decem & octo impoſuit, profectusq́ue Salonis Rauennam verſus nauigauit. Ei nauiganti obuiam proceſſit Valerianus cum xij longis nauibus quamoptimè ad pugnam ſtructis. Collocuti inter ſe duces, & quæ optima factu videbantur, communi conſilio decretis, tota ſimul claſſe ad hoſtem nauigarunt. Quumq́ue Anconitanæ vrbi appropinquaſſent, littori applicuerunt in loco, quem Duaſſum incolæ vocant. Quod poſtquam ſenſerunt Gothorum duces, & ipſi ſe ad pugnam comparantes, delectis militibus naues ſuas compleuerunt: quumq; ſatis ſtructi paratiq́ue eſſent, progreſſi aliquanto aduerſus hoſtes, ſeſe pugnæ obtulerunt. Erant Gothorum naues xlvij, Græcorum autem xxx, Duces verò claſſis Grę corum Ioannes & Valerianus: Gothorũ autem * Vlidas & Gothildus. Nam Scipuar cum reliquis copijs ad tuenda caſtra remãſerat. Hortati igitur vtriq; ſuos, & ad ſpẽ victoriæ militari oratione animis militũ incenſis ex conpoſito conflixerunt. Satimq; initio pugna fuit acerrima, obuiã concurrentib. proris, & omni nixu ſeſe mutuò peruadẽtib. mangnisq; vtrinq; animis res gerebatur, nec quiſquã erat in tanto numero ſegnis, ſed & ſagittis, & cõtis, & gladijs tanquã in pedeſtri pugna certabãt. Procedẽte verò certamine, Gothorũ claſſis

Narſes Italico bello præfectus.

* *aliter paulo ſupra.*

deteriori loco eſſe cœpit. Pugnatores enim quamuis egregij, tamen rerum maritimarum experientiam non habentes, ſeipſos conturbabant. Naues quibuſdam locis ſimul plures conglobatæ ſeſe mutuò impediebant. Aliæ hoc ipſum uitantes, ſeparatæ ſuorum tutela circumueniebantur ab hoſtibus. Græcos verò ſcientia ac diſciplina rerum naualium plurimum adiuuabat. Seruati ordines, nulla conglobatio, nulla extra tutelam ſuorum ſeparatio conſpiciebatur. Itaque vt par fuit, tandem ſuperiores pugna Græci fuere. Sũmerſæ aliquot Gothorum naues, cum ipſis pugnatoribus & nautis perierũt. Multæ expugnatæ incredibili cæde capiuntur. Quod quum viderent Gothi, fugam demum arripuerunt. Decem tantummodo Gothorum naues integrę refugerunt ad littus, cæteræ vel captæ, vel ſummerſæ ſunt. Virorum autem & in prælio, & in fuga plurima ſtrages fuit. Qui ad terram refugerant Gothi, crematis confeſtim nauibus, ne illis potiretur hoſtis, in caſtra redierunt. Ibi trepidantibus cunctis, placuit obſidionem diſſoluere. Ita properè deſertis caſtris Auximum ſe receperunt. Ioannes & Valerianus cum victrice claſſe ſumma lætitia & incredibili Anconitanorum gaudio portum ingreſſi, hoſtium caſtra inuadere properabant. Sed deſerta reperientes, omnem commeatum qui illic erat, in vrbem deferri fecerunt. ipſi autem paucis poſt diebus abeuntes, Valerianus Rauennam, Ioannes Salonas reuerſi ſunt. Hæc pugna vehementer fregit Gothorum animos, & quaſi initium fuit eorum ruinæ. Totilas enim hac percuſſus plaga, magnam copiarum partem ex Sicilia reuocauit. Itaque Artauanes Iuſtiniani dux, qui Liberio ſucceſſerat, claſſemq́ue ab eo ſuſceperat, potentior per Siciliam factus, non ſolum liberauit obſidione ſocios; verumetiam Gothos pluribus locis per oppida obſedit. Nec multo pòſt Crotoniatas longa obſidione Gothorum laborantes claſſis Græcorum inſperato ſuperueniens liberauit, ac hoſtes multa cæde perfregit. Fugientium Gothorum pars Tarentum petijt, pars Scyllæum in montem ſe proximum recepit: quæ quidem res ſuperiori cladi adiuncta multo magis perfregit Gothorum animos, pręſertim quum de aduentu Narſetis in Italiam, deq́ue eius apparatibus multa crebri rumores circumferrent, ac defectiones quædam iam tunc fieri cœptæ ſunt aduerſus Totilam. Regnaris quidam, vir inter Gothos clarus, qui Tarento præerat, & Morras, qui Acheruſiæ, cum oppidis, quæ cuſtodiebant, & cum militibus, qui erant in præſidijs, ad Iuſtiniani partes tranſiuerunt. Et motus quidam in Sardinia aduerſus Gothos fieri nunciabatur. Quum hæc eſſet conditio rerum per Italiam, Narſes coactis per hyemem copijs ad iter ſe comparauit. Habebat verò exercitum tantum, quantũ vix alij ſimul omnes duces in Italiam hoc bello adduxerant. Pecunijs enim abunde à Iuſtiniano conceſſis, ipſe etiam in erogando & largiendo magnificus, non ſolum ex Thracia & Græcia; verumetiam ex alijs locis copias ingentes contraxerat. Nam & Longobardorum ſupra quinque milia pugnaciſsimorum hominum Albuino rege concedente ſuſceperat, & Erulorũ tria milia ad eum venerant: Hunnorum quoque multitudo ingens confluxerat. Præterea Cumades Perſa Romanæ militiæ aſſuetus, cũ non contemnenda Perſarum manu ad eum venerat. Et Aſſuades pugnaciſsimus adoleſcens cum quingentis bellatoribus Gepidarum gentis. Et Ioannes cognomento Phagas, cum Græcorum Thracumq́ue exercitu. Præterea Ioannes Vitaliani ſuum ac filiorum Germani exercitum illi coniunxerat. Has igitur copias habens Narſes, vt primum aduentare ver cœpit, ex Illyrico per Dalmatiam & Liburniam circuito maris ſinu pedeſtri itinere in Italiam tranſijt; primoq́ue ingreſſu in Venetis conſtitit. Duæ erant viæ, quibus ex Venetis proficiſci commode valeret; vna ſecus Adriaticum mare, altera per mediterraneam regionem. vtraque difficultates plurimas habere videbatur. Nam ſecus mare

Initium ruinæ Gothorum.

Defectiones à Gothis factæ.

Copiæ Narſetis.

Areſis

Ateſis ſtagna facit,quæ pluribus foſſis in mare egeruntur. Et Padus in plura,
vt ita dixerim,flumina diuiſus,multis in locis interrumpit iter,locaque plera
que ſunt impedita ac paluſtria, vt ſine maxima difficultate exercitus traduci
non poſſint:& mediterranea regione Teias, vir Gothus, cum magnis copijs
à Totila Veronam miſſus, tranſitum Ateſis Padique præcluſerat. Hæc enim
duo flumina ex alpibus,quæ Italiam à Gallia & Germania ſeparant, diſcur-
rentia, in mare Adriaticum deferuntur. Itaque ex Venetis proficiſcenti ne-
ceſſe eſt eà tranſire,vel iuxta maris littus,vbi ſtagna ſunt & paludes,pluribus
foſſis mari egeſtę,& Padi ora inter Rauennam & foſſas Clodias plura inter-
rumpunt,vel à mediterranea regione, vbi eadem illa flumina magna & inte
gra ſunt tranſmittenda,& ſi quis repugnet, faciliter prohiberi tranſitus poſ-
ſit.Quum igitur Veronæ,quæ ciuitas eſt ſuper Ateſi fluuio,eſſet Teias,habe
retque copias ad prohibendum ſufficientes,Narſes omiſſo mediterraneo i-
tinere,viam per littus Adriatici maris elegit: quoniam illa hoſtibus carebat,
& erat alioquin breuior. Profectus ergo per Clodias foſſas, & Adriaticum
agrum,pontibus & nauibus,vbicunque flumina & aquæ interrumpebant,fa
ctis; Rauennam cum omnibus copijs tandem peruenit. Ibi Valerianus & Iu-
ſtinus duces cum ſuis inſuper copijs Narſeti coniunguntur. Erant verò per
Italiam veterani milites permulti,quibus ſtipendia longi temporis debeban
tur, & ob hoc infenſis mentibus expeditiones obibant. His omnibus Narſes
ſtipendia perſoluit,animosque illorum ſanauit atq; erexit. His conficiendis,
ac recreando exercitu,nouem diebus Rauennæ commoratus, demum inde
mouens Romam petere contendit: Vſdrilas per id tempus Arimino præerat,
vir inter Gothos bello inſignis. Is quum in agrum Ariminēſem perueniſſent
prima Narſetis agmina,tranſitum eorū impedire conabatur. Amnis,qui pręe-
terfluit Ariminum, imbribus creuerat. Pons verò ſuper eo amne ita ſub ipſo
oppido cōſiſtit,vt faciliter impediatur. Egreſſus igitur Arimino Vſdrilas,quū
ex vlteriori ripa repugnaret,non multi tamen iam flumen tranſiſſent; pugna
non longè à mœnibus oppidi committitur, in qua Erulorum quidam eques
cominus pugnans Vſdrilam occidit,milites q; eius morte ducis conterriti,in
oppidum trepidi refugerunt. Caput Vſdrilę ad Narſetem relatum eſt. Narſes
vero lætatus augurio,quòd primo ingreſſu princeps aduerſarius à ſuis inter-
fectus eſſet,ſpe bona plenus iter conficiebat. Licet enim Ariminū capiendi
certiſſima facultas adeſſet,tamen circa id cōmorari noluit,ne tantas copias
in obſidione vnius oppidi diſtineret. Itaq; Ariminum prætergreſſus, iter ſuū
proſequutus eſt. Totilas verò cognitis his,quę in Venetis geſta fuerūt,& trāſi
tu aduentuq; Narſetis ad vrbem Rauennam intellecto,quāquam copiæ ſuæ
ferè omnes apud Teiam erant;tamen ipſe cum Narſete manū conſerere ſta-
tuit,ſed commiſſa pugna ab hoſtib. interfectus eſt. Gothi,quicunq; ex prelio
aufugerant,Padum amnem tranſgreſſi,Papiæ,& circa ea loca conſtitere. Ibi
quum de nouo gentis duce cogitarent, Teias omnium iudicio prælatus rex
Gothorum deligitur. Factus per hunc modum rex, theſauros, quos Totilas
Papiæ congeſſerat,ilico ſuſcepit,ac reparare vires, exercitum cogere, arma
tribuere,equos largiri,& omnia impigrè obire non deſtitit;ad Frācos etiam
mittere,eosq; pellicere in ſocietatem belli. Hæc audiēs Narſes, Valerianum
cum ſuis copijs circa Padum quaſi in cuſtodiam eſſe iuſſit, ne metu dempto
Gothi licentius vagarentur. Ipſe verò cum reliquo omnium exercitu Romā
petijt. In itinere Narniam vltro ſe dedentem ſuſcepit,Spoletinis milites con
ceſſit,qui præſidio ſibi forent, donec eorū mœnia dudū à Gothis euerſa refi
cerentur. Miſit quoq; Peruſiā,qui deditionē poſtularent. Erant Peruſiæ duo
præfecti militum Meligedius & Vlithus. Hi diſcordes inter ſe plurium diſ-
ferebant. Meligedius enim dedere vrbem cupiebat,Vlithus verò conſcius

Res à Narſete præclare geruntur.

Vſdrilas cæſus primo Narſetis prælio.

Totilæ interitus

Teias rex Gothorum deligitur

proditionis & cædis Cypriani, quam dudum effecerat, repugnabat, pœnam meritam reformidans. Ita ſeditione orta Vlithus interficitur, Peruſiaque à Meligedio Narſeti traditur. Narſes poſt hæc Romam profectus, vrbem obſedit. Conditio verò vrbis Romæ per ea quidem tempora hæc erat. Ciues ſuperioribus calamitatibus afflicti non admodum multi in vrbe verſabantur. Solitudo nonnullas vias totas habebat, ædificia pluribus in locis collapſa, aut cremata cernebantur. Neque enim Totilas reparationi ſuffecerat, præſertim ciuibus exinanitis, ac maxima ex parte deletis. Itaque Gothi magnitudinem vrbis tueri poſſe diffiſi, locum delegerant nõ magnum iuxta ſepulchrum Adriani, quem egregiè vallo foſſaque munitum ad cętera mœnia coniunxerant. Congeſtiſque in eum locum rebus ſuis, illo pro arce ac præſidio vtebantur. Nec tamen cuſtodiam vrbis deſeruerunt, ſed eam quantum poterant, tuebantur. Narſes igitur, quum expugnare vrbem ſtatuiſſet, pluribus ſimul locis mœnia aggreſſus eſt. Concurrentes verò ad ea loca Gothi, de mœnibus repugnabant. Dum iſta fiunt ac geruntur, milites quidam Narſetis remotiora petentes loca, quum ibi ſolitudo eſſet, ſcalis mœnia conſcenderunt. Inde clamor factus captam vrbem oſtendit, Gothique omiſſa defenſione, alij Portuenſem vrbem fuga petierunt, alij ad ſepulchrum Adriani in arcem ſe receperunt. Per hunc modum Narſes Roma potitus eſt. Arcem verò tunc obſeſſam haud multo poſt tempore pactione recepit. Erant in Campania nonnulli patricij generis, quos propter maiorum autoritatem & gratiam Totilas in vrbem redire non paſſus fuerat. Alij præterea ex ordine ſenatorio, quos vt ſuſpectos Gothi eò miſerant. hos omnes cum filijs & agnatis eorum Gothi interfecerunt. trecentos inſuper adoleſcentes Romanos Totilas quaſi milites delegerat, re vera autem obſides adduxerat, & trans Padũ in expeditionem miſerat. qui omnes poſtquam Roma in poteſtatem Narſetis deuenit, a Gothis interfecti ſunt. Per id tempus Regnaris, qui Tarento præerat, quum Teiam factum regem, Francoſque in ſocietatem venturos audiſſet, pœnitentia ductus, quod ad partes Iuſtiniani tranſiſſet, ad Gothos redire ſtatuit. Vt verò obſides reciperet ſuos, hæc machinatur. Ad* Macurium præfectum Hydrunti mittit, & auxilium poſcit aduerſus Gothorum copias, quas contra ſe venturas cognouiſſe ſimulauit. Macurius autem nihil fraudis ſuſpicatus, quinquaginta milites ad eum Tarentum miſit, quos Regnaris ſtatim in carcerem coniecit, & Macurio ſcripſit, ſi milites ſuos velit, obſides eius, quos penes ſe habebat, reddat. Hæc audiens Macurius conturbatus eſt, paucisque militibus in præſidio Hydrunti relictis, ipſe cum cæteris aduerſus Regnaridem profectus eſt. Regnaris verò nihil moratus, milites, quos acceperat, omnes occidit, egreſſusque Tarento aduerſus Macuriũ prælio commiſſo ſuperatur, multiſque ſuorum amiſſis in fugam conuertitur. Qui quum Tarentum redire nequiret, omnibus vijs præcluſis, Acheruſiam ſe recepit. Narſes inter hæc Portum, miſſis eò copijs, obſedit, ac tandẽ recepit. Poſt hęc Centumcellas eodem modo aggreſſus in poteſtatem ſuam reduxit. Teias verò Francorum gentem ſolicitare, ac in ſocietatem aſciſcere non ceſſabat, & modo pecunias, modo participationem dominationis per Italiam polliceri. Sed Franci iampridem conſtituerant ſe huiuſmodi bello non immiſcere. Itaque Gothorum ſpes in irritum ceciderunt. Totilas dum viueret, pecunias regias partim Papiæ congregauerat, partem etiam non paruam Cumarum in arce ſepoſuerat, eique arci fratrem ſuum præfecerat. Id quum intellexiſſet Narſes, partem exercitus miſit ad obſidẽdum Cumas. Ipſe verò conſiſtens, reparare vrbem ac frequentare conabatur. Ne verò Gothi, qui erant trans Padum, ſuccurrere vel Cumis vel alijs locis poſſent, Ioannem Vitaliani, & Filimuntem cum eorum copijs in Hetruria commorari iuſſit,

Roma rurſus obſeſſa.

Narſes vrbem capit.

Gothorum in Romanos crudelitas.

Regnaris perfida nequitia.

** Bacarium.*

Franci fruſtra ſollicitati.

ri iuſſit,qui conatus hoſtium primi exciperent & retunderent. At enim Teias vbi ſenſit Cumas obſideri,ferre opem conſtituit his, qui obſidebantur. Profectusq; ex oppido Papia,magnis tranſuerſisq; itinerib. ad littus Superi maris duxit, inde per Picentes & Marſos in Campaniam peruenit. Quod poſtquam Narſes intellexit, Ioannem cum exercitu ex Hetruria reuocauit. Ipſe verò Narſes cum his alijsq; copijs profectus,certiſſimo confligendi propoſito Campaniam petijt. Veſuuius eſt Campaniæ mons,per cuius verticem caligo & flamma quandoq; euomitur. In radicibus verò eius montis fontes ſunt dulcium aquarum, fluuiusq; ab his fit, qui Dracon appellatur. fertur autem non procul Nuceria vrbe. habet autem is fluuius latitudinem exiguam,profunditatem verò ita magnam,vt neq; pediti,neq; equiti ſit trãſmeabilis. Circa eum fluuium ambo exercitus conſtiterunt,caſtra habentes, Narſes quidẽ citra flumen,Teias verò vltra. Medius inter vtraq; caſtra fluens amnis decurrebat. Pontem,qui vnicus iungebat ripas, Gothi occuparant. Itaq; in eorum poteſtate erat pugnam vel detrectare, vel inire. Duobus menſibus in his locis exercitus commorati ſunt. Quum interim cupienti Narſeti & ſuis conſerendi manus nulla facultas eſſet,tantùm ad ripas vtriq; venientes, ſagittis & telis ſe plurimùm feriebãt. Commiſſa ſunt etiam per id tempus multa ſingularia certamina ex prouocatione hincinde facta, tranſgreſſiq; põtem Gothorum milites, cum Narſetis militibus ſingulari certamine depugnabant. Mare ſatis erat propinquum,claſſemq; in mari habebant Gothi, quæ frumentũ cæterumq; cõmeatum in littore exponebat. Inde in caſtra deferebatur. Sed poſtquam Gothorum claſſis proditione amiſſa eſt, nec amplius mari commeatus facultas haberi poterat;eo defectu compulſos Gothos neceſſitas cõpulit caſtra mouere. Itaq; deſerto ponte,& circa amnem loco, in proximum inde montem,quem Lacteum incolæ vocant, abierunt. Hos ſecutus Narſes, quũ eos inuadere propter aſperitatẽ montis nequiret, circa radices eius mõtis cõſedit. Gothi autem cum nihilominus in eo loco penuria rerũ premerẽtur,ſtatuerunt prælio decernere:ſtructaq; de ſuperiori loco acie,hoſtes nihil tale ſuſpicantes repentè adorti ſunt. Hic nec ſtruendi aciem, neq; milites alloquendi ſpacium. concurſum eſt ab hominibus vt ſors tulit, & quia Gothi relictis equis pedeſtri acie pugnabant,Narſetis quoq; pedeſtres occurrerũt. Atrox pugna, & vbiq; cruentiſſima fuit. Gothi enim deſperatione obſtinatè certabant, Narſetis verò milites conſcientia multitudinis cedere erubeſcebant;præſertim quum eos per ſuperiores dies deſerere prima caſtra compuliſſent,quum in montem refugos penè obſediſſent. His rationib. vtriq; incẽſi fortiter dimicabant. Non enim præteribo in hac pugna inſigne Teiæ regis Gothorum factũ. Ille enim heroica quadã fortitudine prẽditus,inter primos pugnatores eſſe voluit. Erat autẽ ſagulo armisq; egregiè conſpicuus,ſiniſtra ſcutum,dextra pilum quatiebat. Aduerſus hunc congreſſi plures,ab eo interfecti ciciderunt. Itaq; in eum tela vndequaq; volitabant. Ille mirabilia fortitudinis opera edebat,vigore animi ac robore corporis incredibili. Quũ tandem in ſcuto eius permulta pila infixa cohæſiſſent, atq; ob hoc verſare ſcutũ impediretur;ſtans ad hoſtẽ conuerſus;aliud ſibi ſcutum afferri clamitauit,nominatim vocãs armigerũ ſuum,à quo ſcutum afferri iubebat. Id vbi allatũ eſt, priore dimiſſo ſcuto, nouum aſſumpſit. In hac mutatione ſcuti letaliter vulneratus à volitante telo,quum multũ ſanguinis effunderet,nihilominus fortiſſimè pugnans,nunquam pedem retulit,nunquã frontem ad ſuos deflexit; ſed in hoſtem conuerſus,continuè dimicans, ad extremũ in faciem corruit. Erat ferè ſexta diei hora,quum Teias occubuit. Gothi tamen ob regis mortẽ nequaquã deterriti,vſq; ad noctem pugnauerunt,nunquã pedem referẽtes. Factis deniq; tenebris pugna ceſſauit,quũ primo ſolis ortu cœpta fuiſſet. Ea

Veſuuius mons.

Gothorum & Narſetis pugna.

Teiæ magnus animus.

Teias fortiſſimè pugnans occiditur.

Altera poſtridie pugna.

noctе vtrique armati ſteterunt: vtque dies apparuit, rurſus in pugnam reditum eſt, & vſque ad ſolis occaſum cum magna ſtrage vtriuſque partis dimicatum. Tandem verò Gothi ad Narſetem oratoribus miſſis, velle ſe Italia excedere obtulerunt, ſi incolumes abire, aſportareque ſua permittantur. Sin hæc ſibi non permittat Narſes, quamdiu viuant, tandiu pugnare nõ deſituros eſſe. Quæ quum intellexit Narſes, in conſilio re diſcuſſa, illis permittere decreuit; ne aduerſus deſperatos homines magno ſuorum detrimento victoriam adipiſcatur. Inter hæc ad mille equites ex Gothorum caſtris aufugerant, magniſque itineribus Papiam, & alia trans Padum oppida petierunt. Reliqui autem fœdere cum Narſete icto, ſua priuatim aſportantes Italia excedere, ac nunquam aduerſus Romanum imperium bellum gerere promiſerunt; libertate tamen retenta, ſine vlla Romani imperij ſubiectione. Quo facto, Cumas ac cætera, quæ ſupererant, oppida Narſes recepit: finiſque fuit anni decimioctaui huius belli.

Gothorum poſtulata.

Poſtulatis Narſes adſentitur.

Gothi relinquũt Italiam.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSVS GOTHOS LIB. IIII. FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN ZOSIMI HISTORIAM.

A

ABANTVS Imperator claßis Licinnianæ 20.38
Abazatha caſtellũ 55.12
Ablabius necatur 35.28
Abora fluuius 43.17
Abundantius inſidijs petitus 90.50
Abydum 96.7
Acceta opidum 56.5
Achelous Peloponneſi fl. 99.4
Adraſtadara magiſtratus Perſarum 335.10
Adrianus Imperator 8.15
Acantium portus 20.35
AEgyptius Hiſpanus Conſtantinum Chriſtianum fecit 31.29
Africa ab Honorio adempta 91.6
Agrippina vrbs maxima 21.32
Aemilianus in barbaros impreßio 8.8 imperator dictus 16.12. in Italiam contra Gallum ibidem occiditur ibid.28
Alamanni 41.30
Alamanni in Italiam cogitant 13.28
Alaricus Peloponneſſum occupat 98.46
Athaulfum arceßit 104.38. Italiam peruagatur ibid.
Romam obſidet 105.2
obſidionem continuat 105.50
Roma potitur 107.38
iterum contra Romam ducit 111.25
Bononiam obſidet 114.45
Attalum imperio abdicat & ſpoliat 115.14
Alarichi & Stelichonis ſocietas 99.8
ad Stelichonem legatio 100.20
moderatio 104.20
inſolens poſtulatum 106.35
æquitas 107.48
de pace poſtulata 110.25
moderatiora poſtulata 110.40
reijciuntur 111.5
commotio ex literis Honorij 110.12
animus ab Attalo alienior 114.50
conſtantia mediocris 114.48
Alaricho pecunia decernitur 100.44
Albinus Imperator 3.33
Alexander Seuerus Imp. 4.19
Alexander Imp. natione Thrax. 25.30
Maxentij legationem repudiat 25.34
timidus & tardus 25.52
captus & ſuffocatus 25.50
Alexandri magni regnum 2.8. & res geſtæ ibid.
Alpes tres 112.18
maritimæ 112.20
Pœninæ 112.20
cottiæ 112.18
Alpes à Conſtanſtino munitæ 112.15
Altinum 104.50
Amidæ obſeßio 122.20
oppugnatio 122.48
captæ occaſio 124.5
Amidam prodidit monachorrum crapula 124.16
Amideorum ſtratagema 123.50
Amicorum nobile exemplum 122.6
Anaballianus interficitur 85.30
Anabdates captus 53.46. occiditur 54.22
Anaſtaſij Imp. benignitas in Amidenos 124.40
Anatolius magiſter equitum cadit 54.14
ad Vararanem legatus 118.20
Ancyra in dicionem Rom. venit 13.47
Andragathius in mare ſe præcipitat 18.80
Andragathij error 80.8
Annona byzantinis data 82.34
Anthiochus 87.12
Græciæ proconſul à Rufino 87.50
Anthiochia in Rom. ditione 14.16
Antiocheni cur probris Iulianum Imperatorem inceſſunt 43.6 priuilegijs ab eo ornantur 16.10
Antiochenorum ſcommata 77.45
tumultus 72.45
Antoninus Imp. 3.14
Seueri filius 3.50
Emiſenus Imperator 4.9. interimitur 16.111
Antoninus fratricida 4.8
Antoninus tertius Imp. 4.10
Aphaca locus 16.30
Aphacitidis lacus miracula 26.34
Apollinis Sarpedonij oraculum 16.12
Apollinis Delphici tripodes & ſimulacrum 25.19
Apennini montes 300.19
Appion Aegyptius exercitus diſpenſator 325.6
Ara Diti & Proſerpinæ dicata 31.29
vbi abſcondita 31.50
Arabica gens nequißima 6.8
Arbazacius prætor contra Iſauros 98.44. eius victoria, luxus, proditionis accuſatus muneribus liberatus 98.50
Arbitio copiarum Valentis Imperator 62.47. eius ſolertia ibid.
Arbogaſtes & Baudo Franci 72.20 viri præſtantes ibid.
fugiens ſeipſum perimit 85 9
Arbogaſtis Franci authoritas 82.43. imperium abrogatur ibid. 50. eius arrogantia 83.8
Arbogaſti & Eugenij amicitia 83.14
Arcadius collega patris 84.18
Arcadij & Honorij extrema ſecordia 86.20
Arcadij nuptiæ 87.18
ſtoliditas 93.50 & 94.35
mores & teſtamentum 117.50
Argonautarum in Iſtro nauigatio 190.10
Ariminum vrbs Flaminiæ 304.58
Arma ſeculi Iuſtinianei 117.42
Armenij & Perſæ amici & vicini 121.28
Arſaces Parthus 5.48
Armeniorum rex 121.17
Arſaces de perfidia accuſatur 121.52
Arſacem amicus in carcere occidit 122.6
Artes Lydij latronis in ferẽda obſidione 19.34
Aruſpicum interpretatio 31.6
Ataulfus Sarum opprimere nititur 115.27
Athanaricus Gothus à Germanis expellitur 74.1. Scitharũ princeps ib.
Athanarichi funus 74.2
Athanarico Theodoſius honorem exhibet 74.4
Athenæ à terremotu immunes 64.40
cur ab Alarico ſeruata 33.25
cur ſolæ ab terræmotu immunes ſeruatæ 38.35
Atho mons 12.17
Attalus Fiſcalis 108.36
Attalus ab Alaricho Imp. factus 113 30. eius ſuperbia ibidem. regendi

inſcitia 113. 50
Alarichi bonum conſilium repudiat ibid.
Honorio bellum inferre cogitat 114. 4
Attali arrogantia 114. 6
ſtolida conſilia 114. 24
Pertinacia 115. 13
Aſyli ius uiolatum 94. 8
Aßiriorum fines 48. 26
Aues Seleuciades 16. 14
Auguſtus quos Rom. Imperio limites ſtatuerit 58. 4
Auguſta in Io. Chryſoſtomum odium 97. 16
Aulica religio 111. 4
Aureoli cædes 11. 58, & 12. 2
Aurelianus Imp. 13. 36
Emiſam ingreditur 15. 17
natura ambitioſus 15. 42. Palmyrā capit 15. 46
Palmyram euertit 17. 13
Aureliani defectio 11. 30
Aureliani in Zenobiam ſtrategema 13. 48
uictoria 14. 4
pugnaturi copiæ 14. 16
cum Zenobia pugna 14. 30
uictoria 15. 12
triumphus 17. 18
mors & ſepultura 17. 33
Aureliano inſidiæ ſtructæ 17. 26
Aurum luſtrale 84. 40
Autoris admiratio de Conſtantinopoli 33. 48
Auctoris fides 117. 15
Auxonius præfectus pretorio 64. 6
Auxiochus & Muſonius uiri integri 87. 43

B

BAcurius 84. 23
Badomarius captus 41. 8
Balineum 31. 24
Barbari unde incrementum acceperint 7. 30
Barbari in Rom. impp. negligentia 7. 50
ad romanā militiam inuitati 21. 50
a Maximo corrupti 79. 44
in Chriſtianorū tēplo necati 95. 18
Barbarorum conſilium exitiale 72. 52. inſolentia 72. 10
oſcitantia Theodoſio utilis 72. 50
Fraudes 73. 25
reliquiæ latrocinantur 80. 30
latebræ proditæ 81. 12
perfidia 92. 30
interitus 93. 5
Bargus 89. 47
farciminum inſtitor 90. 2
ab Eutropio corruptus 90. 3
ab eodē uaferrimè eluſus 90. 13 ab uxore ſua accuſatus ſupplicio afficitur 90. 17
Barophthas opidum 55. 43
Baßitius uir prudens & fortis 121. 18
Baſternis in Thracia datæ ſedes 20. 10
Batauia Rheni inſula 44. 28. 45. 30
Batavi quantam ceperint triſtitiā ex Iuliani morte 59. 25
Batauorum pœna ob fugæ initium 61. 38
uirtus contra Germanos 63. 36
Barbanarius occiditur 105. 14
Baucaudis prædam relinquit 112. 14
Baudo & Arbogaſtes Franci 73. 20
Bellum in Carpos 6. 10
in Zenobiam decernitur 13. 42
Bellum ciuile 18. 2
inter Maxentiū & Conſtantinū ib.
ciuile inter Licinniū & Conſtantinum 27. 10
Conſtantini alterum cōtra Licinnium 28. 40
Perſicum 45. 36
in Sauromatas 66. 22
in Scythas in Thracia 68. 30
aduerſus Eugenium 83. 38
in Hiſpania contra cognatos Honorij 112. 44
Bella Germanica 8. 44
Bella Probi feliciter geſta 18. 40
Belli Perſici apparatus a Iuliano 47. 48. 64. 30
Belli ciuilis initia 46. 50
Scythici occaſio 63. 45
Perſarum in Rom. occaſio 123. 10
Berſaboræ urbs 50. 44. capitur a Iuliano 51. 22
Beſuchis opidum 52. 38
Bithyniæ ciuitates incenſæ 10. 16
Bithra opidum 53. 17
Blaſes Perſarum rex 121. 3
Bononia in Aemilia 101. 20
Bononia in armorico pelago 111. 52
Barani 2. 50. 9. 1
Boranorum in Aſiam trāiectus 9. 5
Boſphorus Cimmerius 67. 24
Boſporani Scytas tranſire in Aſiam permittunt 9. 10. 30
Britannia à Batauia quantum diſtet 43. 50
quo tempore a Rom. deſciuit 113. 13
Britanni & Celtæ cur ab Imp. deſciſcunt 113. 8
ſe à barbaris liberant 113. 10
Byzantiū Conſtantinus obſedit 29. 24
Byzantium Conſtantinum recipit 30. 34
Byzantium quantum auxerit Conſtantinus 32. 10
Byzantij ſitus 31. 50
prius forum 32. 8

C

CAbades è carcere euadit uxoris aſtu 122. 10. ad Hunnos profugit 122. 44
regnum recuperat 123. 2
in victos cur mitior factus 124. 22
Cabadis in fratrem ſæuitia 122. 8
cædes 14. millium 20. 20
Caius Caligula interficitur à Cherea 3. 5
Caſarius Gregorij Nazianzeni frater 62. 10
Callinicum 48. 44
Calonum vtile ſubſidium 57. 8
Calumniatores impunes 65. 25
Calumniarum officina 40. 42
impunitas 97. 45
Captiuos quo aſtu Iulianus recuperat 43. 10. & deinceps
in Capitolij foribus quid ſcripti repertum fuerit 105. 48
Carduenī 57. 31
Carnutum oppidum 24. 42
Carpi 7. 50. 9. 2
Carpodaces a Theodoſio victi 74. 12
Carræ 48. 24
Carreni ex cæde Iuliani quantum doloris ceperint 58. 52
Caſtoru & Pollucis ædes Conſtantinop. 31. 17
Caſtra Conſtantij ad Cibalim 38. 35
Celeſtius Sauromatarum principem necat 66. 12
Celtæ remp. conſtituunt 113. 12
Celticæ ſiue Galliæ res vt haberent 111. 46
Chalcedon à Barbaris capta 10. 15
Chanaranges apud Perſas quid 121. 8
Charutonis latrocinia 44. 40. & ſtrategemata ibid.
Cilices 67. 12
Chriſtianorum aſyla 77. 20
Cibalis Pannoniæ 27. 18
Cibalis opidi ſitus 37. 36
ad Cibalim pugna ibid.
Cingulum lege lata paganis ademptū 109. 35
Circus Conſtantinopoli 32. 14
Circeſium caſtellum 48. 27
Ciuitatum opes exauſtæ 71. 42
Ciuile bellum 18. 2
Clades Gothorum 109. 6

Perſa-

Perſarum 110.4
Claſſis Scytharum 320.millium 12.8
Claſſes Conſtantini & Licinnij 28.45
Claudius Nero 8.7
Imperator 21 50
peſte abſumitur 33.14
Claudij de Scythis victoria 12.23
Commodus Imp. 2.18
Concordia 104.50
Confiſcationes iniquæ 104.5
Conſilium infelix ſceleratorum homi num 40.20
Conſpiratio propinquorum interfectorum cum Alaricho 104.18
Conſtantium Iuliano inuidet 44.10
factus inſolentior 40.40
Conſtantia Conſtantini ſoror Licinnio nubit 27.8
Galli Cæſaris vxor 37.8
Conſtantij facinus 35.16 & deinceps
ſeuitia 35 20
caſtra ad Cibalim 38.35
conſultatio 41.25
victoria 40.14
inſidiæ in Iulianum Cæſ. 45.48
inſolentia 46 28
Conſtans fratrem necat 35.40
interficitur 36.12
Conſtans Conſtantini perduellis filius
Cæſar 112.50
Imperator 115.10
Conſtantis Cæſ. res geſtæ in Hiſpania 112.48
Conſtantinus Aug. 23.40
illegittimè natus 23.47
de Imperio cogitat 23 50
Cæſar fit. 24 9
Licinnio ſororem tradit 27.4
pacta conuenta non ſeruat 27.15
fidei violator 31.18
vt Chriſtianus factus 31.28
Cæſares filios tres appellat 33.34
tributis grauis 34 42
Conſtantinus Conſtantini f. à fratre occiditur 35.40
Conſtantinus perduellis Imp. 111.50
obſidetur Valentiæ 112 5
Conſtantini vafrum facinus 24 1
aduerſus Maxentiū expeditio 26.6
Conſtantini & Maxentij prœlium 26.38
Conſtantini bellum in Sauromatas 28.20
ſtrategema 29 10
vicia & facinora 31.15
filij ex Fauſta 35.8
mors 35.8
Conſtantini perduellis defectio 99.32
ad Honorium legatio 108.1
altera legatio 111.26
duces belli 112.14
Conſtantinum Deorum res non magnifeciſſe 32.23
Conſtantinopolis vt ædificata & noua Roma facta 31.42.32.40
Conſtantinopolis amplitudo 33.36
periculum 95.10
Conſtantinopolim non multum Romæ cedere 33.11
Corruptela ſeculi Theodoſiani 93.30
Creta terremotu collapſa 66.40
Crimna opidum Lyciæ 10.19
obſidetur 10.20
Criſpus, Conſtantinus & Licinnianus Cæſares 28.14
Chriſpus Cæſ. occiditur 31.18
Chryſopolis 32 4
Chryſoſtomus Conſtantinopoli diſcedit 98.4
ab exilio reuertitur 97.20.45
Currus quater mille capti 70.14
Cynegius præfectus Prætorio 75.40

D

DAcæ 47.9
Daces Satrapæ 56.8
Dalmatius Cæſar 35.17
Danaben opidum 55.33
Daphnes ſuburbium 14.13
Darica opidum 49.45
Decentius Cæſar 32.14
ſe ſtrangulat 40.14
Decius Imp. 6.50
Decij mors 7.24
Deo cur omne tempus breue 14.25
Dij quibus ſacrificatur in ludis ſecularibus 21.20
Deorum illuſio 20.50
Deſertores à Iuliano puniti 42.40
Dianæ templum Romæ 22.17
Dictum falſe & vere in Regem Perſarum 124.26
Didius Iulianus Imp. 3.34
Dies necis Stelichonis 108 40
Dignitates venales 72.30
Diocletianus Imperio ſe abdicat 23.36
Diſciplinæ militaris cura à Iuliano habita 47.50
Diuinationes à Conſtantino ſublata 31.34
Diſsidium Imperatorum 4.10
Domnius apud Valentinianum auctoritas 78.16
Domitianus 3.12
Drumas 114.54 præfectus 115.10
Duces copiarum Theodoſij 84.19
Duces contra Tribigildum lecti 98.4
Duces belli hoſti contemptui fuere 114 37
cõtra Perſas miſſi ab Anaſtaſio 114.46
Durus flu. 55.26
Ducum Rom. improbitas 67.42
negligentia 125.13
Dura vrbs 49.17

E

EDobnicus Francus 112.22
AEgiptus iterum in Palmyrenorum poteſtate 12.48
Egyptij milites barbaros coercent 72.18
Elephantorum barritus 57 10
Emiſam Aurelianus capit 15.17
Emonis opidi origo 100.6
Eros 17.28
Eteſia 47.10
Eucherius Stelichonis filius capite dãnatur 104.2 occiditur 105.9
Eucherij in Lucianum calumniæ 86 44
Eudoxia Chryſoſtomo infeſta 97.20
Eudoxiæ Imp. vitia 97.53
auaritia 98.52
Eugenius Eunuchus 61.48
fit Imp. 83.30
Eugenij eruditio & ſolertia 83.10
legatio ad Teodoſium 83.45
exitus 85 8
Victor ſecurus vincitur ab Theodoſio 84.48
Euſebij legati prudentia 110 2
Euſebiæ Auguſtæ laudes 41.34. conſilium 43 6
Eurimedon amnis 91.28
Euthalitæ Hunni 118 32
quandiu Perſis dominati fuerint 120 50
Euthalitarum rex ad Perozam legationem mittit 119.20
ſtrategema 119.44
Eutropius Eunuchus Arcadij nuptiarum conciliator 87.10
Rufino ſuccedit 89.34
Timaſio inſidiatur 89.43
Stelichonem inuiſum reddit 91.2
conſul & patricius 93.48
in Cyprum relegatur 94.10. contra datam fidem occiditur ibid.
Eutropij faſtus 90 40
varia fortuna 94 16
ruina 94 4
Exactionum acerbitas 71.6
Exercitus Palmirorum 14.10

Expeditio in Illiricos impedita 95. 30
Explorator vt deprehenſus 81.10

F

FAma de Timaſio & Sigrio eius filio 90 25
Fames Romæ grauiſſima 115.2
Fames Romæ, poſt famem peſtis 106 6
Fana paganorum cuius iuſſu clauſa 21.44
Fauſta Conſtantini vxor 24.50
maritum patri præfert 35 10
vxor Conſtantini balneo ſuffocatur 38.26
Feſtus eruditorum hoſtis 65 40
Firmus ab Afris imp factus 66 2
Fiſſenia opidum 52.5
Florentius & Taurus Coss. 47.21
Florianus & Probus impp. 17.18
Floriani cædes 18.15
Floriano imperium abdicatum 18.10
Follis Conſtantini 35.4
Fons bituminis 49.50
Fortes viri præmijs affecti 22.3
Fortunæ Romanæ ædes & ſimulacrũ 32.25
Fraiutus contra Gainem mittitur 95. 40. eius induſtria & fides ibid.
Fraiuti victoria 96. 24. religio eius ibid. 33.97 8
Franci 42.10
Francorum populationes 20.25
Fraudes barbarorum 73.25
Frauſtij & Priulfi rixæ 84.6
Frumento pluit 18 45
Fulmine regia Sirmij concremata 66. 35

G

GAines 84 22
aduerſus Rufinum miſſus 89.10
Eutropio inuidet 91.34
conſilio præceps 92.10
Eutropio mortem parat 93.52
ægritudinem ſimulat. 95. 2. præceps proditur cum ſuis 95.8
aptus hoſtis Imperij 93.24
Romanos milites interficit 96.45
in pugna cadit 97.3
Gainis aſtus 89 20
Gainis & Tribigildi profidia 91.40
Gainis nequitia 92.35
verſutia 93.30 mendacia ibid. 40
cum Imp. congreſſus 94 40
nouæ molitiones 94.50
temeritas 96.10
Gainis & Hunnorum prælia 97.1
Galatia Phrygiæ opidum 62.40
Galla imp. in puerperio moritur 84. 16
Gallus Voluſianus imp. 7.26
Decij f. adoptat. 7. 40. occidit ibid.
imp. necatur a milit. 8 18
Gallus Cæſar 37.7
calumnijs opprimitur 40 47
Galli inſidiæ 7.13
Galli Cæſaris calumniatores 40 50
nex 41.7
Gallia quo tempore a Rom. deſciuit 113 31
Galli Remp. conſtituunt 113.33
Gallienus imp. 8.40
Niſibim recipit & euertit 11.20
in Perſas vadit 11. 14
Gallieno ſtructæ inſidiæ 11 45 necatur ibid.
Gallerius Cæſar. 23 40
Generidus copijs præficitur 109.15
Generidi pertinacia 109. virtus, militia 10
Gentes quæ tranſalpinas nationes vaſtarunt 112.20
Germani in Rom. Imperium 41.10
à Iuliano Cæſ. pacẽ poſcunt 43.10
Romanos inuadunt 63 20
Germanorum motus 61.8
Germanis vt timor iniectus 64.36
Gerontius ob rem bene geſtam in ius vocatur 77.22. Largitionibus vitam redimit 77.33
Gerontius dux 111.10
barbaros concitat 113 6
Gerontij egregium facinus ad inuidiam vſq; 76 50. & 77
Geta imp. 3.50
Giadonis exitus 91.34
Gladiatorum tumultus 80.22
Gomarius proditor Procopij 63.8
Gordianus iunior Imp. 5 24. vxorem ducit ibid 40. interficitur 6 12
Gordiani Impp. 5 10
Gorga Hunnorum ciuitas 118.32
Gothi 7.50 9.2.12.5 49.45
Græciam vexant. 8 34
viri fortes apud Rom. duces 124.52
Gothorum liberi in Aſiam miſſi 70. 25. & eorum coniuratio ibid.
clades 109.6
Gratianus imp. dictus 64.45
a ſuis deſertus aufugit 74. 42. occiditur Sigiduni ibid. 50
Pontifex Max eſſe noluit 75.24
Gratianus ſecundus imp. 121.48
Gratiani pericula 74.20
Græcia terræmotib. collapſa 66.40
Græciæ clades per Alaricum 88.12
calamitas per Alaricum 88. 36. & deinceps
Græci qua occaſione illuſtres euaſerint 2. 24
Græcorũ fortunæ incrementa 2.27
præcipuæ res geſtæ 2.25
Græcorũ imperij ruina vnde 2. 40
Guſanaſchades interficitur a Cabade 123.8
Guſanaſchadis Conſilium de Cabade tollendo 121.9

H

HEbrum flu. 39.8
Helena Conſtantini mater 31.22
Heliocratis moderatio 108. 36. propter præſtita beneficia prope necatur 108.40
Hereclianus cur Africæ præſes factus 105.17
pro Honorio Africam tenet 114. 40
Hercinie ſylua 41. 8
Herculij variæ molitiones 24.58
Heruli 12. 5
Hieroſolyma quando a Chriſtianis habitata 89 40
Hilarius legatus 77 50
Hiſtoriæ Zoſimi ſcopus 16 7
Hiſtoriæ procopianæ ſcopus 117.5
Hiſtoriæ horũ tẽporũ dignitas 117.22
Hominis in principem maledici pena 15.20
Honorius Africam amittit 98.7
Mariam Stelichonis filiam vxorem ducit 91. 24
alteram Stelichonis filiam in vxorem petit 99.40
cur Rauennam petat 100. 50
Stelichoni adſentitur 103.50
auguſtam Thermantiam repudiat 104.2
inconſulte pacem repudiat 104.25
pacẽ cũ Alaricho cõfirmat 107.33
octies conſul 107. 50
Conſtantino perduelli adſentitur 108.6
exterritus ad fugã ſe parat 114.10
pecunia milites ſibi cõciliat 114.50
Honorij litera 99 32
factum reip. pernicioſum 104.25
vecordia 118.4
Stultitia 104.30, & 105.10
Stoliditas in remunerandis Eunuchis 105.14
ad Alarichi poſtulata ferox reſponſum 110.10
Honorio imp. Stelicho tutor datus 85 24
Hormiſdas Perſa ad Romanos 30.38

cur ad

cur ad Conſtantinum transfugerit ibid.
vt cathenas euaſerit 30.48
Hormiſda Hormiſdæ filius 72.14
Hormiſdæ virtus 63.1
Hoſtiæ nigræ 21.20
Hoſtiæ pro ludis ſecularibus 22.25
Hunni qui 67.20 & vnde ibid.
Scythas inuadunt 67.30
contra Gothos arceſſuntur ab Honorio 110.30
Hunni Euthalitæ 118.32. vbi ſiti ibid.
Hunnorum prima mentio 67.20
genera 118.35
inſidiæ 118.44

I

Iacobi Syri miraculum 123.24
Idolorum euerſor Theodoſius 72.40
Igillus Germanorum dux capitur 19.12
Impp. pontifices Max. dicti 75 13
Imperium romanum quando perire inceperit 33.28
a Diocletiano inclinaſſe 31.24
ad ſolum Conſtantinum redactum 31.14
diuiſum inter fratres 67.4
Barbaris vt patefactum 33.28
Imperij Rom. perturbatiſsimus ſtatus 41.28
partitio poſt Conſtantinum 35.12
diuiſio 60.42
Imperia qui conſtituant, & qui euertant 1.23
Incendium vrbis Conſtantinopol. a quibus excitatum 98.8
Induciæ inter Licinnium & Conſtantinum 28.10
xxx. annorũ cũ Perſis factæ 57.27
cum Scythis factæ 64.35
Induciarum inter Rom. & Perſas conditiones indignæ 37.40
Innocentius Rom. Epiſcopus ſuperſtitioſa fieri permittit 107.1
Inſidiæ Conſtanti paratæ 33.50
Conſtantij in Iulianum Cæſ. 45.48
deprehenſæ 46.10
Interfectorum propinqui cum Alaricho conſpirant 104.33
Interempti per ſeditionem Ticini 102.30
Ioannes Theodoſij minoris pater habitus 94.43
Iouianus Imp. creatus 56.30
à Perſide reuertens 58.32
Iouiani mors 59.22
Iouius prætorio præfectus 110.7
malum malo cumulat 110.25
ingenio & literis excellens 111.28
ad Conſtantinum mittitur 111.42
ab Attalo ad Honoriũ trãſit 114.18
minæ duræ 114.7
Iouij conſilium 110.18
Iouis Dodonei & Mineruæ ſimulacra ab incendio ſeruata 98.30
Iſauri quot nominib. dicantur 67.12
Iſaurorum motus & latrocinia 98 35
habitatio 98.38
Iſdigertes rex Theodoſio iuniori tutor datus 118.10
Iſdigertis regis Perſ. iuſta adminiſtratio 118.14
Iſter qui & Danubius quas prouincias præterfluat 47.8
Iſtri fontes 47.7
Italia a Scythis ſub Gallieno vexata 21.6
Iulij expeditum conſilium 70.46
Iulianus Didius 41.35
in Galliam miſſus 41.45
Cæſar dictus 41.46
in Germanos bellum mouet 43.1
à ſuis Imp. dictus 46.20
Conſtantio ſatisfacere cupit 46.26
à Chriſtianis deficit 46.30
Aruſpices conſulit 47 35. Conſtantinopolim ingreditur 47.38. priuilegia auget. 16.40. portum ib. ſtruit ibid. & Bibliothecam ibid.
Antiochiam ingreditur 48.1
priuilegijs Antiochenos ornat 48.10
Antiochiæ cur litare dijs non potuerit ibid.
vulneratus 56.25. moritur ibid.
Iuliani Cæſ. ſcripta 42.10. 45.46
res geſtæ 42.14. & deinceps
ad Argentoratum pugna memorabilis 42.30
victoria in Germanos 43.5
aſtus 43.15
ætas 44.5
ſomnium 46.44
miſericordia 43.25
iter in Perſas 48.20
expeditio in Perſas 48.33. Copia ibidem. claſsis ibidem 50. Nauarchi 49.2
ad milites oratio 40.6. copiarum duces ibid. Diſpoſitio ibid.
expeditum conſilium 50.30
magnanimitas 51.49
ſingularis induſtria 53.10
periculum 52 20
ingenioſum commentum 54.48
infelix conſilium 55.16. pœnituit 56.22
mors quam reip. damnoſa 58.15
epultura 59.7
familiaribus ſuis periculum a Ceſarib. creatur 60.20
Ius Aſyli violatum 94.8
Iuſtinæ ars erga Theodoſium 79.16
Iuſtinianus aſſeſſor Steliconem periculi admonet 101.10
Iuſtinianus dux 112.4

L

Lacus miraculoſa 16.33
Laccinarij 53.28
Lætæ Auguſtæ Gratiani quondam coniugis pietas 106.12
Lampadij libertus 100.47
Lampſacum 96.6
Laodicia vbi ſita 89.46
Legati verba pro muneribus. ferunt 84.17
Legionum quorundam nomina 35.45
duarum nomina 57.2
Leo exercitus dux 98.5
Lethe cuſtodia 121.36
Lex de nocturnis ſacris 61.2
de cinguli abrogatione 109.32
Libanius Sophiſta legatus 77.50
Libanij eloquentia placatus imp. 77.50
Licinnius imp. 25.2
a Conſtantino vincitur 27.28. & 29.17. & 30.32
ſecundò fugit 29.20
ſupplex Conſtantino factus, occiditur 31.10
Licinnij Copia 28.48
fuga tertia 30.10
ingens clades 30.18
Limitanei milites à Conſtantino ſublati 33.24
Longini Oratoris ſupplicium forti animo perlatum 15.30
Lucius Imp. 3.16
Lucianus orientis comes 86.25. virtute præſtans ibid. iniuſtè punitur ibidem
L. Lucullus primus Perſas ſubiecit 37.44
Lucullianus interficitur 59.28
Lucilliani virtus ad Nibiſum 45.38
Ludi ſeculares 20.42
qui celebrarint 22.1
ſecularis trium dierum & noctiũ erant 22
poſtremo celebrati 23.17
Ludorum ſecularium celebratoribus quid loco premij daretur 22.32

Ludorum ſecularium modus 22.10
peſtilentiæ lues 7.46
Lucus deorum 31.3
Lucus amænitate inſignis 53.18
Luſtralia 32.25
Lydius Iſaurus belli Latronum auctor 19.18
cur interficitur 19.40. & 20.4
Lydij artes in obſidione ferenda 19.20

M

MAcamæus vir fortis 55.25
Macrinus Imp. 4. 8. interficitur 4.18
Magiſtri militum 33.9
Magiſtratus noui excogitatio 71.10
veteres à Conſtantino mutati 58.37
noui conſtituti 60.28
Magiſtratus Ticini per ſeditionem cæduntur 102.18
Magiſtratus noui Romæ 109.10. & 110.4. 113.48
Magiſtratuum mutatio pernicioſa 53.18
multitudo pernicioſa 21.12. Magia 49.30
Magorum ſentẽtia de Arſace 121.42
Perſarum conſilium 119.23
præſagium 114.9
Magnentius per iocum Imperator fit 36.10
Conſtantianos cædit 37.26
matri non paret 37.30
Siſciam captam delet 39.1
Sirmium fruſtra tentat 39.6
Magnentij proloquium 37.2 ad milites 38.2
Salutare ſtrategema 38.29. & 39.20
ſuperba poſtulata 38.50
origo 40. & ingenium 29
Magnentium ſeipſum occidit ex deſperatione 40.25
Mammæa Imp. mater 4.22. necatur 4.40
Manius Valerius Tarentinus ſic dictus 31.40
Mancipiorum fuga 107.44
Marcus à militibus imp. factus 111.46
Marcellus à Procopio ſtat. 62.20. occidit 65.10
Mercellini in principem fides 17.18
Marcomanni Græciam vexant 8.34
Maria Stelichonis filia Honorio vxor data 91.24. virgo moritur 40.58
Marmor Præconeſium 32.10
Marſyæ mors prouerbium 30.40
Martinianus Cæſar 20.13
a Conſtantino occiditur 31.10
Mattiarij 53.28
Mauri facinus piũ magnanimum 55.18
Maxentius Imp. 24.19
Africam affectat 25.12 & 20
Conſtantino bellum infert 25.40
Maxentij ambitio 25.44
Maxentij & Conſtantini prælium 26.38
Maxentij interitus 26.48
Maximianus Herculius repetit imp. 4.44. 24.29
quibus artibus imperium recuperare ſtudeat 25.9
obſcuro loco natus 9.2. interficitur 9.22
Maximiliani Herculij fraus in Conſtantinum 24.45
mors 27.10
Maximus Philoſophus cur principi inuiſus 68.22. & 69.30
Maximus Hiſpanus Theodoſij æmulus 74.28. imperator ibid. alienorum cupidus ſua prodit 78.5
in Italiam copias ducit 78.25
imperatorio ſolio deturbatus occiditur 80.10
Maximi legatorum poſtulata 75.18
arrogantia 75.16
perfidia 78.14
Vafricies 78.30
Maximinus Syriæ præfectus trucidatur 12.30
Menelai & Romuli duellum 40.10
Menelai robur & ſagittandi peritia 40.6
Merobaudes exercitus imperator 66.22
Militum magiſtri duo 31.7
Militum lx. Roman. fortitudo 56.40
320 millia nauibus vehuntur 12.2
numerus imminutus 71.40
crudelitas 104.10
Mineruina Conſtantini concubina & mater Criſpi 28.15
Miſeriæ ſub Archadiano imperio 97.50
Modaris præclara facinora 70.8
Moloſſi quam inhabitent regionem 99.6
Monachorum inſtituta de cura pauperum ſplendida mendacia 87.30
crapula Amida perdita eſt 124.16
cædes 97.40
Moneta adulterina ſublata 17.24
Mors Valentiniani 66.30
Ioniani 59.22
Mors Iuliani reip. damnoſa 58.15
Muſarum ſimulacra exuſta Conſtantinop. 98.15
Murus Cherſonneſi 96.5
Murſa oppidum 36.28. 37.18
Muſonij diſsimiles filij 87.47
Myſi 47.9

N

NAiſſum 47.34
Nanctus & nancti paſſim recte
Naues ſexies mille Scytharum 12.7
proprias quo conſilio Iulianus combuſſit 55.12
liburnæ & vnde dictæ 95.50
exatica 96.2
Narmalsches fluuius 54.32
Naufragium Licinnianæ claſſis 29.47
Nerua Imp. 3.19
Nepotiani & Magnentij prælium 36.35
Neſtorij ſomnium 66.42
Neucia opidum in Thuſcia 106.45
Neuiogaſtes ſub fide necatur 112.8
Nicæa a Barbaris incenſa 10.24
Nicodemia incenſa 10.24
Niger Imp. 3.33
Niger amnis 93.28
Niſibini in exilium voluntarium ſecedunt 58.50
Niſibinorum preces ad Imper. 58.24
Niſbara opidum 55.46
Niſchanabe opidum 55.46
Nobiliſſimatus 95.26
Noorda locus 55.20
Norici 47.8

O

OAſis locus 90.22
Octauiani dominatus 2.30
Odonathus Palmirenus 11.18
Occuberia caſtellum 104.58
Olympius ſpecie religioſus Stelichonem calumnijs opprimit 102.4
Stelichonis necem ſtruit 103.12
aula pulſus fugit 109.9
Olympij dominatus impotens 103.44
malitia 108.12. inquiſitio ibid.
Olympiodorus Thebanus ſcriptor 99.28
Opes Trapezuntiuæ captæ 9.42
Opidum per cuniculos captũ 153.38

Ordines Dalmatici arceſſuntur 108.
30 cæduntur ibid. 10
Oraculum de Byzantio 34.1
Oraculum ſibllynum falſo intellectum
à Maxentio 26 30
Oracula 16.18

P

P Acurius 121.26
Paganorum argumenta pro ſua
religione 85.22
Palatium Conſtantinopolitanum 82.
24
Senatus Conſtantinopoli vt exor-
natum 98 12
Palmyræ obſidio 25 18
Palmyreni Ægypto exacti 13.43
Palmirenorum exercitus 14 10
rebellio 17.1
Pamphylia Piſidiæ finitima 92.45
Pannonia 47 8
Pantomimorum origo 2.50
Papinianus Iuriſconſultus Impp. tu-
tor 8.51
Præfectus prætorio 4.8
Paræſidium opidulum 46.8
Parthorum in Perſas imperium 5.46
Patriciorum noua dignitas 83.26
Pax cum Barbaris 2.30
Gainis cum Arcadio 94.20
de Pace colloquia 57.24
cum Alaricho actum 110 14
Periculum ingens reip. 94.14
exercitus 50.24
orientalium prouinciarum 20.20
Pericula quæ in vnius dominatũ 2.30
Peſtis ingens ſub Gallieno 11.5
Pera quæ & Galata, olim Sycas dicta
82.32
Perinthum idem & Heraclea 17.
26
Perozes Perſarum Rex 118.28
Hunnum s.lorat deceptus 119.30
xxx1 filios habuit 119 14
iniuriam vlciſcitur 119.34
Perozes cum filijs interficitur 120.10
Perozæ ac Perſarum clades 120.4
Perſæ ſagittarij ſaecinus 15.22
Perſæ regnum recuperant 5.44
Perſæ primo Meſopotamiam incur-
ſant 36.20
Perſæ de vnione Perozæ quid referãt
120.25
Perſarum fuga 55.4. & cædes ibid.
in Rom. pugna 57.1
Perſarum lege quid cautum 128.45
in improbos lex 128.3
Perſis neglecta occaſio Aſiæ potiun-
di 8 4
Pertinax Imp. 8.19
Peuci 12 5
Phathuſæ vicus 49 22
Philiattus lacus 10.8
Philippus Arabs nequam 6.2
ad Magnentium miſſus 17. 16. e-
ius oratio ibid. 40
Philippi Vafricies 6.8
Philoſophi in quos à Valente ſæuitum
65.34
Piſandri Poema 100.14
Piſidæ 67.12
Pityus vrbs capta 9.15
Placidia Honorij ſoror 115.18
Pons ſuper Tigrim 55.48
Pontifices vnde dicti 73.2. & cur
ibidem
Pontifices Max. Imperatores dicti 75.
23
Portentum à Valente conſpectum
68.3
Portenti interpretatio 68.18
Poſtumus reb. nouis ſtudet 11.10
Præfectorum Prætorio officium 32.
40
Prælium Maxentij & Conſtantini 26.
32
inter Licinnium & Conſtantinum
27.20
ſecundum inter Licin & Conſtan
tinum 28.1
quartum inter Licinnium & Con-
ſtantinum 30.18
inter Conſtãtium & Magnentium
39 40
Præſides iniqui 60.40
Præſidijs quæ loca à Conſtantino per
duelle munita 112.26
Prætorio Præfecti quatuor Conſtan-
tino 32.41
Principatus affectati à Procopio ini-
tia 61.22. eius vafrum facinus 16.
23. ad imperium aſcendit 16.48. im
perator 62.14
Prothingi 25.49
Priulſus occiditur 84.12
Priulſi & Frauſtij rixæ pernicioſæ
84 5
Probus & Florianus impp. 12.51
impp. cædes vindicat aſtu 18 10
Probus 12.40. occidit ſeipſum 16.48
Probi bella in Germanos 18.42. Sem-
nonem ducem capit ibidem
Strategema 19 6
Proceres hoſtibus dediti 94 45
Procli mors 83.40
Procopius interficitur 63.10
Procopius 90.13. eius libertas ibid.
Procopianorum partium ſucceſſus
61 42
Prodigium noctuarum 26.13
Prodigia quæ Palmyrenorum interi-
tum præceſſerunt 16.8 & 16
Proditio barbarorum 76.10
Polybij de incremento Romani imp.
ſententia 1
Promotus prætor 74 16
copiarum prætor 75 53
Barbaros vlciſcitur 81.37
Rufino colaphum impingit 81.5
Promoti prætoris ſolertia 76.28
cædes 83.14
Promontorium ſacrum 30.18
Pugna naualis inter Licinnium &
Conſtantinum 29.30
terreſtris tertia 30.18
ad Murſam opidum 39.40
cum Perſis 56.16
nocturna 84 43
nauales 96 17
Puſæus 49.30

Q

Q Vadi 41.23.44.10
& Salij rom. legionibus ad
ſcripti 45.26
Cæſari deduntur 45.34
Quadorum motus 66.10
Quadratus ſcriptor 99.38
Quintillus imp. 13 14. mors ibid.

R.

R Abdicent 57 30
Rachomeris mors 83.44
Rauenna Theſſalorum colonia 99.35
Rauenna Flaminiæ Metropolis 99.25
Rauſmodus rex Sauromatarum 28.
22. vincitur à Conſtantino ibid.
occiditur ibid.
Reapſe ſæpius vſus verſor 14.48
Res militaris confuſio 78.13
Religio aulica contra Deum 111.4
Rheæ ædes Conſtantinopoli 32.20 &
ſimulacrum ibid.
Rheni Tranſiectus 8.46
Rheſeni 47.52
Rhati 47.7
Rhyndacus fluuius 10.22
Richoneris 81.12
Rodogaiſi maxima copia 99.12
Roma muris cingitur 13.22
Roma noua qua occaſione facta 32.
40. ab Alaricho obſidetur 105.3
Romæ altera obſidio ab Alaricho
113.20

Romani imperij cauſæ 2.18
Romani vt Armeniam & Perſiam amiſerint 57.50
à Germanis vincuntur 63.26
vana quærunt auxilia 106.47
quanti ab Alaricho pacem emerint 107.8
ab Alariche bonis ſuis omnibus nudati 107.36
victoriam non perſequuntur 112.24
Alaricho adſentiuntur 113.24
Romanorum imperium 2.24
diſceßio à Perſide 58.24
legatio ad Honorium nil perficit 108.10. & 50
in obſidione vna ſpes 106.1
ſtolida legatio 106.16
ſtolidæ opiniones 106.30
Romuli & Menelai duellum 40.10
Rufus voluſianus 25.28
Rufinus ſacrorum magiſter 82.1.
Theodoſio carus ibid. ei Promotus colaphum impingit ibidem
prætorio præfectus 82.24
atheninenſis 81.50
Arcadio eum authoritate datus 84.30
principis affinitate ſpe excidit 87.8
Eutropio inſidiatur 87.25
Rufini ſceleratißimus dolus 82.8. conſulatus ibid. 16
in Tatianum & Proclum inſidiæ 82.18
Rufini & Stelicoñis nimia poteſtas 86.10
de imperio ſomnia 86.22. facinora ibid. 30
aſtus 87.3. ædificium ibid. 8
error 87.12
Rufini & Steliconis ſimultas 87.85
molitiones improbæ 87.42
Rufini & Alarichi conſpiratio 88.2
Rufini cædes. 89.26. & in eius cadauer ludibria 89.30

S

Sabatha apidum 54.12
Sabrini oratio pro Niſibinis 59.32
Sabinianus Imp. 9.40
Sacrificia paganorum prohibita à quo 75.44
Sacrificiorum abolitio 85.24
Sacrilegium Zoſimus reprehendit 107.15
Sais fluuius Thraciæ 27.42
Salij 44.28. ſe Ceſ. tradunt 44.36
Salij & Quadi Rom. legionibus deſcripti 45.26
Sirmium Pannoniæ 27.28
Salluſtius præfectus Prætorio 56.36
ſuo & filij nomine Imperium repudiat 59.28
Sapores Perſarum rex Orientem in ditionem redigit 10.38
Sardes 89.50
in Phrygia 68.7
vt à direptione ſeruatæ 94.25
Sarus Stelichonem obruere conatur 103.5
in Conſtantinum ablegatur 112.3
neutrarum partium 115.26. ad Honorij partes tranſit 115.30
Sarracenorum & Scytharum prælia 68.22
Saturninus Maurus rebellis 18.25
Saturninus 96.10
Saulus 84.22
Sauromatæ 41.22
Sauromatarum motus 66.10
Saxones 41.20
Bătauiam occupant 44.26
Saxonum inter Germanos exiſtimatio præcipua 44.20
Scena in ludis ſecularibus 22.30
Scyri à Theodoſio victi 74.12
Scythæ in Thraciam vnde tranſgeßi 2.6
cum Peucis & Gothis expeditionem ingentem parant 12.5
in Rom. 2.44
per Mæotidem in Ciliciam excurrunt 17.42 47.9
ad Rom. confugiunt 67.36
tranſ Iſtriani qui & Gothi 69.45
Scytharum prædæ 9.14
incurſio 10.20
alia expeditio 10.48. in Italiam ibid.
claßis ingens vbi periclitata ſit 12.10
50. millia cæſi 12.26
interitus 12.50. & 18.6
Scytharum & Sarracenorum prœlia 68.22
Sebaſtianus copijs præficitur 68.38. eius virtus ibid.
Sebaſtiano mali inuident 69.10. eius belli rationes ibid.
Seculares Ludi 20.40
Seditio militaris ingens à quo excitata 102.28. 109.40
Seditionis authores 109.44
Seleucia quæ & Mezoebaſa 54.12
Seleuciades aues 36.24
Senatus Rom. ſacrificiorum abolitionem ægrefert 85.28
dijs ſacrificat 107.4
Senatus habitus de Alarichi poſtulatis 100.25
Senatorum romanorum ædes Conſtantinopoli 82.28
Senatus conſultum contra Maximum 78.51
Sepeliendi cadauera mos Romæ. 106.8
Serena Steliconis vxor Theodoſij neptis 87.30
mundum adimit Rheæ 10.30
cur capite damnata 105.20. Strangulatur ibid.
de Serrena ſuplicio Zoſimi pagani iudicium 105.28
Serenianus 62.28
Seuerus Imp. 8.28
Seuerus à Maxentio victus 24.30 occiditur ibid. 30
Seueri Imp. iuſticia 5.40
Saueri Imp. porticus 31.50
Sibylla de ludis ſecularib. 22.41
Sibyllinum oraculum falſò à Maxentio intellectum 26.30
Sidon in Phœnicia 90 58
Simulacrum virtutis aureum conflant Romani 107.24
Sirmium à Magnentio fruſtra tentatum 39.7
Sirmij regia concremata 66 15
Siſcia in Pannonia 37.20
vbi ſita 38.18
Siſciam Magnentius delet 39.8
Sitha 49.50
Solis defectus ipſo prælij tempore 84.40
Solymi 67.12
Salonini & Siluani cædes 31.15
Stelico 84.28
Honorij tutor 85.10
Honorij ſocer 87.30
necem Rufino ſtruit 89.15
Honorio Africam recuperat 91.10
Rodagauſi delet exercitũ 99.20
Italiam liberat 99.22
Honorium ab itinere deterret fruſtra 101.4
periculi admonitus 101.10
ab Honorio arceßitus 101.20
militibus ſeditioſis ignoſcit 101.24
calumnijs Olympij opprimitur 101.4
in periculo verſatur 103.10
fraude è templo ducitur 103.20. capitur ibid. ſuis vetat ſe à morte eripere. ibid. 26, necatur ibidem quo

quo die necatus 101.40
Stelichonis de ſeditioſis decretũ 102.42. clemens animus ibid. 50
Stelichonis & Rufini nimia poteſtas 86.10
ſimultas 87.35
Stelichonis in Peloponneſum expeditio 89.4
luxus & ignauia 89.8
in Maſcheldelum ingrata perfidia 91.18
in Eutropium ſcelera 91.20
inſtitutum 99.7
Stelichonis & Alarichi ſocietas 99.8
Stelichonis victoria 99.22
Stelichonis & Honorij deſſenſio 101.28
Stelichonis rationes ad Senatum 100.33 ad Honorium 101.33
conſilium 101.43
ruinæ occaſiones 101.50
familiares vexantur 103.45
filius Eucherius capite damnatur 104.2
ſacrilegia punita ex ſententia pagani hominis 105.45
Stelichoni necem ſtruit Olympius 103.12
Stelichoni Honorius adſentitur 102.50
Syrca opidum 55.53
Synodus contra Chriſoſtomum 97.10
Syriani philoſophi hymnus in Achillem 66.50
Subſidium Honorio inexpectatum 114.12
Succeßianus præfectus pretorio dictus 9.22
Succeßiani virtus 9.25
Surenas magiſtratus Perſicus 50.8
Symbra vicus 35.45

T

Tacitus imp. 17.35. interficitur ibid. 50
Taifali 69.45
Tapianus ſiue Papianus imp. 6.30
Tarentum ambiguum 21.4. ad ripam Tyberis ibid. 10
Tatianus & Proclus filius 79.34
Tatianus Præfectus Prætorio 79.35
Taulantini quæ loca inhabitent 90.4
Taurus & Florentius coss. 47.21
Templum Senatus incendio abſumptum 98.10
Terræmotus validi. 66.40
Tetricus punitur 17.22
Thermantia Stelichonis filia 99.43
Theodorus notarius affectat imperium 65.2. & quæ ex cauſa ibidem
pœnas dat ſtultitiæ ibidem
Theodoſius imp. creatus 69.40
a barbaris deceptus 71.26
ſimulacrorum euerſor 73.40
barbarorum conſilij occurrit 72.2
a barbaris prope necatus ibid 40
aſtu Maximum fallit 75.32
fana & ſacrificia paganorum prohibuit 75.44
amore Gallæ captus 79.30
in latronem incidit 81.3
iactator & luxui deditus 81.40
aduerſus Eugenium 84.12
Honorio filio quæ legauerit 85.34
Theodoſij præſidis Myſiæ virtus 66.18
Theodoſij imp. in Gothos expeditio 66.50 mores 71.8. luxus ibidem 21
ſtoliditas 73.33
fortuna 74.14
erga captiuos humanitas 76.40
conſilium 79.8
in Maximum expeditio 79.50
celeritas 80.6
in benemeritos gratitudo 80.20
egregium facinus 80.40
periculum 81.27
mira indoles 81.46
copiarum ducet 84.19
ad Senatum Rom. ad amplectandã chriſtianam relig. oratio 85.18
obitus 85.33
Theodoſij minoris pater quis haberetur 94.44
Theodoſiani ſeculi corruptela 23.30
Theſſalica perſuaſio 6.43
Theſſalonica obſeſſa 8.36
Theſproti quæ regionem incolant 99.5
Thuringi 75.48
fraude circumuenti 74.2
Thuringorum maxima clades 76.35
Tiberius propter crudelitatem eiectus 3.3
Ticinum Liguriæ 99.20
Ticini ſeditio militaris 102.18
Tigranes 55.6
Tigridu regio 50.19
Timaſius 84.20
peditum præfectus 79.40
accuſatur 90.3
Thimaſij conſilium principi exitiale 81.15
exilium 90.10
Timeſicles 5.40, & 53
Titianus Senator Romæ 38.50
Titus imp. 2.12
Tormentum murale a Iuliano excogitatum 51.18
Traianus imp 3.15
Traiani Tribunal 50.2
Trapezuntis obſidio 9.49. cur capitur ibid.
Treueris maxima ciuitas 44.42
Tribuni tres interfecti 57.23
Tribigildus & Gaines in Remp. conſpirant 91.40
pecunia data elabitur 93.17 vbi concluſus ibidem
Tribigildi error 93.42
Tyrannus in exigendis tributis 34.46

V

Valerianus imp. 8.30
a Sapore capitur 10.40
Valeriani ſeueritas in repub. adminiſtanda 60.50
Valerianorum familia vnde 20.42
Valerij Publicola ſacrificium & ara 21.44
Valeſus Valeſius 20.43
Valeſi Valeſij ſomnium 22.1
Valens Cæſar cum Licinio contra Conſtantinum 27.50, & 28.10
imp. creatus 60.16
ad remp. gerendam inutilis 61.14
varijs bellis obrutus 62.10
Scythas recipit 67.40
Valentis in Scythas expeditio 64.14
ſtrategema 64.15
crudelitas 63.14
ſeuitia in literatos 65.20
miſer interitus 69.28
Valentis Illyricorum præfecti temeritas 108.28
Valentinus patriæ ſuccurrit 92.50
Valẽtinianus imperator creatus 59.25
natura iracundus 60.8. collegam deligit 60.12
rei bellicæ non rudis 61.12
imperij affectator 64.40
cur tributis grauis 65.50
Valentinianus minor imp. 67.8
Valentinianus ad Theodoſium fugit 78.40
vienuæ in Gallia occiditur 83.26
vt occiſus 82.40
Valentiniani magnus animus 63.26
mors 64.30
Vararanes Rex Perſarum in Rom. 118.26
Venatio regis 54.5
Verenianus & Didymius occiſi 113.4

Verus Imp. 3.16
Veſpaſianus 3.11
Veſtalis virginis imprecatio 105.44
Vetranio Imp. dictus 36.14
Conſtantij partes ſequitur 36. 40.
imperij parte a Conſtantio ſpoliatur 36.41
dux 56.10
Vetranij mors 37.3
Vexillum Rom. à Perſis captũ 51.48
pœna duci inflicta 52.2
Victor Cæſar interficitur 80.17
Victores 53.28
Virtutis ſimulacrum conflatur 107.25
Viſum Deorum 11.18
Vitalianus prætor 73.44
Vldes Hunnorum princeps 96.46
Vlpianus iuriſconſultus 4.25
Vlpiani cædes 4.25
Vnio miræ magnitudinis 120.14. vbi inuentum ibid.
de Vnione hiſtoria 120.14
Vox in Attalum ludis circenſibus emiſſa 115.7
Vranius ex ſeruo Imp. 4.15
Vtribus Romani Tigrim tranſijciunt 57.19

Z

Zabdæ aſtutum facinus 14.19
Zaragardia 49.53
Zautha locus 42.16
Zena 35.49
Zenobia Odonathi vxor virago 11.26
Aegyptum occupat 12.30
fugit Emiſam 14.13, & 15.30
pugna inferior attonita 15.10
victa mœrore affecta 15.10
capitur 15.38
Zenobiæ interitus 6.17.2
Zoſimi pagani ratiocinatio 23.30
veritatis ſtudium 40.54

FINIS.

INDEX RERVM SCITV DIGNARVM EX PROCOPIO, AGATHIO, LEONARDO ARETINO

variarum gentium hiſtoricis collectus.

A

ABaſgi 185
Abades Coſro. ſcribs. 170
Abduinus qui & Albuinus Longobardorum rex 590
Abduini Longobardorum regis ad Iuſtinianum querela 407
Abigas fluuius 254
Abiſa fluuius 226
Abocbaraltus 141
Aborras fluuius 152 168
Abramus rex 143
Abydon inter & Seſtum maris anguſtiæ. 156
Acacius præſul Conſtantinopolitanus 190
Acacius ob improbam rapacitatem à ſubditis interficitur 154 242
Acates nauigij genus 127.170
Aceſina fluuius 117
Acierum inſtruendarum ratio. 413. & ſeq. 180 653 450
Acies vtrinq; tam Romæis quàm Vandalis inſtruuntur 212.213
Aculinus Beliſarij armiger. 302
Actionibus amicos reddi homines vel inimicos 229
Acrane 248
Ataulphus Viſigothorum dux 184
Adeogundubades 146. eiuſq; interitus ibidem
Adregudunibades Chanaranges conſtituitur 123
Adolius Acacij filius 154.170 173 occiditur 174
Adrametum oppidum. 201.208. dolo capitur 238. reſtituitur Imperatori 233
Adraſtadaras Selanes, magiſtratus apud Perſas 123
Adriani moles 530. deditur 412.682
Adriatici maris, eiuſq; accolarum deſcriptio 272.278
Ad tripodē ire, quid apud Perſas 147
Adulis ciuitas 142.143
Aedeſſa 137.171.172
Aedeſſæ oppugnatio 177
Aedeſſam fruſtra capere nititur Coſroes, 175
Aedeſſenorū ad Coſroem oratio 136
Aegiſtus quomodo à capella nutritus 320
Aegyptus terræmotuū expers 485
Aelas ſuburbanum Carthaginis 218
Aemyliæ oppida à Rom. recuperantur 324
Aerea porta Byzantij 149
Aethiopes tributum quotannis Imperatori Rom perſoluunt. 148
Aethyopibus mercari aliquid ex Romæis lege cautum 142
Aetius dux Romanorum Bonifacio inſidias ſtruit 185. tollitur 187.180
Agatus Coſroem vituperat. 494
Agathij iuuenilia ſtudia 458
Agathium quid ad ſcribendum hiſtoriam perpulerit. ibid.
de deo ſententia 459
ob terræmotum metus. 459
paupertas & aulica negocia 407
ab ocio literario ad aulica negocia pertractus eodem
obiter hiſtoriam ſcripſit eodem
vnde habeat Perſarum regum certam ſucceſsionem 559
de occultis rerum cauſis nihil cenſet certi ſtatui poſſe 542
in iudicando modeſta timiditas folio 547
ob labantis imperij Rom. culpam diluigatio ac querela 548.549
Aggila & Philomathij temeraria in Perſas irruptio 513
Aigam dux 194
ſaucius cadit 221
Aigar Maſſagetha dux 131
Aila ciuitas 141
Aimachus Antiochenus lanius 164
Alamandarus Saracenus 163
Alamandari oratio 137
prudentia in rebus bellicis folio 173 117.238
Alani 134.180.184
Alaricus 246
viſigothorum dux iners 268
Alaricus alius cum Attalo Rauennā exercitu inuadunt 184
moritur ibidem
Alarici mors 268
Albanum oppidum 306
Alba oppidum ibid.
Albuinus vide Abduinus ſuprà
Alemanni 267
Alemannorum origo & inſtituta. 465. & ſeq.
impietas & ſacrilegia 476
Alamannicæ vates exitium Francis prædicunt 479
Alexāder ad Amalaſſunthā legatus 250
Alexander quidam in Italiam præfecturam miſſus 345 673
Alexander Macedo 182.153
Alexander nobilis medicus 543
Alexandri malitia 545
Alexandria terræmotu nonnihil concuſſa 485
Alexandria ædificiis infirma eodem
magnitudo ſituſq; eodem
Aligernus Fredigerni filius, Teiæ frater acris Rom. hoſtis. 465
Francis diffidens, ad Narſetem deficit 472
Francos deluſos irridet 478
Aligerni fortitudo 481
Alpium deſcriptio 266.668
Alchias dux 104
Alchiæ ducis monomachia cum lauda 287
Amalafreda Longobardis auxilio miſſus 407
Amalaſſuntha Theoderici filia, Atalarici mater 197.243 640
Theodatum corripit. 252.164
gno placare conatur. 252.541
Amalaſſuntha Theodatum oblato re-
Amalaſſunthæ laus & ſequen.
in educando filio ſeueritas 248
magnanimitas. 249.164
mors 541
Amalaricus Alarici nepos. 268
pacis ſtudioſus 269
Amalarici erga vxorem impietas ib.
interitus 270
Amantes frater Gilimeris 208
occiditur 202
Amazaſpis perfectus Armeniæ, mox falſo accuſatus necatur 153
Ambitio virtutum excitatrix. 457
Ambitioſos à dæmone deludi 187
Ambrus Saracenus Sergiopolitanos à deditione cohibuit 169
Amer excæcatur 193
Achilles alter dictus 191
Amicitiæ exemplum 122
Amicitiam multas querelas obtegere 216

a

Amicitiam pecunijs conciliatam non eſſe durabilem 368
Amida urbs. 124.126
Amida capitur. 124
Amida à Romæis precio recipitur 126
Ammodius locus 131
Anaſtaſij in Erulos benignitas 316
Anaſtaſius ciuis nobilis apud Daras ciuitatem. 151.156.158
Anaſtaſius Romaorum Imp. 123.124. 138
Anaſtaſia ciuitas 127
Anatolius Orientis dux 118
Anatolius ſenator terræmotu perijt, plebe ſuis ſignijs hoc mortis genus imputante. 518
Anchialum unde nomen ſortitum 402
Anctum ciuitas 388
Ancons teli Franciči genus 470
Anconæ oppidi ſitus 314.661
ancone obſidio 403.695
Andreæ Byzātij gymnaſiarchæ ſtrenuum facinus 131
Antrici regis Erulorum interitus 316
Anto fluuius 658
Aniens pons 648
Annonæ difficultas horrenda 325
Antala 246
Antalas dux 191.236
antalas à Romæis deficiens, bellum contra Salomonem mouet 232
Antale ad Iuſtinianum epiſtola ibid.
antalæ frater à Salomone occiſus 236 237
antalæ ſtruuntur inſidiæ 219
Antæ Hiſtri accolæ Romanis auxilio ueniunt 396
Antarum Sclauinorumq; mores & inſtituta 363
Antæus cur terræ filius dictus 222
Antæ à Germano profligati 399
Anthropophagi Saraceni 142
Antiochus Neapolitanis deditionem ſuadet. 258 644
Antiochea ciuitas 138.159.160 capitur
Antiochenorum calamitas prodigijs antè ſignificata 162
Antonina Beliſarij uxor 150.300.656
Antoninæ Byzantium reditus 384
Aordus Erulorum dux interfectus 392
Apamea ciuitas 168
Apes primum abigendæ, deinde mel ſubtrahendum, prouerbium 501
Aphrica Romæis per Vandalos erepta, 186
Aphricæ ciuitates omnes mœnibus nudatæ præter Carthaginem 268
Aphrorum contra Vandilos uictoria 192
Aphrica Romanis recuperatur 194
Aphricæ indigenæ Maurusij 212
Aphri Romæis obtemperantes 235
Aphricæ præficitur Sergius 257
Aphrorum cædes ac fuga. 239
Aphrica potitus Beliſarius 151
Apolliciarius 215
Apologus de leone & hirco 219
Apparatus retinendæ ciuitatis Phaſidis mirabilis & operoſus 512. & ſeq.
Appiæ uiæ elegans deſcriptio 271
Appij Cenſoris in ædificando ſolertia 271
Appion Aegyptius 225
Apſaruntha oppidum 508
Apſilij ſub Colchis ſunt 509
apſilij legati ad Miſianos interficiuntur, 529
Aqua turbata hoſtium ſecure agentium ſignum 625
Aquæductus Neapolitani deſcriptio 261. & 262.622
Aquam quomodo à putredine conſeruarit Antonina 197
Aquarum ſub terra erumpentium omen. 198
Aquileia ciuitas 187
Arabia, Arabicus ſinus 142
Araricus Theudibaldo in regno ſuccedit 246.672
araricus Gothis inniſus occiditur 261
Aratius Auximum mittitur 319.662
aratius 330.335
Arbila ſoleæ genus 328
Arbitrium hominis liberum aſſeritur 459
Arborichi populi 267
Arborichi Romanorum limites ibid.
Arborichi Chriſtiani ibid
Arborichorum cum Germanis fœdus ibidem
Arcadius moriens Theodoſij filij tutelam Iſdigerti hoſti & Barbaro commiſit 536
Arcadius Byzantij Imperator natura minime ingenioſus moritur 117
arcadius Theodoſij filius Orientis Imperator 183
Arcadio Theodoſius filius ſuccedit 184
Archelaus 195
Archelai oratio 198
Arcu ueteres lentè ac imperitè uſos 117
Ardabigara oppidum 372
Arcobindus Choſrois orator 495
arcobindus 124.239. miſerè interficitur 240
Arethas regia dignitate à Iuſtiniano donatus 158 167.178
Argis cuiuſdam Hunni fortitudo 178
Ariadna Leonis filia 189
Ariana ſecta 218 222
Arianæ ſectæ eſſe Geticas gentes 184
Aribazutes Hunnus 137
Ariminum à Gothis obſeſſum oppugnatur 311.660
Arimini obſidio ſoluta 662
Ariminum proditum 306.694
Armatus dux 100. tollitur ibid.
Armenia 127
Armenij minores Leucoſyrij 137
Armeniorum pro auxilio ad Coſroē oratio 154
Armenij erga Arſacem officium 128
Armorum genus uariū 382.468.665
Arſaces Armeniæ rex. 121.154. interitus eius 128
Arſacidæ 154
Arſaces Armenius dux 157
ob defectionis pœnam inflictam Iuſtiniano inſidias ſtruit 387 alios ad idem hortatur ibid.
arſaces Pathorum rex 491
Arſacidæ dicti Parthi eodem
Artabanes. 272.377. laus ab eius geſtis 242
Artabanes Gontharim tyrannum confodit 242
Artabanis gloria 244
Artabanes Preictæ amore ictus 325
qualis. ibid.
Artabanis dignitas ibid.
artabanis maleuolentia in Cæſarem ibidem
Artabanes uxorem repudiat ibidem
Thraciæ cohortibus præfectus 398
Artace Cyzici ſuburbanum 190
Artaſirus Barbationiſq; temeritas 680
Artaſires Gontharidis cædem recipit 243. & occidit ibid.
Artausdes quære Archebazes
Artaxerſes matrem exilio profligauit ob libidinem inhoneſtam. 493
Artaxerſes rege Artabano occiſo regnum Perſarum inuadit 493
Artaxerſes genere obſcurus, factis clarus, ſolio ibid.
Artaxerſis genealogia & mirifici natales, ibid.
Artaxerſis iniquitas & imperij initium, ibid.
Artaxerſes alius Saboris frater rex Perſarum creatus 116

Artemius ad imperium Orientis ſuſcipiendum mittitur 189
tollitur è medio ibidem
Arthabazes Armenius ſtrenuus 242
in monomachia victor, caſu & ipſe moritur 249.678
Arthabazis conſilium bellicum 248
Arthmeſius & Methrodorus fratres Byzantij magni habiti 544
Arthmeſij Trallenſis in Mathematis celebritas 544
cum Zenone vicino lis. eodem. eiusq́; de Zenone vltio. eodem.
in ædificando ſolertia 545
Arxis ſaucius 207
ex vulnere ſanatur. ibidem
Arzaniorum oppidum 125
Arzanes ibidem
Aſbadus Gepes Totilam fugientem occidit, ſaucius & ipſe 415
Aſbadi viri ſtrenui crudele fatum 807
Aſbaci populi 498
Aſcanis fortitudo 240
Aſclepiodotus & Paſtor rhetores à deditione Neapolitanos deterrent 258. 464
conuicia in Stephanū regerit 264
Aſclepiodoti miſerabilis exitus ib. 646
Aſia 183
Aſinarius Gothorum dux 255
Aſinius Quadratus 461
Aſiſij deditio 860.679
Aſpar & Ardaburius Ioannem Honorij ſucceſſorem pellunt 185
Arianæ ſectæ 188
Aſparis opera Martiano ſuccedit Leo ibidem
Aſpebedus dux 144 146
Aſpendius 226
Aſpetiani 254
Aſpidis mons 226
Aſtrologorum certa pollicentium obiurgatio 486
Aſtrologica veriſimilia; at non ſemper vera ibid.
Aſueſtus lapidis genus 667
Atalaricus Theodorico ſuccedit 249. 640
Atalarici mater Gothorū regina 216
corruptela ibid. & 540
mors 251.517
Atalius à Iuſtiniano legatus 206
Ateſis fluuij origo 698
Athanaſius Alexandri germanus 255
magiſter equitum 219
in Lazorum regionem ad vindicandā Gubazis cædem miſſus 508
pro tribunali ſedens Gubazis occiſi cauſam cognoſcit 519. *& ſequen.*
ſententia Ruſticum & Ioannem morti adiudicat 526
Athenæ 180
Athenocles hiſtoricus 492
Attacha oppidum 144
Attalus Occidensis Imperator conſtitutus 184
ob ignauiam Imperatoris inſignibus priuatur ibid.
Attilas Europam populatur, Occidentisq́; Imperium tributarium facit 187
Atyras amnis 549
Auaricia ducis, defectionis cauſa ſubditis, 164
Ardaburius dux 185
Audacia duci vitanda 211
in exitium ducit 267
Auglon vicus 178
Auguſtus Occidētis Imperator 24.518
Auguſtulus quur dictus. eiſdem 190
in ordinem redactus 246 619
Auguſtus theſauri Sophiæ templi cuſtos 182
Auguſtæ domus Byzantij 248
Auraſius mons. 125. 226. *expugnatur* 228
Aurarius mons 190
Auximum Metropolis 229.665
Auximi arcta obſidio 229. & ſeq. 665
deditio 237.667
Auzomitæ 142
Auzomis ciuitas ibid.
Azaretis fortitudo 178

B

BAbas Dilimnitarum reliquias ex fuga proſternit 511
Bacchij Gothorum nomine cum Romanis expoſtulatio 649
Baches Longobardorum princeps Romanorum ſocius 818
Bacchus Salomonis frater 236.137
Bagrada fluuius 228
Bagaſis ciuitas 233
Balas dux 204
Bamelch, Cupilſes & Lager Sabyrorum duces 510
Banadares legatus 170
Bandum ſignum 211
Bandophorus 211
Barbaricus campus 258
Barbaros non literis filios, ſed armis adoptare 128
Barbarorum in Romanum imperium irruptiones 180
Barbaricini 226
Barbaros in dieì ſerum cibum capere 166
Barlai portæ 218
Barbatus dux 194
Barbati omnes Romæi duces 220
Bareſmanas dux 181
interficitur 134
Baſilides Coæſtor pro Tribuniano conſtituitur 148
Baſiliſcus præfectus claſſis. 188. Byzantij tyrannidem occupat Zenone abſente. 190. capitur ibid.
Baſiliſcus Zenonis filium Cæſ. cōſti ib.
Baſiliſci interitus ibidem
Baſſaces ſiue Bazaca 154.171
Baßitius dux 121
Baßitio pellis detracta, ac paleis expleta arbori ſuſpenditur 122
Baſtes ciuitas 216
Bazes Cabadis filius Monophthalmus 127
Bederina poſtea Iuſtiniana dicta Illyrici ciuitas, Iuſtiniani patria 554
Beldas quære Vndella
Beleſmaches dux 167.168
Beliſarius dux 116.130.151
inuidioſe delatus apud Iuſtinianum 119
Byzantium proficiſcitur cum Gilimere & Vandalis 204
Italiæ præficitur. 255
Neapolitanis deditionem ſuadet, 258.261.643.644 (644
Neapolim hoſtiliter inuadit. 260.
oppugnationem parat 262 211
milites ad clementiam in deuictos hortatur 263
commeatu Ro. proſpicit ibidem
imperterritus 282
Beliſarius per litteras ſubſidium à Iuſtiniano petit 284 652
periclitans cuiuſdam armigeri ope ſeruatur 186
fidei erga Imp. tenaciſſ. & contemptor honorum 240 670
tyrannidis ſuſpectus 609
Byzantium quare reuocatus 241
ſecundo in Italiam miſſus 256.677
ex inſperato Romam occupat 277. 687
Mediolanenſibus opē pollicetur 659
Byzantium reuocatur ob ſuſpicionem affectata tyrannidis 670
Italiæ certa ſalus 678
iam decrepitus contra Hunnos mittitur 550
Beliſarij & Hermog. ad Perſarum ducem literæ 132
ad ſuos oratio 116.139.165.167. 195.199.200 202.209.218
in dirimēda aduerſus Iuſtinianum ſeditione fortitudo 149

ad Iuſti literas reſponſum 271
ad Gothos in Lilybæo literæ 216
triumphus de Gilimere victo 220
in Italiam profectio 257 610
mirabilis ſucceſſus 601
magnificentia eodem (645
in victos manſuetudo ib 263 308.
in reparandis Rom. ruinis ſtudium 271.645
ſucceſſus proſperi 272.643
fortitudo temeraria 312.646
periculum 312.646
incredibilis laborum ac inediæ tolerantia 278 649
.... 280.655
ad eandem proditionem vigilantia 287.659
ad milites oratio 290
ad Romanos oratio 299.321.330
cum Francis expoſtulatio 313
aſtus & diſſimulatio 341 649
de pace cum Gothis ineundæ tractatu cum ſuis ocliberat 339.668
ex re præclare geſta celebritas 343 671.& ſequen.
ad Gothos oratio 357
ad Imp querela 359.670
in vrbem Romam reditus 361
metus 372.683
aduerſa valetudo 373 686
ad Totilam litera 375
Byzantium reditus inglorius 392. 691
vitæ inſtitutum 392 401
effœto corpore viuidus & fortis animus eodem
ad milites temerarios oratio 551
ſtrenua facinora ac fortia 553
de Hunnis deuictis triũphus 554
Bella duo vno tempore ab vna gente ſat cõmodè nõ poſſe geri 270.644
Bella quatenus iuſta 475
Bellum conſilio adminiſtratum feliciter ſuccedere 165
Bellum dehortatur Ioannes aduerſus Iuſtiniani decretum 193
Belli finis nulli ante certamen exploratus 375.458
Belli momenta aut ducis virtute, aut fortunæ arbitrio conſtare 224
Belli aleam penes ducem potiſſimum conſiſtere 530
Bellum & regnum omnium inter homines maxima 318
Belli cauſas incidere, pium 136
Bellica res virtute animorũ, non hominum copia expendenda 110 129
Bellas priuato & publico odio permotus Theudibaldum regem obtruncat 345
Beneuentum olim Maleuentum Beliſarium recipit 272
capitur 675
Beroſus Hiſtoricus 492
Berrhœa ciuitas 160. vacua ciuibus, qui aufugerant, capitur ibid.
Berrhœis deditionis cauſa fontis defectus ibidem
Berytos Phœniciæ elegans ciuitas terræ motu collapſa 485
iuris ſtudio celebris ibidem
Beſſas dux 144 641
commiſſo cum Gothis prælio Romam venit 274 647
ſpoliatus 372
a Gubaze accuſatus relegatur. ib.
per ignauiam Petram præſidium amiſit ibidem
Beſſæ Gothi genere laus 373
Conoisq; improbitas 367
auaritia & contumacia 370
negligentia 372
Beſſæ quæſtura, & ipſius ex ea celebritas. 498. exauctoratus ibid.
Beſſius in Gothos procurrit 289
Betam quandoq; Gammam perſequi & contrà, prouerb. 205
Biduo pugnatum eſt. 420.700
Biglentia Iuſtiniani ſoror 219
Birgentius Mediplano profugus 329
Blaſes Perozæ frater rex eligitur. 128. in carcerem conijcitur 123
Blemyes populi. 143
Bliſeanes 347
Boas fluuius 379
Boches vir ſtrenuus vulneratur 307
Bochis mors ibidem
Boetica lyra pro Pindaro 513
Boetij cædes 248.640
Bolum arx 135 145
Bona Rom. in prædam acta 373 381
Bonus Lucæ præfectus vir laudatus 472
Boni nomen 175
Bonifacius dux Ro 185. Aphricæ præfectus à Placidis conſtituitur. ibid.
cum Vandilis paciſcitur 186
Gilimeris ſcriba 213
Bonis præſentibus vti quàm fugientia quærere ſatius 139
Boraides Iuſtiniani fratris filius 149
Borcudis mors 386
Boriades 200
Boſporus ciuitas 139
Boſporani Hunnarum ſubditi 255
Boues ad trahendas naues 283
Braduna interpres Iſdigunnæ Perſarum legati 379
Britannia ad occidentis imperium pertinet 184
à Rom. deſciſcit delecto ſibi rege Conſtantino ibidem
Britones Hunnorum gens eſt 484
Buchium præſidium 507
Bulæ campus 204.209.218
Bulicas portus 141
Bulſinus lacus 252.641
Bultinus in prælio cadit 482
Baltini inratum in Rom. odium 476
ad milites exhortatio 478
Burgaon mons 224
Burgentius genere Beſſus auro ad proditionem corrumpitur 334
Burgentij ſupplicium 335
Burgundiones 262
Burgundionum de Francis victoria 461
Buzes dux 131.144.154
nonnihil auertit hoſtium impetum 501
Buzæ ad ſuos oratio 158
ſanum conſilium contemnitur 502
Byzacium 231.219.234.240
Byzantium terræmotu collapſa non ſine magna clade 531 & ſeq.
Byzantinorum ciuium, ob hoſtium aduentum metus 501
Byzantij orta ſeditio 147

C

CAbaon præfectus apud Tripolim ſolio 191.223
Cabades Perozæ regis Perſarum filius 119. rex eligitur 120. 485. capitur ob legem de fœminarum communione latam. 121 485 per vxorem liberatur. 122 638. regnum rurſus inuadit 587
fortunæ temeritatis ac inconſtantiæ exemplum ibidem
Cabades filius Cabadis regis 137.146
moritur 144
Cabadis in Rom. prælia 537
Cabadis ad Rufiniani orationem reſponſum 136
Cabades Zamæ filius. 146. clàm educatus à Iuſtiniano honoratur 147
Cabbula locus 139
Cadiſeni 138
Cæſarem Perſis vocari Romanum Imperatorem 179
Cæſaries principum Francorum qualis 468
Cæſarea Mauritaniæ 215.235
Calabaſtores oppidum 218
Calamitate plena omnia 137

Callinicus

Callinicus cognominatus in bello Iuſtinianus 161.181.144
Callinicum ciuitatem capit Coſroes contra pacta 171
Callipolis caſtellum 547
Calonymus Alexandrinus 104. *perfidiæ pœnas luit* 205
Calumnia non timenda conſilium danti 198
Calumniæ pulcherrimum exemplum 989
Cameli Mauruſiorum, fugæ cauſa Romæis 214
Camilli mentio 410
Campaniæ vrbes munitæ 271
Candidus epiſcopus 158. *capitur* 169
Cannæ vicus Rom. clade celebris 369. 682
Canuſium Apuliæ ciuitas ibidem
Capra cuiuſdam pueri nutrix 320
Capſum à Gotbis quibuſdam occupatum 484
à Romanis obſidetur ibid.
Capſi deditio eodem
Captos crudeliter tractare, minime regium 124.162
Captiuorum xij. milia 402. *aureis commutantur* 158
Caputuada 198
Capite ſublato, cætera breui corruere 199
Carcaſionis vrbis obſidio 268
Caralis vrbs Sardiniæ 226.406
Carſus Philarchus 248
Carthago obſeſſa à Stoza 228. *reſtituitur imperatori* 244
Carthaginis portæ ilico Romæis apertæ 204
Carthaginis potentia 222
Carthagine excepta, reliquæ Aphricæ vrbes mœnibus nudantur 188. 198
Caſandrea ciuitas ab Hunnis euerſa 456
Caſilinum flumen. 477
Caſpiæ portæ 137.138
Caſtrametandi ratio 478
Catelus vir probus moritur 357
Catina vrbs capta 643
Catholicus epiſcopus 172
Cauades quære ſupra Cabades
Caucaſus mons 480
Caucaſi ſeceſſus petunt Colchi clàm de rebus patriæ conſultaturi 502
Caucon 497
Cauſæ capitalis elegantiſsimus tractatus 461. & ſequen.
Celer magiſter 124
Centumcellæ vrbs maritima. 306
obſeſſæ 196.693
Cerateum Antiochiæ 162
Cereapolis quæ & Tenarus 196
Certamen ſingulare 413
Ceruentini fuga 562
Cethegus proditionis reus aufugit 361. 680
Cete merini piſcis vaſtatio & captura 384
Chalazarus, Godilanesq́; Ruſciani præfecti 384
à Totila interfectus 385.691
Chalcedon 183
Chanaranges magiſtratus apud Perſas 131.144.146
Charanges Armenius 479
Cheremontis in patriam pia ſedulitas 486
Cheronneſi deſcriptio 547
Cheronneſum à Barbaris obſeſſum tuetur Germanus quidam Orothei filius 554
Cherſonneſus 129.156
Chetumeſum non procul à Byzantio locus 550
Childebertus qualis 484
Childeberti mors ibidem
Childibius Rom. vir clarus, Thraciæ præfectus 361
Childibij fictitij fraus, & eius interitus 362
Chiliarchi 138.188
Chorißinus Gepidarum rex 390
Chorſamunthis ſtrenuus 395
Chora quæ & Trallis, ciuitas 586
Chortziani 173
Chriſtianorum de fidei dogmatibus ſeditio 407
Chytropolis 489
Ciborum genus abſurdum 367
Ciconiæ nidum deferentis omen. 187
Cidaris grauidæ ventri impoſita inaugurandi regis iam naſcituri ſymbolum 535
Cilicia operimenta ex hircorum pilis 125
Circeus mons 265
Circes fabula ibidem
Circeſion oppidum 157
Citharizam arx 173
Cithara Gilimer calamitatem ſuam mitigat 218
Citatias 126
Clementini metus 381.689
Clementia in hoſtem. 269.645
Clodamirus Francorum princeps 461
Clodamiri interitus ibid.
Clotharius Francorum dux 270. *qualis* 484
Prãcorũ imperio ſolus potitur 485
Coæſtoris magiſtratus qui & quæſtoris 127
Coæſtor Romæis, qui Latinis iuriſconſultus 147
Cobus amnis 498
Cochleæ porta Byzantij 149
Coi inſulæ ruina ac vaſtitas miseranda 486
Coi inſulæ ornamenta eodem
Colchorum origo 487
Colchi Perſarum ſocij 164. *fœdera cum Rom. inierunt* 165
Colchis inacceſſa Perſis ibidem
Colchi deliberant vtrum Perſis accedere, an Romanorum partes fouere, ipſis conducat 502
Colchi idem qui Lazi 519
Colchorum ob interſectum Gubazem contra Ruſticum & Ioannem accuſatio 464
poſt accuſationem auditam fremitus & clamor 528
cum Rom. in gratiam reditus 527
Colorum ob nomina conſpiratio facta Byzantij 147
Comagene, quæ nunc Euphratiſia 136
Comanæ duæ ab Horeſte extructæ 137
Commeatus Gothis interclusus 655
à Gothis Rom. interceptus 365.680
Cometes viſus dies aliquot ſub Iuſtiniano Xiphia dicta & Pogonia 156
Concordia paruæ res creſcunt 461
Coniuratio occidendi Iuſtinianũ 387. 588
Conon copiarum præfectus 301.656
Cononis temeritas 314.662
Conon Neapolis præfectus 351.675
à ſuis militibus ob auaritiam interfectus 385.690
Conſcientia facinoris 229
Conſilio gubernandæ Reſpub. 148.165 366.193
Conſulta euentu iudicãt homines 388
Conſtantianus contra Gothos in Illyricos mittitur 257.642
Conſtantianus & Beſſas Romam reuocantur 274
Conſtantianus interficitur 308.658
Conſtantianus rhetor. 172. *dux creatur* 178
Cõſtãtiani ſucceſſus 257.273.643.647
Conſtantiani in Beliſarium contumacia folio 307.658
Conſtantinus magnus 116
Conſtantinus Britanniæ rex conſtituitur. 309 *bello ſuperatus interijt* ib.
Conſtantius Honorij collega 184.220
Conſtantiæ exemplum 344

Conſtantini forum Byzantij 147.148.
Conſtantina vrbs 115
Conſtantinopolitana ſeditio 149
Contentio Beliſarij cum Conſtantiano ob pugionem Præſidio vi ablatum 302.658
inter Francorum principes 484
Corſica olim Cyrnus dicta, & quid in ea rari inueniatur 215.406
Coſroes Medorum rex inſtinctu Vitigis Rom hoſtis fit 319
129. rex declaratur 144
Zamam ac reliquos fratres ſibi inſidiantes interficit 145
fœdera cum Rom. rumpere conatur 152. rumpit. 157.171
pacem petit datis obſidibus 171
177
philoſophiæ ignarus, rei bellicæ contra gnarus 497
Cau'dis in regno ſucceſſor 558
omnium regum potentiſſ eodem
Coſrois ad legatos oratio 161
verſutia ac mores 161
tertia irruptio in Romanorũ fines 169.174
apud Daras inſidiæ 178
luctus ob Mermerois obitum 498
exiſtimatio qualis 494. & ſequen.
philoſphia ibidem
ſtudium, iudicium in litteris 495
in Nachoragam ducem ſæua crudelitas 553
calamitoſus & inglorius interitus eodem
Coſroi ſe dedunt Lazi 165
Cotias Liguriam inuadit 405
Cotriguri Hunni. 548
Crucis dominicæ pars Apameæ, magna loci tutela creditur 164
Ciliphon ciuitas 178
Culci linei arena repleti pro lapidibus in ædificando muro, cum lapides deeſſent 181
Cumæ cum alijs oppidis Rom. reſtituuntur 429.700
Cumarum ſitus 463
obſidio & oppugnatio 466
arcta obſidio & diuturna 466
Cumis præſidium impoſitũ 460.646
Curtius & Sergius ad regendas Aphricæ ciuitates miſſi. 136
Curioſitas Chriſtiano vitanda. 250
Cutilas ſaucius infixa lateri haſta vrbem ingreditur. 296
ex vulneris dolore moritur 297
Cuzes captus 180
Cutzinas dux 211 239. ad Gontharidem profugit 242
Cycizi ſuburbanum quod Artacem vocant 151
Cyprianus 218
Cypriani miſer interitus 560
D. Cyprianus. Cypriana feſtum 214
Cypriana tempeſtas 204
Cyrus Perſarum rex 153
Cyrus Sergij frater 236
Cyrillus dux. 211. Carthaginem adnauigat 194

D

Dabragezas & Vſigardus in Perſas ducunt 502. Perſas fugãt profligatos ibidem
nauium hoſtium intercipit 515
Dacius epiſcopus Mediolanenſis à Beliſario opem flagitat 506 617
Dagaris eques capitur 134
Dagaris fortitudo 145
Danubius qui & Iſter 183
Damaſcius Syrus philoſophus 496
Daphne Antiochea ſuburbanum 161
Daras ciuitas 127.151
Daſitheus dux 179 180
Datis Erulis præficitur 318
Decimũ Carthaginis ſuburbanũ 202
Delphicũ locus, vbi rex morari cum ducibus ſolebat 201
Deltæ Δ. non abſimilis acies Barbarorum 480
Demetrius ad Theodatum legatus 251
Demetrius Cephaleneus. 312
dicacitatis pœnas luit ibid.
captus obſeſſis deditionem ſuadere cogitur 352.675
Demetrio Italiæ gubernatio partim commiſſa 351.676
Demoſtratus Rufini frater 155
Denathus Palmirinus ſæuitiam Sauoris cohibuit 514
Dentes apri Calydonij mirandi 16
Dertona capta 541
Deus non aſtutos, ſed extremo periculo laborantes, modo ſint probi, amat. 184
Deus victoriæ largitor 512
Diogenes grauiter vulneratus elabitur 394 692
Diogenes Centumcellarum præfectus 196 694
Diogenes deditionem in certum tempus pollicetur 196.694
Diogenes doryphorus 179
Diogenes philoſophus 496
Dei obſeruantia felicitatis cauſa 166. 514
Dei laus, & quid de eo ſentiendum 285 459
Dei reuerentia ex calamitate oborta 543
Dei vindictæ potius quàm ſyderibus hominum mala imputanda. 546
Deorum Perſicorum nomina 492
Diogenis armigeri laus 189
Diogenis equitum memorabile factum 207
Deo decreta nullatenus prohiberi poſſe 186
Deo omnia accepta ferenda 203 512
Deum decipi minimè idoneum 157
Deum nullus iniuſtus ſentiet adiutorem 200.502.504
Deum iuſta petentibus ſemper adeſſe 203
Deum ſibi aduerſum qui conſtituant 519
Deum odio perſequi tyrannidem & iniuſtitiæ vltorem eſſe 243.502
Dianæ templum apud Tauros 136
Dido 212
Digreſſionibus ſuis patrocinatur Agathius 464.497 539
Dilaſas dux 221
Dilaſas dux in fidem ſe Romæis dedit 215
Dilimnitarum tria milia contra Sabyros miſſi 522
regio ampliſſima 510
mores & armatura ibidem
ſtrages & fuga 512
Perſis fugæ cauſa 518
Diocletianus 142
Diogeni Romæ cuſtodia commiſſa 394
Dioſcorus nobilis medicus 548
Diſciplinæ & obedientiæ militaris exemplum 665
Diſcordiæ exitus calamitoſus 326
493.594.158
Diſputationes de deo in conuiuijs culpantur 494
Diuinorum terrimenta. 548
Dolones maiora vela 202
Dolorem & robur & vires abſumere 212
Dolorem in conſilium peruerſum trahere hominem 217
Dolus in hoſte 488
Domeſticum Latinis dici archanorum ſocium 186 194
Domentiolus 178
Domentioli fortitudo 698
Dominicus & Maximus à Iuſtiniano legati ad Gothos 669
Dominicus dux 230

Doro-

Dorotheus. 134. 194. mortuus 198
Dracon fluuius Nuceriæ 419.699
Dromades nauigij genus 370.683
Dubium Perſidis regio 173
Dubius mons ibidem
Dux optimus, qui è bello pacem diſponat 132.135
Duces Romæi 139
Ducum Romanorum auaritia atque improbitas 145.147.672
Dyrrhachium, Epidamnus olim. 183
Dyſenteria magna Francorum multitudo perijt 533

E

EBrimirus Theodati gener ad Beliſarium deficit 157
Ebrium eſſe nulla ratione fas. 196
Ebuſa inſula 183.215
Eccleſia idem quod templum 162
Edeſene regio 134.137
Edeſſa 137.171
Eetis de Lazis poema 500
Eetes longa ratione Cholchis ad Perſas defectionem ſuadet 502.503
Ebninzur Hunnus Rhodopolim capit non ſine ſtrage Perſarum 529
Elephantina vrbs 143
Elephantus quidam vulneratus Perſis magno fuit exitio ibidem
Elephanti Romanis multum cladis inferunt 517
Elegia lapidi inſculpta de Francorum clade 482
Eloquentia vis plebeios & imprudentes 508
Elpidius medicus 248
Ennes 262.332.445
Epiſtola Beliſarij ad Imp. 384
Epidamnus nunc Dyrrhachium 183
Epiphanius præſul. 195
Equus Beliſarij egregius 311.648
Equi ſylueſtres in Corcyra 406
Erodianus Neapoli præfectus 271
Error fatalis & neceſſarius accuſationem habet 300
Eruli Barbari 149.174
defectionis precantur veniam 318
à Longobardis victi 316
incertis ſedibus oberrant ibid.
ingratitudinis in Imperatorem pœnas luunt ibid.
Chriſtiani facti ibid.
Erulorum origo & mores 314
portentoſa libido 316
perfidia 318.328
ditio 390
duorum proditio 480
Eſimipheus rex 143
Eſtratius Sotiris filius 509
Euagenes. 192. cuſtodiæ traditur. ibid. necatur 193
Euangelia Chriſtianorum ſacra, per quæ iurare ſolent 236. & abuſus ibidem
Euarides architectus 164
Eudocia Honoricho Gizerichi filio elocata 187
Eudoxia Valentiniani vxor. 186. Maximo iungitur matrimonio, occiſo Valentiniano 187
cum filiabus capta in Africam abducitur ibidem
Eudulius epiſcopus 172
Euentu conſulta iudicari hominibus 188
Eulamius philoſophus 496
Eulogius legatus 486
Euphemius Antiochiæ præſul. 160
Euphemia Ioannis præfecti prætorij filia ſecreta prodit 150
Coſroi in matrimonium accepta 158
Euphratiſia quæ olim Comagene. 156 269
Euphrates 136.157
Europum oppidum 170
Europæ deſcriptio 183.267
Euſebius legatus 118
Euſebius quidam epiſcopus interficitur 151
Euthalitæ Hunni 118
Eutychiana ſecta 190
Excubitores 215
Exercitatione augeri omnis diſciplinæ rationem 202
Exercitamenta rei militaris 475
Exercitus Rom. Mediolanum mittitur. 313
è Byzantio Beliſario in ſubſidium miſſus 285.361. 381.652.681.689
Exercitum conſeruandi ratio 266
Exilium ei qui ſemel imperauit, intolorabile 148
Exploratores publice ali tam apud Romanos quàm apud Perſas 144
Ezarethas dux 136.138
honore deiectus ob victoriam cruentam 141
Ezarthæ ad ſuos concio 140

F

FAboſis locus 234
Famelicos paſcendi ratio 853
Famæ volubilitas 350
Fames Romæ 298.340.367.681.484
Fames pudorem excludit 366.367
Famis memorabile exemplum 218
Fame 10 hominum milia perierunt 325
Febris ex terrore oborta 371
Felicitate ſyncera ſemper frui nemini datum 160
Feſulæ obſeſſæ 312.664
Feſularum deditio 336.666
Fidelius ad Beliſarium legatus à Rom. miſſus 271.647
Gothos irridet 280
Fidelij luctuoſus interitus 318.660
laus ibid.
Fides nemini violanda 241
Filij bonorum patris ſucceſſores naturali lege 222
Firmium oppidum 318
Florentius Thrax interficitur 185
Florentiæ obſidio 539
Fœdus Francorum cum Gothis. 405
Fœdus inter Iuſtinianum & Coſroem ictum. 145. Coſroes rumpere parat. folio 152.153.156
Fœdera alia inter Perſas & Romæos fiunt. 163
Fœdera violant beluini homines 163
Fœdera qui ſoluant 222.223
Fœminiæ tantum vates apud Maurufios 219
Fœminarum communio Cabadis lege 120.121
Fons Auximi infectus 450
Fons vnus à militibus exhauſtus, deditionis cauſa 360
Fontes intercluſi. 315
Foricornelij deditio 663
Fortitudo ab audacia diſcernitur 260. 462
Fortitudinem fruſtra eſſe vbi iuſtitia defuerit 196.103
Fortuna Gothis aduerſa 337.668
de Gothis victoriam plenam impedijt 341
in bello vel adoranda vel accuſanda ibid.
oblata neglecta, non perinde redire ſolet 211.239
qualiſcunque æquo animo ferenda 217
Fortunæ non omnia permittenda 184
erga Ro. malignitas 306.657.676.
inſtabilitas 418.538
inconſtentiæ exemplum Seoſes 128 & Hypatius ibidem
temeritate res veloces regi 148
varietas 186. 193.208. 219.236.519
Fortuna præſenti vtendum 390
Fortunam aduerſam nullo ſtudio corrigi 133

Fotius Magni filius fortis ac ſtrenuus 262
Franci olim Germani dicti 266
Frãci Chriſtiani Orthodoxi 460.475
Franci perfidi 332 665
Frãci Narſeti tranſitũ prohibent 400
æſtate ob æſtorem bello inepti 472
Aligerni deditione conterriti de belli euentu dubitant 473
Franci rei bellicæ imperiti cæduntur 474
Francorum origo & in Gallias migratio 262
cum Gothis fœdus 267.643
cum Burgundionib conflictus 262
cum Gothis pax pecunia redempta 270
laus copioſe ibidem
in Italiam irruptio & eorum armatura qualis 332.478 665
de Gothis Romaniſq; victoria 332 333 666
ex Italia diſceſſus 333.666
fraudulenta ad Gothos legatio 337
ditio 460
principum laudatißima concordia ibidem
principes intonſi 461
plebeiorum breues ac tonſi capilli ibidem
rebus ſecundis, tumor 464
ſtrages ac fuga 476
reliquiæ peſte pereunt 477
tanta clades, vt ex immenſis copijs, quinq; tantum euaſerint 481
Fuga Romanorum ex vrbe iam à Gothis capta 372 684
Fuga etiam ſalutifera turpis 148
Fulcaris Phanitei nepos Philimuth ſuccedit in Erulorum præfectura 466
Fulcaris inconſulta temeritas 468
interitus 469
Fulmine abſumpta materia per Coſroem ad inſidias miſſa 179
Furfuraceus panis. 367
Fuſcias princeps 208

G

Gades 181
Galliæ potẽtia ac latitudo 26 266.460
Galliæ inter Gothos & Viſigothos partitio 269
Gallorum buſta, locus prælij Rom cum Gallis olim commißi. 414
Gamma Betam perſequitur, & contrà, prouerbium 206
Gaſelicus Alarici ſpurius patri ſuccedit 268
Gaulum inſula 198
Gaza ciuitas 142
Geminiani porta 215
Genzou Gizerichi filius 188.190
Gentilis ſecta 143
Gepides 184
Gepidarum cum Longobardis dißidium 390
confutatio criminationum Longobardorum 391 392
Gergeſæi 222
Germani quondam qui nunc Franci folio 266.460
Germani maiorem Galliæ partem occupant 268
Thoringos & Burgundiones ſubigunt 269
Franci Vandilorum irruptionem paßi 184
Germanorum res fortiter geſtæ. 268.& ſeq.
de Viſigothis victoria ibid.
quàm late protenſa ditio, eorumq; numiſma 389
mores & inſtituta 460
Germanus Iuſtiniani fratris filius 159
dux contra Stozam 230
à Iuſtiniano offenſus 240
à coniurationis ſuſpicione liberatus 380
dux contra Gothos miſſus. folio 396 398 684
omnibus gratioſus ibid.& ſeq.
præfectus Cherroneſo acriter Barbaris reſiſtit 654
Germani Orothei filij honeſta educatio & eruditio 554
Germani ad ſuos concio 231
equus clam interfectus 228
erga Iuſtinianum fides & integritas 388
ingens celebritas 394.398.384
ambitio ibidem
de Stoza tyranno victoria 398
luctuoſa mors, eaq; inexpectata 400 694
filij patri ſuffecti ibid. 694
res contra Hunnos fortiter geſtæ copioſe 555. & ſequen.
Geticæ gentes 184
Gozou 219
Glones. 124. occiditur 126
Glyzerius 190
Gibamundus 201
Gilimer Byzantium ductus captiuus. 171
Gilimeris ambitio 192
ad Iuſtiniani litteras reſponſio 192
fatum, victoriam quam in manu habebat negligentis 209
ad Zazonem epiſtola. 209
ad ſuos oratio 211
turpißima fuga 213
ad Pharam litteræ 217.218
riſus 219
in Beliſarij triumpho vox. vanitas vanitatum & cætera 221
Gilimer longa obſidione ac fame compulſus ſeſe dedit 218
Gilimer captus humaniter à Iuſtiniano tractatur. ibid.
Gizerichus Godiſci filius & ſucceſſor 185
Roma potitur. 187. moritur 190
Gizerichi fœdus cũ Valentiniano 186
irruptiones 188
Godingi qui & Gothicus, apud Iuſtin. pro Roma tuenda imploratio 393. 991
Godas tyrannus, eiuſq; ad Iuſtin. litteræ. 194. tollitur 207
Gogidaſclus 209
Gogidiſcus Vandilorum dux 184
Gontharis tyrannus 186
Gogidiſci filius & ſucceſſor. 185
à fratre necatus 186
Gontharis equus contra Mauruſios mittitur 238
Gontharidis perfidia 240.242
Gontharidis inſidiæ ſtruuntur 242
obtruncatur ab Artaſire 244
Gorga ciuitas 118
Gothi cuiuſdam opera Rom. præſtita 348
Gothi 279
Gothi duces ſuos reges vocant 242
capti indemnes dimittuntur ac honorificè 344.646
ſenis caſtris Romam obſidendo oppugnant 278.649
cuiuſdam mirabilis interitus 292
cuiuſdam in Romanum quendam beneuolentia 29
templis & eorum incolis parcunt. folio 300.656 658
per aquæductum vrbs inſidiantur ſed fruſtra 308
in Auximo obſeßi Vittigis opem implorant 331.333
ſuſpicaces ac ſibi non fidentes 343 460 672
Gothi Vraiæ principatum offerunt. 341.670
Rom. captiuos & obſides obtruncant 418.698
Beliſario offerunt regnum Italiæ 341.469.670

Gotho-

Gothorum in Rom. principes violentia 244
in Amalaſſuntham fremitus & conſpiratio 248. 640
in Dalmatiam irruptio 255
fuga 257. 284 641
à Theodato defectio 444. 646
cum Viſigothis affinitas 266
ab vrbe Roma diſceſſus. 271. 459. 535. ex Italia. 411 501
imperij immenſa latitudo. 275
clades 276. 284 415 647. 649
à mœnibus Romæ depulſio 281. 651
Gothorum & Romanorum diſcrimen 200. cum Beliſario de pace tractatus 305
ſucceſſus. 337. & ſequen.
res acciſæ 404. 648. 494
ad Beliſarium defectio 341. 669
perfidia 141. 459 672
in Rom. ſæuitia 373. 684
ex Beliſarij diſceſſu ſucceſſus & inſolentia 352 691
accepta clades 403
vel occiſo Teia, pertinacia. 420. 499
ad Francos oratio 462
reliquia Byzantiũ mittuntur 484
ad Beliſarij litteras reſponſio. 216
Gotheus princeps 208
Gripps Gothorum dux 255
Grippæ res fortiter geſtæ 257. 642
Græci Hunnorum incurſionem paſſi præter Peloponeſiacos 256
Græcorum potentia iuxta mare 183
Græcos omnes interficiendos mandat Paſiphilo Gontharis 242
Gregorij ad Artabanem oratio 241
Greſſa oppidum 301
Gubazes 179
Lazorum rex 487
Romanorum præfectos apud Iuſtinianum accuſat 498
defectionis ad Perſas inſimulatur 499
Gubazis in Rom. præfectos inuidia 498 499
cum præfectis expoſtulatio 499
miſerabilis interitus ibidem
interfecti cauſa diſcutitur 519. & ſequen.
Gudilas Deoferusq; legati ad Totilam miſsi 381. 601
Gundabundus 300
H
Harundinea nauigia, mira Barbarorum induſtria facta 555
Hebræi libera gens, ſub Iuſtiniano Romæis ſubduntur 141
Heldigerus Antoninæ gener 305
Helenæ & Placillianæ regiæ 248
Helliſthæus Aethiopum rex Chriſtianus 141
Heluetia Reipub. imago 408
Heraclea olim Perinthus 195
Herculis columnæ 183
Hermenefredi Thoringorum ducis interitus 260
vxoris ad Theodatum fuga ibid.
Hermes oppidum 201
Hermion oppidum 198. 201
Hermias philoſophus 406
Hermogenes dux 130
Hierapolis 137
Hierapolitanis pecunia à Coſroe imperata 159
Hippone ciuitas. 186. 215. obſidetur à Vandilis ibid.
Hiſpania Vandilorum irruptione penetrata 184
Hiſpaniam ab Aphrica parum diſtare 185
Hiſter qui & Danubius 183
Hiſtoriæ laus, officium & vſus 457. 464. 513. 514
Hiſtoriæ conuenire veritatem 117
Homeri locus perſtrictus 245
Homeritæ 142
Homines fallaces & fallibiles 407
Homines natura neq; amicos neq; inimicos eſſe 228
Honori inuidia comes 554
Honorichus Gizerichi filius obſes datur 184
ſuccedit patri Gizericho 190. in Chriſtianos ſæuiſsimus, moritur ib.
Honoricho Eudocia locatur 187
Honorius Theodoſij filius. 307. occidentis imperator. 308. moritur 181
Horeſtes duas Comanas extruit 137
Horrea Rauennæ cremata 658 668
Hoſtia ciuitas ad ripam Tyberis ſita 288
Humanæ vitæ miſera conditio 459
Hunni Rom. auxilio veniunt 182. 651
diffractis harundineis nauibus ad vnum ſubmerſi. 555
Leucalitæ, quos Albos vocant ſolito 118
Nomades ibid.
Saberi 180
ad auxiliandum Romanis conducti 510
Hunnorum varia cognomenta 547
in Rom. agrum incurſio 547
incurſio 556
late graſſans crudelitas 554
ſtrages ac fuga 557
etiam poſt multas clades acceptas inuincibilis pertinacia 558
gens ſuo ipſorum odio ac lætatus ad internecionem attrita 558
Hydruntis obſidio 356. 677
Hydruntum obſidione liberatum & nouo firmatum præſidio 565
Hypatius. 124. 128. magiſtratu deiectus 129
rex ſalutatur à populo ſeditioſo aduerſus Iuſtinianum. 148. deprehenſus necatur 149
I
Iacobus inter Syros vir iuſtus, Eremita 113
Iactantiæ crimen Perſarum principibus peculiare 129. 132
vltio 260
Ianus deorum antiquiſsimus 287
Iani ſacellum quale & quomodo extructum ibid.
Laudas monomachia ab Althia vincitur ſolio 215
ſagitta ſaucius aufugit tamen 285
Iberi Chriſtiani 130
Iconomachia 651
Iebuſæi 221
Ieſus Naue 221
Ilaus Beliſarij armiger ad Totilam deficit 398
Ilai deſertoris victoriæ & ſpolia ad Totilam relata 394
Ilderichus Vandilorum dux. 210. cuſtodiæ traditur. 191. 192. necatur 201
Ildibertus qui & Ildouadus, quære Theodibaldus 220. 238
Francorum dux 270
Ildiger 173. 220. 232
Ildigis Longobardi mirabile fatũ 503
Illyricorum turpis deſertio 478
Ilius quidam Iſaurus Miſianorum præſidium arte capit 511
Imerius Thrax 176. captus dolo Adrametus prodit, deinde aufugit 237
Immortales appellati milites 138
Imperatoris munus eleganter deſcriptum 357
Imperatorem in ſepulchri elogio adſcribi pulchrum, etiam prouerb. teſte. 248
Imperium ſpretum quotidie deficienter robore paulatim fluere. ibidem
Imperij propagandi gratia deſciſcere glorioſum principi 153
Imperij Romani corruptela ac ruina 518. & ſequen.

Imperatoris vera ornamenta 534
Impietatis dira vltio 475.476.482. 432
Incurſiones Rom. in Gothos 653
Indis lege cautum, mercari ex Romæis aliquid 142
In dolio ſegulam operari, prouerbiũ 497
Induciæ Rom. cum Gothis 505. 656. 668
violatæ ibid.
in annos v. conſtitutæ 278
Inedia multa Francorum milia perierе 666
Iniuſticiæ punitæ aliquot exẽpla 482
Iniuria affecti maleuoli erga afficientes 200
Inimicitiam omnia errata perſcrutari, ac ne minima quidem ſuſtinere 214
Innocentius dux 641
Inobedientia militum, cauſa cladis 402
Inſidiæ Iuſtiniano ſtructæ 586
in Inſtinianum patefactæ 589
Ioanni præf. præt. ab Antonina ſtructæ 140
deprehenſæ 146
Coſrois apud Daras cantæ 178
Salomoni ſtruuntur 227.231
Inſignia regni Lazorum quæ 503
Interpretem non ſas epulari cum Imperatore 179
Inuidia ſelicitatis comes 219
Inuidi deſcriptio 497
Ioannes Vitaliani 301, 656
per litteras opem à Beliſario implorat. 319. 662
periculo liberatur 463
in ægritudinem prolapſus eodem
Veneri ſtudens 360
Anconitanis opem fert. 402. 695
Lucæ filius 238
Cappadox præf. prætor. Byzantij. 147. bonore deiectus reſtituitur 149.182
exulatum abit. 150. pœnas tandem dat. 231
tyrannus interficitur apud Daras ibid.
Ariſtiades. 154. occiditur ibid.
Zibus dux à Iuſtiniano conſtitutus Lazorum defectionis cauſa. folio 164. 180
Phaga cognominatus 167. 178
Baſilij filius obſes Romæis datus 171
Niceti filius ibidem
Guzes 181
præt. præfect. eiuſq; ad Iuſtinianum oratio 193
dux 194. 200 auaritia eius
ſub ignauo duce Sergio eſſe nõ vult 237. exercitu contra Antalam & Stozam proficiſcitur 238. interficitur 239
Armenius in prælio cadit 237
tyrannus. 289. auſugit in templum Gonthariде obtruncato 244
Faſti fratri Artabani ſuccedit 26
Ruſtici frater ad accuſandum Gubazem Byzantium miſſus 408
ex fuga retractus in carcerem conijcitur. 507. interficitur 527
è militibus Honorij imperium occupat. 135. honoribus deijcitur ibidem necatur ibidem
Dagan præficitur exercitui contra Miſianos miſſo 580
Dagan Miſianis in deditionem acceptis redit ad Colchos triumphãs 538
Ioannis proſperi ſucceſſus. 300. & ſequen. 309
inobedientia temeritasq; 661
ad limites oratio 812
mora ac ſegnicies 369 682
aduerſus Totilam conatus 372. 487
ambitio ſucceſſusq; proſperi 380. 489
è prælio fuga 381. 689
Vitaliani ducis geſta contra Gothos 401. 694
de Gothis victoria 404
auaritia, crudelitas & perfidia. 149
Niceti ad Beliſarium oratio 161
ducis indignum fatum 214
Iony ſinus longitudo 288
Ioſephius ſcriba trucidatus 238
Iotabis inſula 141
Iouinianus Imp. per ignauiam Niſiben prodidit Perſis 585
Iphigenia Agamemnonis filia 186
Iris fluuius 137
Iſaces 285
Iſaaces Portui præficitur 144
Iſaacis temeritas, obitusq; 145
Iſacius 173
Iſadeni Hunni 334
Iſandrus 661
Iſauri cuiuſdam ſolertia in re bellica 261. 444
Iſauri quidam Capenam portam Totilæ produnt 394. 492
trucidati 140
Iſdigertes rex Perſarum creatur 536
Iſdigertis barbari in hoſtem Rom. beneuolentia ibidem
Perſarum regis fides 198
Iſdigunnas legatus 178
Iſidorus philoſophus 496
Iſis 148
Italiæ laus 657
Iudæorum in reſiſtendo pertinacia 641
Iudicij criminalis exemplum pulcherrimum 519 & ſequ.
Iudiciariæ inſtitutionis apparatus ibidem
Iulianus legatus 148.152
ſecretorum Iuſtiniani ſcriba 160
Iuliani Cæſaris interitus 536
S. Iuliani templum Antiochiæ 168
Iuſiurandum ſupremum ac firmiſſimum fidei pignus inter homines ibidem
præſtandum. 257. 241. quia deus minime idoneus decipi 257
Iuriſiurandi violati pœna 119.128
Iuriſconſultus qui Romæis Coeſtor. 148
Iuriſperitorum & ſtudioſorum in Beryto interitus 489
Iuſtinianus. 130. Iuſtino ſuccedit 128
pacis ſemper ſtudioſus 168
Beſſam exautoratum relegat 498
Theodatum poſtulat repetundarum 642
magnanimus atq; verè Auguſtus 254
theologiæ incumbit 192
duces obiurgat 348. 672
Byzantium rurſus reſtaurauit vnà cum ampliſſ. templo 548
poſt tot triumphos, in ſenectute ſocordia ac puſillanimitas 549
pecunia à Barbaris pacem redemit 556
audit ignauus ac ſtolidus eodem
committit inter ſe Barbaros vt mutuo laniatu atterantur 557
Iuſtiniani laus & geſta 118
ad Coſroë litteræ de pace tuẽda 156
ad Gilimerem epiſtola 192
in Aphricam expeditio 194
ad Theodatum & Gothorum primores litteræ 255. 256
ad ſuos litteræ 322
cunctatio 393. 492
poſt tot triumphos, in ſenectute ſocordia ac puſillanimitas 549
prudentia laudata ibidem
epiſtola de Gubaze publice recitatur 420
Iuſtiniano Callinici cognomen in bello inditum 162. 180. 244
Iuſtinus imperator 124. 127. 129

Iuſtinus dux 189
Iuſtinus & Buzes cædem Gubazis indigne ferunt 498
Iuſtinus Florentiæ præfectus. Rom opem implorat 551.674
contemptis hoſtium copijs, bono victoriæ auſpicio templum quoddam inuiſit 515
à templo reuerſus à tergo hoſtes oppugnationi intentos feliciter inuadit 516
Germanicus, Martino in præfectura Colchorum ſuccedit 533
Iuſtini ducis laus 514.641
Iuſtitiam non ſectari odium 378
Iuſticia & æquitas conſeruant Reſpu. 854
Iuſticiæ obſeruatio quantam ad victoriam vim habeat 196
Iuſticiæ prima cura iniuſtè interfectos vlciſci. ibidem
egregium exemplum 519
Iuſtus etiam qui iniuria oppreſſos iuuat 165
Iuſtiniani fratris filius 149.173
Iuſti ad Beliſarium littera. 169. (moritur 178
Iuſti ratio interdum periculo poſthabenda 199

L

LAcedæmoniorum laus 525
Lacteus mons 410.699
Laribos vrbs. 575 obſidetur. 218
Laurus Carthaginenſis proditor palo infixus 210
Lazice 180
Lazi olim qui nunc Colchi 487 510
Perſis dedunt ſeſe à Romæis deficientes 165.182
commercio aliarum gentium ciuiles facti 500
Chriſtiani 506
Lazorum regio 129
Lazorum ac Romæorum res turbata per Ioannem Zibum 164
legati ad Coſroem ibidem
regio Rom. tributaria 498
Luctus ob regem occiſum 499
potantia ac factus ibidem
legati Gubazis occiſores apud Iuſtinianum accuſant, & imperij ſucceſſorem flagitant 508
Lazis auxilio mittuntur Romæi à Perſarum imperio eximere ſe volentibus 179
Legati officium quod ibid.
Lectum oppidum 101
Legatorum ius ac dignitas, quatenusq; ipſis parcendum 256.365.364
Lendardus legatus ad Francos 406
Leonardi Aretini ſtudium in deſcribendis rebus Italicis 618
Leontius quis 388
pro Francorum amicitia ab Imperatore miſſus legatus 522
Leontius dux. 233.295
Leontius quidam lapſu pedis perſtrepente penè prodidiſſet dolum hoſtibus ſtructum 531
Leo Imperator Martiani ſucceſſor 288
alter huius ex filia nepos 180
Leptis vrbs 236
Lethe cuſtodia apud Perſas 122
Lethes nomen rude carceri 122
Leucoſyrij Armenij minores 127
Leucate Mauruſij 116. & victores & victi 344
Leuderis Romæ præficitur 266.524
memoranda magnanimitas. 272
Byzantium captiuus mittitur 273
Leuthbaris Bultinusq; cum Gothis fœdus ineunt 463
Bultinusq; contra Narſetem ingenti exercitu profecti 464
præda onuſtus domum properat 476
horribilis interitus 477
Libellarius Thrax 110
Liberius Rom. pontifex 266 446
Rom. pontifex in exilium relegatus 653
dux belli cõtra Gothos electus 394
Liberij res geſtæ 400
Liberi rerum omnium chariſſimi 120
Licentia peiora fieri peccatores 104
Lilybei arx 216
Liibeus Vitigis auunculus occiditur 302
Longinus Iſaurus cadit 110
Longobardi à Rom. fœdus ambiunt ibidem
Longobardorum cum Gepedibus bellum folio 390.407
contra Gepidas diſerta oratio 390. & ſequen.
cum Gepidis reconciliatio 392
de Gepidis victoria 407
Longobardis impetrata Ro. amicitia folio 392 407
Luca 198
Lucæ poſt longam & laborioſam obſidionem deditio 572
Lucenſium perfidia contumax 497
Lues quære peſtis
Lycaones 140

M

MAcedonum imperij initium & exitus 451
Machinæ Gothorum ad oppugnationem mirandæ 281.650
Macurius qui & Pacurius 438.623
Maddeni 142
Magnus cohortis præfectus 262.300.641.645
Magnus BerrhϾ epiſcopus pro pace ad Coſroem miſſus 159
Magorũ calamitoſa perſequutio 403
Magophonij dies ibidem
Magorum honores & potentia apud Perſas. eodem
Maiorica inſula 181.244
Maiorin: virtus memorabilis 289
Malazes dux 160
Malea promontoriam. 196
Maledicentiæ ſupplicium 352
Males oppidum 235
Maleuentum ciuitas Dalmatiæ oppoſita cur ſic dicta 272
Maleuentum olim à Diomede direptum ibid.
Mammæ oppidum 222
Manantes praſul. 151
Mandracius portus 205.140
Manſuetudine ad fidem alliciendi impij 463 (588.589
Marcelli regiæ aulæ præſidis virtutes pro Germano patrocinium eodem
Marcellus dux conſtituitur 178.194
Marcellus ad interficiendum Ioannem præfect. pretorio miſſus ſauciatur 150
Marcelliani laus. 189
Marcianus Veronenſis 547.608
Marcentius 341.342
Mare rubrum 142
Maria Hypatij coniunx 148
Maris miraculoſa circa Rauennam exundatio 247
Maris inundatio periculoſa 497
Mars ἀλλοπρόσαλλος. 515
Marſiæ crudule ſupplicium 114
Martias præfectus parti Galliæ 270
Martianus dux 394
Imp. 187. captus 186
Martiani ſtratagema 396. & ſequen.
Martinus orientis præfectus 173.176.228.586
Martini & Ruſtici in Lazos Gubazem odium 418
Martini ingenioſum ſtratagema, quo ſuos in officio retineat 515.516
Martinp apud Lazos præfecturæ primatus cedit. ibidem (520
Martini glorioſa de Perſis victoria

Martinus morbo correptus è militia reuertitur 529
Martinus exautoratur 555
Martino participi ſceleris in Gubazem quur ſit parſum ibidem
Martyropolis 144
Maſſagetæ. 194. qui nunc Hunni, vino dediti 195
Maſſagetarum in victos crudelitas 263
Maſſagetas donis & menſa placat Beliſarius vt contra Vandalos ſint promptiores 210
Maßilia Ionum colonia quomodo ad Gallos peruenerit 460
è Græca vrbe Barbara facta ibid.
amiſſa libertate paret Francis ibid.
Maſſonas dux 225
Maſtiuas Mauritaniæ præfectus 225
Mathaſſuntha vxor Germani 398
Mathaſſunthæ Amalaſſunthæ filiæ pulchritudo 266
Vittigis vxoris in maritum odium 309
Mathematica vis & induſtria mirabilis folio 543. 544 & ſequen.
Materia ad inſidias miſſa fulmine abſumitur 379
Matrumfamiliâs pudicitia ſeruata Neapoli 241
Mauritius Mundi filius in prælio occumbit 265. 442
Pauli facta in Arxianum agrum incurſione Coſroem ipſum cum ſuis deleuit 518
Mauritanis lex, præfectum nullum eſſe oportere qui Romæis aduerſus ſit 208
Mauruſij cuiuſdam mirabilis interitus 331
Mauruſiorum velocium excurſiones 286
Mauruſij 324. 349. fœdifragi 188. 249
Mauruſij victi à Vandilis, Vandili autem à Romæis ibid.
Mauruſij vincuntur à Romæis 224
Mauruſij ſub Salomone omnium felicisſ. 385
Mauruſij Leucatæ 336
Mauruſij à Salomone iuniore Sergij fratre decepti 337
Mauruſij expugnandis mœnijs nunquam aſſueti 338
Mauruſijs mos fœminas cum pueris in expeditionem ducere 225
Mauruſiorum origo 221
ad Salomonis litteras reſponſio 222
ad ſuos oratio 223
Maxentius Zannorum præfectus contra Miſianos miſſus 528
ex vulnere accepto conualuit 529
Maxentij interitus 222. 527
Maximinus Italiæ eparchus qualis 315. 351
proditionis autor. 338. palo infigitur 338
Maximini ignauia 351. 352
Magnus Padi cuſtodiæ præfectus 337. 667
Maximus tyrannus à Theodoſio ſublatus 186
Maximi ſenatoris vxor vim à Valentiniano paſſa ibidem
iniuriam vltus Valentiniano ſuccedit 189
interitus ibid.
Mebodes magiſter 328. 144
Mebodis miſerabilis interitus 146
Medeos vrbs 215
Medica veſtis olim, quæ nunc ſerica 217
Medimni precium 267
Mediolanum Ligurum vrbs 271. 304
Mediolani laus 59. 325. 546. 664
deditio cruenta 327
Mediolanenſibus ſubſidium miſſum 54
Mediolanenſium obſeſſorum calamitas 326
Medisiniſſas dux 221
Medorum bellum ingens 385
Melanchlæni 184
Melantis vicus proxime Byzantium à Barbaris occupatur 549
Melanes maris pars 216
Melidius qui & Meligedius Narſeti Peruſiam dedit 419
Melita inſula 298
Melitene vrbs 117
Membreſa ciuitas 228
Memoria perpetua, virtutis incitamentum & præmium 457
Menepheſſa oppidum 210
Mephanias dolo interfectus 228.
Meretricum pudenda hoſti oſtendentium dedecus 123
Mermeroes Perſarum dux 134. 144. 179
Mermerois conatus 488
fallax diſsimulatio ibidem
laus & interitus 490
Meſopotamia cur dicta 134. 137
Meſſas 125
Methone 196
Methrodorus inſignis Grammaticus 544
Metrianus Athanaſij ſatelles capit Ioannem impoſtorem 508
Michaelis templum Anthiochiæ incenſum 164
Miles bonus ſuæ tantum virtuti confidit, ignauus alterius 228
Militum robur ab ſq; duce prudente inutile 530
erga ducem charitas 378
Romanorum improbitas 352
Milites Rom. interfecti Cononis veniam precatum legatos Byzantium mittunt 385
Militum prædæ inhiantium immodeſtia 214. 232
Minduus locus 130. 136
Minorica inſula 183. 215
Mirranes Perſa 182
Mirrhanes magiſtratus 122
Mirrhanis ad Beliſarij litteras reſcripta & ad ſuos exhortatio 132
Mirrhanes prælio apud Daram victus 134. 137. ac honore priuatus ibidem
Miſdates Narſeti patri ſuccedit 515
Miſiani Colchis ſubſunt. 509
Miſianorum legatorum petulantia lingua liberioris punita 509
legati ad Perſas pro amicitia miſsi 527
clades ibidem
loca natura munitiſſ. eodem
miſeranda ſtrages 532
Miſiani legatorum iniuriam vlciſcuntur, oppreſſo noctu Sotire & occiſo cum omnibus ſuis 509. 510
Miſiani Romanorum reueriti vindictam ad Perſas deſciſcunt ibid.
legatos Romanos ad ſe miſſos viciſsim occidunt. 529
prælio Zachar inſeſſo pertinaciſſime Rom. reſiſtunt 530
Miſua Carthagin. nauale 228
Modeſtiæ militaris exemplum 205
Mœnibus nudatæ ciuitates Aphricæ 188. 209
Molæ mira ſolertia conſtructæ, à Gothis rurſum franguntur 279
Monachi Chriſtianorum ſapientiſsimi 124. 140
Monophthalmum regem conſtituere Perſis nephas 137. 145
Mons quidam à Romæis occupatus cauſa victoriæ 539
Mopſus ciuitas 162
Moram nocere paratis egregium exemplum 281
Morbi letiferi inedia contra genus prodigioſum 325
Mori ſemel nato neceſſum 248

Mortuus

Mortuus ingreſſus Byzantij 149
Mortuos apud Perſas auibus ac canibus proyci 129.490
Mucialla locus non procul à Florentia 510 674
Mulier quedam Gothica nunciat mortem Totilæ 415
Mulierum pudicitia defenſa. 264. 525. violata 548
Mulierum duarum ad propulſandam famem crudelis temeritas 525
Mundile laus 189. 310
Mundile ad ſuos cohortatio 327
Mundus Salonis præfectus 255. 641 parta Romanis victoria occiditur 642
Illyricorum dux 255

N

NAbedes dux 272
Nachoragã Perſarum exercitus præficitur 498
Nachoragan Miſianorum legatos ſpei plenos dimittit 527
Nachoragan bellicus apparatus 508. 498
immenſe copiæ 510
de pace cum Martino tractat 511
ad fugam flagello ſuos incitat 518
crudele ſupplicium 533 589
Narnia Thuſciæ vrbs munitiſſ. 273. 274. 647
Narniæ à Roma interuallum 212
Nar fluuius ibid.
Narſes à Iuſtiniano reuocatus 318. 694
Narſetis ad Beliſarium oratio qua Ioanni ſuccurrendum periclitanti ſuadet 319 661
erga Beliſarium contẽptus 321. 664
exercitus numeroſus & eius in Italiam aduentus 408. 696
prima victoria in Italia 400 697
ſtatiua vbi 410
cum Totila de pace tractatus, & eorum certamina 411
ad milites cohortatio 412
in deum pietas & obſeruantia 416 468
laus 464. 479
in oppugnandis Cumis ingens labor & ſolertia 466
proſperi ſucceſſus 466 467. 473. 481
mira prudentia, ac ingenioſum ſtratagema 467 468. 473
dolor ac luctus ob res aduerſas 469
deſcriptio copioſa 470
ad milites elegantiſſ oratio & conſolationis plena 470
cum Francis conflictus proſper 480. & ſequen.
triumphus 482
Narſes Romam denuo expugnat 417 698
Gothorum theſauros Cumis intercipere conatur 419 699
Gothis pacem conceßit certis conditionibus 421. 705
milites ſuos exercet 474
ſuorum inſolentiam cohibet 483
Narſes Perſa 314 661
Perſa Varani in regno Perſarum ſuccedit 415
Perſarmenius transfuga. 180. 135 143. moritur 173
ad interficiendum Ioannem præfectum prætorij miſſus 150
Nauigandi aduerſo Tyberi per bouis ratio 288
Naues dromones: curſoriæ 124
Neapolis vrbs Campaniæ valida à Beliſario obſidetur 258. 643
oppugnatu difficilis 260 644
diu oppugnata, vi tandem expugnata capitur 263 645
à Totila obſidetur 350 675
Neapolis deditio 352. 678
Neapolitani Theodati opem per legatos implorant 260
Neapolitanorum pertinacia 262 644
res accisæ 353 676
Neognus fluuius 514
Neota oppidum 472
Nepetes præſidium 418. 504
Nepos 100
Neptalitæ Hunnica natio eſt 536
Nili fons vltra Libyam quanquam incognitus 266
Nili horribilis inundatio 583
Ninus matricida 401
Niſibis vrbs 127 119 166. 167
Perſis prodita 535
Nobatæ gentes 142
Nonnus poeta 534
Nymphius fluuius 125. 144

O

OAſis ciuitas 543
Obedientiæ ac diſciplinæ militaris exemplum 264. 552
Obliuionis carcer apud Perſas 522
Obſidio Romæ diuturna ſoluitur 310. 659
Occaſio 110. 233 235
Occaſionem amiſſam non facile recuperari 202. 311
Oceanus terram circuit 107
Ocio debilitari omnis diſciplinæ rationem 203
Octobes lacus 134
Odoacer malis artibus tyrannidem Rom. Imp. occupat 147. 639
Odoacri interitus 147. 640
Odonatus rex. 157. Oenochalaci 154
Ognaris Elephantum vulnerat magno Ro. commodo & hoſtium detrimento 527
Olunduli laus 289
Ollaria loci nomen 289
Oldigan Peruſiæ præfectus 276
Olybrius 124
Artemio ſuccedit 189
Olybrio ſenatori Rom. locatur Placidia 188. Occidentis imperium promittitur 189
Olympus inſignis iuriſconſultus 543
Onogoris ciuitas 499
Onogoris quur dicta 500
Onogoridis oppugnatio 501
Onoguri Hunni quoq; dicti eodem
Opibus vita optabilior 120
Opinio de morte Totilæ varia 416
Opportunitatis momenta redire neſciunt 253
Opportunitate temporis in rebus obeundis vtendum 103
Optares priuato odio ac iuſſu Vittigis, Theodatum obtruncat 265
Oppugnatio Romæ. 282. & ſeq. 650
Oraculum de ſanando Diomede 272
Oreſtes pater Auguſtuli 146. 639
ſenator Rom. 211. 680
à Gallis interfectus eodem
Origenis in ſeditione oratio 148
Orientis res in duos duces diductæ 159
Ormiſdates filius Saboris in regno ſuccedit 515
Ornatu inſigni apud Perſas vti non licere cuiquam niſi ex regis munere 137
Orocaſia propugnaculum 159
Orontes fluuius 159 260
Ortaias dux 211. Orteas 215
Oſdei Gothorũ pugnaciſſ. mors 373
Oſroine 137. Oſyris 148

P

PActa Gothorum cum Viſigothis 270
Pacem qui ſoluant 155
Pacem è bello diſponere optimũ 158. 336
Pacem aperantou ſoluit Coſroes. 157
Pacurius 222 (quiret 337. 668
Padi extenuatus alueus vt nauigari neorigo eiuſq; oſtia 607
inanitio mirabilis 337 668
Pagaſius 287

Palatium Imperatoris ædes 205
Paleſtinæ fines 241
Palmulis ferax Phœnicia 142
Palmyra ciuitas 352
Panormus valida ciuitas capitur 253. 642
Panem qui in exercitu fertur, bis coqui in clybano 207
Pappus dux 104
Papilio 130
Pappua mons 215.217
Paradiſus apud Greſſam oppidum 212
Paraſanges quid 489
Paredrus magiſtratus 147
Parthorum imperij initium 401
Parthenius Theodorus 104
Paſcale feſtum apud Chriſtianos celebre 130.227
Paſiphilus ſeditionis inter Byzacenos princeps. 241. Gombaridis conſiliarius. ibid. occiditur 244
Paſtor diſerta oratione Neapolitanos in fide Gothorum retinet 259.644. 647
ex metu apoplexia correptus 264. 647
Paſtoris cadauer palo affigitur. 264. membratim diſcerpuntur. 646
Patientis & timidi diſcrimen. 504
Patritius Phryx. 324. 128
Patritius honor 217
Patruiolus 125
Paucares Iſaurus aquæductum armato peruium facit 161.644
Paucetus Artaxerxis pater quid egerit cum Sanno. 404
Paulus copiarum præfectus 201
Paulus quidam opem Mediolanenſibus obſeſſis cum iurgio ac conuicijs implorat 326
Pauli Flori dignitas, opulentia, ac eruditio, eiusq; poemata. 546. & ſequen.
Paulus Adrametum Imperatori reſtituit 238
Paulus Cilix cum paucis Totilæ ſe opponit 525.692
Pauli Cilicis admiranda rebus deſperatis fortitudo eodem
Paulus ac Mundus ad ſuos Byzantium reuerſi, 595.693
Paulus ſcriba Anthiochenus 159. 174. 228
Paupertas ocij & libertatis expultrix 497
Pax inter Theodatum & Iuſtinianum 254
Pax ἀπέραντος inter Iuſtinianum & Coſroem facta. 145. eam rumpere Coſroes ſtatuit 152.153.156
inter Perſas & Rom. 519
Pecten marinus ob vnionem captus 120
Pecunijs factam amicitiam non eſſe durabilem 163
Pelagius ad Totilam placandum miſſus. 365. 481. re infecta in vrbem redit 366 682
Totilæ ſupplex factus & ciuis ibi memorabile dictum 372.484
Pelagij probitas & liberalitas 365. 680
Perfidiæ pœna 119.122.151.131.243
Perannius Rom. dux. 295. 129. 173. mors 178
Periculo interdum poſthabenda iuſti ratio 200
Perinthus nunc Heraclea 195
Perozas rex Perſarum creatur 536
118 vnà cum exercitu perit in inſidijs 120
Perozas dux mirrhanes 151
Perozis interitus eodem
Perſarmenius in coniurationem illectus 387
Perſarmenij 126
Perſæ dormientes opprimuntur 182
Miſianis auxilio veniunt 528
accepta clude Miſianos deſtituunt ibidem
Hunnorum inſidijs circumuenti 119
Romæis proditi 126
à Romæis victi 181
ſagittarij 140
Perſæ magorum artis periculum faciunt 515
Perſarũ in cudẽdis nũmis religio 389
circa mortuos & iam morituros mirabilis mos 490
abominanda libido 491
ſacri ritus ac religio. 492. & ſeq.
regni tranſlatio 492
regum nomenclatura & ſucceſſio 431.494
illaudata Reſpub. 496
paucorum de magnis Rom. copijs victoria ingens 501
encomium 503
cædes & fuga turpiſſ 517
10 milia occiſa 518
2 milia errore poſt conflictum interuenientes ad vnum occiſi. eodẽ iactantia. 129.132
præexercitamenta coram rege antequam in militiam proficiſcantur 143
cum Romæis fœdus 145.163
irruptio 159.166
Perſa quidam captus quæſtione torquetur 500
Perſam quendam humatum eiecit terra ob flagitioſam libidinem commiſſam 493.494
Perſas ſolem tantum adorare ibidem facta inter ſe non communicare 121
Perſis lex, in hoſtilem agrum nunquã incurrere 129
Perſis qui honor max. poſt regem 159
Perſis monophthalmum regem habere nefas 127.145
Perſonæ nullus reſpectus in Repub. habendus 854
Peruſia capta 393.691
Peruſiæ deditio 417.497
Peſtis Francorum exercitum inuadit 474
Romam inuadit. 298. ex fame coorta 367 656 666
Peſtilentiæ mira lues & noua ſpecies 121. Conſtantinopolim inuaſit 546
Petrus Illyricus rhetor excellens 151
D. Petrus apoſtolus mœnia diruta tueri creditur Rom. vrbis 283
Petra præſidium oppugnatum deditur 320
oppidum. 675.142.164. capta & ædificata à Iuſtiniano 130
Petram & Perannium ſibi Coſroes tradi petit 176
Petrus dux. 130 175. periurus 210
Petræ præſidij in Picente ſiti deſcriptio 810
Petræ obſidio 179
Petri ſagacitas inſidias facile aduertentis 243
Petra Geminiani 335
Phabricus dux 279
Phaniteus Erulorum præfectus 324. 661
Pharangium arx 135 145.153
Pharas Erulus 131.194.215
Pharæ ad Gilimerem litteræ 217
Pharazes vir celebris apud Colchos à Romanis ad Perſas defectionem contra Ectem diſſuadet 507
Pharazis ſententiæ parent Colchi 503
Pharesmanas Colchus 134
Pharſaſes 179
Phaſis fluuius Colchorum. 135.330. 335
Phaſis ciuitas quo ordine, præſidio firmata ſit 512
Phaſidis & Deconi fluminum confluentia 490

Phaſidis

Phaſidis obſidio 513
Phaſidis oppugnatio 515.516
Phaſſæ laus 382.680
interitus 385.490
Phanotheus Erulorum præfectus 661
Philimuth Phanitheo Erulorum præfecto ſuccedit 328
Philimuth mors 466
Philoſophi cuiuſdam ſomnium 496
Philoſophia belli ſtudia excludit 254. 235
Philas oppidũ. 142. phiſon arx 173.
Phocas præfecto præt. cõſtituitur 142
Phœnicia 142
palmularum tantum ferax 141
Phyſicorum defenſio 456
Pietas ex metu imminẽtium malorum 543
Pigripij qui & Principius, fortitudo & interitus 454.394
Pigriti fluminis accolæ 510
Piſaurum reparatum & à Beliſario occupatum 678.350
Pityazes dux 132.133
Pizæ Gothi ad Beliſariũ defectio 272
Placentiæ obſidio. 361. 380. deditio 365
Placidia Honorij ſoror. 184.185. moritur 186
Eudoxiæ filia Olybrio locatur 182
Placillianæ regiæ 148
Platonis de peccatorum pœnis Chriſtiana ſententia 542
Pœnitentia clementes reddit iniuriam paſſos 232
poſt factum ſtulta 108
Poeticæ conuenire ſabuloſitatem 112
Poetarum fabulæ taxantur 534
Pogonia Cometes 156
Pompeius & Hypatius coniurati in Iuſtinianum. 148. deprehenſi necantur 149
Pons ſuper phaſidem conſtructus 499 512
Pons fluuij Nar ab Auguſto conſtructus 275
Pontici Romæi 280
Pontificis Romani autoritas 230
Portus oppidum 288.655
à Narſete captum 418.698
à Gothis capitur 288.653
Portus à Roma quo minus ſit maritima interuallum 287
à Rom. capitur 657
Poſſeßionem nullam firmam 106
Poſſeßis aliquando priuari grauius, quam non poßidere 232
Potidea ciuitas, quæ & Caſandrea ab Hunnis euerſa 156
Præcipitantia conſiliorum principi vitanda 248.265
Præda opima de Perſis relata 518
Prælium nauale 403.696
atrox & longum Narſetis cum Teia.410.591. cum Perſis.301. & ſeq. 313.302.310.318.319.330.336.350. 338.570.177.383.401.414.415.418 502.516.643.647.648.654.676. 490. & ſequen 660.666.672.
Præliandi in fuga mos Barbaricus 553
Præſagium futuræ Romanorum victoriæ 379
Præſidius Rom. vir celebris Rauenna profugus 307.657
Præſidij ad Beliſarium querela & accuſatio prædatorũ à quibus fuerat ſpoliatus ibidem
Prætextus maleficio quæſitus 498
Prætor Romanis qui Aulæ præfectus 198
Preſini apud Perſas 147
Præiectæ Imperatoris neptis forma 186
Præiecta Areobindi vxor. 280. cogitur mariti ſui interfectorem Gontharidem apud Iuſtinianum excuſare 339.344
Priapus 141
Priſanus Lydus philoſophus 496
Probus Anaſtaſij principis ſororis filius 129
Procopius quingentorum dux 656
exploratum miſſus 107
perſtrictus 536
Beliſarij conſiliarius rerumq; quibus ipſe interfuit hiſtoriam texuit 216.180.195.197.218
Procopij de deo ſententia 250
legatio 199
hiſtoriarum ſumma 458
dictio Aſiatico ſermoni quàm Attico propior 316
Prodigium porcorum de belli euentu Gothis exitium minitans 260
Prodigium imaginis Theoderici Neapoli collapſæ Gothorum excidium ſignificantis 285
Prodigium, ſol ſine radijs vt luna 119
Proditio duorum è Vittige corruptorum ab altero pateſacta 308.658
Proditionis ſupplicium. 309.658 palo infigi 233
Protichiſma 178
Prouidentia paucorum multitudine improuida potior 245.390
Prouerbium 270.306.148.160.494. 501.514.496.305
Prouerbium, Nulla firma poſſeßio, vnde ortum 295
Publica cædis Gubazis cognitio quur fuerit inſtituta 287
Pudicitia muliebris defenſa. 263 645. violata 187 548
Pudicitiæ exempla mulieres duæ in Orontem ſeſe proijcientes, ne quid turpe à militibus paterentur 161
Pudentius 215.237
Pudore cogitationem ſæpe cõtrarium deduci 174
Pudore fortißimos reddi milites 113
Pyræum apud Perſarmenios ignis Veſtæ 172
Quæſtor, ſummptus diſpenſator 195

R

Ragnares qui & Regnaris rurſus à Rom. ad Gothos deficit 418. 608
Ragnares Brito Gothis præfectus in capſo 434
Regnaris inſolentia perfidia erga Pacurium ib. inſolentia, perfidia ac interitus ib.
Rauenna vrbis elegantißima deſcriptio 247. 639. eiuſq; obſidio ibid.
Rauennæ obſidio ſecunda. 337. & ſeq. 667. & ſeq. deditio 341.670
Rauennam exercitu inuadunt Alaricus & Attalus 184
Recinerius de pace legatus 177
Recimeris Artemy ſor.r 189
Referendarius Latinis qui à ſupplicationibus 172
Regis boni officium, manſuetum eſſe 173
Regnum & bellum omnium inter homines maxima 148
Religio diuerſa & duplex ciuilis diſcordiæ ſeminarium 504
ex metu & violentia vulgo peculiaris 542
Reparatus præſul 343
Reparati fuga 652
miſerandus interitus 317
Rerumpub. pernicies, virtute & doctrina claros contemnere 554
Recitangus. 368.225
Rhegij obſidio & oppugnatio 396. 694
Rhenus fluuius 267.184
Rhetorem dicendi vehementiam decere deditio 398.694
Rhicæum oppidum 180
Rhodanus & Rhenus Galliæ fluuij 267

Rhodopolis à Perſis obſeſſa, caſu recuperatur Rom. mirabili 589
Ri himundus ſe cum copijs dedit 369. 683
Ricilas eiusq; interitus 358.678
Riſus Gilimeris iam capti 219
Riſu dignas res humanas ob fortunæ varietatem eodem
Rodericus Gothorum præfectus 350. 371
Roderici mors 371 684
Rodulſus Erulorum rex à ſuis contemnitur 315
Roganes cum Morace ad Iuſtiniani partes deficiunt 408.696
Roma amplitata Tyberi interclujo 278
per Iſauros quatuor, portæ Aſinariæ cuſtodes Totilæ prodita 372. 684
rurſus à Gothis obſeſſa. 592
capta 691
capta à Gizericho 187
Romani imperij tam Orientis quam Occidentis deſcriptio 185
Romani imbelles & laborum intolerantes Beliſario conuiciantur 280 298.535 652.655
quidam Gothis fauentes profligantur 287.653
Gothos fugientes perſequuntur
Romæi pontici 134 (309.655
à Vandalis victi fugiunt 157
Græciſſantes 205
Romæi a Romanis cur diſerti 116
Romæis promittere promptum, ſtare autem promiſſis non item 132
Romanus ad Beliſarium legatus 303
Romæ aquæductus. xiiij. 278. 649
diu à Gothis captæ recuperatio 371.648
xiiij. portæ præter alias portulas 278 650
oppugnatio. 282. & ſeq. 650
Romanorum principum inclinatio atq; interitus 246 639
à Gothis accepta clades 256.642
In Neapolitanos ſæuitia 263
cum Gothis varia certamina 273. 274
clades ac fuga 276.350.648.661. 666.673
acriter obſeſſorum penuria 279. 298 649
in Chriſtum fides integra 287.
in Gothos incurſiones 288. 227. 794.655
ad Beliſarium oratio 258
ſtrages 393.394 654
res ducum inertia deperditæ 344. 371
libido atq; improbitas 355. 677
ad præfectos ſuos querela 366 471
cuiuſdam deſperata mors 368
miſera conditio 373.684.548.550
de Gothis victoria 378.488
clades Veronæ accepta 347 599
proſperi ſucceſſus 403.695
obiurgatio 471
ſimulata fuga hoſtem in planiciem prolectum profligant 553
ob victoriam mollicies ac inſolentia 482
fuga 489
cum Hunnis acerrimus conflictus 553
clades & turpiſſ. fuga 501
acris criminatio 503
& Perſarum collatio ibidem
200. prælio cum Perſis commiſſo occiſi honorifice ſepeliuntur 512
in omnem ſexum & ætatem Miſianorum ſæuitia 532
crudelitatis pœnas dederunt 512
Romæorum in Armeniam irruptio 130
cum Perſis pugna 133.134.140. 177
cum Sarracenis pugna 140
cum Perſis fœdus perpetuum 145
in Lazos iniuria 164
fuga 174
multum in Carthaginenſes modeſtia eodem
cum Vandalis pugna 313
Romulus Oſtris filius 509
Rufinus 128.104
à Iuſtiniano falſò interfectus dicitur 145
capitur. 221. eius poſtea virtus contra laudam 235
Rufini ad Cabadem oratio 135
Rufiniana, villa Antoninæ vxoris Beliſarij 150
Rumores falſi pernicioſi 277. 350. 648 674
Ruſcia Thurinorum caſtellum 585. 689
Ruſcianì obſidio 384 690
deditio 385.691
Ruſticus ſacerdos Byzantium miſſus 254
Ruſticus Martini apud Lazos collega 498
Gubazis interfecti particeps 501
in Buzem inuehitur eodem
in carcerem coniectus 508
cum Ioanne fratre captiuus in forum producitur 519
accuſationi in ſui deſenſionem reſpondet 523
Ruſticus & Ioannes capite plectuntur 527
Ruſticiana que & Iuſtiniana accuſatione liberatur 373.686

S

Saberi Hunni 180
Sabor Miſdati ſuccedit in regno Perſarum 535
Sabyri Dilimnitas ex inſidijs adoriuntur & profligant 510
à Perſis conducti auxiliares 528
Sabyrorum iij. milia auxilio Rom. conducti 510
regio & mores eodem
magna ſtrages ibidem
Sacerdotis cuiuſdam cum Vittige colloquium 210
Satrificandi mos 318 353
Sagittarij noſtrates quanto veteribus inſtructiores 117
Sagittarum denſitas 515
Salina dos mittitur. 318
Salomon dux. 104. ad Iuſtinianum res nunciatum mittitur 308
Iudæorum rex 220
Salomon Mauruſijs deuictis præeſt 315
Salomoni rex Aphricæ regendæ committuntur 220.238
Salomonis ad Mauruſios epiſtola 222
ad ſuos concio 223.231.234
interitus 236
iunioris Sergij fratris aſtus 2-3
Salonæ ciuitas Dalmatiæ 256.602
Salonas occupatas Gothi metu deſeruat 256.648
Selones magiſtratus apud Perſas 123. 128
Salutis vna ſpes victis, nullam ſperare ſalutam 126
Samnitum puerorum colluctatio 270
Samoſata 137
Sandichlus quorundam Hunnorum præfectus amicus & ſocius Ro 548
Cotriguris cæſis prædam opimam refert 557
Saraceni expugnare mœnia inepti, excurſionibus ac prædis habiles 288 (gi
Saraceni Maddeni. 142. anthropopha
Saraias 104
Sarani 142
Sariſſa haſtæ genus 510
Sarmatæ 183

Sarus

Sarus fluuius 37
Sauoris regis Perſarum crudelitas 533
Sauores crudelitatis pœnas dedit ibi- 513
Sauoris qui Artaxerſi ſucceſſit, immania facta eodem
Scioli arrogantis elegantiſſ. deſcriptio 495
Scipuardus Aſbadum vulnerat 416
Sclauini qui & Slaueni, hiſtri accolæ 288.337.362
demum rurſus à Rom. victi. 401
Sclauinorum in re militari ſolertia 355
irruptiones 383
in Rom. agrum irruptio 307
immanis crudelitas 307
altera irruptio in Theſſalonicam 399
vexationes 400
in Illyriam irruptio 406
Scritifini Thulis inſulæ incolæ 317
Scolaſticus Eunuchus contra Sclauinos cum exercitu miſſus 430
Secretorum ſcriba, Latinis à Secretis 160
Seditio in Aphrica inter milites orta. 232
Seditio Maximi diſſoluta 233
Seditio apud Byzantium orta. 146. malum ſortita finem 150
Seditionis autores tolluntur 240
deprehenſi necantur 139
Seditionem ex omnis generis hominibus conſtare 218
Seleucia ciuitas 161.178
Semiramidis deteſtanda libido & obitus 403
Sententia, ſpreta potiore, peſſima per uincit 501
Seoſis conſilio Cabades liberatus 122
Seoſes Andraſtandaras 128 damnatur 129
Septenſis arx. 183. ſeptum 215
Sepulchri Adriani Imp. magnificentia 287
Sergiopolis 158.160
Sergius vir ſanctus ibidem
Sergius rhetor 172
Sergius quidam Coſrois interpres laudatur 519
Sergius & Curtius ad regendas Aphricæ ciuitates miſſi 236
Sergius Aphricæ præficitur 237. plurimæ calumniatis Aphris ob impro bos mores cauſa 238
Sergius contra Hunnidas proficiſcitur 239
Sergio ſtructæ inſidiæ ibidem
Serica veſtis olim medica 143.317
Seruire inimico intolerabile 317
Seſtos amore Leandri & Erò clara 547
Seſton inter & Abydum maris anguſt. 196
Seuerianus Aſiatici filius captus aufugit 238
Sexagies ac ſepties bisq; certatum in obſidione Romæ 298
Sibyllæ vaticinium 35.33.518
Sibyllæ italicenſis antrum 465
Sicauenaria ciuitas 239
Siciliæ res quales 404
deditio 641
Siculorum in Gothos odium ibidem
Sidonem iuris ſtudium tranſlatum 485
Sifridi magnanimitas & interitus 560.689
Sigeum promontorium 196
Silentiarius. 178 Silentiarij 180
Simiæ in Corſica naſcuntur 406
Simile gaudet ſimili 496
Simon dux 394
Simultas inter Beliſarium & Narſetem exorta 381.663
Simulacrum Mineruæ Ilio ſublatum Aeneæ redditur 372
Simplicius philoſophus 496
Sindual Fulcari ſuccedens Erulis præficitur 473
cum ſuis Narſeti opem fert 481
Sindual fortitudo 482
Sindus cohortis præfectus 300
Singidum Gepedes incolunt 184
Siphriæ op. 125
Sirmium Gepides incolunt 184
Siſaudanum arx. 188. capitur 167
Siſigis ad Beliſarium defectio 668
Siſinius 233
Sitiphe metropolis regionis Zebes 235
Sitas dux. 130. 134. 154. occiditur ibidem
Socci Romani 267
Sol ſine radijs vt luna prodigium 327
Solem adorare Perſas 119.163
Somnium philoſophi cuiuſdam mirabile 494
Somnio ad bello repetendam Africam commotus Iuſtinianus 193. 194
Somnio Procopius & Beliſarius excitati ad ſuſcipiendum bellum 195
Somnio Cyprianus iniuriæ acceptæ vltorem ſeſe promittens apparet 206
Sortilegus Hebræus de belli euentu rogatus, miro prodigio Romanis victoriam, Gothis interitum prænunciat 260
Sophiſma Cabadis oppugnat Proclus 128
Sophiſmata 128
Sophiæ templum Byzantij exuſtum 147
Sophoſene regio 144
Sotiris Lazis præfectus 509
Buchium quur capere voluerit eodem
Miſianorum legatos contumelia & verberibus affectos dimittit. eodem
Sotiris dignus arrogantia ſua interitus 510
ſpei fallacis pulchrum exemplum 516
ſpem non ex voto ſuccedentem magis exhulcerare 158
Spoleti deditio 360 670
ſpongiam petit Gilimer vt lachrymas abſtergat 218
Stagiretis vana iactantia 543
Stephanus deditionem conſulit 258. 641
Stephanus Aſclepiodoto inſultat 264
Stephanus Medicus 175
Stephani Neapolitanorum legati ad Beliſarium oratio 258.643
D. Stephani protomartyris templum 500
Stephanacius 139
Stozas tyrannus conſtituitur in ſeditione aduerſus Rom. 364. fuga ſibi conſulit 228.238
cum paucis Vandilis Antilæ ſupetias fert. 238 a Ioanne ſagitta ictus moritur 239
Stozæ ad ſuos oratio. 229 ad hoſtes Romaos ſupplicatio 210
Strata regio 152
Stratam latinis viam dici ibidem
ſtratagema. 118.119.262.330.355.394. 397. 113. 126. 159. 238. 467. 474. 514. 550 662 692
ſtratagematis circumueniendi hoſtes 138 158
Stratagius Gazæ Imperat. præfectus, & Palæſtinæ dux 152
ſtudium litterarum liberum ocium requirit 496
ſtuprum virginis cuiuſdam grauiter punitum 375
Suartuas à Iuſtiniano ad Erulos regem

dormittitur 318
Sua cuique bene placent. 401
Succeſsio & translatio imperij Perſarum & aliorum regnorũ 453.534
Saeui 267. qui & Suaui
Sunicas dux. 132. Barcſmanem interficit 134
Suni Barbari ijdem qui & Zani 135
Suntius Iuliani frater 152
Superstitioſus metus inceßitur 486
Suppliciorum dirum genus 197
Surrẽorum ciuitas. 157. dolo capitur 159.162
Surri 139
Surphutes dux 221
Syderum reuolutioni rerum vires ſtulte imputari 545
Syllectum ciuitas 200
Syluerius pont. Rom. relegatur 286
Symeonis templum incenſum 126
Symeones. 135. per inſidias interficitur 135
Symmachus dux 230
Symmachi & Boetij caedes 240 640
Syracuſarum deditio 257.641

T

TArentum Calabriae ciuitas 377 687
captum 396.694
Tarentinum littus quale 582
Tarmuti qui & Tarmuntes fortitudo ac obitus 295.654
Tanuga ciuitas 226 234
Tarabi 176
Taturius 162
Tattimuth 194.216
Taurus mons 126.135.137
Tauri ſyluestres 462
Tauri aeneis pedibus 500
Tauri Armeniorum 337
Teias Gothorum in re militari praestantiſsimus 469.697
Totilae in regno ſuccedit 416. 697
Francorum foedus fruſtra petit 698
Teiae contra Narſetem expeditio 418. 699
incredibilis fortitudo 420.699. eius interitus ibidem
Teleſis oppidum 488
Temeritas caſu correcta 504
Temulentia poena digna 196
Templum Byzantij magnificum & admirabile 548
Tenarus nunc Cereapolis 198
Terentius dux 194
Terrae totius confeſſa diuiſio 266
Terraemotus ingens 407
Terraemotus horrendi 583 485.541
Terraemotuum cauſa 485
Terriculamentum Theoderico apparet poſt Boetij & Symmachi caedem 248
Teſtudinis machinae bellicae deſcriptio 500
Tharſamunthis qui & Corſamanthis prodigioſa fortitudo 796
Theoctiſtus medicus celebris 297
Theoctiſtus dux 160.168
Theodericus ſolus Italia potitur 248. 640
Theodericus 125.191.216
crudeli facinore labem famae aſperſit ibidem
Amalarici pueri adhuc tutor 269
xxxvij. annis magna laude rexit Italiam ibidem
Theoderici in Italiã irruptio 246.639
modeſtia ibidem
laus copioſa ibidem
in fallendis Francis ſtratagema 262
Theoderici in demerendis Viſigothis liberalitas ibidem
cum Viſigothis amicitia eodem
mors 248.269
Theodatus Theoderici ſucceſſor, eruditus, imbellis atq; auarus 249. 251 260.640
compilationibus intentus ibidem
Amalaſſuntham perfide capit 255. 641
apud Iuſtinianum offenſae culpam deprecatur ibidem
captis legatis pacem irritat ibid.
Gizerichi filius 188.226
Theodati in Amalaſſuntham odium ibidem
formidoloſa ignauia 254.265
ſupplices ad Iuſtin. litterae 255
perfidia ac mentis inconſtantia 256
interitus 265.269
Theodeſclius Theodati filius capitur 269
Theodis potentia & à Theoderico defectio 69
Theodibertus Frãcorum dux 270.332
Gothis auxilia mittit 313
Theoderico patri ſuccedit in regnis Francorum 461
Theodiberti cum Amalarico bellum 270
Theodiberti Francorũ regis mors 465
Theodiberti aduerſus Iuſtin. in Thraciam expeditio ibidem
Theodiberti interitus 462
Theodobaldus Theodiberto patri ſuccedit 462
Theodobaldi mo 484
Theodorus Parthenius 394
Theodorus Cappadox dux. 220. 225.
ad ſeditioſos placandos mittitur 227
Theodorus alius trucidatur per ſeditionem ibidem
Theodorus genere Zannus contra ſuae gentis inobedientes belligeratus pro Rom. 540
Theodori cuiuſdam Zanni laus 439
deuictos Zanuos Iuſtiniano tributarios reddit 542
contra Miſianos mittitur 528
Theodori Zannorum praefecti magnanimitas & prudentia 512
Theodora Auguſta Iuſtin. coniunx calumniam à Ioannem paſſa, ſeſe vlciſci pergit 150.328
Theodorae Auguſtae oratio 148
Theodorae Auguſtae mors 182.584. 692
Theodoſius legatus ad Vittigem à Beliſario miſſus 337
Theodoſio ſecundo adhuc puero Iſdigertes tutor datur 118
decedenti duo filij ſuccedunt 181
Theodoſius filius Arcadio ſuccedit 185
Theodoſius Ioannem Honorij ſucceſſorem è tyrannide deijcit & Valentinianum ſubſtituit 185
Theodoſia vrbs 127.134
Theogenes Beliſarij armiger 308
Theologiae encomium 464
Theramunthes in Aemyliam miſſus 358
Thermopolis Illyrici 258
Theudibaldus rex Gothorum creatur 341 670
Theudibaldus Theodiberto patri in regno Francorum ſuccedit 405
Theudibaldi ſucceſſus proſperi 345
celebritas ibidem
in Vraiam odium crudelitasq; ibidem
interitus 345.362
Burnt filius ad Narſetem deficit 473
Theudis Viſigothorum rex 208
Thilaſamus vicus 126
Thomas praeſul Apamienſis 164
Thomas Guzes 180
Thoringi orientales 267
Thules inſula deſcriptio 317
Thurinorum ciuitas 582.689
Thuſcorum de Theodati rapacitate que

Tiara regium inſigne 493
Tibelium præſidium Miſianorum 498
Ticinum nunc Papia 660
Tigris fluuius 129.136
Timore mentem probiberi ne vtilio-
ra proſpiciat 166
Tinge oppidum 222
Titus Veſpaſianus 210
Totilas Teruiſij præfectus ad Rom.
defectionem parat 672
oblatum Gothorum imperium ſu-
ſcipit 346.622
legatos de pace tractaturos ad Be-
liſarium mittit 374.684
bonam Romæ partem deleuit,
375.686
Paulum cum ſuis, ſaluis ipſorum
rebus dimittit 394.691
quur Romam delere noluerit, ſed
tantopere excoluerit 395.693
Diogeni deditionem ſuadet 396.
693
aliquot inſulas capit 406
fortunæ inſtabilis exemplum ibi-
dem
humo effoſſus hoſtibus Romæ ſpe-
ctaculum poſt mortem factus ibi-
dem
Totilæ ad ſuos oratio 348
celebris victoria 350
humanitas in deuictos 350.358
674.677
ſucceſſus 351.672.670
ad Neapolitanos vt ſe dedant ex-
hortatio 353.676
ad ſenatum Rom. litera 355
ad Pelagium oratio 365.681
mœror ob Roderici mortem 372
684
continentiæ ac clementiæ ſtudium
372.685
ad ſuos elegantiſ. oratio 373.685
cum Rom. expoſtulatio 374.685
victoria & nominis claritudo 689
conatus circa Romam 408
mors ac imperandi finis 415
Traianus imperator 220
Traianus Doryphorus 298
Traiani Beliſarij armigeri laus 302
vulnus mirabile ibidem
Tractatus fœderis 405.668.552
pacis cum Gothis 411.700
Tractatus cauſæ capitalis 537. &
ſequen.
Trallis ciuitas Aſiæ olim, nunc Cho-
ra, terræmotu collapſa 486
ab Auguſto reparata ibidem
Transfugæ à Rom. ad Gothos 376
Trapezuntij 180
Traſamundus 190
Tres Parcæ locus Romæ 387
Tretum locus 364
Tribunianus Pamphylius Iuſtiniani
Iuriſconſultus honore deiectus 149
reſtituitur 206
Tribuniani laus ibidem
Tribunus medicus 528
Tricamarum 211.315
Tripolis 189
Tribus ferrea apud Perſas damnato-
rum locus 147
Tripugna locus 178
Triumphus Narſetis 482
Tryphon legatus 220
Tumar locus 314
Turris Francorum incenſa 479
Turris ciuitas ad Hiſtrum ſita 361
Tyberis elegans deſcriptio, eiusq́; flu-
xus in mare qualis 387
Tyrannidem deo inuiſam, neq; vltio-
nem effugere 348

V

Vacarus genere Burnus moritur
473
Vacinius Gothorum 661
Valacolor equi Beliſarij 648
Valentinus dux 641
obſeſsis Hydrunti opem fert, 357
Valentinus & Focas occiſi 364.680
Valentinus quidam epiſcopus captus,
& mutilatus manibus 364
Valentiniani mollities. ibidem 186
vindicatur à Maximo 187
Valentiniani iunioris mors Rom. im-
perij orbitatem induxit 619
Valentinianus Conſtantij filius 185.
Ioanni honoribus deiecto ſuccedit
eodem
Valens Perozis frater in regno ſucce-
dit 537
Valerianus & Martinus in Italiam
Beliſario in ſubſidium mittuntur
651
Valerianum imp. Sauores rex Per-
ſarum viuum excoriauit 534
Valerianus Armeniæ præfectus 172
Valerianus dux 195
Valli extruendi ratio 379
Vandili 183.480
magnum à Mauruſijs incommo-
dum paßi 190
omnium mollißimi 212
Mauruſiorum victores, Vandilo-
rum autem Romæi 213
Vandilorum agri ibidem
in Germaniam irruptio 184
cædes 201.215
Vandilici belli finis 219
Vanitas vanitatum & omnia vanitas,
Gilimeris vox in triumpho Beli-
ſarij 210
Vararanes 218
Varanes, aliter Vararanes 261. patri
ſuccedit in Chanarangis magiſtra
tu 246
Varanes tres inter ſe Ormiſdati regi
Perſarum ſuccedunt 535
Varanes tertius Seganeſna quur di-
ctus ibidem
Varanes Iſdigertis filius patri ſucce-
dit 536
Vdilas & Gothildus cum Romanis pu
gnant 695
Veneti & Praſini apud Perſas 247
Veneta porta Byzantij ibidem
Ventri grauidæ Cidaris imponitur,
inaugurandi regis iam naſcituri
ſymbolum, 535
Veredarij 200
Veredi equi publici 169
Verina Leonis Imper. coniunx 188
Verona proditione capta 347.623
Veronæ ſitus & celebritas 489.697
Veronæ obſidio 347. & ſequen. 623
Verus 373
Verus Erulorum dux temulentus ac
temerarius 382
cum copijs ſuis interfectus 397.
594
Veſtæ ignis apud Romanos 172
Veſuuij montis luculenta deſcriptio
301.419.699
Victoria Rom. de Gothis 378.688.
698
Gothorum de Romanis 349.383.
674.690
Romanorum qua non maior vn-
quam 488
nunquam certa, ſi aperte concur-
ratur 339
pura & ſyncera quæ 339
nimis cruenta priuatione bonorum
punita 141
preteritorum malorum oblita no-
ua ſemper meditatur 393
prædam victi exercitus præbet
200
Victoriam parit iuſtitiæ obſeruatio
107
Victoriæ ſignum ignis flamma 211
Vigilius Sylucrio in pontificatu ſucce
dit 386
in pontificem Romanum creatus
652

Vigilij pontificis pro Roma tuenda ſedulitas 144.392.610 601
Villa occidit Theudibaldum 345 672
Vince,ſe litionis ſignum Byzantij 142
Viros vaticinari apud Mauruſios nefas 219
Viri plures quàm fœminæ peſte abſumpti 544
Virginibus deo dicatis vis illata 544
Virtus ſtrenuo milui non commutanda vita 139
Virtutis præmia quæ 457
Virtutis & doctrinæ contemptus, Reipublicæ certa peſtis 554
Virtute ac iuſtitia conſeruari Reſpublicas 234 571
Viſandrus inter cadauera ſemianimis repertus 277
Viſandri Gothi fortitudo 272.320.649 (545
Viſandri Erulorum præfecti interitus
Viſigothi 215
Viſigothorum in Romanorum imperium irruptio 267
accepta clades 268
reliquiæ profligatæ, ad Theodim Hiſpaniæ tyrannum profugiunt 270
Vitalius cum Gothis prælians, ſuccumbit 345 672
Vitalianus dux 130
Vita opibus potior 220
Vitiges à Gothis in regem eligitur 27 524
non illuſtri familia, ſed virtute bellica clarus ibidem
Mathaſſuntham inuitam vxorem ducit 266.646
ad Romæ obſidionem properat 274
Rom. proditionis ac perfidiæ inſimulatos acriter obiurgat 278.647
deditionem Rom. cum Beliſarij probro ſuadet 280
Coſroem cum Romanis committit 318
Gothorum atque Italorum rex 259
captiuus Byzantium perducitur, 356
cum magnatibus Gothorum & opima præda captiuus Byzantium perductus 343.470
Vitigis ad ſuos oratio 265.270.292 646
ad obruendum Beliſarium vehementia 320 647
in occidendis obſidibus perfidia, 287.652
circa firmanda præſidia ſtudium, 286
Vlaris Gothus, monomachia ab Arthabaze perimitur 349 673
Vlrifci iniuſte occiſos prima iuſtitiæ cura 306
Vliares Mediolanenſis cladis autor. 320
Gothorum præfectus 310
Vliares miles 201
Ioannem ducem ſagitta interimit 214
Vliſij qui & Vlithus, cædes 416.698
Viſtlagus Erulorum præfectus 521
Vlimu h fortitudo 214
Vlitheus Vitigis patruus occiditur 459
Vlitheus miles 240. Arcobindum occidit. 241. in Artabanem idem auſus ab Artaſire occiditur 243
Vnidella qui & Beldas 310
Vnila & Piſſa Gothorum duces capti 647
Vnionem Perozes rex moriturus abijcit, ne poſt ſe quiſquam ferret 120
& alia quædam de eodem vnione ibidem
Voluntas facile malis ex culpa prouenientibus medetur 333
Voluptatis comes triſtitia 263
Vraias oblatum Gothorum imperium recuſat 342.668
Vitigis nepos, contra Mundilam miſſus 448
Vraiæ flebilis interitus 345.672
Vranij cuiuſdam Syri ſcioli vana iactantia 405
impoſtura ibidem
Vrbis expugnatæ conditio 262.644
Vrbiſaliæ deletæ veſtigium tenue 320
Vrbini oppidi ſitus 323.659
Vrbinum deditione captum 324 663
Vrbeuetanum oppidum inexpugnabile 324
Vſdrilas Gothus Arimini præſes ab Erulo quodam occiſus 697
Viuarium Romæ 283 651
Vulgi ingenium mutabile, eiuſq; luculenta deſcriptio 299.378.467.505.455
Vxoriæ in maritum fidei exemplum 222

X

Xiphia Cometes 396

Z

Zabergan es 261
Zabergan Hunnorum dux 547
Zaberganus libidine prædandi & iniuſtitia permotus, Imperatorem bello laceſſit 547
Zachar præſidium, quod & ferreum 430
Zacynthus 197
Zaidus dux 594
Zambazes rex electus, breui regnum Cabadi cedit priuatus factus 137
Zamus Cabadis regis filius monophthalmus. 137. 381. à fratre Coſroe interficitur 161
Zannorum gentis in Romanos irruptio 540
clades & ſeruitus 540
Zanica gens euerſa à Romais 139
Zani qui & Suni Chriſtiani 515
Zani mille auxilio Lazis mittuntur 179
Zates Gubazis frater rex Lazorum creatur 508
Zatis magnificus ingreſſus in regnum 509
Zaunas Phareſmenas 133
Zazon Gilimeris frater 195
cum Vandilis ad Gilimerem proficiſcitur 209
cadit in prælio 213
Zazonis ad Gilimerem literæ 208
ad ſuos oratio 212
Zebe regio 238
Zechi 180
Zenobia regina, & eiuſdem nominis ciuitas 157
Zenon Byzantij Imperator 146.318.610
cum Leone filio vnà imperat. 300
imperio pulſus, demum occiſo Baſiliſco tyranno, ad imperium redit 538
Zenon dux militum 302
Zenon rhetor Byzantij clarus 544
Zenone abſente tyrannidem occupat Baſiliſcus ibidem
Zenonis prudentia ibidem
Zenonis tota domus concuſſa, Arthemeſij machinamentis ibidem
Zerbules 134
Zich Perſarum legatus ad Iuſtinianum pro pace quam impetrauit 519
Zingani 222
Zoroaſter Perſarum legiſlator 492

INDEX E IORNANDE RERUM

Geticarum ſcriptore collectus.

A

ABabo Maximini Imp. mater, natione Alana 605
Ablauius hiſtoric. 605
Achillis inſula 599
Achillis iaculo vulneratus Telephus 601
Achilles cum Diocletiano victus 609
Achiulf 605
Achiulfus 623
Achrouentus Mamboleius 622
Adogit gens 595
Adria Pelagus 614
Aemylianus 608
Aeſtrorum natio Gothis ſubacta 610
Aetius 616.620
Africa Vandalis centeſimo ferè anno erepta 615
Aganziæ 598
Agazziri 600
Alatheus 612
Alarichus rex 613.622.625.629
Alarici ſuperſtitioſa ſepultura 614
Alani ab Hunnis deuicti 611. Panoniam occupant ibidem & 615
Alani fruſtra ab Attila bello petiti 622
Alanorum armatura grauis 627
Alanouuamuthis Iornandis pater 628
Alcidzuri 611
Alemanni 630
Alexander Mammeas 605.606
Alis fluuius 601
Aliorumnæ mulieres magæ 610
Alipzuri 911
Amalorum ſtirps 600.613.626
Amalorum origo ac genus 605. 619
Amalus 616
Amalo 604
Amalaſuenta 605 625
Amazones 600.603
Amazonas ne genus earum interiret, à vicinis gentibus concubitum petiiſſe 602
Ambitione regni inter filios ſuos quomodo Gizerichus cauerit 626
Ammius 613
Ampheus 600
Anchialos ciuitas 609
Andages 620
Andala 628
Augiſciri 629
Anſila 605
Auſes ibidem
Autæ 623
Antes 599 610
Antriregir rex 603
Antoninus Caracalla 606
Anthemius Imperator 624
Aorìcus rex 609
Apes nullæ in Scanzia inſula 597
Apenninus mons 614
Aqua nigra fluuius 628
Aquileia metropolis Venetiarũ. 606. vaſtatur ab Hunnis 622
Araxes fluuius 599.602
Araricus rex 609
Ardaburis 615 624
Ararici victoria de Hunnis 627
Aroxer fluuius 599.602
Araricus 619.627
Ardarùh ibidem
Arelatum 625
Argaitus 606
Ariana hæreſis 611
Armatura varijs gentibus varia 627
Armoritiani 618
Arochirauni 598
Aruerna ciuitas 624
Aſconis foſſa 613
Aſcalernus 622
Aſdingorum ſtirps inter Gothos clara 609
Aſpar 624
Aſtringi 606
Aſturica 623
Atauaricus rex 613
Atheluil 698
Athal 605
Atalaricus 605.625
Athaulfus rex 615.625
Attila rex 617.619. Aquileia potitur 671
Attilæ ad ſuos oratio 619
Attilæ fuga 621.622
Attilæ mors 626
Attilæ filij innumeri 628
Atual 610
Auaritiæ memorabile exemplũ 612
Aucha fluuius 608
Auge Priami ſoror 601
Augis 605
Auguſtus Imperator 624
Autri 599
Aulziagri ibid.
Aurelianus 613
Aureliana ciuitas 619
Auſtrogonia 623

B

BAbal 629.630
Baiobari 630
Balcares inſula 596
Balthi 603
Baltha 613
Balthorum genus eodem
Balamir rex 612
Balamber rex 625
Barcinona 615
Bardores. 629
Baſtarnæ 604
Baſtiana ciuitas 629
Baza 628
Beata inſula 596
Ballaines 604
Beliſarius 615
Bergio 598
Berig rex. 598. qui & Berich 607
Berimund. 605. qui & Beremuth. 616 & Beriſmund 625
Beroa 608
Beſſa 628
Beuga rex 629
Beurgus rex 624
Biozimetæ 628
Biturigæ ciuitas 624
Bitugores 629
Bleta 617
Blìuilas dux 628
Boſtus fluuius 629
Boiſci 611
Bontæ 604
Bonifacius Gizerichum in Africam inuitat 613
Boriſthenis oppidum 599
Boriſth amnis Danubius 600
Boroiſta Diceneus 603
Boſphorus fluuius 600
Box rex 625
Brachilas occiditur 624
Britanniæ inſulæ deſcriptio 597
Britones 634
Brutia regina 614
Brutiorum regionis ſitus eodem
Bubegentas 609
Bulgarum ſedes 599
Burgundiones domiti 607.615
Burgundiones ſocia arma Romanis iunxerunt 618
Burgũdiones fœdere Rom. iuncti 623

C

CAeſarea vrbs 613
Calidoniæ incola rutilis comis
Callipodas oppidum 599 (597

Callipidæ 600
Cambyſes fluuius 622
Cammundus 650
Camas 616
Can lax dux 928
Capillati 604
Carporum gens bellicoſa Romanis diu infeſta, tandem per Galerium Cæſarem ſubacta 607
Caris 620
Caſpiæ pilæ 602
Caſſandra 602
Caſpium mare 599
Catalaunici campi 618
Caucaſus mons. 599. ſitus eius ibid.
Cemandri 628
Chalcedonia ſubuerſa à Gothis, à Cornelio Auito denuo reparata 609
Cherſonas oppidum 599
Chrinnorum montes 600
Ciconiarum fœtus ſuos transferentium auſpicium expugnandæ vrbis 622
Ciuitas noua 598
Clarianus 630
Claßis vrbs 613
Cnina 608
Cniuida 609
Cocciæ alpes 614
Cogeni gentes 598
Coldas 610
Comoſicus Gothorum rex & pontifex 640
Condiniani pons 615
Conſentina ciuitas 614
Conſtantinus 606.609.615
Conſtantinus alius quàm Imperator, Conſtantem filium ex monacho Cæſarem conſtituit. 615. occiditur eodem
Cornelius annalium ſcriptor 597
Cornelius Auitus, Chalcedoniam euerſam rurſus reparauit 609
Coryllus rex 604
Creſcennæ gentes 598
Cyclades inſulæ 596
D. Cypriani martyris opus de mortalitate lectu dignum 608
Cyrus rex Perſarum aduerſus Thamirim reginam Getarum bellum mouet 603
Cyſſus fluuius 602

D

DAcia 599.604
Dani 598
Danaſter fluuius 599
Danubius 599.600.605
Danubio pōs conſtructus à Dario 605
Darius Perſarum rex 605
Decius 608.624
Decius interficitur 624
Decij ara 608
Dertona 628
Deuxippus hiſtoricus 609
Dianæ templum Epheſi ab Amazonibus conſtructum 602
Dianæ templum incenſum à Getis 609
Diceneus rex 608
Diceneus Boroiſta 604.643
Dinzio rex 629
Diſcordiæ pernicies 627
Dio annalium ſcriptor 597.602
Diocletianus ſuperatus 609
Domitiani auaritia 605
Dorpaneus ibidem
Doroſtena ciuitas 626
Dricca fluuius 627

E

EDiulf 695
Edica 629
Ele 610
Ellac Attilæ filius occiditur 627
Emnedzar 628
Emylia à Gothis vaſtata 615
Encti 615
Epheſiæ Dianæ templum ab Amazonibus ædificatum 602. ſuccenditur à Gothis 609
Erac fluuius 625
Eraclia 636
Ereliena 628
Eridanus fluuius 613
Ermantia Stiliconis filia Honorio nupta 614
Ermanaracus rex. 610. 625. Alexandro magno comparatur, aliàs Hermerich 604.425
Ermunduli 609
Eruli, aliter Heruli 598.610
Eſſeda 597
Etheron vrbs 596
Ethelrugi 598
Etheſpamara 600
Euagere 598
Eucopolitana regio 628
Eufrates fluuius è Caucaſo 601
Eugenius tyrannus 613
Euroborus Oceanus 599
Eurypilus 601
Euſtuſius, velum 608
Euthanicus 605. qui & Vthericus 625

F

FAme perire quam bello miſerius 612
Famis memorabile exemplum ibid.
Fames auri mortales in omnia turpiſſima facinora abducit ibidem
Faſtida rex 607
Feruir 598
Feſtus conſul 616
Filimer rex 598.600.610
Filogud 598
Finnaitha 598
Fini gentes ibidem
Firmium 613
Flamminea agger 614
Fœderati Gothi 613
Fortunata inſula 596
Forum Cornelij ciuitas 618
Foſatiſij 628
Franci 602.615.625
Francorum barbaries 617
Fridigernus 612
Fridigerni 600
Fridericus Theodorici filius 618
Froilas 628
Fugiendi difficultate neceßitatem pugnandi fieri faciliorem 620
Fuſcus dux occiſus 605

G

GAditanum fretum 615
Galleia 596.928
Galerius Max. Cæſar 607
Galtis oppidum 607
Gallus dux 608
Gallienus 608
Gallia à Vandalis occupata 619
Grandaricus magnus 610
Cape 605
Gargarum ciuitas 602
Gautigoth 598
Gaudentius 617
Geberich rex 609
Gelimer 615
Gepidæ 599.504
Gepidæ à Gothis oriundi 607.621
Gepidia 604
Gepanta lingua 607
Gepantum idem quod tardum eodem
Gepidas inſula 607
Gepidæ Hunnorum victores 627
Germanicum mare 697
Gethis præeſſe Martem 600
Getha qui & Gothi 602.507
Germanus Patricius 605.630.626
Germania Francorum à Gothis vaſtata 605.604
Gethæ Mœſia ſibi conceſſa Chriſtianos ſe futuros promittunt 612
Gezericus 625
Gilfil fluuius 609
Gizerichus rex 614.615
Gizerichus in Africam inuitatur 615
Gizerichi ingenium 646

Gizerichus Romam vaſtat 623
Glicerius 624.930
Gothi Gothiſcanzia 698
Gothi omnibus barbaris gentibus ſapientiores habiti 600
Gothilas rex 603
Gothi inuicti 604.605.606
Gothi enſe vtuntur 627
Gothia, Dacia, Gepidia 604
Gothorum procerum genealogia, eorumq; prima propago 605
Gothi ab Hunnis victi 611
Gothorum fames 612
Gothi Minores 620
Gothorum cum Romanis pax firmatur Theoderico obſide dato 618
Grauij 598
Grattanus Imperator. 614. ab Eugenio occiſus eodem
Griſtia fluuius 609
Gundamundus 616
Gundiacus 623
Gunthigis 328
Gunthericus & Argaitus Gothorum cohortibus præfecti 607

H

Hadrianopolis 612
Hallin 590
Halmal 605
Hanale 600
Heliogabalus 606
Helderich 609
Hemus mons 609
Hercules contra Amazones 612
Hermerich. 604. aliter Ermanaricus 605
Heruli 624.627
Hernac 628
Herculis caſtrum 630
Hierius 615
Hiberia 623
Hilderich 616
Hilpericus 623
Himmerit 618
Hippodes inſula 596
Hipanis oppidum 600
Hippolyte vna ex Amazonibus 602
Hippolytus eius filius eodem
Hiſpania à Vandalis & Alanis occupata 615
Hiſter fluuius, qui & Danubius 602. 604. 599.609
Honorij Imperatoris in propulſandis Gothis ſedulitas 613
Honoria Valentiniani ſoror 622
Hunni 599.610.527
Hunugari 599
Hunnimundus 605.625
Hunnorum deformitas 623
Hunnorũ ſæuitia in liberos iã primũ in hanc lucem prognatos eodem
Hunericus 616.617
Hunnorum cum Romanis atrox pugna 620
Hunni ab Alanis repulſi 622
Hunnorum ſtrages 620.627
Hunnorum fuga 629
Hunniuar 628
Hunnimundus Sueuorum dux 629

I

Iaunſia inſula 596
Iamnius mons 602
Iatrus fluuius 608
Ibriones 618
Ildico puella 626
Illium à Gothis vaſtatum, etiam poſt Troianum bellum 645
Imaus mons 602
Inſulæ variæ per immenſum pelagus ſparſæ 596
Iordanes ante conuerſionem notarius fuit 628
Ioſephus annalium ſcriptor 598
Iouinus 615
Ira fluuius 623
Iſarna 604
Iſcalmus 628
Italia ſubiugata à Gothis & Rugijs 624.625
Itamari 611
Itemeſti 599
Iulius Cæſar 596 604
Iuſtinianus Imperator 616
Iuſtiniani de Vandalis victoria ibid.

L

Lampeto regina 601
Lariſſa 630
Leo Imperator 624.630
Leuga vox Gallica, quot paſſus teneat 618
Licinius 619
Ligeris fluuius 622
Liothida 598
Litiani 618
Litorius 617
Loci opportunitate non parum iuuari aciem 619
Lucanus hiſtoricus magis quàm poeta 600
Luculanum caſtellum 624
Lupicinus Romanorum dux 612
Luſitania 623

M

Macedonia à Gothis vaſtata 603
Macrinus 606
Mæotis palus 599
Maiorianus 623
Mars belli deus Gothis præeſt 600
Marpeſia regina 602
Marpeſiæ ſaxum ibidem
Marcianopolis & eius ſitus 607
Marcianus 622.623.627
Marcia Traiani ſoror 607
Marcomanni 609
Mariſia fluuius ibidem
Maria Stiliconis filia Honorii nuptia 604
Martis gladius, qua occaſione inuectus ad Scythas 627
Martiano in ſomnis viſa Attilæ mors 628
Martena caſtrum 628
Maſſylia 625
Mathaſuenta 605.625
Mauri 616
Mauricij campi 618
Maximus Imp 605. eiusq; geſta, eodem, & 606
Maximinus Imperator. 609 Herculius
Maximus Rom. dux 612.623
Mecca 625
Medopa Philippi regis vxor 602
Mediolanum ab Hunnis vaſtatum 622
Melanes quæ Amazones 601
Memma Britanniæ 596
Merens 610
Meſopotamia 601
Meuania inſula 596
Miliare fluuius 609
Mincius fluuius 622
Mirmycion oppidum 599
Mœſia 602
Mordenſimnis 610
Mundzuccus 627
Muſianus lacus 599
Myſianum ſtagnum ibidem

N

Naiſſus vrbs 630
Naiſitana vrbs eadem
Narſeus rex 609
Natiſſa fluuius 620
Nauego 610
Nepos Imperatoris 624
Netad fluuius 629
Nicopolis 608
Nouæ 608

O

Octar 627
Octauian. Auguſtus 624
Odouacer ibidem
Olbia oppidum 599
Olybrius 624
Orbis diuiſio in tres partes 596
Orcades inſulæ ibidem
Oreſtes dux 624
Oſtrogothæ 598.600.605.611.626.629

Oſtrogotha 605.607
Oſtrogotharum geneologia 625
Othiugi 598
Ouim Scythia 598
Ouida 609

P

PAdus qui & Eridanus 613
Pannoniæ ſitus 627
Paunoniam à Conſtantio aſſequuti Vandali 609.615
Pareon oppidum 599
Parthi, lingua Scythica, fugaces 601
Patricia 625
Patriciolus 624
Pelſodis lacus 628
Penthesilea 602
Perdicca rex 603
Peria 628
Peuce inſula Peuceni 607
Phaſis fluuius 602
Phaſides aues eodem
Philippus Macedo 603
Philippus Imperator Romanus, eiusq; filius eodem nomine 606
Philippopolis 608
Picis mons 621
Pileati 604
Pilcati 600
Placidia captiua abducitur 614. de qua reddenda paſciſcitur ibidem
Placentia 624
Polentia ciuitas 614
Pompeius Sabinus 605
Priſcus dux 608
Priſcus hiſtoricus 610.617
Propaniſmus mons 602
Cl. Ptolemeus coſmographus 597
Pupio 606

Q

Quinquegentiani 609

R

RAugnaricij 598
Raumaricæ ibidem
Rauennæ vrbis ſitus 612
Regericus rex 615
Regis præſentia cunctationem hærentibus tolli 620
Remiſmundus rex 623
Reſpa dux 608
Riciarius Sueuorum rex 623
Ricimer 624
Riothimus ibidem
Riphei montes 599.602
Riparioli 618
Roas 617
Rocas 610
Rodulf rex 598
Romania 612.624
Roma ſpoliata tantum à Gothis 614. occupata etiam 624
Romanorum arma leuia 610
Romanorum cum Hunnis atrox pugna ibidem
A Roma obſidenda Alarici exēplum deterret Attilam 622
Roma vaſtata à Gizericho 623
Rom. regnum Heſperium quo tempore perierit 625
Roſolani 621
Roxolani 604
Rotemerus 618
Rugi 628
Rumunenſe Sclauinum oppidum 599

S

SAcromontiſij 628
Safrach 612
Saloustanus epiſcopatus 624
Saugibanus rex 619
Saphirinæ pelles 598
Sapor Magnus 609
Sauromatæ 628
Sardanapalus 609
Sarus 612
Satagarij 628
Satagæ 629
Saus fluuius 630
Saxones 618
Scanzia inſula 596. eius deſcriptio 597.607
Scandiopolis 628
Scarniunga fluuius ibidem
Scipionis monumentum 623
Sclaui 619
Sclauini 599
Sclauinum Rumunenſe 599
Scythia Ouim lingua Gothica 598
Scythiæ ſitus 598
Scythia minor 603
Scyri 624.628.629
Sebaſtianus imperandi cupidus perit 615
Sedalia vrbs 596
Seres 599
Seuerus imperator 606.624
Sigiſmundus 625
Sileſtantina vrbs 596
Singidonum ciuitas 630
Sirmis ciuitas 627
Sitbalcus rex 603
Societate defendi pauoris indiciū 620
Sornus rex 603
Spalorum gens à Gothis victa 598
Sporades inſulæ 596
Stilico magiſter 610.613.614
Strabo geographus 597
Straua 626
Succeſſorum copia magis grauari regna quàm inopia 627
Sueuia 619
Suethans gens 598
Suethidi eodem
Sueuorum ſuperbia 617
Sueuorum clades 623.627
Sunielch mulier ab equis diſtrahitur 612
Sylla 603
Symmachus hiſtoriographus 605

T

TAbe 604
Tadzaus 610
Tagus fluuius 617
Tamazites 604
Tanais 599.602
Taprobane inſula 596
Taurus mons 599
Tauſius fluuius ibidem
Taunaſis rex 601
Telephus rex 602
Temulentia mortuus Attilas rex, alioqui inſuperabilis 626
Terei 600
Thamiris regina 602
Thamiris ciuitas 603
Thaphili 607
Theuſthes 595
Theodericus 598.605.628. obſes pacis datur 610
Theodericus rex eligitur 616
Theodericus Gothorum rex. 598.618. 623
Theoderici interitus 620
Theodoſia oppidum 599
Theodoſius Imp. 612. pacis amator 613
Theodoſius conſul 616
Theodemir 605.619.626.628
Theſeus Hippolyti Amazonum victor 602
Theſſander à Telepho ſuperatus 602
Thermæ Anchialitanæ 609
Thoriſmundus 605.616.618.620 622. 626
Thracia à Gothis vaſtata 609
Thuringi 598
Thuro dux 608
Thyle inſula 598
C. Tiberius 604
Tibiſia fluuius 617
Ticinum ab Hunnis vaſtatum 622
Tiſianus fluuius 599

z ee

Tigris

Tigris è Caucaſo ortum habens 601
Toloſa 616.621
Trapezunta oppidum 599
Traianus Imperator 602
Traſamundus 626
Triquetra Britannia 596
Trogus Pompeius 601
Troia à Gothis etiam vaſtata poſt bellum Græcorum 609
Tuncaßi 612
Turcilingi 624
Taricus 618
Tyſia fluuius 617
Tyras fluuius 601

V

Vagi fluuius 597
Vagoth 598
Vagoſolas fluuius 599
Valerauans 605
Valens Imperator. 611. *Arianus ibid. igne perit, eodem &* 612
Valentinianus Imperator 612. *occiſus à Maximo* 623
Valentiniani ad Theodericum epiſtola 618
Valia rex 615
Valamiris interitus 629
Vandali Pannonia potiti 609.615
Varo dux 608
Vaſinabron 610
Vdiſitana ciuitas 603
Veduco dux 608
Veneti 610
Venetiæ 615
Venetorum ciuitates ab Hunnis vaſtatæ 622
Virgilij locus 600.601
Vernulfus 615
Veſegothæ 600.605.611.615
Veſegothæ Ariani effecti 611
Veſegothæ aduerſus Hunnos 620
Veſoſis rex 601
Vidioarij 599
Vidiculæ interitus 617
Villa Vlpiana 636
Vinouiloth 598
Vindomina ciuitas 627
Viſtula fluuius 597
Viſcla 527. *Inſula* 607
Viſumar rex qui & Vuiſimar 609
Viuidaria gens 607
Vlmerugi 598
Vlpiana villa 630
Vlzingures 629
Vnilt 605
Vnixæ 598
Voluſianus 608
Vrbium fluuius 613
Vrſus miles Romanus Maxim. Imperatoris occiſor 623
Vthericus, qui & Euthricus 605
Vto 628
Vualemir 605.619.626.618
Vualadamarca Vuinitharij neptis 626
Vuandalarius. 625 *qui & Vuinitharius* 629
Vuinidarum natio 599
Vuidicula 600
Vuinitharius. 605.625. *qui & Vuandalarius* ibidem
Vuidemir 605.619.630
Vuidericus 605. *qui & Vuitirichus* 616 *& Vedericus* 615
Vuitichis 605
Vuldulf ibid.
Vulfila 628
Vulſus 629
Vzindur 628

X

Xerxes rex 605

Z

Zalmoxes, aliàs Zamolxes rex 600
Zarabi Terei ibidem
Zeno 615
Zeuta rex 600

FINIS.

I.136.

Digitized by Google

I.136.